Teſtis ſi primò dicit vnum, poſtea aliud, poſtea reuertatur ad primum, an probet. ibid. num. 16 70

Teſtis dicens falſum quod nemini noceat, non punitur, in l. is qui cum telo, num. 78. C. ad leg. Corn. de ſica. 126

Teſtis qui depoſuit parte citata poteſt poſtea dictum ſuum declarare ea non citata, in repet. l. de vnoquoque, ff. de re iud. nu. 93 207

Teſtis dictum vitiari ratione impoſſibilitatis, in repet. rubr. C. de probat. num. 119 62

Teſti accuſato de falſo dicenti notarium aliter ſcripſiſſe, quam depoſuerit, an credatur, an potius notario, an verò neutri, in repet. rubr. C. de prob. num. 431 78

Teſti, qui ſemel falſum teſtimonium tulit, nunquam credi, in repeti. rub. ff. de fideiuſſ. nu. 196 224

Teſti domeſtico & familiari creditur, ſi eſt bonus vir. in practica, §. principium, num. 10 128

Teſti qui aliàs dixit falſum non creditur, in l. maritus, num. 42. ff. de quæſtionibus. 73

Teſtibus ſi quis contra me vtatur, & poſtea uelim uti contra illum non poterit opponere except. contra perſonas teſtium, in l. 3. nu. 6. C. ad l. Corn. de ſica. 122

Teſtibus poſt depoſitionem ſolennem dicentibus ſe falſum tuliſſe teſtimonium, an credendum, in pract. §. reſtat, nu. 3 162

Teſtibus duobus ſuper innocentia deponentibus potius credendum, quàm alijs duobus tametſi dignioribus deponentibus ſuper delicto, in repet. rubr. ff. de fideiuſſ. nu. 53 217

Teſtibus comminatus ne dicant ueritatem, præſumitur litem improbam perſequi: vnde & damnari debet. & cuiuſmodi minæ ſufficiant, num. 210. in repet. rub. C. de prob. num. 208. & 210 66

Teſtificari coguntur qui aliàs non cogerentur quando veritas aliter haberi non poteſt, in l. fin. num. 8. & 17. C. ad leg. Corn. de ſic. fol. 127. & in l. infans, nu. 42. & 27. ff. eod. tit. fol. 18. & in l. diuus, num. 13. ff. de quęſtio. fol. 78. & in l. de minore, §. tormenta, num. 19. eod. tit. fol. 82

Teſtimonia falſa quę dicantur, quę uaria, & quæ diuerſa, in l. eos, nu. 22. ff. ad leg. Corn. de fal. 41

Teſtimonium quæſtionem indebitè paſſi, an faciat indicium ad torturam contra alium, in pract. §. diligenter, num. 135 146

teſtimonium laici contra clericum, an faciat indicium ad torturam, in pract. §. diligenter, num. 132. & an admittatur ad probandam famam contra laicum, num. 139 eod.

teſtimonium pauperis an ualeat, in l. j. §. ad quæſtionem, fol. 46. & in l. j. §. fin. num. 13 65

teſtimonium minoris vel infantis in cauſa criminali an ualeat, in l. infans num. 41. ff. ad leg. Corn. de ſica. 18

teſtimonium notarij non ualet, niſi de his quæ nunc fiunt quando eſt rogatus de inſtrumento, in l. prima, §. ſi quis dicatur, nume. 4. ff. de quæſtionibus. 52

Teſtimonium unius teſtis cum alijs adminiculis, an faciat plenam probationem, in l. j. §. idem Cornelio, nu. 2. ff. de quæſt. 48

teſtimonium factum per ſcripturam licet non plenè probet, tamen facit præſumptionem, in l. de minore, §. plurium, nume. 7. ff. de quæſtio. folio 83

teſtimonium impuberis, an faciat indicium ad torturam, in practica, §. diligenter, nu. 80 144

teſtimonium Titij & eius uxoris æquiparantur, in l. j. §. præterea, num. 20. ff. de quæſt. 58

teſtimonium de auditu probare in antiquis, in repetitio. rubricæ, C. de prob. nu. 215 247

teſtimonij cauſa ueniens ad ciuitatem, dicitur habere ſaluumconductũ, in l. 3. §. fi. nu. 2. ff. ad l. Corn. de ſic. 12

teſtimonijs publicatis, qua ratione fieri poſſit, ut producantur teſtes ſuper ijſdem articulis, in repetit. rubr. C. de prob. num. 73 238

teſtium iuſiurandum recipi poſſe parte non citata ubi proceditur inſpecta æquitate naturali & iuregentium, in repetit. l. de unoquoque, ff. de re iudi. nu. 88 207

teſtium numerus in cauſis ciuilibus ſupplet quid deficit in fide: ſecus in criminalibus, in pract. §. expedita, nu. 82 150

teſtium pluralitas ſupplet defectum ipſorum, in repetit. C. de probatio. nume. 333 252

Teſtium optima opinio ubicunque eſt cauſa inductiua plenæ probationis, quæ aliàs plena non eſſet: tunc de plena & optima opinione ipſorum teſtium eſt articulandum & probandum, & ideo ſi ſtatutum dicit ꝙ certum quod probetur per teſtes bonæ opinionis & famæ, erit neceſſe probare bonam opinionem teſtium productorum, aliàs non fiet probatio. ibid. num. 136 245

¶Timens ſibi uim inferri in ſua poſſeſſione, poteſt adire iudicem, & ab eo petere abſque libello ut obuietur, ne uis ſeu iniuria inferatur, in l. j. §. prętere a, num. 58. ff. de quęſt. 60

timens inimicum poteſt implorare officium iudicis ut eum compellat ad præſtandam cautionem de non offendendo. & quid ſi ille inimicus eſt forenſis, an ad hoc poſſit compelli, in repetit. l. fin. ff. de iuriſd. omnium iudic. num. 120 7

timor probatur per iuſiurandum eius qui eum allegat, in repet. rub. C. de prob. num. 145 245

timor litis idem operatur quod ipſa lis quo ad translationem faciẽdam, in l. j. in princ. nu. 26. ff. de quęſt. 5

titulum aptum ad pręſcribendum cauſari unius probi uiri dicto. & num. 344. & 345 in repe. rub. C. de prob. nu. 339. 344. & 345 253

titulus ſufficit probari per famam ad iuſtificandum præſcriptionem, in l. de minore, §. plurium, nu. 72. ff. de quęſt. 86

¶Torquendus nemo niſi in ſubſidium probationum, in practica, §. nunc videndum, num. 23 138

torquendi metus torturæ æquiparatur, in prac. §. expedita, nu. 2 150

torqueri an poſſit reus minor xxv. annis, & quomodo. in practica, §. nunc uidendum, nu. 31 138

torqueri aliquem petens, iurare tenetur de probationum defectu, in practi. §. nunc uidendum, nu. 25 eod.

torqueri in quibus cauſis quis poſſit, in prac. §. expedita, nu. 47 151

torqueri quæ perſonę non poſſint, in prac. §. expedita, nu. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. & 44 151

torqueri nunquid poſſit accuſatus de crimine falſæ monetę, ſi in domo ipſius accuſati reperiantur ſtampæ monetarum, in l. qui falſam, num. 115. ff. ad leg. Corn. de fal. 38

torqueri qui petit aliquem, debet primò iurare ꝙ non habet alias probationes, quàm torturam, in l. j. in princ. nu. 7. in fi. ff. de quęſt. fol. 42. & in l. edictum diui Auguſti, nu. 1. eod. tit. 77

torqueri non poſſunt aliquæ perſonæ priuilegiatæ, in l. edictum diui Auguſti, nu. 3. ff. de quęſt. eo.

torqueri non poteſt utilis reipublicæ, ibid. nu. 11 eod.

torqueri qui non poſſunt propter aliquam dignitatem, non poterunt etiam torqueri finita illa dignitate, ibid. nu. 16 eod.

torqueri qui non poteſt propter aliquam dignitatem, ſi tamen de facto torqueatur & confiteatur, talis confeſſio non ualet, ibid. nu. 17 eo.

torqueri non poteſt liber homo in cauſa pecuniaria, quod ſecus eſt in ſeruo, in l. diuus, num. 1. quod limita, ut ibi. nu. 5. ff. de quęſt. eod.

torquendi poteſtas eſt meri imperij, in l. pen. num. 6. ff. de quæſtionibus. folio 111

torquendus præſumitur deteriorandus, in l. certo pretio, nume. 1. ff. de quęſtio. 97

Quomodo procedatur contra reum ad torturam quando legitima indicia præcedunt, in l. fin. in prin. ff. de quęſt. 115

tortura ad torturam poteſt deueniri contra illum qui aliàs commiſit delictum, non obſtante incertitudine quis rixantium intulerit uulnus, in l. prima, §. diuus Adrianus, num. 52. ff. ad legem Corneliam de ſicar. folio 9.

torturæ nemo ſe ſubmittere poteſt, in l. prima, in princ. nu. 2. ff. ad legem Cor. de ſic. fo. 2. & in l. lege Cornelia, §. conſtitutum, nu. 7. eo. tit. fo. 12.

& in

& in l.vtrum,num.1.ff.ad l.Pomp.de parric.fol.37.& in l.pen. num.4. ff.de quæſtio. fol.111
Tortura grauior eſt pœna, quàm utriuſque manus abſciſio,in l. j.§.præterea,num.8. ff.ad leg.Corn.de ſicar. folio 6. & in l.diuus,num.2.ff.de quæſtionib. 78
tortura modica non dicitur tortura,in l.furem,num.13.ff.ad legem Corneliam de ſica. 15
tortura in quibus caſibus incipi poſſit non præcedentibus indicijs, in l.j. in prin.nu.2.ff.de quæſt.fol.42. & in l.vnius,§.in ea cauſa,num.1.eod. tit.fol.101.& in l.pen.nu.75.eod.tit. 114
torturam quæ præcedere debent,in l.j.in princ.num.2.in fine, ff.de quæſtionibus. 42
torturę ad hoc ut deueniri poſſit,requiritur quòd non ſint alię probationes:quia tortura datur in defectum aliarum probationum, ibi. num.7. fol.eo.& in l.edictum,nu.1.eo.tit. 77
tortura quomodo probetur, in l. prima, §. diuus Seuerus, nume. 3. ff. de quæſtionibus, folio 53. & in l.de minore,§.plurium,nume.68. eodem titulo. 86
tortura probatur probata detentione, licet aliter non probentur tormenta, in l.prima, §.diuus Seuerus, numero quarto, ff. de quæſtionib. folio 53
tortura probatur per coniecturas. ibid. nu.4. verſ. item probatur etiam. fol.11.& in l.de minore,§.plurium,num.70.eo.tit. 86
tortura an dicatur pœna propriè loquendo,in l.diuus,num.3. ff.de quæſtionibus. 78
tortura an & quando repeti poſſit,in l.repetita, nume.2.3. cum plur.ſeq. ff.de quæſt. 99
tortura leuis non dicitur tortura,ibid.nu.5. 71
tortura à quo ſit incipienda,in l.prima, ff.de quæſtionib.nume.38.& 41. folio 45
tortura incipi debet ab eo qui habet turpe nomen quando plures ſunt torquendi,ibid.num.39 eod.
tortura an poſſit dari in ſecretis tractatibus & conſilijs propter probationis difficultatem,in pract.§.principium,nu.16 129
tortura cum moderamine infligenda,in practica, §.expedita, nume. 85. folio 152
tortura leuis non dicitur tortura,in practica,§.quoniam,nu.3 eo.
tortura an ſit grauior pœna,quàm membri mutilatio, in practi. §.expedita,num.59 152
tortura quibus modis probetur,in practica, §.expedita, nu.14.15.& 16. folio 150
tortura probatur à communiter accidentibus, in ſing. primo, incip. argumentum. 1
tortura à quo debeat incipere iudex, quando plures ſunt torquendi, in pract.§.expedita,nu.49.50.51.52.& 54 155
torturam reus an poſſit ſponte ſubire iudice non decernente, in pract.§. expedita,num.55 eod.
torturam indebitè paſſus qua pœna puniendus, ſi iudicem occiderit, in pract.§.diligenter,nu.58 142
¶Tractatus in atrocioribus pro facto habetur,in l.j.num.8.ff.ad l.Pomp. de parric.fol.280.& in l.vtrum,num.5.eo.tit.fol.34. & in l.qui falſam, num.6.ff.ad leg.Corn.de fal.fol.35.& in l.is qui cum telo, nu.20. C.ad leg.Coreliam de ſicarijs. 124
tractatum non reuelans,an & quando puniatur, in l.frater,nume.1. ff.ad leg.Pomp.de parric. 32
tractatum faciens contra Papam vel Principem,vel Eccleſiam,ſolùm punitur pœna capitis,ibid.nu.4 eod.
Tractatus ſeu ſola uoluntas in quatuor caſibus habetur pro facto, in l. qui falſam,nu.10.& 11.ff.ad leg.Corn.de falſ. 35
tractatum haberi pro facto in atrocioribus criminibus,in repe.l.unicę, C.de rap.virg.num.291 269
traditio non probatur per iſta verba notarij poſita in inſtrumento, videlicet,dedit, & conſignauit &c. in l.j.§.ſi quis dicatur,num.9.ff.de quæſtionibus. 52
trahens ſecum executionem per iniuriam,illa tranſit ad hæredem,in repet.rub.ff.de fideiuſſ.nu.404 230
tranſactio ſuper ſorte an extendatur ad pœnam, in l.ſi quis viduam, nume.24.in fi.ff.de quæſt. 70
tranſactio generalis facta ſuper re de qua litigabatur, licet extendatur ad connexa & acceſſoria,tamen non extenditur ad expenſas, in l.patre vel marito,num.66.ff.de quæſt. 74
tranſactio euidenter calumnioſa non ualet,ibid.num.79 eod.
tranſactio non extenditur ad incognita, niſi verba tranſigentium hoc importent,in l.vnius,§.cogniturum,nu.32 105
tranſitus per ciuitatem etiam cum refectione non includitur ſub habitatione,in pract.§.aggredior,nu.42 182
transfuga pro flagitio commiſſo ſicut hoſtis poteſt occidi, in l. eiuſdem, §.fin.num.1.ff.ad leg.Corn.de ſicar. 12
treuga percuſſa an admittat offenſionem ex iuſta cauſa,in pract.§.aggredior,num.87 183
¶Tumultus populi, vt euitetur aliqua conceduntur, quæ aliàs non concederentur, in l.qui cædem, nume. 2. ff.ad leg. Corneliam de ſicarijs. folio 21
Tutor emens rem pupilli clam præſumitur in mala fide verſari, in rubri. ff.ad legem Corn.de ſica.num.8 2
tutor propter neceſſitatem poteſt inuentario non confecto adminiſtrare bona pupilli, in l.prima, §.præterea, nume.93. ff. de quæſtionibus. folio 62
tutor vel curator ſi ſtatim poſtquam ſunt facti tutores, vel curatores interponunt auctoritatem in contractu minoris,non valet talis contractus,in l. ſtatuliber,nu.13.ff.de quæſt. 77
Tutelæ dationem incertitudine vitiari, in repet.rubr.C.de probationib. nume.403 256
Tutorem,qui geſſit,prius eſſe conueniendum,quàm eum,qui non geſſit, in repet.rubr.ff.de fideiuſſ.nu.438 230

¶De litera V.

VACCA vendita uenit vitulus qui eſt in corpore, & etiam vitulus natus qui nondum paſcitur herbis, in l. j. §. diuus Adrianus,nu.6.ff.de queſt. 56
Vacillatio an ſit per ſe ſufficiens ad torturam,in prac.§.quoniam,num.4 154
Vaſalli hæredes non poſſe domino feudi cauſam aliquam objicere ob quam priuari debeat proprietate feudi, ſi vaſallus, dum viueret, non eſt conqueſtus, in repetitio. l.vnicæ, C.de raptu virginum, nume. 83. folio 264
Vaſallo non poſſe feloniam objici per hæredes domini, ſi dominus dum viueret non eſt conqueſtus.& an id ſit perpetuum, num.ſequen. in repetitione l.vnicæ,C.de raptu virginum,num.82.& ſeq. 264
Vaſallo an poſſit obijci feloniæ crimen per hæredem domini, ſi dominus nunquam oppoſuit tale crimen vaſallo,in repetit.rubr.ff.de fideiuſſorib.num.403 230
Vaſallum non poſſe alienare feudum inuito domino, & an id ſit perpetuum,nume.ſequen.in repetit.rubr. ff.de fideiuſſorib. num.252.& ſeq. folio 225
Vaſallum non poſſe priuari feudo ſine citatione, etiam ſi nõ petierit inueſtituram tempore debito,in repetitio.l.de vnoquoque,ff.de re iudicata,num.40 205
Vaſallus non iuuans patrem domini ſui ita priuatur feudo, ſicut ſi dominum non iuiſſet, in repetitio.l.vnicæ, C.de raptu virginum, nume.11. folio 261
Vaſallus ignoranter alienans feudum, ſine licentia domini non priuatur ipſo feudo, in l.qui falſam,in principio,nume.70. ff.ad leg.Corneliam de falſis. 37
Vaſallus non poteſt facere quod alius capiat fructus feudi inuito domino,in l.j.§.cum quidam,nu.5.ff.de queſt. 54
Vaſallus ſi inuenit vnum qui velit facere illa, et pacta domino, quę ipſe faciebat dominus tenetur illum accipere, in l.prima, §. cum quidam, num.5. ff.de queſt. 16
Vaſallus obtinens per reſcriptum Principis non cadere à feudo propter non ſeruata fœdera feudi, ita & dominus non perdit dominium directum ſi eadem non ſeruauerit vaſallo,in l.circuncidere,§.ſeruo,nu.11. ff.ad l.Corn.de ſica. 16
Variatio rei facit indicium ad torturam, in l.de minore, §.pluriū, nu.25. ff.de quæſt.fol.83.& in l.ex libero,nu.24.eo.tit.fo.99.& in l.eos,nu.3. ff.ad leg.Corn.de fal. 40
Variatio an admittatur à Doctoribus, in l.ex libero,nume.19. ff.de quæſtionibus. 99
Variatio teſtium quomodo ſcribi debet,ibid.nu.27 72
Variatio appellatur iniquitas,ibid.nu.26 eod.
Variatio an & quando liceat teſtibus,ibid.nu.24 72
¶Vectigalis non ſoluti nomine merces non incidunt in commiſſum, ſi is, cuius ſunt merces, iurauerit ſe ignoraſſe, quod ibi ſoluendum eſſet uectigal,in repe.rubr.C.de prob.nu.137 245
Vehemens opinio conſona veritati habetur pro certitudine, in rubrica, ff.ad l.Corn.de falſis,folio 29.& in l.patre vel marito,nu.57.ff.de quęſtionibus. 74
Vehementiæ ſunt maximi effectus, in practica, §.diligenter, nume. 20. folio 141
Vendens eandem rem duobus inſolidum tenetur pœna falſi,in l.qui duobus,nu.1.ff.ad leg.Corn.de fal. 39
Vendens fructus viridarij ſui, qui bis in anno proueniunt, cenſetur uendere duntaxat primos fructus, in repetitio.rubricæ,ff.de fideiuſſorib. nume.113 220
Vendens comprehenditur ſub ſtatuto puniente ementem, in l.ſi quis viduam,num.8.ff.de queſt. 70
Vendens frumentum pro maiori pretio, quàm quod taxandum erat de proximo,& id ſciebat quod teneatur emptori,in l.ſtatuliber,num.16. ff.de quæſt. 77
Vendens equum & exprimens uitia patentia, & latentia tenetur tantum de vitijs latentibus,in rubrica, ff.ad legem Corneliam de ſicarijs, numero 13 1
Vendens aromata venenoſa temerè punitur pœna legis Corneliæ de ſicarijs,in l.eiuſdem,§.alio ſenatuſconſulto,num.1.ff.ad legem Corne. de ſicarijs. 11
Vendens fundum excepto iure coloni, qui medietatem habere debet,& nullus ſit colonus, an debeat habere medietatem fructuum, in l. qui ignorans,nu.3.ff.ad leg.Corn.de fal. 33
Vendere priuatus poteſt cogi locum ad erigendum furcas pro iuſtitia exequenda, in l.prima,in princip. num.27. ff. ad legem Corneliam de ſicarijs. 3
Vendere rem ſuam nemo cogitur,in l.j.§.cum quidam,num.1.ff.de quæſtionibus. 53
Vendere cogitur qui expoſuit rem venalem, ibid. nume.1. verſicu. item alius caſus. eod.
Vendita vacca videri etiam venditum vitulum, qui adhuc lactet,in repe. rubr.ff.de fideiuſſ.num.217 225
Verba plura iniurioſa dicta vno impetu reputantur pro vnica iniuria, in l.fin.num.20.ff.ad leg.Corn.de ſica. 28
Verba iudicis poſita in ſententia, videlicet viſo libello,viſa litis conteſtatione, viſa citatione, & ſimilia non probant, quod ipſe iudex uiderit prædicta,in l.j.§.ſi quis dicatur, num.5.ff.de quæſt. 52
Verba impropriantur vt deſeruiant menti, in l.ſed ſciendum, nu.5.ff.ad leg.Pomp.de parric. 280
Verba appoſita in principio diſpoſitionis, intelliguntur repetita in fine ipſius, in l.lege Cornelia,§.conſtitutum,num.10. ff.ad legem Cornel. de ſicarijs. 12
Verba reſpondentis debent referri ad omnia, & omnes qualitates in interrogatione poſitas, in l.lege Cornelia,§.conſtitutum,num.14.ff.ad leg.Corn.de ſicar. 12

Verba,

Verba, habeatur pro conuicto ſeu pro confeſſo, intelliguntur non ipſo iure, ſed per ſententiam, in rubrica, ff. ad legem Corneliam de falſis, nume.25 30

Verba cum effectu ſunt intelligenda, in l.is qui cum telo, nume.43. C.ad leg.Corn.de ſica.fol.8.& in l.qui falſam, in princ. num.31. ff.ad legem Corn.de fal. 35

Verba non ſufficiunt vbi opus eſt facto, in l.is qui cum telo, nu.66. C.ad leg.Corn.de ſica.fol.125.& in l.qui falſam, in princ. num.47.ff.ad leg. Corn.de fal. 36

Verba legis cui non conueniunt non conuenit eius diſpoſitio, in l. qui falſam, in princ.nu.56.ff.ad leg.Corn.de fal. eod.

Verba debent accipi in potiori & digniori ſignificatu, in l. de vnoquoque, num.2.ff.de re iudica.fol.204. & in l.eos, num.16. ff.ad leg.Corn. de falſis, folio 40. & in l.de minore, §.plurium, nume.104. ff. de quæſtionibus. 87

Verba ſunt demonſtratiua illorum quæ in corde reſident, in l. j. §. diuus Adrianus, num.10. ff. ad legem Corneliam de ſicarijs, folio 8. & in l.j. num.31.C.eod. 118

Verba enunciatiua non probant, niſi ſint geminata, in l.prima, num.39. C.ad leg.Corn.de ſica. 119

Verba ſunt interpretanda, vt non ſonent in delictum. ibidem, nume.71. fol. eodem.

Verba quæ verificantur tam in ciuili, quàm in criminali de qua morte in dubio ſunt intelligenda, in prac.§.opportunè, num 98 162

Verba futuri temporis qualiter interpretanda, in practica, §.aggredior, nume.116 184

Verba in ſtatutis capiuntur propriè, in practica, §.opportunè, nume.49. folio 162

Verba in potiori ſignificatu intelligenda, in practica, §. diligenter, numero 112 145

Verba futuri temporis nunquam intelliguntur ipſo iure, ſed per ſententiam, in rubr.ff.ad leg.Corn.de fal.num.34 30

Verba in dubio debere intelligi ſecundum naturam actus, ſuper quo interponuntur, atque ob id debere etiam impropriari & largè interpretari, in repetit.rubr.ff.de fideiuſſ.nu.355 229

Venditio metu facta, an poſſit reuocari per titulum de alien.iud.mutan. cau.fac.in pract.§.expedita, num.9 150

Venditio an & quando vitietur ratione incertitudinis. & nu.ſeq.in repe. rub.C.de prob.nu.422.& ſeq. 258

Venditio celebrata per epiſtolam emiſſam à venditore exiſtente in vno territorio ad emptorem exiſtentem in alio territorio, in quo territorio cenſeatur contracta, in repetitio. l.vnicæ, C. de raptu virginum, nume.301 270

Venditionem ſub haſta factam de re debitoris pro maiori pretio, quàm ſit debitum, eſſe nullam, in repetit. l.fin.ff.de iuriſdictio.omnium iudicum, num.47 217

Venditor ſi conuenit cum emptore conuertere pretium rei venditæ in emptione prędiorum, intelligitur ubi res vendita eſt ſituata, in l. de minore, §.plurium, nu.32.ff.de queſt. 84

Venditor non cadit in pœnam quam promiſit emptori de eo defendendo in caſu euictionis, vel litis motæ, ſi lis fuit mota vel res euicta, & eum non defendit, quia non fuit interpellatus, licet ſcieuerit l tem eſſe motam, in l.vnius, §. cogniturum, numero 12. ff. de quæſtionibus. folio 104

Venefici qui dicantur, in rubrica, ff. ad legem Corneliam de ſicarijs, numero 2 1

Venenans hominem dicitur illum proditoriè occidere, in rubr. ff.ad leg. Corn.de ſica.num.5 eod.

Veneni triplex eſt genus, in l.eiuſdem, §.primo, num.1.ff. ad legem Corneliam de ſica. 11

Venenum vel poculum amatorium dans punitur ultimo ſupplicio, in l. eiuſdem, §.j.nu.3.ff.ad leg.Corn.de ſic. eod.

Venenum ad venenandum aliquem hominem faciens, & venenum alicui dans tenetur pœna mortis, in l.prima, §.prĕterea, in princip. ff.ad leg.Corn.de ſica.fol.11.& in l.eiuſdem, num.1.eod.titu. & in dicta l.j. §.primo. eo.

Veniſſe non dicitur qui non ſtetit, in l.is qui cum telo, nume.58. cum ſeq. C.ad leg.Corn.de ſica. 103

Verba teſtamentorum, priuilegiorum, & contractuum in dubio ita intelligenda eſſe, vt nihil ſuperflui contineant, in repeti.rubr.ff.de fideiuſſo.num.68 219

Verba quęcunque etiam minima appoſita in inſtrumento debere aliquid operari, in repet.rubr.ff.de fideiuſſ. nu.69 218

Verba impropriam interpretationem admittere, vt quis potius cenſeatur bonus, quàm malus, in repet. 2, rubricæ, ff.de fideiuſſorib.num.63. fol.eodem.

Verba debere intelligi in potiori & digniori ſignificatu, in repetit. l. de vnoquoque, ff.de re iud.nu.2 14

Verba generalia extendi etiam ad perſonas inhabiles, vbi tractatur de fauore publico, in repetitio. l.fin. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum, nume.174 223

Verba ad perſonam relata debere intelligi ſecundum conditionem perſoue, in repet.rubr.C.de prob.num.18 238

Verba, quæ trahi poſſunt ad falſum, & non falſum interpretanda in dubio eſſe, vt non contineant falſum, in repetit.rubricæ, ff.de fideiuſſor. nume.59 217

Verba in dubio intelligenda eſſe ſecundum ſubiectam materiam. & ob eam nonnunquam impropriari debere, in repetit. rubr. C. de probationib.num.17 238

Verbera non dantur ad menſuram, in l.ſecunda, num.16. C.ad leg.Corn. de ſicar. 121

Verbera non dantur ad menſuram, & nemo in defenſione modum tenere poteſt, in pract.§.quoniam, nume.83 157

Verbum etiam minimum appoſitum lege vel ſtatuto, vel diſpoſitione, intelligitur cum miniſterio aliquid operandi, in l. prima, §. ſi ſeruus, numero quarto, ff.de queſtionibus. folio 50

Verbum quodcunque etiam minimum in lege vel ſtatuto poſitum debet intelligi ſic poſitum ut aliquid operetur, in repet.rub.C.de probationib.num.24 238

Verbum, debet, poſitum in lege neceſſitatem importat, in pract. §.nunc videndum, num.8 137

Verbum (debet) adiectum particulæ (omnino) licet ſit neceſſitatiuum, tamen aliquando ratione ſubiectæ materiæ honeſtatem duntaxat importat, non etiam neceſſitatem, in repetitio.l.vnicæ, C.de raptu virgi. nume.277 270

Verbum(debet) accipi aliquando pro poteſt, in repet.l.vnicæ, C.de rap. virg.num.278 eod.

Verbum(debet) prolatum à teſtatore importat neceſſitatem, in repet. l. vnicæ, C.de rap.virg.num.279 96

Verbum(poteſt)quam ſignificationem in iure habeat, in repet. l.vnicæ, C.de raptu virg.num.280 96

Verbum quod ſonare poteſt in iniuriam, & in non iniuriam in dubio interpretandum eſſe in non iniuriam, in repetit.rubricæ, ff.de fideiuſſoribus, num.61 217

Verbum poſitum in aliqua lege, ſtatuto, contractu, aut alia diſpoſitione, intelligi poſitum, vt aliquid operetur, in repet.rubr.ff.de fideiuſſo. nume.224 225

Verbum animaduertere, importat animatum corpus in totum, vel in partem tollere, in l.ex ſenatuſconſulto, num.4.ff.ad legem Corneliam de ſicarijs. 19

Veriſimile maius tollit minus, in pract.§.diligenter, nu.195 148

Veritas eſt probatio probata, & eſt notoria, in practica, §.ſecunda, numero 17 164

Veritas ſemper quærenda & inuenta attendenda, in prac.§.ſecunda, nume.15.maximè in delictis, nu.16 eod.

Veritas omnia uincit, in prac.§.ſecunda. eod.

Veritatem eius, quod multipliciter exponitur, ignorari.in repeti.l.ſi.ff.de iuriſdic.omn.iud.num.139 199

Veritati omnia cedunt, in prac.§.ſecunda, nu.18 164

Veritatem curare debemus potius quàm de apicibus iuris diſputare, in prac.§.ſecunda, nu.20 eod.

Veritas eius quod multipliciter exponitur, ignoratur. in l.patre vel marito, num.35 .ff.de queſt. 72

Veritatem habere ſufficit ſubſiſtere, licet non appareat ad hoc quod actus ualeat, in l.patre vel marito, nu.50.ff.de queſt. 73

Veritas quando aliter haberi non poteſt, multa conceduntur quæ aliàs non concederentur, & receditur quandoque propter hoc à regulis iuris communis, in l.diuus, nu.6.ff.de queſt.fol.78. & in l.de minore, in prin.num.24.eod.tit.fol.80.& in l.fin.num.7.cum ſeq.& num.19.C.ad leg.Corn.de ſica. 127

¶Via benignior in dubijs & obſcuris, maximè in criminalibus ſequenda, in practica, §.ſecunda, nu.67 164

Vicini an poſſint capi & torqueri pro furto inueniendo, in prac. §.diligenter, num.97 144

Vicini malæ conditionis vitæ & famæ poſſunt capi & torqueri pro furto inueniendo, in l.qui falſam, in principio, num.117.ff.ad leg.Corn. de falſis. 38

Vitium medium vel malitia medicinæ excuſat uulnerantem, in l.nihil intereſt, nu.10.ff.ad leg.Corn.de ſica. 21

Vicarius alicuius domini repræſentat ipſum dominum, & facta contra vicarium dicuntur facta contra dominum, in l.ſi quis obrepſerit, nume.7.ff.ad leg.Corn.de fal. 41

Vicario Principis facta per ſubditum, faciunt eum incidere in crimen lęſæ maieſtatis, ſicut ſi ea commiſiſſet contra Principem, ibid.nu.7.ver. & faciunt dicta. eod.

Victor ſi nullam fecit expenſam: quia habuit procuratorem & aduocatum gratis, vel fortè ipſe fuit procurator, vel aduocatus in cauſa propria, an hoc caſu poſſit petere à reo id quod ueriſimiliter expendiſſet in procuratore vel aduocato, in l.patre vel marito, num.68.ff.de queſtionibus. 74

Victor confitens de iniuſtitia ſententiæ locum reuocationis iudici præbet, in prac.§.opportunè, num.24 160

Victor ſi confitetur de iniuſtitia ſententiæ latæ in eius fauorem, reuocatur tunc ipſa ſententia, non obſtante quod tranſiuerit in rem iudicatam, in l.eos, nu.19.ff.ad leg.Corn.de fal. 40

Victricus quis dicatur, in l.j.nu.7.ff.ad leg.Pomp.de parric. 41

Victus uictori in cauſa criminali condemnatur in expenſis, in practica, §.ſupereſt, num.1 176

Victus uictori condemnatur in expenſis in cauſa criminali, in l. patre vel marito, nu.13 .ff.de quæſt. 72

Victus uictori condemnatur in expenſis in cauſa appellationis non habito reſpectu, an habuerit iuſtam cauſam litigandi, ibid.nu.31 eod.

Victus victori non debet condemnari in expenſis, quādo habuit certam opinionem Doctoris pro ſe.ibid.nu.32 eod.

Victus quando fundaſſet intentionem ſuam ſuper textu habere varias lecturas, ſeu uarios intellectus, non debet condemnari in expenſis, ibidem num.36 eod.

Victus qui ſemiplenè probauit, non debet condemnari in expenſis, ibid. nume.36 eod.

Vidua mortuo marito poteſt propria authoritate abſque licentia iudicis remanere in detentione domus, quam cum marito viuente inhabitabat iure familiaritatis, in repet.l.unicæ, C.de raptu virginum, nu.254. folio 270

Vidua tutrix filiorum ſuorum priuatur tutela, ſi uiuit luxurioſè licèt non tranſeat ad ſecunda uota, in repe.l.unicę, C.de rap.virg.nu.691 63

Vidua retinet dignitatem quam habebat uiuente marito, in repet. l.unicæ, C.de rap.virg.nu.252 94

Vidua retinet forum uiri mortui, atque etiam eius priuilegium, & an id ſit perpetuum, nume.ſequen. in repetitio. l.vnicæ, C.de raptu virgin. nume.250 269

Vidua

Vidua inhoneſtè uiuens an perdat dotem. & nume. 65. & 66. 74. & 76. & 79. in repetitio. l. vnicæ, C. de raptu virgin. nume. 63. 65. 68. 74. 76. & 79. fol. 263

Viduæ appellationem etiam ei conuenire, quæ habet virum inutilem, in repet. l. unicæ, C. de rap. virg. nu. 245 269

Viduam cenſeri eſſe in primo matrimonio durante uiduitate, ac proinde iiſdem priuilegijs gaudet, quibus uiuente marito gaudebat, in rep. l. unicæ, C. de rap. virg. nu. 64 263

Viduam inhoneſtè uiuentem iiſdem pœnis ſubijci, quibus & uidua tranſiens ad ſecunda uota, in repet. l. unicę, C. de raptu uirginum, num. 71. folio 263

Viduam inopem debere ali de bonis uiri defuncti, etiam ſi nullam dotem dederit, in repet. l. unicę, C. de rap. virg. nu. 253 270

Villa ſi ex forma ſtatuti tenetur capere malefactores, & eos denuntiare: aliàs teneatur ſoluere certam pœnam, hoc caſu ſi plures fecerunt vnum homicidium, & villa nòn cepit eos, non tenebitur niſi ad unam pœnam, in l. fin. nu. 6. ff. ad l. Corn. de ſica. 28

Villa ſi ex forma ſtatuti tenetur de damno dato, ſi caſu fortuito ueniat incendium, non tenetur de damno, in l. j. nume. 18. ff. ad leg. Corneliam de ſicarijs. 3

Vim iam factam ſi quis à ſe repellat, præſumitur defenſionis cauſa feciſſe, in l. 2. num. 21. C. ad leg. Corn. de ſic. 121

Vim ui repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelę, in ſingul. 692. incip. vim ui. fol. 58. & in pract. §. quorum, num. 63 156

Vindictam à iure ſibi promiſſam poſſit ne quis demandare illis perſonis, quibus lex non concedit eam uindictam, in repetitio. l. unicæ, C. de raptu virg. num. 4 261

Vindictam aduerſus raptorem honeſtę mulieris permitti parentib. ipſius mulieris, in repe. l. unicę, C. de rap. virg. nu. 1 261

Vindictam à iure ſibi conceſſam uolens exercere, an poſſit ſecum ducere amicos vel affines, quorum auxilio utatur. & nu. 15. in repeti. l. unicæ, C. de rap. uirg. nu. 13. & 15 261

Viduam dici etiam eam, quæ nunquam habuit virum. atque inibi caſus varij in quibus uiduæ appellatio conuenit mulieri, in repetit. l. unicæ, C. de rap. virg. num. 244 270

Violentum non debere citari, cùm tractatur de deferendo iuramento ei qui uim paſſus eſt, in repe. rubr. C. de prob. nu. 148 63

Vir bonus bonæ conditionis & famæ non debet condemnari in expenſis, licèt ſuccumbat in cauſa, in l. patre vel marito, num. 37. ff. de quæſtionibus. 73

Virginitatem corruptam reſtitui non poſſe, in repetitio. l. unicæ, C. de rap. virg. nu. 258 269

Viri literati propter publicam utilitatem doctrinæ uniuerſalis ad pluralitatem beneficiorum ſunt excelſiores, in pract. §. aggredior, nu. 68

Vitiatur datio propter incertitudinem executionis, in repet. rubri. C. de prob. num. 405 77

[illegible] gant prioribus, in l. prima, §. ſi ſerui, num. 8. cum pluribus ſeq. ff. de queſt. 54

¶Vniuerſitatis conuocatio inepta non nocet, ſi ex ea conuocatione ſufficiens numerus congregetur, in repetit. l. de vnoquoque, ff. de re iudicata, num. 56 2

¶Vſus promptum reddit artificium, in pract. §. principium, nu. 2 128

Vſuras qui alicui ſoluit, poteſt illas repe[illegible]et non probet illas ſibi ſoluiſſe, ſi tamen probat, q ille alia[illegible]rat ſolitus mutuare ſub uſuris, in l. maritus, num. 46. ff. de queſt.

Vſurarius manifeſtus qui dat cautionem, ſi poſtea interpellatus eam non ſeruat, perinde eſt ac ſi nunquam ſciuiſſet, in l. maritus, nume. 41. ff. de quæſtionib.

Vſurarius manifeſtus probatur ex pluribus indicijs, in l. j. §. idem Cornelio, num. 2. in fi. ff. de quæſt. 48

Vſurarius contractus pręſumitur ſi in contractu apponitur pœna inſolita, licet aliter non appareat de uſuraria prauitate, in l. de minore, num. 13. ff. de quæſt. 79

Vſurarius manifeſtus probatur per famam cum aliquibus adminiculis, in l. de minore, §. plurium, num. 83. ff. de queſt. 86

Vſurarium mortuum quilibet admittitur ad petendum exhumari, quando non præſtitit cautionem de reſtituendis uſuris, in l. ſi quis ne quæſtio. num. 117. ff. de queſt. 94

Vſurarij manifeſti teſtamentum licet non ualeat non præſtita ſatiſdatione, tamen ſi poſtea præſtetur cautio, reconualeſcit. in l. pen. nume. 43. ff. de quæſt. 113

¶Vtilis rei publicæ non debet torqueri, etiam ſi habeat indicia contra ſe. in l. edictum, num. 11. ff. de queſt. 77

Vtilitas publica dicitur iuſta cauſa, in prac. §. aggredior, nu 74 183

¶Vulnera non dantur ad menſuram, in l. 2. nu. 46. C. ad leg. Corn. de ſica. fol. 121. & in l. j. nu. 42. ff. eod. tit. 3

Vulnuſculum non eſt in conſideratione, in l. furem, nu. 1. ff. ad le. Corn. de ſica. fol. 14. & in l. ſi ut allegas, nu. 7. C. eo. tit. 123

Vulnus ſi mortale dicitur per aliquam partem medicorum, & alia contrarium affirmet, ſtatur neganti, in l. j. num. 54. & 60. C. ad leg. Corn. de ſica. fol. 119. & in l. j. §. diuus Adrianus, num. 32. 39. ff. eo. tit. 9

Vulnus ſi dominus intulit Titio, & famulus intulit aliud, dominus tenetur tanquam principalis pro uulnere ab ipſo illato, & pro uulnere illato à famulo tenetur tanquam præſtans opem, in l. nihil intereſt, nume. 22. ff. ad legem Corn. de ſica. 21

Vulneratus ſi occidat vulnerantem pœna mortis, non punitur, in l. j. in princ. num. 45. ff. ad leg. Corn. de ſicar. 3

Vulnerans aliquem mortaliter non tenetur de morte, ſi alius poſtea in totum illum exanimauit, ibid. nu. 87. fol. 4. & in l. nihil intereſt, num. 18. eod. titulo. 21

Vulneratus mortiferè an habeatur pro mortuo, in l. j. in prin. nu. 88. ff. ad leg. Corn. de ſicar. 4

Vulnerans non tenetur de morte ſi uulneratus noluit habere medicum, in l. j. num. 110. ff. ad legem Corneliam de ſicarijs, fol. 6. & in l. nihil intereſt, num. 8. eod. tit. 21

Vulneratus ſi habuit medicum imperitum, vel ſi inordinatè uixit comedendo res ſibi nocituras, vel ſi noluit obedire medico, vulnerans non tenetur de morte, in l. nihil intereſt, num. 9. ff. ad legem Corneliam de ſicarijs. 24

Vulneratus præſumitur mortuus ex mala cura ſi moritur poſt relationem medicorum dicentium vulnus non eſſe mortale, ibi. nu. 11 eo.

Vulnerans an teneatur de morte, quando febris ſuperuenit non mortaliter uulnerato, ibid. nu. 12 24

Vulneratus ſi utitur incantationibus, an eum vulnerans teneatur de eius morte, ibid. num. 13 eod.

Vulnerantes ſi duo inſultarunt Titium, & unus dedit ſibi unum vulnus mortale, alius verò eidem dedit uulnus non mortale, iſte qui dedit vulnus non mortale non debet puniri pœna mortis, ibid. nu. 19 21

Vulneratus à pluribus perſonis ſi perit, & ignoratur ex cuius ictu moriatur, omnes tenentur, in l. fin. nume. 5. & 11. ff. ad legem Cornel. de ſicarijs. 8

Vulneratus ſi moritur ex interuallo, an præſumatur mortuus ex vulnere, ibid. num. 54 29

Vulnerantes ſe mutuo non puniuntur reſpectu intereſſe partis, vbi incertum eſt, uter alterum aggreſſus ſit, in repetitio. rubricæ, C. de probat. nume. 434 272

Vulnerans an teneatur de occiſo, ſi uulneratus medicum habere noluerit, in practica, §. & quia. num. 18. Et quid ſi medicum habuerit imperitum, vel noxia comederit, nu. 19 fo. 188

Vulnerans aliquem & poſtmodum occidens, an teneatur de uulnere, & de homicidio, in practica, §. & quia. num. 37 eod.

Vulneratus dicens ſe mori ex medici culpa, an iuuet uulnerantem, in practi. §. reſtat. num. 4. fol. 162. & §. & quia. num. 24 188

Vulneratus mortaliter an habendus pro mortuo, in practica, §. & quia. nume. 27 eod.

Vulneratus ex interuallo moriens, an præſumatur in dubio mortuus ex dicto vulnere, in practica, §. quia. nu. 16 eod.

Vulneratum non eſſe mortuum ex uulnere, difficile eſt probare, in practica, §. & quia. num. 17 80

Vulnus quid ſit, in pract. §. & quia. num. 1 79

Vulneris appellatione, an ueniat tumor & liuor, in practica, §. & quia. nume. 2 187

Vulnuſculum nullum habet in ſe delictum, in prac. §. & quia. num. 3. Et an includatur ſub ſtatuto de vulneribus, num. 4. & 5 eod.

¶Vxor quo caſu admittatur in teſtem contra maritum, in practica, §. diligenter, num. 125 146

Vxor an poſſit teſtificari pro viro, in l. j. §. ad quæſtionem, nume. 6. ff. de quæſtio. 46

Vxor ſi dat inſtrumenta marito, videtur ſibi concedere adminiſtratione rerum ſuarum, quæ continentur ſub illis inſtrumentis, in l. ſi quis ne quæſtio. nume. 14. ff. de quæſtio. fol. 90. & in l. qui falſam, nu. 111. ff. ad leg. Corn. de falſ. 38

Vxorem alterius ſi quis tentat & per iura puniatur, ignorans excuſabitur, in l. j. nu. 13. C. ad leg. Corn. de ſica. 118

Vxor quæ receſſit à viro propter eius ſæuitiam non eſt ei reſtituenda, ſi non poteſt ſecurè cum eo habitare. & quid in marito qui receſſit ab vxore, quæ inſidiabatur uitæ illius, num. ſeq. in repet. l. unicæ, C. de raptu virg. num. 307. & ſeq. 270

FINIS.

HIPPOLYTI DE MARSILIIS BONONIENSIS I. C. PRAESTANTISSIMI

Commentaria

Super Titulis. ff. ad legem Corneliam de Sicarijs, & veneficis. ad legem Pompeiam de parricidijs. & ad legem Corneliam de falſis, diligentiſsimè excuſa.

SVMMARIVM.

1 *Superflua reſecanda.*

2 *Iuris ſtudioſi cur potius intendere debeant materijs criminalibus, quàm ciuilibus.*

3 *Pecuniæ in cauſis criminalibus fluunt, & in illis ſtat pondus diei, & æſtus.*

PRAEFATIO.

Qvi bona cuncta mortalibus tribuit, & fons eſt ſapientiæ, omniumq́ue ſcientiarum elargitor Deus pater, & filius, & ſpiritusſanctus, ille ſit à dextris meis, mentem meam illuminet, linguamq́ue meam dirigat, vt in lectura præſentis anni. 1519. dicere, & exprimere valeam ea, quæ maieſtati ſuæ grata ſint, auditores delectent, eosq́ue inſtruant ad laudem, & gloriam ſuæ incomprehenſibilis diuinitatis, necnon eius beatiſsimæ matris totiusq́ue cœleſtis curiæ. Deputatus hoc anno. 1519. Ego Hippolytus de Marſilijs, I.V.D. Bonon. per R. D. Legatum, ſeu eius vicegerentem, & per magnificos Reformatores huius almi ſtudij Bono. necnon per magnifica regimina eiuſdem ciuitatis, ad lecturam quotidianam criminalium per annos quatuor proximè ſequentes, lecturam ipſam, humiliter vt ſubditos & ſeruos decet, ſuſcepi, vt eiſdem ſuperioribus obedirem, & rem gratam magnifico Domino Rectori vtriuſque vniuerſitatis efficerem, & pariter morem gererem pluribus & pluribus ſcholaribus, quos vti filios paterno amore proſequor, qui cupiebãt lectiones meas in criminalibus audire, & reportata mea ſuper eiſdem talia, qualia ſunt, habere. Qua lectura ſuſcepta mihi elegi titulum. ff. ad leg. Cor. de ſica. tanquam titulum inter
alios materiam criminalem continentes, vtiliorem cæteris,
in quo Deo duce videbimus, quàm plura notabilia quoti-
1 diana, & vtilia.† Ideo reſecatis ſuperfluis venio ad ipſum titu.
Et qm̃ titulus iſte re, & fama notus eſt, ideo non eget aliqua
commendatione, quia ſatis ſeipſum commendat, iuxta l. j. s̃.
de in inte. reſti. & l. 1. ſupra de exerci. & l. 1. §. fin. s̃. de do. præle.
& l. quibus diebus. §. quid dotalem. s̃. de condi. & demon. Et
quia, vt dixi, titu. iſte continet materiam quotidianam, & valde lucroſam, ideo ad eum venit diligenter aduertendum, vt
habetur in l. legaui. ſuprà de lib. leg. & in l. 1. ſuprà ad exhi. & in
2 l. iuſto. in principio. ſuprà de vſuc. † Et licet ſcholares omnibus lectionibus vacare debeant, & toto poſſe illas capeſcere, attamen plurimum vacare debent iſtis lectionibus criminalibus, quàm ciuilibus. Primò, quia in ciuilibus tractatur de periculo, ſeu præiudicio rerum & bonorum, in criminalibus autem tractatur de periculo perſonarum, ideo tanquam magis periculoſa diligentius in ipſa materia eſt inſiſtendum, ar. c. vbi periculum. de elec. lib. 6. Item, quia quælibet pœna perſonalis etiam minima eſt maior quacunque pecuniaria, vt in l. in ſeruorum. infra de pœn. Item etiam, quia cõtinet digniorem materiã, quàm cauſæ ciuiles, cum homo cunctis rebus humanis p̃feratur. l. in pecudum. ſuprà de vſur. §. in pecudum.
3 Inſti. de re. diui. † Item etiã, quia magis cauſæ criminales ſunt lucroſæ, quàm ciuiles, & ideo dixit Io. de Imo. in l. 2. in 5. col. ſupra de pub. iu. quòd vbi occurrunt pericula perſonarum, ibi fluunt pecunæ. quod etiam dixit D. Alex. in conſi. 339. ſecũdum ordinẽ meũ, inci. in cauſa inqſitionis, &c. & dixit Bal. in addi. Spe. in ti. de ꝯfeſ. in ver. ꝯfeſsio iſta non debet. ꝙ in cauſis criminalibus ſtat põdus diei, & æſtus. Venio igr̃ ad rubricã.

Ad legem Corneliam de ſicarijs. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Qui dicãtur ꝓpriè ſicarij, & qui venefici, & qua pęna puniãtur. nu. 2*

3 *Grauius eſt homicidium, quàm adulterium.*

4 *Plus eſt hominem veneno extinguere, quàm gladio occidere.*

5 *Venenans aliquem, dicitur eum proditoriè occidere.*

6 *Quæ licitè fieri poſſunt, ſi clam fiant, non carent doli, & fraudis præſumptione.*

7 *Sexus & ruſticitas, quomodo excuſantur.*

8 *Tutor emens rem pupilli clam, præſumitur mala fide verſari.*

9 *Profeſſus in monaſterio contrahens matrimonium clam, eſt ſuſpectus de hæreſi.*

10 *Iudex recipiens pecuniam palam à litigatoribus, non tenetur de barataria: ſecus ſi eam clam recipit.*

11 *Clandeſtinitas, eſt maxima coniectura contractus ſimulati.*

12 *Delictum factum de nocte, acrius punitur, quàm factum de die.*

13 *Equum vendens, & exprimens vitia, & latentia, tenetur tamen de vitijs latentibus.*

14 *Stante ſtatuto, quòd bannitus poſſit impunè occidi, non poterit tamen impunè venenari.*

AD legem Corneliam de ſicarijs. Iuxta morem meum conſuetum omittam continuationem huius Rub. cum, vt ſolitus ſum dicere, nullam vtilitatem vnquam perceperim ex continuatione rubricæ, qa ſcientia, & experiẽtia legum non cõſiſtit in continuatione Rubricæ, iuxta ea, quæ habentur in l. ſcire leges. ff. de legi. Attamen ſi quis ſcire cupit materiam continuationum Rub. videat Moder.
1 in Rubr. ſuprà ſi certum petatur. † Quæro tamen circa hanc
Rub. antequàm veniam ad nigrum, qa ſumus in tit. de ſica. q ſint ſicarij. In quo dicas, quòd ſica, eſt gladius vtrinque incidens, & ideo dicuntur ſicarij, qui homines ferro occidunt, licèt etiam hoc nomẽ ſicarius, pro quocunq; occidente cum gladio, ferro, fuſte, vel lapide accipiatur, vt dicit glo. Inſtitu. de publ. iudic. §. item lex Cornelia. in verbo, ſicarij. de quo etiam
2 vide glo. in c. ſicut dignum. §. hi quoque. de homic. † Et quia in hac Rubr. etiam dicitur de veneficis, quæri poteſt, quis dicatur veneficus? In quo dicas, quòd venefici dicuntur, qui homines veneno, vel incantationibus occidunt; vel etiam, qui venena, vel alia mala medicamenta vendunt, qui tãquam ſicarij vltimo ſupplicio puniuntur, vt Inſti. de pub. iu. in §. eadẽ lege. & habetur infrà eodẽ in l. 3. §. pen. vbi videbimus Deo du
3 ce.† Et ſcias, quòd grauius eſt homicidium, quàm ſit adulte-
4 rium. tex. eſt in c. ſi quid verius. 30. q. 2. † Et etiam ſcias, quòd plus eſt hominem veneno extinguere, quàm gladio occidere. ita dixit glo. in d. §. eadem lege. in 1. glo. alle. l. 1. C. de malefi. & mat. & ratio, quia occidens veneno, proditoriè, & clam delinquit, & non poteſt fieri aliqua defenſio ab ipſo recipiẽte venenum. quod ſecus eſt in illo, qui gladio occidit, à communiter accidentibus, quia ille qui occiditur gladio, poteſt reſiſtere, & aliquam defenſionẽ facere, ideo magis dicitur delinquere veneficus, quàm ſicarius, vt in d. l. 1. C. de malefic. &
5 mat.† Et ideo dixit Bald. in l. nemo clericus. C. de ſum. Trin. ꝙ
venenans aliquem, dicitur eum proditoriè occidere. [Idem dixit Barba. in conſilio. 70. incip. vbi Chriſtus, in 11. col. in fi. in 4. vol. Alexan. conſilio 145. incip. viſo. in 3. columna, in 7. vol.] quod ẽt dixit ipſe Bald. in c. 1. in 7. col. ver. quid de rebus, &c. quib. mod. feu. amit. vbi etiam ſubdit, quòd etiam dicitur ꝓditor ille, qui occultè offendit, & ideo nimirum ſi magis di-

citur proditor ille, qui occultè offendit, & ideo nimirum ſi
magis dicitur delinquere veneficus, quàm ſicarius, propter
6 clãdeſtinitatem, quæ aggrauat delictum.† Quinimò illa, quæ
licitè fieri poſſunt, ſi fiant clam, non carent præſumptione
fraudis & doli, ſecundum Salyc. in l. in ciuilẽ. in fi. C. de fur. &
probat text. in c. vnico. vt eccle. benefic. facit l. cum ipſe. C. de
contrahen. empt. & l. donatio. §. j. C. de do. & c. cum inhibitio.
☞ de clan. deſpon. [Vide Soc. in conſi. 80. incipien. præſens con-
ſultatio. in 3. col. in 4. volu.] Et voluit Barth. Cepo. in tract. de
ſimulatione contractus. in 9. char. in 3. col. & in conſil. 26. in-
cip. magnifice. in 3. col. vbi dicit, quòd ille, qui emit rem clam,
præſumitur fur. ad quod alleg. Paul. de Caſt. in l. inciuilem. C.
de furt. & alia, de quibus ibi per eum. & dixit Bald. in l. 1. C. de
7 inter. matri. † quòd leges dicentes, quòd ſexus, vel ruſticitas
excuſat, debent limitari, niſi fiat clam actus, quia tunc non ex-
cuſat, per glo. ibi, quod etiam voluit Alex. in l. cum de indebi-
to. ſuprà de proba. & Do. Alexan. in l. ſi quis id, quod. in 2. col.
in ver. item no. quòd ruſticitas, &c. ſuprà de iuriſd. omn. iudi.
☞ vbi alleg. glo. & ibi Bald. in d. l. 1. C. de interd. ma. [Et idem di-
xit Lud. Ro. in conſil. 106. incip. in re præſenti, &c. in fin. col.]
Pro quo faciunt dicta per Bart. in l. 1. in princ. infrà ad legem
8 Iuliam de ambitu.† Et dixit Barto. in l. pupillus. §. fi. ff. de auto.
tut. quòd ſi tutor emit clam rem pupilli, præſumitur mala fi-
de verſari, vt in dicto §. fin. & hoc per l. non exiſtimo. ff. de ad-
9 min. tuto.† Et dixit Bald. poſt Iac. But. in l. 3. C. de ſumma Tri-
nitate. & Abb. in c. de hoc. extrà de celeb. miſ. & in c. cum qui-
dam. de iureiuran. quòd profeſſus, qui relicto clauſtro cõtra-
xit clam matrimonium, eſt ſuſpectus de hæreſi, ſed ſi hoc pa-
10 lam facit, præſumitur potius error, quàm malitia. † & dixit
Archid. in c. non rectè. 11. q. 3. & Bald. in c. fina. de appel. quòd
iudex recipiẽs pecuniam palam, & publicè à litigatore, vt pro
eo ferat ſententiam, nõ tenetur de barataria, ſecus ſi eã clam
recipit. de quo etiam per Bertha. in verbo, iudex punitur. in 5.
11 colum. in 9. no.† Et dixit Ioan. de Imo. in l. poſt contractum.
ff. de dona. ꝙ clandeſtinitas eſt maxima coniectura cõtractus
ſimulati, per tex. in l. fi. de ritu nup. & per l. ab Anaſtaſio. verſi.
ſi quis autem occultè. C. manda. vbi idem not. Bal. pro quibus
facit glo. in d. l. 1. C. de interdi. mat. quam ſequitur Bal. in l. qui-
cunque. in penult. col. C. de ſer. fugi. & Ioan. de Ana. in c. cum
ex iniuncto. in 2. col. de hæreti. pro quibus facit d. c. cum inhi-
bitio. de clande. deſponſa. & glo. in l. qui contra. C. de incœſt.
☞ nupt. in glo. in verbo, acerrimo. [Vide circa hanc materiam
de delicto clam, vel palam commiſſo, Alexan. in conſil. 1. in 3.
12 vol. in 3. char. in 2. col.] † Vnde dicimus, ꝙ delictum factum
de nocte acrius punitur, qnàm illud quod eſt factum de die,
vt dixit glo. in l. ſi vt allegas. C. eod. de ſica. pro quo facit l. furẽ.
infrà eod. & facit etiam ad prædicta. nam ille, qui tenetur rã-
tione alicuius defectus rei, nullo modo tenetur quando ille
defectus eſt patens. l. ea, quæ commendandi. §. fi. ſuprà de con
trahan. emp. & l. quæritur. in fi. eod. titu. & voluit Ang. de Are.
13 in §. in duplum. in penul. col. Inſtit. de actio. † Et hinc ſumpta
occaſione dicunt Doct. quòd ſi aliquis vendit equum, & di-
cit, quòd ipſe equus habet omnes defectus, & aliquos defe-
ctus euidentes exprimit, quòd tunc propter defectus euiden
tes non poterit agi redhibitoria, ſed propter defectus occul-
tos poterit agi. ita dixit Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de emp.
& vend. in §. nunc videndum. in addi. incip. quid ſi vendas. &
Ang. & Alex. poſt alios, in l. ſi quis cum aliter. in vlt. col. de ver.
oblig. & Pau. de Caſt. in d. l. paciſci. ſuprà de pact. & ibi Ang. &
Ang. in l. Imperatores. ſuprà de publ. & Abb. in c. iniuſtum. de
rerum permuta. & Bal. & Sal. in l. 1. C. de ędi. acti. de quo latius
per Alex. in d. l. ſi quis cum aliter. vbi videas. Et inquantum di-
xi ſuprà, quòd plus eſt hominem veneno extinguere, quàm
gladio occidere, per tex. in d. l. 1. C. de malefi. & mat. per ratio-
nem illam, quòd venenans aliquem, dicitur proditoriè, & clã
14 facere, &c. † Tene menti perpetuò vnum, quòd ſtante ſtatu-
to, quòd bannitus poſsit impunè occidi, non tamen poterit
impunè veneno occidi, & ille qui bannitum occiderit vene-
no, non iuuabitur ſtatuto, quoniã ſtatutum permittens ban-
nitum occidi poſſe, non intelligitur, ꝙ permittat eum prodi
toriè occidi, ſed aliter, & ideo qui tali caſu bannitum occide-
rit clam & proditoriè, non iuuabitur ſtatuto. ita ſingu. & mi-
rabiliter dixit Ang. per illum text. in l. fin. C. de delatori. lib. 10.
& hoc, niſi eſſet bannitus pro crimine læſæ maieſtatis. quod
dictum pro valde not. refert & ſequitur Do. Bartho. Cepo. in
conſi. ſuo 34. incipien. ſi vnquã, &c. in 3. col. ver. prętcrea, &c.
quod eſt ſingulariter notandum. & hoc etiam procedit, quia
iura abhorrent proditores, & proditiones, vt latè dixi in ſing.
meo 16. incip. proditores, &c. vbi etiam retuli dictum Ang.
vbi ſuprà. Pro quibus facit, nam ſi ſtatutum permittit occide
re bannitum, & plus ſit veneno eum extinguere, ergo cum
ſit plus, non videtur permitti à dicto ſtatuto, ſed occidere tã-
tum. Tene menti, quia eſt dictum meum nouum. & vide cir-
ca hanc materiam, quàm plus ſit quem veneno occidere, q̃
gladio, Do. Nel. in tracta. bannitorum. in 3. parte ſecundi tem
poris. in 8. q. Sequitur lex prima.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Homicida punitur pœna mortis.*
2 *Occidens hominem etiam volentem, tenetur de homicidio.*
3 *Qui poteſt impunè occidi, non poteſt impunè occidi, ſi eſt carceratus.*
. *Carcerati ſunt in protectione curiæ.*
4 *Non licet occidere inimicum captum in bello licito.*
5 *Meretrix carcerata non poteſt impunè carnaliter cognoſci.*
6 *Occidens bannitum, quando bannum eſt nullum, punitur de homicidio, & idem in ſtatim rebanniendo. nu. 7.*
8 *Muliere decedente in matrimonio ſine liberis, an maritus vigore ſtatuti lucretur partem dotis, etiam ſi hoc intelligatur de ſponſa nõdum copulata.*
9 *Scriptus in libro bannitorum, non poteſt impunè occidi.*
10 *Occidens bannitum, qui toleratur à ſuperiore per ciuitatem ire, punitur de homicidio.*
11 *Occidens bannitum, qui communi æſtimatione reputabatur pro non bannito, debet puniri.*
12 *Inſtrumenta confecta ab eo, qui diu ſe geſſit pro Notario, an valeãt.*
13 *Non põt reus impunè occidi, ẽt quando ducitur ad locum iuſtitiæ.*
14 *Quando nocens eſt punitus, an verus delinquens debeat puniri ſi reperiatur.*
15 *Mandans fieri homicidium, punitur ẽt ſi homicidium non ſequatur.*
16 *Homicida contumax in loco delicti, poteſt puniri in loco tractatus habiti de homicidio committendo.*
17 *Homicidium non poteſt puniri pęna pecuniaria, ẽt ex forma ſtatuti.*
18 *Occidens furem, vel latronem, quando aliter ſe, & ſua euadere non poteſt, non punitur.*
19 *An & quando liceat marito occidere adulterantem vxorem.*
20 *Licitum eſt patri occidere adulterantem filiam.*
21 *An liceat marito occidere hominem, quem de adulterio vxoris ſuæ habebat ſuſpectum.*
22 *Occidens transfugam, vel hoſtem ciuitatis, nõ punitur de homicidio.*
23 *Nocturni depopulatores agrorum, aggeſſores viarum publicarum, et deſertores militiæ, poſſunt impunè occidi.*
24 *Occidens inimicum ſuum in duello licito, non punitur.*
25 *Miniſter iuſtitiæ non tenetur de homicidio, quando aliquem condemnatum occidit.*
26 *Iudex vel Poteſtas, quomodo poſſunt capere hominem pro fienda iuſtitia.*
27 *Priuatus poteſt cogi vendere locum ad erigandas furcas pro iuſtitia exequenda.*
28 *Aggreſſus & deangulatus occidens aggreſſorem, non punitur de homicidio. nu. 36.*
29 *Clericus celebrans, licitè aggreſſorem occidit.*
30 *Defenſio eſt de iure naturali.*
31 *Defenſio non poteſt à Principe auferri. nu. 33.*
32 *Statutum tollens defenſionem, intelligitur de ciuili.*
34 *Occidens aggreſſorem ſe defendendo, non punitur.*
35 *Si aggreſſor mortuus eſt ſe defendente, videtur magis à ſeipſo occiſus, quàm ab aggreſſo.*
37 *In diſcrimine vitæ conſtitutus, quando quis dicatur.*
38 *Defenſio eſt probata, ſi probo aliquem veniſſe contra me gladio euaginato. nu. 40.*
39 *Armorum terror iuſtum metum parit.*
41 *Excedens modũ inculpatæ tutelæ ſe defendendo, quomodo puniatur*
42 *Non dantur ad menſurãm verbera.*
43 *Metus inſtans tollit iudicium rectum.*
44 *Homo intenſo dolore, vel timore permotus, non eſt in plenitudine intellectus.*
45 *Vulneratus ſi occidat vulnerantem, pœna mortis non punitur.*
46 *Inſultatus an, & quando teneatur fugere. nu. 47.*
48 *Percuſſus cauſa defenſionis, præſumitur repercutere.*
49 *Furioſus, ebrius, vel mencecaptus, & ſimiles, occidendo aliquem, an teneantur de homicidio.*
50 *Furioſus non obligatur, nec poteſt condemnari per ſententiãm item nec valet eius confeſſio. num. 51.*
52 *Furioſus non poteſt intrare religionem, & æquiparatur ignorãti, prodigo & abſenti. nu. 53. 54. & 55.*
56 *Furioſus non obligatur iuramento, & æquiparatur mortuo. nu. 57.*
58 *Furioſus non poteſt puniri de delicto commiſſo ante furorem.*
59 *Propter enormitntem delicti licitum eſt iura tranſgredi.*
60 *Animal habens rem cum muliere, debet comburi cum tali muliere.*
61 *Clericus faciens atrociſſimum delictum, poteſt ſine degradatione puniri.*
62 *Clericus repertus in flagranti crimine cum filia, vel cum vxore, poteſt occiſi ſine incurſu excommunicationis.*
63 *Ebrius committens delictum, non debet puniri.*
64 *Dormiens non punitur, ſi delinquit.*

Faciens

65 *Faciens iniuriam,vel violentiam in veſtibus clerici dormientis,non eſt excommunicatus.*
66 *Homicidium commiſſum non ex animo & propoſito,ſed ſine dolo,nõ eſt punibile.*
67 *Occidens bannitum,qui poteſt impunè occidi ex forma ſtatuti, non punitur:& tale ſtatutum valet & tenet.nu.68.*
69 *Occidens bannitum neſciens eum eſſe bannitum, iuuatur ex ſtatuto permittente,bannitum poſſe impunè occidi.*
70 *Occidens bannitum,qui erat rebannitus,ſed non erat cancellatus de banno,non punitur.*
71 *Occidens bannitum indebitè cancellatum de banno,non punitur.*
72 *Quis præſumitur indebitè cancellatus de banno,quando non apparet cauſa,propter quam fuit cancellatus.*
73 *Occidens bannitum ſtatuto permittente, licèt non puniatur lege humana,punitur tamen lege diuina,& efficitur infamis. nu.74.*
75 *Omne homicidium habet in ſe delictum & dolum, quantumcunque permittatur.*
76 *Homicida in cauſa graui non admittitur in teſtem ſine tortura.*
77 *Motus iuſto dolore, & magna ira occidens aliquem, punitur pœna pecuniaria.*
78 *Si familia Poteſtatis occidit reſiſtentem,& non permittentem ſe capi,an puniatur.*
79 *Appellatio facta per reum condemnatum,vel per eius affines,valet & tenet.*
80 *Ad mortem iniuſtè condemnatus poteſt impunè eximi de manibus familiæ à clericis vel affinibus,& amicis ſuis.nu.81.*
82 *Iudici exequenti de facto poteſt reſiſti.*
83 *Iudex procedens contra aliquem ſine debita cauſæ cognitione, cenſetur tanquam priuatus,& ei non eſt obediendum.*
84 *Spoliatus virtute ſententiæ nullæ,ante omnia eſt reſtituendus.*
85 *Merus executor Papæ,vel Imperatoris, non poteſt officium ſibi iniunctum iniuſtè exequi de facto:aliàs ei poteſt de facto reſiſti, ſicut cuique alteri exequenti de facto.*
86 *Iudex,quando dicatur iniuſtè facere.*
87 *Vulnerans aliquem mortaliter,non tenetur de morte,ſi alius poſtea in totum examinauit illum vulneratum.*
88 *Mortiferè vulneratus,habetur pro mortuo.*
89 *Agentes,& conſentientes & auxilium præſtantes,pari pœna non puniuntur.*
90 *Si plures occidant hominem paucioribus plagis, quàm ſint ipſi delinquentes,nemo tenetur.*
91 *Minor non doli capax committens homicidium,non punitur.*
92 *Occidens aliquem timore mortis,non debet puniri.*
93 *Facta contra voluntatem facientis,non imputantur ipſi facienti.*
94 *Filius natus ex vi cognita,quò ad matrem non dicitur ſpurius.*
95 *Teſtificans pro bannito coactè, punitur.*
96 *Statutum puniens bannitum venientem Bonantam,non comprehendit captum Mutinæ,& vi ductum in ciuitatem Bononiæ.*
97 *Statutum puniens acceptantem bannitum, non comprehendit qui coactè acceptauit.*
98 *Statutum puniens intrantem palatium, non comprehendit coactè intrantem.*
99 *Conſuetudo operatur,vt homicida non puniatur pro homicidio.*
100 *Conſuetudo excuſat Notarios à pena falſi.*
101 *Homicidium commiſſum in ludo puerorum iactantium aduerſus ſe lapides,an ſit punibile.*
102 *Ius diuinum à quocunque Principe tolli non poteſt.*
103 *Conſuetudo,quæ contradicit iuri diuino,naturali,vel gentium, non dicitur conſuetudo,ſed quædam vſurpatio.*
104 *Mala conſuetudo ex longo tempore non confirmatur.*
105 *Pater occidens filium propter cauſam ingratitudinis,non tenetur de parricidio,ſic econtra.*
106 *Creditor volens capere debitorem fugientem,qui reſiſtat telo,ſi occidat eum,non tenetur de homicidio.*
107 *Licitum eſt procuratori capere debitorem fugientem domini.*
108 *Iniuſtè carceratus poteſt impunè occidere cuſtodes carcerum,quando aliter euadere non poteſt.*
109 *Licitum eſt iniuſtè carcerato rumpere iuramentum, quod fecit de redeundo ad carceres.*
110 *Vulnerans non tenetur de morte, ſi vulneratus noluit habere medicum.*
111 *Occidens inſultantem conſanguineum ſuum,non tenetur de homicidio.*
112 *Occidens ſeruum repertum in flagranti crimine non tenetur.*
113 *Incendium non præſumitur fieri ſine culpa inhabitantium.*
114 *Si locata ſit pars ſuperior domus vni,& pars inferior alteri, & reperiatur incendium in parte ſuperiori,à quo conductore præſumatur impoſitum.*
115 *Qui impoſuit ignem in ſtipulas ſuas, & combuſſit etiam ſtipulas vicini,fortè propter ventum,tenetur ad emendationem damni.*
116 *Poteſt tertius diruere domum alienam,quæ eſt prope domum, quæ comburitur,quando iuſtè timet ne ignis veniat ad domũ ſuã; & ille fuit cauſa ignis,tenetur emẽdare damnũ domino illius domus.*
117 *Si quis diruit propriam domum,vt aliæ ſaluentur ab igne,debent tales,qui ſaluarunt domos ſuas,ſoluere ſibi damnum.*
118 *Stante ſtatuto,quòd villa teneatur de damno dato,ſi caſu fortuito veniat incendium,non tenetur de damno.*
119 *Affectus quandoque punitur,licèt non ſequatur effectus.*
120 *Magiſtratus dans cauſam,vt falſa ſententia detur,debet puniri pœna mortis.*
121 *Mandatum iniuſtum ſuperioris non excuſat exequentem.nu.123.*
122 *Mandatum teſtatoris nõ excuſat hæredem venientem cõtra ſtatuta.*
124 *Iudex ſequens malum conſilium ſapientis,facit litem ſuam.*

LEge Cornelia de ſicarijs. Lex iſta
notabilis eſt,& continet caſus notabiles, & multum
quotidianos.& iudicio meo eſt malè commentata à Docto
ribus reſpectu eius materiæ,nam Bar. & Ang. qui tantum in-
ter omnes Doctores,quos ego viderim,ſcribunt ſuper iſto ti
tulo,ſuccinctè valde pertranſeunt, nec aliquis ipſorum ſum-
mat hanc legem. Ego autem pro poſſe commẽtabo hunc ti.
& hanc legem, & eam vobis reddam vtilem quàmmagis po-
tero,ideo vos rogo diligenter aduertere. Summo igitur prin
cipium huius legis hoc modo videlicet. Occidẽs hominem,
& ille cuius dolo factum eſt incendium, & qui furtiuè cum
telo ambulauerit animo occidendi aliquem.item iudex qui
operam dedit vt innocens conueniatur,vel condemnetur,le
ge Cor.de ſica.punitur.h.d.l.iſta vſque ad §.præterea.quæ litte
1 ra ſatis eſt clara.Caſus in terminis, &c. † Nota ex iſto tex. pri-
mò, quod occidens hominem punitur lege Corne. de ſicar.
quæ pœna regulariter eſt pœna mortis, & vltimi ſupplicij, li-
cèt quandoque ſecundum conditionem perſonarum loco
pœnæ mortis ſubrogetur deportatio, vt in l.3.§.pe.& fi.infra
in hoc titu. & Inſtit. de publi.iud. in §.item lex Cor.ſed vt dixi
regulariter,& maximè ſecundum ſtatuta Italiæ homicida pu
nitur pœna vltimi ſupplicij,vt hic.& ad idem eſt tex.in l.qui vl
timo.cum ibi no.& in l.reſpiciendum.§.fin. infra de pœ.& in
c.omnis.3.di.Et ideo dixit tex.no.in l.nemo. C.de epi.audi. ꝙ
homicida expectet illud,quod alteri fecit.pro quo facit illud
quod dixit Chriſtus Petro,ſ.qui gladio ferit,gladio perit.San-
guis.n.interfectorum ſemper, & continuè clamat ad Deum,
iuxta illud, Clamitat ad cœlum vox, ſanguis, &c. & ſcribitur
in Apocalipſi? Ecce poſt hæc vidi animas interfectorum cla-
mantes ad Deum & dicentes,vſque quo Domine non das iu
dicium, & vindicas ſanguinem noſtrum de interfectoribus
noſtris,qui ſunt in terris, &c. quod refet Do.Par.de Puteo in
tracta ſuo ſindi.in 105.char.in 1.col.quod ego retuli in conſi.
meo inci. ſummi cœli Deus. circa prin. Et prædicta amplian-
tur,vt non ſolum habeant locum in illo,qui hominem occi-
dit effectualiter,ſed etiam in illo,qui non occidit, ſed vulne-
rauit,vt occideret,quia talis pro homicida damnandus eſt,vt
infra in hac.l.in §.diuus. Quinimò fortius, nam etiam ſi quis
cum telo ambulauerit hominis necandi cauſa,licèt non occi
derit,tamen tenetur lege Cor.de ſica.ita probat iſte tex.& ha
betur in l.is,qui cum telo.C.eo. & in §.item lex Cor.Inſtit.de
2 publi.iud.† Item amplia etiam iſtum tex.ſ.quòd occidens ho
minem,punitur hac.l.quod verum eſt,etiam ſi occidat volẽ-
tem,ar.l.liber homo.ff. ad leg. Aquil. vbi dicitur,quòd nemo
eſt dominus membrorum ſuorum. & idem dicimus in per-
cutiente volentem,quia punitur,quod intellige de graui ꝑ-
cuſsione,non de leui.ita dixit Bar.in l.j.§.vſque adeo. ſuprà de
iniur.& voluit Ang.& Pau.de Caſt.& D.Alex.in l. quamuis.ſu
pra de in ius voc.& D.Fel.in c.ſolitæ.in 2.col.de maio.& obe.
pro quo eſt tex.in c.contingit.il 1.de ſen. excõmi. Et facit, nã
nemo poteſt ſe ſubmittere torturæ,& dicere,Domine iudex
ego non habeo indicia, vel probationes aliquas cõtra iſtum
de tali delicto,ſed volo ſtare ſecum in tortura, & taliter hoc
ſibi probare,certè iudex nõ poteſt hoc facere, ſecundum D.
Fran.Bru.in ſuo trac.de indi.& tor.in 16.char.in 1.col.de quo
latius dixi in l.pe.in 1.col. ver. datur. & 3.lec.infra de quæſtio.
☞ [Vide Io.de Ana.in c.penul.in 2. col. de rap.] † Item amplia
3 iſtum text.vt procedat etiam in illo,qui occidit illum,qui po
terat impunè occidi ex forma ſtatuti, ſi tamen erat carcera-
tus,& in fortiam iudicis,quia non poterit impunè occidi,ſed
talis occidens eum debebit puniri perinde ac ſi occidiſſet nõ
bãnitum.& ratio eſt, quia carcerati ſunt ſub protectione cu-
riæ,vt in l.fi.C.de cuſto.reo.ita dixit Barto.in l.in laqueum. ſu-
prà de acquiren.rer.do.& in l.3.§.fin.infrà in hoc tit.& in l. le-
gis Iuliæ.infrà ad legem Iul.de vi priua.& Bald.in l.libertas. ſu
prà de ſtatu ho.vbi ſubdit, quòd ſi captus,& carceratus eſt bã-
nitus,& debet ex forma iuris ſuſpẽdi, quòd ſi affines ſui eum
venenant in carcerem,ne vituperentur, quòd puniri debent
tanquam parricidæ.& idẽ dixit Io.de Ana.in c.cum iuramen-
to.in vlt.col.de homici.Et idem de bannito carcerato,tenuit

Bald.in l.fin.C.de malefic.& mathe.& in l.fideicommiſſa.in §.
ſi quis.ff.de leg.3.& in l.1.C.vnde vi.in pen.col.& Bart.in §.ar-
ripiat.in Authen.vt omnes obe.iu.& Io.And.in addi. Spec.in
titu.de accuſ.in 4.parte.in §.ſequitur.in addi.magna. in 3. col.
& Io.de Imo.in l.Publius.§.1.ff.de condi.& demonſt.& Io.de
Ana.in dicto c.cum iuramẽto.& in c.1.in fi. extrà de ſortileg.
4 † Pro quibus etiam faciunt dicta per Pau.de Caſt.in conſilio
ſuo 193.incip.viſo proceſſu.in 1.col. vbi dixit, quòd etiam in
bello licito nõ eſt licitum occidere inimicum poſtquàm eſt
captus,per d.l.libertas.ff.de ſta.ho.Et facit etiam,nam acceſſus
ad publicas meretrices non nuptas eſt impunibilis de iure fo
ri,vt habetur in l.ſi vxor.& ibi per Barto.ſuprà de adulte. & in
l.ſi in ea.& in l.quæ adulterium.& vtrobique per Angel.C.de
adult.& habetur in l.verum.ſuprà de fur.vbi hoc voluit Bar.di
cens,ꝙ coitus cum meretrice eſt impunitus.alleg.l.i.C. de cõ-
cu.quod etiam voluit Alb.Gand.in tract.malefi.ſub Rubr.de
aliquibus quæſtionibus varijs.in 1.col.in fi.verſi.quæſtio de fa
5 cto,&c.† Attamen ſi publica meretrix eſt carcerata,non po-
terit aliquis libidinis cauſa ad eam accedere, imò accedẽs ad
eam,& habens rem ſecum, punitur ac ſi acceſſiſſet ad mulie-
rem honeſtã.ita ſingulariter dixit D.Par.de Put.in trac.ſyndi.
in 16.char.ſub verbo,adulterium.de quibus latius dixi in ſin.
6 meo 150. incip. acceſſus ad meretrices. † Amplia etiam iſtũ
tex.in occidente bannitum,quãdo bannum eſt nullum, quĩ
hoc caſu debet puniri tanquam ſi occidiſſet non bannitum,
licèt extaret ſtatutũ volens, ꝙ bannitus poſſet impunè occi-
di. [Et maximè quando occidens ſciebat nullitatem banni,
ſecundùm Dy.& Bar.in l.ſi ex lege.ſuprà de adulte. quem re-
fert Alex.in conſi.114.incip.ponderatis.in 2.col.in 1.vol.] Ita
voluit Bar.in l.2.§.ſeruus.ſ̃.de acquir.poſ.& ibi Rapha.& Bal.
in l.2.ſ̃.de iureiur.& in l.eum,qui duas.C.de adulr. & in l.1.C.
ſi à non cõpe.iudi.& Bal.in auth. quæ ſupplicatio. C.de preci.
Impe.offer.& in l.lite.C.de lib.cau.& in l.qui à latronibus.§.1.
& ibi Io.de Imo.ſ̃.de teſtam.& Doct. in l.ſi quis filio exhære-
dato.§.quod ſi quis.ſ̃.de iniuſto teſta.& in l. non putauit. in
§.non quæuis.ſ̃.de contratab.& in l.4.in §.condemnatum. ſ̃.
de re iud.& Cep.in conſi.39.incip.Baptiſta.in pen.col. & vide
D.Alex.in conſi.ſuo 114.incip.ponderatis his,&c.in 2. col. in
1.vol.& in conſi.ſuo 301.incip.viſis dubitationibus, &c. in 2.
col.& Ang.de Are.in trac.malefic.in verbo,qui iudex ad pro-
7 bationem ſuæ inquiſitionis.in 1.col.† Amplia etiam hũc tex.
in eo,qui occidit bannitum,qui ſtatim eſt rebanniendus. nã
punitur pena huius legis,licèt ſtatutum permittat, quòd ban-
niti poſſint impunè occidi.ita ſingulariter dixit Bald. per illũ
tex. in l.1.in §. ſerui. ſuprà ad Sylla.quod dictum pro not. re-
fert & ſequitur Do.Bartho.Cep.in conſi.ſuo 39. incip. Bapti-
ſta.in 5.col.pro quo dicto ipſe adducit tex.in l.mulier.§. non
eſt dubitandum.ſuprà ad Treb.vbi dixit Pau.de Caſ. arg.illius
tex.quòd ſi bannitus ſperat infallibiliter debere rebanniri, vt
quia obtinuit gratiam,licèt adhuc non ſit cancellatus,non ta
men poterit offendi tanquã bannitus.ad quod alleg.l. ſi non
ſortem.§.Labeo.cum ibi not.ſuprà de condi.indeb.& l. cre-
ditoris.C.de fideicommiſ.vbi hoc idem tenet Pau.de Caſt.&
in l.3.§.ſi ſeruus.ſuprà de acquir.poſſ.Ego autem vltra D.Bar-
tho.Cepo.in d.conſi.ſuo 39.adduco ad corroborationem di
8 cti Bal.in d.l.1.§.ſerui.notabile,& ſing.verbum.† Nam tu ſcis,
ꝙ ſtatutum volens,quòd muliere decedente in matrimonio
ſine liberis,vir lucretur certam partem dotis,non habet locũ
in ſponſa per verba de præſenti, matrimonio nondum con-
ſummato carnali copula,ſecundùm Pe.de Anch.in repe. c.1.
in 47.char.ver.quæro de quæſtione, quæ mihi occurrit, &c.
extrà de conſtitu.& Bald.in l.non ſine. in princ. C.de bonis,
quæ lib.& in authen.dos data. in 2. col.C.de don. ante nupt.
& Abb.in conſi.ſuo 79.inci.videtur primò.in 3.vol.& in c. ter
tio loco.de præſum.& iu c.ex publico. de conuerſ. coniuga.
& alij Docto.in diuerſis locis tenent hanc partem, quos retu
li accuratius in ſingu.meo 106.incipien.qui de proximo,&c.
attamen ſi mulier eſſet ducta ad domum viri,vt viro carnali-
ter coniungeretur,& ante ipſam coniunctionem mulier de-
cedat, quòd hoc caſu vir lucrabitur partem dotis debitam à
ſtatuto,quia tunc pro coniuncta, & copulata habetur, quia
de proximo erat copulanda.ita ſingulariter dixit Sal.in l.cum
te.in fi.verbis.C.de dona.ante nup.quod dictum refert & ap-
probat D.Fel.in d.c.tertio loco.in 4.col.in ver.& retenta,&c.
ſed vltra eum dicas,quòd hoc voluit, & pro hac parte conſu-
luit Abb.in conſi.ſuo 79.inci.videtur primò.in 2.col.in 2.vol.
ſuorum conſiliorum. de quo copioſius dixi in d. ſing. meo
9 106.incip.qui de proximo, &c. † Et in materia prædicta ban-
nitorum tene menti,quod dixit Bald.in l.1.in 3.col. in princ.
C.ſi à non compe.iud.vbi dixit,quòd ſi aliquis eſt ſcriptus in
lib.bannitorum,qui non poterat banniri,quòd occidens eũ
ignoranter non excuſatur. quod dictum refert & ſequitur
Do.Bartho.Cep.in d.conſi.ſuo 39.incip.Baptiſta,&c.in 4. col.
ad quod etiam alleg.Bald.in l. ex quacunque. in 4. col. verſic.
modò quæro.ſuprà ſi quis in ius voc.non ier.iſtud tamen di-
ctum non credo verum per ea,quæ dicam in limitationibus
ad hunc text.& etiam quia in lectura mea Bal. non dicit hoc.
10 † Amplia etiam hunc text.in eo,qui occidit bannitum, qui
tolerabatur per ciuitatem à ſuperiore, quia talis debet puni-
ri pœna huius legis non obſtante ſtatuto,quo permittitur,ꝙ
banniti poſſint impunè occidi.ita ſing.dixit Sali.in l.nullus.C.
de Iudęis. quod dictum refert & ſequitur Io. de Ana. in c.ſi-
cut Iudæi.in 4.col.de Iudæ.& ibi Do.Fel.in pe. col. & illud di-
ctum refert & ſequitur Do.Alex.in conſi.ſuo 1.in vlt.colum.
in 2.vol.vbi plura adducit pro illo dicto. & illud etiam refert
& ſequitur ipſe Do.Alexan.in conſi.ſuo 107.incip. pro inue-
ſtigatione.in vlt.col.& in l.fi.ſuprà de adult.& D.Fel.in c.quæ
in eccleſiarum.in 3. col. ver. quartus caſus.de conſtit. & c. 1.
in 7. colu. de treu. & pa.de quo latius loquutus ſum in ſing.
11 meo 76.incip.patientia,&c.† Amplia etiam hunc text. vt ha-
beat locum etiam in occidente bannitum, qui tamen com-
muni æſtimatione reputabatur pro non bannito, quoniam
talis debet puniri pœna huius legis, licèt extet ſtatutum per-
mittens,ꝙ bannitus poſſit impunè occidi. ita dixit Ang. in l.
ſi duo.ff.de acqui.hære.pro quo faciunt ſuprà proximè dicta.
12 † Et facit etiam,nam ſi quis diu ſe geſſit pro Notario, & mul
ta acta & inſtrumenta fecit. talia acta & inſtrumẽta valebũt,
licèt appareat, illum non eſt Notarium, ſecundum Bart. in l.
Barbarius.circa fi.ff.de offi.præſi.& cum eo ibi tranſit Bald.in
10.col.de quo etiam per Bar.in l.actuarios.C.de actua. lib.12.
& per Bald.in l.2.C.de ſen.& in l.repetita.C.de epiſco. & cler.
& in l.1.in fi.ff.de iudi.& in l.ad teſtium.ff.de teſta.& in l. 1. in
5.col.eo.tit.& Bald.in l.quædam.§.nummularios. ff. de eden.
13 & Bald.in l.1.in prin.C.ad Maced.† Amplia etiam hunc text.
in occidente reum etiam condemnatum ad mortem, dum
ducitur ad locum iuſtitiæ, quia talis occidens tenetur pœna
huius legis, etiam ſi hoc facit aliquis de familia iudicis, licèt
haberet dubium,quòd eriperetur ſibi per viam,quia tenetur
de occiſo,niſi haberet hoc in mandatis.ita dixit Bald. in l. ad-
dictos.C.de epiſco.aud.& Bald. in l. fideicommiſſa.§. ſi quis.
ſuprà de leg.3.in l.fi.C.de malefi.& mathe. vbi eſt tex. de hoc
de quo etiam per Bart.in l. cuiuſcunque. ſuprà ad legem Iul.
maieſt.& per Alexand.in l. 3. §. transfugas. infrà in hoc titu.
14 † Item etiam amplia iſtum text. qui habet locum etiam ſi
alius,quàm verus delinquens ſit punitus, quia tunc hoc non
obſtante ſi reperiarur verus delinquens, ipſe punitur hac le-
ge.ita dicit text.in l.qui ſeruum.ff.de interrog.actio.& ita di-
cit Bald. per illum text. in l. res inter alios acta.C.quib. res iu.
non nocet.in fi.verbis.& Bald.in cap.1.§.iniuria. in vlt.col.de
pace iura.fir.& Abb.in c.quamuis.in 2.col.verſ.ſeptimò quæ-
ro. de re iudic. & idem voluit Ang.Aret.in tracta.malefic.in
verbo,dandis & ſoluendis. in fin.verbis. vbi dicit ita voluiſſe
Angel.in l.quoties.§.1. ſuprà ſolu. matr. & idem tenet Lud.
Ro. in l. ſemel mora.eod.titu.de quo ego latius dixi in l.1.in
15 §.fi.in 16.col.infrà de cõ. † Modò vltra dictas ampliationes
teneas menti, ꝙ adeò iura habent odio homicidium, quod
mandans fieri homicidium, punitur etiam ſi homicidium
nõ ſequatur.c.1. & ibi gl.& Doct.de homic.in 6. voluit Alex.
in l. & ſi amicis. ſuprà de adulter. Contrarium tamen tenuit
Ang.in l.item apud Labeonem.in §.ſi curauerit. ſuprà de in-
16 iur. de quo latius dixi in l.qui falſam.infrà in hoc tit. † Item
homicida contumax in loco delicti, poteſt puniri in loco
tractatus habiti de homicidio, ſecundùm Bart. & Alex.in l.
& ſi amicis.ſ̃.de adult. & Bart. in l.ſepulchri. de ſepul.vio.
17 † Item homicidium non poteſt puniri pœna pecuniaria
etiam ex forma ſtatuti, cum de iure communi ſit decapi-
tandus, ſecundùm Arch.23.q.4.c. duo iſta nomina. & in c.fi.
ne cle. vel mona. in 6. Hoſti. & Ioan. And. in c. fin. de con-
ſuetud. Bald.in c.1.§.iniuria. de pace iuram. firm. & in Rubr.
extrà de conſtit.de quo per Bart.in l.1. in 4. col. de publ.iudi.
& allegat rationem Archid. videlicet, quia de iure diuino
eſt,Non occides, & qui gladio ferit,&c. ergo ſtatutum non
poteſt tollere legem ſuperioris. Item alia eſt ratio, quia
ſi imponeretur pœna pecuniaria pro homicidio, inuitaren-
tur homines ad delinquendum, vt probat text. in cap. pau-
per.11.quæſtio.3. de quo tamen vide Angel. Aretin.in tract.
ſuo malefi. in ver. & ex interuallo dictus Titius ex dictis vul-
neribus mortuus fuit. & eſt in 4. colum. ver.& aduerte,quia
pœna, &c. & ibi in addit. & dixi de hoc latius in Rubr.extrà
de homicid. Hunc tamen text.& ſimiles volentes, quòd
homicida puniatur pœna mortis, limito ego ſolus & vni-
18 cus pluribus modis. † Et primò limito in occidente furem
uel latronem, quando aliter ſe & ſua euadere non poteſt
ita habetur in l. furem. infrà eo. ubi Deo duce dicemus la-
tius.

tius.& in c.2.extra de hom.& in l.ſi pignore. §.furem.ſ.de fur.
19 & vbiq; per Doct.& in c.ſi perfodiens. extrà de homic. † Se-
cundò limita hunc tex. non habere locum in marito occidē-
te adulter ū vxoris ſuæ deprehenſum in adulterio, quando ta-
lis adulter eſt vilis perſona,vt habetur in l.marito.1.reſponſo.
& in l.ſi adulteriū.§.pe.ſ.de adult.& in l.Gracchus.C.de adult.
20 † Tertiò limita in patre occidente filiam in poteſtate,ſi eam
deprehenderit in adulterio,& idē ſi occidat adulterū, dūmō
ēt filiam occidat.ita hr̄ in l.patri.& in l. nec in ea. & in l. quod
ait lex.§.pe.& fi.ſ.de adult. de qbus latius dixi in l.patre,velma
21 rito.in 1.col.infrà de qōni.† Quartò limita hunc tex. & alios
ſimiles in marito occidente hominem, quem de adulterio
vxoris ſuæ habebat ſuſpectum,& cui ter denūciauit, ſeu pro-
teſtatus eſt in ſcriptis, & coram tribus teſtibus fide dignis, ꝙ
nō deberet ſe intromittere cum vxore ſua, quia ſi poſtea in-
uenerit eum loquentem,vel ſe intromittentem cū eius vxo-
re,poterit impunè eum occidere.text.eſt not.in authen. ſi qs
ei quem.C.de adult.& in Authen.vt liceat matri,& auiæ.in §.
his quoq;.vbi d.auth.ſumitur,& per Doc.vtrobiq;. quod no.
pro quo facit optimè tex.in c.2.de coha.cleri.& muli.] Et vo
luit Bartol.in l.generali. in fi.C.de decurio. libro 10.[
22 † Quintò limita hunc tex.vt non habeat locum in occiden
te transfugam,vel hoſtem ciuitatis.ita dixit text.in l.3.§.fin.in-
frà eo.pro quo facit text.in c. cùm homo.23.qō.5.& quod hr̄
23 in l.proditores.infrà de re mili.† Sextò limita hunc text. non
habere locum in nocturno depopulatore agrorū, & aggreſ-
ſore viarum publicarū, & in deſertoribus militiæ, nam tales
oēs poſſunt impunè occidi.ita hr̄ in l.1.& 2. C. quando lic. ſe
ſine iudi.vindi.[Vide Flo.in l.ſi ſeruus.in vlti. col. circa me.ff.
24 ad legem Aquil.] † Septimò limita hunc tex.& ſimiles, non
habere locum in illo, qui eius inimicum interfecit in duello
licito,ſecundùm Bal.& alios in c.1.de pace tenen.in vſi.feu.in
6.col.cū ſeq.& Doct. maximè Io. de Ana. in Rub.de cle.pug.
in duel.& Io.de Lig.in trac.ſuo de bello.ante fi.& D.Lau.Cal.
qui plura in materia alleg.in conſi.ſuo 2.incip.licèt iſta mate-
25 ria,&c.† Octauò limita hunc text.in miniſtro iuſtitiæ,quia ſi
interfecit hominem condemnatum ad mortem non punit̄
hac lege,nec aliqua alia pęna.tex.eſt in c.cùm homo. & in ca.
26 homicidiū.23.q.5.† Et incidenter ſcias, ꝙ Poteſtas ſeu iudex
non habens miniſtrum iuſtitiæ ſeu carnificem, pōt pro exe-
quenda iuſtitia, vel ſententia capitali capere vnum hominē,
qui faciat officium carnificis, dummodò ſit vilis perſona.
[Et idem dixit Flo. in l.ſi locus.§.1.ff.quemadmo.ſerui.amit.
& in l.liber homo.in 2.col.ſ.ad legem Aquil.vbi dicit,hoc vo
luiſſe Guil.de Cu.in l.fi.§.fi.ff.de pig. act. & ibi hoc expreſsè te-
net Bar.& ſubdit ibi Bar. ꝙ etiam quando officialis vult face-
re aliquam iuſtitiam,poteſt facere accipere aſinum, vel aliud
animal vt trahat,vel portet malefactorem ad iuſtitiam.quod
etiā voluit D.Flo.in l.ita vulneratus.in 5.col.ſ.ad legē Aquil.]
27 † Pro quibus faciunt dicta per Io.And.in addi.Spec.in tit. de
execu.ſententiæ.in Rubr.vbi dicit, ꝙ priuatus poteſt cogi vē-
dere locum ad erigendas furcas, & ad iuſtitiam exequēdam.
de quo etiam per ſcrib.in l.item ſi verberatum.ſ.de rei vend.
& per D.Alex.in d.l.fi.de pig. act. Et de iſto magiſtro iuſtitiæ,
& plura in materia executoris iuſtitiæ, vide per D.Par.de Pu-
teo in tract.ſyndi.in 63. char.in 1. & 2.col.vbi ponit, an quan-
do ſunt plures rei condemnati ad mortem, poſſit iudex
vnum liberare vt alios occidat Item ponit ēt,an iudex poſſit
facere gratiam reo morituro,dummodo perpetuò vel ad tē
pus ſit magiſter iuſtitiæ. Et an,quando alius non poteſt habe
ri,poſſit cogi vnus de familia Poteſtatis ad faciendum officiū
28 tale.vide plenè per eum ibi.† Nonò limita hunc tex.non ha
bere locum in illo,qui ab inimico fuit aggreſſus, & erat de-
angulatus,adeò vt aliter mortem euadere non poterat, niſi
interficeret inimicum, quoniam ſi illum occidit ad defen-
ſionem perſonæ ſuæ,non punitur hac lege,nec etiam alia pę
na.tex.eſt & ibi Doct in Cle vnica,de homic & in l ſcientiā.
29 in § qui cum aliter. ſuprà ad legem Aquil. † Quinimò talis
occidens nec etiam committit peccatum taliter occidendo.
Et ideo dixit no.Io.de Lign in tract ſuo de iuſto bello.quòd
ſi clericus ad altare celebrans inuaditur,ſeu aggreditur ab ali-
quo,quòd iuſtè dimittit celebrationem,& ſi in illa rixa ſe de-
fendendo occidit aggreſſorem, ꝙ poteſt incontinenti redi-
re ad altare,& miſſam perficere.quod dictum refert,& ſequi
tur Abb.in c.clerici.il 1.circa prin.de vita,& ho.cle quos re-
fert,& ſequitur Do.Maria.Socin in repe c ad audientiam.in
30 31.col.de homic.in verſi 27.† Et ratio eſt, quia defenſio eſt
de iure naturali,& tanquàm iuris naturalis competit nedum
hominibus, ſed etiam animalibus brutis, vt habetur in l 1.§.
31 ſed cum arietes ſ ſi quad pau fe dica.† & talis defenſio tan-
quàm iuris naturalis non poteſt tolli à Principe ſiue ſuperio
re.tex.eſt & ibi omnes Docto in §.ſed naturalia. Inſti.de iu-
re natu.& voluit Bald in tract.ſuo,qui ſint rebelles in vlt.col.
& in l facultas.circa prin.C.de iure fiſci,lib.10.& Old.in cōſi.
ſuo 43 incip.quæritur,vtrum citatio,&c.& Ang.in conſ.ſuo
32 177 incip.in facto proponitur † Et ideo dixit Bald.in c.à no
bis,in fi.extra de excep ꝙ ſtatutum tollens defenſionem, in-
telligitur de ciuili,non autem de naturali quod etiam confir
33 mat Do.Felin in ca. cum dilecti in 5.col.de except.† & dixit
Dominicus de ſancto Gemi.in c non ſolùm in princ de app.
in 6 quòd Papa non poteſt tollere defenſionem introductā
à iure naturali,ſed bene poteſt tollere illam, quæ introducta
eſt de iure poſitiuo & dixit Bald in l.1.in 4.col C.qui accuſa.
non poſ ꝙ ius naturæ permittit,ꝙ quis defendat ſe per fas,&
34 nefas, & ꝙ naturalis viuendi dulcedo ſic inſita eſt. † Et ideo
videmus,ꝙ occidens aggreſſorem ſe defendendo,non tenet̄
de occiſo, ſecundùm Doc. in l.1.C vnde vi. & in l vt vim.ſ.
de iuſti.& iu.& in l 1.C.quando li ſe ſine iu.vin.& in l 1.§.cū
arietes.ſ ſi qua pau.fe di & in l ſi is,qui aggreſſorem C. eo.
de ſicar.& in Cle.1.de homi & hr̄ per Ang. de Aret in tract.
malefi in verbo, & dictus Titius ſe defendendo. & ibi latius
in addi.Et ratio prædictorum poteſt eſſe, quia occidens ali-
quem ſe defendendo non dicitur committere maleficium,
ſecundùm Bald in l data opera in 4. col C qui accuſ.nō poſ.
35 † Et alia poteſt aſſignari ratio,quam aſſignat Abb.in c cleri-
ci.il 1. poſt princ de vita,& ho. cler. vbi dixit,ꝙ ſi aggreſſor
eſt mortuus ab aggreſſo ſe defendente, videtur magis à ſeip-
ſo occiſus,quàm ab aggreſſo occiſus. [Adde hic Bald.in l.fi.
36 poſt prin ff de rer.diui.] † Et in hac notabili materia defen-
ſionis pro practica, & theorica cauſarum criminalium, ſcias
inquantū dixi, ꝙ deangulatus quando non poteſt aliter eua-
dere niſi occidat aggreſſorem,quòd occidit tunc impunè.ꝙ
nedum quis dicitur deangulatus,& in diſcrimine vitæ conſti
tutus reſpectu loci,ſed etiam reſpectu armorum.
37 † Nam quis dicitur in periculo vitæ conſtitutus eoipſo, ꝙ
terror armorum ſibi infertur ita habetur in l. 3. in §. armati.
ſ.de vi,& vi arma.& in l ſed ſi quæcunque.in prin.ſ ad legem
Aquil. vbi gl. hoc voluit,& Dom.Flo in l.ſcientiam.in § qui
cum aliter.eo tit. [Et in l ſi ſeruus in fi.1.col.eod.titu ad le-
gem Aquil & in l ſcientiam in d.§ qui cum aliter.eod tit. &
vide Corſe in notab.ſuo,in verbo,motus,&c.] Et voluit. D.
Barth Cęp.in cōſi.ſuo 29.inci.viſo proceſſu.in 5.col. & Ang.
de Aret.in trac ſuo malefi.in verbo,& dictus Titius ſe defen
dendo.in 1.char in ver.& aduertas,ꝙ quis,&c. vbi alleg. Bal.
38 in l.ſi ex plagis. in §. tabernarius. ff.ad legem Aquil.† Et ideo
dixit Bart.multum notab.in d l.ſed ſi quæcunque.in prin ſu-
prà ad legem Aquil.in prin.quod eoipſo quod probo,quòd
aliquis veniebat contra me cum gladio euaginato, & ego
occidi eum, quòd tunc probata eſt mea defenſio. quod di-
ctum refert & ſequitur Ioan de Ana.in c ſi perfodiens.in vlt.
39 col.de homic † vbi etiam dicit, quòd viſus armorum affert
iuſtum timorem mortis Et illud dictum Bar. etiam refert &
ſequitur Do Barth Cęp in conſ.ſuo 29 præallegato in 5.col.
pro quo dicit eſſe tex in l.ſi percuſſorem C.eo.ad leg.Corn.
40 de ſica † Et facit optimè pro prædictis notab. verbum Bart.
in l ſi ex plagis.in §.tabernarius.ſuprà ad legem Aquil. quem
refert & ſequitur Ang de Aret in §.iniuria.in 1.col.in fi. Inſt.
ad leg. Aquil.vbi dixerunt,ꝙ ſi percutio te antequam percu-
tias me dum tu es in actu percutiendi me, ꝙ dicor tunc feciſ
ſe ad meam defenſionem. quod etiam voluit Ang.in l quē-
admodum.ſ.de inoffi. teſt. quem refert & ſequitur D.Anto.
Cor.in notab ſuis,in verbo,metus in 1 no & idem etiam vo
luit Ang.de Aret in d.tract. in verbo,& dictus Titius ſe defen
dendo.in 1.char.in vlt.ver circa med.vbi ſiſr alleg. Bal in d.§.
tabernarius.& Bal in l 1.C.vnde vi & idē etiam dixit D Alex.
in conſi.323.incip.in caſu prædicto, in 3 col.ver circa ſecun-
dum,&c de quo latius dixi in l pe.in 3.& 4.col.infrà de queſ.
in illo arti. videlicet,ꝙ idem operatur potentia in habitu,qđ
operatur ipſa potentia in actu,vbi plura alia adduxi circa ma-
teriā iſtā [Et Bal.in l multis.in fi C de li. cā adde oīno dicta
per D.Iaſ in l.vt vim.in 3 col.ver.tamen non eſt neceſſe.ſ de
iuſt.& iu & ꝑ Cor in conſ 162 inci.in hac cōſultatione,&c.
in 4 col in 1.vol.& ibi in conſ 294 inci ꝓ deciſione.in 2.col.
41 & ibi in ꝯſi 274 inci.vr̄.in 1.col] † Itē ſcias ēt, ꝙ licèt debeat
fieri defenſio cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt hr̄ in l.
vt vim.ſ.de iuſt.& iu & in l.j.C.vnde vi.tamen ille, qui defen
dendo ſe,exceſſit modū inculpatæ tutelæ,non dēt puniri pœ
na mortis,ſed alia mitiori arbitrio iudicis,& ſic non dēt puni
ri ꝓ toto,ſed tm̄ pro exceſſu ita dixit Io An.in c. ſignificauit.
de pęn.& remiſ in nouella.& Bal in c 1 § 1 ad fi.de pa iura.
fir.& in c.1.in prin in 3.col.de pa tenen. & Io And in addit.
Spec.in ti de homicidio.& idem firmat Bald in d l vt vim &
Lud.Ro in ſing ſuo 4 & D Flo in l ſcientiam.in § qui cū ali-
ter ſ.ad leg.Aquil & Pet.de Anc.in Cle 1.de hom. & Pau.de

Caſt.in conſ.192.inci.in cã incarceratorum.in vlt.col.& idẽ te
net D.Alex.in conſi.76.inci.viſa inquiſitione.in 1. & 2. col. in
1.vol.& D.Barth.Cęp.in conſi.ſuo 29.inci.viſo proceſſu.in pe.
col.& in conſ.34.inci.ſi vnquàm,&c.in 11.col.& Ang.de Are.
in lib.maleſi.in verbo, & dictus Titius ſe defendendo. in ver.
aduertas etiam.& ibi in addi.& D.Ant.& Io.de Ana.in c.ſigni
ficaſti.el 2.de homi.& voluit glo.23.quæſt.1. in ſumma.

42 † Et ratio, quare in tali caſu excedens modum inculpatæ
tutelæ non punitur de toto, ſed ſolum de exceſſu, & ſic non
pęna mortis ſed alia mitiori pena eſt,ſecũdũ Bal.in d.l.vt vim.
quẽ refert,& ſequitur Cęp.in conſ.ſuo 1.in 3.col.videlicet,qa
ictus ſeu verbera non poſſunt dari cũ menſura, & defendens
ſe non põt habere ſtateram in manibus, & menſurare ictus.
43 pro quo eſt tex.no. in c.fi.de homi. lib. 6. † Et hoc tantò ma-
gis eſt verum,quia metus improuiſus inſtantis periculi tollit
44 rectum iudicium,& conſilium deliberandi. † Homo.n.intẽ-
ſo dolore, vel timore permotus non eſt in plenitudine intel
lectus.ita dixit Baldus in c.1. §.1.in fi.de pace iura.fir. Pro quo
facit illud vulgare,videlicet, *Homo aſſaltato,mezo perduto*. quod
vulgare refert,& ꝯfirmat Aug.de Ari.in addi.ad Ang. in trac.
maleſi.in verbo,& dictus Titius ſe defendẽdo.in 2. char.illius
addi. Quinimò vnũ dico, qđ eſt fortius videlicet, ꝙ nedũ ille
qui ſe defendendo occidit aggreſſorem non eſt puniendus
pęna mortis per rõnes ſupra adductas,& per iura pręallegata,
ſed ẽt ille,qui occidit eum ẽt non ſe defendendo, non debet
45 puniri pęna mortis,ſed mitius,vt † puta ſi percuſſus, & iã vul
neratus inſequatur vulnerantẽ qui fugiebat, & eum occidat,
nõ tenetur vt homicida,quia eſt potius in culpa, quàm in do
lo.iſtud fuit ſingulare dictũ Iac.de Aret.quod refert & ſequi-
tur D.Ant.in c.olim.el j.ad fi.de reſti.ſpo.& ibi Abb.in 10.col.
quam doctrinam ẽt refert & ſequitur D.Fran.de Are.in cõſi.
ſuo 34.inci.viſis diligenter teſtibus,&c.in fi.& in conſi.80.inc.
ſicut decet,&c.in fi.& idem tenet Ang.de Are.in trac. maleſi.
in verbo,& dictus Titius ſe defendendo. in verbo, quæritur
Titius vulnerauit,&c. & pro hac parte in contingentia facti,
conſuluit Bal.in ciuitate Papię,vt refert Pau.de Caſt.in conſi.
ſuo 192.inci.in cauſa incarceratorum.in vlt.col.Et idem ẽt fir
mat Io.And.in addi.Spe.in ti.de homic.ſuper rub.vbi dicit,ꝙ
licèt excedens modum in ſe defendendo teneatur de culpa.
c.ſignificaſti. el 2. de homicidio tamen.ſi in illo exceſſu oc-
cidat aggreſſorem,nõ tenetur vt homicida. quod dictum re-
fert& ſequitur D.Alex.in conſi.ſuo 76.inci.viſa inquiſitione.
in 2.col.in 1.vol.& idẽ vr̃ tenere Bal.& Saly.in d.l.1.C. vnde vi.
Pro quibus faciunt dicta per Alb.de Roſ.in 2.par.ſtatu.q.452.
Et illud dictũ Iac. de Aret.D.Ant.& ſequaciũ refert & ſequit̃
D.Fely.in c.dilecti filij.in 8.col. de excep. vbi refert ẽt alios te-
nẽtes hãc partẽ,& alia plura circa hoc facientia ibi refert ſub-
dẽs,ꝙ de hoc dicto nunq̃ debes obliuiſci,qa vix poſſet eſſe no
tabilius.Et idẽ dixit ipſe D.Fel.in c.ſignificaſti.el 2.de homi.in
pe.col.de quo ego ẽt dixi in ſin. meo 100.inc.occidẽs aggreſ
46 ſorem.† Et circa hanc materiã defenſionis ſcias ẽt,ꝙ licèt du
bitetur an inſultatus teneatur fugere quando fuga importat
periculum vitæ,& ſalutis ipſius inſultati, vt quia inimicus eſt
ſibi ad ſpatulas,& terga vertendo poſſet de facili vulnerari,nã
tali caſu non dẽt fugere,ſed dẽt reſiſtere,& ſuam ſalutẽ tueri.
ita dixit Bal.in l.1.in 5.col.ver.ſed pone,quidam. C.vnde vi.ar.
tex.in l.ſcientiam.§.qui cum aliter.& ibi Bald.ſ̃.ad l. Aquil.vbi
dicit ipſe Bal.ꝙ iſta eſt defenſio neceſſaria & p̃ciſa, qua omiſ-
ſa perſona eſſet veriſimiliter peritura, vel deterior effectura,
ergo licitum eſt reſiſtere, & non fugere.& idem tenet Ang.
de Aret. in dicto verbo, & dictus Titius ſe defendendo.in 3.
char.ver.ex his infert,&c.& D.Bar.Cęp.in conſi.ſuo 29.inc.vi-
ſo proceſſu.in 6.col.vbi mouetur etiam ad hoc dicẽdum alia
ratione videlicet,ꝙ aliquem fugari eſt iniuria.l.item apud La
beonem. circa prin.ſ̃. de iniu. ideo ad propulſandam dictam
iniuriam licitum eſt reſiſtere,vt no.Bar.in l.1. C.vnde vi.& ibi
Saly.in vlt.col.ver.præterea leue eſt, &c.

Secus aũt eſſet, quãdo inſultatus poſſet ſine periculo vitæ,
& perſonæ aufugere,quia tunc dẽt aufugere, ſecũdum Doc.
47 in dictis locis. † Quòd verum puto, niſi inſultatus eſſet nobi-
lis, & inſultans eſſet ruſticus. nam tunc non tenetur fugere,
quia eſſet ſibi verecundia & dedecus;quia fuga reddit quem
viliorem.& crudelis eſt,qui negligit famã ſuam. ita didit Cy.
in l.ſi ex plagis.in §.tabernarius.& in l.ſciẽtiam.§.qui cũ aliter.
ſ̃.ad leg.Aquil.in ſuis addi.quem refert & ſequitur Bal. in c.1.
in 7.col.in ver.dicunt quidam,&c.de pa.tenen.pro quo dicit,
ꝙ facit.l.in eadem.ſ̃.ex qui.cau.ma.& idem tenet Io. de Ana.
in c.porrò.in pe.col.ver.refert,&c.extra de cle.pug. in duello.
& Ang.de Aret.in trac.maleſi.in verbo,& dictus Titius ſe de-
fendẽdo.in 2.char.in 1.col.in fi.& in eodem verbo,in 3.char.
in 3.col.in verſi.ex his infert ibi Bal.&c.vbi plura ad hoc alleg.
48 de quibus ibi per eum, & ibi in addi. † Vltimò pro nunc in
hac materia defenſionis tene menti perpetuò vnum videli-
cet,quòd aggreſſus ſeu primò percuſſus ſemper præſumitur
repercutere ad ſuam defenſionem,non autem ad vindictam
ita habetur in l.2.& ibi hoc voluit Bal.C. de ſicar. vbi pro hoc
alleg.not.in c. ſignificaſti.el 2. de homici.& in cle.1.eod.tit.&
hoc etiam voluit Bar.in l.ſi ex plagis.ſ̃.ad leg.Aqu.& in l.ſed ſi
quæcunque.eo.tit.& in conſi. ſuo incip. Vannucius Petri. &
Pe.de An.in d.cle.1.de homi.& Dom.Alexan. in conſ.ſuo 76.
incip.viſa inquiſitione.in vlt.col.in 1. volum. & in alio conſi.
ſuo nondum impreſſo,incip. & vt oportet conſideratis. in 2.
char.& Do.Fely.in c.dilecti filij.in 9.col.de excep. quæ omnia
tanquam nota. tene menti in hac materia defenſionis, quia
eſt materia quotidiana, & lucratiua. de quo etiam latius dixi
in l.vnius.in §.cogniturum.in 10.col.infrà.de quæſt.& in pra-
ctica mea cauſarũ criminalium,in 6.char. & in pluribus char.
ibi ſequentibus. & in conſi.meo,incip.vltra ea,quæ aliàs, &c.

49 † Redeundo modo ad tex.noſtrum dico,ꝙ tex.iſte poteſt
limitari alio modo,& ſic decimo modo videlicet,in furioſo,
ebrio vel dormiente, nam tales occidentes hominem nõ pu
niuntur hac lege, & hac pœna mortis. ita habetur in cle. vni-
ca,extrà de homi.& in c.aliquos.15.q.1.& in c.ibi ſequenti. &
in c.nec is.& in c.ſi quis inſaniens.ea.cauſa, & quæſtio. & in l.
infans.infra in hoc titu.De furioſo habetur per Bal.& alios in
l.furioſum.C.qui teſt.fa.poſ.& in l.diuus.ſ̃.de offi.præſi.& in l.
50 pe.infra de parri.† Nec hoc eſt mirum,nec inconueniens, nã
furioſus non obligatur, nec poteſt condemnari per ſenten-
tiam,ſecundum Specu.in tit.de ſententijs.§.iuſta.ver. item eſt
nulla ratione litigatorum.& voluit Bald.in auth. & omnino.
51 in 5.col.C.ne vxor pro mar. † Item non valet eius confeſſio,
ſecundum Spec.in ti.de confeſ.§.ſequitur.ver. 13.

52 † Item non poteſt intrare religionem,vt habetur in cap.ſi-
53 cut.de regu.& eſt gl.in c.ex eo.de elec. in 6. † Item compara-
tur ignoranti. l. filiusfamilias.la 1.& ibi Bart.ad fi.ſ̃.de teſtam.
54 † Item æquiparatur prodigo.l.1. & ibi Nico. de Neapo. ff.de
55 cur.fur.& Bart.in l.is,cui.ſ̃.de teſtam. † Item æquiparatur ab-
ſenti.l.ſed ſi vnius.§.filiusfamilias.ſ̃.de iureiuran. & l.2.§.fina.ſ̃.
ſol.matr.& in l.2.§.furioſus.& ibi Bar.ſ̃. de iu.cod.& Bar.in l.1.
56 §.dari.ſ̃.de procu.& in d.l.furioſum. † Item furioſus non ob-
ligatur iuramento,ſecundùm Bart.in l.qui habet.in §. ſi pupil
lus.ſuprà,de tute.& Bald.in l. 2. in 10.quæſt.C.de reſcin.vendi.
57 † Item æquiparatur mortuo,ſecundum Bald.in l. humanita-
58 tis.in 4.colum.C.de imp.& alijs ſubſti.† Et ideo non punitur
pęna mortis,ſi committit homicidium,imo etiam ſi ante fu-
rorem commiſit delictum,non poteſt de illo puniri tempo
re furoris,ita dixit Bald.poſt Aluaro.in c.1.in fi.prin.in ti.an il-
le,qui interfe. fratrem domini ſui. etiam ſi fuit cõdemnatus
ante furorem,ſecundum Bart.in l.ex facto.in 5.col.ver. quin-
tò requiritur.ſuprà,de vulg. & pup. vide tamen Barba. qui te-
net contrarium in ca.litteris.in pe.col.ver.& inquantum, &c.
extrà de reſcrip.de quo etiam in tractatu, violantes.in verbo,
☞ mortui.in 2.col.vbi videas.[Vide omnino in d. l. ex facto. in
11.col.ver.adde inquantum Barto.&c.& ibi per vnam col. &
Flor.in l.ſi ſeruus.in §.iniuria.in 2.col.in fi.ff.ad leg.Aqui.] Sed
prædicta poſſent fortè limitari in furioſo faciẽte maximum
delictum, & atrociſſimum crimen, quia hoc caſu credo, ꝙ
59 poſſet puniri non obſtante furore. † Ad quod dicẽdum mo
ueor ex notab.doctrina Inno.in c.1.de conſti. vbi dixit,quod
propter enormitatem delicti,licitum eſt iura tranſgredi.quã
doctrinam ſequuntur ibi Doct. & illam etiam ſequuntur le-
giſtæ, & etiam Canoniſtæ in pluribus locis, quos adduxi in l.
60 vnius. in §. cogniturum.in 14. colum.infrà de quæſtio.† pro
quo dicto,& limitatione eſt tex.not.in c. mulier. 15. q. 1. vbi
dicit, quòd ſi animal irrationale habet rem cum muliere, ꝙ
tale animal cum dicta debet comburi. ſi ergo propter enor-
me crimen animal brutum omni rõne, & ſenſu carẽs punit̃,
61 ergo eodem modo & furioſus,qui eſt homo. † Pro quibus
facit optimè,quod voluit Io.And. in c.cũ nõ ab homine. ex-
trà de iud.vbi dixit, ꝙ clericus faciẽs atrociſſimum delictum,
põt ſine degradatione puniri, non attenta diſpoſitione dicti.
c.Et idem dicit Dominicus de ſancto Gem.in c.j.in fi.per illũ
tex.de homic.in 6.& Pe.de Anch.in conſi.ſuo 157. inc.ex nar
62 ratis in facto. in 5. colum. † Et dixit Bald.Ang. & Rapha.in l.
quid ergo.in §.ſi hæres.de leg. 1. quòd ſi maritus reperiat cle-
ricum in flagranti crimine cum filia,vel vxore, quòd poterit
eum occidere,nec incurret ſententiam can. ſi quis ſuadente.
17.quæſt.4.& idem voluit Ang.de Aret.in trac.maleſi. in ver-
bo, *che hai adulterata la mia donna*. in 9. char.ver.quid ſi pater.
pro quo eſt text.cum glo.ſecundum Do.Aug.ibi,in cap. ſi ve
rò.el 1.de ſenten.excom.Et pro iſtis faciunt, quæ latiſſimè di-
xi in repet.mea l.fin.C.de probat. in 74.char.& in l.1. in princ.
in 9.colum.infrà,de quęſtio.& in l.vnius.§.cogniturum.in 14
colum.eod.tit.vbi vide.Et hac ratione & cauſa,vt puto, Sere-

niſſima

niſſima Regina Hyſpaniæ iam mortua fecit occidere quen-
dam furioſum, qui acriter vulnerauit Sereniſſimum Regem
Hyſpaniæ eius conſortem, ne tantum ſcelus eſſet impunitũ.
63 † Quo autem ad ebrium delinquentem, vel occidentem ho
minem, quòd non puniatur, eſt text. in c. ſanè. cum duobus c.
ibi ſequentibus. 15. q. 1. & voluit Salyc. in l. 1. C. eod. de ſicar. &
Alexan. poſt Bar. in l. reſpiciendum. in §. delinquunt. infra de
poe. & glo. in c. inebriauerunt. 15. q. 1. & Bart. in l. aut facta. in-
frà de pȩ. & Ang. de Are. in tract. malefi. in verbo, ſcienter, &c.
64 † Quo autem ad dormientem, quòd non puniatur de homi
cidio, voluit Bartol. in l. pen. infrà de parrici. & Dom. Flo. in l.
qui occidit. §. in hac. ſ. ad leg. Aquiliam. & in l. ſi ſeruus ſeruũ.
§. ſi fornicarius. eod. titu. quia dormiens æquiparatur furio-
ſo. c. maiores. in fi. de baptiſ. & voluit gl. & ibi Car. in 6. quȩſt.
in cle. 1. de homicid. pro quo facit etiam, nam talis dormiens
non dicitur peccare, ſecundum glo. in c. teſtamentum. 6. di.
Et econtrario tene menti, quòd ſicut dormiens nõ punitur
de delicto per eum commiſſo, ita non punitur vigilãs faciẽs
65 iniuriam dormienti. † Et ideo licèt faciens violentiam cleri-
co etiam in ueſtibus ſit excommunicatus, ſecundum glo. in
c. ſi quis pulſat. de poe. diſt. 1. & glo. in c. ſi quis ſuadente. 17. q.
4. in uerbo, manus. & tenet Innoc. in c. nuper. de ſent. excom.
quem refert Bar. in l. 1. in §. hoc autem interdictum. de ope.
noui nun. & in l. licitatio. §. quod illicitè. ſ. de pub. & Bald. in l.
1. §. hæc uerba. ſ. de his, qui deiece. uel effu. quod tamen eſt ue
rum, & locum habet, dummodo ipſe clericus ſit excommu-
nicatus & ſentiat, ſecus ſi dormiret, nam tunc lacerans ſibi ue
ſtes, uel faciens ſibi aliquam aliam uiolentiam in ipſis ueſti-
bus, non eſt excommunicatus. ita notanter dixit Car. in cle. 1.
in princ. in 6. q. de poe. quod dictum refert & ſequitur Dom.
Fel. in d. c. nuper. de ſen. excom. in ul. col. de quo dixi latius in
ſing. meo 188. incip. capitulum. Et de iſto dormiente ad de
Do. Nellum in tract. banni. in 2. parte ſecundi temp. q uȩſt. 33.
ubi circa fi. ponit ſingu. uerbum in materia dormiẽtis, quem
66 uide. † Vndecimò limita hunc text. non habere locum in il-
lo, qui committit homicidium non ex animo & dolo, ſed ſi-
ne animo & propoſito, & ſine dolo, ita probat tex. in hac le-
ge. in §. diuus Adrianus. & in c. non eſt. & in c. nec is. & in c. ibi
ſequen. 15. q. 1. de quo uidebimus Deo duce latè in dicto §.
67 diuus Adrianus. † Duodecimò limita etiam hunc tex. & ſi-
miles non procedere, nec locum habere in illo, qui occidit
bannitum, qui ex forma ſtatuti poteſt impunè occidi, nam
talis non punitur hac lege, nec etiam punitur aliqua alia poe-
na temporali, cùm fiat lege permittente, argum. l. Gracchus.
68 C. de adulter. † Et tale ſtatutum permittens bannitum im-
punè poſſe occidi, ualet & tenet, ſecundùm Ioan. And. in ad-
ditio. Specu. in titu. de conſtitu. §. 1. circa penult. & ult. col. &
idem tenet Hoſtien. in c. fina. de conſuetu. in eo, quòd eſſet
bannitus poena corporali. & uoluit Bart. in l. omnes populi.
in 3. q. princip. ſuprà de iuſtit. & iu. & in l. 2. per illum text. C.
quando lice. ſe ſine iudi. uindi. & Bart. & Bald. in l. ut uim. ſu
prà de iuſti. & iu. & Albe. de Roſate in ult. parte ſtat. q. 17. &
Bald. in d. l. Gracchus. & in l. fina. C. ſi contra ius, uel uti. pub. &
Bald. in l. unica. C. de confeſ. in 13. col. & in l. 1. C. de ſum. Tri-
nit. in 9. col. & in l. 1. C. ſi à non compe. iudi. & Dom. And. &
Ioan. de Imo. in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. quos omnes
refert & ſequitur Dom. Alexand. in conſi. ſuo 114. incip. pon-
deratis. in 1. col. in 1. uol. & idem tenet Alexan. in conſil. ſuo
289. incip. attenta diſpoſitione, &c. in 1. col. de quo etiam ui-
de in tract. uiolantes. in uerbo, mortui. in 14. char. in 1. uolum.
uerſi. item dubitatur, quia &c. per Dom. Nellum in trac. ban-
69 ni. in 1. parte. 2. tem in 1. quæſt. † Et ſcias etiam, quòd prædi-
cta de bannito habent locum etiam in occidente bannitum
ignoranter, quia neſciebat eum fore bannitum, nam ad hoc
ut quis non puniatur de homicidio, ſi occidit bannitum,
non attenditur, an ſciuerit illum eſſe bannitum, necne. ita di-
xit Barto. in l. inter omnes. §. rectè. in ult. colum. ſuprà de fur.
& Barto. in l. genero. per illum text. ſuprà de his, qui not. infa.
quem refert & ſequitur Dom. Alexand. in conſi. ſuo 114. in-
70 cip. ponderatis. in 3. colum. in 1. uol. † Item ſcias etiam, quòd
occidens bannitum; qui erat rebannitus, ſed non erat adhuc
cancellatus de banno, non debet puniri, ſecundùm Pau. de
Caſt. in l. ſi duo. ſuprà de acquiren. poſſeſ. quia ſufficit, quòd
eſſet deſcriptus in lib. banni, quoniam excuſatur auto. pub.
ſcriptu. de quo latius per Dom. Alexand. in d. conſi. 114. in 3.
colum. pro quo facit etiam, quod uoluit Bald. in l. Labeo. §.
1. in fi. ſuprà de pa. ubi dicit, quòd licèt bannitus ſoluerit con-
demnationem ſeu poenam, tamen niſi ſit cancellatus de ban
no, adhuc poterit impunè occidi. de quo latius per Dom.
Alexan. in d. conſi. 114. in 1. uolum. in fi. & in conſi. 289. incip.
71 attenta diſpoſitione. in 1. col. ubi omnino uide. † Scias etiam
aliud, quòd occidẽs bannitum cancellatum indebite de ban-
no, non punitut ſicut ſi non fuiſſet cancellatus. Ita no. dixit
Bald. in c. 1. in princ. in titu. hic finitur lex Conra. & incip. con
ſue. reg. & in l. ſcriniarios. C. de teſt. mi. & Ioan. And. in c. ve-
niens. de accu. in nouel. & D. Nellus, in tract. banni. in 1. parte.
3. temp. in 3. q. & voluit Domi. Bartho. Cȩpo. in conſil. ſuo 7.
incip. quidam fuit Paduæ condemnatus, &c. in 2. colum. vbi
dicit, quòd idem voluit Rayn. in l. ſi non ſerui. per illum text.
72 ff. de don. inter vir. & vxor. † Et tene menti, quòd quis præ-
ſumitur indebitè cancellatus de banno, quando non appa-
ret cauſa, propter quam fuit cancellatus, ſecundùm Bald. in
c. cùm ſuper. in vlt. colum. de re iudi. & in l. ſi non ſortem. §.
adeò. ſuprà de condi. indeb. & in l. ſi præſes. C. quomodo &
73 quando iud. in fi. vbi notab. loquitur. † Scias tamen, quòd
licèt talis occidens bannitum non puniatur aliqua poena,
hoc eſt verum ſecundum humana iura, ſecus autem eſt ſecũ
dùm ius diuinum, quia talis homicida punitur poena æter-
na, quia venit contra præceptum diuinum, in quo dicitur,
Non occides, &c. de quo dixi in l. patre, vel marito. in 1. col. in
74 fi. infrà de quæſtio. † Item etiam ſcias, quòd licèt talis occi-
dens non puniatur aliqua poena, vt dixi: tamẽ eſt infamis. ita
not. dixit Bald. in l. decuriones. C. ex qui. cauſis infa. irrog. quẽ
tefert & ſequitur Ioan. de Ana. in c. ſi perfodiens. in 3. col. de
homi. de quo dicto feci mentionem in conſi. meo, inc. adiu-
☞ ua me, & ſaluus ero, &c. in 9. char. [Et idẽ dixit Pet. de Anch.
in repe. c. canonum ſtatuta. in 85. col. ver. in hac eadem mate-
75 ria. de conſti.] Et † facit etiam, quod dixit idem Bald. in l. 1. in
2. col. C. ſi à non compe. iudi. vbi dixit, ꝙ omne homicidium
habet in ſe delictum & dolum, quantumcunque permitta-
76 tur à ſtatuto. † Et facit dictum Bal. in auth. ſi dicatur. in vl. col.
C. de teſti. vbi dixit, ꝙ homicida dicitur vilis perſona, adeò ꝙ
in facto graui non poteſt recipi in teſtem ſine tortura, quod
eſt multum no. Pro quibus faciunt dicta per me, in d. l. patre,
vel marito. in 2. col. infrà de quæſtio. quæ non refero hic bre-
uitatis cauſa. Ad quæ vide etiam dicta in tract. violãtes. in ver-
bo, mortui. in 3. col. ver. adde etiam, ꝙ licèt occidens, &c. & vi
77 de quæ dixi in c. 2. in 3. char. extrà de hom. † Decimotertiò li-
mita hunc text. vt non habeat locum in occidente aliquem
magno dolore moto, nam tunc non punitur hac lege tan-
quam homicida, ſed punitur alia minori poena. iſte tex. mul-
tum no. in l. ſi adulterium cum inceſtu. in §. Imperatores. ſ. de
adul. quem tex. pro not. allegauit Ang. de Are. in tract. ſuo ma
lefi. in verbo, & dictus Titius ſe defendendo. in 3. char. in verſ.
aduertas, &c. & Pau. de Caſt. in conſi. ſuo 192. inc. in cauſa in-
carceratorum. in vl. col. & Frã. Are. in conſi. 165. inc. ſicut Ioã-
nes. in vl. col. & idem probat tex. in §. fi. infra in hac l. & text. in
l. ſi quis in graui. in §. ſi tamẽ maritus. ſ. ad Syl. & in l. Gracchus.
C. de adult. & voluit gl. in l. nec in ea. §. fin. ſ. de adul. & hoc vo-
luit Abb. in c. dilecti filij. extrà de except. & in c. 1. extrà de in-
iu. & in c. cum te. in 10. col. de rȩ iud. per d. §. Imperatores. qui
tex. allegat rationem dicens, ꝙ difficilimum eſt iuſtum dolo-
rem temperare. & idem ẽt tenuit Lud. Ro. in l. cum mulier.
in 32. col. ver. Aduerte tamem, quia etiam offenſa. ſ. ſol. mat.
vbi dicit, ꝙ licèt homicida debeat occidi, vt in l. 3. C. de epiſc.
de cuſtod.reo.ſed pœna priuati carceris eſt pœna vltimi ſupplicij, & læſæ maieſt. ergo pœna indebitæ torturæ erit pœna mortis. Angel.autem in dicta l. decuriones. colligit, ꝙ iudex qui torquet non torquendum,capite punitur.& idẽ tenet Ioannes de Anania, in cap.1.in 7. colum.de cleri.percuſ. Item hanc partem, ſcilicet quòd tali caſu iudex ſit capite puniendus, tenuit Ange. de Aretio in tractatu maleficio. in verbo, fama publica, in 15. charta. verſicu. tertiò. quæro. vbi dicit, quòd idem voluit Bald.in l.1. C. de priua. car.quod dicit eſſe bene no.à iudicibus.Pro quibus faciunt dicta per Bald. in l. milites. C. de quæſtioni. vbi dicit, quòd iudex non poteſt ſemel tortum amplius torquere, & ſi iudex repeteret tormenta, & tortus decederet, quod iudex acriter puniretur. Et idem videtur tenere Dom. Paris. de Put.in tracta. ſyndi. in 100. char. in ſecunda col. ante fi. vbi alleg. Bald.in dicta l.milites. & vide Salycet.in l.fin.C.de pœ. iudic. qui ma. iudi. vbi tenet opinio. Bal. in rubr.illius titu. Sed idem Salyc. in l.2.C.de exhiben.reis. tenet, quòd iudex ponens iniuſtè aliquem ad torturam, puniatur pœna capitis. quæ opi. videtur magis communis,de quo latius dixi in repe.mea.l.fi.C.de probation.in 37. char. & in l. quæſtionis

8 modum.infrà de quæſtioni.in fi. pro qua opi. facit, † nam maior, & grauior eſt tortura, quàm vtriuſq; manus abſciſſio. text.eſt in §.fi.in Auth.vt nulli iud. [Et vide Bald. in l.interpoſitas.ad fi.C.de tranſac.] & dixit Bald. in repet. l. 1. in penul.col.C.vnde vi. quòd cruciatus corporis æquiparatur

9 morti. † Et vide Bald. in l.1.in 5.col.C.ne ex delic. defunc. vbi dixit, ꝙ iudex in criminalibus procedens iniuſtè fauore vel odio,tenetur lege Corn.de ſicar.alleg.text. in l. lege Iulia de repetundis.§.fi.infrà ad legem Iul. repetun.quem tex. dicit eſſe mirabilem. Quando autem iudex non torquet reum, ſed infert ſibi terrorem velle facere eum decapitari vt ipſe confiteatur, ſi ex terrore reus moriatur,an teneatur ipſe iudex, dixi in l.de minore. in prin.in 3.colum. infrà de

10 quæſtioni. † Vlterius dico, quòd eſt ponderandum verbum,dolo malo,poſitum in hoc tex. inquantum dicit, ꝙ ille qui dolo malo dixerit falſum teſtimonium, quo quis publico iudicio damnetur,punitur hac lege; ergo à côtrario ſi falſum teſtimonium dixerit ſine dolo, non punietur hac lege.Probat ergo iſte text.quòd delictum ſine dolo nõ punitur; quod patet, vt dixi ſuprà in princip. in furioſo, in

11 ebrio, dormiente, in minore & ſimilibus. † Et voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia.l.qui iniuriæ.ſuprà de fur.l.qui reipublicæ. ſuprà de iureiuran.l.1.C.eo.de ſica.c.ſignificaſti. il 2. extrà de homicid. & ideo dicimus ꝙ affectio operi nomen imponit, vt l. ſi non conuitij.C.de iniur.

12 †Et ideo ſi qs committit delictũ ſine dolo,non debet puniri ſaltem vera,& directa pœna ipſius delicti . ita probatur hìc à contrario ſenſu. & probatur in l.qui ædes.& in l.ſi fortuito.ſuprà de incend.rui.naufra.& voluit Bal. in l.data opera.in 4.col.C.qui accuſ.non poſ. vbi dixit,quòd quoties ſtatutum imponit pœnam perſonalem pro homicidio,ut qa dicit quòd occidens occidatur,niſi occidens occiderit doloſè & ex propoſito,non habebit locum pœna ſtatuti vel legis,ſed aliter debebit mitius puniri.Et dixit Bald. in l. quicunque.in 5.colum.C.de ſer.fugit.quòd vbicunque lex vel ſtatutum loquitur de pœna corporali, ſemper ſubintelligitur dolus, per not.in l.in actionibus.ſuprà de in litem iuran.& Inſti.de ſuſpec.tut.in §.ſuſpectos. Et idem tenet Pau. de Caſt.in l.1.C.vbi ſena.vel cla.ubi exclamat contra iudices ignorantes,qui neſciunt à verbis ſtatuti recedere,& volunt punire delictum,non diſtinguendo an ſit com miſſum per dolum,an per culpã. contra quos alleg.Bal.in d.l. data opera. & dicit ibi Pa.de Caſt. quod ſi non fieret talis diſtinctio, ſequeretur quòd de homicidio caſuali deberet quis decapitari, quod eſſet contra omnem æquitatem. & ideo dicit ipſe ibi, ſe pluries pro hac parte conſuluiſſe,& à morte aliquos defendiſſe. & idem dicit ipſe Pau. de Caſt.in l. & ſi ſeuerior.in ult.col.C.ex quib.cau.infa.irrog.& Barth.Cœp. in conſi.ſuo 29.incip.viſo proceſſu.in antepen.colu. vbi refert Bal.in dicta l.data opera.& Pau.de Caſt.in dicta l.1.C.vbi ſena.vel cla.& refert ibi ipſe,ſe aliàs pro hac parte conſuluiſſe & etiam aliàs ita iudicaſſe in ciuitate Veronæ, & ſimiliter etiam refert Bald.pro hac parte conſuluiſſe. de quo ibi latius per eum,& idem ipſe dixit in caut.ſua.4.in verſ. ſi ſtatutum dicat quòd homicida.& in verſ.ibi ſequen.& idem ipſe firmat in conſi.ſuo 30.incip.ragatij ſcholarium. in 2. col. & in conſ.ibi ſeq.in antep.col.&in conſ.ſuo 33.incip.multa poſſent.in 2.& 3.col.& in conſ.34.incip.ſi vnquam.in 9.col. & in conſ.37.inci.viſa inquiſitione.in 2. col. in quibus locis plura,& plura ad hoc adducit,de quibus ibi per eum.quam opi.etiam tenet Pau.de Caſt. in l.nemo.in 2.col.C.de epiſc. audien.& Bart.in l.1.§.1.ſ.ſi quis teſtamento lib.eſſe iuſ. fue. Et hanc partem etiam tenuerunt aliquæ glo. & plures alij Doct.in diuerſis locis,quos ſimul reduxi in l. de minore in

13 princ.in 6.col.infrà de quæſtioni. † Vlterius circa hanc materiam falſi teſtimonij,de qua in hoc tex. aliqua ueniunt dicenda & examinanda.Et ideo dico,ꝙ adeo ſunt vera ſupra dicta,ꝙ falſum teſtimonium ſine dolo factum non punit, ꝙ ſi quis credit dicere veritatem,& iurat,non eſt periurus, licèt veritas ſit in contrarium.ita not.dixit Bal.in l.2.§.quod obſeruari.in 4.not.C.de iura.calum.per illum tex. quod dictum ſequitur Petr.de Anchar.in c.2.de iuramen.calum. in 6.quos refert & ſequitur Do.Felyn.in c.1.circa fi.de litis cõteſt. vbi etiam ſubdit, ꝙ credulitas vehemens habetur pro certitudine.ad quod alleg.Inno.in c.fi.poſt medium. de iuram.calum.& in c.ex literis.de iureiur.& Arch.in c. beati. 2. q.7. Vltra præmiſſa pôt hìc ſatis oportunè quæri de duob. nam dicitur in tex.noſtro,ꝙ ille qui dicit falſum teſtimo-

14 nium in cauſa capitali, punitur hac lege. † Sed quæri pôt, quid de illo qui dixit falſum teſtimonium doloſè,quod teſtimonium tamen non valuit aliqua de cauſa, vel dixit falſum teſtimonium quod nemini nocuit,an illis caſibus talis teſtis puniatur hac lege,vel alia pœna? in quo dicas ꝙ non punitur hac lege,ſecundum glo.& Doct.in l. Diuus Adrianus.infrà de fal. & not.in l.damus.C.de fal.& not. Bar.in l.1. §.fi.ſ.de fal.& eſt de mente gl.in c.quanto.in gl.penu. de iureiur.& uoluit Tancre.in compen.ſua,in rubr.8.q.9. & Pet. de Anchar.in conſi.ſuo 172.inc.circa primum. poſt princ. ubi no.loquitur.Et pro hac parte optimè facit tex.in l. fundum.ſuprà de euictio.Et hanc partem firmat Alex. in conſ. ſuo 70.inc. uiſo proceſſu,&c.in ult.col.& in conſi.74.incip. viſo teſtamento.in 6.col.in 1.uol. [& in conſi.145.inc.uiſis narratis,&c.quaſi per totum,in 6.col.& Dom.Felyn.in c. 1. in 2.col.de præſump.] & Tancre. in compendioſa ſua, in rubr.8.q.5.verſi.præterea,&c. Et idem tenet Ang.de Are.in tracta.ſuo maleficiorum.in uerbo,falſario.in uerſi.quæro, quot modis,&c.ibi,habes tamen pro fundamento, &c.

15 † Et hanc partem firmat Pau.de Caſt.in conſ.ſuo inc.ſi quis falſificauerit.&c.& in conſi.151.incip.uidetur dicendum,ꝙ dictus præsbyter,&c.ubi dicit, ꝙ ubi ſcriptura nullam fidẽ facit plenam ſeu indicium,ſi quis eam falſificat, non punitur de falſo.alleg.gl.quam dicit ord.in l.damus. C. de falſ. & idem dicit tenere Bart.in l.1.§.qui in rationibus.eo. titu. de

16 fal. † Pro quibus facit,quod uoluit Bald.in l.vnica.in 8.col. C.de confeſ.ubi dixit,ꝙ ex confeſſione inualida, cui nõ creditur,quis non poteſt pati damnum,nec compræhenditur ſub ſtatuto faciente mentionem de confeſſione. & dixit Bald.in conſi.ſuo 14.incip.filiuſfa.in 3. uolu. ꝙ ubi nemini damnum infertur,ibi non dr̃ eſſe crimen,allegat iura,de q-

17 bus ibi per eum . † Et facit etiam, nam mandatum inualidum,quod nulli parat præiudicium,non eſt punibile.caſus eſt ſingu. & ibi Bal.in l.fi.ſ. quod fal. tu.auto. & idem dixit Bald.in l.diuus.C.de fal. Et ideo dixit Bald. & poſt eum ibi Saly.in auth.contra qui propriam.C.de non num. pecu. ꝙ mendacium quod non nocet, dr̃ nugatorium,non pœnale,& idem dixit ipſe Salyc.in l.fundum eius.§. fina. ſuprà de euict. Et facit etiam dictum Bal.in l.1.ſuprà quod quiſque iur.ubi dixit,quòd ſtatutum puniens excipientem,non punit excipientem ineptè,pro quo faciunt dicta per Barto.in l.non putauit.in §.non quæuis. ſuprà de bon.poſ.contra tabu. & in l. filium. §.ſi quis bonorum.ſuprà, de lega.preſtan. & per Bal.in l.2.C.de eunuchis. & per Barto.& alios in l.4.in §.condemnatum.ſuprà de re iud. ubi dicunt,quòd ſtãte ſtatuto ꝙ bannitus poſſit impunè offendi, debet intelligi de ritè,& rectè bannito,quia ſi bannum eſſet nullum,non poſſet impunè offendi. Et faciunt dicta per Bald.in l. ſcriniarios.C.de teſtamen.mil.& per Bart.in l.1.§.& parui. ſ. quod

18 vi,aut clam.& in l.diuus. ſuprà de teſta. mili. † Ita ergo in propoſito,ſi teſtis dixit falſum teſtimonium, quod tamen eſt inualidum,non punietur, quia inualida non ſunt in cõſideratione. Et ideo dixit Bald.in l.ſi abſentis.C. ſi cert. pet. & in l.etiam.C.de execu.rei iud. quòd ſi ſtatutum dicit, ꝙ inſtrumentum guarentigiatum habeat executionem paratam,nõ extendetur ad caſum,quando inſtr̃m eſt inualidũ. & dixit D.An.in c.2.de offic.deleg.ꝙ ſi ſtatutum tollit exceptionem contra geſta per ſuperiorem,intelligitur ſi illa geſta ſunt ualida. Et facit dictũ Bar.in l.qui per ſalutẽ.ſ.de iureiuran.ubi dixit,ꝙ ſi dictum teſtis eſt inualidum,licèt pars dixerit teſtificata, uel publicatum ſit illud dictum teſtis, ꝙ hoc caſu adhuc pars poterit probare.ad quod allegat.l.quoties.ſ.q ſatiſd.cog.ubi paria ſunt non facere,uel minus legi-

19 timè facere. † Et facit ẽt,nam licèt publicatis teſtibus non poſſint amplius produci teſtes ſuper eiſdem capitulis.c.præ

ſentium.

ſentium.de teſti.tamen hoc fallit,niſi publicatio ſit nulla,& non ritè facta,q tunc poterunt produci teſtes.gl.eſt not.in cle.1.in verbo,rectè.de teſt.& gl.ibi ſequens.in verbo,publicatis.& idem vr velle gl.in c.per tuas.eo.tit.in antiqs.& hoc tenet Bal.& alij,in auth.at q ſemel.C.de prob.& voluit D.

20 Alex.in conſ.431.inc.conſideratis.in 1.& 2.col. † Et pro p̄dictis facit ēt,nam licèt emphyteuta alienans rem irrequiſito domino cadat à iure ſuo emphy. cum ſim. tamen hoc fallit,niſi talis alienatio ſit inualida,quia hoc caſu ipſe emphyteuta non cadet à iure ſuo,ita not.dixit Bal. in l.2. C. de epiſco.audien.& idem dixit D.Franc.de Crema in ſing.ſuo 112.inc.ſtatuto cauetur,&c.& facit ēt not.conſilium Bal. in nu.103.inc.verba matrimonij.in 3.vol.ubi conſuluit,q ſi Titius contraxit matrimonium cum eius conſanguinea in gradu prohibito,& illud conſummauit cū carnali copula, poſtea contrahat cum alia non conſanguinea, & ſimiliter cū copula,dicit q non punieť pœna.l.eum q duas.C.de adul. quia primum mr̄imonium fuit inualidum. allegat iura & rōnes de quibus ibi per eum.

21 † Et facit dictum Bal. in l.2. in §.quod ait.ſ̄.q ſatiſd.cog. vbi dixit, q ſi ſtatutum vult q oīa lauda executioni mandentur,debet intelligi de validis, & idem vr̄ dicere ipſe Bal.in l.tale pactum.in §.qui prouocauit.in repe.in 11.col.ſ̄.de pac.& Pau.de Caſt.in l.inter oēs.ſ̄. cui ſatiſd.cog.& facit ēt,quod uoluit Bald.in l.1.in §. quod aūt.ſ̄.de offic.præfec.vrb.vbi inquit,q ſi mandatur Poteſtati q recipiat oēs accuſationes ſub certa pœna, q debet intelligi de accuſationibus validis, non de inualidis. & idem vr̄ ſentire Bar.in extrauag.ad reprimendum. in verbo, per accuſationem.

22 † Et facit dictum Ludo.Rom.in l.ſi verò.in §.de viro.in 23.fal.ſ̄.ſol.matr.vbi dixit,q licèt per ſecundam conſtitutionem procuratoris tollatur prima,l.ſi quis cum procuratorio.ſ̄.de procur.q illud eſt verum, ſi illa ſecunda conſtitutio ſit inualida;ſecus ſi fuit inualida, quia tunc nō erit reuocatus primus procurator,licèt glo.in ca.ſi duo. de procura.in 6.de hoc dubitauerit, & reliquerit indeciſum. Sed contrariam partem.ſ.q talis teſtis puniatur pro falſo,tenuit Ang.in l.qui ueluti.C.de fal.ubi per illum tex.dicit,q ſi quis ſcripſerit ſchedulam manu propria,quę non facit fidē, nec prodeſt ſcribenti,vt in l.inſtrā.& in l.exemplo.C.de pb. attamen ſi talis ſcriptura fuerit falſificata per eum,qui eam fecit ipſe punitur de falſo, quod dictum refert, & vr̄ ſequi Ang.de Aret.in tract.malefic.in verbo,falſario.in uerſ. quęro,quot modis.&c.in fi.vbi dicit,q idem tenet glo. Bartol. & Ang.in l.damus.C.de fal.

23 † Pro concordia potes dicere, q teſtis qui dicit falſum,quando eius dictum eſt nullum, vel quando talis falſitas nemini nocet, non punitur,ſ. pœna ordinaria falſi.& ita procedant iura primò allegata, tamen talis teſtis punitur extraordinarie crimine ſtellionatus. & ita procedat dictum Ang.& ſequacium.& hoc,q talis teſtis non puniatur pœna falſi ordinaria, ſed pœna ſtellionatus, tenet Cyn.in l.1.C.de ſepul.vio.& Io.And.in regula,non eſt ſine culpa.de reg.iur.in mercuria.& Bal. in l.iuriſiurandi. C. de teſt.in fi.& idem tenet Albe.de Roſa.in 2. parte ſtatutorum.in q.147.inc.item quæro tres quæſtiones. vbi not. arguit in hac quæſt.pro & contra.demum concludit, q talis teſtis punitur pœna ſtellionatus.& dicit q hanc partem tenuit Guido de Suza.Mart.de Fano,Iacob.de Are. & Dy. de Muſel.& communiter alij Doct.& ita dicit ipſe ibi,in fi. verbis,q ita vidit communiter obſeruari. quam partem ēt tenet Gandin.in tracta.ſuo malefic.ſub rubr.de fal.in 4.col.in verſ.ſubijciamus.& ibi in 9.col.verſ.vlt.quaſdam.vbi dicit,q hæc eſt communis opi.Docto.& hanc partem etiam tenet Bal.in l.data opera.in 12.col.C.qui accuſ.non poſ.& Bald.in

24 l.fi.C.ſi ex falſis inſtr. † & idem tenēt Doct.in dictis locis in Notario conficiente inſtrumentum nullum vel falſum,dū modo talis falſitas non noceat alicui.de qua etiam quæſt.vide Bart.in l.ſi quis legatum.in 3.col.infrà de fal.& Salyc.in l. 1.C.de ſepul.vio.& quæ ego dixi latius in repe.mea l.fi.C.de proba.in 11.q.extraordinaria,in materia criminali. De qua q.vide etiam Soc.in conſ.ſuo 103.inc.in facto præſupponi-

25 tur,&c.per totum.& ibi in conſi. ſeq. † Et incidenter in hac materia falſi teſtis teneas menti, q teſtis dicens falſum ſuper acceſſorijs,& non ſuper facto principali,probat & valet eius dictum,& tali caſu non debet puniri pœna falſi,ſed crimine ſtellionatus.exemplum,ſi aliquis eſt mihi affinis aliqua leui vel longa affinitate, & deponit in quadam cauſa mea & ſuper interrogatorijs ſibi factis, ſi eſt meus affinis,dicit quòd non, certè eius dictum valet, quia omnino ſi expreſſiſſet illam affinitatem leuem,non repelleretur,nec ſibi minueretur de fide,ſed bene debet pro tali mēdacio puniri crimine ſtellionatus.ita ſing.dixit Iaco.Butr.in l.Lucius.ſ̄. de infamib.quòd dictum pro valde nota. refert & ſequitur Ang.in conſi.ſuo 194.incip. viſis proceſſibus cauſæ,&c.in fi. 2.col.q dicit eſſe no.dignum,de quo ego dixi in repet.mea l.fi.C.de proba.in 45.char.poſt prin.& in ſing. meo 76. inci. communis concluſio Doctorum eſt,&c. Et pro hoc dicto facit optimè tex.in c.dudum.in §.nos igitur.in ver.conſiderantes.de præben.in 6.vbi dicitur in materia beneficiali, q taciturnitas alicuius qualitatis non expreſſæ, qua expreſſa nihilominus Princeps literas conceſſiſſet,non vitiat literas, quæ omnia & alia plura adducit ad hoc,D.Feli.in c.ſuper li-

26 teris.in 2.col.verſi.prima concluſio.de reſcript.† Et facit ēt, quod voluit Inno.in c.in noſtra.in fi.de reſcrip.& in c.in noſtris.de conceſ.preben.quem referunt Dom.de Rota,quos refert & ſequitur Dom.Fel.in d.c.ſuper literis.in 6.col.ante fi.de reſcript. vbi dixit,quòd falſitas expreſſa in ſupplicatione,quæ tamen non inducit ſuperiorem ad citius concedēdum,non vitiat conceſſionem. Pro quibus etiam faciunt dicta per Do.Fel.in c.in noſtra.in 16. col. verſi. vigeſimum.

27 extra de reſcrip.† Quęro etiam,an teſtis qui dicit falſum coram iudice, poſſit ab ipſo iudice coram quo depoſuit falſum,puniri de tali falſitate. In quo videtur dicēdum, quòd ſic,per tex.not.in l.nullum.C.de teſti.& per gl.in l.ſi lis.C.de fal.vbi Bar.& Bal.tenent hanc partem.& idem tenet Bar. in l.ſi quis obrepſerit. in ſi. infrà de fal.vbi dicit, q quando in actu iudiciario fit aliquod delictum coram iudice,vel à parte,vel à Notario,vel à teſte,vel ab aduocato, tunc iudex ex officio poteſt eos punire.ad q allegat plura iura.& idem tenet Bal.& alij in d.l.ſi lis.& Do.Ant.in c.verum. in 8. col. de foro compe.& tenet gl.in l.quæſitum,ſ̄.de teſti.& Specu.in tit.de actore.§.1.verſ.item quòd eſt corruptus.Contrariam tamen partem, ſcilicet q non poſſit puniri ab illo iudice, coram quo depoſuit falſum,tenet Barto.in l.diuus.infrà de fal.& Inno.in c.fi.extrà de pœnis.& Bal.in l.fin.C.de ſportulis.& Bal.in c.ex parte.extrà de reſcrip.& D.Ant.in c. vnico. extrà vt eccleſia benefi.Sed pro concordia dicas, q aut teſtis dixit falſum coram iudice habente merum & mixtum imperium,& tunc poteſt ab eo puniri. & ſic procedant iura primo loco alleg.&c. Aut teſtis dixit falſum coram iudice non habente imperium,& tunc non poterit eum punire,ſed tenebitur eum remittere iudici habenti poteſtatem puniendi, & hoc modo procedant iura ſecundo loco allegata,ita videtur diſtinguere,& tenere Ang.in repe.l.ſi vacātia.in tertio membro principali.C.de bo.vacan.lib.10.& ita dicunt Moder.in l.2.ſ̄.de iuriſd.om.iud.& in l.fin.ſ̄.de in ius vocan.& ita etiam videtur tenere Ang. de Are.in tract.malefi.in verbo,falſario.in verſi.quæro,teſtis &c. & Ange. in l. quoties.C.de iud.& Saly.in d.l.nullum.C.de teſtib.

Vel potes etiam dicere,q teſtis deponens falſum coram iudice habente poteſtatem puniendi,punietur ab ipſo iudice pœna ordinaria falſi,ſecus ſi falſum deponat coram iudice non habente talem poteſtatem,quia ab eo punietur pęna extraordinaria,& non vera pœna delicti. & hanc cōcordiā videtur approbare Ang.in d.l.quoties.C.de iudi. & Frā. de Rampo.in l.3.C.de condictio. ob turpem cauſam. & iō dixit Ang.de Aret.in dicto loco, q ſi teſtis deponit falſum coram arbitro,vel arbitratore,q non poterit per eos puniri,ſed punietur per iudicem habentem poteſtatem.allegat ad hoc tex.in l.fi.C.de teſti.coniuncta gl. & ita dixit voluiſſe Ang.in d.l.ſi vacantia.& de hac q.vide Io.de Ana.poſt alios, in c.1.de crimi.fal.& in c.qualiter & quando.in §. fi. circa fi. de accu.& Ioan.de Ana.in c.1.in fi.extrà de rapto.vbi refert Ang.in d.l.ſi vacantia.& vide etiam Saly.in l.ſi quis decurio. C.de fal.& Pet.de Anch.in conſ.ſuo 172. inc.circa primum. in 1. col. de qua q.dixi in repe. mea l.fi.C.de probat.in 12.q. extraordinaria.vbi videre poteris.Redeo modò ad tex.iſtū. ex quo dico,q poteſt notari ex iſto tex.in fi. q nulla eſt differentia inter homines cuiuſcunque conditionis quò ad

28 pœnam incurrendam pro malefi.homicidij.† Eſt tamen verum, q quandoque magis punitur vnum homicidium, q̄ aliud,& ideo magis punitur occidens Chriſtianum, q̄ infidelem,ſecundùm gl.in c.rebaptizare.de cōſecr.diſt.4. quod tamen ſecus videretur,quia occidens infidelem,perdit animam & corpus ipſius infidelis, ſecus autem eſt in occidente Chriſtianū,quia pōt anima ſaluari,licèt corpus perdatur. Et ideo dixit glo. in c.ſi habes.24.q.3.q maius peccatum eſt

29 interficere paganum,q̄ Chriſtianum bonum. † Item ēt magis punitur occidens infantem,q̄ virum perfectæ ætatis, q magis eſt execrabile & crudele homicidium in infante, q̄ in maiore.ita dixit Saly.in l.pe.C.eo.de ſica.per illū text. ibi.

30 Item magis punitur occidens clericum,q̄ occidens laicum. ita dixit gl.in c.ſicut qui.17.q.4.& idē dicit ibi gl.eſſe in monialibus,quia occidēs monialem,magis punitur, quàm oc-

31 cidens aliam fœminam. † Item magis punitur homicidium

dium recens, q̃ homicidium antiquum, ita dixit gl. in l. ſi diu-
32 tino. infrà de pœnis. † Item magis punitur occidens ſeruum,
q̃ occidens liberum, quia occidens ſeruum tenetur domino
ad pretium ſerui, & punitur hac lege pro homicidio, ſed
occidens hominem liberum, ſolùm tenetur de homicidio,
& ſic pœna huius legis tantùm. de quo per Spec. in tit. de in-
iur. & dam. dato. in §. 2.

Et inquãtum in hoc tex. dr̃, ꝙ ſi quis dederit venenum ali-
cui, ꝙ punitur pœna huius legis, teneas menti perpetuò vnũ
circa hanc materiam dati veneni, videlicet, ꝙ licèt dicatur ꝙ
nulla maior probatio q̃ partis confeſſio, & in confeſſum nul
læ ſunt partes iudicis, niſi in condemnando, vt habetur in l.
proinde. ſ. ad leg. Aquil. & in l. ſi confeſſus. ſuprà de cuſto. reo.
cum ſimi. & licèt ſatis ſit ad aliquem condemnandum, ꝙ qs
ſit confeſſus vel conuictus, vt habetur in c. nos in quẽquam.
& in c. multi. 2. q. 1. & in c. Lotharius. 31. q. 2. & in c. prohiben-
tur. in fi. 2. q. 1. & in l. qui ſententiam. C. de pœn. vel ꝯ ſe habeat
præſumptionem iuris, & de iure, vt dixit Pau. de Caſt. in cõſi.
33 ſuo 197. incip. viſa inquiſitione. circa princ. † Attamen in ca-
ſu veneni dati confeſſio rei inquiſiti de veneno alicui dato
non præiudicat ipſi inquiſito, vt ipſe ex tali confeſſione ſua
poſſit condemnari ad mortem. ratio eſt, quia talis confeſſio
eſt impoſſibilis, quia ſi reus cõfeſſus ſit ſe dediſſe alicui vene-
num, ex quo veneno ipſe mortuus eſt, ipſe inquiſitus confeſ
ſus eſt illud, qđ eſt ſibi impoſſibile ſcire, ſ. ꝙ ille mortuus ſit
ex illo veneno, nam impoſſibile eſt idiotis ſcire operationẽ,
quam facit res in corpore, quæ ſumitur per os, & cum diffi-
cultate hoc ſciunt medici, qui ẽt multum laborant ex ſignis
exterioribus cognoſcere operationem interiorum, ideo cũ
ſit impoſſibile ipſi inquiſito ſcire, an mors illius fuerit ſecu-
ta ex illo veneno, talis confeſſio ei non præiudicat, ita dixit
domi. Ale. in cõſ. ſuo 339. incip. in cauſa inquiſitionis forma
tæ. in 1. col. Nec obſtat, ſi diceret quis, poſtq̃ ille eſt mortuus
poſt venenum ſumptum, præſumitur mortuus ex ipſo vene-
34 no, † quia validum eſt arg. ab effectu, ſecundùm Bal. in l. con
uenticulam. C. de epiſ. & cler. & exitus acta probat, l. rem non
nouam. §. fi. C. de iudi. & in prima conſti. Digeſtorum. in fi. &
voluit Bal. in c. 1. in verſ. ſextò quæritur. quibus mod. feu. amit.
35 & facit. l. aut facta. §. euentus. infrà de pœnis. † Quia hoc non
habet locum in caſu iſto, quoniam videmus per experiẽtiã,
ꝙ quandoq; aliquis ſumit medicinam, quæ tamen nihil ope
ratur, ideo confeſſio prædicta, quæ põt eſſe vera, & falſa, non
nocet confitenti. Pro quo dicto facit optimè, quod dixit D.
Ant. in c. fi. in 6. col. verſ. quæritur. extrà de confeſſis. & dicta
per Lud. Roma. in conſ. ſuo 260. incip. in propoſito caſu. an-
te fi. & in conſ. ſuo 113. incip. pro deciſione, &c. in fi. vbi dicit,
ꝙ confeſſio naturæ contraria, ſeu impoſſibilis, non nocet cõ
fitenti. ad quod allegat quamplura, de quibus ibi per eum. &
faciunt dicta per eũdem in conſ. ſuo 167. incip. Antonius ac-
cuſatus, &c. in 2. col. in princ. & dixi latius in l. 1. in princ. in 12.
col. infrà de q̃ōnib. Et ex iſtis reſtant expedita oĩa textualia.

Venio igitur ad glo. & capio glo. primam, in verſ. publico
iudicio. quæ dicit, ꝙ ad hoc vt iſte tex. habeat locum ſcilicet,
ꝙ teſtis puniatur hac lege, duo ſunt neceſſaria, videlicet, ꝙ il-
le reus, contra quem ipſe teſtis dixit falſum teſtimonium eſ-
ſet accuſatus vel inq̃ſitus de crimine publico, & capitali, aliàs
ſi vnum iſtorum tantum concurreret, non haberet locũ pœ
na huius legis, ſed haberet locum. l. 1. infrà de fal. in princ. & in
§. 1. & illa pœna eſt deportatio, & omnium bonorum publi-
catio in libero homine, vt. in l. 1. §. fi. infrà eo. tit. de fal. & idem
dicit eſſe in iudice, licèt aliqui dicant idem eſſe in cauſa ciuili.
quod tamen non affirmat glo. Glo. in verbo, hominem. di-
cit ꝙ ſiue ille homo, quem quis occidit, ſit liber vel ſeruus.
Item ſiue ſit in dignitate vel non, & ſiue ſit maſculus ſiue ſit
fœmina, non fit differentia. allegat l. inde Neratius. in §. ſi do-
lo. ad legem Aquil. Et ſic redditur expeditus iſte. §. Sequitur
§. diuus Adrianus.

S V M M A R I V M.

1 *Voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia.*
2 *Affectio operi nomen imponit.*
3 *Affectus punitur, licèt non ſequatur effectus.*
4 *Iudicem ſi quis conatus fuerit corrumpere, punitur.*
5 *Præſtans domum pro adulterio etiam non ſecuto, & ſollicitator alie narum nuptiarum etiam ſine effectu, punitur.*
6 *Mandans fieri homicidium ſi illum poſtea pœnituerit, non excu- ſatur.*
7 *Dans pecuniam pro homicidio fiendo, punitur etiam illo non ſecuto.*
8 *Per actus exteriores cognoſcitur animus.*
9 *Linguæ imperator, eſt cor.*
10 *Verba ſunt demonſtratiua illorum, quæ in corde reſident.*
11 *Iudex ex cauſa poteſt augere vel minuere pœnam, licèt non debeat eſſe clementior lege.*
12 *Fur, licèt extet ſtatutum quòd pro paruo furto ſuſpendatur, tamen iudex poteſt talem pœnam moderare citra mortem.*
13 *Epiſcopus poteſt pęnitentiam iniunctam à Papa ex cauſa minuere.*
14 *In poteſtate iudicis eſt, non condemnare homicidam pœna mortis, ſed ipſum deportare.*
15 *Delictum ſine dolo non punitur vera & ordinaria pœna.*
16 *Aggrediens aliquem animo baſtonandi duntaxat, & eum baſtonan- do ſic occidat, pœna mortis non tenetur.*
17 *Statuto puniente eleuantem rumorem, & vnus percutiat inimicum, pœna ſtatuti non punitur.*
18 *Occidens mediatorem, quando non dabat operam rei illicitæ, non te- netur.*
19 *Delinquens magis quàm cogitauerit, non punitur.*
20 *Animus occidendi cognoſcitur ex genere armorum. nu. 24.*
21 *Animus occidendi non præſumitur, ſi quis percutiat cum calce ron- chæ, vel pomo enſis. nu. 22.*
23 *Percutiens cum baculo, non tenetur de vulnere mortali.*
25 *Percutiens aliquem cum haſta ronchæ in capite, an teneatur de oc- ciſo, & qua pęna debeat puniri. nu. 27. & 40.*
26 *Animus occidendi præſumitur, quando quis percutit in loco pericu- loſo corporis.*
28 *Vna præſumptio, vnum indicium, vna coniectura tollit aliam. num. 29. & 30.*
31 *Malefactum, praue præſumitur actum.*
32 *Quãdo dubitatur an vulneratus ſit mortuus ex vulnere, et ſuper hoc ſunt examinati plures medici, qui diuerſimodè deponunt, & ſunt in diuerſis opinionibus, iudicatur contra percuſſorem. nu. 39.*
33 *Mandans fieri homicidium, punitur in dubio.*
34 *Confeſſio, quæ poteſt ſe habere ad delictum, & non delictum, inter- pretatur vt importet delictum.*
35 *Animus à ſolo Deo cognoſcitur.*
36 *Animus non poteſt probari per teſtes.*
37 *Damnatus ex præſumptionibus nunquam punitur vera pęna delicti.*
38 *Abſoluere debemus potius, quàm condemnare.*
41 *Qui non habet in ære, luit in corpore.*
42 *Prohibito vno, omnia intelliguntur prohibita, per quæ deuenitur ad illud.*
43 *Percutiens affinem vel amicum, vel illum cum quo nulla erat con- trouerſia vel inimicitia, an videatur facere animo occidendi.*
44 *Incendium ſi quis ſit facturus in vna domo tantùm, & alias contin- guas combuſſerit, de omnibus tenetur. nu. 45.*
46 *Amator, qui reddidit prægnantem amatricem, ſi dederit ei poculũ pro futura abortione, ſi tamen mater ipſa vel pater moriatur, an te neatur de occiſo.*
47 *Mandans tenetur de occiſo, quando iuſſit verberari clericum, & mã datarius exceſſit mandatum.*
48 *Si quis ingreſſus fuerit poſſeſſionem aliquam, & facta ſibi reſiſten- tia occiſi ſunt aliqui, ex vna vel altera parte, tenetur.*
49 *Intellectus c. fi. de homic. lib. 6.*
50 *Quis præſumitur doloſè, & ex animo occidiſſe aliquem, quando con- ſtat quòd alium aliàs interfecit.*
51 *Rapiens mulierẽ, q̃ aliàs ab alio fuit carnaliter cognita, nõ tenetur.*
52 *Quando plures fuerunt in rixa, & vulnerauerunt vnum, & neſcitur quis ipſorum eum vulnerauerit, nemo ipſorum poterit puniri.*
53 *Niſi culpa præcedat caſum, caſus non eſt puniendus.*

§. Diuus Adrianus.

Et hoc intendit. Quic-
quid agant homines intẽ-
tio iudicat omnes. adeò ꝙ quandoq; occidens non punitur,
& non occidens punitur vt homicida. & ex qualitate rei, cũ
qua quis percutit, compræhenditur an habuerit animum oc
1 cidendi, hoc dicit. Caſus, &c. † No. 1. ex iſto tex. ꝙ voluntas,
& propoſitum diſtinguunt maleficia. concordat. l. qui iniu-
riæ. ſuprà de fur. & l. ꝙ reipublicæ. ſuprà de iureiur. & l. 1. C. de
2 ſica. cum ſi. † Et ideo dicimus, ꝙ affectio operi nomen im-
ponit, vt in l. ſi non conuitij. C. de iniur. & vide Do. Nellum in
tracta. bannito. in 2. parte ſecundi tempo. quæſt. 26. incip. Ca-
3 ius ſciebat. † Item nota, ꝙ punitur affectus licèt non ſequa-
tur effectus. ita probat̃ hìc, & in l. is, qui cum telo. C. eo. & in l.
ſi quis nõ dicam rapere. C. de epiſ. & cler. & habetur de pœn.
diſt. j. & in c. 1. iuncta. glo. 1. de præſump. & ibi Abb. & in c. 1. in
verbo, molitus. 13. q. 2. & in c. quoniam multi. in verbo, cona-
tus fuerir. 14. q. 4. & habetur per glo. in c. ſuper eo. & in c. fi. de
eo, qui duxit in matri. quam pol. per adulteriũ. & in c. in his.
de verb. ſignif. & per glo. in c. 1. de diuort. & in c. 1. de conuer.
infide. & glo. in l. fi. ſuprà de rerum diui. & in c. fi. de deſpõ. im-
pube. & glo. in l. generaliter. §. 1. & ibi Bart. ſuprà de calum. &
4 in c. pen. de renun. † Et ꝙ conatus puniatur etiam non ſecu
to effectu, tenuit Bal. in auth. nouo iure. C. de pœna iudi. qui
male iudi. vbi dixit, ꝙ conatus corrumpere iudicem, punitur
ẽt ſi non corrumpat, per text. in l. imperatores Seuerus. verſi.
5 tentauit. infrà de iure fiſci. & in d. l. generaliter. de calum. † Itẽ
præſtans domum pro adulterio etiam non ſecuto, & ſollici-

tator

tator alienarum nuptiarum,etiam ſine effectu,punitur. text.
6 eſt not.in l.1.in princ.& in l. fin. ſuprà de extraor.crimi. † Itē
mandans fieri homicidium,punitur etiam ſi homicidiū non
ſequatur.c.1.de homic.in 6.& ibi gl.& Doct.& Alexan.in l.&
7 ſi amicis.ſuprà de adult. † Item dans pecuniam pro homici-
dio fiendo,punitur etiam illo non ſecuto,ſecundùm Gandi.
in tracta.ſuo malefi.ſub rub.de homicidiarijs.in 4.col.ver. ſed
pone.ꝙ ego,&c. Et de materia huius conatus,an & quando
puniatur non ſecuto effectu, vide latè per Do.Fely.in tracta.
ſuo de conatu.vbi no.loquitur.ad quem me remitto,nec cu
ro hanc materiam vlterius examinare, quoniam hodie per
Italiam ſunt ſtatuta ſuper iſto conatu volentia,ꝙ conatus nō
puniatur non ſecuto effectu,quod videtur iuſtius,& ęquius,
de quo etiam per Do.Aug.Ari.in ſuis addi.ad Ange. de Aret.
in trac.malefi.in ver. & ex interuallo dictus Titius mortuus
fuit,&c.in pe.addi.& dixi ego latius omnibus fortè, in l. qui
8 falſam.infrà de fal. † Nota vlterius ex iſto tex. in ver.nam ſi
gladiū ſtrinxerit,&c.ꝙ per actus exteriores cognoſcitur ani-
mus loquentis.l.Labeo.§.idem Tubero.ſ̃.de ſupel.leg. vbi ha
betur,ꝙ nemo præſumitur dixiſſe,quod mente non agitaue
rit.ad idem eſt text.in l.nepos Proculo.infrà de verb.ſignif.&
9 facit tex.in l.vnica. C. ſi quis impe.maledixe. † Et ideo dixit
Bald.in c.mandatum.de reſcrip. ꝙ linguæ imperator, eſt cor.
10 † Et dixit idem Bal.in c.1.de teſti. allegans Caſſiodorum, ꝙ
nullum magnum mentis noſtrę teſtimonium eſt, q̃ qualitas
expreſſa verborum. quod etiā dixit ipſe Bal. in l.generaliter.
in prin.C.de non nume.pecu.& in c. 1. in fi. de conten. inter
me & dominum de portio. feu. & Barba. in c. omnipotens
Deus.in 2.col.de accuſa. No.etiam ex ver.leniendam pęnam,
&c.ꝙ licèt ex delicto veniat de iure imponenda certa pœna,
tamen ex aliqua cauſa iudex poteſt talem pœnam mitigare
11 ſeu minorare.ita optimè probat tax. iſte. † Et ideo ſcias, ꝙ
licèt iudex non debeat eſſe clementior lege,vt in §. oportet.
in Auth.de iudi.& in l.reſpiciendum.infrà de pœn.& in l.fi.C.
ne mancip.Chriſtianum.& voluit Bal.in l.cum fratrem.C. de
his,quib.vt indig.& in c.1.quæ fuit prima cauſa benefi. amitt.
attamen hac regula non obſtante iudex ex cauſa poteſt auge
re vel minuere pœnam.ita habetur per omnes,in l.hodie.in-
frà de pœn.& in l.euid ergo.in §.pœna grauior. ſuprà de his,
qui notā.infa.& per Bal.in l.& ſi ſeuerior.C. de infa. & voluit
Bal.& Ludo.Roma.in l.quod ſeruus.ſ̃.de condic.ob cauſam.
de quo latè per Ang. de Are.& ibi in addi. in tract. malefi. in
verbo,quas ſi non ſoluerit intra decem dies, ſoluat cū quar-
12 to pluri,&c. † Et ideo tene menti notabilem deciſionē Lu-
do.Ro.in conſi.ſuo 429.incip.conſiderato in propoſita, &c.
vbi per plures optimas rationes conſuluit, ꝙ licèt ex diſpoſi-
tione ſtatuti fur pro paruo furto poſſit furca ſuſpendi, tamē
iudex poteſt moderare pœnam illius ſtatuti citra mortem.
quod dictum refert,& ſequitur Augu. de Ari.in ſuis addi. ad
Ang.de Are.in tracta.malefi.in ver. quas ſi non ſoluerit. in 2.
13 additio.ante fi. † Pro quo facit, nam licèt epiſcopus factum
Papæ tanquam ſuperioris mutare non poſſit,vt habetur in l.
minor autē magiſtratus. infrà de mino. & in c.cùm inferior.
de maio.& obe.& 21.diſt.c.inferior.tamen ex cauſa pœniten
tiam,quam iniunxit Papa, minuere poterit.ita dixit glo. ſin-
gularis in c.tempora pœnitudinis.26.q.7. quam refert, & ſe-
quitur Lud.Roma.in conſi.ſuo 428.incip.in terminis, &c. in
fi.de quo etiam per Do.Fely.in c.accuſaſti.circa fi.de accuſ.Et
pro hoc faciunt plura alia,quæ aliàs adduxi in ſing.meo 182.
14 incip.iudex non debet. † Et facit etiam,nam licèt homicida
puniatur pœna mortis,vt dixi.ſ̃.in prin.huius legis, tamen eſt
in poteſtate iudicis non cōdemnare homicidam pęna mor-
tis,ſed deportare ipſum homicidam,quem impulit iracūdia
orta etiam aliter q̃ ex facto offenſi,per tex.in l.lex Iulia.§.fi.in-
frà. ad leg.Iul.repetun. ita dixit Ludo.Rom.in l. cum mulier.
in 32.col.verſ.aduerte tamē,quia etiam offenſa,&c.ſuprà ſol.
matr.Quod dictum pro valde notabili, & mirabili refert, &
ſequitur Do.Fely.in c.dilecti filij.in 8.col. verſ. ſecunda decla-
ratio.extrà de excep.vbi etiam plura not. adducit. Et illū tex.
d.l.lex Iulia. in §.fi.pro valde not.allegauit Bal.in l.addictos.C.
de epiſ.audien.& Ang.de Are.in tract.ſuo malefic. in verbo,
præſente Caio & appellante.in verſic. quid autem ſi non ob-
ſtāte.de quo dixi etiam in ſingula.meo 270.incip.homicida,
&c.& in ſing.100.incip.occidens,&c.

Nota vlterius ex iſto tex.in verbo,magis caſu q̃ voluntate,
&c.ꝙ ſi delictum homicidij non ſit factum voluntate, & ex
animo & propoſito,ſed caſu,ꝙ non debet faciens puniri pę-
15 na mortis,ſed debet minorari pœna, † qm̄ tunc dicitur deli-
ctum ſine dolo,quod non punitur vera, & ordinaria pœna
ipſius delicti,ſecundùm Bar.& alios in l.diuus.infrà in hoc tit.
& in l.omnes populi.circa 20.col.ſuprà de iuſti.& iure.& in l.
nōd ubiū.in 3.col.C.de legi.& in l. in lege Cornelia. infrà eo.
& Bar.in l.ſi quis ſeruo.C.de furt.& Bal.in l. venia. C. de in ius
vocan.& in l.ſi qua per calumniam.C.de epiſ.& cler. & volūt
plures alij ſcribentes in plurib. alijs locis, quos adduxi in ſing.
meo 176.incip.voluntas,& propoſitum.
16 † Et in materia iſta tene menti perpetuò, ꝙ adeò eſt verū
hoc,videlicet,ꝙ delinquens vltra propoſitum, & ſic non ex
animo,non punitur directa pęna delicti,ꝙ ſi aliqui aggrediū
tor aliquem animo,& intentione eum baſtonandi,& ita ba
ſtonādo eum interfecerunt, ꝙ tales interfectores de occiſo
non tenentur,ſed aliter mitius punientur, cùm vltra eorum
animum,& propoſitum deliquerint.ita ſing.& per optimas
rationes cōſuluit Pau.de Caſt.in conſ. ſuo 192. incip. in cauſa
incarceratorum.vbi ipſe reſpondet ad omnia contraria, quę
adduci poſſent.quod conſilium refert & ſequitur Do. Aug.
de Ari.in ſuis addi.ad Ang.de Are.in ſuo tracta.malefi.in ver-
bo,& appenſatè.in fi.vlti.addi.& in verbo, & dictus Andreas
armatus, circa fi. de quo dicto locutus ſum in ſingula. meo
176.incip.voluntas,&c.in qua etiam materia adduci p̄t opti-
17 mè not.verbum. † Nam ſi ſtatutum punit leuantes rumorē,
& vnus percuſſit inimicum ſuum,ex quo incidēter eleuatus
fuit rumor,hoc caſu ille talis,qui percuſſit, non cadet in pœ-
nam ſtatuti,quia ipſe non fecit hoc animo,& intentione ele
uandi rumorem.Ita ſing.conſuluit Bal.in ciuitate Aſſiſij, per
text.in l.ſi quis ingenuam.in §.in ciuilibus.ſ̃.de capt. quod di
ctum refert,& approbat Do.Catal in tracta.ſuo ſyndi.in verſ.
394.incip.adde tamē,ꝙ ille non dicitur turbare,&c.quod di-
ctum ēt approbat D.Fely.in rubr.de treuga,& pace, in 3. col.
in fi.de quo ego dixi in ſing.meo 257.incip.principale propo
18 ſitum, &c. † Facit ēt pro iſtis,nam occidens mediatorem
quando non dabat operam rei illicitæ,vtputa quia aggreſſus
ſe defendebat,vel aliter dabat operam rei illicitæ, non debet
puniri de homicidio,ſecundùm Ang. in l. ſi cum ſeruo.ſ̃. de
iniur.& voluit Bar.rectè intuēti,in l.reſpiciendum.in §. delin-
quunt.infrà de pœn.in fi.& in l.diuus.in princ.infrà in hoc tit.
19 † Et vltra prædicta, an & quando quis delinquit magis q̃
cogitauerit puniatur,& qua pœna,vide ēt Angel.de Aret. in
tract.malefic.in verbo,& appenſatè.in vlt.verbo.& ibi omni-
no in additio.& D.Flo. in l.in lege Aqu.ſ̃.ad leg.Aquil.& Io.
de Ana. in c. de infantibus. extrà de his qui filios occi. in fi.3.
col.& Ang.de Are.in dicto tract.malefi.in verbo, ſcienter &
doloſè.in 3.col.& in verbo, *che hai adulterata la mia donna.* in
x.char.verſi.habens ēt,&c.in fi.& Do.Barth.Cępo.in conſ. ſuo
20 33.incip.multa,&c.in pen.col. † Item ſcias,ꝙ animus occidē
di colligitur ex genere armorum,quo quis percutit,vt hìc in
tex.iſto,& in c.ſignificaſti.il 2.de homi.& not.Bart. in l.diuus.
infrà eod.& Cyn.in l.is qui cum telo.C.eo.& in l.1.vbi Bal. &
21 alij.C.de emenda.ſer.& in l.eum,qui.C.eo.de ſica. † Itē non
ſolùm colligitur animus occidendi ex genere armorum, ſed
ēt colligitur ex modo percutiendi cum ipſis armis.Et ideo ſi
quis habet roncham in manibus,& percutit aliquem cū cal-
ce,vel cum haſta,non præſumitur percutere animo occiden
di.ita probat text.& ibi omnes ſcriben.in d.l.eum qui. C. eo.
22 † Et idem dicimus in eo,qui habet enſem in manibus,& p-
cutit aliquem cum pomo ipſius enſis, nam talis non præſu-
mitur habere animum occidendi,& ſi occidat, non tenetur
de ſicarijs.ita dixit Ange.de Aret.in tract.malefi.in verbo,ſciē
ter,&c.in pe.ver.ad quod ēt vide gl.& Doct.in c. ſicut dignū.
in fi.de homicid.& Soc.in conſ.ſuo 178.incip.primo aſpectu,
&c.in princ.& vide ēt Ang.hìc,& in d.l.is, qui cum telo.C.eo.
& vide ēt Ang.de Are.latius loquentem circa prædicta in di
cto tract.malefic.in verbo,& ex interuallo dictus Titius mor
23 tuus fuit.& eſt in 2.char.in ver.ſed aduertas.& ibi in addi. † Et
vide ēt Bal.in prooemio Digeſtorum,in 3.col.vbi dixit,ꝙ per-
cutiens cum baculo, nòn tenetur de vulnere mortali, cùm
non præſumatur habuiſſe animum occidendi, pro quo fa-
ciunt in ar.dicta per eundē Bal.in l.ſolam.in 5.col.C.de teſtib.
24 † Et circa prædictam materiam,ꝙ ex genere armorum cō
præhendatur animus occidendi,firmauit D.Franc.de Are. in
conſ. ſuo 82.inc.ſicut decet,&c.in 4. col. & in conſi. 147. inci.
viſa conſultatione,&c.in 6.colu. vbi ſingul. loquitur in dictis
conſilijs. Et vide etiam Alex.in conſ.ſuo 140.incip. vr̄, &c. in
25 2.vol.& Soc.in conſ. ſuo 178.incip.primo aſpectu. † Modò
circa materiam huius legis quæri poteſt de not. & quotidia-
na quæſtione,quam non memini me vidiſſe tactam ab ali-
quo videlicet.Dr̄ in tex.iſto,ꝙ ex genere armorū, cum quib.
quis percutit,percipitur animus percutientis. Et ideo dicunt
Doctores,ꝙ ſi habens enſem,& pōt cum enſe percutere, ſed
percutit cum pomo,vel hēt roncham,& percutit cum haſta,
ꝙ non præſumitur percuſſiſſe animo occidendi,qm̄ ſi voluiſ
ſet occidere,nō voluiſſet haſtam, ſed percuſſiſſet cum ferro.
ita probat iſte text.& text.in c.ſignificaſti. il 2. de homicid. &
in l.eum qui.C.eo.de ſica.& vbiq; per Doct.& ita dixit Bal. in

ſed.

Bal.in l.ſed ſi quæcunq;.§.ſi magiſter.ſ.ad leg.Aqui.& volũt
Doct.in l.1.C.de emenda.ſer.de quo ẽt ꝑ Bar.in l. diuus. in-
frà eo.& ꝑ Cy.in l.is,qui cum telo.C.eo.& per gl.& oẽs ſcri
ben.in l.j.C.eo.de ſicarijs,&c.& voluit Ang.de Are.in tract.
malefi.in verbo,ſcienter.in pe.col.& Bal.in procemio Dige
26 ſtorum,in 3.col.& dixi.ſ.latius.† Item eodem modo dicũt
Doct. ꝙ præſumitur animus occidendi ex loco corporis,
vbi quis aliquem percutit,nam ſi percutit aliquem in capi-
te,præſumitur hr̃e animum eum occidendi. text. eſt & ibi
omnes Doctores,in d.c.ſignificaſti.il 2.in fi.de homic.& vo
luit Bar.hìc,& Ang.de Are.in tract.ſuo malefi.in uerbo,ſciẽ
ter & doloſè.in pen.ver.& ibi in verbo, & dictus Titius ex
interuallo ex dictis vulneribus mortuus fuit.& eſt in verſic.
27 ſed aduertas,ne erres,&c. † Modò quæro, Titius percuſſit
Seium cum haſta parteſanæ vel ronchæ, & non cum ferro,
ſed eũ percuſſit in capite,ex qua percuſſione mortuus eſt,
an ipſe Titius ſit puniendus pœna mortis? Circa quod plu-
ra adduci poſſunt ꝑ vtraq; parte.Et primò,ꝙ nõ debeat pu-
niri pœna mortis facit,nam animus & intentio in ſimilib.
debet attendi,vt in hoc tex.cum ſimi. Sed iſte non habuit
animum occidendi,ergo non debet puniri vt homicida.

Quòd aũt non habuerit animum occidendi, probatᷓ præ
ſumptiuè ex hoc,quia percuſſit cum haſta,cùm potuiſſet ꝑ-
cutere cum ferro,ergo ex hoc reſultat iuris præſumptio,ꝙ
non fecerit animo occidendi,meritò non dẽt puniri pœna
mortis,ꝑ iſtum tex.& ſimiles. Sed iõ ꝯrium facit: nam ſi vo
luiſſet occidere,non percuſſiſſet in capite & in loco pericu
loſo,vbi à cõiter accidentibus homines ex percuſſionib.ca-
pitalibus moriuntur,ẽt ex modico ictu,vt dicit text. in d. c.
ſignificaſti,il 2.in fi.& ibi hoc tenent oẽs Doctores.Cum er
go ex p̃ſumptione iuris taliter percutiens in capite habue-
rit aĩum occidendi,& aĩus & propoſitum attendatur,vt hìc
& in locis.ſ.allegatis,ergo ſequitur neceſſariò,ꝙ iſte erit pu
niendus pœna mortis. Nec obſtare vr̃ dicta p̃ſumptio, ꝙ
percuſſerit cum haſta,licèt potuerit percutere cum ferro,
quia iſta ꝑcuſſio in capite operatur ꝯrium effectum,vt dixi
28 .ſ.ꝙ habuerit animum occidendi. † Et vna præſumptio tol
lit aliam.l.diuus.ſ.de in integ.reſtit.c.auditis.extrà de crimi.
fal.c.tuam.& ibi gl.de ſponſa.voluit Bal.in l. Pacumenius.ſ.
de hær.inſtit.Io.de Ana.in conſi.ſuo 19.inc.viſis inſtr̃is. in 3.
col.Alex.in conſi.103.inc.vr̃.in 7.col.in 1.vol.& Cy.in l.ſi cũ
dotem.§.tranſgrediamur.ſ.ſol.mat.& Spe.in tit.de expen.§.
4.verſi.in hoc,&c.circa med.Doct.in l. ſi qui adulteri. C. de
adulter.& in l.ſiue poſſidetis.C.de proba.& hr̃ in l.mr̃.& ibi
29 Ang.& Saly.C.de calum. †Et idem dicimus in indicijs,vide-
licet,ꝙ vnum indicium tollit aliud,ſecundùm Alex.in cõſi.
30 ſuo 77.inc.in cauſa accuſationis. vlt.col.in 1.vol. † Et idem
dicimus in coniecturis,quia una coniectura tollit aliam,ſe
cundùm Bal.in conſi.302.incip.proponitur,&c.ante fi.in 2.
vol.& Fulg.in conſi.173.inc.in cauſa.& Ange.in l.iniuriarũ.
in §.ſi quis de honore.ſ.de iniur.Item pro hac parte,ꝙ talis
percutiens,vt ſ.debeat puniri pœna mortis, & præſumatur
31 feciſſe animo occidendi,facit † Nam in iſtis criminalib.di-
cimus,ꝙ omne male factum, prauè præſumitur actum.l.ſi
non conuitij.C.de iniur.& hr̃ per Docto.in l.1. C. eodem,
32 de ſica.& in l.1.C.ſi quis Imperato.maledixe. †Et ideo dixit
ſingu.Bal.in c.1.in princ.in 6.col.quibus cauſis feu. amit. ꝙ
quando dubitatur,an vulneratus ſit mortuus ex vulnere,&
ſuper hoc ſunt examinati plures medici, qui diuerſimodè
deponunt,& ſunt in diuerſis opinio. ꝙ hoc caſu iudicatur
ꝯ percuſſorem,ſ.ꝙ fuit mortuus ex uulneribus,& ſic iudica
tur in duriorem partem, quod dictum refert & ſequitur
D.Fely.in c.præsbyterum.in 1.col.in fi.de homic.& Catal.in
33 ſuo tractatu ſyndic.in uerſi.287.inc.adde,ꝙ quando. † Pro
quo dicto mihi vr̃ in d.c.ſignificaſti. il 2. in §.fin.de homici.
Et facit etiam,nam ſi dubitatur utrum ille,cui datũ eſt con
ſilium uel mandatum ad committendum maleficium, eſ-
ſet aliàs illud facturus necne,tunc in dubio præſumitur cõ-
ſulentem uel mandãtem,& ſic ꝙ ille non fuiſſet aliàs factu
rus.Ita ſingulariter dixit Dyn.in regula, in obſuris. de regul.
iur.in 6.quem refert & ſequitur Bald.in l.ob hæc verba. cir-
ca medi.ſ.de his,qui notan. infa. quos refert & ſequitur D.
Alex.in conſi.ſuo 103.inc.vr̃,&c.in 7.col. in 1.vol. vbi dicit,
ꝙ hoc idem voluit Bal.in l.data opera.in 13.col.C.qui accu.
non poſ. Pro quo dicto faciunt optimè dicta per D. Barth.
Cæpol.in conſi.ſuo 34.incip. ſi vnquam, &c. in 18. col. &c.
34 † Et facit ẽt quod uoluit Ioan.de Ana. in ca. cum dilecti.in
2.col.per illum tex. de accuſa. ubi dixit, quod quando con
feſſio poteſt ſe habere ad delictum & non delictum, quòd
interpretatur in deteriorem partem,quæ omnia latius po
ſui in ſingul. meo 218.incip.regulam habemus,&c. Ita ui-
detur ex iſtis dicendum in propoſito, quòd in caſu no-
ſtro ſtante dubitatione, an talis percutiens percuſſerit ani-
mo occidendi necne, quòd iudicandum ſit quòd percuſſe
rit animo occidendi,& per conſequens tanquam homici-
da puniatur pœna mortis. Et licèt prædicta ſatis ſtringant,
& concludant pro illa parte, tamen mihi uidetur conclu-
dendum eſſe in contrarium, ſcilicet quòd taliter ut ſuprà
per cutiens in capite,non punitur,nec puniri poſſit de iure
ut homicida pœna mortis. Ad quod dicendum moueor.
Nam negari non poteſt,quòd caſus iſte non dependeat ab
animo iſtius percutientis ut hìc,& ſi fecit animo occiden-
di, punitur ut homicida,ſecus ſi non animo occidendi.
35 † Et iſte animus tanquam quid in corde latens à ſolo Deo,
qui nouit intrinſeca,cognoſcitur,ut dixit glo.in l.2.ſ.de in-
36 terrog.acti. † & animus non poteſt probari per teſtes,ſecũ-
dum Inno.in c.ſuper hoc.de renuntia.quem refert & ſequi
tur Bal.in l.ſi quis filio.§.eius qui.ſ.de iniuſto rup.irritoq; te
ſta.& ideo in talem animum non poſſumus comprehen-
dere,nec percipere perfectè, niſi ex præſumptionib. ſupra-
dictis. Sed caſu,quo etiam ex præſumptionibus ueriſimili-
bus colligeretur,quòd ipſe percuſſiſſet animo occidendi,
tamen non deberet puniri pœna mortis ut homicida.
37 † Ratio eſt,quia quotieſcunq; quis condemnatur ex præ-
ſumptionibus,tunc nunquam ſibi debet imponi uera pœ-
na delicti,ſed alia mitior pœna,ita dixit Inno. in c. quia ue-
riſimile.extrà de præſump. quod dictum pro ualde notabi
li referunt & ſequuntur Doct.in c.afferte.eo.tit. & Bal.in l.
non eſt ueriſimile.ſ.quod metus cauſa.& in c. 1. in fi. quib.
mod.feud.amit.& in l.eius.§.fi.ſ.de teſta.& Abb.in ca.audi-
tis.in antep.colu. extrà de præſcrip.& uoluit Pau. de Caſt.in
conſi.ſuo 197.incip.uiſa inquiſitione.& illud dictum Inno.
etiam ſequitur D.Ant.& Abb.in c.quanto, de præſump. &
in c.conſtitutus.de teſti.& Oldra.in conſi.ſuo.192.incip. ui-
ſo diligenter.& hoc uoluit etiam Spec.in tit.de præſump.§.
ſpecies.uerſi.in ſumma.& Petr.de Ancha. in regula, ſemel
malus.de reg.iur.in 6.& uolunt alij quàmplures Docto. re-
ferentes & ſequentes illud dictum, quos accuratius retuli
in l.repeti.in 6.colu.in fi. infrà de quæſtio. Pro quo faciunt
dicta per Bald.in l.præsbyteri.in penult. col. C. de epiſco. &
cle.ubi dicit,quòd quando iudici non liquet de falſitate te
ſtis,ſed ſuſpicatur de eo, tunc debet ſententiam tempera-
re,cùm procedat ex ſola ſuſpitione, quæ ſuſpitio ſola non
ſufficit ad cõdemnationem.quod etiam uoluit Dominic.
in c.habuiſſe.in primo not.33.diſt. Et ſic ex iſtis dico,quòd
in caſu noſtro dictus percutiens non poterit puniri ut ho-
micida pœna mortis.

Alia ẽt ratione hanc opinionem affirmo,nam negari nõ
poteſt,quòd in caſu huius quæſtionis non concurrant præ-
ſumptiones pro utraq; parte,& ita præſumptio quæ reſul-
tat ex percuſſione capitis, tollitur ex præſumptione armo-
rum,cum quibus ille percuſſit,ſicut ecõtrario præſumptio
armorum,cum quibus ille percuſſit,tollit præſumptionem
ex percuſſione capitis, imò debemus dicere, quòd iſta præ-
ſumptio armorum,cum quibus ille percuſſit, debet magis
38 tollere contrariam præſumptionem q̃ econtra, † quia in
dubio promptiores & faciliores debemus eſſe in abſoluen
do,quàm in condemnando,ut in regula,in pœnis.de regu.
iur.in 6.in l.ſemper in obſcuris.infrà de regu.iur. in l. Arria-
nus.ſuprà de actio.& oblig.& in c.eos uerò.50.diſtin.& in l.
meritò.ſuprà pro ſocio.l.fauorabiliores. infrà de reg. iur.&
39 l.abſentem.infrà de pœn.cum ſimi. † Nec obſtant doctri-
na Bal.in d.c.1.quib.mod.feu.amit.& Dy.in d. regula, ſemꝑ
in obſcuris.& Io.de Ana.in d.c.cùm dilecti.quia dico,ꝙ illi
ſunt caſus ſpeciales,ſed regulariter contrarium procedit ex
regulis iuris,ut apparet in dictis iuribus proximè allegatis.
Et magis in ſpecie dico,quòd non obſtat illud dictum Bal.
in d.c.1.in princ.in 6.col.quibus mod.feu.amit.& ſequaciũ,
uolentium,ꝙ quando periti aſſumpti ſuper uulnere diſcor
dant & ſunt in diuerſis opinionibus, quòd tunc iudicandũ
eſt contra percuſſorem, quia contrarium expreſsè tenuit
ipſe Bal.in conſi.ſuo 195.inc.an uulnus,&c.in 1.uol.in duo-
bus locis illius conſilij.& Raph.Cuma.in conſi.ſuo 134.inc.
uiſis,&c.in 2.col.ante medium.& Soc.in conſi.178. inc. pri-
mo aſpectu,&c.in 3.col. Ex quibus omnibus mihi uidetur,
quòd talis,qui potuit percutere cum ferro, & percuſſit cũ
haſta,licèt percuſſerit in capite, ex qua percuſſione ſit ſecu-
ta mors, non puniatur tanquam homicida per prædicta.ex
quibus infero,quòd Barto.hìc ſentiens contrarium,& An-
gel.de Aret.in tracta.ſuo maleficio.in uerbo,ſcienter & do
loſè,&c. in penu.uerſic.& in eo.tracta.in uerbo, & ex inter-
uallo dictus Titius ex dictis uulneribus mortuus fuit, &
eſt, in 2.char.in uerſic.ſed aduertas, ne erres, &c. non rectè
loquuntur. Bene fateor, quòd ſi aliquis non habens alia

arma,ſed ſolùm habens baculum uel lignum in manibus
percutiat aliquem in capite taliter ꝙ percuſſus moriatur,ꝙ
ipſe erit puniendus pœna mortis, quia omnis præſumptio
eſt ꝯ̃ eum,ꝙ fecerit animo & intentione occidendi,& nul-
la præſumptio concurrit pro eo.Et licèt percuſſerit cum li-
gno,& cum armis aptis ad occidendum, hoc euenit, quia
non habuit alia arma.Sed ſecus, quando non habebat alia
arma,vt in caſu noſtro,& noluit illis vti,quia tunc concur-
rit præſumptio pro eo,quæ magis debet operari q̃ ꝯ̃ria prę
ſumptio percuſſionis capitis.Tene mẽti,quia eſt caſus quo
40 tidianns non examinatus,vt.s̃.ab aliquo docente. † Sed ſtã-
te hoc pro firmo,ꝙ talis vulnerans non debeat puniri pœ-
na mortis,ſed minori pœna,quęrendum,utrum debeat pu
niri pœna corporali,vtputa in abſciſſione manus,vel amba-
rum manuum,vel in erutione vnius oculi, vel in abſciſſio-
ne auricularum,vel naſi,vel debeat bullari in fronte, vel in
facie. Et certè videretur dicendum,ꝙ ſic,qm̃ negari non p̃t
ꝙ tales pœnæ non ſint minores quælibet ipſarum, q̃ pœna
mortis,quod ſatis de ſe patet.ſi ergo ſunt minores & poſſit
imponi minor pœna,ergo altera dictarum pœnarum im-
poni poterit.Sed ꝯ̃rium credo verius,ꝙ iſto caſu non pote
rit talis vulnerans ſeu percutiens puniri ẽt in mutilatione
alicuius membri,nec in aliqua pœna corporis afflictiua.Nã
quando pro delicto vel ex homicidio venit de iure impo-
nenda pœna mortis,& ex aliqua cauſa minoratur pęna,tũc
dicta pœna minorata non intelligitur eſſe corporalis, ſed
pecuniaria, vel alia quæ non ſit corporis afflictiua. ita opti-
mè probatur in l.ſi adulterium cum inceſtu.§.Imperatores
.s̃.de adult.& ibi Doct.& probatur ẽt in hac l.in §.fin.hìc ſe-
quen. & in l. ſi quis in graui.§.ſi tamen maritus.s̃.ad Syll. &
in l.Gracchus.C.de adult.& in l.lex Iulia.§.fi.infrà ad leg. Iul.
repetun.quem text.pro not.allegat Bald.in l.addictos.C. de
epiſ.audi.& in l.1.in 5.col.C.ne de ſta.defun.& in l. ſi quis fi-
lio.in §.hi aũt.s̃.de iniuſto rup.irritoq; teſtõ.& Ang.de Are.
in tract.ſuo malefi.in verbo,præſente Caio,& appellante.in
ver.quid aũt ſi non obſtante,&c.l.1. [Vide Alex. in conſil.
55.incip.in cauſa,in 2.col.in 7. vol.]

Quinimò dico aduertendum eſſe, quia licèt poſſit hoc
caſu puniri talis percutiẽs cum haſta in capite pœna pecu-
niaria,attamen hoc fieri poteſt in illo,qui eſt aptus,& potẽs
ad ſoluendum talem pœnam pecuniariam,quia ei non po
terit imponi talis pœna pecuniaria,ſed alia pęna erit ſibi im
ponenda,vt exilium,vel carcerum pœnam,vel aliam ſimilẽ
non corporis afflictiuam.Et ratiò,quare in tali caſu tali pau
peri non poterit imponi pęna pecuniaria eſt,quia poſtquã
41 illam non poſſet ſoluere,lueret in corpus per regulam,† q.
non habet in ære in maleficijs,luat in corpus, vt in l. ſi quis
id,quod.§.1.s̃.de iuriſd.omn.iud.l.fin.s̃.de in ius vocan.l.qui
ædes.s̃.de incen.rui.naufra. habetur in l.1.§.fi.infrà de pœn.
cum ſi.& ſic illa pœna, quæ directè & expreſsè ei non põt
imponi de iure, imponeretur tacitè & per obliquũ, quod
42 fieri non poteſt per regulam illam, quòd † prohibito vno,
omnia intelliguntur prohibita,per quæ deuenitur ad illud.
l.oratio.ſuprà de ſponſa.c.cum quid vna via.de regul.iur. in
43 6.cum ſimi. † Poteſt modo vltra prædicta circa materiam
huius.§.quæri,an percutiens affinem vel amicum,vel illum,
cum quo nulla erat controuerſia vel inimicitia,videatur fa
cere animo occidendi. de quo vide Docto.in d.l.1.C.eo.&
Do.Franc.de Aret.in dicto conſil.ſuo 147.incip.viſa conſul
tatione, &c. in vlt. colum. & vide etiam ad prædicta, quæ
dixi latè in quodam conſi.meo incip.ſummi cęli Deus,&c.
44 circa medium. † Et ſcias, quòd licèt attendatur animus,
propoſitum, & intentio in delictis, per hunc tex.& per alia
ſuperius allegata,tamẽ aliqui ſunt tex. qui probant contra-
rium & multum ſtringũt pro parte contraria, quibus non
45 video omnino bonum,nec congruum reſponſum. † Pri-
mus enim eſt tex.in l.1.§.ex incendio. cum ibi notatis.ſuprà
de incen. ruina naufra. vbi dicitur, quòd ſi quis animo in-
cendendi vnam domum tantùm miſerit ignem in ipſa do-
mo, & combuſtæ fuerint plures domus,vel ex alijs domib.
bona fuerunt exportata, ꝙ talis, qui impoſuit ignem,tene-
tur pro omnibus domibus combuſtis, & pro bonis expor-
tatis.ex quo tex. apparet, quòd non inſpicitur animus,ſeu
46 propoſitum,ſed effectus. † Alius eſt caſus in l. ſi quis ali-
quid.§.qui abortionis.infrà de pœn. vbi ſi amator, qui red-
didit prægnantem amatricẽ,dederit ei poculum pro futu-
ra abortione, ſi tamen mater ipſa vel pater moriatur,tene-
tur de occiſo, & ſic non inſpicitur intentio amatoria, ſed
47 triſtis & malus euentus,qui ſecutus eſt. † Tertiò pro hac
parte eſt tex.not.in c.fi.de homic.in 6. vbi dicitur, ꝙ ſi quis
iuſſerit verberari clericum, & mandatarius exceſſerit man-
datum,quia verberãdo interfecit ipſum clericum, tenetur
ipſe mandans de occiſo,quia debuit cogitare ꝙ illatio ver
48 berum aliquando infert mortem. † Quartò pro hac opi-
nione vr̃ caſus in l.qm̃ multa facinora.C.ad leg.Iul.de vi pu-
bl.vbi habetur,ꝙ ſi quis ingreſſus fuerit poſſeſſionẽ aliquã,
& facta reſiſtentia occiſi ſunt aliqui ex vna vel altera parte,
ꝙ tenetur talis ingreſſor,quaſi dederit cauſam morti illo-
rum occiſorum,& tamen ipſe nolebat inferre mortem ali
cui,ſed uolebat ingredi poſſeſſionem ſuam,ergo ex iſtis iu-
ribus vr̃ dicendum,ꝙ in maleficijs non inſpiciatur animus,
ſed euentus,& quod maleficia cum dolo vero,vel præſum-
pto debeant puniri pœna legis vel ſtatuti imponentis pœ-
nam tali delicto. Alius eſt caſus in l.3.§.adiectio.in fi. inf.eo.
de quo ibi dicam Deo duce. Sed iſtis iuribus non obſtan-
tibus,teneo tamen primam opinionem, videlicet,ꝙ in de-
ctis dẽt attendi animus,& nõ euentus. Nec obſtant illa tria
iura primò allegata,qm̃ in illis dabat̃ opa rei illicitæ, iõ non
eſt mirũ ſi ſecuto homicidio,vel incẽdio,ille tenet̃.& ita te
nẽt Docto. in l. is, qui cũ telo. & in d.l.1.C. de ſica.& in l.di-
uus.infrà.eo.& Ang.& alij in l.ſi cum ſeruo.s̃.de iniurijs.

Nec ẽt obſtat text. in d.l.qm̃ multa,&c. qa ille tex.loquit̃
in illo,qui violenter ingredit̃ & vidit reſiſtentiam ſibi fieri,
& ueriſimiliter ſi voluiſſet recedere,& ſe abſtinere,à uiolẽ-
to ingreſſu poſſeſſionis alterius,non fuiſſent ſecutę cędes,
aut maleficia, ſed cum uoluerit ſuam violentiã continua-
re & reſiſtentes ſibi opprimere,conſequenter voluit cędes
& maleficia committi.Iõ ex iſtis vr̃, ꝙ talis ingrediẽs fuerit
in dolo,vel ſaltem in culpa.ita ſoluit dicta ꝯ̃ria dictorũ qua
tuor iurium D.Barth.Cępo.in conſ.ſuo 26.inc.in caſu iſto,
&c.in 2.& 3.col.de quo ẽt aliquid per Ale.in conſ. ſuo 140.
49 inc.vr̃ in caſu,&c.in 2.vol. † Et ad intellectum d.c.fi.de ho-
micid. in 6. vide Bald. in l. cum mandatum. C.mandati. in
fi.vbi dicit,ꝙ ille tex.procedit,quãdo inſtr̃m,cũ quo ille mã
datarius percuſſit,erat aptum ad mortem inferendã, aliàs
ſecus.& vide ẽt Raph.Cum.in conſi.ſuo 134.inc.viſis,&c. &
D.Maria.Soc.in repe.c.ad audientiam.in 46.col.extrà de ho
mic.& Cœpo.in d.conſi.ſuo 36.in fi.2.col.& D.Alex.in d.cõ
50 ſil.140.in 1.col. † Et teneas menti perpetuò vnum ſingula-
re verbum,ꝙ in dubio quis pręſumitur dolosè & ex animo
occidiſſe aliquem,quando conſtat ꝙ alium aliàs interfecit,
adeò ꝙ ſibi tunc incumbit onus probandi, ꝙ non fecerit
dolo.ita ſing.dixit Gand.in tract.malefi.ſub rub. de homic.
51 in vlt.col.in uerſi.iſtud aũt,&c. † Pro quibus facit optimè
not.& ſingulare verbum Pau.de Caſt.in conſ.ſuo 305. inci.
viſo dicto ſtatuto,&c.vbi conſuluit,ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ ra-
piens mulierem per uim,puniatur pœna mortis, ꝙ ſi aliqs
rapuit mulierem ſolutam,quę fuit aliàs deflorata ab aliquo
non cadit in pœnam ſtatuti,quia non præſumitur, ꝙ eã ra-
puerit per uim,cum aliàs conſenſerit alteri. quod eſt ſingu
lariter notan. Et idem uoluit Alb.de Roſa.in 3. parte ſtatu.
in q.52.inc.ſed pone,aliquis,&c.& Alber.Gandin.in tracta.
malefi.ſub rubr.de aliquibus quæſtionibus varijs in malefi-
cijs.in 1.col.in fi.in verſ.quæro,de facto fuit,&c.pro quo fa
ciunt dicta per Iac.But.in addit.ſuis ad tract.Gand.ſuper ma
leficijs.ſub rub.quomodo de maleficio cognoſcatur ꝑ in-
quiſitionem.in 3.col uerſ. unde quamquàm,&c.de quibus
latius dixi in ſingu.meo 74.inc.tu habes regulam, &c. Et fa-
cit ẽt ad prædicta not.dictum Saly.in l.fi.in ult.col.uerſ.quæ
52 ro,an ſufficiat.in fi.C.de quæſtioni. † Nam tu ſcias,ꝙ quan
do plures fuerunt in rixa & uulnerauerunt unum,& neſci-
tur quis ipſorum eum uulnerauerit, nemo ipſorum pote-
rit puniri pœna mortis,ut late dixi.s̃.in hac.l.in princ. in 16.
limitatione. Attamen hoc caſu poterit iudex deuenire ad
torturam contra illum ex omnibus,qui fuerunt in rixa, q.
aliàs alteri intulit uulnus non obſtante incertitudine delin
quentis,quia qui ſemel malus,&c.ita ſingu.dixit Saly. in d.l.
fi.in ult.col.uerſ. quæro,an ſufficiat,&c.C. de quæſtioni. qd̃
etiam uoluit Gandi.in tract.ſuo malefi.ſub rub.de præſum-
ptio.& indicijs dubitatis,in pe.uer.Et idem dixit Guido de
Suza.in tracta.ſuo de tormen.in 4.col. uerſic. quę & qualia
indicia,&c.circa fi. De quo latius dixi in ſingula. meo 217.
incip.ter,uel quater.& in l.1.§.fi.in ult.col.uer.& in hoc paſ-
ſu.infrà de quæſtionib. Et pro prædictis etiam faciunt plu-
ra & plura alia,quæ cumulaui in materia regulæ, ſemel ma-
lus,&c.in l.maritus.in 6.7.& 8. colu. infrà de quæſtioni.quæ
hìc non refero breuitatis cauſa. uide ibi.Et per iſta eſt expe
ditus iſte.§.quo ad tex. Venio igitur ad glo.& capio gl. pri-
mam in uerbo,abſolui poſſe. quæ dicit, ꝙ licèt tex. iſte di-
cat, ꝙ poteſt abſolui ab homicidio ille, qui commiſit ho-
micidium non ex animo occidendi,quod hoc debet intel-
ligi à pœna mortis,non aũt à toto,ſed alia mitiori pœna.al-
legat text.in l.lege.§.1.infrà eod.ubi habetur, ꝙ ille qui per
laſciuiam aliquem occidit, ſeu cauſam mortis præbuit, de-

bet

bet per quinquennium relegari,& ſic non debet in totum abſolui.& allegat ēt gl.1.& l.eum.C.eo.& text. in l.cum aūt. §.excipitur.ſ.de ædil.edic. Capio glo.in verbo, caſu.quæ ſupplet ad tex.dicens,culpa tamen præcedente. & tunc quādo culpa præcedit caſum,tunc punitur caſus.allegat l. in rebus. ſuprà commo.Vel dicit gl.caſu,id eſt negligentia.quod verbum ita exponit.ſ.de incen.rui.naufr.l.qui ædes.in §.1.& ſic
53 talis negligentia dr̄ culpa. † Et ideo dicit gl.iſta,ꝙ niſi culpa præcederet caſum,caſus non eſſet puniendus,allegat. l.1.C. eo.& l.eum,qui.& l.illud.C.de iniurijs.& l. ſi non conuitij. & ſuprà de iureiuran.l.illud. Ex quibus redditur expeditus iſte.§.Ideo ſequitur.§.item diuus.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Licitum eſt patri occidere ſtuprantem filiam vel neptem.*
2 *Occidens vxorem deprahenſam in adulterio, non punitur pœna mortis.*
3 *Filius poteſt matrem adulteram impunè occidere.*
4 *Mulier adulterium committens,perdit dotem et actionem dotis,niſi maritus concubinas teneat,quia tunc non poteſt etiam eam depræhenſam in adulterio occidere.nu. 5.6*
7 *In pœnis imponendis habetur reſpectus ad dignitatem.*
8 *Appellatione ſuorum,qui veniant.remiſſiuè.*
9 *Natus ex violenter cognita,an ſit legitimus.*
10 *Facta contra voluntatem facientis,non imputatur ipſi facienti.*
11 *Statutum puniens bannitum venientem Bononiam,non compræhendit captum Mutinæ & ductum in ciuitatem Bononiæ.*
12 *Teſtificans coactè pro bannito,non punitur.*
13 *Statutum puniens receptantem bannitum,non compræhendit eum qui coactè acceptauit.*

§.Item Diuus. Et hoc intendit . Occidens ſtuprantem filiam vel neptem ꝑ vim, non punitur aliqua pœna.Item occidens vxorem depræhēſam in adulterio,non punitur pœna mortis,ſed alia mitiori pœna.Nam ſi eſt vilis perſona,mittitur in exilium perpetuum,ſi aūt eſt perſona dignior,relegatur ad tp̄s, hoc dicit
1 iſte.§.Caſus,&c. † Nota ex iſto text. dictum in ſummario, videlicet,ꝙ occidi pōt impunè ſtuprans filiam vel neptem, & ſimiles per vim,nam ſi ſtupraret ſine violentia, non liceret patri illum occidere,ſecūdùm Ang.de Aret.in tract.ſuo malefic.in verbo,*che hai adulterata la mia donna*. in 2. char. in ver.an patri liceat,&c.in fi.ibi,ſeptimò requirit,&c. ſed hoc operatur violentia ipſius ſtuprantis,qm̄ in tali ſtupro violēto,qui pt̄ dici raptus,competit pr̄i,fratribus & affinibus vindicta,adeò ꝙ quilibet ēt tutor pōt occidere eum.l.1. §. 1. C.
2 de rap.virg.& voluit Cyn.in l.Gracchus.C.de adult. †No.vlterius ex iſto tex.ꝙ occidens vxorem depræhenſam in adulterio,non punitur pœna mortis,& pōt allegari rō,quia difficile eſt iuſtum dolorem tolerare,vt dixit ſimilis text.in l.ſi adulterium cum inceſtu.§.Imperatores.ſ.de adult. & in l.ſi qs in graui.in §.ſi tamen maritus.ſ.ad Sylla.& in l.Gracchus. C.de adult.& eſt bonus tex.in l.lex Iulia. §. fi. infrà ad legem Iul.repe.quē tex.pro no.allegat Bal.in l.addictos.C.de epiſc. audi.de quo dixi latius. .in §.proximè præcedenti. Sed talis occidens vxorem deprehenſam in adulterio,punitur leuiori pœna, vt hìc & in dictis iuribus proximè allegatis. † An
3 aūt liceat filio occidere adulterantem matrem? videretur dicendum ꝙ ſic,quia eſt magnus dolor filio habere matrē meretricem,& ſibi eſt ſummum dedecus & ignominia, ut experientia doceat.attamen dicas,ꝙ hoc non licet ipſi filio. ita dixit Ange.in dicto verbo,*che hai adulterata*.in ver. an patri liceat.ibi,quintò requiritur,&c.allegat.l.patri.cum l. ſeq. ſuprà de adult.& idem dicit in fratre quò ad ſororem, & in auo quoad neptem.de quo ibi latius per eum. Et inquantum in iſto tex.dr̄,ꝙ liceat marito occidere vxorem depræhenſam in adulterio. Quæro,an hoc ſemper & indiſtinctè
4 ſit verum? In quo ſub uerbo fortè,dico ꝙ non. † Nam habemus in iure,ꝙ vxor committens adulterium perdit dotem & eius actionem,ut habetur in l. viro atq; vxore.ſ. ſol. matr.& in l.cùm mulier.la 1.eo.tit.& in l.conſenſu.C.de repu.& in c.plerunq;.de donat.inter uirum & vxo.Et nedum in caſu adulterij perdit dotem,ſed etiam perdit bona parafernalia,vt voluit glo.ſing.in c.plerunq;.quam glo.dixit ſingul.Lud.Rom.ad hoc,in ſingu.ſuo 312.incip. pp̄ adulteriū.
5 † Attamen ſi mulier commiſit adulterium,non perdit dotem ſi maritus ſuus tenebat concubinas & ſimiliter committebat adulterium,qm̄ paria delicta mutua compenſatione tolluntur,vt in d.l.viro atq; vxore.& in dictis iuribus. ſ.alleg.ita ſing.dixit Pau.de Caſt.in conſi.ſuo 128.incip. hæc mulier nō dēt excludi à petitione dotis.& mouetur ꝑ dicta iura,& ꝑ dictam regulam.Et hoc ēt voluit expreſsè glo.fi.in c.pen.extrà de ad ult.licèt eam non alleget.Quod dictū pro valde no.refert & ſequit̄ D.Aug.de Ari.in addi.ſuis ad Ang. de Aret.in tract.malef.in verbo, *che hai adulterata la mia donna*.in 3.char.in pe.addi.ante.fi.de qua doctrina feci mentionem in l.p̄re vel marito.in 2.col.in ver.nolo tamen omittere.infrà de qō.pro qua doctrina Pau.de Caſ.faciunt dicta ꝑ Abb.in c.conſtitutus.de conuer.coniug.& ꝑ Raph. Cuma. in conſ.ſuo 175.inc.Domina Andriola.circa fi. vbi dixit, ꝙ mulieri competit actio de dote ēt conſtante mr̄imonio, quando maritus tenet cōcubinas.ad qđ allegat plura , de qbus ibi ꝑ eum.de quib.oīb. dixi latius in ſing. meo 234. inc.
6 paria delicta,&c. † Modò in propoſito dico,ꝙ argō prædictorum mulier committens adulterium non poterit occidi à marito,ſi ipſe maritus ſimiliter committebat adulteriū & retinebat concubinas.Nā ſi in tali caſu non perdit dotē, qđ eſt minus,non dēt ēt perdere vitam,quod eſt plus. & ſi maritus committens adulterium nō pōt priuare dote vxorem,ſimiliter committentem adulterium,non poterit etiā
7 priuare uita. cogita tamen. † No.vlterius,ꝙ in pœnis imponendis hr̄ reſpectus ad dignitatem ſeu ad conditionem delinquentium.nam uiliores perſonæ durius puniuntur, q̄ digniores.Et ideo dixit Bar.in l.1.§.fi.infrà de pœnis. ꝙ l. in ſeruorum.in fi.eo.tit.de pœn.dicens ꝙ quælibet pœna corporalis minima,eſt maior quacunq; pecuniaria,hēt locum in perſonis nobilibus,non aūt in perſonis uilibus,quia aliq ſunt uiles,quia magis uellent pati in corpore q̄ in bonis, & magis uellent habere carnem fractam, q̄ ueſtem.& idē qđ dixit Bar.in d.l.1.in fi.infrà de pœn.limitando d.l.in ſeruorū. dixit ēt Saly.in l.& ſi ſeuerior.in 2.col.C.ex quib.cau.infa.irrogatur.& D.Alex in d.l.1.in fi.infrà de pœ. †Vlterius inquā
8 tum dr̄ in tex.iſto,ſibi vel ſuis,quæri poſſet ſub iſto verbo , ſuis,qui contineantur vel comprǽhēdantur? In quo me remitto ad dicta per D.Alex.in l.fi.ſ.de publ.iud.& per Bar. in l.cum ſuæ.ſ.de leg.3.& in l.ſi ita.§.ea lege.in ult.col. infrà de verb.obl.& per Pau.de Caſt.in conſ.352.inc. poſtquàm iſte tutor,&c & per Abb.in c.de cætero.in fi.extrà de teſti. & ꝑ Bal.in l.1.in 22.col.C.qui accu.non poſ.Modò expeditus de notabilibus, quæro, dicitur in iſto tex. ꝙ ſtuprans per vim
9 poteſt impunè occidi. † Sed pone, ꝙ ipſa mulier ſtuprata ex illo coitu violento eſt effecta prægnans,an filius inde natus ſit baſtardus? In quo Bald.in l.eam quam.in 8. col. C. de fideicom. dixit, ꝙ ſi tyrannus habet rem cum aliqua muliere per vim,quod filius inde natus nō dicetur ſpurius quo ad matrem.& idem dixit idem Bal.in l.ſi qua illuſtris.in ver. quid ſi mater.C.ad Orfi. & hoc per rationem illam videli-
10 cet,† quòd facta contra voluntatem facientis,non imputātur ipſi facienti,,vt in c.1.2.& 3.& in c.ita ne.32.q.5.& c. præſbyteros.50.diſt.& optimè probat text.in l.cura. in uerbo, nec ſi per vim.infrà de mune.& one. Et facit not. verbum Ange. in l. 1.§. remouet.ſ.de poſtu.ubi dixit, quòd ſponſa violenter cognita à ſponſo poteſt ingredi monaſteriū eo inuito,ſicut antea poterat. Ita dicendum puto in quæſtione iſta,quòd ſi mulier ex ſtupro uiolento effecta fuerit prægnans,quòd filius inde natus non dicetur ſpurius quò ad ipſam matrem,licèt ſecus ſit quo ad patrem. † Et facit etiam
11 not.uerbum Bal.in auth.item nulla communitas.C.de epi. & cler.in fi.ubi dixit,quòd ſi ſtatuto caueatur, quòd bānitus à ciuitate Bononien. ſi ad eam uenerit debeat decapitari, quòd non habeat locum in bannito, qui fuit captus Mutinæ,& per uim fuit ductus hic Bononiæ.quod etiam uoluit Iac. Butr.in addi. ſuis ad tractatum Gandi.ſuper malefi. ſub
12 rubr.de bannitis pro maleficio.in 5.colum.in princ. † Et facit, quod uoluit Barto.in l.poſt legatum.§.his uerò. in fi. ſuprà de his,quibus ut indig. ubi dixit, quòd ſtante ſtatuto quòd quicunque præbuerit auxilium bannito puniatur certa pœna,modò aliquis teſtificatus eſt pro bannito,an debeat puniri? In quo dicit diſtinguendum eſſe uidelicet, ꝙ aut fecit ſponte, aut coactè:ſi ſponte, debet puniri; ſi coa-
13 ctè, ſecus. † Et facit optimè text. & quod dixit ibi D.Flo. in l.in omnibus. ſuprà de noxa. ubi dixit, quòd ille text. facit ad quæſtionem de receptante bannitum, quòd non teneatur, ſi receptauerit, quia prohibere non potuit, puta quia decem banniti congregati uadunt ad domum ruſtici, & dicunt,ſi non aperis nobis portam,imponemus ignem. qui ruſticus timens aperuit oſtium: certè tunc excuſatur, quia non poterat eis reſiſtere. quod dicit eſſe menti tenendum.Et poſſent pro hac parte adduci plura & plura notab. dicta,quæ alias ultra omnes cumulaui in l.1. in §. præterea. in 3.4.& 5.col.infrà de quæſt. ubi uideas. & dixi etiam ſuprà in princ. huius legis,in 18. limitatione. Venio modò ad glo. & capio.1.glo.in uerbo,dimittendum. quæ glo.dicit,

ra eſt,nam allegat cõcordantes.l.iſti quidem.§.pen. vbi plus
eſt ſtuprum,q̃ mors,& maior eſt timor ſtupri, q̃ mortis. &
allegat.l.3.§.ait prætor.s̃.de incen.rui.naufra. Glo.2.dicit, ꝙ
iſte tex.debet intelligi ſecũdùm diſtinctionem poſitam in
l.marito.in prin.s̃.de adult.vbi videas. Glo.fi.ẽt clara eſt, nã
allegat concordantias ad hoc de marito occidẽte vxorem
in adulterio depræhenſam,ꝙ non puniatur pœna mortis,
ſed alia mitiori pœna. Poſtea dicit glo.videri,ꝙ maritus in
hoc caſu in aliquo ẽt leui non puniatur,per tex. in l. ſi quis
in graui.§.ſi maritus.s̃.ad Syll.Sol.gl.fateor,ꝙ ignoſcitur ma
rito,ſed non in totum,vt hìc. Et ex iſtis remanet expeditus
iſte.§.& per conſequens.l.iſta.ſequitur.l.inauditum.

S V M M A R I V M.

1 *Pater non poteſt occidere filium ex quacunque cauſa.*
2 *Filius verberans patrem,& pater ſtuprans filiam,nec ille filius,nec ille pater præſumitur.*
3 *Non dicitur quis liberè relaxatus de carceribus,quando cogitur filium in carceribus pro obſide relinquere.*
4 *Pater & filius cenſetur vna & eadem perſona.*
5 *Vaſſallus iurans iuuare dominum,non tenetur iuuare contra filiũ.*
6 *Feudum ſimpliciter receptum à patre,intelligitur receptum pro ſe & filijs maſculis, licèt in inueſtitura de nullo hærede ſit facta mentio.*
7 *Si pater & filius ſunt torquendi, à quo prius incipi debeat, vt citius veritas habeatur.*
8 *Sęuitia patris quandoque prodeſt filio,& idem dicas in ſæuitia filij quò ad patrem.num 9.*
10 *Filius,an poſſit accuſare patrem de delicto.*

Inauditum filium. Et hoc intendit.Pater non
poteſt pro aliquo delicto
occidere filium,licèt poſſit eum accuſare,hoc dicit. Caſus,
1 &c. † No.ex hoc tex.ꝙ pater non põt occidere filium,licèt
commiſerit enorme crimen, qm̃ eſſet ꝯ omnem legem na
turalem,& eſſet res crudeliſſima: imò ſi reperiretur aliquis
pater,qui ex quacunq; cauſa occideret filium,poſſet dici ꝙ
non fuiſſet verè eius filius,ſed magis fuiſſet filius ſuppoſitus
quia pater faciens actum impium ꝯ filium, nõ præſumitur
2 verè pater. † Et ideo dixit multum egregiè Albe. de Roſa.
in l.eum,qui probabilem.C.de epiſc.& cle.per illum tex. ꝙ
ſi filius verberat patrem,& ſi pater ſtuprat filiam:nec ille fi-
lius,nec ille pater præſumitur,imò verus pr̃ magis diligit fi-
lium proprium q̃ ſeipſum,l.iſti quidem.s̃.quod met.cau.&
ideo pater & filius cenſentur vna & eadem perſona.l. cum
ſimus.ad fi.C.de agric.& cenſi.lib.11.& in §. aduerte.25.q.3.
2 cum ſimil. † Et ideo dicit D.Maria.Soc.in conſi.ſuo 53.in-
cip.magnifice Capitanee. ꝙ non dr̃ quis liber relaxatus de
carceribus, quando cogitur relinquere filium in carcerib.
pro obſide.quod eſt no.ad materiam l. qui in carcerem.s̃.
quod met.cau.Et dixit Lud.Rom.in l.1.s̃.de in ius voc.ver.
ſatis.ꝙ etiam vbi electa eſt induſtria perſonæ,põt quis ſerui
re per filium.allegat text.in l.ſciendum. in §. legati. infrà de
leg.Et dixit not.Inn.in c.cum locum.in prin.de ſponſa.ꝙ ſi
patri fit violentia corporalis,& filius aliquid fecit vt libera-
ret patrem,quod ille actus dr̃ factus per metum, ac ſi talis
violentia eſſet illata filio.Et dixit Bal.in l.ea lege.in 8. col.C.
de cond.ob cauſam.ꝙ prohibitus alienare in potentiorem
põt alienare in filium quamuis potentiorem.allegat gl.in l.
4 ſi ita quis.in §.eadem lege.s̃.de verb.obl. †Et adeò eſt hoc
verum,ꝙ pater & filius cenſentur vna,& eadem perſona,ꝙ
ſicut non valet confeſſio facta metu tormentorum vel re-
nuntiatio litis,vt no.in l.1.infrà de quæſt.ita non valet con-
feſſio ſeu renuntiatio facta ob metum torquendi filium,ſe
5 cundùm Doct.poſt gl.in c.afferte.de præſump. † Et facit ẽt,
nam ſi vaſallus iurauit adiuuare dominum ꝯ omnes homi
nes,non tamen tenetur eum iuuare ꝯ filium,ita dixit Bald.
in c.1.de noua for.fide.& in l.1.in 23.qõ.s̃.de re.diui.& in l.j.
§.ne aũt.C.de caducis tollendis.pro quo facit text.in §.fi.In-
ſtitut.de noxa.in ver.quis.n.patitur filium ſuum. Et facit ẽt
dictum Ang.in l.1.§.ſi pater.el 2.per illum tex.s̃.ad Sil.vbi di
xit,ꝙ vaſallus,qui non iuuat patrem domini ſui,ita priuatur
feudo ſicut ſi non iuuaſſet dominum ſuum.Et adde etiam
hic no.verba D.Fely.in materia iſta,in d.c.afferte.in 1.col.&
per euudem in c.ſi verò.in 1.col.extrà de ſent.excommu.
6 † Et vide no.verbum Andr.Iſer.& Bal.poſt glo. ibi in c.1.in
prin.in fin.uerbis.quibus modis feu.conſtitui poteſt.vbi di-
xit,ꝙ adeò eſt verum hoc,ꝙ pater & filius cenſentur vna &
eadem perſona,quod feudum ſimpliciter receptum à pr̃e,
intelligitur receptum pro ſe & pro filijs ſuis maſculis, licèt
in inueſtitura,de nullo hærede ſit facta mentio.& idem di-
cunt eſſe im emphyteuſi.quod dicit Bal.eſſe not.& cordi te
nendum.& idem dixit Andr. de Iſern.in c. 1. quibus cauſis
feu.amit.& D.Alex.in conſi.ſuo 18.incip.attentis,&c. in 2.
col.in 5.volum.de quo etiam per Dom.Alexan.latè in l.qui
Romæ.in §.duo fratres.s̃.de verb.oblig.in 31.col.verſic. ſed
circa hoc,&c.de quo dixi ego in ſingulari meo 160. incip.
7 pater & filius,&c. †Item adeò ſunt vera ſupradicta de amo
re paterno,& de vnitate patris & filij,ꝙ ſi pater & filius pro
aliquo delicto ſunt torquendi,vt veritas habeatur,debet ſa
gax iudex incipere à filio,& eum torquere in conſpectu pa
tris,quia tunc citius dicet ueritatem pater q̃ filius, quia pa-
ter magis ueretur de filio quàm de ſeipſo.ita dixit Gand.in
tracta.ſuo malefi.ſub rub.de quæſtionibus & tormentis.in
2.col.ver.nunc videndum. Et in propoſito,Andr.de Iſer.in
c.1.in §.publici latrones.in fi.verbis.de pace tenen.in vſibus
feu.refert cõtingentiam facti videlicet, ꝙ aliàs diuæ memo
riæ Rex Carolus,cum pater & filius arguerentur de homi-
cidio probato,ꝙ alter eorum percuſſerat,de quo ictu per-
cuſſus mortuus fuerat,nec conſtabat quis percuſſiſſet quan
tuncunq; fuiſſent ambo torti, finxit & mandauit ipſe Rex
velle ꝙ ambo ſuſpenderẽtur. qui credentes ambo debere
mori,cùm eſſent in pede furcarum, pater dixit, ammodo
non eſt remedium vt poſſimus euadere mortem, & tunc
ipſe pater confeſſus eſt ſe illum percuſſiſſe, & ſic ipſe ſolus
ſuſpenſus fuit,& liberatus filius. & hoc dictum refert & ſe-
quitur Dom.Paris de Puteo in ſuo tract.ſyndi.in 110.char.
in princ.in ult.col.quod dictum retuli in l.1.in prin. in pen.
8 col.infrà de quæſtioni. † Modò vlterius progrediendo cir
ca materiam huius tex.dico, ꝙ ex iſto tex. probatur unum
uidelicet,ꝙ pater non poteſt ſæuire in filium,ut eum occi-
dat,imò ſi pater uult ſęuire in filium & eum capiat & ducat
ad iudicem ut ipſe pro delicto per eum commiſſo occida-
tur,talis ſęuitia prodeſt ipſi filio,adeò ꝙ liberari debet a tali
iudice uel ſuperiore.ita dixit text.ſing.in l.milites argum.in
§.deſertorem.infrà de re milit.& illum tex.ad hoc pro not.
allegat Saly.in l.propter inſidias.C.qui accu.non poſ. Et ibi
dixit Pau.de Caſt.ꝙ cum quidam mercator ueniret de Ala
mania,interrogauit eum de pluribus dubijs,& inter cętera
interrogauit eum de tali caſu. Quidam filius Palatini Co-
mitis commiſit crimen læſæ maieſtatis,& pater pręſentauit
eum Imperatori propria autoritate, dubitabatur an eſſet
decapitandus.& dixit ipſe Pau.de Caſt.ꝙ non,per d.§. deſer
torem.& ꝑ doctr.Ray.de Forli.ibi,qui refert ita cõſultũ fuiſ
ſe de facto Forliuij. Et dicit ipſe Pau.de Caſt.ibi, ꝙ hoc fuit
relatum Imperatori,qui uiſa d.l.milites argum.in d.§.deſer-
torem.pepercit dicto filio,ſed miſit eum in exilium ꝑ cer-
tum tempus. Et idem firmat D.Bartho.Cępo.in caute. ſua
prima.& D.Fely.in c.accuſaſti.in ult.col.de accu.& D. Aug.
de Arim.in ſuis addi.ad Ange.de Are.in tracta.ſuo malef.in
uerbo,necnon ad querelam,in 7.charta,ſuper uerſicu. 21.
9 † & per illum tex.in d.§.deſertorem.dixit Ang.in l.ſi adulte-
rium cum inceſtu.in §.liberto.in fi.ſuprà de adulter. ꝙ ſi fi-
lius capit patrem bannitum,& eum ducit ad magiſtratum,
tunc debet ipſi patri relaxari uita intuitu filij præſentantis
eum. qđ eſt not.quæ proximè dicta retuli in l. 1. §. ad quæ-
ſtionem.in 5.col.infrà de quæſtionib. ubi uideas.& uide ẽt,
quæ dixi in l.unius.in §.ſeruus nec ſi.in fi.eod.tit. Nota ul-
timò ex iſto tex.quòd pater poteſt accuſare filium de crimi
10 ne coram iudice. † Sed an liceat econtra filio accuſare
patrem? dic quòd ſic,dummodò non accuſet eum de cri-
mine capitali,ut habetur in l. ij tamen. §. 1. ſuprà de accuſa.
Et hunc tex.intelligit hìc glo.& Bar.quòd pater poteſt accu
ſare filium,eſt uerum de graui crimine,ſecus autem de leui
delicto commiſſo contra patrem,uel de delicto commiſſo
contra aliquem alium, quàm contra patrem, quia de illo
pr̃ non põt accuſare filium.allegat glo.iura,de quibus in ea.
Opponit ultimò Bartol.contra iſtum tex. inquantum di
cit, quòd pater non poteſt occidere filium. ſed contra de
tex.in l. nec in ea. in §. fin. ſuprà de adult.ubi dicitur, quòd
pater poteſt occidere filiam depræhenſam in adulterio, er-
go. Sol. quod ſpeciale eſt in caſu illo, in alijs autem ſecus
eſt, ſecundùm hæc tempora, licèt olim indiſtinctè liceret
patri occidere filium, ut habetur in l. in ſuis. ſuprà de lib. &
poſthum. Capio modò gl. unicam, pro cuius expeditio-
ne quæro, quid uult dicere text. dum dicit, inauditum fi-
lium. in quo glo. exponit, inauditum filium. id eſt ſuppo-
ſitum filium. ita quòd non filius, & ſic poteſt eum accu-
ſare, dicendo eum non eſſe filium. & quòd tamen ut eum
deciperet paſſus eſt ſe ſupponi loco filij. quod intelligit
glo. & Bartol. ſi erat doli capax, quando fuit ſuppoſitus,
qnia fortè pater erat abſens. Alio modo etiam exponit
glo. & dicit,inauditum filium,id eſt filium committentem
aliquid

aliquid inauditũ ꝯ patrem, i. graue ſcelus. poſtea glo. dicit, ꝙ ſi filius commiſit crimen ꝯ alium, vel commiſit leue quid contra patrem, non poterit per patrem accuſari. allegat iura, de quibus in ea. Sequitur. l. eiuſdem legis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Faciens rem prohibitam, vel illam iam factam vendens, æquiparantur.*
2 *Mitius punitur vtens falſo, quàm ille qui falſum fabricauit.*
3 *Mitius punitur ille, in cuius domo fit aliquid prohibitum eo patiente, quàm ipſe deliquens principalis.*
4 *Præſtans auxilium homicidio punitur media pœna, qua debet puniri homicida.*
5 *Qui nunquam fuit tabellio, non poteſt inſtrumenta conficere: ſecus eſt in Notario, qui fuit priuatus officio tabellionatus.*
6 *Iudæi tolerantur ab eccleſia.*
7 *Percutiens clericum, an ſit excommunicatus.*
8 *Qui emit venenum vt alicui daret, punitur ac ſi dediſſet.*
9 *Affectus punitur non ſequuto effectu in crimine læſæ maieſtatis.*

Eiuſdem. Hæc lex licèt ꝓlixa ſit in litera, tamẽ paruam habet materiã, & põt principiũ ipſius ſic ſummari. Qui fecit venenum vel factum in publico vendidit, tenetur hac lege, hoc dicit vſq; ad §. adiectio. Caſus. † Nota dictum in ſummario videlicet, ꝙ faciens venenum vel factum vendens punitur, maximè ſi illud vendat in publico. & ſic facere venenum, vel iam factum vendere, æquiparãtur. Et dicas tamen, ꝙ licèt ſecundùm iſtum text. iſta æquiparentur, facere rem prohibitam, vel illam iam factam vendere quò ad pœnam, tamen minori pœna debet puniri ille, qui iam factam vendidit, q̃ ille qui rem ipſam ꝓ-
2 hibitam fecit. † Et ad hoc dicendum moueor ex pluribus iuribus & doctrinis. primò moueor ar. tex. in l. falſi. §. ordine infrà de fal. vbi dr̄, ꝙ mitius punitur ille, qui vtitur falſo, q̃ ille qui ipſum falſum fabricauit. Et hanc partem ꝙ mitius punitur vtens re prohibita, q̃ faciens, tenuit Cy. in l. 2. C. de fide inſtr. vbi dicit, ꝙ ille q fabricauit falſum inſtr̄m tenetur directa pœna legis Corneliæ de fal. de qua in l. 1. §. fi. infrà de fal. ſed ille qui utitur illo, non punitur illamet pœna, ſed alia quæ non habet tantum effectum, vt in d. l. falſi. §. ordine. Et iſtud dictum Cy. refert & ſequitur Io. de Ana. in d. c. ad fal-
3 ſariorum, in 3. colu. † Et facit ad prædicta not. verbum Bal. in l. cum ancillis. in 1. col. verſic. item nota ex hac lege. C. de inceſt. nupt vbi dicit, ꝙ mitius puuitur ille in cuius domũ fit aliquid prohibitum eo patiẽte, q̃ ipſe delinquens principalis, licèt habeamus de iure ꝙ agentes, & conſentientes pari pœna puniantur, vt eſt text. in l. iubemus. in §. ſanè. verſ. fieri paſſus fuerit. C. de ſacroſanctis eccleſijs. & habetur in l. 1. C. de falſ. mone. & in l. ſi quemquam. C. de epiſc. & cler. & in l. quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſtatis. & in l. 1. C. de raptu
4 virg. † Et facit ẽt not. & ſing. verbum Salic. in l. vnica. C. de raptu virginum. vbi dixit, ꝙ ſtate ſtatuto, ꝙ præbens auxiliũ conſilium vel fauorem maleficio, puniatur eadem pœna, qua committens, tamen non debet præſtans auxilium conſilium vel fauorem puniri eadem pœna, qua puniri debet principalis faciens maleficium, ſed debet minori pœna puniri. & ibi allegat rõnem ipſe Salic. quod dictum pro valde not. refert & ſequitur D. Barth. Cępo. in conſi. ſuo 27. inc. requiſitus, &c. in vlt. col. Et optimè ad prædicta facit, quod voluit Gand. in tract. ſuo malefi. ſub rub. de homi. in 2. colu. in verſ. item pone, ꝙ Titius, &c. vbi not. dixit, ꝙ præſtans auxilium homicidio, non punitur tanquam homicida, ſed punitur media pœna, qua debet puniri homicida, uel ex forma ſtatuti, uel forma iuris cõis. ad quod allegat in arg. l. is q opem. s̄. de furt. quæ lex dicit, ꝙ ille, qui dat opem furto manifeſto, nõ tenetur pœna quadrupli, ſed tenetur pœna dupli quaſi fur non manifeſti. Et dicit Gand. ubi. s̄. ꝙ hæc quęſtio fuit commiſſa conſulenda Bononię conſi. D. Dy. de Bononia, & aliquibus alijs Docto. qui finaliter hanc quæſtionem hoc modo deciderunt, ut. s̄ quam deciſionem ſequitur Gand. ibi. de quibus dixi in ſingulari meo. 15. inc. ſtatuta communiter. [Vide Alex. in conſ. 145. inc. viſis. in vlt. col. in 7. vol.] Et ſic ex iſtis apparet, ꝙ origo rei, ſeu initium ipſius, magis ſpectatur, q̃ ea quæ ex poſt fiunt de ipſa re, quæ origo licèt in hoc ſpectetur ad præiudicium facientis, tamẽ quandoq; ipſa origo ſeu primordium rei attenditur, & ſpe-
5 ctatur ad fauorem. † Et ideo ille, qui nunquam fuit tabellio, ſi conficit inſtrumentum tanquam tabellio punitur pęna mortis, vt habetur in l. eos. in fi. infrà de fal. & per Bald. in l. data opera. in 18. col. uerſ. dubitatur de eo, &c. C. qui accu. non poſ. attamẽ ſecus eſt in illo, qui aliàs fuit creatus tabellio, & poſtea fuit priuatus officio tabellionatus, quia ſi talis poſt priuationem facit inſtrumentum tanquam tabellio, non punitur pœna mortis. ita ſing. dixit Bald. in l. ſi. quis. C. de aquæductu. lib. 11. allegat rõnem uidelicet, quia iſte q aliàs fuit tabellio, iuuatur primordio veritatis. argumento not. in §. quia verò. in Auth. de nõ alie. quod dictum refert, & ſequitur D. Alex. in conſ. ſuo 273. incip. ponderatis. in pe. col. quod dicit eſſe not. Sed vltra eum dicas, ꝙ idem voluit Bal. in l. data opera. in 22. col. C. qui acuſ. non poſ. quem ad hoc refert & ſequitur D. Fely. in c. q̃ in eccleſiarum. in 9. ch. in 1. col. de conſtitu. vbi plura ſimilia adducit. & eum ẽt refert & ſequitur ipſe in c. ſuper literis. in 21. col. de reſcript.
6 † Pro quo facit, quod uoluit D. Fely. in c. conſuluit. verſic. 2. nota. extrà de Iudæis. ubi dixit, ꝙ Iudæi tolerantur ab eccleſia, non autem hęretici, quia fides Iudæorum habet primordium veritatis, ſed ſecus eſt in fide hæreticorum, allegat gl. in l. nullus. C. de ſumma Tri. & fide catho. Et facit, quod voluit Inno. in c. cum veniſſent. in gl. 2. in fi. ver. illud aũt cõſtat. extrà de teſti. ubi dixit, ꝙ in eum, in quo nunquam fuit iuriſdictio, in illum non põt iuriſdictio prorogari, per l. priuatorum. C. de iuriſd. om. iud. tamen in eo, qui aliàs habuit iuriſdictionem, licèt fuerit extincta, poterit ipſa iuriſdictio ꝓrogari. quod dictum refert & ſequitur D. Fely. in c. cæterũ. in 11. col. extrà de reſcrip. de quibus dixi in ſing. meo 35. inc.
7 ille, qui nunquam, &c † vide tamen glo. in ca. accedens. 50. diſt. quę dixit, ꝙ clericus degradatus p̃t percuti, & percutiẽs eum non incidit in canonem, ſi quis ſuadẽte. 17. q. 4. quam glo. refert & ſequitur Barba. in c. ſedes apoſtolica. in 5. colu. extrà de reſcrip. ſed eam allegat, ꝙ non poſſit percuti ſine excommunicatione. ſed glo. illa dicit ꝯrium, ſ. ꝙ poterit percuti ſine excõmunicatione. Et idem uoluit gl. in c. dictũ. 81. diſt. de qua materia vide ẽt alia plura, quæ dixi in ſing. meo 107. inc. priuilegium dignitatis, &c. & in ſingu. 179. inc. viget
8 communiter ſtatutum, &c. † Nota etiam ex iſto tex. in fi. in uerbo, habuerit, &c. ꝙ ita punitur affectus, licèt nõ ſequatur effectus in veneno, ſicut in homicidio, nã ille qui emit venenum ut alicui daret, punitur pœna huius legis, ac ſi illud dediſſet. ita probat text. iſte, & idem probat text. & hoc voluit ibi Bar. in l. 1. in fi. infrà de parric. & in l. 1. C. de malefi. & mathe. quod ẽt firmauit per dicta iura Ang. de Aret. in tracta. malefi. in verbo, & ex interuallo dictus Titius ex dictis vulneribus mortuus fuit, & eſt &c. in uerſi. ſed aduertas ne erres. & hanc opinionem ibi approbat Do. Augu. in ſuis addi. vbi dicit, ꝙ Ioan. Fab. in §. alia. Inſtitu. de public. iudi. tenet hanc opi. & idem vr̄ tenere Salic. in d. l. 1. C. de malefi. & & mathe. Dicit tamen D. Aug. in d. addit. ꝙ ſecundùm formam ſtatutorum Italię, & generalem totius mundi cõſuetudinem, non punitur affectus niſi ſequatur effectus, & ſic eſt derogatum d. l. is, qui cum telo. & ſimilibus, & etiam iuribus pręallegatis loquentibus de veneno. & ad hoc allegat dictum Spe. in tit. de accuſatore. in 1. parte. in §. 1. in uer. ſed pone primò aliàs, quid ſi primò. quod dictum refert & ſequitur Ang. in l. 1. in §. hæc uerba. ff. quod quiſq; iur. & Bald. in l. 3. C. de ſer. fug. & Lud. Rom. in l. damni. §. Sabini. s̄. de dã.
9 infecto. † Sed hoc fallit in crimine læſæ maieſtatis & in aſſaſſinio, quia in iſtis duobus criminibus punitur affectus, licèt non ſequatur effectus. ita dicit Do Aug. de Ari. in dicta addi. vbi dicit, ꝙ hoc uoluit Bald. & Ang. in d. l. 1. §. hæc uerba. s̄. quod quiſq; iuris. & eſt tex. in aſſaſſinio, in c. 1. de hom. in 6. & idem dicas in oppugnatore patriæ, licèt non ſequatur effectus, ſecũdùm Ang. in d. l. 1. §. hæc uerba. s̄. qđ quiſq; iur. Et ex iſtis ſum expeditus de textualibus, ideo capio glo. unicam, quæ clara eſt. Nam inquantum tex. hìc dicit, ꝙ uendens uenenum in publico, punitur hac lege, ergo ur̄ ꝙ uendens illud in loco priuato non puniatur, quia qui unum dicit, aliud excludit. & tamen etiam punitur, qui uendit uenenum in loco priuato. & ideo glo. dicit, ꝙ debet ſuppleri hìc in tex. dictio, maximè, quia etiam ſi in priuato, punitur mitius, ſcilicet pœna extraordinaria. Sed op. de tex. in l. fi. s̄. de ritu nupt. ubi dicitur, ꝙ magis punitur qui clam facit, q̃ qui palam. cuius contrarium hìc dicitur. Sol. ꝙ hic tractatur de re fieri prohibita, ibi de re fieri permiſſa, quæ redditur ſuſpecta ſi fiat clam. & ideo dicit hìc glo. quod ſi addimus uerbum, maximè, non erit aliqua dubitatio. Sequitur. §. adiectio.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Triplex eſt genus veneni, ſed ſolùm quod nocet punitur.*
2 *Delictum ſine dolo punitur culpa interueniente.*
3 *Qui dat poculum amatorium, punitur vltimo ſupplicio.*
4 *Medicina dicitur venenum, ſed bonum.*

§. Adiectio. Et hoc intendit. Qualitas verborum rem diuerſificat. Et inter duo extrema datur medium,& homicidium ſine dolo, ex culpa tamen commiſſum,non punitur pœna mortis,ſed alia mitiori pęna,hoc dicit vſq; ad §.alio.Caſus,&c.Nota.ex iſto tex. dictū
1 in ſummario. † Item nota ēt,ſecundum Bar. ꝙ triplex eſt genus veneni,nam aliquod eſt venenū malum ad occidendum,aliquod eſt venenum bonum ad ſanandum,& tertiū eſt genus veneni,quod datur ad amorem captandum, vel manutenendum,& conſeruandum,quod venenum nō occidit,nec ſanat,ſed homines incitat, & inducit ad amorem vel odium,quod venenum dr̄ potius maleficium, q̄ venenum,& de eo tractatur in tit.de malefi.& math. & in vulgari dicuntur maliæ vel fatturę,ex quib. homines infirmātur, nec à medicis cognoſcitur eius ægritudo,& ex talib. maleficijs ſeu malitijs homines,& mulieres moriuntur,& ſi non moriuntur,ſaltem debilitantur,& annihilantur dietim,tanquam habentes morbum Gallicum. & de iſtis facientibus ſimilia maleficia eſt magna copia in Valle Lugani, vbi ego per biennium fui Capitaneus,& quamplures fœminas habui in fortijs,q̄ ſimilia fecerant. Et audeo dicere, ꝙ tales deberent durius puniri q̄ dantes vel facientes venenum ad occidendum,qa tale venenum occidit intra paucum tp̄s, talia aūt venena nō occidunt,ſed dilacerant homines,adeò ꝙ non ſemel moriuntur,ſed milies. Nota ēt ex hoc tex. ꝙ licèt ſit triplex genus veneni, attamen vnicum genus tm̄,ſ.
2 ad occidendum,punitur hac lege. † Vlterius nota ex iſto §.in vltimo reſponſo, ꝙ delictum ſine dolo punitur culpa interueniente,quod verum eſt, non ordinaria pœna delicti,ſed alia mitiori pœna,vt hìc. Alij ſunt ēt caſus,in quibus delictum commiſſum ſine dolo & propoſito delinquendi punitur.nam eſt tex.in c. fi.de homic.in 6.in l.qm̄ multa facinora.C.ad legem Iul.de vi.alius eſt in l. 1. §. ex incendio.ſ. de incen.rui.naufr.alius in l.ſi quis aliquid.§. abortionis.infrà de pœn. de quibus caſibus latius locutus ſum in l. 1. §.
3 diuus.ſ.eo. † Expeditis notabilibus,arguit hic Bar.ↄ hunc text.de d.l.ſi quis aliquid.§.abortionis.infrà de pœn. vbi dr̄, ꝙ ille qui dedit poculum amatorium, tenetur hac lege, & punitur ultimo ſupplicio,ſed hìc dr̄ ꝙ mitiori pœna punitur,ergo.Sol.ꝙ hìc à principio dedit medicamentum cauſa cōceptionis,& ſic cauſa rei licitæ,ſed ibi dedit cauſa abortionis,& ſic cauſa rei illicitæ,& ſic non obſtat. Venio modò ad gl.q̄ claræ ſunt.nam 1. glo. allegat concordantias ad hunc tex.inquātum dicit ꝙ venenum aliquod eſt bonum, & aliquod malum.& allegat l.qui venenum.infrà de verb. ſign.vbi eſt ſimilis tex.& allegat ēt l. quod ſæpe. §. veneni.ſ. de contrah.emp.ad quod ēt eſt tex.in l.cæterę.in §.mala me
4 dicamenta.ſ.fam.erciſc. † Et ſic poteſt notari ex iſto tex. & gl.ꝙ medicina dr̄ venenum in ſe bonum.

Vltima glo.eſt clara. nam tex.dicit,ꝙ venenum ſeu poculum amatorium,appellatur venenum,& gl.exponit verbū, appellatur,pro continet.& ſic vult dicere tex.ꝙ verbum,venenum bonum,eſt venenum ad ſanandum, & malum, ad occidendum.& ēt illud,quod datur ad amorem continet. ad quod allegat l.ſi qs aliquid.§.abortionis.infrà de poe. ſed ille tex.eſt ↄrius,ſed ſolue vt.ſ.dixi,ſecundùm Bart. hìc non ſunt alia,ideo ſequitur §.alio ſenatuſconſulto,&c.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Aromatarij vendentes venena,an puniantur.*

§. Alio ſenatuſconſulto. Et hoc intendit, Aromatarij temerè dātes vel vēdentes res nocituras hìc deſcriptas,tenentur
1 pœna huius legis,hoc dicit. † Nota iſtum tex.ſecundùm Ang.ↄ Aromatarios,q vendunt aromata venenoſa, vt teneantur pœna huius legis,ſi temerè illa uendunt.Et dicunt̄ vendere,quando illa vendunt diſcholis,& incognitis,ſecundùm Ang.& poteſt poni exēplum, ſi aliquis Aromatarius tales res vendat aliquibus fatuis,vel alicui ſeruo, ſeu alicui meretrici,& ſic perſonis,in quibus poteſt cadere aliqua ſuſpitio,ꝙ talia uelint adoperare in damnum alicuius,ſecus ſi illa vendūt probis viris,vel aliquib.patribusfamilias,in quorum perſonis nulla cadat ſuſpitio. Et pōt póni exemplum in probis viris ementibus venenum, vt interficiant mures vel alia animalia damnum dantia,vt ſępe occurrit de facto. Alia notabilia hìc non colliguntur,& glo.ſunt claræ, ideo aliter non inſto in hoc.§.verba autem poſita in tex.ſunt nomina herbarum & certarum rerum, quæ vtuntur ſolùm contra bonos mores.Sequitur.§.item is cuius.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Permittens familiam ſuam ſumere arma ad aliquid faciendum,punitur.*

2 *Statutum puniens receptantem bannitum, non compræhendit qui coactè receptauit.*

3 *Statutum puniens intrantem palatium, non compræhendit coactè intrantem.*

4 *Nauis ueniens ad portum propter tempeſtatem, non tenetur ſoluere gabellam.*

1 §. Item is, cuius. † Et hoc intendit.Hac lege punitur,qui permiſit eius familiam arma ſumere adipiſcendæ vel recuperandæ poſſeſſionis cauſa. Item & ille, qui fuit auctor ſeditionis, & qui ſumpſit naufragium,& qui iniuſtè cauſam dedit, vt innocens circunueniretur,& qui hominem libidinis vel alia iniuſta cauſa caſtrauerit,hoc dicit vſq; ad §.legis Corneliæ.Caſus eſt clarus. Nota ex hoc tex. plura prohibita,quæ ſi fiant puniuntur hac lege Corn.de ſica. Et quia Doct.non legunt hos.§.cùm non habeant materiam ſubtilem, iō nec ego ſuper eis inſtabo. Solùm ego dico,ꝙ iſte text.in §.item is, cuius,in ver.ſciente.iuncta gl.q̄ dicit,& prohibere valente, pt̄ allegari ad intellectum c.ſicut dignum.de homi.& c.error. 83.diſt.in quibus dr̄,ꝙ non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ,qui manifeſto facinori deſinit obuiare. nam hoc debet intelligi,quando pōt obuiare,& non aliter. Similiter, qd̄ dr̄ in d.c.error.videlicet,cui non reſiſtitur,approbatur.hoc eſt verum,ſi pōt reſiſti,& non aliter, per hunc text. cum gl. Et ſcias ēt in materia iſta, ꝙ ille dr̄ ſcire,qui ſcit & poteſt ꝓhibere. ita dixit text.in l.1.in ver.is aūt.ſ.ſi familia fur.fe. dic.
2 † Et iſte tex.cum gl.ſimiliter facit ad deciſionem quæſtionis poſitæ per Do.Flo.in l.omnibus.ſ.de noxa. ubi dixit per illū tex.ꝙ ſi ſtatutum punit receptantem bannitum,ꝙ non eſt puniendus ille,qui receptauit bannitos,eo quia non potuit prohibere eos intrare volentes domum ſuam. & ponit exemplum dicens,puta ſi erant decem banniti inſimul qui iuerunt ad domum ruſtici & ſibi dixerunt, niſi nobis aperias domum,imponemus ignem in domo.ex quib.verbis dubitans,& timens ipſe ruſticus,ꝙ comburant domum aperuit domum.ꝙ non eſt puniendus aliqua pœna,ꝓ quo
3 optimè facit text.iſte coniuncta glo. † Et ſimiliter iſte tex. facit pro dicto Bal.ſuper ſtatutis in verbo,pęna,in 8.colum. in pen.ver.vbi dixit,ꝙ ſi ſtatutum punit intrantem palatiū certo tp̄e,ꝙ non cadet in aliquam pœnam ille,qui certo tēpore fuit impulſus ſeu ſpinctus per vim in palatio, & non
4 potuit prohibere,& reſiſtere quin intraret. † Et facit etiam pro dicto Bar.in d.l.j.C.de naufr.lib.11.vbi dixit,ꝙ ſi pp tempeſtatem maris aliqua nauis venit ad portum, tunc nō debet ſoluere gabellam,licèt ſtatutum velit, ꝙ naues venientes ad portum ſoluant tantum, quia nauta non potuit prohibere, ꝙ illa nauis eo inuito non veniret ad portum. pro quo dicit Bar.eſſe caſum ibi.& allegat ēt.l.Cæſar.ſ.de publi. & in l.fi.§.ſi pp tempeſtatem.eo.tit.quod dictum refert & ſequitur Luc.Rom.in repe.l.ſi verò.§.de viro.in 54.fallen.ſ. ſol.mat.ver.23 probatur,&c. Et facit ēt iſte tex.cum gl. pro eo,quod voluit Bal.in auth.habita.C. ne fil. pro patre. in 7. col.ubi dixit,ꝙ prohibitus intrare locum ſub pœna, ſi illuc intratur per uim,ꝙ non cadit in aliquam pœnam,ſi prohibere non potuit, & facit ēt iſte tex.cum glo. ad plures alias qōnes, quas latiſſimè poſui in l. 1. in §. præterea.in 3.4.& 5. col.infrà de qōni. Et aduertas,ꝙ iſte tex.ſimpliciter loquēs de familia ſumente arma, ꝙ debet intelligi, ſi in ipſo actu adipiſcendæ uel retinendæ poſſeſſionis ſequutum fuerit homicidium,quia non ſequuto aliquo homicidio ex ſola delatione armorum,non punitur qs pęna huius legis.& ſic tex.iſte concordat cum.l.qm̄ multa.C.ad leg.Iul.de vi publ. Et ſimiliter intelligitur tex.inquantum loquitur de ſeditione,ſi pp talem ſeditionem factum ſit homicidium,aliàs ſecus.Et inquantum tex.iſte loquitur de naufragio,dicas ꝙ ille,qui aliquid ſubripit de littore maris de rebus naufragij, uel ēt ex incendio,punitur ad quadruplum intra annum, poſt annum uerò ad ſimplum, & pōt ēt criminaliter cōueniri ꝓ furto.l.in eum.& ibi Bald.C.de fur. Item etiam talis ſubripiens punitur quandoq; arbitrio iudicis,ut habetur in l.uniuerſi.C.de naufr.lib.11.Sequitur.§.legis Corneliæ.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Differt pęna legis Corneliæ, quæ olim fiebat, à pęna quæ nunc fit,& circa delicta nobilium,& ignobilium. nu.2.*

§. Legis Corneliæ. Et hoc intendit. Olim pęna legis Cor.de ſica.erat deportatio & omnium bonorum ademptio,hodie aūt eſt pœna capitis in pſonis uilibus,in digniorib. aūt eſt deportatio in inſulā,hoc dicit uſq; ad §.trāsfugas. Caſus,&c. Nota ex hoc
1 tex.q̄ ſit pęna legis Corn.de ſica.hodie, & q̄ erat olim. † Itē nota differentiā pœnæ eiuſdē delicti inter nobiles,& ignobiles. Et dicit hìc Ange.ꝙ hæc pœna ſubijciendi homines

bestijs

beſtijs hodie non eſt in vſu, ſed eius loco ſucceſſit pęna decapitationis naturalis. Dicit ẽt, ꝙ pro hoc ꝙ pro homicidio ſit pœna decapitationis, eſt tex. in l. nemo. C. de epiſ. audien. ibi, homicida quod fecit, expectet, &c. & ad hoc ẽt allegat text. in l. ſi adulterium cum inceſtu. in §. Imperatores. ſ. de adult. & glo. Inſtit. de publ. iud. in §. item lex Corn. de ſica. & text. in c. 1. §. ſi quis hominem. de pace tenenda. Sed de hoc
2 dicas, vt ego dixi in l. 1. in princ. ſ. in hoc tit. † Et ſubdit ipſe Ang. ꝙ ẽt pœna deportationis non eſt in vſu, q̃ pęnat habet locum in hominib. in dignitate poſitis. ſed ẽt talis pœna nõ eſt in vſu, & iõ dicit ſe credere, ꝙ tales in dignitate poſiti debent puniri pœna mortis. Alia hic non dicuntur, & gl. nõ ſunt obſcuræ, quas expediã in voce: iõ ſequit. §. transfugas.

S V M M A R I V M.

1 *Transfuga pro flagitio commiſſo, ſicut hoſtis, poteſt occidi.*
2 *An occidens bannitum in manibus familiæ, teneatur.*
3 *Statutum dans præmium occidenti bannitum, an comprehendat ẽt occidentem extra territorium ſtatuentis.*

1 §. Trãsfugas. † Et hoc intendit. Transfuga pro flagitio commiſſo, velut hoſtis, põt occidi vbicunq;. hoc dicit, ſecundùm Angel. Caſus, &c. Nota dictum in ſummario. Item hunc text. vtentẽ illo verbo, vbicunque, limitat Ange. poſt Bar. non procedere indiſtinctè, quia ſi talis transfuga eſſet in manibus familiæ, aut eſſet in carcere conſtitutus, tunc non poſſet occidi, niſi autoritate iudicis, qa reus captus poſt capturã vel carcerationem, incontinenti habet ſecuritatem à lege. vnde offendẽs eum tunc, debet puniri lege Iul. maieſt. vt habetur in l. fi. infrà de legati. cõiuncta. l. 1. ſ. ad leg. Iul. maieſt. & coniuncta l.
2 fin. C. de malefic. & math. † Ex quibus, dicit Ang. hìc uotã dum eſſe pro, & ꝯ bannitos, qa cùm ſint hoſtes, vt in l. amiſſione. in §. q deficiunt. ſ. de capi. dimi. vbiq; poſſunt occidi, vt hic. ſed non poſtq̃ venerunt in fortiam cõis. Et Bartol. & Ange. hìc dicunt, ꝙ Dy. in l. in laqueum. ſ. de acquir. rerum dom. ponit hanc quæſt. & ꝙ Iacob. de Are. eam diſputauit, & ambo determinant, ꝙ talis bannitus captus non põt occidi. quod probat ſic per hunc tex. licèt occidere hoſtes, ſed poſtquam ſunt capti non poſſunt occidi, ſed debent ſeruari, vt in l. & ſeruorum. ſ. de ſtatu homi. ergo poſtq̃ eſt captus bannitus, non põt occidi. q̃ opi. placet Bar. hìc, vt ipſe aſſerit. primò, qa homines poſitos in carceribus non licet occidere, vt in l. fi. ſ. de cuſto. reo. Sed iſte, q eſt à familia detentus, vel ducitur, põt dici incarceratus, vt in l. q neq;. infrà de verbor. ſignif. ergo non põt impunè occidi. Item pro hoc facit ẽt ſecundùm Bar. nam illi, q veniunt ad ciuitatem, de neceſſitate dicuntur habere ſecuritatem iterũ a lege, vt dicimus in legatis, vt l. fin. infrà de lega. & l. 2. ſ. de iudi. in §. eleganter, vt ẽt dicimus in teſtibus, qui teſtimonij cauſã in iudicio vocantur, vt in d. l. 2. in §. eum, q teſtimonium. Sed iſte, qui ducitur à familia, venit de neceſſitate, ergo debet habere ſecuritatem datam à lege, & ſic incidit in legem Iuliã maieſt. vt in d. l. 1. ſ. ad leg. Iul. maieſt. & facit l. vlt. C. de malefi. & mathe. Ita reſidet Bar. hìc. Sed tu vide, q̃ ego in materia iſta dixi in l. 1. in princ. in ampliationibus ad illum tex. ſ. in hoc tit. vbi plura adduxi in propoſito, & ad corroborationem præ
3 dictorum: † Quæri poſſet ẽt, ſi ſtatutum dat præmium occidenti bannitum, an comprȩhendat ẽt occidentem bannitum extra territorium ſtatuentis? hìc text. in verbo, vbicunq;. facit ꝙ ſic. & voluit Bald. in conſi. ſuo 397. incip. præmittendum eſt ad euidentiam. in 6. vol. in fi. de quo ẽt vide Bal. in cap. ex literis. in fi. de conſtit. & in l. accuſatio. C. quod metus cauſa. & Bal. ſuper ſtatu. in verbo, bannitus. verſi. 2. & Dom. Nellum in tracta. banni. in 2. parte ſecundi tempo. q. 56. 57. 58. & Alexan. in ſimili, in conſ. 41. incip. viſis. in 1. col. verſi. nec etiam vr̃ obſtare. in 5. vol. & Bal. in mag. ſua, in litera, E. in ver. excommunicatus repellitur etiam ab accuſatione. circa medium. & vide Iaſo. in l. fi. in princ. ſ. de iuriſd. omnium iudic. Et ex iſtis ſunt expedita textualia. de materia huius. §. vide Bar. in l. omnes populi. in 3. qõ. princ. in 9. colu. ſ. de iuſt. & iure. Capio gloſ. vnicam, quæ opponit de l. 3. C. de ſer. fugit. & poſtea ſoluit, ꝙ ibi loquitur iuris lator in delinquente, qui erat in itinere, & nondum perfecerat delictum, hìc autem loquitur in delicto iam perfecto. poſtea glo. allegat pro concordantibus. l. ſi quis. §. 2. infrà de pœn. & l. proditores. infrà de re milita. Sed tu dicas, quòd dicta l. 3. C. de ſeru. fugit. non poteſt allegari pro contrario, quia ibi ille ſeruus fugiens nõ poterat dici hoſtis ciuitatis, quod hìc eſt ſecus. Sequitur. l. lege Cornelia.

S V M M A R I V M.

1 *Iudices procedentes contra leges, puniuntur.*
2 *Barataria eſt crimen læſæ maieſtatis.*
3 *Officialis conuincitur de crimine baratariæ per iuramentum accuſatoris.*
4 *Iudex recipiens pecuniam à parte poſt latam ſententiam, nõ poteſt puniri de barataria, nec ſententia dicitur venalis.*

LEge Cornelia Et hoc intendit. Officiales in cauſis criminalibus procedentes contra leges, hac lege Cornelia puniuntur,
1 hoc dicit. Caſus, &c. † No. iſtum textum, ſecundùm Angelum, nam tradit regulam ꝯ omnes magiſtratus, & oẽs iudices maleficiorũ facientes aliquod illicitum in necem hominis, nam tales tenentur lege Cornelia. Et ideo exclamat hìc Ange. dicens, caueant oẽs aſſeſſores, ut non torqueant aliquem ſine cauſa, quia torquẽdo faciũt illicitum, & in necẽ torti, ergo tenetur lege Cornelia. Et ſi Poteſtas vel alius ſuperior uellet facere aliquid iniuſtum, proteſtet aſſeſſor ſe non conſentire, aliàs teneretur in ſyndicatu. Ita inſtruit iu-
2 dices tex. in l. qm̃ iudices. C. de appellatio. † Ego autem conſiderabam hunc text. in uerſi. ꝙ legibus permiſſum non ſit, & dicebam, ꝙ cum barataria iudicibus ſit prohibita legum prohibitione, ut habetur per ſcribentes in authẽ. ſed nouo iure. C. de pœna iudic. qui malè iudic. ubi dicunt, ꝙ crimen baratariæ eſt crimen læſæ maieſtatis. quod etiam uoluit D. Paris de Puteo in tracta. ſuo ſyndic. in 94. charta. in 3. colu. ꝙ hac de cauſa iudex committens baratariã, cùm faciat rẽ lege prohibitam, debet puniri pœna huius legis, ꝙ optimè probat iſte text. inducendo eum, prout ſuprà induxi. De quo crimine baratariæ uide Baldum in l. obſeruare. in §. pꝛ ficiſci. in nona quæſtione, ſ. de officio proconſul. & in l. 1. §. 1. infrà de fal. ubi habetur, ꝙ barataria eſt crimen capitale, & punitur, ſicut falſitas. Et uide Ang in Auth. ut iudices ſine quoquo ſuffragio. in §. ſi quis autem. in primo notabili.
3 † Et circa materiam iſtam baratariæ tene menti duo, primò quod officialis conuincitur de barataria per iuramentum accuſationis, ſecundùm gl. & Ang. in Auth. ut iudices ſine quoquo ſuffragio. in §. oportet. el primo. pro quo facit notabile uerbum Baldi in c. 1. in 2. colu. ſi de inueſtitura inter Dom. & uaſal. lis oriatur. ubi dicit, ꝙ ſolus teſtis productus ab eo, contra quem fuerat corruptus pecunia, ne teſtimonium diceret ꝯ corrumpentem eum, plenè probat: qđ dictum refert & ſequitur Dom. Fely. in c. licèt cauſam. in 5. columna, extrà de probatio. de quo ego dixi in ſingul. meo
4 112. incipiente, in ore duorum. † Et teneas ẽt menti aliud not. ꝙ licèt iudex recipiens pecuniam pro ſententia, dicat committere baratariam; attamen ſi pecunia ſit data iudici poſt latam ſententiam, tunc ualet ſententia, nec dr̃ uenalis, nec poterit iudex puniri de barataria. ita not. dixit Petr. de Anchar. in conſ. ſuo. 272. incip. de titulis criminum. in pen. col. quod dictum refert & ſequitur D. Fely. in c. tua nos. de ſimo. in fi. pro quo uide eundem Pet. de Anchar. in conſil. ſuo 202. incip. præmittendum eſt. in prin. & Bal. in conſilio 490. incip. proponitur, ꝙ dictus Proſcelus. in uerſi. ſuper primo puncto. in 4. uol. de quibus etiam uide, quȩ ego plenius dixi in ſing. meo 190. incip. iudices, &c.

Alia facientia ad principium huius legis, dixi. ſ. in hoc tit. in l. 1. §. 1. ideo aliter hìc non inſiſto, nec aliquid dicendum eſt in glo. paruula hìc. Sequitur. §. cùm quidam.

S V M M A R I V M.

1 *Factum per laſciuiam, non punitur vera pęna delicti.*
2 *Statutum puniens aliquem præſumentem, & ſic notans dolum, & temeritatem, non ligat hominem ſimplicem contrauenientem ſine dolo.*
3 *An & quando lata culpa æquiparetur dolo.*
4 *Pro lata culpa quis poteſt ad mortem condemnari.*

§. Cùm quidam. Et hoc intendit. Dans cauſam morti per laſciuiam, non punitur pœna mortis, ſed mitius, hoc dicit uſq; ad §. conſtitutũ.
1 Caſus, &c. † Nota, ꝙ factum per laſciuiam non punitur uera pęna delicti. Et idem dicas à fortiori in dicto per laſciuiã, quia non punitur, ut aliàs puniretur ſine laſciuia. tex. eſt no. in l. unica. C. ſi quis Imper. maledixe. ubi dicit tex. ꝙ id, quod
2 ex leuitate procedit, contemnendum eſt. † Et ad materiã huius. §. ſatis põt applicari not. uerbum Car. in cle. 1. in 39. q. de priuilegijs. ubi refert ſe conſuluiſſe, quòd illa clauſula, puniens aliquem præſumentem facere ibi prohibita, & ſic notans dolum & temeritatem, non ligat hominem ſimplicem contrauenientem dictæ clauſulæ ſine dolo uel præſumptione, quia ceſſat reſpectus, quem lex conſiderauit.

quod dictum refert & ſequitur D. Fely. in c. qm̃ contra. in 5.col.de proba.vbi dicit,ꝙ non legit alibi tam notab.verbũ. poſtea dicit,ꝙ prius ante Card.iſtud conſuluit Io.Cal.in tit. de ſent.excom.in conſi.4.incip.ſacerdos parochialis. vbi latè conſuluit,ꝙ non faciens in contemptum, non incurrit pœnam legis,quæ vtitur verbis denotantibus dolum. pro quibus faciunt dicta per Alex.in l.fi.ſ. qui ſatiſd. cog. vbi dicit,ꝙ periurium non committitur ſine dolo. de quo dixi in l.de minore.in princ.infrà de quæſtio. Et facit dictũ Bal. in auth.hodie.in 2.col.C.de appell.vbi dicit,ꝙ ſi procurator bona fide ceſſauit appellare, quia putabat ſententiam eſſe iuſtam,ꝙ tunc dominus non põt appellare, nec habere regreſſum ꝯ procuratorem,etiam ſi eſt ſoluendo.quod dictũ reputabat mirabile D.Fely.in c.1.in 5.col. ver. pulchrè etiã, &c.extrà vt lite non conteſtata.de quibus ego latius dixi in ſing.meo 287.incip.tetigi tibi,&c.

3 † No.etiam ex hoc tex. ꝙ delictum ſine dolo,culpa tamen commiſſum,non punitur pœna mortis,ſed alia mitiori pœna.quod etiam probatur in l.1.§.diuus.ſ.eo.vbi dixi.& in ſing.meo 176. incip. voluntas,&c. Et ſcias,ꝙ licèt lata culpa in delictis dolo æquiparetur,ſecundum glo.& Doct.in l.in actionibus.ſ.de in lit.iuran.& habetur per Bar.in l.j.ſ.de leg.& in l.quod Nerua.vbi omnes.ſ.depoſi.tamen hoc non eſt verum, quando eſt imponenda pœna corporalis,quia tunc lata culpa non ęquiparatur dolo.tex.eſt in l.in lege Cor.infrà eo.& notab. in l. is,qui cum telo.C.eo.& voluit etiam glo.in l.ſed ſi quacunque.ſ.ad leg.Aquil.& glo.& ibi Doct.in d.l.in actionibus.& in l.ſi mora.ſ.ſol.mat.& habetur latè per Do. Barth. Cœpo. in conſ.ſuo 30.inc.ragatij ſcholarium.in 2.col.& in conſilio 33.incip.multa poſſent.in 2.& 3.col.de quo latius dixi in cõſil.meo incip.vltra alia,&c.in 2.char.& etiam dicam fortè in d.l.in lege Cor.vbi eſt propria materia.

4 † Et ſcias,ſecũdùm Ang.hìc,ꝙ licèt Bar.fuerit in opi. quod non inueniatur caſus,in quo pro lata culpa homo poſſit ad mortem damnari, tamen ipſe Ange.dicit contrarium eſſe verius videlicet, ꝙ etiam pro lata culpa quis poteſt ad mortem condemnari, & allegat duo iura. primò tex.in l.pen.C.de cuſt. reo. Itẽ tex.in l.pen.ſ.de incẽ.rui.& nauf.vbi ſunt bona iura ad hoc. Alia hìc non ſunt dicẽda.& gl.vnica huius tex. ſuper verbo, laſciuiam,clara eſt.nam dicit,ſi per laſciuiam, ergo per culpam.& ad hoc allegat concordantias, in quibus dicitur ꝙ homicidium culpoſum non punitur pœna mortis,ſed alia mitiori pœna.Sequitur.§.conſtitutum.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Faciens ſpadonem etiam volentem,punitur.nu.10.*
2 *Baruarij prohibiti accipere certum quid à debitore pro pignore,non poſſunt etiam illud accipere à debitore illud dare volente.*
3 *Medicus ſtipendiatus de publico,non pteſt præmium ab infirmis petere.*
4 *Prohibitum dari propter bonum publicum, prohibetur accipi à ſpõte dante.*
5 *Abſens an poſſit condemnari,& in quibus caſibus.*
6 *Nemo eſt dominus membrorum ſuorum.*
7 *Nemo poteſt ſe ſubmittere torturæ.*
8 *Volens non poteſt impunè percuti.*
9 *Occidens ſeipſum,punitur in publicatione bonorum.*
11 *Statutum puniens facientem ſanguinem in palatio,non habet locũ in barbitonſore flobotomante infirmum.*
12 *Appellatione medici,venit qui facit ſpadonem.*
13 *An medicus faciens ſpadonem,ipſe & ſpado puniatur in publicatione bonorum.nu.16.*
14 *Verba appoſita in principio diſpoſitionis,intelliguntur repetita in fine ipſius.*
15 *Vbicunq; duæ quæſtiones formantur & poſt eas formatas vna reſponſio vel concluſio ſequitur,illas ambas decidit.*
17 *Ex identitate rationis fit extenſio in pœnalibus,& odioſis.*
18 *Statuta odioſa debent reſtringi,niſi eorum extenſio tendat ad fauorem reipublicæ.*
19 *Conſtitutio,quæ aliàs extenditur ex identitate rationis, nunquam extenditur reſpectu pœnæ.*

1 C.Conſtitutũ. Et hoc intẽdit.Faciẽs ſpadonem ẽt volentem, punitur hac lege,ẽt cũ publicatione bonorũ fiſco applicanda. Et qui ſponte fecerit ſe fieri ſpadonem, punitur hac eadem lege, cum nemo ſit dominus membrorũ ſuorum,hoc dicit iſte.§.vſq; ad ſi.l.Caſus. No.ex hoc tex.primò pœnam facientis aliquem ſpadonem,& ratio eſt, quia ille qui facit ſpadonem,dicitur homicida,ſecundùm Bald. in l. 1.C.de eunu.Item no.ꝙ qui ſponte ſe fecerit fieri ſpadonẽ, punitur hac lege,ipſe & qui eum fecit.Ex quo teneas menti hunc tex.ad unum videlicet,ꝙ quando aliquid ob publicam vtilitatem prohibetur,ꝙ ẽt ille, in cuius vtilitatem fit prohibitio non põt conſentire,& ſi conſentit, tamen eius conſenſus non operatur,vt veniens ꝯ prohibitionem non puniatur,quod eſt notandum. & facit ad plura.

2 † Et maximè ad quõnem,quam aliàs tetigi in l.ſtipendia. C. de exe. rei iud.vbi plura poſui,quæ ſunt prohibita accipi pro pignore à baruarijs vel executoribus ſub pena,ꝙ etiam nõ poterint illa talia accipi debitoribus volentibus, & ſi accipiãtur ipſis ẽt volentibus,cadent in pœnam ipſi accipientes.ita etiã probat text.in l.vnica.C.de ſalgamo hoſpiti non præſtanda.lib. 12.& text.in l.fina.in §.1.C.de re milit.libro 12. & in l. 1.circa finem.C.de raptu virg. & in l.ſpem.C.q̃ res pign. ob.poſ. ꝙ fac.l.commodis.ſ.de re iud.& in c.dilectus. el ſecondo, de ſimo.

3 † Et faciunt optimè dicta per Dominum Fely. in capit.tua nos.in vltima col.circa medium. de homic. vbi dicit,ꝙ medicus q eſt ſalariatus de publico,non debet petere præmium ab infirmis,ſecundùm Bar.in l.archiarij. C. de de profeſ.& medi.lib.10.nec talis medicus poterit accipere præmium etiam à ſponte dantibus,licèt Ang. in d. l.archiarij.teneat contrarium,& malè. Et ſubdit etiam ipſe Dom. Fely.in d.c.tua nos. ꝙ Notarius antianorum ſalariatus de publico,nihil poteſt accipere à ſponte dantibus. & allegat hoc voluiſſe in l.munerum.in §.fi.infrà de reg. iur.

4 † Et faciunt etiam dicta per Dom.Fely.in c.1.in fi.de ſymo. vbi dicit, ꝙ prohibitum dari propter bonum publicum, prohibetur accipi à ſponte dante.allegat glo.in l.inuitus.in §.fina. infrà de reg.iur.& dicit quod idem tenet Bald. in auth. ſed ſed hodie.C.de epiſcopis & cler.& glo.in c.ſtatutum.§.fi.de reſcr.in 6.& c.exigit.cum glo.de cenſi.eo.lib. Et faciunt ẽt plenius dicta per me in l.vnius.in §.ſeruus.infrà de quæſtioni.

5 † Item no.etiam ex hoc tex.in verſi. abſentes fuerint, &c.ꝙ hìc eſt vnus caſus,ſecundùm Bar.in quo abſens damnatur in pœna,quæ eſt vltra relegationem. Eſt etiam alius ſimilis caſus,ſecundùm eum,in l.ne diu.C.de pœnis. Alium etiam caſum ſimilem habemus per quandam conſtit. Henrici Imperatoris,quam promulgauit Piſis, in qua continetur,ꝙ in crimine læſæ maieſtatis abſens põt damnari. Et iſti ſunt tres caſus ſpeciales,licèt regulariter de iure communi non poſſint abſentes in criminalibus condemnari,niſi poſt litem conteſt.vt in l.abſentem.infrà de pœn.& ibi Bar. latè. & in l.abſentem.C.de accuſ.vbi latè loquitur Saly. in materia.Et hos caſus etiam ponit hìc Ang.& Ang.in l.penu.§.ad crimen.in 2.col.ſ.de pub.iudi.& Saly.in l.abſentem.C.de accuſa.de quo articulo, an poſſit de iure communi procedi contra abſentem.uide per Oldr.in conſi. ſuo 65. incip. hic agitur.in 1.col.poteſt tamen de iure communi procedi cõtra abſentem ad annotationem bonorum,vt per Bar.& Salyc.in dictis locis. Et tene menti,ꝙ in iſtis tribus caſibus, & in alijs ſimilibus,in quibus poteſt procedi contra abſentem admittitur procurator,ſecundùm Ange.in l.pen. §. ad crimen.ſuprà de publ.iud.in 2.col.

De iure autem mõnicipali omnia iſta ſunt ſublata,qa ex forma ſtatutorum Italiæ proceditur indiſtinctè contra abſentes in omni crimine vſq; ad ſententiam incluſiuè, &c.

6 † Nota vlterius ex iſto tex.in verſic.inuitum ſcientemve, &c.ꝙ nemo eſt dominus membrorum ſuorum. concordat.l.ita vulneratus.ſ.ad leg. Aquil.

7 † Et ideo nemo poteſt dicere, Domine torqueatis me,& iſtum quẽ accuſo de tali crimine,qa volo ſtare ſecum ad torturam, quia non habeo alios teſtes. imò ſi tali caſu iudex poneret eum ad torturam,puniretur,ſecundùm Dom.Fran.Bru.in tract.ſuo de indi.& tortu.in 16.char.in 1.col.de quo dixi latius.ſ.in l.1.in prin.in ampliationibus ad illum tex.ſ.in hoc tit. & in l. pen. in 1.col.infrà de quæſtioni. vbi videas.

8 † Hinc eſt,ꝙ etiam volens non poteſt percuti impunè, ſecundùm Bart. in l.1.§. vſque adeo. ſuprà de iniu. & Do. Alex. in l. quamuis.de in ius vocan.& Do.Fely.in c.ſolitę.in 2.col.de maio.& obe.qđ tamen intellige de graui percuſſione, ſecus autem de leui, ſecundum Docto.in locis præallegatis.

9 † Quinimo occidens ſeipſum punitur in publicatione bonorum ſuorum, vt in l.fi.infrà de bonis eorum,q ante ſententiam ſibi mor. conſciue.

10 † Nota etiam ex hoc tex.ꝙ medicus,q facit ſpadones tanquam committens rem prohibitam, debet puniri.ita probat iſte text. quod tamen eſt limitan. ſecundùm Ang.niſi hoc faciat medicus in perſonam alicuius patientis aliquam infirmitatem,de qua aliter curari nõ poſſet, qa tunc talis medicus non debet pati aliquam pœnam.

11 † Pro quo dico ego,ꝙ facit in arg.illud,quod dicitur de barbitõſore flobotomante aliquem in palatio, q patitur aliquam infirmitatem,vt non puniatur vigore ſtatuti dicentis, ꝙ faciens ſanguinem in palatio puniatur. ita dixit Bart. in l. oẽs populi,in 20.col.ver.ex prædictis,ſ. de iuſt. & iu. & ibi Bald. in 10.col.& Bar.in l.non dubium. in 3. col. C. de legi. & ibi

Bal.

Bal.in 5.col.& Bal.in l.ſi quis alieno.in §.cũ autem.ſ̃.de his,
qui notã.infa.& l.Gracchus.C.de adult.& in l.quamuis.ſ̃.de
in ius voc.& in l.benignius.ſ̃.de legi.& in l.decuriones.C.de
infa.& in c.1.in 5.col.de conſti.de quo latius per Moder.in
12 d.l.quamuis.† Nota vlterius ex hoc tex.in verbo,medico.ꝙ
appellatione medici,venit ille qui aliquem facit ſpadonẽ.
pro quo facit tex.in l.1.§.medicorũ.inf. de varijs & extraor.
cog.& hoc etiam voluit Bal.in l.1.C.mandati. quod facit ad
ſtatutum loquens de medicis.

Quæro modò de vno,in princ.huius.§.dicitur, ꝙ faciens
ſpadonem,punitur pœna legis Cor. de ſica. & publicantur
bona ſua.poſtea dicit, ꝙ medicus capite punitur qui fece-
rit ſpadonem,& ſimiliter qui paſſus eſt ſe fieri ſpadonem.
13 † Sed quæro,vtrum medicus & ille qui fecit ſe fieri ſpado
nem, vltra pœnam mortis puniantur in publicatione bo-
norũ,ſicut ſuperius dixi? In quo vr̃ dicendum,ꝙ ſic.primò,
quia verba reſpondentis debent referri ad omnia,& ad oẽs
qualitates in interrogatione poſitas,vt habetur in §. præte
rea.Inſti.de inuti.ſtipu.l.Titia.§.idem reſpondit.ſ̃.de ver.ob-
lig.l.1.C.de diuer.reſcrip.l.ſi defenſor.in §.qui interrogatus.
14 ſ̃.de interrog.act.† Ad prædicta etiam facit optimè tex. in l.
quemadmodum.in §.hęc verba.qui eſt.§.fi.ſ̃. ad leg. Aquil.
vbi dr̃,ꝙ verba appoſita in principio inſtrumẽti diſpoſitio-
nis,vel priuilegij,intelliguntur repetita in fine ipſius. & ibi
latè per Flo.& facit etiam not.text.in l.Seiæ. in §.Caio.ſ̃.de
fundo inſtruc.vbi glo.ponit concordantias.Et pro hac par-
te facit,nam ſi accuſatus eſt Titius,ꝙ adulterauit Bertã vxo
rem Titij,& ipſe Titius reſpondeat ſe cognouiſſe Bertã car
naliter; videtur etiam fateri Bertam eſſe vxorem Titij. Ita
dixit Pau.de Caſt.Rapha.& Ioan.de Imo.in l.ſi cui.la 2.§.ſi à
filio.ſ̃.de lega.1.& Bar.in conſi.ſuo inc.ſtatuto ciuitatis Flo-
rentiæ.& Rapha.in l.ſi defenſor.§.qui interrogatus.ſ̃.de in-
terrog.act.& idem in ſimili tenet Bal.in l.1.in pe.col.ver.ſed
nunquid.C.de ædil.actio.& Do.Feli. in c.nonne.in 1.col.de
præſump.& D.Alex.latius in dicta l.ſi cui.§.ſi à filio.de lega.
15 1.vbi reprobat tenentes contrarium.† Pro quibus facit,qđ
voluit Ang.in §.hinc nobis.in Auth.de hęredi.& fal.in fine.
vbi dixit,ꝙ vbicunque duæ quæſtiones formantur, & poſt
eas formatas vna reſponſio, vel concluſio ſequitur,ꝙ illas
ambas decidit.& eum ſequitur Do.Fel. in c.cauſam,quæ.in
3.col.de reſcript. Pro quo facit, quod voluit Bald.in l.quiſ-
quis.in prin.C.ſi cer.pet.vbi dixit,ꝙ quando finis legis deter
minat aliquam pœnam & præcedunt plura capitula, ꝙ vi-
dentur omnia determinata eadem pœna.Et dixit Gemi.in
c.vbi periculum.§.nulli.de elect.in 6.ꝙ vbi ſtatutum in im-
poſitione pœnæ enumerat plura prohibita,& vltimo pro-
hibito adiungit aliquam qualitatem reſtrictiuam,quòd illa
qualitas reſtrictiua refertur ad omnia enumerata. Et dicit
ibi Io.And.quòd ille tex.loquens de mittente nuntium vel
epiſtolam,vel de loquente ſecretè, debet intelligi ſi illa oĩa
fiant ſecretè. Et dixit notanter Bar.in dicta l.doli.per illum
tex.ſ̃.de ſer.corrup.quòd ſi ſtatutum dicit,ſiquis fecerit ſic,
& ſic,poſtea ſubiungit verbum,de nocte,quòd illud,de no
cte,refertur ad vtrumque. quod dicit eſſe multum notan-
dum.quæ proximè dicta refert,& ſequitur D.Fel.in d.c.cau
ſam,quæ.extrà de reſcript.& Soc.in conſi.ſuo 408. incip. in
præſenti conſultatione.in 3.col. circa fi. & in conſi. ſuo 43.
16 incip.viſa aſſerta,&c. in 1. col. † Ita dicendum videtur in ca-
ſu iſto,ꝙ cùm Iureconſultus ſuperius dixerit,ꝙ faciens ſpa-
donem punitur hac lege,de ſicarijs,cum publicatione bo-
norum, ꝙ etiam hoc idem quod in medico, & in illo qui
patitur ſe caſtrari, ꝙ puniuntur pœna huius legis, ꝙ etiam
intelligatur cum publicatione bonorũ, licèt expreſsè hoc
17 non dicatur.† Item pro hac parte facit optimè, quod dixit
Bal.in l.ſi quis id,quod.per gl.ibi ſ̃.de iuriſdict.om. iudi. vbi
dicit, ꝙ etiam in pœnalibus & odioſis fit extenſio de iden-
titate rationis.quod etiam voluit Innocen.in c. qualiter &
quando.el 2.de accuſ.pro quo eſt tex.in c.1.§.porrò. cum ſe
quenti.in tit. quæ fuit prima cauſa benefi. amit. qui text.eſt
melior de corpore iuris ad hoc,ſecundùm Bald.ibi.de quo
etiam per Alex.latius in d.ſi quis id, quod. ergo vr̃ dicendũ
in caſu noſtro,ꝙ ex identitate rationis & ex cauſa finali hu
ius prohibitionis, debeat medicus & etiam patiens ſponte
ſe caſtrari,puniri pœna legis Cor.de ſica. & etiam in publi-
18 catione bonorum.† Pro qua parte facit etiam, nam ſtatu-
tum,ſiue lex,pœnale vel odioſum,licèt non debeat extẽdi,
ſed potius reſtringi,vt in regula,odia.de regulis iur.in 6.atta
men vbi extenſio tendit ad fauorem reipublicæ,ita tũc de-
bemus legem ſeu ſtatutum odioſum extendere, ſicut legẽ
vel ſtatutũ fauorabile.ita ſingulariter dixit Bart.in l. quem-
admodum.in 1.col.C.de agric.& cenſi.lib.11.quam doctri-
nam refert & ſequitur Alex.in conſi. 410. inc. viſa,&c. in 1.
col.pro qua doctrina eſt tex.no.in l.hoc modo.ſ̃. de condi.
& demonſt.& in l.ſi quis in graui.§.hi quoque.ſ̃ ad Sylla.&
in l.2.C.quando liceat ſe ſine iud. vind.pro quo faciunt plu
ra,quæ adduci poſſent de publica vtilitate,quæ omitto bre
uitatis cauſa.Cum ergo reſultet vtilitas reipublicę faciendo
extenſionem de primo dicto ad vltimum, ergo illa fienda
eſt & intelligenda eſt, ꝙ medicus & ille qui patitur ſe fieri
ſpadonem,non ſolùm condemnabitur pœna legis Cor.de
ſica.ſed etiam condemnabitur in publicatione bonorum.
Sed prædictis non obſtantibus credo tamen contrariũ eſſe
verius,ſ. ꝙ ſolùm prædicti cõdemnabuntur pęna legis Cor.
de ſica.& bona non publicabuntur,eo quia ſi rectè conſide
ramus,nõ eſt eadem ratio in vltimis perſonis poſitis in hoc
tex. quæ eſt in primo reſponſo. nam primum reſponſum
poteſt intelligi in eo,qui in rixa facit ſpadonem, & ſic inui-
tum,ſed non ita acriter debet puniri medicus faciens volũ
tarium ſpadonem.cum ergo non ſit eadem ratio,ergo nõ
poſſumus dicere, ꝙ fiat extenſio ex identitate rationis. Et
idem dicendum eſt in illo,qui paſſus eſt fieri ſpadonem,qa
amiſit virilia.quod non eſt in primo caſu.cũ ergo non con
currat eadem ratio, ergo debet fieri extẽſio de vno caſu ad
alium.Præterea non eſt verum, ꝙ in pœnalibus & odioſis
fiat extenſio etiam ex identitate rationis,imò in ipſis pęna-
libus & odioſis, etiam ex identitate rationis non fit exten-
ſio,vt habetur in l.ſi de interpretatione. & in l. ſi præſes. in-
frà de pœn.& in c.odia.de reg.iur.in 6.& ibi Io.And.& not.
Cy.in l.1.C.quæ ſit longa conſue.& glo.in c.1.de tempo.or
di.in 6.& voluit Bald. & Doctores in l. 1. C. de interdict.&
Lud.Roma.& alij in l.ſi verò.in §.de viro.ſ̃.ſolu.matri.& vo
luit Do.Alex.in conſi.ſuo 113.incip.viſo inſtrumento, &c.
circa fi.in 2.volum.& Lud.Rom.in conſi.ſuo 337.inci. quò
ad primum,&c. in vlti.colum.vbi allegat bona iura ad hoc.
19 † Pro iſtis etiam facit,nam conſtitutio,quæ aliàs extenditur
ex identitate rationis,nunquam extenditur reſpectu pęnæ,
ſecundùm Ioan.And.in c.diſpendia. de reſcrip.in 6.de quo
latè per Do.Fely.in c.qm̃.in 10.col.de conſti.& in c.cogno-
ſcentes.in 6.col.eo tit.& in c.ſuper literis.in 13.col.de reſcr.
& in proœmio Greg.in 2. col. de quo latius dixi in l. ſi quis
viduam.in 7.col.verſi.ſed poſſet aliquis, &c. infrà de quæſt.

Nec obſtat doctrina Bar.in d.l.quẽadmodum.C.de agri.
& cenſi.quia non poſſumus dicere,quòd ſi fieret extenſio
in caſu iſto, eſſet ad fauorem reipublicæ,ſed imò eſſet po-
tius ad damnum,cùm reipublicę interſit habere ciues locu
pletes,qui poſſent onera reipublicæ ſuſtinere.Inſt.de his,ꝗ
ſunt ſui,vel alie.iuris.in §.ſed cum maior. Et ſic ex prædictis
concludo, ꝙ medicus & is qui paſſus eſt voluntariè caſtra-
ri,non patietur pœnam publicationis bonorum.quæ om-
nia tene menti ad plura ſimilia,quæ euenire poſſent. Et ex
iſtis remanet expeditus iſte §.& per cõſequens lex iſta, quò
ad textualia.& glo. etiam parum habent, quas recitabo in
voce,ideo ſequitur l.hi quoque.

S V M M A R I V M.

1 *Caſtrans & faciens inſtrumentum ad caſtrandum, pari pœna puniuntnr.*

2 *Si ſtatutum prohibet ſub pęna ludere ad azardum, etiam ille qui fecit taxillos,punietur eadem pęna.*

HI quoque. Et hoc intẽdit. Facientes inſtru-
menta ad caſtrandum, puniun-
tur lege Cornel.de ſica.ſicut illi,qui caſtrant.hoc di
1 cit lex iſta. † Nota ex hoc tex.quod dictum eſt in ſumma-
rio videlicet, quòd caſtrans & faciens inſtrumentum ad ca-
ſtrandum,pari pœna puniuntur.Item nota etiam,ꝙ prohi
bito vno,omnia videntur prohibita,per quæ deuenitur ad
illud.ad quod etiam facit l. oratio. ff. de ſpõſa.cum pluribus
ſimil.ibi in glo. allegatis. pro quo faciunt optimè dicta per
Dominum Alex.in conſi.ſuo 67.incipiente,perſpectis,&c.
in 3.colum.in 2. volum.& per eundem in l.cogi.in §.hi,qui
ſolidum.ſuprà ad Trebel.& per Dominum Iaſo. in l. non
2 dubium.in princ.11.colum. C. de legi. † Et teneas menti
hunc text. qui ſeruit etiam ad vnum notabile iudicio meo
videlicet, quòd ſi ſtatutum prohibet ſub pœna, quòd ali-
quis non poſſit ludere ad azardum, quòd ille qui facit ta-
xillos, punietur eadem pœna, qua punietur ludens ad
azardum. & hoc per iſtum text. & per dictam regulam,
quòd prohibito vno, omnia videntur prohibita, per quę
deuenitur ad illud, &c. Nec obſtat, ſi dicet quiſpiam, er-
go ex hac ratione ſtante ſtatuto, quod aliquis non poſſit
portare arma, magiſtri facientes arma cadent in pœnam.
Quia dico hoc non eſſe verum, quia arma in ciuitate
quandoque ſunt vtilia ad repellendos inimicos, & etiam
ad eundum in rure, vel in aliquo itinere, ſed ſecus in ta-
xillis, quia nunquam poſſunt prodeſſe,ſed ſemper nocent,
& homi-

& homines ſpoliantur bonis & honoribus, & ex eis omne
malum prouenit,ergo. Alia hic non ſunt dicenda. & gl. eſt
clara,ideo ſequitur.l.is qui ſeruum.

IS, qui ſeruum Et hoc intēdit. Qui ſeruum ſuum, vel alienū
dederit ad caſtrādum,punitur hac lege, cum amiſ-
ſione dimidiæ partis bonorum ſuorū,hoc dicit. Caſus,&c.
No.dictum in ſummario,quia alia not.hic non colligun
tur.& glo.etiam ſunt claræ, ideo venio ad l.in lege Corne-
lia.la ſeconda,quia prima.l.in lege Cornelia,clara eſt.

SVMMARIVM.

1 *In pœnis corporalibus lata culpa non æquiparatur dolo.*
2 *Vbicunque lex loquitur de pęna corporali, ſemper ſubintelligitur dolus.*
3 *Statutum imponens pęnam perſonalem pro homicidio, intelligitur ſi eſt dolo factum.*
4 *Caſus,in quibus pro lata culpa imponitur pęna mortis nu. 5.*
6 *Vbi non eſt expreſſa pęna in lege vel ſtatuto,illa imponitur arbitrio iudicis.*
7 *Tempus indeterminatum ſtat in arbitrio iudicis.*
8 *Si facta ſit pax inter duos ſub pęna, & vnus poſtea committat ſtuprum,vel inceſtum cum affinibus alterius, per hoc pax non dicitur rupta.*

IN lege Cornelia. Et hoc intendit. In pœnis corporali-
bus lata culpa nō æquiparatur dolo,ſed mitius pu-
nitur.h.d.ſecundùm Bartolum,& Angel.Caſus,&c.No.pri
mò ex iſto textu, ꝙ in hac lege Cornelia, dolus pro facto
accipitur. Et ſic licèt factum non ſit ſequutum, tamen pu-
nitur ordinatio doloſa. concordat. l.prima. in principio,ſ̄.
eod.& l.is,qui cum telo. C. eodem titulo. No. etiam ꝙ in
1 lege Cornelia lata culpa non æquiparatur dolo,vt hic.† Et
licèt glo.in l.in actionibus.ſ̄.de in litem iuran.dicat,ꝙ in de-
lictis lata culpa æquiparatur dolo,vt etiam dixit Bartolus in
l.1.ſ̄.de legi.tamen dicas,ꝙ illud eſt verum, niſi ſit imponē-
da pœna corporalis, quia tunc dolus requiritur, per hanc
leg.& dicit Dom.Alex.in dicta l.in actionibus. ꝙ vbi agitur
de pœna, & lex facit mentionem de dolo, tunc non venit
lata culpa.ad quod alleg.l.primā,in princip.iuncto.§. ſi quis
ideo.ſ̄.ne vis fiat ei.& l.2.§.hac actione.ſ̄.vi bon.rapto. & gl.
in l.magna negligentia.infrà de verb.ſignificat.Et ꝙ vbi im
ponitur pœna corporalis, lata culpa non æquiparetur do-
lo,voluit etiam glo.& ibi Doc.in l.mora.ſ̄.ſolu.matri.& ha
betur per Barto.in l.quod Nerua.ſ̄.depoſiti. & in l.1.§.1.ſ̄.ſi
2 quis teſta.liber eſſe iuſſus fue. † Et ideo dixit Bald. in l. qui-
cunque.in 5.colum.C.de ſeruis fugi. ꝙ vbicunque lex loq-
tur de pęna corporali,ſemper ſubintelligitur dolus.per no.
in dicta l.in actionibus.& in §.ſuſpectos.Inſtit. de ſuſpe.tut.
3 † Et quoties ſtatutum imponit pœnam perſonalem pro
homicidio,vt quia dicit, occidens occidatur, hoc caſu niſi
occidens occiderit doloſè & ex propoſito,non habebit lo
cum pœna ſtatuti,ſed aliter debebit minus puniri. Ita dixit
Bald.in l.data opera.in quarta colum.C.qui accuſ. non poſ.
in ver.item ſi ſtatutum punit homicidium. & habetur per
Bar.in dicta l.1.ſ̄.ſi quis teſt. liber eſſe iuſ. fue. & no. per Bal.
& Salyc.in l.2.C.de noxa.& in l.pen.C.eo. de ſica.& Pau.de
Caſt.in l.1.C.vbi ſena.vel clariſ. vbi exclamat contra iudices
ignorantes,qui neſciūt à verbis ſtatuti recedere,& pro ho-
micidio culpoſo faciunt homines decapitari.de quo latiſſi
mè dixi in l.de minore.in prin.in 6.& 7.colum.infrà,de quę
4 ſtionibus.† Sed hanc concluſionem videlicet, ꝙ pro culpa
non imponatur pœna corporalis,limita ſecundùm Angel.
hic in caſu l.pe.C.de cuſto.reo.vbi dicitur, ꝙ pro culpa im-
ponitur pœna corporalis. Item alleg.etiam alium caſum vi
delicet,in l.pen.ſ̄.de incen.rui.& naufra.Sed vltra Angel.di
cas,quod alius eſt caſus,in quo quis pro culpa punitur cor
poraliter,qui caſus eſt in medico imperito,qui aſſerit ſe pe
ritum & ex eius imperitia infirmus moritur,nam hoc caſu
ipſe medicus punitur pœna corporali.Ita ſing.dixit Domi.
Flo.in l.idem iuris. in §. mulionem. ſ̄. ad legem Aquiliam.
ad quod alleg. glo.2.ſ̄.quod quiſque iur.& dicit ſe alios ca-
ſus,in quibus culpa punitur pęna corporali,poſuiſſe in qua-
dam ſua diſputatione, incip. inquiſitus de crimine capita-
li,&c.Et in dicta ſua diſputatione in vlt.colum.ipſe adducit
etiam caſum imperitiæ aſſeſſoris, qui aſſeruit ſe peritum,
quoniam ſi aliquem facit perire indebitè, tenetur pœna
corporali.ita voluit glo.quam ipſe dicit ſingu.in l. ſecunda
ſ̄. quod quiſque iur. de quo etiam per Barto. in l. 1. §.non
autem.ſ̄.ſi quis teſta. liber eſſe iuſſ. fue. Item adducit etiam
tex.in l.ſi quis aliquid.§.abortionis.infrà,de pœn per quem
tex.dicit ipſe,ꝙ multum inſtruuntur illi, qui per iocum ali-
qua immiſcent in poculis vt faciant aliquem dormire, vel
fatuizare ad tempus;nam ſi ex hoc mors ſequatur,tenetur
lege Corne.per illum tex.quod tamen dicit intelligendum
eſſe,niſi fortè dediſſet ad bonum finem,quo caſu licèt ma-
lus exitus fuiſſet ſequutus,pœna mitigaretur,per tex. no. in
5 l.tertia.§.ſed & ſenatus.ſ̄.in hoc ti.† Item dicit,quod poteſt
addi alius caſus.l.quoniam multa facinora.C.ad leg.Iuliam
de vi.& ratio colligitur ibi ex princ.text.Item alleg.etiam a-
lium caſum in l.omne delictum.in §.exploratores.& in §.q.
in aciē.& in §.ſed & ſi calligatus.infrà de re mili. Et iſti ſunt
omnes caſus in quibus pro culpa imponitur pœna corpo-
ralis, licèt non interuenerit dolus. Tu etiam adde dictum
Barto.in l.iuſtè poſſidet.in fi.ſ̄.de acqui.poſ.vbi dicit, quòd
ſi ſtatutum ſimpliciter dicit, quod intrans vel turbans alie-
nas poſſeſſiones,puniatur certa pœna, quod ille qui intra-
uerit cū decreto iudicis inualido,punietur; & ſic ſi ſtatutū
imponeret pœnam corporalem, ſequeretur ꝙ pro culpa
quis pateretur pœnam corporalem.Et idem tenuit Bar. in
conſi.ſuo incip.in quæſtione vertente in curia capitanei,&
in conſi.incip.miſſus in poſſeſſionem.de quo per Do. Ale-
xand.in dicta l.iuſtè poſſidet.Vlterius ex iſto tex. in verbo,
non pertinet.quærit Ange.qua ergo pœna punietur.& di-
cit,quòd punietur ex ſenatuſconſulto,cuius nomen nō ha-
bemus. Sed mihi videtur dicendum, quòd imò punietur
6 extraordinariè pœna arbitraria iudicis, quia † vbi non eſt
expreſſa pœna in lege,vel in ſtatuto,illa imponitur arbitrio
iudicis,ita habetur in l.1.§.expilatores.ſupra de effra.& expi-
lato.l.hodie.& ibi no. infrà de pœn. & probatur in l. 3. ver.
ſtellionatum.cum verſicu. ſeq.infra de cri. ſtellio. & in cap.
fœlicis.in §.cæterum.de pœn.in 6.pro quo facit.l.ſaccularij.
iuxta princ.infrà de extraordin.crimi.& voluit Dom.Alex.
in conſi.ſuo 3.incip.ponderatis verbis,&c.in 5.colum. in 1.
volum.vbi alleg.prædicta. & allegat etiam l. quamuis adul-
teri.in fi.C.de adul.& dicit quòd hoc not.Ray.Bald.& Ang.
in l.1.§.hæc autem verba.ſ̄.quod quiſque iuris,&c. ſed vltra
Dom.Alexan.dicas,quod hoc probatur in ſimili, in l.1.ſ̄.de
7 iu.delib.† vbi dicit tex.quòd dum dicimus tempus,nec adij-
citur dies,tunc dicitur tempus collatum eſſe in arbitrio iu-
dicis.& facit tex.in l.fin.ſ̄.de actio.empti.& text. in l.in ven-
ditione.§.in tempore. ſ̄. de bo. auth. iudi. poſ. & l.mora.in
princi.ſ̄.de vſu.& l.continuus.§.cum ita.ſ̄.de verbo. obliga.
& c.fi.extra de tranſac.& c.finem litibus. de dolo & contu.
& c. de cauſis.de offi.deleg.& cap.quærenti.de verbo.ſigni-
ficat.in quibus iuribus habetur,quòd tempus indetermina
tum, vel res indeterminata ſtat in arbitrio iudicis. pro qui-
bus etiam facit glo.in l.hæc adiectio pluris, infrà de verbo.
ſignifi.& gl.in c.conſultationi.de temp. ordi.Et facit etiam
glo.in l.2.C.de fal.mone.quæ voluit, quòd ſi in aliquo caſu
quis eſt præmiandus,nec exprimitur præmium, tunc intel-
ligitur eſſe collatum in arbitrium iudicis. de quo etiam di-
xi in l.de minore.in princ.in 8.colum.de quæſtionibus. Vl-
terius refert hic Angel.ſe habiſſe caſum huius legis in facto,
in quodam architectore, qui aſcenderat machinam, & eā
non ligauerat ſufficiēter, & illa machina tota cecidit ſuper
caput exiſtentis ſub ea, & occidit eum. & fuit deciſum, ꝙ
puneretur pœna extraordinaria.Et ſimiliter ego habui hūc
caſum de facto,dum eſſem in officio Albinganę,nam vnus
qui erat ſuper vno campanili cecidit, & veniens ad terram
cecidit ſuper capite vnius,qui erat ibi & fregit ſibi collum,
& ipſe nō habuit aliquod malum,ego liberaui eum à mor-
te,& impoſui ſibi paruam pœnam extraordinariam. & ita
aliàs feci in conſimili caſu, vt dixi in dicta l. de minore. in
princip.in 7.colum.de quæſtionibus.Et ex iſtis reſtant expe
dita textualia.venio modò ad glo.& capio gl.primam,quæ
clara eſt,nam exponit verbum dolus, pro doloſo propoſi-
to,& ponit exemplum de ambulante cum telo, &c. Glo.2.
etiam clara eſt.nam dicit, quòd licèt lata culpa non punia-
tur in tantum, vt punitur dolus, tamen punitur ipſa culpa.
allegat tex.in l.in lege Corne.§.primo.ſuprà eo.& l. 1. §. ſed
ſi claua.& l.tertia.§.alio ſenatuſconſulto.ſuprà eo. Et ſubdit
glo.quòd idem eſt in alijs criminibus.ſ.vt culpa non punia-
tur pro dolo,vel tanquam dolus.Et inquantum text.hic di-
cit, nec in hac lege, ſupplet gloſ. & nec etiam in alia lege
hoc cauetur.ad quod facit,ſecundum glo. ſuprà de incend.
rui.& naufra.l.3. in §. non tantum. & de ædil.edic.l.cum au-
tem.§.excipitur.Poſtea gl.arguit de l.prima.§.1.ſuprà ſi mē.
fal.mo.dixe.vbi lata culpa æquiparatur dolo. Glo. non ſol-
uit,ſed Barto.ſoluit,& dicit quòd dicendum eſt, vt dicit gl.
in l.in actionibus.ſuprà de in litem iuran.videlicet,quòd la-
ta culpa in criminalibus æquiparatur dolo, vbi imponitur
pro delicto pœna pecuniaria.ſecus autem eſt, vbi pro deli-
cto imponitur pœna corporalis,vt dixi ſuprà.arguit Barto.
vltra glo.contra hunc tex.& dicit,videtur dicendum,quòd

propter

propter latam culpam quis nullo modo puniatur, vt in l.ſi
adulterium cum inceſtu.§.nonnunquam. & §. Imperato-
res.ſ̄.de adulte.ſoluit & dicit, quòd hic loquitur de delictis,
quæ principaliter in alterum committuntur, ſed in l. con-
traria dicitur de maleficijs, quę perſonam alicuius principa
liter non reſpiciunt, nã propter ſtuprum vel inceſtum non
dicitur offendi aliquis principaliter, vt l.nec in ea. §. j. ſ̄. de
adul. Mihi autem videtur, quòd in hoc Barto. non bene lo-
quatur, quia dicti. §. allegati in contrarium, non ſunt con-
trarij, imò concordant, quia non eſt uerum quòd in dicto
§.nullo modo fiat punitio, quia imò expreſsè fit ibi puni-
tio, ſed mitior, ideo miror quare Bar. alleg. illos. §. pro con-
8 trario.† Nota tamen ex dicto Bart. hic, quòd ſi facta ſit pax
inter duos ſub pœna, & vnus committat poſteà ſtuprum
vel inceſtum cum affinibus alterius, quod tamen per hoc
non dicitur rupta pax, adeo quòd ille inciderit in pœnam,
& idem dixit Bar. in l.verum.ſ̄. de fur. de quo dixi in repeti.
☞ l.fi.C. de probatio. in 50. char. [De hoc vide latius per Do.
Flo. in l. interdum. ff. ad leg. Aquil.] Sequitur modo. l. ſi
mulierem.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Mulier dans cauſam propriæ abortioni, punitur pęna exilij, vel pęna mortis.*
2 *Partus, quando dicatur animatus.*
3 *Mulier, quæ fingit ſe prægnantem, & clam accipit filium alterius pro ſuo, punitur pœna capitis.*
4 *Mulier accipiens medicinas, vt non efficiatur prægnans, qua pœna puniatur.*
5 *Occidens exiſtentem in vtero, an puniatur vt homicida.*

SI mulierem. Et hoc intendit. Mulier dãs
cauſam abortioni propriæ
1 punitur pœna exilij.h.d.Caſus,&c.† No.dictum in
ſummario, quòd mulier quæ dat opera facit abortiuum,
punitur pœna exilij.ad idem eſt tex.in l.diuus. ſ̄. de extraor.
crimi.& intellige hunc tex. & ſimilem in muliere procurã-
te facere abortiuũ ante quadraginta dies, ſecus ſi poſt 40.
dies dat cauſam abortioni, quia tunc punitur pęna mortis,
vt eſt tex.in l.Cicero.infrà ve pœn.& facit tex.in l.1. infra ad
2 leg.Pompe.de parrici.& in l.penul.C.eod.de ſica. † Et ratio
eſt, quia ante 40. dies partus non eſt animatus, ſed poſt 40.
dies, habet animam, vt dicunt medici & ita dicit gloſ. in di-
cta l.diuus.ſ̄.de extraor.crimi.quæ omnia ſunt notanda cõ-
tra iſtas improbiſſimas mulieres, quæ ſtuprum committũt
& adulterium, & cum ſentiunt ſe prægnantes, quærunt om
ni via & omni conatu facere abortiuum, ne pariendo filiũ
viuum vituperentur & ab affinibus ſuis interficiantur, vel
acriter percutiantur, vt ſæpe euenit in facto. Iſtud tamen,
quod dixi, quòd mulier dans operam abortiuo ante 40.
dies, punitur pœna exilij, limita non eſſe verum, ſi ipſa mu-
lier hoc fecerit per pecuniam, quia nõ obſtante, quòd hoc
fecerit ante 40.dies, puniri debet pœna mortis.ita dixit Bar.
& Ang.in d.l.diuus. .de extraordi.crimi.& Ioan. de Ana.in
c.ſi aliquis.extra de homi.in 1. colum. Item de hac materia
facientis abortiuum data opera, qua pęna puniantur, vide
etiam gloſ.in c. conſuluiſti.2.q.4.& habetur per Cano. in c.
ſicut ex literarum.extra de homi.& per Bald.in l.quod dici-
tur, ſupra de libe.& poſthu.& habetur in l.ſi ſeruus.§.ſi mu-
3 lier.ſ̄.ad legem Aquiliam.† Sed quęro ego, quid econtra, vi
delicet, ſi mulier non facit abortiuum, imò facit contra-
rium, quia non eſt prægnans, ſed fingit ſe prægnantem, &
clandeſtinè accipit aliquem filium alterius, & fingit ſe illum
feciſſe, an hoc caſu etiam puniatur? In quo dicas, quòd ſic.
nam punitur pęna capitis, vt habetur in l.1. C. de fal.& in l.
cum ſuppoſiti.eod.tit.& in l.cum falſam.§.accuſatio. de fal.
de quo ſuppoſito partu habetur in l.licet. ſ̄.de Carbo. edi.
de quo dixi in l.extraneo quoque, in §. de quæſtione. in fi.
4 infra de quæſtioni.& in d.§.accuſatio.† Quæro vlterius, po-
nè quòd mulier aliqua non fecit abortiuum, ſed ipſa acce-
pit aliquas medicinas, vel aliquid aliud fecit, vt non efficere-
tur prægnans, & non poſſet concipere, an puniatur aliqua
pęna? In quo dicas ꝙ ſic, nam ſi ipſa ſpõte ſibi fecit tales me
dicinas, puniri debet vt homicida, & ſi aliquis dederit ſibi
talia medicamẽta, punitur eodẽ modo, vt homicida.tex.eſt
no.in c.ſi aliquis. extra de homi. & ibi per omnes ſcriben-
tes. Et licèt ille tex. dicat quòd talis puniatur vt homicida, nõ
tamen puto, quòd debeat puniri pœna mortis, ſed alia mi-
tiori pęna. & ad hoc dicendum ego moueor ex doctrina
Bald.in c.nonnulli.in §.ſunt & alij.extra de reſcrip.vbi dicit,
ꝙ ſi ſtatutum dicit, ꝙ aliquis puniatur pro aliquo delicto
tanquam falſarius, ꝙ tamen non debebit puniri pęna legis
Cor.de fal.ſed alia mitiori pęna arbitrio iudicis. quod dicit
eſſe no.qđ dictum refert & ſequitur Do. Fely.in dicto §. in
9.col.in prin.& in c.ſolitæ.in 2.col.de maio. & obe. de quo
5 latius dixi in ſing.meo.236.inci.dictio tanquam, &c.† Quæ-
ro etiam circa materiam huius legis, an occidens exiſtentẽ
in vtero, puniatur vt homicida? In quo Bald.in l.ꝙ dicitur.
ſ̄.de libe.& poſthu.dicit ꝙ non, per l. cum inter veteres. C.
de fideicom.lib.vbi dicitur, ꝙ talis exiſtẽs in vtero ſperatur
eſſe homo, ergo interim non eſt homo.vnde Bal. ibi no.il-
lum tex.ad hoc videlicet, ꝙ in pęna ſtatuti punientis homi-
cidam, non cadit in occidentẽ in vtero exiſtentem. & hãc
partem etiam tenet Iac.Butr.in l.fi.C.eo.de ſica.per l. vetat.
ſ̄.de mor.infe.& dicit ꝙ minus eſt eſſe in ſpe, quàm in eſſe.
l.minus. infrà de reg. iur. refert tamen aliquos diſtinguere,
quod aut talis exiſtens in vtero iam erat animatus, & tunc
venit appellatione hominis, aliàs ſecus. & cum opi. Iac. Bu.
videtur tranſire Ange.& Saly.in d.l.fi. C. de ſica. ſed Domi.
Alex.in d.l.quod dicitur.ſequitur opi.Bal.per d.l. cum inter
veteres.& per hanc l.& per l.diuus.ſ̄.de extraordi.crim.quia
licèt ſit animatus, eſt tamen in ſpe, & nõ in eſſe productus.
de qua quæſtione vide etiam Ioannem de Ana. in dicto c.
ſi aliquis.extra de homi.& in c.ſicut.il 2.eod.tit.& Salyc.in l.
pe.C.de ſica.& ex iſtis redditur expedita lex iſta, quia gloſſę
ſunt claræ, ideo ſequitur l.furem.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Furem telo reſiſtentem licet occidere cũ acclamatione.nu.2.21*
3 *Furem an liceat pro defenſione rerum occidere.*
4 *Poſſum te interficere, ſi aliter aufugere nõ poſſum, quin me ꝑcutias.*
5 *Quælibet coniunctio aliquando poteſt poni pro alia.*
6 *Licet clericis furem occidere.*
7 *Metus perditionis omnium bonorum, metui mortis ęquiparatur.*
8 *Pecunia, dicitur vita hominis.*
9 *Minima non ſunt in conſideratione.*
10 *Statutum prohibens alienare domum in forenſem, non habet locum in parua domo.*
11 *Vulnuſculum non eſt in conſideratione.*
12 *Syndici non tenentur denunciare paruas percuſſiones.*
13 *Modica tortura non dicitur tortura.*
14 *Armorum appellatione, non venit paruus gladius.*
15 *Poſſeſſor minimæ rei non releuatur à ſatiſdando.*
16 *Vbi dos eſt parua, ſola filia poteſt illam exigere etiam contradicente patre.*
17 *Libertus aſſeſſor eſſe poteſt.*
18 *Modicus defectus vnius literę, non eſt in conſideratione in reſcriptis.*
19 *Debitor modicæ quantitatis, non poteſt iurari ſuſpectus.*
20 *Teſtes in modico contrarij admittuntur & probant.*
22 *Sacerdos pro leuibus criminibus nõ abſtinet à celebratione miſſarũ.*
23 *Qui aliquid facit clamando, videtur illud iniuſtè facere.*

FVrem. Et hoc intendit. Furem nocturnum li
cet occidere, ſi abſque occiſione per-
ſona domini aut res ſalua eſſe non poteſt. hoc di-
cit, ſecundùm Ang.vel ſic. Pro neceſſaria defenſione rerũ,
vel perſonæ, licitum eſt occidere furem nocturnum. h.d.ſe
1 cundùm me.Caſus.† No.dictum in ſummario, de quo etiã
hebetur ſecundùm Ang.hic, in l.ſi vt allegas.C.eo. per Cyn.
& alios in l.ſi pignore.in §.furem.ſ̄.de fur.& in c.2. extra de
fur.& iſtud procedit in fure nocturno.ſed vltra Ang.etiam
habetis ſimilem tex.in l.itaque.ſ̄.ad legem Aquiliam. & in
2 l. ibi ſeq. † Sed quid in fure diurno, an poſſit occidi impu-
nè. dic quòd ſic, ſi telo ſe defendat & aliter non poſſum res
meas euadere, ſecundùm Bart.& Ang.hic, & Doct.in l. ſi vt
allegas.C.eo.& in l.itaque.§.lex.ſ̄.ad legem Aquiliam.& eſt
tex.in c.2.& ibi Doct.poſt glo.extra de homi. iſta tamen in
fure nocturno & diurno limitat Bart.& Ang.hic ꝓcedere,
vbi fur non cognoſcitur, ſed ſecus ſi cognoſceretur, vt pu-
ta quia luna luceret, quia tunc non liceret eum interficere,
cum ſi cognoſceretur poſſet ſubueniri ipſi domino per
viam iuris, agendo contra eum iuridicè. Et ſubdunt etiam,
quòd illud quod dicitur de fure diurno, quòd poteſt inter-
fici, ſi ſe telo defendat, & nõ poſſum aliter recuperare rem
meam niſi illum interficerem, quod hoc etiã poteſt proce
dere, ſi ſe telo non defendat, cum ſit incognitus, quia non
poſſem agere contra talẽ incognitum via iuris, ideo licèt ſe
non defendat telo, poſſum eum interficere, ſi aliter nõ poſ
ſum recuperare res meas. mihi tamen videtur, ꝙ nec Bart.
nec Ang. bene loquantur, inquantum dicunt, quod ſi do-
minus cognoſcit furem nocturnum, non poteſt eum in-
terficere, quia põt ſibi conſulere via iuris, quia iſtud eſt fal-
ſum, qm̄ licèt dominus cognoſcat furem, tamen per hoc
non põt via iuris recuperare rem ſuam, quia fures noctur-
ni quanto cautius poſſunt committunt furta, nec ſecũ ha-
bent teſtes, & ſimiliter dominus illo tẽpore & illa hora nõ

habet

habet teſtes.& ideo licèt ipſe dominus cognoſcat furē, nō ſequitur per hoc ꝙ poſſit via iuris recuperare rem ſuam,ꝗa ſi citaret furem ad iudicium & peteret ab eo rem ſibi furto ſubtractam, nemini dubium quod fur negaret, & ipſe dominus hoc non poſſet probare & ſuccumberet per regulam, actore non probante.l.qui accuſare.C. de eden. cū ſi.bene fateor, ꝙ ſi dominus haberet teſtes, qui ſecum cognoſcerent furem,non poſſet eum occidere,ꝗa poſſet ſibi ſuccurrere via iuris.ſecus quando non adſunt teſtes,vt dixi.

3 † Et dicit Bar.hic,ꝙ ex hac lege habemus,ꝙ pro defenſione rerum poteſt fur interfici.Ex quo dicit,ꝙ dr̄ in l. 1. C. vnde vi. ꝙ quis poteſt repellere vim vi cum moderamine inculpatæ tutelæ. & dicit ꝙ iſta verba,cum moderamine inculpatæ tutelæ,ſignificant cum aliter ſe defendere non poſſet, tunc dr̄ inculpata tutela,quod etiam colligitur ex tex.l.ſcientiam.§.qui cum aliter.ſ.ad leg.Aquil.quod dicit Bar.intelligere.ſ.cum nō poſſet aliter ſe defendere à periculo rerum, vel perſonæ.vnde dicit, ꝙ quis non debet pati quod damnificetur in aliquo, ſi damnū eſſet irrecuperabile, aliàs ſecus,vt hic.† Ex quo ſequitur aliud,videlicet,ꝙ ſi nō poſſum

4 effugere quin me percutias,niſi ego te interficiam,poſſum te interficere per hanc l.cum ſi. Et ratio eſt ſecūdum eum, videlicet,cum quælibet iniuria perſonalis maior ſi quacunque reali,vt in l.in ſeruorum. in fi. infrà de pę. & ꝑ iniuriā realem irrecuperabilē poſſum occidere, igitur multo magis pro perſonali,quod dicit ipſe eſſe menti tenendum. & ſic Bal.extendit cle.1.de hom.& ſimilia iura loquētia de periculo perſonæ ad periculum rerum irrecuperabile, quod eſt multum no.ſed ego valde dubito, ꝙ hoc dictum nō ſit verum.ſ.ꝙ pro defenſione rerum ſit licitum hominem occidere,quia non reperitur aliquis tex.qui hoc dicat.Et licèt Bar.hic faciat illam ſuppletionem de perſona ad res,tamen Io.de Ana.qui tenet hanc partem,& ſic contra Bart. in c. ſi perfodiens.in 4.col.de hom.dicit,ꝙ iſta ſuppletio Bar.videlicet,pro defenſione perſonæ vel rerum, non debet fieri,ꝑ no.in c.cupientes.§.quod ſi per viginti.in gl.in verbo, petere.de elect.lib.6.& hanc partem tenere vr̄ etiam Abb.& Io. de Ana.poſt eum,in c.2.eo.ti.de hom.& pro hoc ponderat illum tex.ibi inquantum loquitur copulatiuè ibi, te tuaq;, ergo non ſufficit alterum tm̄, & ſic non ſufficit periculū bonorum tm̄.& dicit Io.de Ana.in d.c.2.in 2.co.ꝙ hoc mō intelligit tex.23.q.3.in prin.& in 2.gl.ibi,& dicit Abb.in d.c. 2.vt ibi refert Io.de Ana.ꝙ nullus eſt,qui ponderet illū tex. ꝙ ſit contra opi.Legiſtarū volentium,ꝙ pro rebus tm̄ poſſit fur interfici.Et facit pro hac parte optimè tex.in c.ſuſcepimus,de homi. vbi tex.dicit ꝙ potius debet quis amittere tunicam & pallium, & ſuſtinere iacturam ipſorum, quàm aliquem interficere.Nec huic concluſioni videtur obſtare tex.l.itaq;.in prin.ſ.ad leg.Aqu.quia dicit ibi text.ꝙ poſſum interficere latronem mihi inſidiantem.pondera ergo illud verbum, mihi, quia non dicit rebus meis inſidiantem. Et ſubdit ille tex.ibi,quod naturalis ratio ꝓmittit aduerſus periculum ſe defendere,&c.pondera illud verbum,ſe,ꝗa non dicit bona.Item pro hac opi.facit tex.in l.ſed ſi quecunq;. in prin.ſ.ad legem Aquiliam. vbi dr̄, quod qui metu mortis furem occidit,licitè facit.ecce,ꝙ ille tex. non dicit metu bonorum.Item facit etiam,nam tex.noſter dicit, ꝙ ita demum quis poteſt occidere furem nocturnum,ſi parcere ei ſine periculo ſuo non potuit,&c.ponderandum eſt verbū, ſuo,quia non dicit periculo bonorum,& facit pro hac parte tex.in d.c.ſi perfodiens.vbi tex.dicit, ꝙ ſi poteſt diſcerni, ꝙ ad furandum,non ad occidendum venerat, non pōt occidi.Item tex.in quo Bar.hic principaliter ſe fundat,eſt tex. in l.ſcientiam.in §.qui cum aliter.ſ.ad leg.Aquiliam.vbi tex. dicit,cum aliter ſe tueri non poſſit, ponderandum eſt verbum,ſe,quia loquitur de perſona,non autem de rebus.Facit etiam pro hac parte,quod voluit Bald.in l.1.in 11.col.in verſi.tertiò quæritur,an liceat. C. vnde vi. vbi concludit, ꝙ pro defenſione rerum poſſum capere & ligare inuaſorem ne fugiat,& eum ducere ad iudicem,& ſic videtur ibi velle Bal.ꝙ pro defenſione rerum non poſſum occidere. Verū tamen eſt,quod tex.in c.1.§.ſi quis hominem.in tit.de pace tenenda.dicit,vitam ſuam defendendo.& ibi gl. ſub dubio tamen fortè,dicit idem ſi ob tutelam rerum ſuarum.alleg. aliqua iura,quæ tamen hoc non probant.& per iſta vr̄ dicēdum,ꝙ Bar.hic non bene loquatur,volens ꝙ licitum ſit occidere hominē pro defenſione rerum, quæ omnia refert Ioan.de Ana.in dicto c.2.in 2.& 3.col. de homi. Dicit tamē poſtea ipſe ibi,quod volendo ſuſtinere Bar.& Legiſtas, & tenere ꝙ etiam pro defenſione rerum licitum eſt occidere furem,poſſumus dicere,ꝙ non obſtat opi. Bart.hic, nec tex.in dicto.c.2. de homi. quia ibi copula, & debet exponi

5 pro ideſt, qđ fieri poteſt, quia † quælibet coniunctio,ſi eſt neceſſe,poteſt poni ꝑ alia,per id quod habetur in tex.& gl. in verbo,quamuis.in c.quemadmodum.de iureiuran.& in l.eas cauſas.ſ.de conditio.& demonſtra.& per Bald.in l.3.C.

6 de actio.emp.† Item ꝙ pro rebus etiam fur poſſit occidi, probatur in c.verum.in verſi. pro vita & rebus. extra de iureiur.& ibi dicunt Doct. iuſtus metus dicitur,ſiue interueniat vitæ,ſiue amiſſionis bonorum,per ea quæ habentur in c.Abbas.quod metus cauſa.& in c. frequens, de reſtit.ſpol. in 6.Item hanc partem tenuit Ang.in l.quoniam multa. C. ad leg.Iuliam de vi.vbi poſt Innoc.in c.olim.de reſtit.ſpolia. dicit quòd non ſolum laicis licitum eſt occidere offenſorē pro defenſione rerum,ſed etiam clericis licet in perſonam raptoris vim inferre pro rapina euadenda,dummodò non excedat modum,quod dicit eſſe menti tenendum.Iſta oīa

7 refert Io.de Ana.in d.c.2. de homici. † Sed vltra eum ꝑ hac vltima opi.quam hic tenet Bar. ꝙ licitum ſit occidere furē tam pro euadendis rebus, ꝗ̄ pro perſona, facit quod dixit Bar.in l.pe.in pe.col.ſ.de condictio.ob turpem cauſam. vbi dixit,ꝙ metus perditionis omnium bonorum, æquiparatur metui mortis.Et dixit etiam Bald.in l.certa forma.C.de iu.fiſ.ꝙ maior & quaſi maior eſt pęna omnium bonorum,

8 ꝗ̄ pęna mortis.† Et facit glo.coniuncta tex.in l.aduocati. C. de aduoca.diuer.iudi.quæ dixit, ꝙ pecunia dicitur vita hominis,quod etiam dixit Bald.in l.in tuis.C.de oper. liber. & ſi vnquam debuit licere occidere pro rapina rerum & bonorum,debet magis licere modernis temporibus,cum bona & diuitiæ omnia ſuperent, adeo ꝙ virtus pro nihilo reputatur reſpectu bonorum,& verè infelix eſt,qui virtutem ſine bonis habet,quoniam in pretio pretium nunc eſt,&c. Fateor tamen,ꝙ non poſſet occidi fur nocturnus, vel diurnus pro exportatione paruæ ſeu vilis rei,quia pro tali minima re non poſſet dominus illius rei illum occidere. caſus eſt no.in l.ſi ex plagis.in §.tabernarius.ſ.ad leg. Aquil.quem tex.ad hoc allegauit Ang.de Are.in tractatu ſuo maleficio. in verbo,& veſtem cęleſtem abſtulit,in 2.char.in ver.& no. bene,&c.& Dom.Alex.hic,qui ſubdit ꝙ dici poteſt res vilis à duobus aureis infra.dicit etiam quòd ſi parcitur fame hominis pro re vili,vt in l.ſi oleum.§.fina.cum l.ſeq.ſ. de dolo. multomagis parcendum eſt vitæ. ad quod alleg.l.ſi adulterium.§.liberto.§.de adul.& dicit etiam ipſe Do.Alex. quòd iſtud eſt dictum Mathes.in no.ſuo 142.inci.no.quòd leges. & Bal.in l.1.C.loca.& Ang.de Are.Inſtit.de actio.in §.1.alias 2.de quo latius hic per eum.Sed vltra Do.Alex.dicas, quòd

9 hoc voluit expreſsè Ang.in l.1.C.vnde vi.† Item dicas,quòd pro iſta limitatione facit quod dr̄,videlicet, quòd minima nec ſunt in conſideratione,vt habetur in l. Seio. ſ. de in integ.reſti.& in l.omnino.ſ.de impen.probatur in c. licet cauſam.in verbo,nulla vel modica.extra de probat.& tex.Inſti. ad leg.Falci.in princ.in ver.pro nullo aut modico. & Inſtit. de fideicom.hære.in §.ſed quia.in verbo, ob nullum vel minimum.& facit l.ſi oleum.ſ.de dolo.& facit glo.in Auth.de inſtru.cau.& fide.in §.pars.quæ dixit,quòd parum ſcire, vel

10 nihil ſcire,æquiparantur.† Et dixit ſing.Lud.Ro.in ſing.ſuo 331.inci.hodie quidam.quòd ſtatutum prohibens alienare domum in forenſem,non habet locum in parua domo.ad quod alleg.tex.quem dicit ſing. in l.ſenatus.in §. Marcellus. ſ.de leg.2.vbi hoc etiam ſentit Ang.& dixit Bal.in c.cum te. de re iudi.ꝙ officialis pro minimis nō debet ſindicari.alleg. l.quamuis.ſ.de condic.& demon. & l. cui dēs.ſ.de ędil. edi.

11 † Et facit etiam, nam paruum vulnus non eſt in conſideratione,vt eſt tex.in l.1.§.proinde.ſ.de ędil. edic. adeò ꝙ ſtatutum puniens vulnerantem, non comprehendit facientem vulnuſculum,ſecundum Bald.in l.fi.C.de ędil.actio.in 1.col.

12 vbi etiam ſubdit,† ꝙ ſi ſtatutum dicit, ꝙ ſindici teneantur denuntiare percuſſiones ſanguinolentas,non tenentur denūtiare percuſſiones, vbi eſt leuis cutis ſciſſura. alleg.d.l.cui dens.& d.§.proinde. Pro quibus facit gl.no.in c. cum illorū. in verbo,ſanguis.de ſen.excom.& in cle.ne Romani.in §.fi. in verbo,effudendis.de elec.& in c.placuit. il 2. 18. diſtin. Et facit l.quæſitum.ſ.de re iudi.vbi dicitur, quòd appellatione febris,nō venit leuis febricula.Et dixit Bal.in l. ſi quis in hoc genus.in fi.C.de epiſc.& cler.quòd ſi ſtatutum,vel lex punit offendentem clericum, comprehendit ſolum ei inferentē atrocem iniuriam,non autem leuem.Et facit l. res bona fide.ſ.de contrah.emp.vbi hr̄,quòd ſi omittitur in ſolutione vnus nummus,non tamen reſcinditur venditio. Et facit l. quamuis. ſ. de condi.& demon.vbi dicitur, ꝙ ſi ſeruus iuſſus ſit eſſe liber,ſi reddiderit rationes, & per errorem omiſerit quid minimum ſoluere,ꝙ illud modicum non impe-

13 diet libertatem.† Et facit no.verbum Bal. in d.l. obſeruare. in 1.col.C.quorum app.non reci.vbi dixit,ꝙ modica tortura non

ra non dr̄ tortura.& dicit gl.in auth.minoris debitor.C.qui
dare tuto.poſ.ꝙ debitor minoris modicæ quantitatis, pōt
eſſe tutor minoris.Et dixit Bal.in l.ędem.in pe.col.C.loca.ꝙ
conductor domus non poteſt expelli, ſi deteriorat modi-
cum domum conductam, ſecus ſi multum, vt ibi. Et dixit
Bal.in l.ſolo.C.de libe. cauſa. ꝙ propter leuem cauſam non
14 pōt vaſallus feudo priuari. † Et ad prædicta facit glo.ſing.in
Auth.de armis.in §.fi.quæ dixit, ꝙ appellatione armorum,
non venit paruus gladius.quod etiam dicit gl.in rubr.C. de
fabricenſibus.in fi.li.10.& voluit Ang.in l.ſi pignore. §. qui
furem.ſ̃.de fur.& Lu.Rom.in l.1. §.occiſorum. ſ̃.ad Sylla. &
Abb. in c. clerici. de vita & honeſta.cleri.de quo etiam per
Bart.in l.1.C.ad leg.Iul.de vi publi.Item adde ēt prædictis,ꝙ
licèt poſſidēs res hæreditarias præſumatur adiuiſſe hæredi-
tatem, l.1.C.de repu. hæredi. hoc eſt verum, niſi poſſideat
res viles & parui pretij, ſecundùm Saly. qui ita limitat d.l.1.
in l.non hoc.C.vnde legi.& Bal.in c.1.in 4. col. an agna. vel
15 filij.in vſi.feu. † Item adde ꝙ poſſeſſor minimæ rei non re-
leuatur à ſatiſdando,ſecundū gl.Cy.Bal.& Ang.in l.ſciendū.
ſ̃.qui ſatiſd.cog.& adde tex.in l.3.ſ̃.de adimen.lega. vbi pro-
batur,ꝙ per leuem iniuriam factam teſtatori per legatariū,
ipſe legatarius nō perdit legatum,ſecus eſt per grauē. Addi
poteſt etiam prædictis,ꝙ licèt hæres conficiens inuentariū
& non ponens omnes res hæreditatis in eo, ſed occultans
aliqua,priuatur in duplum, vt habetur in l.1.§.licentia.C.de
iure deliberan.& voluit glo.in §. ſancimus.& in §.ſi verò.in
Auth.de hære.& fal.tamen hoc fallit,niſi eſſent res viles, vel
modici valoris,quia tunc non cadit in aliquam pœnam,ſe-
cundùm Spe.in tit.de inſtru.edi.§.fi.ver. ſed ſi omnia nō po
16 ſuit,&c.& ibi Bal.in additio.† Item ad prædicta facit. nam li
cèt actio de dote ſit communis patris & filiæ, & vnus ſine
alio non poſſit illam exigere.l.2.§.quod ſi in patris.ſ̃.ſol.ma
tri.tamen vbi dos eſt parua,ſola filia poteſt illam exigere ēt
contradicente patre.ita dixit Barto.in l.ſi conſtante.in vlti.
col.ver.addo alium caſum.ſ̃.ſol.mat. de quo etiam per Mo
17 der.in auth.quod locum.C.de colla.† Item licèt libertus nō
poſſit habere dignitatem.l.1.C.ad leg. Iul.Viſcelliam. & l.1.
C.ſi liber ad decu.aſpi.tamen pōt eſſe aſſeſſor,quia eſt parua
dignitas.gl.eſt no.in l.diuus. infrà ad munici. Item adde qđ
ad hoc vt filius dicatur benemeritus patri,& ſic pater poſſit
ei donare,requiritur ꝙ præceſſerit inſigne meritum, non
autem ſufficit paruum,vel leue meritum. Ita dixit glo. no-
18 ta.in c.ſi quos.12.q.j.† Item adde ꝙ modicus defectus vnius
literæ,non eſt in conſideratione in reſcriptis.tex.eſt cū glo.
in c.ex parte. de fide inſtru. Et dixit Bal. in l.2.C.de commu.
rerum alie.ꝙ nullus poteſt publicare bona, niſi ſolus Prin-
ceps,quod fallit ſecundùm eum,niſi ſint bona parui pretij,
quia alia poterit publicare inferior.& facit etiam,nam licèt
vaſallus priuetur feudo ſi dimittit dominum in bello,vt in
c.1. quibus mo.feu.amit.tamē hoc fallit, ſi eum modicum
19 dimiſit,ſecundùm Bald.ibi in 1.col. † Quibus etiam adde ꝙ
debitor modicę quantitatis,non pōt iurari ſuſpectus,ſecun
dùm gl.& Bal.in auth.ſed iam neceſſe.C.de dona.ante nup.
quod etiam voluit Lud.Ro.in conſi.ſuo 320.inci.hæc iſto-
rum quinque, &c. in fi.primæ col. & in ſingu.ſuo 96.incip.
dic mihi,&c.vbi dicit ꝙ iſtud dictum Bald.non eſt alibi. Et
facit etiam, nam licèt reus criminis conſciſcens ſibi mortē
puniatur pœna confiſcationis bonorum, attamen hoc fal-
lit in reo parui delicti.tex.eſt no.in l.fi.§.idem reſcripſit.ver.
modici furti reus.ſ̃.de bonis eorum,qui mortem ſibi con-
ſciue.Et dixit Bal.in l.eum qui.§.in popularibus.ſ̃.de iureiu.
20 quod modicus ſeu paruus defectus non vitiat actū. † Item
vltra prædicta facit,nam teſtes qui patiuntur modicum de-
fectum,non repelluntur,imò admittuntur. quod patet,qa
teſtes ſingulares contrarij,vel varij non probant, vt latè ha-
betur in l.qui falſa vel varia. ſ̃. de teſt.cum ſi.attamen teſtes
contrarij,vel varij in modico,non dicuntur contrarij vel va
rij,adeò quod admittuntur & probant.ita dixit Do.Ant. in
c.2.extra de regula.quod dictum refert & ſequitur Alex. in
conſi.ſuo 50.incip.in cauſa inquiſitionis.in 5.col.circa fi. in
1.vol.& in conſ.ſuo 24.inci.animaduerſis.in vlt.col.in 2.vol.
& in conſi.65.inci.viſis proceſſibus.in 3.col.eo.vol.& in ꝯſi.
122.inci.viſo proceſſu.in 4.col.eo.vol.& in conſi.265.incip.
in cauſa & lite. in vlti.col.vbi in omnibus prædictis locis re-
fert & ſequitur illud dictum Dom. Ant. in d.c.2. de regula.
21 † Item etiam ad prædicta facit glo.no.in c. teſtamentum.6.
diſt.quæ dixit,ꝙ pro leuibus criminibus ſacerdos non abſti
net à celebratione miſſarum.Et de iſtis omnibus dixi latiſſi
mè in l.quandiu.C.de diſtrac.pigno.vbi eſt gl.no.dicens, ꝙ
pro modica quantitate debiti creditor non debet vendere
magnum pignus.& dixi etiam latiſſimè in c.j.extra de accu.
dum ibi legi ordinariè.& in ſingu.meo 276.inci. parum &

nihil.Et ex iſtis remanet expedita lex iſta quo ad tex.ideo ve
nio ad gl.vnicam huius legis, pro cuius expeditione arguo
22 contra iſtum textum. † Nam hic dicitur indiſtinctè, ꝙ fur
nocturnus pōt interfici,quando telo ſe defendit, vel quan-
do non poteſt aliter euitari perditio rerum. Sed videtur di
cendum contrarium,per tex.in l.itaque.§.j.ſ̃. ad leg. Aquil.
vbi dicitur, ꝙ occidēs furem nocturnum vel diurnum de-
bet hoc facere cum acclamatione & non cum taciturnita
te,ſed hic dicitur indiſtinctè,quòd poteſt eum occidere,er-
go.Sol.gl.& dicit,quòd hic debet ſubintelligi verbum, ma-
ximè ſi clamauerit, & quòd lex iſta debet intelligi ſecundū
illam.vel ſol.quòd ibi proceditur ſecundùm legem 12.tab.
ſed hic proceditur ſecundum æquitatem Iureconſultorū,
quæ æquitas præualet,vt in l.placuit.C.de iudi.& eam æqui-
tatem interpretentur & reducant ad formam diurni furis,
& ſecundùm hoc non differt diurnus à nocturno, vt ibi in
ſecundo reſponſo.& facit.ſ̃.de fur.l.ſi pignore.§.furem.Vel
tertiò dicit gloſ. nocturnum furem recedentem, & fu-
gientē cum rebus poſſe occidi, licèt ſe non defendat telo.
vnde dicit,ꝙ tex.iſte in verbo,periculo,debet exponi.ſ.per-
ſonæ vel rerum ſuarum, ſed furem diurnum ita demum li-
cet occidere,ſi telo reſiſtat, & ſic pro timore perſonæ tan-
tùm.Et dicit gloſ.quia ſi fur nocturnus recedat cum rebus,
poſtea eum nō cognoſcam,quod ſecus eſt in diurno, quia
poterit accuſari, & ſic de facili non debet occidi.allegat in
ar.l.leges.ſ̃.ad legem Iuliam de vi priuata. Item aſſignat gl.
aliam rationem,quare nocturnus magis, quàm diurnus p̄t
occidi.& dicit, quia tempus,ſcilicet nocturnum, aggrauat
delictum,vt in l.Gracchus.C.de adul.& dicit gl.quòd illa lex
debet intelligi ſecundum iſtam. & facit l. ſi vt allegas.C.co.
& ſ̃.ꝙ metus cau.l.nec timore.§.1. Ita reſidet finaliter gloſ.
iſta.Ego autem circa materiam huius gl.& huius text. dice-
bam, ꝙ ſi quis diligenter & maturè velit conſiderare hanc
legem & ſimiles, ꝙ continet magnum periculum, & ſapit
iniquitatē,& etiam aperit viam homicidijs, & ſic nō dēret
attendi,nec deberet valere,vt habetur in §.erit autem lex.4.
diſtin.Et quòd hoc ſi verum,patet.nam pone quòd aliquis
ductus amore alicuius mulieris nocturno tempore intrat
aliquam domum accenſus amore illius & non cā furandi,
& dominus domus eum ſentit & eum interficit,poſtea di-
cit ꝙ erat fur, & ꝙ aſportabat bona ſua & ſe telo defende-
bat, & ad maiorem cautelam ponit propè ipſum mortuū
aliqua bona ſua,& ſimiliter ponit aliqua arma. Vellem ſci-
re,qūo ſuccurrerē affinibus ipſius mortui & honori domus
ſuæ,vt non dicatur ꝙ ipſe tanquam fur & pro fure & furto
fuerit occiſus:Certè non video,qūo. Nam nō tenetur hoc
probare ipſe occidēs,cum eſſet quaſi impoſſibile,vt in me-
dia nocte haberet teſtes,nec etiā affines poſſunt hoc proba
re modo aliquo. & ſic ex iſta l.& gl.ſequererē abſurdum, ꝙ
tale homicidium ſecutum aliter, q̃ ex cauſa furti tranſibit
impunitum contra omnia iura,& omnem æquitatē,quod
eſt peſſimum. Quid dicendum?verè ego nō video aliquod
bonum reſponſum,ideo res eſt periculoſa iudicio meo.Et
ideo inter omnia iura loquentia de materia iſta melius lo-
quitur d.l.itaque.ſecundo reſponſo.ſ̃.ad legem Aquiliā, in
quantum vult ꝙ occidens furem nocturnum vel diurnum
teneatur hoc facere cum clamore, quia clamando quis vr̄
minus eſſe in dolo,licèt etiam quandoque talis clamor ſo-
lum fiat doloſè, attamen à communiter accidentibus fa-
ciens rem cum clamore,excludit clandeſtinitatem, in qua
præſumitur dolus,vt dixi ſupra in rub.huius tituli.Et pro il-
lo tex.& hac opi.ꝙ minus videatur eſſe in dolo clamans oc
23 cidendo furem nocturnum,q̃ tacens facit,†nam ille,qui ali
quid facit clamando,videtur illud inuitè facere, ſecundum
Cępo.in conſi.ſuo 57.inci.ſuper querela.in 3.col.vbi ad hoc
allegat glo.in l.ſi vt allegas.C.eo.de ſica.& gl.in l.capite quin
to.ſ̃.de adult.& Bar.in l.vt vim.circa fi.ſ̃.de iuſti.& iure. Pro
quibus optimè facit,quod voluit Bald. in l.1.in §.potuiſſe.ſ̃.
ad Sylla.vbi per illum tex.dicit notab.ꝙ ex vocibus & plora
tibus inducuntur indicia,quod dicit facere ad probandum
aliquem voluiſſe inferre violentiam alicui puellæ, quod
vicini audiuerunt eam clamantem & plorantem, & dicit
quòd ad hoc non eſt melior tex.illo.Sed contrarium tenet
Spec.in tit.de pig.in §.1.ſeu in rubr.in 8.col.in verſi.ſed quā-
liter probabit, &c. vbi dicit, ꝙ per acclamationes factas in
domo de nocte ad vicinos dicendo, ſuccurrite, quia fures
ſunt in domo,qui bona exportant, non probatur furtum,
quia ſi hoc caſu probaretur furtum per tales acclamatio-
nes,poſſent fieri multæ fraudes. Sed pro concordia poſſet
dici,ꝙ aut ille qui tempore noctis dum interficiendo furē
nocturnum clamauit eſt homo probus,bonæ conditionis
vitæ & famæ,& tunc præſumatur pro eo,& talis clamor fa-
cit

cit indicium innocentiæ pro eo,argumento glo.in l.Titio
fundus.cum ſua materia.ſ̃.de condi.& demon. Aut eſt ho-
mo ſeu pſona vilis & ſuſpecta,& tunc non releuatur per ta
lem clamorem. & licèt iſta concordia ſit ſatis colorata &
æque,attamen apud me adhuc non eſt in totum tuta & ſe
cura,ideo cogita.Et per iſta eſt expedita l. iſta. Sequitur l. ſi
quis dolo.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Comburens inſulam alienam doloſè,punitur pœna mortis.*
2 *Dictio,quaſi,importat proprietatem rei.*

1 Si quis dolo † Et hoc intendit. Comburens in-
ſulam alienam doloſè,punitur pœ
na mortis.hoc dicit.Caſus. Alia not.hic nō colliguntur,niſi
2 dictum in ſummario.† Item poſſumus etiam notare,quod
dictio,quaſi,hic importat proprietatem, vt etiam in euan-
gelio ibi.quaſi vnigeniti,&c. quod etiam probatur in l. itē
Mella.§.ſed ſi ſeruum plures.ſ̃.ad leg.Aquiliā,& voluit Bar.
in l.fi.in vlt.col.in prin.infrà in hoc tit.Verum eſt, ꝙ dictio,
quaſi,etiam denotat improprietatem. de qua dictione vi-
de Bar.in l.diuortio.in §.ſi fundum.ſ̃.ſolu.matri.& in l. hoc
colore,ſ̃.de inoffi.teſta.Alex.in l.ſi dari.ſ̃.de ver.oblig. Oldr.
latius loquentem in conſi.ſuo 155.incip.quia de forma ele
ctionis,&c.vbi latiſſimè loquitur de dicta dictione. de qua
etiam latè loquuntur ſcribentes in c.parochianos. extra de
decimis.& in c.præsbyter.88.diſt.Bal.in l.in ſuis.ſ̃. de libe. &
poſthu.Doct.in l.ſi cum dotem.§.fi.ſ̃.ſol.mat.& in l.poſthu-
morum.ſ̃.de iniu.teſt.hic non ſunt alia, quia materiam in-
cendij tetigi.ſ̃.in l.1.in princ.ideo hic non repeto. Sequitur
l.circuncidere.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Circunciſio eſt prohibita Chriſtianis,ſecus verò Iudæis.*

1 Circuncidere † Et hoc intendit.Circunciſio
licita Iudæis, ſi fiat p Chriſtia-
nos,eſt pœna huius legis Corne.hoc dicit vſque ad §.ſeruo.
Caſus.No.dictum in ſummario.alia notab.hic non colligū
tur,& gl.nihil habent.ideo ſequitur.§.ſeruo ſine iudice,&c.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Ita punitur dominus occidens ſeruum ſuum,ſicut alienum.*
2 *Intellectus l.in re mandata.C.mandati.*
3 *Correlatiuorum eadem eſt natura:& diſpoſitum in vno,cenſetur di
ſpoſitum in alio.*
4 *Pęna appoſita locatori,videtur etiam appoſita conductori.*
5 *Lex pœnalis loquens de reo,extenditur ad actorem.*
6 *Lex imponens pęnam accipienti aliquid per baratariam,habet locū
etiam in dante.*
7 *Pater non ſuccedit filio ſpurio.*
8 *Pater occidens filium,qui commiſit cauſas ingratitudinis,non tene-
tur de parricidio.*
9 *Statutum arctans affines ad compromittendum, non compræhendit
clericos.*
10 *Statutum puniens ementem,intelligitur etiam punire vendentem.*
11 *Vaſallus obtinens per reſcriptum Principis non cadere à feudo pro-
pter non ſeruata fędera feudi,ita & dominus non perdit dominiū
directum ſi eadem non ſeruauerit vaſallo.*
12 *Stante ſtatuto quod reus non poſſit opponere aliquam exceptionem
vel defenſionem contra inſtrumentum vel eius executionem: ſi
tamen actor, qui petit executionem inſtrumenti non liquidi ha-
buerit aliquam dilationem ad probandum & liquidandum,quod
durante tali dilatione poterit reus probare,& allegare contra ip-
ſam liquidationem.*
13 *Priuatus poteſt imponere pęnam merenti cum authoritate iudicis.*
14 *Indebitè carceratus non relaxatur ſine licentia iudicis.*
15 *Furca ſuſpenſus non poteſt deponi ſine licentia iudicis.16.*

§.Seruo. Et hoc intendit.Non licet domino ſeruum nō
merentem morti ſubijciendum alicui vende-
re & contrafaciens tam venditor quam emptor, tenetur
pœna huius legis,ſecus ſi dominus habet iuſtam cauſam,qa
hoc facere poterit cum autoritate iudicis. h. d. Caſus, &c.
Nota, ꝙ dominus non poteſt occidere ſeruum ſine iuſta
cauſa, nec poteſt in eo nimium ſęuire. Ita habetur in §.pe.
1 Inſt.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iuris.† Et ideo ita punitur do
minus occidens ſeruum ſuum,ſicut alienum.Ita dicit gl. in
c.ſi qua fœmina.50.diſt.& ſubdit ibi no. gl. ꝙ ſeruus poteſt
conqueri de domino,ſi dominus ſęuiat in ipſum.
2 † No.etiam ꝙ licèt ſeruus ſit in poteſtate domini, tamē
non poteſt eo abuti.ex quo dicas ꝙ l.in re mandata.C.mā-
da.volens,ꝙ in re ſua quilibet ſit moderator & arbiter, de-
bet intelligi,dummodò nō abutatur.Ita dixit Ang. de Are.
in §.fi.Inſt.de his,qui ſunt ſui, vel ali. iur. Item poſſumus ex
iſto text.ampliare l.liber homo.ſ̃.ad leg. Aquil. inquantum
dicit,ꝙ nemo eſt dominus mēbrorum ſuorum.quod extē
de,nec ēt membrorū ſeruorū ſuorū,per hunc tex. & per d.
§.pen.& fi.Inſt.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iur. Vlterius no. ꝙ
quādo prohibita eſt venditio alicuius rei,ꝙ ita eſt prohibi-
3 ta emptio,quia emptio & vēditio ſunt correlatiua,† & ſta-
tutum in vno,intelligitur eſſe ſtatutum in alio,quia hęc eſt
natura correlatiuorum, vt diſpoſitum in vno, intelligatur
eſſe diſpoſitum in alio,& conceſſum in vno, eſſe cōceſſum
in alio.concordat tex.in l.fi.C.de indic.vidui.tollen. in prin.
& ibi Bar.& hr̃ per Ang.in l.fi.ſ̃.de accepti.poſt Bar.ibi, & p
Bar.in l.1.C.de cupreſ.lib.11.& per Bar.in l.qui plures. §.1.ſ̃.
de vulg.& pup.& per Io.And.in c.Michael. de fil. præsby. &
per gl.in rub.C.de rebus credi.& ibi per Iac.But.& p Raph.
Cu.in l.ſi verò.in §.de viro.ſ̃.ſol.matri.& per Bal. in l.fi.C.de
dona. ante nup. & per alios quàmplures Doct. quos retuli
4 ad hoc,in l.ſi quis viduam.in 5.col.infrà de quæſtionib. † Et
prædicta ſunt adeo vera. ſ. ꝙ in correlatiuis diſpoſitum in
vno,cenſetur diſpoſitum in alio,ꝙ dixit Hoſti.in c.1. de lo-
cato.ꝙ pœna appoſita locatori, videtur appoſita cōducto-
5 ri.† Et dixit gl.no.in c.2.in verbo,reus.de confeſ. in 6. ꝙ lex
pœnalis loquens de reo,extenditur ad actorem.quam gl.re
fert & ſequitur Alex.in conſi.ſuo 24.inci.animaduerſis,&c.
in vlti.char.in fi.primæ col.in 2.vol.& Gemi.in c.1.de temp.
ordi.in 6.in 2.col.vbi dicit,ꝙ eſt ſimilis gl.in c.cupientes. in
§.pen.de electio.in 6.Et dixit Bar.in liberorum.§.1.ſ̃. de his,
qui notā.infa.ꝙ ſtatutum pęnale loquens in vxore, extēdi-
6 tur ad maritum.† Et dixit Bal.in l.1.ſ̃.de calum.ꝙ lex impo-
nēs pęnam recipienti aliquid per baratariam, habet locum
etiam in dante.Et dixit Bar.in l.fi.C.de exac.tribu.li.10.ꝙ lex
imperialis,quæ prohibet emere, compræhendit etiam ec-
cleſiam.& ibi dixit Ang.quod prohibita emptione, intelli-
gitur eſſe prohibita venditio. & illam doctrinā refert & ſe-
quitur Barba.in c.1.in pe.col. de teſta. vbi etiam in ſimili al-
leg.Richardum de Saly. in l. 1. C. de ſacroſan.eccle.Et dixit
Bal.in l.nemo martyres.C.de ſacroſan.eccle. ꝙ ſtatutū pro-
hibens venditionem,prohibet etiam emptionem. Et pro
7 iſtis facit.† Nam pater & filius ſunt correlatiua,& vnū non
poteſt eſſe ſine alio, & ideo ſicut filius ſpurius non poteſt
ſuccedere patri.auth.ex complexu.C.de inceſt.nup.l.1.C.de
natura.libe.& in auth.licet.in fi.eo.tit.& in Auth.quib. mo-
dis naturales efficiun.ſui.in §.pen. ita nec econtra pater nō
pt ſuccedere filio ſuo ſpurio.Ita dixit Azo in ſumma. C. de
legi.hęred.& in ſumma,C.de ſuis & legi.& voluit Bart. in l.
fi.in 1.col.ſ̃.de his,quibus vt indig.& in l.1.in fi.prin.ſ̃.de bo.
poſ.contratab. & in l. ſi quis ſub conditione. prope med.ſ̃.
de teſta.tut.& Dyn.in tract.ſuo de ſucceſ.ab inteſt.& Bal. in
dicta auth.licet.C.de naturalibus liber. & in repeti. l. 1. in 6.
col.ver.ſuper ſexto.C.de ſacroſan.eccle.& in l.Gallus. in §.1.
in 6.col.ſ̃.de libe.& poſthu.& Do.Alexan.in conſi.ſuo 150.
8 incip.viſo themate.in 2.vol. † Et facit,quod dixit Bar.in l.di-
uus.infrà tit.1.vbi dixit, ꝙ ſi filius committit cauſam ingra-
titudinis contra patrem, & pater eum occidat, non debet
puniri pœna legis Pompe.de parrici.ita dicit eſſe ecōtra, ſi
pater committat contra filiū cauſam ingratitudinis, & po-
ſtea filius occidat patrem,non debet puniri pęna legis Pōp.
de parri.Et ad prædicta etiam adduci poteſt not.verbū Bal.
in l.in fraudem.in prin.ſ̃.de teſta.mili.vbi dixit,ꝙ priuilegiū
datum alicui in conferendo,videtur etiā datum in adimen
9 do.† Et facit no.verbum eiuſdem Bal.in conſi.ſuo 107.inci.
dictat ſtatutum,&c.in 6.vol.in fi.vbi dixit, ꝙ ſicut ſtatutum
laicorum volēs,ꝙ inter affines fiat compromiſſum,non cō
pręhendit clericos,q nō poterunt vigore talis ſtatuti aſtrin-
gi ab affinibus ſuis ad faciendum compromiſſum cum eis.
ita nec ipſi clerici non poterunt vigore talis ſtatuti cogere
☞ affines ſuos ad faciendum ſecum compromiſſum.[De hoc
vide latè per Soc.in conſi.ſuo 71.inci.circa præſentem, &c.
quaſi per totum.in 4.vol.& vide in l.ſi quis viduam.in 5.co.
de quæſtioni.] Et facit dictum Abb.in proœ. Greg. vbi di-
cit,ꝙ in correlatiuis etiā reſpectu pęnæ diſpoſitum in vno,
cenſetur diſpoſitum in alio.pro quo dicit facere,quod no.
Bart.in auth.qui ſemel.C.quomodo & quando iud. & Bal.
10 in d.l.nemo martyres.C.de ſacroſan.eccle.† Et ideo dicit ip
ſe Abb.vbi ſ̃.ꝙ ſi ſtatutum imponit pœnam vendenti cer-
tam rem,quod illa pęna intelligitur repetita reſpectu emē
tis,quod dicit eſſe notandum. Et facit optimè ad prædicta
no.verbū Pet.de Anch.in repetitio.c.1. in 11. char. extra de
conſti.vbi dicit,ꝙ licèt in materia correctoria tm̃ cenſeatur
correctum, quantum exprimitur,vt in l. præcipimus. in ſi.
C.de appel.tamen correctio in vno correlatiuorum,exten
ditur ad reliquū.alle.Bar.in l.fi.C.de indic.vidui.tollen.& ibi
etiam ſubdit,ꝙ etiam reſpectu pęnæ lex extendit ad corre-
latiua.alleg. Barto. in d. l. nemo. & facit etiam ad prædicta,
quod

quod voluit Bart.in l.fi.C.de accep.vbi dixit, ꝙ ſtante ſtatu-
to, ꝙ nullus poſſit emere ſine licentia alicuius officialis, in-
cluditur etiam venditor.quod dicit eſſe expreſſum in l.2.C.
de cupreſſis.lib.11.vbi hoc etiam voluit Bart.vt dixi.ſ.& vo-
luit ēt ipſe Bar.in l.ſi ab eo.C.de legi.hæredi.& in l. ſi conue
nerit.ſ.de pac.& adduci etiam poteſt, quod voluit Domi-
nicus in c.eos.in §.1.in 1.col.de temp.ord.lib.6. vbi dicit, ꝙ
ſi ſtatutum permittit aliquid emere ſine ſolutione gabellę,
intelligitur etiam permittere vendere ſine ſolutione ga-
bellæ.& dixit Bal.in c.2.in vlt.col.extra de proba.quod natu
ra correlatiuorum eſt communis vtrique extremo,& vno
contrahentium prohibito,vel permiſſo,alter cenſetur ꝓhi
bitus vel permiſſus,per c.2.de mu.pe.Et dixit Dominicus in
c.1.de dolo,& contu.in 6.ꝙ ſi actor obtinuit ſpecialem cō-
miſſionem,ꝙ in cauſa ciuili reus debeat perſonaliter com
parere in iudicio, ꝙ tunc tenetur etiam ipſe actor compa-
rere perſonaliter.Et dixit Bal.in c.1.§.in quibuſdam.de con
ſue.rec. feu. ꝙ ſi actor impetrauit cauſam committi cum
clauſ.appel.remota, extenditur etiam ad reum in cauſa re-
11 conuentionis ipſius.† Et dicit Bal.in l.fi.in 2. col. C. de fruc.
& lit. expen. ꝙ ſi per reſcriptum Principis obtinuit vaſallus
vt à feudo non cadat propter non ſeruata fœdera feudi, ꝙ
eodem modo dominus non amittet dominium directū,
ſi eadem non ſeruauerit vaſallo,quod aliàs amitteret, vt in
12 ca.1.§.ex eadem.de lege Conra. † Et facit etiam notabile di-
ctum Bal.in l.ſi cauſam.in vlt.col.C.de execu.rei iudi.vbi di-
xit, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ reus non poſſit opponere aliquam
exceptionem vel defenſionem contra inſtrumentum vel
eius executionem, ſi tamen actor qui petijt executionem
inſtrumenti non liquidi habuerit dilationem ad proban-
dum & liquidandum, tunc durāte tali dilatione poterit ſi-
militer reus probare & allegare contra ipſam liquidatio-
nem & concernentia illa, non obſtante ſtatuto prædicto.
quod dictum pro valdę notabili refert & ſequitur D.Ioan.
Bap.de ſancto Seue.in repe.l.admonendi.in 5.char.in 2.co.
in fi.ſ.de iureiur.vbi alleg.Bar.ibi,& alios. de quo latius di-
xi in ſing.meo 168.inci.æqualitas,&c.Pro quibus etiam fa-
ciūt dicta plenius per me in l.ſi quis viduam.in 5.6.& 7. col.
13 infrà de quęſtioni.† Vlterius no.etiam ex iſto tex.in verbo,
oblato tamen iudici,&c. ꝙ priuatus non poteſt imponere
pęnam alicui etiam merenti ſine authoritate iudicis, ita ꝓ-
bat tex.iſte.Et ita etiam dicas econuerſo, ꝙ ſi aliquis debet
liberari ab aliqua pęna,non poteſt hoc fieri ſine authorita-
te ſuperioris.Ita probat tex.in l.1.§.fi.infra de quæſtionib.&
14 ibi dixi in 15.colum.† pro quibus etiam facit.nam carcera-
tus ſi fuit indebitè carceratus nō ſeruata forma ſtatuti,adeò
ꝙ debeat incontinenti relaxari,debet tamen relaxari cum
authoritate ſeu licentia iudicis,& non propria authoritate
cuſtodis carceris,vel alterius,ſecundum Pet.de Anch. in ꝯſ.
15 ſuo 341.inci.viſo themate,&c.in fi. † Ad prædicta facit etiā,
nam videmus ꝙ furca ſuſpenſus licèt ſit deponendus vt ſe-
peliatur, tamen hoc non poteſt fieri ſine authoritate iudi-
cis.l.1.& 2.inf.de cadaue.puni.quæ licentia debet præſtari ꝑ
conſenſum expreſſum,non autem per tacitum.Ita dixit Ar
chi.in c.ſi abbatem.de elec.in 6.de quo per Moder.Inſti.de
16 actio.in prin.† Et dixit Ang.de Are.in tract.malef.in verbo,
fama publica. in ver. & aduertas tu iudex ꝙ carceratus etiā
ſine cauſa non poteſt relaxari per cuſtodem carceris ſine li
centia iudicis.alle.Bart.in l.ſi quis vxori. in §. ſi fugitiuum.ſ.
de fur.Pro quibus omnibus facit optimè tex.in c. fęlicis. in
§.cum autem.de pęn.in 6.Alia no.hic non colliguntur, igit̄
venio ad gl.Et capio primam glo.in verbo,dato,quæ expo-
nit iſtud verbum,dato,id eſt vendito.vel dicit gl.ꝙ ad pęnā
huius legis neceſſe eſt dare.ſ.factum requiritur, & non ſola
voluntas ſufficit.Poſtea dicit gl.ꝙ ſecūdum hanc legem po
teſt intelligi illud,quod habetur Inſt.de his,qui ſunt ſui, vel
alie.iuris.in quo ti.ponitur,an liceat domino occidere ſer-
uum vel contra eum ſæuire,&c.aliæ gl.ſunt claræ, & litera-
les.ideo ſequitur l.infans.

SVMMARIVM.

1 *Infans an poſſit eſſe doli capax,& incurrere irregularitatem.*
2 *Infans doli capax committens homicidium,non punitur pęna mortis,ſed alia pęna.*
3 *Induſtria,ſapientia,aſtutia,ſagacitas,prudentia,& malitia ſupplent ætatem,& excludunt præſumptionem fragilitatis.*
4 *Limitatio ad tex.in cle.1.de homicidio.*
5 *Minor 12.anno.non poteſt accuſari de adulterio.*
6 *Differentia inter infantem,puerum,pupillum,adoleſcentem, puberem,iuuenem,ſenem,& ſimiles.*
7 *Infans doli capax non punitur in delictis in omittendo.*
8 *Infans poteſt creari miles, & vtrum coronari.*
9 *Infans expoſitus,cuius origo ignoratur,efficitur ciuis illius ciuitatis vbi eſt expoſitus.*
10 *Infans poteſt inueſtiri de feudo.*
11 *Infans non poteſt eſſe monachus.*
12 *Si affines vel tutores infantis faciunt pacem de morte patris ipſius infantis:ipſe infans factus maior poteſt talem pacem impunè rūpere,niſi eam ratificauerit.*
13 *Minor committens delictum in minori ætate,in qua non poteſt puniri,an poterit puniri effectus maior.*
14 *Statutum,quòd pater teneatur ſoluere condemnationem ſeu pęnam pro filio, an valeat.*
15 *Nemo poteſt ſe pro alio obligare ad pęnam corporalem.*
16 *Iuriſdictio non poteſt prorogari in criminalibus.*
17 *Quod poteſt fieri per pactum,poteſt etiam fieri per ſtatutum.*
18 *Statutum,quòd pater teneatur pro delicto filij, non compræhendit delictum commiſſum à filio ſpurio,nec à nepote ex filio,nu.20.& an pater teneatur ſoluere dictam condemnationem, ſi filius fuit condemnatus de delicto propter eius contumaciam,& ſic ex ficta confeſſione.nu.22.& 26.& an obligetur pro filio forenſe non ſuppoſito iuriſdictioni ſtatuentium.nu.27.& an tali caſu filius excutiendus ſit tanquam pater more fideiuſſorum.nu.30.*
19 *Si pater habet inimicum & cum eo facit pacem, & præſtat cautionem pro ſe & filijs de eo non offendendo, ſi poſtea ille offendatur per filium naturalem tantùm, pater non tenebitur ad aliquā pęnam.*
21 *Filiorum appellatione,an & quandò compræhendantur nepotes.*
23 *Sententia lata contra contumacem,non præiudicat tertio.*
24 *Stante ſtatuto,quòd bannitus poſſit impunè occidi,non poterit bannitus per contumaciam occidi.*
25 *Sententia contra Notarium valet.*
28 *Statutum dans præmium occidendi bannitum,compræhendit etiam occidenti bannitum extra territorium ſtatuentium.*
29 *Priuilegium conceſſum alicui ciuitati puta Bononienſibus,quod poſſint teſtari cum duobus teſtibus,vel quid ſimile facere: proderit ipſis Bononienſibus talem actum gerentibus extra patriam.*
31 *Pater ſoluens pro filio,an poſſit quod ſoluit à filio petere.*
32 *Pater habens peculium filij, ſi ſoluit condemnationem pro filio & non exprimit,an ſoluat de peculio filij,an de bonis ipſius patris, an tunc tale ſolutum imputetur in legitimam,vel peculium filij.*
33 *An valeat ſtatutum,quòd filius teneatur pro delicto patris.*
34 *Statutum volens,quòd bona filiorum & vxoris, & etiam ipſi filij poſſint capi pro debito fallentiæ patris,valet & tenet.*
35 *Statutum, quòd pater teneatur aſſignare legitimam filio delinquenti nomine fiſci,an valeat.*
36 *In ſtatutis non requiritur cauſa,ſed veritas.*
37 *An valeat ſtatutum,quòd mater teneatur aſſignare legitimam filio delinquenti.*
38 *Filius ingrediens religionem,an poſſit cogere patrem ad dandum ſibi legitimam.*
39 *Pater ingrediens religionem,an teneatur facta profeſſione aſſignare legitimam filio,an verò debeat expectari mors naturalis.*
40 *Si pater viuens ſoluit condemnationem pro filio, an filius ſibi imputabit in partem.*
41 *Teſtimonium infantis vel minoris in cauſa criminali,an valeat.*
42 *Quando veritas aliter haberi non poteſt,admittuntur inhabiles,qui aliàs non admittuntur.nu.47*
43 *Mulier quandoque admittitur in teſtem.*
44 *Laici in criminalibus quandoque contra clericos teſtificantur.*
45 *Domeſtici quandoque teſtificantur.*
46 *Minores quandoque probant delictum.*

Infans. Et hoc intendit, Infans vel furioſus commit-
tens homicidium,non punitur pœna huius le
gis,& ratio aſſignatur in hoc tex.hoc dicit.Caſus,&c.No.ex
hoc tex.quòd infans committens homicidium non punit̄
1 hac lege,vt hic. † An autem incurrat irregularitatem com-
mittendo homicidium? tex.in clemen.1. de ho.dicit, quòd
non.de quo tamen vide Hoſti.in cap.1.extra de deli. pue.&
2 Car.in cle.vnica,in 1. oppo. de homi. † Sed poteſt dubitari,
quid ſi talis infans ſit doli capax, & comittat homicidium,
an tali caſu puniet̄ pro homicidio pœna huius legis? In quo
videtur dicendum ꝙ non,eo quia in tali ætate infantili,quę
eſt ſeptem annorum,vt in l.ſi infanti.C.de iure deli.non p̄t
cadere dolus vel capacitas doli, quia talis ætas quicquid vi-
det,ignorat, vt in l.1.C.de fal.mo. Sed in contrarium forti-
ter facit,ꝙ talis infans poſſit eſſe doli capax.Nam Ioan. An.
in ca. 1. extra de delic.pue.quem ibi refert Abb.& Ioan.de
Ana.refert beatum Grego. dicentem in dialogo ſuo,quòd
aliàs quidam puer quinque annorū,iurans & blaſphemans
Deum,fuit raptus & exportatus, à diabolo de manibus pa-
tris ſui. ex quo ſatis apparet, quòd dolus & malitia cadit in
infante,quia aliàs Deus non permiſiſſet ex ſua iuſtitia illum
infantem

infantem rapi. Præterea, ꝙ infans poſſit eſſe doli capax, fir-
3 mat glo. in c. fi. extra de ſen. excom. † Item pro hac parte fa-
ciunt dicta per Ioan. de Ana. in rub. extra de delic. pue. in
fin. verbis. vbi ipſe dixit, ꝙ induſtria, ſapientia, aſtutia, ſagaci
tas, prudentia, & malitia ſupplent ætatem, & excludunt præ
ſumptionem fragilitatis ętatis. ad quod alleg. Cy. Bar. & Bal.
in l. 1. C. qui & aduer. quos. ad quod ẽt poterat alleg. l. ſi alte-
rius. C. ſi mi. ſe ma. dix. vbi dicit text. ꝙ malitia ſupplet ętatẽ.
Ex quo infert ipſe poſt eos, ꝙ iſti iuuenes qui vadunt Flo
rentiam ad faciendum mercantiam ſeu inueſtituram pan-
norum, non poſſunt petere reſtitutionem in integrũ tan-
4 quam minores. † Et ex ſupradictis Do. Abbas in dicto c. 1
de deli. pue. dicit, ꝙ limitari poteſt text. in cle. 1. de homi. in
quantum loquitur de infante, ꝙ non puniatur, quod eſt ve
rum, niſi ſit doli capax, quia tunc non procederet ille text.
ita indiſtinctè. quod dictũ refert & ſequitur ibi Io. de Ana.
Et pro iſtis facit optimè tex. in dicto c. 1. de deli. pue. vbi di-
citur, ꝙ pueri præterquàm in delicto carnis delinquere poſ
5 ſunt, & ſic præſupponit dolum in eis. † Et quia in eis nõ ca-
dit vitium carnis, ideo minor. 12. annorum non poteſt ac-
cuſari de adulterio. text. eſt in l. minor. ſ. de adulte. quod fir-
mat Abb. in dicto ca. 1. Quid dicendum? iudicio meo dici
poſſet, ꝙ infans poteſt eſſe doli capax, vt expreſsè tenet gl. in
d. c. fi. de ſen. excom. & hoc eſt verum, maximè modernis tẽ
poribus, nam defecerunt ætates. & illud, quod antiquitus fa
ciebant & ſciebant homines circa vitia & fallacias in 15. an-
no, faciunt nunc infantes in 6. vel 7. an. & adeò infantes mo
dernis temporibus ſunt iniqui & vitijs dediti, ꝙ nil ſupra. &
hoc docet experientia rerum magiſtra, quæ mentiri nõ no
uit, vt in c. quam ſit. de elect. in 6. Et verè ego cognoſco, &
ſæpe vidi aliquos pueros ſeptẽ annorum, qui melius ſciunt
ludere ad taxillos & ad alios ludos ꝓhibitos, & melius ſciũt
decipere ludentes ſecum quàm ſciret homo 30. an. & ideo
iudicio meo. l. 1. de fal. mo. quæ dicit, ꝙ quidquid videt, pu-
pillus ignorat, non habet locum modernis temporibus, ſed
illud erat tempore compilationis d. l. ideo mihi placet illa
limitatio Abb. in d. c. 1. ad tex. in d. cle. 1. de homi. & ſic hunc
tex. intelligo in infante non doli capace, vt dixi per ſupradi-
cta. Faterer tamen, ꝙ ſi infans etiam doli capax committe-
ret homicidium, ꝙ tamen mitius puniretur quàm maior,
vt dicit Abb. in d. c. 1. ſuperius alleg. & eſt text. in l. auxilium.
§. 1. ſ. de mino. & in c. fi. extra de ſen. excom. pro quo faciũt,
quæ dixi. ſ. in l. 1. in prin. in limitatione, quam dedi ad illum
tex. de minore, vbi videas. & quando dicatur doli capax &
quomõ hoc cognoſcatur, vide Arch. in c. illud. 15. q. j. & Io.
6 de Ana. in c. 2. in 3. col. extra, de deli. pue. † Et ſi fortè aliquis
vellet videre, quæ ſit differentia inter infantem, puerũ, ado-
leſcentem, iuuenem, ſenem, & ſimiles, videat Doc. in d. l. ſi
infanti. C. de iure deli. Io. And. & alios in rub. de deli. pue. &
Glo. ord. quæ enumerat ætates in proę. Sexti, in verbo, per-
7 fectus. & gl. & Doc. in l. 1. §. pueritiã. ſ. de poſtu. † Item ſcias,
ꝙ licèt infans & pupillus doli capax nõ excuſetur à delicto
ꝑꝑ ætatem, vt ſ. dixi, iſtud eſt verum in delicto commiſſo
in faciendo, ſed ſecus eſt in delicto commiſſo in omitten-
do vel negligendo, quia in tali delicto excuſantur, ſiue ſint
doli capaces, ſiue non. Ita dixit Dy. in l. 1. §. impubes. ſ. ad Syl-
la. & ideo voluit Cy. & Saly. in l. 1. C. de fal. mo. vbi dicunt, ꝙ
in his, quæ committuntur omittendo, & ſic ex negligẽtia,
non puniũtur impuberes, ſed imò excuſantur etiam ſi ſint
doli capaces, per illum tex. & per gl. in l. 2. C. ſi aduer. delictũ.
Ex quo infert Saly. vbi ſupra, ꝙ ſi ſtatuto cauetur, quòd qui-
libet teneatur ponere bona ſua in cataſtro vel in æſtimo, &
deſcribere quicquid ſibi ab alio debetur, aliàs ſi non deſcri
pſerit debito priuetur, & occurrat quòd pupillus ſibi debi-
tum deſcribi non facit, quòd non propterea debito priua-
bitur, ſed eius tutor bene tenebitur, vt ibi per eum. & iſtud
dictum refert & ſequitur Io. de Ana. in d. c. 1. in pen. col. ex-
tra de delic pue. Vlterius circa hunc infantem minorem ſe-
8 ptennio teneas menti aliqua. Primò, ꝙ † talis infans poteſt
creari miles, & poteſt etiã coronari, vt Rex. Ita dixit Bart. in
l. 1. C. de mune. & hono. non conti. lib. 10. & voluit etiã Bal.
9 in l. 1. in 10. col. C. de digni. lib. 12. † Item infans expoſitus ho
ſpitali, cuius pater & mater ignoratur, eſt ciuis illius loci, in
quo eſt expoſitus. Ita dixit Bar. in l. 1. in fi. infra ad munici. &
10 Ang. in l. hæres abſens. §. 1. ſuprà de iudi. † Item infans inue-
ſtiri poteſt de feudo, ſecundum Bald. in l. eam, quam. in 13.
col. C. de fideicom. Attamen contra prædicta facit. nam in-
fans pupillus & abſens æquiparantur, ſecundum Bal. in l. ſan
11 cimus. in prin. C. ad Treb. † Item infans non poteſt eſſe mo
nachus. c. 1. & 2. de regula. in 6. & voluit Bart. in l. etiam. ſ. de
12 adop. & Cy. in authen. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccl. † Et circa
hanc materiam teneas menti perpetuò vnum videlicet, ꝙ
ſi infans facit pacem de morte patris. i. ſi affines ipſius infan
tis vel tutores nomine ipſius fecerunt pacem, vt ſupra de
morte patris, ipſe infans factus maior poteſt talem pacem
rumpere impunè; niſi ipſam pacem ratificauerit poſtquã
factus eſt maior. Ita ſingulariter conſuluit Pau. de Caſt. in
conſi. ſuo 193. inci. viſo proceſſu, &c. & mouetur optimis
iuribus & rationibus, & reſpõdet ibi ad omnia contraria,
quod eſt perpetuò menti tenendum, quia quandoq; talis
13 caſus contingit in facto, vt ego aliàs vidi hic Bononiæ. † Itẽ
teneas menti etiam, ꝙ ſi infans ſeu minor committit deli-
ctum, quod aliqua ex cauſa non poſſit puniri ꝑꝑ minorem
ætatem ſic iubente ſtatuto, ꝙ non poterit etiam de dicto
delicto puniri, cum erit effectus maior. Ita voluit gl. quam
ibi ſequuntur Doc. in l. ſciant. C. de legi. hæredi. de quo dixi
in l. de minore. in prin. in vlt. col. inf. de quæſtioni. Vlterius
quæri poteſt hic de not. quæſtione. hic eſt tex. ꝙ infans nõ
tenetur pœna huius legis de homicidio, & etiam non tene
tur minor, qui punitur mitius, vt dixi. ſ. in hac. l. in prin. in li-
14 mitationibus. † Sed vellem ſcire, an ſtatutum volens, ꝙ pa-
ter teneatur ſoluere condemnationem ſeu pęnam pro de-
licto filij valeat? In quo dicendum eſt, ꝙ aut tale ſtatutum
loquitur de pęna ſeu condemnatione corporali, aut de pe
cuniaria. primo caſu ſi loquitur de pęna corporali, & vellet
ꝙ pater teneatur pro filio pęna corporali, certè non valet,
15 † cum etiam quis ſpõte non poſſit ſe obligare pro alio ad
pęnam corporalem, arg. l. liber homo. ſ. ad legem Aqui. Ita
dixit Bal. in l. j. in ver. ſecundò reuoco in dubium. C. ne filius
pro patre. vbi ad hoc allegat glo. in c. cum hõ. 23. q. 5. idem
voluit Saly. in l. ſi filiusfamilias. circa prin. C. ne filius pro pa-
tre. vbi allegat dictam gl. & idem tenuit Bal. in rub. C. res in-
ter alios acta. & Io. de Ana. in c. 2. in 6. col. extra de deli. pue.
[Pro † quo facit, nam in criminalibus non poteſt proroga
16 ri iuriſdictio, vt habetur per Bald. in l. ſi quis ex conſenſu. in
2. col. ver. reuoco igitur in dubium. C. de epiſ. audi. & in l. 1.
in prin. ver. ex hoc infertur. C. vbi de cri. agi oportet. & in l.
1. in vlt. col. & ibi Bar. C. de iuriſ. om. iu. & in l. 1. in 5. not. C. q
pro ſua iuriſdictio. & per Bar. poſt gl. in l. 1. in 2. col. de iudi.
& per Bal. in addi. Spec. in ti. de competen. iudi. adi. verſi. qđ
in eſſentiali, &c. & vide Spe. in tit. de iuriſ. om. iud. in 3. char.
& Inn. in c. de cauſis. in 1. col. de offi. deleg. Alex. in l. 1. ff. de iu
di.] Contrarium tamen tenuit Albe. de Roſa. ſ. ꝙ quis poſ-
ſit ſe obligare pro alio ad pęnam corporalem, in j. parte ſta
tu. q. 51. inci. & ex prædictis poteſt oriri alia quæſtio, &c. Et
mouetur inter cætera ad hoc dicendum, videlicet, quia qs
poteſt ſe obligare ex facto alieno, vt in l. cum filius. §. 1. ſ. de
ver. oblig. & ſupra de duobus reis. l. nemo.
Et ideo dicit, ꝙ ſi duo fecerunt pacem, & ego fideiuſſi
ꝓ vno, ꝙ pacem ſeruaret, poſtea ipſe fregit pacem occiden
do, certè ipſe decapitabitur, non tam ex vi pacti, quam ex
vi ſtatuti. Sed cum factum illius repræſentet factum fideiuſ
ſoris, qui ꝓmiſit quòd ſeruaret pacem, ipſe feciſſe vr̃, cum
lex repræſentet factum principalis factum fideiuſſoris, iõ fi-
deiuſſor punietur pęna corporali. Ita tenuit Vbertus de Bo
bio, ſecundùm eum, in l. ſi quis maior. C. de tranſa. ad quod
allegat. ſ. de ver. obli. l. mora rei. Et ſubdit quòd ſicut poteſt
quis delinquendo ſe obligare ad pœnam capitalem, ſic &
promittendo, quia contractus & delicta parificantur, vt ſu
pra de iudi. l. omnem. & in Authen. vt omnes obe. iud. pro-
uinc. §. & hoc conſiderantes. & non dicitur tam puniri ex
facto alieno, quàm ex facto proprio repræſentato, & per
eum promiſſo. Pro quo etiam bene facit ſecundùm eum,
nam ſi quis ſuſcipiat & ſe obliget ad cuſtodiam carceris, &
fraudulenter permittat fugere carceratos, punietur capite,
vt ſuprà de cuſtodia reorum. l. finali, & l. milites. & l. pe-
nultima, C. eod. titu. de cuſto. reorum. ex quo patet, quòd
ex conuentione ſua obligatur ad pœnam capitalem. Sub-
dit poſtea Alberi. vbi ſuprà, quòd iſta opinio eſt dura, licèt
fortè de ſtricto iure ſit vera. Attamen multi eam non ap-
probant ꝑꝑ dictam l. liber homo. & etiam quia talis con-
uentio eſt contra bonos mores, & ideo dicit, quòd com-
muniter ita ſeruatur. Aut tale ſtatutum loquitur de pœna
pecuniaria, & ſimiliter videtur dicendum quòd nõ valeat,
per titulum. C. ne filius pro pa. & per regulam l. ſancimus.
C. de don. vbi dicitur, pęna debet tenere ſuos auctores, imò
ſi ſtatutum aliter diceret, eſſet iniquum, & non deberet ſer
uari, ſecundùm Dom. Card. in conſi. ſuo 44. inci. pro Domi
no Chriſtophoro. Pro qua parte eiam optimè facit quod
voluit Bal. in dicta l. ſancimus. vbi dicit, quòd tale ſtatutum
eſt iniquum & contra ius diuinum. Et facit etiam, quod di
xit idem Bald. in l. dotis tuæ. C. de iure dotium. vbi dixit, ꝙ
tale ſtatutum eſt durum. Et dixit etiam ipſe Bal. in c. cogno-
ſcentes. extra de conſtitu. quòd plerunque ſtatuta, quibus

vnus punitur pro alio, ſunt iniuſta. Et dixit Bald.in rubr.C.
res inter alios acta.quòd tale ſtatutum eſt tolerabile,ſed nõ
laudabile.& allegat glo.in Auth.vt nulli iudicum. in §.quo-
niam vero. & ibi Ang. notat eam contra Poteſtates terra-
rum,qui puniunt vnam contratam pro aliquo delinquen-
te.Et quòd tale ſtatutum non valeat,tenuit Saly.in l.1.C.res
inter alios acta.& hanc partem tenuit Barba.in conſ.ſuo in
cipiente, præclarè ſcripſit Apoſtolus, &c. in princip.quod
conſilium eſt inſertum inter conſilia Do.Lau. Cal.& in or
dine eſt 64.& Domi.Lauren.Cald.in conſilio ſuo 38.incip.
in cauſa Thadei.in pen.colum.Et faciunt etiam optimè di-
cta per Bal.in l.ſi filius.C.ad Velleia.vbi dixit,quòd tale ſtatu
tum eſt contra ius naturale.Et iſta opinio probatur apertè
in l.vnica. C.vt nullus ex vicarijs,&c. libro 11.vbi text. dicit,
graue eſt non ſolum legibus, verum æquitati naturali con-
trarium,pro alienis debitis alios moleſtare. Idcirco huiuſ-
modi iniquitates contra omnes vicarios perpetrari modis
omnibus prohibemus. Ita formaliter dicit ille text. Ad idẽ
etiam eſt tex.in Authen.ut non fiant pig. in §.1. & in l.pro-
uidendum.C.de decu.lib.10. & facit l.hac diffinitione.C.de
omni agro deſer.lib.11.& tex.in l.nullam.C.de execu.& exa
cto.lib.12.& facit l.vxorem.C.de decurionibus.& tex.in c.ſi
habes.24.q.3.& c.vndecunque.56.diſt.& facit glo.in l.1.§.1.
in verbo,vindicauit.in verſiculo, ſed certè nil iſto ſalſius,ſu-
pra de petitio. hæredita. & facit optimè regula, non debet
quis alterius odio prægrauari. cum ibi not. per Io. And. &
Dyn.extra de regulis iuris,in ſexto. Et faciat etiam, nam cõ-
trariorum eadem eſt cẽſura,vt iuribus vulga. ſed filius non
obligatur in aliquo pro delicto patris, ut eſt tex.no.in l.cri-
men.infra de pœn.ergo pari ratione videtur dicendum, ꝙ
ſimiliter pater non teneatur pro delicto filij.
17 † Contrariam tamen partem,ſcilicet quòd prædictũ ſta-
tutum valeat,& quòd pater poſſit obligari pro delicto filij,
tenuit glo.in rub.C.de decre.decu. lib.10. inquantum dicit
quòd illud, quod poteſt fieri per pactũ, poteſt fieri per ſta-
tutum, ſed per pactum quis poteſt ſe obligare ad pœnam
pecuniariam pro alio, ergo etiam per ſtatutũ poterit obli-
gari.Et cum illa glo.ibi tranſit Bar.Bald.& Ang.& hanc par-
tem tenuit Bart.in l.cum filius.in prin.ſ.de verb. oblig.& in
diſputatio.ſua incip. Peruſinæ ciuitatis ſtatuto,&c. & in l.1.
C.ne filius pro patre.& Salyc.in l.4.eo.tit.& Pet.de Anchar.
in c.1.de conſti.in verſ.quæro vlterius,ſcriptum eſt in l.diui
na.& Soci.referens prædictos in conſ.ſuo 271.incip.in præ-
ſenti conſultatione, &c. in 1.col.& idem tenuit Petrus de
Anch.in c.2.extra de delic. puero. & ibi Io.de Ana.in 6.col.
Et pro hac parte facit text. ſecundum eos ibi,vbi apparet ꝙ
ex conſuetudine pater tenetur pro delicto filij, & conſue-
tudo & ſtatutum non differunt, niſi vt tacitum & expreſ-
ſum,ut probat tex.ſecundum eos,in §.pen.Inſtit.de iure na
turali gen. & ciuili. Pro quo faciunt dicta per Abb. in c.ex
parte Aſtenſis.extra de conceſſ. præben. & per Bal.in l.1.C.
vt quæ deſunt aduoca.partium iudex ſup. Et pro hac parte,
quòd tale ſtatutum valeat,facit optimè tex.in l.ſi filiusfami-
lias.C.ne filius pro patre.& in l.1.C.quod cum eo. quæ iura
ad hoc allegat Salyc.in d.l.ſi filiusfamilias. in princ. Et quòd
tale ſtatutum valeat,firmauit Alber.de Roſa.in 1. parte ſta-
tu.in q.47.incip. Item quæro, an valeat, &c. vbi ipſe multũ
notab. & copioſè arguit ad vtranque partem.& finaliter te
net, quòd tale ſtatutum valeat. & plura allegat, de quibus
ibi per eum. Sed ſtante hac concluſione, quòd tale ſtatu-
tum valeat, quærendum eſt de pluribus.
Et primò, vtrum pater teneatur pro delicto filij ſpurij,
adeo quòd ſtatutum volens,ꝙ pater teneatur ſoluere con-
demnationem pro delicto filij, compræhendat delictum
commiſſum à filio ſpurio, vel naturali tantum. Secundò
an tale ſtatutum extendatur ad nepotem ex filio? Tertiò an
pater teneatur ſoluere dictam condemnationem, ſi filius
fuit condemnatus de delicto propter eius contumaciam,
& ſic ex ficta confeſſione? Quartò, vtrum pater obligetur
pro filio forenſe, qui non eſt ſuppoſitus iuriſdictioni ſta-
tuentium,&c. Quintò,an tali caſu filius primò ſit excutien-
dus,q̃ pater more fideiuſſorum? Sextò,an quando pater ſol
uit dictam condemnationem pro filio, poſſit ipſe pater il-
lud quod ſoluit repetere à filio? Septimò,an valeat ſtatutũ,
ꝙ filius teneatur,pro delicto,vel pro debito patris? Octauò,
an valeat ſtatutum ꝙ pater teneatur aſſignare legitimam fi
lio delinquenti nomine fiſci? Et quid in matre? Et quid in
filio ingrediente religionem, an poſſit petere & cogere pa
trem & matrem ad dandum ſibi legitimam ſuam?
18 † Circa primum, videlicet an ſtante dicto ſtatuto pater
teneatur pro delicto commiſſo per filium ſpurium,vel na-
turalem tantum.Alber.de Roſa.in 1.parte ſtatutorum,quę
ſtio.49.incip.item ſuppoſito ſtatuto, &c. dicit quòd pater
hoc caſu non tenebitur pro filio ſpurio,vel naturali tãtum.
ad quod allegat.l.cum pater.in §.volo.ſupra de leg.2.& l.ge
neraliter.C.de inſti.& ſubſtitu.ſub condi.fac.& l.1. C.de na-
tu.libe. & l.Lucius. §.damam.ſ.de leg.2. & l.ex facto. in §. ſi
quis rogatus.& in l.hæredibus.§.penult.ſup.ad Trebellia. Et
allegat rationem dicens, ꝙ ratio quare pater non tenetur
ſoluere condemnationem pro filio ſpurio vel naturali tan
tum eſt,quia in bonis patris non habet aliquam partem,vt
in l.vulgo. ſ.de ſta.homi. Attamen dicit, quòd pro filio na-
turali tantùm videretur,quòd pater teneretur,cum tales di
cantur patres,& filij,ut C.de natura.liber.per totũ. attamen
hoc non firmat,ſed ſe remittit ad dicta per eum,in l.filium.
ſupra de his,qui ſunt ſui,vel alie.iuris.in fine.& in eadem pri
ma parte ſtatutorum.q.61.&c. in d.Authen. q.61. tenet ex-
preſsè,quòd pater non teneatur pro debito filij ſpurij con-
demnati pro maleficio,quia appellatione filiorum, nõ cõ-
præhenduntur ſpurij.ad quod allegat plura iura, de quibus
ibi per eum. Sed vltra Alber.dico, quòd hãc partem etiam
tenuit Baldus in l.generaliter.in §.cum autem.C.de inſtitu.
& ſubſtitu.ſub conditione fact.vbi dicit, quòd iſtud tenuit
Guiliel.de Cug.in l.parentes.ſupra de in ius vocan. & idem
tenuit Bald.in l.cum acutiſſimi.C.de fideicommiſſ.in 1.co-
lumna.in fi. in quibus locis tenet, quòd pater non tenetur
ſoluere condemnationem maleficij commiſſi per filium
ſpurium,nec etiam per filium naturalem tantum. Et idem
tenuit ipſe Bald.in l.1.C.de ſucceſ. edi. vbi refert ita tenuiſ-
19 ſe Dyn.in conſilio ſuo incipien.diligenter. † Et pro iſtis ẽt
facit optimè ſingularis doctrina Cy.in l.cum pater. in §.vo-
lo.ſupra de legat.ſecundo.ubi dixit,quòd ſi pater habet ini-
micum & cum eo facit pacem, & præſtat cautionem pro
ſe & filijs de eo non offendendo, ſi poſtea ille offendatur
per filium naturalem tantùm, quòd pater non tenebitur
aliqua pęna,quod eſt ſing.no.quod dictum refert & ſequi-
tur Dominus Fely.in c.in præſentia,in 10. colum. circa me.
verſic. & adde quòd ſi pater. extra de probat. quod etiam
voluit Albericus de Roſa.in prima parte ſtatuto. quæſt.61.
incipiente, item quæro. Pro quibus faciunt optimè dicta
per Ioannem Andr.in additio.Specu.in titulo, qui filij ſint
legitimi.ſuper rubrica.ubi dixit, quòd ſtatutum diſponens
quòd pater teneatur emendare damnũ datum per filium,
non comprehendit damnum datum per filium ſpurium,
quod etiam uoluit & tenuit Albericus de Roſa. in prima
parte ſtatutorum,in quæſtione 49.incipiente, item ſuppo-
ſito, &c. & Dominus Antonius in c. per venerabilem.in
32.columna.qui filij ſint legitimi. & per Dominum Ioan-
nem de Imola in l.Lucius.in §. fin. ſuprà de legat.ſecundo,
vbi etiam plus dicit, quòd tale ſtatutum nõ habebit locum
etiam in filio naturali tãtum.de quo etiam per eum in l.ex
facto.in §.ſi quis rogatus,ſupra ad Trebellian. & per Ludo.
Rom.in l.ſi filio.la 2.ſ.ſol.mat. & per D.Alex. qui alia plura
refert in conſilio ſuo 60.inci.viſa legitimatione, in 5.col.in
2.volum.licèt in contrarium faciant dicta per Ang.de Arc.
Inſtit.de hære.quæ ab inteſt.in §. interdum. circa fi. & dicta
per Pet.de Anchar. in conſ. ſuo 187. inci.apud me quæſtio
iſta,&c. de quib. etiam uide quæ ego dixi in ſingulari meo
139.incip.dixi tibi,&c.
20 † Circa ſecundum uidelicet, an tale ſtatutum volens, ꝙ
pater teneatur pro delicto filij, extendatur ad nepotem ex
filio? Breuiter reperio Bald.ponentem hanc dubitationem
in l.ſi filius tuus. C. ad Macedo. & dixit quòd tale ſtatutum
non comprehendit nepotem ex filio, & rationem allegat
dicens,quòd tale ſtatutum eſt contra ius naturale, & ideo
debet attendi ſignificatio reſtrictiua, non autem ſignifica-
tio extenſiua. Item dicit, quòd dictum ſtatutum in ſe malã
habet rationem, ideo merè eſt inhærendum uerbis ipſius
ſtatuti. † Et an & quando appellatione filiorum, cõprehen
dantur nepotes.vide Bald.& D.Alex.in l.liberorum.in prin
cipio,infra de verbo.ſig. & Doctor.in l.filium.ſ. ad Maced.
& Inno.in c.ſi verò.de ſenten.excommu. Bald. in marga.in
verbo,mater.Domi.Anto.in prooemio Decreta.& Bald.in
l.2.C.de bo.mater.& Ang.in l.Lucius teſtamento, in prin-
cip.ſ.de liber.& poſth.& Barto.in l.prima. §.ſi quis. ſ.de ſuis
& legi.& per Alex.in l.ſed ſi hac,in §. liberos. ſuprà de in ius
voc.& per Bar.in l.vxorem.§.concubinę ſupra de leg.3.&in
l.quod ſi nepotes,ſupra de teſt.tute.& Bartol. in l.Gallus.in
§.inſtituens,ſuprà de liber.& poſthu. Bald.in l.maximum vi
tium.C.de liber.præter.& in c.decedenti. qui feu. dare poſ.
per Ange.in Authen.de reſti.fideicom.in vlti.col. per Spec
in titu.de ſucceſ.ab inteſta. & in titu. de actio. poſt verſ.4.
item quòd eſt filiusfamilias, & per eundem in titu.de loca.
in §.6.in verſic.146. & Bald. per illum text.in l.iubemus.§.fi.

C.ad Trebel.per Nico.de Neapo.in l.ſed ſi milites. ſupra de
excuſa tuto.in prin.per Alexand.in l.etiam. ſupra ſol. matr.
per Petr.de Anchar.in clemen.1.de baptiſ.per Bar. in l.fi.C.
de natura.liber.& per Bald.in l.ſi verò.in §.de viro. ſupra ſo-
luto matrim. & per Cyn. in l.voluntas. C. de fideicommiſ.
per Barto.in l.alimenta.ſupra de alimen.& ciba.leg.per Bal.
in c.ſi clientuli.de alie.feu.& in c.quæ in eccleſiarum. in 14.
colum.de conſtitut.per Pau.de Caſtro in conſilio ſuo 170.
per Saly.in l.ſecunda,in 21.quæſt.C.de iure emphy.per Do-
mi.Anto.in c.quibuſdam.de priuil.& Ioan. de Imo. in l.qđ
dicitur,ſuprà de verbo.oblig.per Baldum in l.in ſuis. ſuprà
de lib.& poſthu.& in l.cum vir.ſupra de condi.& demon.&
per Alexand.in conſilio ſuo 9.incip.viſis verbis.in 1.volum.
22 & in conſilio 228.incip.circa primum dubium. † Circa ter-
tium dubium, videlicet an pater teneatur ſoluere dictam
condemnationē,ſi filius fuit condemnatus de delicto pro-
pter eius contumaciam, & ſic ex ficta confeſſione. in quo
Saly.in l.ſi filiusfamilias.C.ne filius pro pat. dicit quòd Dyn.
dixit,quòd tali caſu pater non tenetur ad talem ſolutionē;
& hoc per l.primã, ſupra, quando ex facto tuto. vbi contu-
macia tutoris non nocet pupillo, niſi dolo verè probato,
ergo nec patri ficta confeſſio filij. Secundò dicit ipſe Dyn.
quòd pro hac parte facit, quia ficta confeſſio non egredi-
tur perſonam confitentis, vt habetur in l.eius qui. infra de
23 iure fiſ. † Tertiò dicit, quia ſententia contra contumacem
lata non præiudicat tertio, cui alias præiudicaſſet ſi fuiſſet
condemnatus non contumax.l.qui repudiantis. in fi. ſuprà
de inoffic.teſtamen. & in l.ſi ideo.ſupra de euictionib.& in
l.prima,in fi.C.de peri.& commo.rei ven. & facit glo. Inſti.
de noxa.in fi. Sed vltra eum dicas, quòd etiam facit text. in
l.præſes.C.de pigno.& in l.Papinianus.in § meminiſſe.ſupra
de inofficio.teſtamen.& in c.fin.de empt.& vend. quæ iura
ad hoc allegat Ludo.Roma.in conſilio 329. incip. præſens
conſultatio, &c. in pen. col. & allegat etiam Bart. in l.ſępe.
ſuprà de re iudi.& Bald.in l.res inter alios.C.quibus res iudi.
non nocet.& Domi.Anto.in capit.quamuis.de re iudi.Pro
quibus optimè faciunt dicta per Domi.Felyn.in c.fraterni-
tatis.in ſecunda colum. verſ. tertiò fallit. extra de hæreti. &
in c.literis.in 9.colum.verſicu.pro quo.extra de conſtitutio
nib.& per Bald.in l.prima.circa fi.C.de calum.& per Socin.
in conſilio ſuo 18.incipien.conſequendo, in 11. colum. &
per me in ſingu.meo 4. incip. quamuis aliquo caſu, &c. &
per Dom.Felyn. quem omnino vide, in c.cum Bertoldus,
in 9.colum.de re iudi.& per Domi.Alexand. in l.omne deli
ctum.in prin.infra de re milita.vbi ſingul.dixit, quòd ſtante
24 ſtatuto † quòd bannitus poſſit impunè occidi vigore talis
ſtatuti,non poterit impunè occidi bannitus per contuma-
ciam.allegat hoc voluiſſe Bal.& Ioan.de Imola,in l.ſi mora.
ſupra ſolu.matri.quod eſt ſing. not.ad limitationem eorũ,
quæ dixit Bart. in l.ubi pactum. C. de tranſac. [Idem dixit
☞ Bald.ſuper ſtatu.in verbo,pax,in 3.verſic.& Bal. in l.tranſige-
re.in 4.colum.uerſ.nono oppono. C. de tranſact.vide om-
nino Alber. de Roſa. in prima parte ſtat. in q.52. incip.ſed
adhuc quæro,&c. vide Corne.in conſilio 42. incip.videtur.
in vlti. colum. in primo volum. contra hoc dictum tamen
facit no.uerbum Flo.in l.ſi is cum.ante fi.ff.communi diui.
& vide Corn.in conſilio 159.incip.viſo.in 3.colum.in prin.
in primo volum. & Alex. in conſilio 113. incip. viſa,&c. in
2.colum.in 7.vol. & uide etiam in materia omnino Dom.
Fely.in c.cum Bertoldus.extra de re iudica.]de quo dixi latè
in l.ſi quis ne quæſtio. in 25. colum. infra de quæſtio.Bart.
autem in l.cum filius. in prin. ſupra de verborũ oblig. & in
diſputatione ſua incipiente, Peruſinæ ciuitatis ſtatuto,&c.
format iſtam quæſtionē,& dicit, quòd diligenter ſunt pon
deranda verba ſtatuti,quia ſi ſtatutum requirit filium deli-
quiſſe,tunc ſi fuerit condemnatus per contumaciam pater
non tenetur, nam verba illa, ſi filius deliquerit, requirunt
veritatem delicti,& tunc non ſufficit ficta confeſſio in præ
iudicium patris,ut in iuribus ſuperius allegatis. Pro quo ēt
adducit,quod notatur in l.ſi duobus. §. 1. ſupra de iureiur.
& quod no.Cyn.in l.ſi quando. C. vnde vi. Sed ubi ſtatutũ
non requireret filium deliquiſſe,ſed ſimpliciter dicit,pater
teneatur ſoluere condemnationem factam de filio, tunc
dicit, ꝙ pater teneretur ſoluere talem condemnationem;
non obſtante contumacia ipſius filij, quia ex verbis ſtatuti
pater ipſe tenetur.l.3.§.idem ſcribit.ſup.de pecu. & facit l.1.
& l.iudicatum.s̃.iudica.ſolui. & l.& ſi condemnatus. ſup.de
noxa.& facit quod no.in l.ſi filio.in prin.s̃.ſolu. matr. ita di-
cit Bar.in locis ſuperius allegatis. quem refert & approbat
Salic.in l.ſi filiusfamilias. C. ne fil.pro pat.& idem tenet Bal.
in l.1.C.ne fil.pro pat. vbi quærit etiam,quid ſi delictum fi-
lij eſt notorium,ex quo non eſt condemnatus, an hoc no-
torium habebitur pro ſententia? In quo dicit ꝙ non, quia
25 ſtatutum notat ſententiam,non facti euidentiam. † immo
dicit ꝙ valet ſententia contra notorium, vt s̃. de ritu nupt.
l.palam.§.fi.in verbo,abſoluta.& quod no.s̃.de fur.l.is,cuius
26 ope.§.1. † Et de ſupradicta quæſtione,quando filius eſt con
demnatus propter contumaciam,an pater teneatur ſolue-
re condemnationem ſtante prædicto ſtatuto, vide Domi-
num Nelum in tract.bannitorum, in prima parte ſecundi
tempo.q.34.& vide Do.Abbatem in conſ.66.incip.quam-
quam multa,&c. in princ.in tertio vol. & Ludo. Roma.in
conſilio ſuo 154. incipiente, iudicium contra Dominum
Antonium,&c.ante finem,& per Dominũ Alber.de Roſa.
in prima parte ſtatutorum. quæſtione 52. incipiente, ſed
adhuc,&c. ubi not.dictum ponit. de qua etiam quæſtione
& materia vide Domi.Alber.Domi.Gandin.in tract.malefi
ciorum,ſub rubrica de bonis malefactorum. in quinta col.
verſi.nota quod pater. & Dominum Fely. in capitulo cum
Bertoldus, in nona, & decima colum. extra de re iudicata.
ubi ponit etiam plura alia notabilia in materia iſta, & uide
etiam Bald. in additionibus.Specu. in titu.de accuſatore.in
verſic.ſed nunquid tenetur Poteſtas, &c. & vide etiam Do
minum Philippum Franch.in capit. cum ſpeciali. in penul-
tima columna.verſic.quartò quæritur, de appellationibus,
& Ioan. de Ana. in c.ſecundo. in 9. colum. extra de delictis
pue.in quibus locis aliqui ponunt,quid ſtante contumacia
filij pater fuit citatus ut intereſſet ſi ſua putaret intereſſe,an
talis citatio afficiat patrem? vide eos in dictis locis.
27 † Circa quartam videlicet, an ſtante dicto ſtatuto pater
teneatur pro delicto filij forenſis, qui non ſit ſuppoſitus iu
riſdictioni ſtatuentium. Salyc. in d.l.ſi filiusfami. C.ne filius
pro pa.dicit quòd Bar.in tractatu repreſal.in 4.quæſt.3.quę-
ſtionis prin.dicit,quòd tale ſtatutum reſtringitur ſolum ad
commiſſa intra territorium,argum.l.cum vnus. §.fi.ſup. de
bonis aucto.iudi.poſſi.& c.ut animarum.de conſti.in 6.Bal.
autem in l.1.C.ne filius pro pa. ſequitur opin. Bart. & addit
rationem,videlicet quòd ubi delinquitur extra territoriũ;
conſideratur ius commune,quod nō extendit radices obli
gationis in patrem.& hanc partem ſequitur Io. de Ana.re-
ferendo Bart.Bald.Salyc.vbi ſupra, in c.fi.in ſexta col. verſic.
quærit etiam Bald.extra de delictis pue. Sed vltra prædictos
Doctores pro hac parte ego adduco Bald. in l.ſi qua pœna.
ſupra de his,qui ſunt ſui, vel alie. iur.ubi dicit, quòd ſi extat
ſtatutum, quòd pater teneatur filio delinquenti aſſignare
legitimam,non comprehendit patrem forenſem. Item fa-
cit etiam no. dictum Ioan. de Ligna. in c.1. extra de rapto.
quem refert & ſequitur ibi Abb.ubi dicunt, ꝙ ſubditus epi
ſcopi non ligatur pœna ſtatuti prohibētis ſub pœna excō-
municationis,ne quis tali tempore vadat de nocte, ſi extra
diœceſim uadit de nocte,quod etiam voluit Bald. in l.1.in
16.col.verſ.viſo an forenſis,&c. C. de ſum Trini. & fide ca-
tholi. quos refert & ſequitur D.Bartho. Socin. in conſ.ſuo
171.inci.in prę́ſenti conſultatione.in pe.col. Vbi etiam pro
hac parte adducit,quod ſtatuta reſpicientia perſonam ſub-
diti quando ſunt odioſa,non aſtringũt ſubditum extra ter-
ritorium,ſm Bart.in d.l.1.C.de ſum. Trin. & ibi Bald. quos
ſequitur Petrus de Anchar.in repet. d.c.1. de conſti.lib.6.in
12.q.Sed ſtatutum,de quo ſupra eſt odioſum, quia unum
pro alio obligat,ut no.Io.And.in rub.qui ſi.ſint legi.in add.
Spec.& eſt contra ius diuinum,in quo dicitur,filius nō por
tabit iniquitatem patris,neque pater iniquitatē filij.de quo
hr̃ in c.2.de iniur.& dam.dato. in 6. ideo non tenebitur pa-
ter pro filio forenſe.Et pro iſtis etiam vltra Soci. in d.conſ.
ſuo faciunt optimè dicta per Ludo.Roma. in conſ.ſuo 39.
inci.in præſenti cōſultatione.& per Bal. in eleganti cōſ. ſuo
28 545.incip.ſuper eo quod quæritur,in 2.col.in 6.volum.† Et
teneas menti unum aliquantulum extrauagans uidelicet,
quòd licèt ſtatutum odioſum reſtringatur vt non excedat
territorium ſtatuentium,tamen ſecus eſt in ſtatuto fauora
bili,quoniam ſtatutum fauorabile extēdit vires ſuas etiam
extra territorium ſtatuentium. & ideo ſtatutum dans præ-
mium occidenti bannitum, comprehendit etiam occiden
tem bannitum extra iuriſdictionem, ſeu extra territorium
ſtatuentis.ita ſingulariter dixit Bal.in conſ.ſuo 397. inci.præ
mittendum eſt ad euidentiam,quod quædam ſunt,quæ re
quiruntur,&c. in 6.vol.in fi. ad quod etiam vide Bal. in c.ex
literis.in fi.extra de conſt.& Bal.in l.accuſatio.C.quod met.
cau.& Bal.ſuper ſtatu.in verbo, bannitus.in 2.verſ. & Dom.
Nellum in tractatu bannito.in 2.parte ſecundi temp. q.56.
57.& 58. & Alex. in conſ.ſuo 41. incip. viſis, &c. in 1.col.in
verſ.nec etiam videtur obſtare,&c. in 5.volum.
29 † Et facit optimè, nam ſi eſt conceſſum priuilegium ali-
cui ciuitati, vt puta Bonon.quòd poſſint teſtari cum duo-
bus

bus teſtibus, vel quid ſimile facere, tale priuilegium pro-
derit Bononienſibus illum actum gerentibus extra patriã,
ſecundum Bal.in l.1. C. de ſum. Trini.quem refert & ſequi-
tur Pet.de Ancha.in c.canonum ſtatuta.in 13.q.prin.verſic.
ſed iuxta prædicta,&c. de cõſt.quos refert & ſequitur Soci.
in conſ.ſuo 35.incip.circa prædictam.in 5.colum.

Ex quibus etiam ego infero ad vnum, videlicet, ꝙ ſi fiat
ſtatutum vel proclama,ꝙ indicãs fures vel alios malefacto-
res habeat tãtum, & ſi eſt de ſocijs, ſibi pareatur,quod hoc
caſu ſi vnus ſocius maleficij extra territorium indicat per
nuntium vel per epiſtolam malefactores iudici territorij,
vbi eſt commiſſum delictum, debebit conſequi præmium
& liberationem contentã in ſtatuto vel proclamate, quod
30 eſt no. † Circa quintum,videlicet an filius in tali caſu ſit pri
mò excutiendus quàm pater more fideiuſſorum. in quo
Saly.in d.l.ſi filiusfami.dicit videri dicẽdum, ꝙ non, per no.
in l.tria onera.la 2.ſ.de excuſ.tuto.ſed in contrarium eſt ca-
ſus,ſecundum eum,in l.1.C.de decu.lib.10.& ibi glo.Barto.
autem in d.l.cum filius.ſ.de verbo.oblig. dicit, quòd quan-
do pater tenetur de peculio,non eſt neceſſaria excuſſio cõ
tra filium,ſecus quando tenetur inſolidum. & ratio eſt, ſe-
cũdum eum,quia actio de peculio eſt eadem cum illa, qua
filius tenetur,& vocatur actio iudicati de peculio. l.ſi con-
demnatus.ſ.de noxali.l.3.§.idem ſcribit.ſ.de pecu.vnde con
uentus illa actione,non poteſt dici conueniri ut fideiuſſor,
ſed vt pater, ſed quando tenetur inſolidum, tunc propria
actione tenetur & vt fideiuſſor,& ſic ex tacita vel ſubintel-
lecta ſtipulatione.Ideo meritò primò excutiẽdus eſt filius,
vt d.l.1.C.de decurio.& C. de fi. fa. & quemadmodũ pa.l.2.
lib.10.& l.libertus.§.1.inf.ad muni.& dicit Bart,vbi ſuprà, ꝙ
glo.in d.l.tria onera.non bene dixit.Et idem in hoc quinto
dubio tenet Bald.in d.l.1.C.ne fi.pro pa.& Io.de Ana. in c.fi.
31 in 10.col.extra de delictis pue. verſ. iuxta prædicta,&c. † Se-
quitur modò ſextum dubium, videlicet, an quando pater
ſoluit condemnationem pro filio, poſſit illud quod ſoluit
repetere à filio? circa quod Salyc.in d.l.ſi filiusfami.in fi. di-
cit quòd glo. in l.3.§. ſed vtrum.ſupra de mino. dicit quod
non poterit repetere,quod dicit eſſe uerum,ſecundũ Bald.
in d.l.2. C. ne fi.pro pa.quando ſoluit de peculio conceſſo
filio,vel quando ſoluit tanquam de re filij, vt puta quando
ſtatutum cogit patrem ad legitimam aſſignandam filio,
aliàs repetit, dum tamen animo repetendi ſoluerit, ſicut
quicunque damnificatus propter delictum alterius. allegat
l.2.§.fi.ſ.de verbo.oblig.Item ſubdit Sali.ubi ſuprà,ꝙ prædi-
cta habent locum, quando pater ſoluit ex neceſſitate, vbi
autem ſoluiſſet ex voluntate, tunc dicit ſub dubio fortè, ꝙ
pietas paterna impediret repetitionem.arg.l.1. C. de nego.
geſt.& idem in effectu firmat Io.de Ana. in d.c.fi.in 10.col.
extra de delict.pue.Subdens circa dictum Salyc. dicentis, ꝙ
quando pater ſoluit ex voluntate & non ex neceſſitate, ꝙ
tunc non poſſet repetere, quod bene eſt conſiderandum
circa hoc,quia ex quo pater vigore ſtatuti poterat cogi, vi-
detur in dubio coactus ſoluere, ꝑ id quod habetur in l.no-
uiſſime.ſ.quod fal. tuto. aucto. per quem tex.dicit ibi Bald.
quòd quãdo quis ſcit ſe poſſe compelli, licèt ſponte faciat,
dicitur facere compulſus. Pro quo etiam facit, ſecundum
eum, quod habetur in c.bonæ,el primo. extra de elect. &
faciunt dicta per Io.And.in c.præterea. de iurepa. vbi dixit,
quod quando præceſſit petitio laicorũ, licet clericus ſpon-
tè ſoluat,dicitur coactus ſoluere. Ita reſidet Ioan. de Ana.
ubi ſupra.de quo etiam ſecundũ eum habetur ibi per Pet.
de Anchar.& per Bald. in l.ſi filio. §.fina. ſupra ſoluto matr.
& in l.ſi condemnatus.ſupra de noxalibus.

32 † Sed quæro ego circa materiam iſtam ultra Doctores
pone quòd pater habens peculium filij ſoluit condemna-
tionẽ pro filio, & non exprimit, an ſoluat de peculio filij,
vel de ſuo, an tunc tale ſolutum imputetur in legitimam
filij.vide Bar.in l.cum filius.ſ.de verb.oblig. & in l.qui iuraſ-
ſc.§.1.ſ. de iureiurando.& Imo. in l.quamuis. ſ.ſolu.matri.
& in l.Stichus.& ibi Bart.ſupra de pecu.lega. & Bart.& Iaco
bus de Are.in l.frater à fratre.in fine, ſuprà de condictione
indebiti.& Bald.in l.liber captus.C.de cap. & in authentica,
ex teſtamento. in nona columna. verſiculo, quinto quæri-
tur. C. de collat. & Pau. de Caſtro in conſilio ſuo 32. inci-
piente, omiſſo, &c.

33 † Circa ſeptimum videlicet, an ualeat ſtatutum, quòd fi-
lius teneatur pro debito patris? In quo Baldus in l.dotis
ſuæ.C.de iure dot.colligit argumentum poſt glo.ibi, quòd
tale ſtatutum valeat, quia valet pactum factum inter filios
& creditores,ergo & ſtatutum,per id quod no.glo.in rubr.
C.de decre.decurio.lib.10.Et ſubdit Bal.ubi ſupra, quòd eſt
dare remedium videlicet,quòd pater exhæredet filios,nam
exhæredati habentur pro mortuis,& mortui repellũtur ab
hæreditate paterna, vnde non debet intelligi ſtatutum de
ipſis,ſed ſolum de illis, qui ſecundum l.12.tabu.erant ſui &
neceſſarij.arg.l.1.§.pe.ſ.de contratab. Sed an iſta cautela ſit
bona,vide Io.de Ana.latè loquentem circa eam,in c.fi.in 7.
34 col.extra de delict.pue. † Sed quicquid ſit, teneas perpetuò
menti vnum circa materiam huius ſeptimi dubij, videlicet
quòd ſtatutum volens,ꝙ bona filiorum & vxoris, & etiam
ipſi filij,poſſint capi pro delicto fallẽtiæ patris,ſcilicet quan-
do pater fallit,ſeu cedit foro videlicet, nam amore cõiugis
& filiorum ſæpe homines retrahuntur ab illa fallentia. Ita
ſingulariter & egregiè dixit Abb.in c.ex parte.in vltimis ver
bis.extra de conſue.ubi etiam ſubdit idem eſſe in ſimilibus
caſibus arduis & ualde periculoſis.Dicit tamen,ꝙ tale ſtatu
tum eſt iniquum, quando ex neceſſitate quis inducitur ad
fallendum,ſecus autem,quando quis fallit ex propoſito.de
quo dixi etiam in ſingulari meo 224.incip. filius non tene-
35 tur. †Circa octauum dubium videlicet,an valeat ſtatutum,
ꝙ pater teneatur aſſignare legitimã filio delinquẽti nomi-
ne fiſci? hanc qõ. ponit Dominus Nellus in tract.bannito.
in prima parte ſecundi temp. c.33. Item etiam reperio Io.
de Ana.ponentem hanc quæſtionem in c.fi. in 10. col.verſ.
iuxta prædicta,&c. extra de delictis puero. vbi primò alle-
gat Bal.in l.ſi qua pœna,ſ.de his,qui ſunt ſui, vel alie.iur. ubi
quærit, an filio bannito banno capitali debeatur legitima
fiſco? & dicit quod non,per id quod ibi habetur,qui banni
tus non reputatur eſſe in rerum natura.cum enim alter ſuc
cedit in locũ ipſius,ergo ipſe pro mortuo habetur. l.actio-
ne.§.publicatione,ſ.pro ſocio.Ex quo infert,ꝙ fiſcus nomi
ne eius non poſſit petere legitimam. pro quo ſecundum
eum facit l.certa forma.C.de iure fiſ.lib.10.& no.in l.1.C.de
bo.liber.& per Bar.in l.ſi finita. §. ſi de vectigalib. ſ. de dam.
infec. Quærit poſtea ibi Bal.an valeat dictum ſtatutum, ꝙ
pater teneatur aſſignare legitimam filio delinquẽti nomi-
ne fiſci? & dicit videri quòd ſic,quò ad patres ciues,nõ autẽ
quo ad patres forenſes, quia non ſunt de foro ſtatuentiũ.
Forenſis enim non fit de foro, niſi ex cauſa, ſed quò ad pa-
trem qui non deliquit, nulla eſt cauſa inter ſeipſos, ſed eſt
36 cauſa ſcilicet ciuium voluntas.† Nam in ſtatutis non requi-
ritur cauſa,ſed veritas.l.nõ omnium.ſ.de legi. allegat etiam
no.in d.rub.C.de decre.decurio.Adducit etiam Io.de Ana.
vbi ſuprà,Ioan.de Imo.in d.l.cum filius. ſ.de verb.oblig.vbi
dubitat,vtrum ſtatutum quòd pater teneatur ſoluere con-
demnationem pro filio vſque ad legitimam valeat de iure,
ſtante communi opin.quòd legitima in vita patris non de-
beatur filio; & ſic ſibi nõ videtur quòd pater ſine culpa ſua
poſſit illa priuari,per id quod habetur in c.2. de conſti.& in
l.toties.§.fi.infra de pollicita.ubi probatur ꝙ ciuitas per ſuũ
ſtatutum non poteſt auferre ius priuati. de quo tamen la-
tius per Bar.ibi,& ſubdit ibi Io.de Imo.ꝙ videtur quòd tale
ſtatutum valeat, quia licèt iſtud ſit ſine culpa patris, tamen
non eſt ſine cauſa vt homines retrahantur à delictis.allegat
no.in regula,ſine culpa.de reg.iur.in 6.& in l.Luci. ſupra de
euic.Et ſubdit etiam Io.de Imo.ubi ſuprà,quòd pro validi-
tate dicti ſtatuti optimè facit text. in l.ſi quis in ſuo. §. legis.
C.de inoffi.teſta.licèt appareat ſapere iniquitatem,quia ini-
quum eſt aliquem alterius odio prægrauari. Bald.autem in
l.lex Cornelia.circa med. ſupra de vulga. & pupilla. dicit, ꝙ
tale ſtatutum ſapit tyrannidem.

Et vltra prædicta quærit etiam Bal. in d.l.ſi qua pœna, de
vno videlicet, certum eſt quòd in legitima debenda atten-
ditur tempus mortis.l.1.§.ſi impuberi. ſ.de colla.bo.l.Papi-
nianus.§.quarta ſup.de inof.teſta.quomodo ergo pater po
terit aſſignare legitimam? Reſpõdet ipſe & dicit, ꝙ poſito
vno inconuenienti, ſequitur & aliud connexum, vt atten-
datur tempus delicti, & tunc cedit dies legitimæ allegat in
ſimili,quod habetur in c.cum ſimus.extra de regula. & iſta
omnia ſupradicta refert Io.de Ana.in d. c.fi.de delic.puero.
37 † Quid autem in matre,an valeat tale ſtatutum quò ad ma-
trem, vt ipſa eodem modo teneatur aſſignare legitimam
filio? Bal.in l.quicunque.in 4.col.verſ.item ſtatuto cauetur.
C.de ſer. fugi. dicit, quòd mater non tenetur hoc caſu aſſi-
gnare legitimam filio,eo caſu quo pater,ſed dicit quòd ſta-
bitur iuri communi, arg. l.de quibus.ff.de leg.1.reſponſo, à
ↄ̃rio ſenſu,& hãc partem ſequitur Io.de Ana. in d.c.fi.in 12.
38 col. verſ. iuxta prædicta, &c. de delictis puero. † De illo,qđ
dixi ſupra,an quando filius non deliquit,ſed imò fecit opus
laudabile, quia intrauit religiouem, an poſſit tunc cogi pa-
ter ad aſſignandũ legitimam ipſi filio? de quo uide glo. in
Auth. de monachis,in §.illud.& quæ habent in Auth.ſi qua
mulier. in fi. C. de ſacroſan. eccle. canonizata 19. quæſt.vlt.
c.ſi qua mulier.& Pet.de Anchar.in d.c.fi.de delictis pue. &

39 ibi Io.de Ana.in pen.col. † Et an pater ingrediens religionẽ teneatur facta profeſſione aſſignare legitimã filio, an verò debeat expectari mors naturalis? vide Io.de Ana.in d.c.fi.in pen.col.verſ.& aduerte diligenter, & Doct. in d.c.cũ ſimus. de regu. & Corſe. in ſingu. ſuis, ſub verbo, legitima. in not.
40 incip. an filius. † Vltimò circa hanc materiam, an quando pater voluntariè vel coactè ſoluit condemnationem pro filio, an debeat computari in partem filij, & ſic in ſua legitima? Vide Bar.in l.Stichus.ſ.de pec.leg. & Bal. in auth.ex teſtamento.C.de coll.& in l.ſi quando.C.de inoffic.teſtam.& per ſcrib.in l.in quartam.ſ.ad leg.Falc.de quo etiam per Io. de Ana.in d.c.fin.in 12. col.poſt med.ver.adde etiam prædictis.extra de delict.pue. Tene menti prædicta, quia ſunt no-
41 ta.& quotidiana. † Modò redeundo ad tex.huius legis, dicitur in hac lege, ꝙ infans committens delictum non punitur.ſed quæro ego, an ex dicto ipſius infantis maior puniatur, & ſic an teſtimonium infantis vel minoris in cauſa criminali valeat? In quo videtur quò ad teſtimonium infantis, quòd non valeat, vt habetur in l.teſtium.in §.lege Iulia.ſ. de teſti. & in c.teſtes. §. lege Iul. 4.q.3. & facit ratio l.1.C.de fal.mon.vbi dicitur, quòd pupillus quicquid videt ignorat, & ideo teſtimonium infantis eſt ſuſpectum, ſecundũ Bald. in l.teſtium.in 3.col.C.de teſti. Quinimò nedum infans, ſed etiam impubes nõ poteſt dicere teſtimonium in cauſa criminali per dicta iura, quod etiam firmauit Specu.in titu.de teſte. §.1. uerſ. item ꝙ eſt talis, &c. cum verſ.ſeq.vbi ad hoc mouetur pluribus iuribus & rationibus, de quibus ibi per
42 eum. † Sed iſta omnia de infante & de minore poſſent limitari & reſtringi, niſi eſſemus in caſu, in quo veritas aliter ſciri non poſſet, quoniam tunc crederem, ꝙ infans doli capax & pupillus admitterentur, non ad plenam probationẽ, ſed ſaltem ad faciendum indicium ad torturam. ad quod dicendũ moueor ex pluribus. Et primò moueor ex doctr. Ioan. And.in addi. Spec.in titu.de teſte.§.1.ver. Item excipitur, quod eſt impubes.no dixit, quòd licet minor. 25. ann. non debeat examinari in teſtem in cauſa criminali, vt habetur in d.l.teſtium.ſ.de teſti.& 4.q.3.§.teſtes. verſ. in teſtimonium.cum ſi.tamen iudex non prohibetur ſaltem in defectum probationis, recipere in teſtem talem minorẽ, quan-
43 do veritas aliter ſciri non poteſt. † Et dixit etiam Io.And.in d.§.1.ver. Item quod eſt mulier, quòd licet in cauſa criminali mulier non admittatur in teſtem, vt hr̃ in c.mulierem. 33.q.5.& in c.forus.de verb.ſigni.cum ibi no. tamen ſecundum eum admittetur mulier, quãdo veritas aliter ſciri non poſſet, & dicit quòd hoc habet æquitatem.quod dictum refert & ſequitur D.Alex.in conſ.ſuo 64. incip. viſo themate. in 1.col.in 1.vol. Pro quo facit, quod hr̃ in c.peruenit.el ij. extra de teſti.cog.& in l.ſerui.ſ.de teſti. & in c.quamquam. cum glo.14.q.2. Et facit no.verbum Salyc.in l.ea quidem.in 50.col.verſic.ad quintam quæſtionem. C.de accuſa. ubi dixit, quòd quando veritas haberi non poteſt à teſtibus integris, tunc admittuntur teſtes minus integri.

Et ibi ipſe ponit exemplum de ludẽte in proſtibulo, qui fuit deceptus propter taxillos falſos, quòd ad hoc vt veritas huius deceptionis & falſitas haberi poſſit, poterit probari per lenones & infames. quod dictum refert & ſequitur Ang.de Are.in trac.ſuo maleficiorum.in verbo, *mettitore di mal dadi.* in 1.col. vbi pro hoc dicto ipſe allegat Inn. in c.cũ I.& A.de re iud. de quo etiam per eundem Ang. in dicto ſuo trac.in verbo, qui iudex hatuit terminum ad opponendum contra proceſſum.in prin.primæ col. Et illud dictum Saly.etiam refert & ſequitur Alex.in conſilio ſuo 64. incip. viſo themate.in 1.col.in 1. vol. vbi pro illo dicto allegat no. in l.ex conſenſu.C.de repu.& in l.ob carmen. ſupra de teſti. & in c.veniens.el ij.extra de teſt. Pro quibus etiam optimè facit, quod habetur in l.ſerui.ſ.de teſti.& in c.peruenit. el ij.
44 extra de teſti.cog.& in c.quamquam.cũ gl.14.q.2. † Et facit etiam, quod voluit Do.Abb. in c. de cætero, in 1.col. extra de teſti.ubi dixit, quòd licèt laicus non admittatur contra clericum in cauſa criminali, vt habetur in c.laicos. & in c.ſequen.2.q.7 & in c.veniens.el j.extra de teſti.attamen ſi clericus commiſit delictum in loco, ubi non erat copia clericorum, & ſic ſi veritas à clericis ſciri non poteſt, hoc caſu pote-
45 rit conuinci per laicos. † Et facit etiam, quod voluit Dom. Anto.in c.tertio loco.de proba.vbi dixit, quòd licèt domeſtici repellantur à teſtimonio, vt in l.etiam. & in l.parentes. C.de teſti.& in c.repellantur.de accuſa.cum ſim. tamen admittuntur ſecundũ eum, quando veritas aliter ſciri nõ põt, quod etiam voluit Ioan.And.in addi. Spec. in titu. de teſte. §.1.quid ſit olim, &c. in addit. incipien. idem Guido de Suza.& uoluit Abb.in c.cum in tua.de ſponſa.& Fran.de Are. in conſilio ſuo 13.incip.viſo diligenter.in 11.col. ubi no.loquitur. Et adduci poteſt, notabile uerbum Bal.in conſ. ſuo 302.incip. proponitur. in 2.colum.in 2.vol. vbi dixit, quòd vbi de peritia artis debet reddi teſtimonium, non ſufficit vnus teſtis, ſed requiruntur plures, vt in Auth.de non alie.in §.vt neq;.in verbo, architectis.& in l.ſemel. C. de re mili.lib. 12.in verbo, medicis.& in l.j.in verbo, omnes vel duæ, ſupra de ven.inſpicien.& in l.hac edictali. §. mobilium. in verbo, arbitros.C.de ſecun.nup. Iſtud eſt verum, ſecundum Bald. ibi, vbi plures haberi poſſunt ad probandum talem rem, ſecus autem ſi vnus tantum poteſt haberi, quia tunc ille admittitur, ne veritas pereat, & poteſt poni exemplum in medicis deponere debentibus ſuper vulnere, an ſit mortale necne.allegat quæ habentur in l.1.§.fi.ſ.de verb.oblig.quod etiam uoluit Bar.in l.fi.vlt. col. inf.eo. vbi latius dicam Deo fauẽte. Et facit optimè ſingulare verbum Hoſt. & Io. And. in c.1.extra de teſti.cog.vbi dixerunt, quòd aliquæ ſunt perſonæ, quæ inuitæ non compelluntur ad teſtificandum. de quibus in l.4. ſ. de teſti.attamen tales perſonæ, quæ inuitæ non compelluntur, poſſunt compelli ad teſtificandũ, quãdo aliter ueritas haberi non poteſt, quia non eſt anguſtan-
46 da facultas probationum.l.quoniam.C.de hæret. † Et iſtud dictum pro ſingu.refert & ſequitur Lud. Rom.in ſing.ſuo 396.incip.tu habes in l.4.&c. & facit no. verbum Alber. de Roſa.in l.in teſtimonium.ſ.de teſtib. vbi dixit, quòd quando aliter delictum non poteſt probari, niſi per minores, ꝙ tunc duo impuberes probãt ipſum delictum, quod eſt ſingulare verbum ab alijs non dictum, quod ego viderim. qđ refert ſimpliciter Berthachinus in repertorio ſuo, in verbo, teſtes qui eſſe poſſunt.in vlt.char.in 1.col.poſt med. de quo dixi in l.de minore.in prin.in 9.col. poſt med. infrà de quæſtionibus. Et faciunt etiam alia plura, quæ adduxi in l.diuus Pius.in 2.& 3.col.inf.de quæſtionibus. Et ſic ex iſtis patet, ꝙ quando veritas aliter haberi non poteſt, ne ipſa veritas pereat, recedimus à regulis iuris communis, ideo ex iſtis concludo, quòd ne ueritas pereat, poterunt examinari infantes & minores doli capaces ad faciendum iudicium ad torturam, maximè ſi aliqua alia concurrunt. Et aliàs dum ego eſſem Poteſtas Citadellæ, propè Paduam, ubi eſt peſſimũ genus hominum, habui hoc in facto. Nam quidam Ioãnes Dominicus Pelaterius Paduanus, qui habebat vnam poſſeſſionem ſuper territorio Citadellæ, dum ibi eſſet ad illam eius poſſeſſionem cum vxore & filijs ſuis, captus fuit amore cuiuſdã iuuenis formoſæ & ei promiſit quòd poſt mortem uxoris ſuæ eam acciperet in uxorem. Tandem una die dum uxor dicti Ioan. Dominici hauriret aquã ad puteum in domo ſua, hora prima noctis vel circa, ipſe Ioan. Dominicus dictam uxorem ſuam proiecit in puteũ, & hoc præſentibus duobus eius filijs ex dicta vxore, vna fœmina 7. annorum, alio maſculo 5.annorum, & poſt ſpatium temporis cum ſenſit ipſam eſſe ſuffocatam, expulſis dictis filijs de illo loco exiuit domũ, & iuit in ſtratam, ubi ſumma & inceſſabili voce incœpit exclamare dicens, ſuccurrite ſuccurrite, quia miſera vxor mea cecidit in puteũ, & tũc ſuperuenerunt uicini & illam inuenerunt mortuam, & eam extraxerunt de puteo. Sed aliquæ bonæ mulieres ceperunt illos filios & eos poſuerunt in lecto & loco matris ſuæ cum illis dormierunt, & in nocte illi filij plorantes continuè reuelauerunt illis mulieribus, quomodo pater ſuus illam proiecit in puteũ, & hoc pluribus diebus & pluribus vicibus dixerũt in abſentia patris pluribus perſonis, ex quo inſurrexit fama, ꝙ dictus Io.Dominicus fuerat ille, qui occiderat eius uxorem, quæ vocabatur Alda. Finaliter ut Deo placuit, res iſta peruenit ad mei notitiam, & ego examinaui in ſecreto dictos infantes, qui me ducebant ad puteum & oſtendebant mihi quomodo pater ſuus proiecerat eorum matrem in puteum, & dum ipſi infantes mihi oſtendebant proceſſum mortis, inceſſanter mittebant lachrymas & ſingultus, ex quibus verè omnia viſcera mea commouebantur, ſummè eis compatiendo, & poſtea iunctis manibus me rogabant quantũ in eis erat, ut nõ vellẽ aliqđ dicere patri ſuo de eo, qđ mihi dixerant, quia eos interficeret. Poſtea examinaui, teſtes ſuper fama dicti delicti. Itẽ examinaui etiam teſtes de fuga dicti Ioan. Dominici, q uẽ capi feceram in quodã nemore, ubi ſtabat armatus de die, & formaui inquiſitionem contra dictum Io.Dominicum de dicto homicidio, qui reſpondendo inquiſitioni ſemper negauit dictum homicidium, quod ego uidens feci ipſum duci in camerã meã, & feci ꝙ miles tenebat eum ibi poſt cortinam ligatũ, poſtea feci uenire dictos ſuos infantes & examinaui iterũ eos circa mortem matris, qui non videntes patrem omnia ſupra narrata expoſuerunt, quibus auditis remiſi dictos infantes ad domũ ſuã, & feci uenire patrẽ corã me, qui ſtatim cum fuit

fuit coram me dixit hæc verba videlicet. Magnifice Domi-
ne Poteſtas, ammodo nō video qūo poſſim enormiſſimū
ſcelus meum negare, ſed cognoſco ꝙ voluntas Dei eſt, ꝙ
tale nefas vlterius non eſt abſconſum, quia ſanguinis pu-
diciſſimæ & innocentiſſimæ vxoris meæ petit vindictam.
Ideo vlterius nolo negare veritatem, ſed fateor dictam vxo
rem meam occidiſſe, prout in inquiſitione continetur, &
prout dixerunt illi duo infantes, & fateor me eſſe reū mor-
tis. Et hoc modo ex teſtimonio illorum infantium habui
47 veritatem dicti delicti. † Et inquantum ſuperius dixi, quòd
teſtimoniū mulieris vel minoris vel aliter inhabilis admit-
titur, quando veritas aliter ſciri non poteſt, intelligas hoc
ſanè. Nā hoc non eſt ſemper verum, ꝙ teſtes inhabiles ſem-
per admittantur, quando veritas aliter ſciri non poteſt.

Sed hoc ſolum habet locum, quando à caſu & à fortuna
aliqui alij teſtes idonei non interfuerunt, & quando ex na-
tura illius facti vel negotij alij teſtes non potuerunt occur-
rere, vt puta ſi loquamur in ciuili ad probandum ea, quæ
aguntur in capitulo canonicorum, nā ipſi canonici erunt
idonei teſtes, & idem in uniuerſitate, vt in c. veniens. el ij. in
fine de teſtib. & no. glo. in c. dilecti. in verſ. & ſi tres. extra de
elect. licèt alias tales teſtes non eſſent idonei quò ad plenā
probationem, maximè quādo tractatur de commodo ſin-
gularum perſonarum, ſecūdum Dominū Antoniū in c. cū
nuntius. extra de teſtib. & Io. And. in addit. Spec. in tit. de te-
ſte. §. j. verſ. nunquid in cauſa vniuerſitatis. & voluit D. Alex.
in conſ. ſuo 68. incip. viſo & diſcuſſo, in 2. col. in 2. vol. & in
eo. vol. in conſ. 136. incip. in cauſa & lite, &c. in 5. colum. Pro
quibus facit: nā ea, quæ fiunt in domo, poſſunt probari per
eos qui habitant in domo. l. conſenſu. C. de repu. Secus aūt
ſi alij teſtes idonei ex natura illius negotij & rei poterant
adeſſe & occurrere, licèt caſualiter non interfuerint, nam
tunc teſtes minus idonei non admittuntur, etiam ſi veritas
aliter ſciri non poteſt. Ita ſing. dixit D. Ant. in c. tertio loco,
de proba. & idem uoluit ipſe D. Anto. in conſ. ſuo 24. inci-
piente, quęſtio dubia vulgaria habet, &c. circa finem. Et ibi
dicit, ꝙ illa iura, quæ dicunt poſſe recipi teſtes, qui reperiun
tur vbi alia deficit probatio, intelliguntur & loquuntur in
actibus, in quibus habitu & actu attento cōi curſu alij teſtes
non habentur. Sed vbi actus actu & habitu & cōi curſu ſic
ſe habet, ꝙ poſſunt alij teſtes haberi, licèt fortè non habean
tur actu, tunc ad plenam fidem nō ſufficiunt tales teſtes nō
integri, aliàs ſequeretur ꝙ ſemper teſtes etiam non integri
ſufficerent, quia ſemper litigantes allegarent ſe alias proba
tiones non habere, ideo tales non admittuntur tunc, vt ple
nè probent, ſed vt faciant qualemqualem probationem, vt
no. gl. in l. etiā matris. ſ̃. de prob. Ita formaliter dixit D. Ant.
in d. conſ. ſuo 24. de quo etiam latius dixi in ſingu. meo 73.
incip. plures ſunt. Et ex prædictis redditur expedita lex iſta,
quo ad text. & glo. etiam ſunt claræ & expoſitiuæ, vt de ſe
patet, ideo ſequitur l. ex ſenatuſconſulto.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Sacrificans more paganico, punitur pœna vltimi ſupplicij.*
2 *Percutiens, vel incidens maieſtatem Dei vel ſanctorum ligneam, punitur pœna legis Corn. de ſica. & talis punitio ſpectat ad iudicem ſecularem. nume. 3.*
4 *Verbum, animaduertere, importat animatum corpus in totum, vel in partem tollere.*
5 *An iudex eccleſiaſticus, vel ſecularis, puniat Iudæum.*
6 *Sacerdos malè adminiſtrans diuinos cultus, ſi ad eccleſiam fugiat, an gaudeat immunitate eccleſiæ. nu. 10.*
7 *Iudæus confugiens ad eccleſiam Dei, an gaudeat beneficio ipſius eccleſiæ. nume. 9.*
8 *Sacramentum miſſæ non maculatur prætextu iniquitatis ſacerdotis eam dicentis.*

Ex Senatuſconſulto.

Et hoc intendit. Fa-
ciēs mala ſacrificia
1 punitur pœna mortis. h. d. Caſus, &c. † No. ꝙ ſacrificans mo
re paganico, punitur pœna vltimi ſupplicij, vt hic & in l. 1. &
2 pe. C. de paga. vbi etiam dr̄, ꝙ eorum bona publicantur. † Et
nota bene iſtum tex. ſecūdum Ang. quòd ille, qui nō offen-
dit aliquem hominem, ſed ſimpliciter maieſtatem diuinā,
punitur lege Cor. de ſic. & meritò. Et ideo quærit ipſe Ang.
hic, quid erit de percutiente imaginem Dei uel Sanctorū,
vel de ſcindente maieſtatem Dei ligneam vel Sanctorū, vt
refert ipſe Ang. vidiſſe ſemel in ciuitate Peruſij, in quo dicit
ipſum teneri pœna legis Corn. de ſica. Et dicit, ꝙ illi fuit am
putata manus, licèt potuiſſet meritò puniri pœna mortis. al
legat rationem dicēs, ſi maieſtas Cæſarea offendatur, offen-
dens punitur pœna mortis, vt hr̄ in l. vnica. C. ſi quis Impera
tori maledi. quantò magis debet puniri offendens maieſta-
tem diuinam. & dicit quod hoc voluit Feder. in quadā ſua
extrauaganti. poſtea dicit ipſe Ang. de iſtis ſic offendētibus
maieſtatem diuinam, eſt text. in c. 2. in §. cæterum. de offic.
☞ ord. lib. 6. [Vide Alex. in conſ. 233. incip. ponderatis, &c. in
3 2. col. in 6. vol.] † Sed vltra Ang. ego quæro in tali caſu, cui
competat cognitio & punitio, an iudici ſeculari, an iudici
eccleſiaſtico? In quo primò vr̄ dicendum, ꝙ ſpectet ad iudi
cem eccleſiaſticum, nam delinquens in re eccleſiaſtica, effi-
citur de eius foro, ſicut ſi delinqueret in perſonam, nam
vtroque caſu ſacrilegium committit, & eſt tanquam ſacri-
legus puniendus, vt in c. cum ſit generale. de foro compe.
& ibi glo. & 2. q. 1. c. in primis. in §. de perſona. vnde ſi iniu-
ria eſt irrogata in perſonam, vel rem eccleſiaſticam, eſt de
foro eccleſiæ, multò fortius ſi irrogata ſit in Deū, ad cuius
cultum omnia deputata ſunt. nam ꝑꝑ vnūquodq;, & illud
magis. authen. multò magis. C. de ſacroſan. eccle. & hoc pro
batur in Auth. vt non luxu. ꝯ naturam. in §. & qm̄. Sed con-
trarium videlicet, ꝙ cognitio dicti delicti ſpectet ad iudicē
ſecularem probatur iuribus & rationibus. & primò illi, qui
manu facta templa fregerunt, & dona Dei noctu tulerunt,
vel viui exuruntur, vel furca ſuſpēduntur, vel ad beſtias dam
nantur tanquam ſacrilegi, vt l. ſacrilegi. la 1. infra ad leg. Iuliā
pecula. Item qui venerabile ſignum crucis in marmore,
vel in ſolo humi depinxerit, vel ſculpſerit morte punitur,
ut in l. 1. C. vt nemini liceat ſig. Salua. & ſimiliter qui iurat
per eius capillos, vel aliter verecundè, capitali pęna punitur.
in d. §. qm̄. & ibi ſubdit tex. ꝙ pro ꝯtumelia creatoris reſpu-
blica læditur, ex quo fames, terręmotus, & peſtilentiæ fiunt.
& facit c. & ſi Iudæos. verſ. propter quæ, extra de Iudæis, &
facit no. tex. in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſco. & cler. vbi
ſi ſacerdotibus vel diuino cultui fiat iniuria, præſes prouin-
ciæ puniet pœna capitali, & facit ad idem tex. in Authen. de
ſanctiſ. epiſ. in §. omnibus autem. vbi fit mentio de litanijs
cum cruce, &c. ergo ex iſtis iuribus patet, ꝙ talis punitio ſpe
ctat ad iudicem ſecularem, quia iudices eccleſiaſtici nō poſ
ſunt imponere pœnam mortis vel ſanguinis, vt hr̄ in c. ſen-
tentiam ſanguinis. extra ne cle. vel mo. & ꝙ talis punitio ſpe
ctet ad iudicem ſecularē, bene facit tex. in d. l. ſi quis in hoc
genus. in verſ. nec expectet, &c. Item canones hoc etiā con-
firmant videlicet, ꝙ iudices ſeculares de hoc cognoſcant,
quia uolunt ꝙ hoc crimen iudicetur ad inſtar criminis lęſę
maieſtatis, ut hr̄ 17. q. 4. c. ſi quis. §. qui autem. nec mirū eſt,
quia longè & grauius eſt æternam quam temporalem læ-
dere maieſtatem, ut in c. uergētis. extra de hæreti. Et ad præ-
dicta etiam faciunt, quæ habentur in c. in nonnullis. de Iu-
4 dæis. in uerbo, animaduertere. † Nam uerbum, animaduer
tere, eſt animatum corpus in totum uel in partem tollere,
ut in l. imperium. ſ̃. de iuriſ. omn. iud. quæ pœna, ut dixi, nō
imponitur à iudice eccleſiaſtico, ſed ſi pro crimine eccle-
ſiaſtico eſt imponenda pœna corporalis & traditur reus iu
dici ſeculari poſt degradationem, ut in c. cum non ab ho-
mine. de iudi. Et per iſta & alia plura iura concludit Pet. de
Anch. in conſilio ſuo 15. inci. ſpiritualis iudex, &c. ꝙ pœna
fori pœnitentialis pro crimine ſacrilegij eſt reo imponen-
da per iudicem eccleſiaſticū, pœna uerò fori iudicialis per-
tinet ad iudicem ſecularem. Fatetur tamen, ꝙ ſi iudex eccle
ſiaſticus iam incœpiſſet procedere, ꝙ eſſet præuenta iuriſdi
ctio iudicis ſecularis, & per conſequens non poſſet intro-
mittere, ut in l. 1. ſ̃. de officio conſul. & notatur per Bart. &
Bal. in l. ſi pluribus. ſ̃. de leg. 1. Et idē in hac quæſtione firma-
re vr̄ Barba. in c. de his. in fi. de accuſat. ubi ſe refert ad dictū
conſilium Pet. de Anchar. ſuperius allegatum. Vide tamen
D. Feli. in c. poſtulaſti. extra de Iudæ. ubi poſt plura conclu-
dit, ꝙ ſi crimen tale eſt commiſſum à Chriſtianis, qa omni-
no eſt crimen eccleſiaſticum, ſpectat punitio ad iudicē ec-
cleſiaſticum. pro quo facit optimè, quod uoluit Cardin. in
c. poſt miſerabilem. extra de uſur. ubi refert ſe cōſuluiſſe, ꝙ
quæſtionē inter Iudæos epiſcopus dirimere poteſt, ſecun-
5 dum legem Moſaycam. † Quod tamen fallit, quando iudex
eccleſiaſticus uideret ſe non poſſe Iudæū punire, quia tunc
hoc committet iudici ſeculari, per textum in d. c. poſt mi-
ſerabilem. Si autem crimen eſt inter Chriſtianos, ut homi-
cidium, furtum, & ſimilia, tūc iudex ſecularis puniet etiam
Iudæum. Si uerò crimen uidetur eſſe mixtum, tunc locus
6 erit pręuentioni, de quo ibi latius per eum. † Quæro etiam
ulterius de alia notabili quæſtione, uidelicet, pone ꝙ ali-
quis fecit mala ſacrificia, de quibus in iſto text. & poſt ac-
cuſationem uel inquiſitionem illorum ipſe fugit ad eccle-
ſiam, an tunc gaudeat priuilegio uel immunitate eccleſiæ
adeò quòd ibi non poſſit capi? In quo uidetur dicendum,

ꝙ non gaudeat immunitate eccleſiæ Dei, poſtq̃.ipſe ſper-
nit maieſtatē Dei faciendo mala ſacrificia,arg. tex.in l.auxi-
lium.s̃.de mino. vbi dr̃, ꝙ fruſtra legis auxiliū inuocat, qui
venit ꝯ ipſam legem.quod etiam dixit text.in l.fin. §.ſi verò
poſtquàm.C.de iu.delib.& in c.quia fruſtra. extra de vſu cū
multis ſi.in dictis iuribus alleg.in glo. [Vide latè per Alex.in
7 conſ.145.inci.viſo themate,in 2.& 3.col.in 7.vol.] † Pro qui-
bus facit in ſimili, quod dixit Io.And. & Io.de Ana. in c.Iu-
dæi.extra de Iudæis.vbi quærunt, vtrum Iudæus, qui eccle-
ſiam Dei ſpernit,ſi ad eam confugiat,gaudeat immunitate
ipſius eccleſiæ? & dicunt quod non,per tex.in l.1. C.de his,
qui ad eccle.confugi.vbi hoc firmat Salyc.dicens,eccleſiam
non eſſe tutelam eorum, qui non ſunt ſub ea, allegant d.c.
qui fruſtra.Et idem tenet glo.in verbo, cogentur. in Auth.
de mand.Prin.§.publicorum.& Cy.in l.præſenti,in 1.q.C.de
his,qui ad eccle.confugi Sed ꝯrium tenuit Guil.de Monte
Lauduno,Pet.de Anch.Car.& Io.de Imo. in clem.1.de pœ
nit.& remi.& Archi.& Io.de Fantu.in c.diffiniuit.17.q.4. &
glo.& D.Ant.& Abb.in c.inter alia. in verſ. extrahendus.de
immuni. eccle. quia etiam peſſimis viris concedit eccleſia
hoc beneficium, vt cognoſcant ingratitudinem ſuam. &
hanc partem etiam ſequitur D.Felyn.in d.c.Iudæi. referens
prædicta.pro quo etiam vltra eum facit. Nam eccleſia Dei,
ſemper retinet priuilegium ſuum, nec eſt in poteſtate ali-
cuius iniqui viri recurrentis ad ipſam eccleſiam tollere im-
munitatem ipſi eccleſiæ, cū prauitas & ſceleritas aliquorū
non poſſit minuere,vt ſemꝑ ipſa eccleſia non retineat eius
8 immunitatem. † Pro quo etiam facit tex. in c.veſtra. extra
de coha.cleri.& mulie.vbi dr̃,ꝙ ſacramentum miſſæ nō ma
culatur prætextu iniquitatis ſacerdotis eam dicētis. de quo
etiam in c.vlt.25.q.vlt.& per gl.in c.fi.de cler.excom.miniſt.
9 † Cōmunior tamen opinio vr̃ illa,ꝙ Iudæus confugiens ad
eccleſiam, nō gaudeat immunitate ipſius eccleſiæ, vt hr̃ in
d.l.1.& ibi gl.C.de his,qui ad eccle.confug. & tenet Abb. in
c.inter alia.de immunitate eccleſiarum.& voluit Archid.in
c.diffiniuit.17.q.4 & Oldr.in conſ.ſuo 54. incip. an fugiens
10 pro debito,&c. circa fi. † Et ideo credo, ꝙ talis faciēs mala
ſacrificia,& poſtea cōfugiens ad eccleſiā,non gaudebit im-
munitate,eo quia facere talia mala ſacriſicia ſapit hęreſim.
ergo ſi Iudæus non gaudet immunitate, nec etiam gaude
bit talis faciens mala ſacrificia per ſuperius dicta. vide ta-
men, quæ ego dixi in c.1.extra de homici. & per iſta reddi-
tur expedita lex iſta vna cum glo. quæ claræ ſunt. ideo ſe-
quitur.l.diuus Adrianus.

S V M M A R I V M.

1 *Voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia.*
2 *Affectus punitur non ſecuto effectu.*
3 *Rei euentus ſine affectu non punitur.*
4 *Delinquens circa res in plus quàm cogitauit,qualiter puniatur.*
5 *Delinquens in plus circa perſonam offenſam,qualiter puniatur.*
6 *Animus & cogitatio ĩ pęnis ſpiritualib. magis inſpicitur,q̃ effectus.*
7 *Delinquēs in plus quā cogitaret circa alias ꝑſonas, quòd puniatur.*
8 *Offendens alium per quandam conſequentiam, an puniatur ſi non habebat animum offendendi.*
9 *Delinquens in plus, ſi incidit in aliam ſpeciem delicti, quàm cogitauit, qualiter puniatur.*

Diuus Adrianus.

Et hoc intendit. In malefi
cijs attenditur voluntas,
1 & non exitus.h.d.Caſus,&c. † Nota ex hoc tex.regulam il-
lam ſatis vulgatam,videlicet,voluntas & propoſitum diſtin
guunt maleficia.concordat text.in l.1.§.diuus. & in l.3.§.1.s̃.
eo.& l.qui iniuriæ.s̃.de fur.cum ſim.& in dictis locis allega.
2 † Item allegari etiam poteſt iſte text. ad aliud videlicet, ꝙ
affectus punitur etiam non ſequuto effectu.de quo dixi ſa-
3 tis.s̃.in l.1.in 16.col.& in l.eiuſdem, in princ.in 2.col. † Item
allegari etiam poteſt,quòd rei euentus ſine affectu vel ſine
animo non punitur, quia animus eſt ille, qui dat vel tollit
pœnam delictorum, ſcilicet pœnam ordinariam. facit. l.ſi
non conuitij.C.de iniur.Alia hic no.non colliguntur.Bart.
hic dicit, quòd pro declaratione huius legis poſſunt poni
tria exempla.Primum eſt, quando aliquis non habuit ani-
mum delinquendi & tamen deliquit,& tunc talis non te-
netur,vt hic & in l.1. §. diuus. & in l.3.§.adiectio.s̃.eo. quod
intellige directa pœna ſeu ordinaria pœna delicti,ſecus aūt
pœna minori,vt in dictis iuribus. & hr̃ in l. reſpiciendum.§
delinquunt.inf.de pœnis.Secundum exemplum poteſt po
ni in eo, qui habuit animum delinquendi, & tamen non
perfecit delictum,nam punitur ſecundū animū,non ſecun
dū effectum,vt s̃.eo.l.1. §. diuus. Tertium exemplum eſt in
illo, qui voluit delinquere, & tamen deliquit pluſquā vel-
let,vt ſi vellet tantum percutere,& tamen interficit.& dicit
Bar.hic ꝙ gl.nec hic,nec alibi hoc tangit,ſed Doct.tangunt
hoc in l.qm̃ multa facinora.C.ad leg.Iul.de vi pub.Sed dicit
4 ipſe velle hāc materiam expedire per quæſtiones. † Et ideo
primò quærit, ſi aliquis deliquit pluſquàm cogitauit circa
res, & tunc dicit ꝙ diſtinguendi ſunt tres caſus. Primò aut
delictum,quod facere propoſuerat ad hoc tēdit.ſ.ad delin-
quendum,& tunc attēditur ipſum delictum ſeu eius euen-
tus,per d.l.qm̃ multa,& per l.1.§.ex incendio.s̃.de incen.rui.
naufra.Si verò delictum non tendit ad hoc,ſ.ad delinquen-
dum,& tunc dicit ꝙ aut deliquit in plus circa eādem rem,
& tunc inſpicitur euentus, vt in l.vulgaris. in §. ſi quis. s̃.de
fur.& ideo dicit,ꝙ ſi quis furaretur vas conſecratum,cū pu
taret illud non eſſe conſecratum, tunc inſpicitur quod eſt
ſequutum,non quod putabat. Si autem deliquit plus circa
diuerſas res,tunc inſpicitur animus,non autem euentus, vt
5 in d.l.vulgaris.in §.ſed & ſi quis.s̃.de fur. † Quærit & ſecun-
dò ipſe Bar.quid ſi aliquis deliquit in plus q̃ cogitauit circa
perſonam offenſam? In quo dr̃ eſſe aduertēdum,nā aliquę
leges vidētur velle,ꝙ inſpiciatur animus,vt l.item apud La-
beonem.§.ſi quis virgines.s̃.de iniurijs.& no.in l.ſi ignorās.
s̃.lo.in ꝯrium tamen facit l.eum, qui nocentem. §.pen.s̃.de
iureiur. Sed dicit ipſe Bart. ꝙ hanc vltimam partē.ſ.ꝙ inſpi-
ciatur euentus, putat eſſe verā. Et dicit, ꝙ non obſtat d.§.ſi
quis virgines.quia ibi in nullo habuit animū committendi
aliquid punibile,qm̃ credebat illas virgines eſſe meretrices,
quas appellare nō eſt punibile,ſed quæſtio noſtra loquitur
6 in eo,qui ab initio propoſuit delinquere. † Nec ob. ſecun-
dum eum, glo.in l.ſi quis ignorans.s̃.loc. quia dicit ꝙ illud,
quod dr̃ in d.gl.intelligit ipſe eſſe verū in pœna excōicatio-
nis,ſeu in quacunq; alia pœna ſpirituali,vbi animus & cogi
tatio magis inſpicitur, ſed in pœna temporali euentus in-
ſpicitur. Sed prædicta dicit ipſe Bar. eſſe vera, quando quis
delinquit in plus circa perſonam quàm principaliter volę-
7 bat offendere. † Sed ſi delinquit in plus circa alias ꝑſonas,
qđ poteſt contingere duobus modis, vno modo ꝙ vtrāq;
perſonā offendat,vt cum uellet percutere vnum, percuſſit
duos,tunc de vtroq; tenetur.l.ſcientiā.§.qui cum aliter.s̃.ad
leg.Aquil.& facit d.l.eū qui nocentem.§.pen.& fi.s̃.de iniu.
Si verò non offendit aliū tangendo eū,ſed per quandā con
ſequentiam,vt puta faciendo iniuriā filio vel vxori,per con
ſequentiā facit iniuriā patri vel marito,& tunc animus ma-
gis inſpici debet,q̃ exitus.ſecundū ea, quæ dicūtur in d.l.eū
8 qui nocentē.§.pe.& fi. † Quærit poſtea Bar. quid ſi nō appa-
ret de quo cogitauerit, qa percuſſerit quēdā, nec aliqd ap-
paret, vtrū cogitauerit de patre, vel de viro,vtrum ſciuerit
hoc.ſ.hr̃e percuſſum patrē vel maritū,qd in dubio? Dicit ꝙ
ſufficit hoc nō cogitaſſe,vel neſciuiſſe,vt in d.l.eū q nocētē.
9 in fi.pro quo dicit facere l.falſus.§.ſi actū,in fi. † Quærit vlti-
mò ipſe Bar.quid ſi aliquis delinquit plus incidendo in aliā
ſpeciem delicti? In quo dicit ꝙ ſi delictū, qđ principaliter
facere propoſuit,tendit ad illum finē, qui ſequutus eſt, &
tunc inſpicimus euentum.caſus eſt no.ſecundū eū, in l.fin.
s̃.de cri.expi.hære.& extra de homi. c.fi.lib. 6.pro quo ēt fa-
cit l.qm̃ multa facinora.C.ad leg.Iuliam de vi publi.Si verò
ad hoc non tendebat delictum,ꝙ principaliter facere pro-
poſuerat,tunc non tenetur,vt l.verum. & l.qui iniuriæ.s̃.de
fur.ita reſidet Bar.hic,&c.Et licèt dicta per eum ſint notabi
lia,tamen hodie parum ſeruiunt pp ſtatuta terrarum, quæ
circa prædicta clarè diſponunt,vt dixi ſupra,in hoc tit.in plu
ribus locis.Dom.Alex.hic dicit,ꝙ de iſto articulo,ſ.quando
quis delinquit plus uel minus quàm cogitauerit, quòd Bal.
poſuit in l.ſi quis non dicam rapere. C. de epiſ. & cler. in 6.
col.Et dicit quòd circa hanc materiam, an in delictis inſpi-
ciatur opinio uel ueritas, quod ponit Bal. in l.ſi quis ſeruo.
C.de fur.& Ioan.And.in regula,cum quis in ius. de reg.iur.
in mercu. & in regula, quod quis, in fi.in merc.de quo per
ipſum Alex.in l.item apud Labeonem.in §.ſi quis uirgines.
10 poſt Bar.ibi ſuprà,de fur. † Venio modò ad gl. quæ in prin.
ſui clara eſt,eo quia allegat cōcordantias ad hoc uidelicet,
quòd uoluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia, & ſic
allegat.l.1.§.diuus.ſupra eo.& dicit quòd ſi deliquiſti pręter
uel contra uoluntatem tuam, quòd non teneris. ad quod
allegat l.illud.ſuprà de iniur.& l.qui iniuriæ. §.uerū. & l.qui
ea mente.ſupra de fur. Dicit poſteà,quòd etiam aliquando
aliter inſpicitur uoluntas, ut ſi tu delinquere uoluiſti, ſed
non perfeciſti delictum, nam hoc caſu attenditur ſola uo-
luntas & ſolus animus & non exitus.allegat.l.quiſquis. C.ad
legē Iuliam maieſta.& l.1.C.ſi quacunque prædi. poteſtate.
& l.1.in fi.infra titu.1.& facit l. is,qui cum telo.C.eod.de ſic.
& l.1.§.diuus.s̃.eod. Sed contra hoc opp.glo.de l.cogitatio-
nis.infra de pę.vbi dr̃,ꝙ pro cogitatione, vel pro animo ne
mo punitur.dicit gl.ꝙ debes ſoluere hoc ꝯrium,vt habetur

in l.præſenti.in princ. C. de his,qui ad eccle.confug.& in l.ſi
quis nō dicam rapere.C.de epiſ.& cle.& in l.1. ſ̃. de extraor.
crimi.& in l.qui ea mente.ſ̃.de fur.Et in dictis iuribus datur
ſolutio ad d.l.cogitationis.ꝙ in illa lege non punitur cogi-
tatio vel animus,eo quia ſtetit ibi cogitans in finibus cogi-
tationis,ſed hic non ſtetit in finibus cogitationis, ſed vlte-
rius proceſſit ad actum. Ita etiam ſoluit hic Bart. illud con-
trarium. Poſtea gl.etiam allegat alia iura ad illud videlicet,
quod ſola voluntas & non exitus attenditur in maleficijs.
alleg.l.ſed an vltro.in §.1.ſ̃.de neg.geſt. quæ tamen non lo-
quitur in criminalibus.& allegat etiam l.3.§.his qui.infra de
re mili.quæ loquitur in criminalibus. Glo. poſtea arguit ꝯ̃
iſtum text. de l.qui falſam. infra de fal.& poſtea allegat pro
concor.l.fi.C.eo.de ſica.& in l.infans. ſ̃.eo. quæ tamen nihil
facit.& l.1.in fi.inf.tit.1.& l.3.ſ̃.quod quiſq; iur.in quib.iuri-
bus hr̃ quod animus,& non exitus attenditur. Sol.Bar.licèt
gl.hic non ſoluat,& dicit,ꝙ d.l.qui falſam.non obſtat, quia
in illa potuit perficere delictū & noluit,ſed hic non potuit.
Sed iſta ſolutio non vr̃ bona, quia ſi voluit perficere deli-
ctum quando potuit, ergo merito deberet magis attendi
exitus q̃ animus;cum conſtet,ꝙ noluit delinquere. Et ideo
circa prædictam materiam ego credo,ꝙ nō poſſit dari cer-
ta regula,nec vera doctrina,quia in aliquibus caſibus atten-
ditur animus, & in aliquibus non attenditur animus, ſed
exitus, & iſtud credo verum poſt multa. Modò vltra glo.
Bar.& Ang.oppo.contra iſtum text. & dicunt quòd immo
non attenditur animus in delictis,ſed exitus,vt eſt tex.in l.j.
§.fi.ſ̃.ꝙ quiſque iuris.Sol. ꝙ ibi loquitur de leuioribus deli-
ctis, hic autem loquitur in grauioribus. Et etiam ſoluunt
aliter videlicet, ꝙ illud quod ibi dicitur non eſt delictum,
ideo ille text. non poteſt allegari pro contrario. Et ex iſtis
redditur expedita lex iſta. Sequitur l.nihil intereſt.

S V M M A R I V M.

1 ☞ *Qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur.*
2 *Maritus non auxilians vxori infirmæ medicinis & neceſſarijs ali-
mentis, perdit dotem, nec ei ſuccedit.*
Intellectus l.ſi ab hoſtibus.§.vir.ff.ſolu.mat.
3 *Qui eſt cauſa damni alterius, tenetur ſibi ad intereſſe.*
4 *Captus pro repræſalijs, ſi ſoluit poterit repetere ab eo, cuius cauſa
repræſaliæ conceſſæ ſint.*
5 *Iudex negligens iuſtitiam facere, non ſolùm ipſe tenetur,ſed etiam
Princeps vel ciuitas quæ eum iudicem fecit.*
6 *Nō refert quid ex æquipollentib.fiat,& æquipollẽtiū idẽ eſt iudiciū.*
7 *Agentes & cōſentiẽtes,& auxiliū præſtantes,pari pœna puniuntur.*
8 *Vulnerās non tenetur de morte,ſi vulneratus noluit habere medicū.*
9 *Si vulneratus habuit medicum imperitum, vel ſi inordinatè vixit
comedendo res ſibi nocituras, vel ſi noluit obedire medico, vul-
nerans non tenetur de morte.*
10 *Vitium medici vel malitia medicinæ, excuſat vulnerantem.*
11 *Si poſt relationem medicorum dicentium vulnus non eſſe mortale
vulneratus moritur, præſumitur mortuus ex mala cura.*
12 *Quando febris ſuperuenit non mortaliter vulnerato, an vulnerans
teneatur de morte.*
13 *Si vulneratus vtitur incantationibus, an eum vulnerans teneatur
de eius morte.*
14 *Serui accuſantes domini interfectores, an conſequantur libertatem.*
15 *Si Titius rixabatur cum Seio,& ſuperuenit frater Seij & interfecit
Titium propter illam rixam,hoc caſu Seius non debebit puniri de
morte,nec de auxilio, nec tanquam aſtans maleficio.*
16 *Quando plures ſunt congregati in aliquo loco,tunc quilibet tenetur
de eo quod facit, non de eo quod alij faciunt,niſi probaretur cla-
rè & apertè quomodo vnus impendiſſet auxilium alteri. (ciſo.*
17 *Percutiẽs aliquẽ,qui cadat in terrā & moriatur,an teneatur de oc-*
18 *Vulnerans aliquem mortaliter non tenetur de morte, ſi alius poſtea
in totum exanimauit illum vulneratum.*
19 *Si duo inſultant hominem & vnus eum mortaliter vulnerat, alter
verò non, quis puniatur?*
20 *Ad hoc vt aliqui dicantur auxiliatores,vel ſocij alicuius cōmittẽtis
aliqđ maleficiū,oportet quòd ad hoc ſint principaliter coadunati.*
21 *Quando neſcitur quis fuerit principalis delinquens, tunc nemo pu-
nitur de auxilio.*
22 *Si dominus intulit vulnus Titio,& famulus intulit aliud,dominus
tenetur tanquam principalis pro vulnere ab ipſo illato, & pro
vulnere illato à famulo tenetur tanquam præſtans opem.*
23 *Amicus ſi dicat amico, venias mecum in vno negotio, & interfi-
ciat inimicum, excuſatur ille amicus.*
24 *Statutū puniens tenẽtẽ vxorẽ alterius, nō cōpræhendit ignorātem.*
25 *Paria ſunt, occidere vel cauſam mortis præbere.*
26 *Furioſus committens delictum, an teneatur.*

Nihil intereſt. Et hoc intendit. Dans cauſam
morti punitur vt homicida.h.d.
1 Caſus,&c. † Nota ex iſto tex.regulam illam vulgatam vide
licet,ꝙ qui cauſam damni dat,damnum dediſſe vr̃.concor-
dat tex.in l.prætor ait.in §.fin.ſ̃.vi bo.rapto.& in l.videamus.
§.fi.ſ̃.loc.& in l.qui occidit.§.1.ſ̃.ad leg.Aquil. & ibi Doc. &
hr̃ per Doct.in l.ſi ab hoſtibus.§.ſi vir. ſupra ſol. matr. & eſt
2 tex.in c.fi.de homi.lib.6.† Et faciunt ad hunc tex.& ad hanc
regulam,nam ſi maritus occidit vxorem,perdit lucrum do
tis,nec ei ſuccedit,vt eſt tex.in d.l.ſi ab hoſtibus. in §. ſi vir.ſ̃.
ſol.matr.& idem dicunt ibi Doct.eſſe,ſi eam non occidat,
ſi tamen ipſi vxori infirmæ non adhibet medicinam & ali-
menta neceſſaria, ſimiliter ei non ſuccedit & priuatur lu-
cro dotis,quia tunc vr̃ præbere cauſam morti,& hoc etiam
expreſsè tenuit Bal.in l.quòd in vxorem.C.de neg.geſt.& in
auth. dos data. in 2.col. C.de dona.ante nup.arg.d.§.ſi vir.&
l.necare vr̃,ſupra de lib.agno.& authen.ſi captiui. C.de epiſ.
audi.quod dicit Pau. de Caſt. in d.§.ſi vir. habuiſſe de facto
in ciuitate Florentiæ, quæ omnia refert ibi Dom. Alex.di-
cens prædicta eſſe valde ſingularia pro ampliatione mate-
riæ d.§. Et facit etiam notabile verbum Bartoli in d.§.ſi vir.
in fina.verbis,vbi dixit,ꝙ licèt ſubſtitutus non occidat inſti-
tutum,tamen ſi facto ipſius ſubſtituti decedat inſtitutus,ꝙ
non vocabitur,nec veniet ſubſtitutus ad hæreditatẽ. quod
3 nota. † Item ad ampliationem huius textus, & huius regu-
læ facit text. in c.2.de officio ordi. lib.6. vbi dr̃,ꝙ ille qui eſt
cauſa damni alterius,tenetur ſibi ad intereſſe.& dicit ibi gl.
in verbo, occaſionem, ꝙ qui occaſionem dat interdicto
alicuius ciuitatis vel caſtri, tenetur ad reſtitutionem dam-
norum,quæ eccleſiæ,religioſi,& hoſpitalia illius loci occa-
ſione interdicti in obligationib. & eleemoſynis paſſa ſunt,
quia qui occaſionem damni dat,&c.quod nota ꝯ̃ illos, qui
dederunt cauſam interdicto huius ciuitatis,& ſimiliter cō-
☞ tra Venetos, qui ex eorum cauſa præſentialiter patiuntur
4 interdictum. † Et facit,quod voluit Ludo.Roma.poſt Bar.
in l.2.§.item ſi in facto.ſ̃.de verb.obliga. quem refert & ſe-
quitur D.Feli.in c.de cætero.in fi.de homici.vbi dixit, quòd
ſi aliquis fuit captus pro repræſalijs & ſoluit, poterit repete
re ab eo,cuius cauſa repræſaliæ conceſſæ ſunt.Et idem dixit
Pau.de Caſt.Alex.& Iaſ.in l.2.§.fi.ſ̃.de condi.cauſa data,non
ſecu.& Ioan.And.in addi.Spec.in tit.de iniu. §.1. de quo la-
5 tius per Iaſ.in d.l.2.in §.fi. †Et faciunt etiam dicta per Ludo.
Roma.in conſ.ſuo 338.incipien. in caſu propoſitæ conſul-
tationis aduertendum cenſeo, &c. in 2.dubio. vbi in con-
tingentia facti conſuluit, quòd ſi iudex negligat iuſtitiā fa-
cere,nedum tenetur ipſe iudex parti qui facit litem ſuam,
ſed etiam tenetur ciuitas vel Princeps,qui creauit illum iu-
dicem.allegat iura & rationes,de quibus ibi per eum.quod
dictum refert & ſequitur Iaſ.in l.ſi quis in conſcribendo.in
6 4.col. verſ. adde etiam pro ampliatione. C. de pac. † Nota
etiam ex hac l. quòd non refert quid ex æquipollentibus
fiat,& æquipollentium idem eſt iudicium l.ſi mater. C. de
inſti.& ſubſti.ſub conditio.fac.& ibi glo.& Bart. & habetur
in l.Iulianus ait.ſupra de conditio. & demonſt. & in l.ſi pe-
cuniam.§.1.ſupra de ſta.lib.& in c.in his.de verbo.ſignific.&
in cle.exiui.§.cum autem. de verborum ſigniſi.cum ſim. in
☞ glo.dictorum iurium allegatis,&c. [Vide tamen omnino
Ludo.Roma.in ſingu.ſuo 803.incipien.ille qui percuncta-
7 tus eſt,&c.] † Item nota ex generalitate huius legis, quòd
agentes & conſentientes, & auxilium præſtantes, pari pœ-
na puniuntur.concordat.l.iubemus.§.ſanè.verſic.paſſus fue
rit.C.de ſacroſan. eccle. habetur in l.1.C.de fal.mone.& in
l.quiſquis.C.ad leg.Iul.maie.& in l.3. ſuprà in hoc titu. & in
l.item Mela, in §. item ſi alius. ſuprà ad legem Aquil. & in
l.diuus.infra de iu. fiſ. & in c.1. de offi.deleg. & in c.ſicut di-
gnum.§.illi autem.de homi. & in c.notum. 2.q.1. cum ſim.
immo quandoque magis peccat & acrius punitur,qui pre-
ſtat auxilium delicto,quàm qui facit ipſum delictum,vt pa-
tet in illo,qui præſtat auxilium delicto defendendo ipſum
malefactorem. Ita dicit text. in c.qui conſentit. 11.q.3.& in
c.qui aliorum.24.q.3. & habetur in c.tanta. 86.diſt. Vlterius
circa materiam huius l.quæro ego vltra omnes, de aliqui-
bus quæſtionibus.& primò,an regula iſta ſit ſemper uera,
quòd qui cauſam dāni dat,&c. & qui præbet cauſam mor-
tis,dicatur occidere? In quo dico, quòd prædicta l.noſtra,
& prædicta regula non eſt ita latè & indiſtinctè intelligen-
8 da,quoniā poteſt multis modis limitari & reſtringi.† Nam
pone,quòd vulneratus eſt Titius aliquo vulnere,quod po-
terat ſe habere ad vitam & ad mortem, & vulneratus no-
luit hr̃e aliquem medicum, an ſi vulneratus moriatur, vul-
nerans teneatur de occiſo? In quo vr̃ dicendum ꝙ ſic, per
iſtū tex.nam ſi non fuiſſet ſibi illatum tale vulnus,non fuiſ-
ſet mortuus.cum ergo ſequuta ſit mors, neceſſe eſt dicere,
ꝙ vulnerans tāquam dans cauſam morti teneatur de mor-
te ſequuta. Sed dicas cōtrarium eſſe verius videlicet, quòd

tali caſu vulnerans nõ tenebitur de morte, quia conſtat ꝙ vulneratus ſua culpa deceſſit.Ita notanter dixit Bal.in l.ſi ab hoſtibus.§.ſi vir.per glo.ibi ſ.ſol.ma.quod dictum ibi ſummè notant Pau.de Caſt.& D.Alex.qui dicit, quòd idem tenuit Tancre.in compendioſa ſua.in 2.rubr. in 9.quæſtio.& Bal.in l.qui occidit.§.fi.ſ.ad leg.Aquil. & in c.1.quibus modis feu.amit.& volunt Doctores in c.2. extra de cle. percuſ. pro qua parte facit etiam ſecundum eum tex.in l.huic ſcripturæ.in §.1.& in l.item Mela. §.Celſus.ſ. ad leg.Aquil. & illud dictum Bal.etiam exclamat Io.de Imo.in d.l.ſi vir.vbi dicit eſſe valde quotidianum. quod dictum etiam magnifa-
9 cit Do.Feli.in c.præsbyterum.in 1.col.de homici.† Et idem etiam dicas eſſe, & locum habere, ſi ipſe vulneratus habuit medicum imperitum,vel ſi inordinatè comedit res ſibi nocituras,vel ſi noluit obedire medico,ſecundum Do.Feli.in d.c.præsbyterũ.vbi ſubdit idem eſſe, ſi ipſe vulneratus inordinatè vixit poſt vulnus,vt puta quia concubuit cum vxore ſua.ad quod allegat Bald. in l.qui occidit.ſ.ad l.Aquil. & ibi
10 Flo. † Et adducit etiam Bald.in l.ſi non ſimpliciter.in 4.col. C.de ædil.act.vbi dixit,quòd vitium medici,vel malitia me-
11 dicinæ, excuſat vulnerantem,&c. † Et adducit etiam Ang. in l.quod ſi noluit.in §.ſi mancipium.ſ.de ædil.edi.vbi dixit, quòd ſi vulnus ſecundùm iudicium medicorum poteſt ſe habere ad vitam & ad mortem, tũc ſi vocatur medicus imperitus & moriatur percuſſus, non imputatur vulneranti. Et ideo Bart.in d.l.ſi ab hoſtibus.exclamat contra vocãtem medicum,qui neſcit vnam literam. Et facit ad idem ſecundum eum,quod uoluit Bald.in addi.Spec. ſuper rub.de homici. vbi dixit, quòd ſi conſtat de inordinata vita infirmi, mors ſuperueniens ſibi imputabitur. pro quibus faciunt dicta per Flo.latè in l.ait lex.§.1.ſ.ad leg.Aquil.vbi loquitur de non obediente medico. Adducit etiam Io. de Pla. in l.nec ſemel.C.de re mili.lib.10.vbi dixit,quòd ſi poſt relationem medicorum referentium, quòd vulnus nõ ſit mortale vulneratus moritur,præſumitur mortuus ex mala cura, & mala cuſtodia. Et ideo dico,quòd in prædictis caſibus ille, qui dedit cauſam morti, tamen non videtur dediſſe mortem, adeò quod puniatur de ipſa morte, & ideo prædicta regula non eſt ita generaliter & indiſtinctè intelligenda,ſed debet intelligi,quando cauſa de per ſe fuit apta naturaliter ad inferendum damnum, ſecus ſi non de per ſe fuit apta ad damnum inferendum, ſed ipſe damnum paſſus produxit cauſam ad effectum,ſeu ad ipſum damnũ,vt in dictis exem-
12 plis & doctrinis.† Et vltra Do.Feli. in c.præsbyterum.quando vulneratus mortuus eſt ex inobediẽtia vel ex imperitia medici,& quando febris ſuperuenit non mortiferè vulnerato,an vulnerans teneatur de occiſo, vide de iſtis & ſimilibus caſibus etiam Do.Fely.in c.ſignificaſti. el ij.in 1.col.de homici.& Do.Bartho.Cepol.in conſ. ſuo. 62.incip. magnifice ac generoſe,&c. per totum conſilium.& Alber.de Roſa.in 2.parte ſtatutorum,in q.36.incip. Item quid ſi aliquis. & Soc.in conſ.ſuo 178.incip.primo aſpectu. & Bal.in conſ. ſuo 195.incip.an vulnus.in 1.volum. & Rapha.Cu. in conſ. ſuo 134.incip. viſis denunciatione.& Alexand. in conſ.ſuo
13 nondum impreſſo,incip. & vt oportet.† Item vltra prædicta teneas etiam menti vnum circa materiam huius tex. & prædictæ regulę videlicet,quòd qui cauſam damni dat,&c. quòd ſi vulneratus facit ſe medicari per incantationes, ꝙ dicitur in culpa,adeo quòd vulnerans non tenetur de morte, ſecundũ Soc.in conſ. ſuo 178.incip. primo aſpectu, &c. in vlt.col.pro quo facit tex. in l.1.§. ſed ſi obſtetrices.inf. de varijs & extraor.cogni.& uoluit Io.de Ana.in rub.extra de magiſt. Et ſic etiam ex ſupradicta doctrina apparet, quòd non eſt ſemper uera dicta regula,qui cauſam dãni dat, &c. quò ad punitionem, quando paſſus damnum eſt in culpa
14 aliqua.† Et teneas etiam menti unum circa prædictam regulam,quod dixit Bal.per illum text. in l.1.C.quib.ex cauſis ſerui pro pręmio liber.accipi.uidelicet,quòd licèt ſerui qui accuſant interfectores domini pro præmio conſequantur libertatem, ut ibi; tamen ſerui qui accuſant dominorum interfectores,& non plenè probãt occiſionem, ſed ſolum dant iudici indicia, propter quæ iudex inuenit interfectores,non conſequentur præmium libertatis. Ex quo patet expreſsè non eſſe uerum hoc uidelicet, quòd qui cauſam rei dat,rem ipſam dare videtur.nam ſeruus dat indicia,propter quæ reperiuntur interfectores domini,ergo per dictã regulam, qui cauſam damni dat, uideretur quòd deberet conſequi libertatem. cuius contrarium dicit ibi Bald. per illum tex. Et uide etiam bonum tex. in c.tua nos.in fi.extra de hom.ubi dicit text. ꝙ qui iudici ſeculari dat interſignia furis, à quo fuit vulneratus, non efficitur irregularis, licèt poſtea ex illis interſignijs ipſe fur occidatur, quod etiam la-

tius poſuit Spec. in titu.de diſpen.§.iuſta. uerſ.quid ſi cleri-
15 cus, &c. † Et adde Bald. in l.data opera.in penult.col.C.qui accuſ. non poſſ. ubi notan. dixit, ꝙ ſi Titius rixabatur cum Seio, & ſuperuenit frater Seij & interficit Titium propter illam rixam,quòd ipſe Seius nõ debebit puniri,nec de morte,nec de auxilio, nec tanquam aſtans maleficio. quod dictum pro ualde notabili refert & ſequitur Do.Alex.in l.ſi.in 9.uerſ. infra in hoc titu. [& Alex.in conſ.138.incip. uiſa copia.in 2.col.in 6.uol.] ex quo habes limitationẽ ad hunc textum, quia licèt iſte Seius fuerit cauſa, quòd frater ſuus interficeret Titium, tamẽ ipſe Seius non tenetur ut ſupra, quod etiã uoluit Bald. in l.1.in pen.col.verſ.quæritur,unus. C.unde ui.& gl.in c.ultimo.23.q.ult.& Do.Feli.in c.Petrus. in 1.col.de homi.& ibi dixi.& eſt tex. ad hoc, in c.quia præ-
16 ſulatus.1.q.4.† Et facit not. uerbum Bal. in l.non ideo minus.in 10.col.C.qui accuſ.non poſſ.ubi dixit,quòd quando plures ſunt congregati in aliquo loco,quòd tunc quilibet tenetur de eo quod facit, non de eo quod alij faciunt, niſi probaretur clarè & diſtinctè, quomodo unus impendiſſet auxilium alteri. quod dictum refert & ſequitur D.Augu. Ari.in tract.malefi.ad Angel.de Are.in uerbo,& dicto maleficio ſemper aſtitit.in ult.col.in uerſ. & aduertas.& in eodem tract. in uerbo, & dictus Andreas armatus. in prima addi.in fi.Ad quod etiam uide Bald.in marga.ſua,in uerbo
17 gens coadunata. & ibi in uerbo, delinquentibus. † Adde etiam aliud ſingulare uerbum in materia prædictæ regulę, qui cauſam damni dat,&c.ſcilicet quòd dicta regula nõ eſt ſemper uera,nam dixit ſingul. Dom. Franc.de Are.in conſ. ſuo 147.incip.uiſa conſultatione,&c. in 5.col.uerſ.hoc præmiſſo,&c. quòd non tenetur de homicidio ille,qui percuſſit cum pugno etiam armato aliquem, etiam in capite, ſi percuſſus cecidit in terrã & cadendo in terram dedit ſuper lapide & ex percuſſione lapidis mortuus eſt,quia lex punit occiſorem habentem animum occidendi, dummodo ſequatur effectus,aliàs non;unde quamuis percutiens cũ pugno habuerit animum occidendi percuſſum, tamen hoc non eſt ſequutum ex percuſſione, quia ex ea ſola iſte non fuit occiſus. Et licèt ipſe ex percuſſione facta cum capite in lapide fuerit occiſus, tamen hoc fuit præter intentionem occidentis, ideo non uidetur ab occidente dolo occiſus; de quo ibi latius per eum. Quod dictum refert & ſequitur Do.Feli.in tract.ſuo de conatu. quem poſuit poſt tit.de appell.in pen.col.in fi.ubi dicit, ꝙ de hoc dicto nunquã obliuiſcaris,cum ſit doctrina noua & fortiſſima,per quam multi liberari poſſent à morte. [Tu adde, ꝙ pro hoc dicto eſt text. expreſſus in c.ſtudeat.50. diſt. & uide Flor. in l.item ſi obſtetrix in §.ſi ſeruum.ff.ad legem Aquil.& uide omnino Iaſ.in l.1.nu.17.& 18.C.de legib.uide omnino Pau.de Caſt. in l.qui domum. ff. loca.] uide omnino Do.Albertum de Cataneis,excellentiſſimum Doct.Bononien. in tracta.ſuo, uiolantes.in uerbo,uulnerati.in 3.col.uerſ. item ſtante prædicto ſtatuto.& D.Fel.in c.de cætero.de homi.ubi dicit, ꝙ ſi ſtatutum dicit,ꝙ ſi ex percuſſione exiuit ſanguis,imponatur talis pœna,ꝙ non habet locum,quando ex percuſſione quis cecidit in terram, & ex læſione lapidis exiuit ſanguis, quia nõ dicitur ex percuſſione prima, propter dictionem, ex,importantem cauſam immediatam.l.1.§. ex incendio.ſ. de incen.rui.naufra.c.inter dilectos.de fide inſtru.Et ſecundum eum dixit Dom.Flor.in l.qua actione.in §.Celſus.ſ.ad leg.Aquil.ubi dicit ſe hoc habuiſſe in facto.pro quo D.Fel. ubi ſuprà,aliqua alia allegat ad hoc, de quibus ibi per eum. [Idem dixit Bal.ſuper ſtatutis,in uerbo,pax.in 2.uerſ.& Bal.
18 in l.fi.C.ad leg.Aquil.] † Vlterius, quia dicitur in iſto tex.ꝙ nihil intereſt an quis occidat, uel cauſam mortis præbeat, mihi uidetur, ꝙ immo multũ interſit, an quis occidat uel cauſam mortis præbeat, quod optimè probatur in l.item Mela. §. Celſus. ſ.ad leg. Aquil. & in l.huic ſcripturæ. in §.1. eod.titu. ubi dicitur, ꝙ ſi quis aliquem mortiferè uulnerauerit,& ex poſt alius eũ examinauerit, & maturius interfecerit, ꝙ ille primus non tenetur de morte, ſed de uulnere tantum. [Vide omnino Iaſo. in l.ſi ab hoſtibus. in §. ſi uir. in 2.col.poſt medium.ff.ſolu.matr.] & dicit Ludo.Rom.in ſingul.ſuo 259.incip.quidam fuit vulneratus,&c. quòd hũc caſum habuit de facto, & ex eo lucratus fuit unam capam de ſirico,ꝙ dictũ etiam affirmat per illum text.Do.Fran.de Are.in ſingu.ſuo 56.incip.quidam malus aduocatus,&c. & uide Ioan.de Ana.in c.ſignificaſti.el ij.in 4.col.de homi.ubi etiam allegat Bald.in l.ita uulneratus.ſ.ad leg.Aquil. qui dicit,ꝙ præmium aduocati primi uulnerantis, docẽtis talem cautelam, debere eſſe laqueus, & eum etiam refert D.Fel. in c.de cætero . de homi.patet ergo in dictis iuribus, ꝙ ille qui dedit cauſam morti non tenetur dę morte,& per conſequens

ſequens

ſequens patet,ꝙ valde intereſt,'an quis occidat, vel cauſam
mortis præbeat, nam ille qui taliter mortiferè vulneratum
examinauit,tenetur de morte,licèt ille qui eum prius mor
tiferè vulnerauit dediſſet cauſam morti,quia omnino ex il-
lo vulnere fuiſſet mortuus, etiam ſi alius eum non exami-
naſſet vt fecit,ideo illa iura mihi videntur multum contra-
riari huic text. & huic regulæ,cogita pro ſolutio,quia præ-
19 ſentialiter mihi non occurrit congrua ſolutio. † Item vltra
præmiſſa circa materiam huius legis adde pro limitatione
notabile conſiliũ Cy.incip. Albertus & Barthol.fratres,&c.
vbi dixit, quòd ſi duo inſultarunt Titium, & vnus ei dedit
vnum vulnus mortale, alius verò eidem dedit vulnus non
mortale, licèt vulneratus moriatur, tamen ille qui intulit
vulnus non mortale non debet puniri pœna mortis, ſed
debet ſolum puniri pro vulnere,per l.1.in fi.ſ. de extraordi.
crimi.Et dicit,ꝙ ſi iudex vult eum punire ex eo,quia præſti
tit opem homicidio inferendo vulnus non mortale,debet
dicere in inquiſitione,ꝙ ſibi dederunt auxilium & fauorẽ,
vt habilius dictum homicidiũ cõmitteretur, & tunc ambo
debent decapitari. Sed ſi dixit in inquiſitione, ꝙ ſibi dede-
runt auxilium & fauorem, quia cum non ſit dictum, quòd
ad homicidium dederunt ſibi auxilium, intelligitur quòd
ad vulnerandum tantum dederunt ſibi auxilium & non ad
interficiendum, vt in l.ſi de interpretatione. infra de pœn.
Et iſtud dictum refert & ſequitur D. Augu. de Ari. in ſuis
addit.ad tract. Ang. de Are. ſuper malefi. in verbo, & dicto
maleficio ſemper aſtitit. in prima addi. in fi. Et idem dixit
Do.Fely.in c.ſicut dignum.in 2.col.verſ.modo aduerte,&c.
de homi.vbi ad hoc allegat Bald.& Ludo. Rom. in l.1.§.ſed
ſi in eo.ſ.ad Sylla.& Bart.in l.qui ſeruo.ſ.de fur.& in l.fi.in fi.
20 infra eo.tit. † Itẽ in materia huius legis, per quam puniun-
tur auxiliatores,cum dicantur prębere cauſam morti.Scias
ꝙ ad hoc vt aliqui dicãtur auxiliatores vel ſocij alicuius cõ-
mittentis aliquod maleficium, oportet ꝙ ad hoc ſint prin-
cipaliter adunati, vt habetur in l.3.in §.homines. ſ.vi bono.
rapto. Et ſi apparet in facto omnes fuiſſe in rixa pariter, &
omnes fuiſſe pariter principales, tunc omnes prout deli-
querunt ſunt puniendi.Ita dicit Pet.de Ancha.in conſi.ſuo
217.incipiente, nos Bartholomæus de Saliceto, &c. circa
finem. [Idem dixit Alex.in conſ.ſuo 2.in 2.col.in 7.volum.]
21 † quia neſcitur tunc quis fuerit principalis delinquens, &
quis fuerit auxiliator,quia tunc nemo puniri poterit de au
xilio;ſed ſecus,quando hoc ſciretur,ſecundum ipſum Petr.
de Ancha.in d.conſ.ſuo 217.incipiente, nos Bartholomęus
de Saliceto,&c. in fi.verbis.vbi allegat Bart. in l.ſi is qui.in §.
ſi initium.ſ.de fur.quod etiam voluit Bald.in conſ.ſuo 229.
incipiente,verba inquiſitionis. in vlt. colum.in 3.volum.&
Dom.Alexand.in l.ſi duo patroni.in princ. in verſ.in glo. in
verbo,alteri.ſ.de iureiur.Et rationem huius allegat Pet. de
Anchar.in dicto conſilio, videlicet, quia dicta incertitudo
principalis delinquentis infert in acceſſorio impotentiam
procedendi,& per cõſequens nullitatem ſi procedatur. de
quo etiam latius dixi in practica mea cauſarum crimina-
lium,in 1.charta.Et ad materiam huius legis etiam facit no
tab.verbum Bal.in l.non ideo minus.in 10. col. C.qui accu.
22 non poſ.quod retuli ſ. in præcedenti charta. † Et in mate-
ria huius legis facit etiam quod voluit idem Bald.in d.l.non
ideo minus.in pen.col.verſ.ſed iuxta hoc venit quęſtio,&c.
vbi dicit,ꝙ aliàs Peruſij fuit talis quæſtio de facto. Nã qui-
dam Peruſinus cum vno ſuo famulo occiderunt Caium.
Nam Peruſinus ille cum vno gladio vulnerauit eum,famu
lus verò intulit aliud vulnus adeo,ꝙ ille mortuus eſt.Modò
fuit dubitatum,an ille Peruſinus teneatur tanquam princi
palis,an verò tanquam auxiliator? Et dicit ipſe Bal. ꝙ ſuper
hac cauſa fuit allegatum, & fuit concluſum, ꝙ ipſe Peruſi-
nus pro ſuo vulnere ab ipſo illato teneretur,tanquam prin
cipalis,& pro vulnere illato à famulo tenetur tanquã præ-
ſtans opem. Et dicit, ꝙ non obſtat ſi diceretur ꝙ ex dictis
vulneribus non ſequitur niſi vnus effectus, ſcilicet mortis,
ergo debent pro vno reputari. Ad quod reſpondet, & di-
cit hoc eſſe verum, quando dicta duo vulnera eſſent illa-
ta ab vno tantùm,ſed quando duo vulnera inferuntur à di
uerſis, cuilibet attribuitur mors inſolidum ac ſi iſta vulne-
ra eſſent illata in perſonam diuerſorum. Et dicit Bal. quòd
ita de facto fuit iudicatum. Et dicit ſe credere ꝙ dicta ſen-
tentia fuerit iuſta,& dicit quòd etiam ita viſum fuit aduo-
catis,& putat ipſe Bald.quòd iſta ſit veritas. quã doctrinam
refert & ſequitur Do.Augu.Ari.in addit.ad Ang.de Are.in
tract.maleficio.in verbo, & dicto maleficio ſemper aſtitit.
in 1.addit. in princ. ergo per hanc doctrinam limitatur iſte
tex.quia nõ eſt verum, quòd nihil interſit, an quis occidat,
vel cauſam mortis præbeat, quia immo intereſt, vt in præ-
dicta doctrina Bal. Et ſcias vlterius, quòd regula illa videli-
cet, quòd voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia,
de qua in l.qui iniuriæ. ſ.de furt.cum ſimil.ex identitate ra-
tionis habet locum in materia huius legis, quoniã ſi aliq̃s
dat auxilium vel adiutorium homicidio & non volunta-
riè nec ex propoſito, ſed errore ductus vel circumuentus à
delinquente, non debet puniri.
23 † Et ideo ſi amicus meus dicit mihi,venias mecum,quia
volo eſſe in vno negocio meo. Ego hoc audiens,accipio
enſem & ſequor eum, ipſe autem vadit obuiam inimico
ſuo & eum occidit, an debeam ego puniri quaſi auxilium
præſtiterim? In quo dicas,quòd ſi ignorãter ſequutus ſum
eum, & cum ipſe inſultatus eſt inimicum ſuum,ego me re
traxi,ꝙ nullam pœnam debeo pati.Si autem non potui di-
ſcedere,adhuc ſum innocens, ſed ſi potuiſſem recedere &
ſtetiſſem,tunc non eſſem tutus à pœna. Ita dixit Raph.Ful.
in l.quis ſit fugitiuus.§.1.ſ.de ędi.edicto.Pro quo facit opti-
mè not. verbum Bald. in l.quicunque. in pen. col.ver.nota
ſextò. C. de ſeruis fugi. vbi dixit,ꝙ ſi cõmodaui alicui equũ
& arma uel famulum,quia dicebat ſe velle ire in villam, &
tamen iuit ad occidendum hominem, quòd ego non te-
neor,quod dictum refert & ſequitur Do. Feli. in c.ſicut di-
24 gnum.in prin.3.col.de homic. † Et facit quod ſubdit Bald.
ibi in d.l.quicunque.vbi dicit,ꝙ ſi ſtatutum punit tenẽtem
vxorem alterius,ꝙ parcitur ignorãti ſi non diſſimulat igno
rantiam.de quo latius ibi per eum.de quo etiam dixi in l.fi.
inf.in hoc tit.ubi etiam poſui aliqua plura facientia ad ma-
teriam huius legis,quæ non repeto breuitatis cauſa,ſed cu-
rioſus lector videre poterit. Alia not. hic non colliguntur,
25 ideo venio ad glo.& capio 1.glo.in verſ.nihil intereſt.† Pro
cuius expeditione quæro, dicitur hic in tex. quòd nihil in-
tereſt,an quis occidat,vel cauſam mortis præbeat, ſed con-
tra de tex. in l.item ſi obſtetrix.in prin.ſ.ad leg.Aquil.vbi di
citur,ꝙ dans cauſam morti, non tenetur lege Aquilia, ſed
actione in factum.Sol.gl. & dicit ꝙ quantum ad accuſatio-
nem nihil intereſt, ſed quãtum ad Aquiliam ſic.Bar.autem
aliter ſoluit hic,& dicit,ꝙ non obſtat ille textus, quia aliud
eſt in lege Aquilia,& aliud in lege Cornelia. Et ratio eſt ſe-
cundum eum,quia lex Cornelia de ſicar.punit expreſsè eũ,
qui habuit animum occidendi,licèt non occiderit,ſed in le
ge Aquilia dicitur expreſsè, ſi quis occiderit, quæ uerba nõ
verificantur in dante cauſam ſeu opem,q̃d dicit eſſe menti
tenendum. Item vltra glo. & Bart. contra iſtum text. facit
tex.in l.eiuſdem.in §.adiectio. in fi.ſuprà in hoc tit. vbi mu-
lier, quæ dedit cauſam morti, non punitur pœna mortis,
ſed relegatur.ergo patet, quòd intereſt an quis occidat,uel
cauſam mortis præbeat.Solue,ꝙ in caſu dicti §. adiectio.il-
la mulier non habuit animum occidendi, vt ibi dicitur,ni-
mirum ſi non punitur pœna mortis. Sed lex iſta loquitur
in illo,qui præſtitit cauſam morti animo & intentione oc-
cidendi,& ſic non obſtat. Capio modo aliam glo. quæ cla-
ra eſt,nam quærit exemplum eius, qui mortis cauſam præ-
buit,& dicit ꝙ poteſt poni exemplum in illo,qui poſuit gla
dium in manu furioſi,vt ſe uel alium occideret. allegat tex.
in l.1.in princ.in ver. eiuſve dolo malo. & in §.1. in eadẽ l.1.
ſ.in hoc titu.in uer. dederit.& allegat etiam tex. in l.prętor.
in §.ſi publicanus.in fi.ſ.ui bonorum rapt. & tex.in l.qui oc
cidit.§.pen.ſ.ad leg.Aquil.in quibus iuribus probatur regu-
la illa,uidelicet,qui cauſam damni dat, &c. Sed Ang. hic di-
cit,ꝙ poteſt etiam poni exemplum in permittente extrahi
arma de domo ſua ad offendendum aliquem, uel etiam in
illo qui præſtat domum,vt ibi fiat colloquium & tractatus
ad aliquod delictum committendum.alleg. l.qui domum.
& l.& ſi amicis. ſ. de adult.ubi dicitur, ꝙ præbens auxilium
adultero,præſtando ſibi domum in qua poſſit habere col-
loquium & tractatum ad committendum adulterium,pu
26 nitur de adulterio ſecuto.† Et inquantum glo.ponit exem
plum in illo, qui poſuit gladium in manibus furioſi. opin.
Bart.hoc modo ualet,cum ſit ꝙ furioſus committens deli-
ctum non teneatur,ut habetur in l.infans.ſ.eod. & in l. fin.
infra tit.j.& in l.diuus.ſ.de officio præſi. ergo uidetur,quòd
præſtans opem ſibi,non teneatur,ut in l.is qui.in §. ſi tu Ti-
tium.ſ.de fur.Soluit ſe remittendo ad dicta per ſe in dicto
§.ſi tu Titium.& in l.is qui opem. eo. tit. & in l.ſi quis uxor.
§.neque.eod.tit.& ad not.per glo.in l.ſi quis id,quod §.pen.
ſ.de iuriſdictio.omn.iud.Et finaliter in dictis locis, maximè
in d.§.ſi tu Titium.ſoluit & dicit ꝙ licèt faciens homicidiũ,
ſcilicet ipſe furioſus non ſit in dolo,tamen per hoc non re
ſtat, ꝙ non ſit commiſſum maleficium homicidij, ſed in
d.§.ſed tu Titium.quia ibi non fuit dolus, non fuit furtum,
ideo non poteſt ibi quis teneri tanquam præſtans opem,
ſecus autem in caſu iſto, quia etiam ſine dolo facientis, ta-
men

men eſt ſecutum homicidium. ita ſoluit Bart. in dictis locis.& glo. fi.in l.ſi quis id, quod. ſuprà de iuriſdict.omnium iudic.& ibi Bar.& alij. Et per iſta redditur expedita lex iſta, ideo ſequitur l.qui cædem.

SVMMARIVM.

1 *Homicida regulariter punitur pœna mortis, niſi ſit in dignitate poſitus numero 32.*
2 *Vt euitetur tumultus populi aliqua conceduntur, quæ aliàs non concederentur.*
3 *Sententia lata per iudicem, quomodo eſſe debet.*
4 *Sententia debet ferri ad inſtantiam partis.*
5 *Hæres immiſcens ſe in hæreditate & vendens res hæreditarias, an videatur adire.*
6 *Magiſtratus temporales durante officio non poſſunt conueniri.*
7 *Propter neceſſitatem laicus poteſt confiteri peccata ſua laico.*
8 *Par in parem non habet imperium.*
9 *Sententia an poſſit ferri de nocte, ſicut de die.*
10 *Statutum legis & canonis poteſt contemni, ſi periculũ eſt in mora.*
11 *Licentia alicuius debet eſſe cum expreſſione verborum, & quomodo concedi debeat.*
12 *Ad validitatem licentiæ præſtandæ requiritur, vt præcedat cauſæ cognitio.*
13 *Decretum interpoſitum ſine cauſæ cognitione, eſt nullum.*
14 *Notarius rogatus de interpoſitione auctoritatis vel decreti, ſi ſcribat interueniſſe cauſæ cognitionem, non creditur ſibi.*
15 *De cauſæ cognitione debet fieri ſcriptura de per ſe diuerſa ab eo, ſuper quo interponitur decretum.*
16 *Executor voluntatis teſtatoris debet exequi cum cauſæ cognitione, non ex abrupto.*
17 *Si arbitrator ex abrupto laudauit, arbitramentum eſt nullum.*
18 *Abſolutio à iuramento facta ſine cauſæ cognitione, non valet.*
19 *Sententia lata ſecundum conſilium ſapientis non viſum, eſt nulla.*
20 *Præceptum factum per iudicem eccleſiaſticum iudici ſeculari ſine cauſæ cognitione, eſt nullum.*
21 *Miſſus in poſſeſſionem inordinatè, & ſine cauſæ cognitione, non facit fructus ſuos.*
22 *Non valet conſtitutio, quòd poſſit pronuntiari ſententia ſine cauſę cognitione.*
23 *Cauſæ cognitio eſt de iure diuino.*
24 *Sententia interlocutoria ſine cauſæ cognitione, eſt nulla.*
25 *Iudex ſi ſpoliat aliquem ſine cauſæ cognitione, ille ante omnia eſt reſtituendus.*
26 *Iudex procedens contra aliquem ſine debita cauſæ cognitione, cenſetur tanquam priuatus, & tunc ei non eſt obediendum.*
27 *Reſcriptum vetans cauſæ cognitionem, eſt ſuſpectum de falſo.*
28 *Iuſſus iudicis etiam non rectè factus valet, ſi eſt cum cauſæ cognitione.*
29 *Omiſſio qualiſqualis ordinis, in cauſis extraordinarijs reddit proceſſum nullum.*
30 *Statutum dicens, quòd mulier vel minor non poſſit ſe obligare ſine auctoritate iudicis, tunc non ſufficit, quòd iudex auctoritatem interponat, niſi contineatur in inſtrumento, quòd adhibuit cauſæ cognitionem, & reperit illum contractum cedere in vtilitatem eorum.*
31 *De duobus malis minus eſt eligendum.*
32 *Iudex non poteſt procedere ad condemnationem corporalem ad tumultum populi.*

QVi cędem. Et hoc intendit. Pro homicidio eſt pœna capitis, ſi homicida non eſt in dignitate, aliàs ſi eſt in dignitate deportatur. Sed non debet deportari decurio inconſulto Principe, niſi tumultus populi aliter ſedari non poſſet. h.d.ſecun-
1 dum Angel. † No. primò ex iſto tex. quæ ſit pœna homicidij, quia regulariter eſt pœna mortis, vt hic, & dixi s̃.in l.1.in prin.& in l.3.§.pen.eo.tit. Quod tamen non habet locum talis pœna in perſonis poſitis in aliqua dignitate, nam tales perſonæ deportantur. No.etiã, ꝙ licèt in dignitate poſitus pro homicidio debeat deportari, tamen non debet hoc fieri incõſulto Principe, quod intellige niſi tumultus populi aliter ſedari non poſſet, quia tunc poterit deportari, etiam incon-
2 ſulto Principe. † Item no.etiam, ſecundum Ang. hic, ꝙ propter ſedandum tumultum populi, accelerari debet exactio pœnarum. ita eſt caſus hic. Et licèt pœna debeat citius imponi reo vt ſedetur tumultus populi, tamẽ propter tumultum populi non debet innocẽs puniri, indebitè pœna mortis vel alia pœna, quoniam vanæ voces populi non ſunt audiendæ, vt dicit tex.in l.decurionum.C.de pœn.& habetur in l.abſentem, infra de pœn. Item no.etiam ex hoc tex. ꝙ quando periculum eſt in mora, toleratur illud quod aliàs non toleraretur, & conceditur illud, quod aliàs non cõcederetur. Ex quo dixit Bal.& Ang.in l.cum reis.C.de pęnis. ꝙ ſi iudex dedit terminum defenſionis reo, in quo termino dubitat ne amici vel affines rei faciãt tumultum, vel habeant gratiam, debet iudex facere executionem, quod dictum refert & ſequitur D.Catal.dicens hoc fuiſſe de facto, in tract. ſyndic. verſ.514.
3 incip.adde ꝙ factis, &c. † Et facit etiam, nam ad hoc vt valeat ſententia, nõ ſolum requiritur citatio partis, ſed etiam requiritur ꝙ iudex viderit relationem factam à nuntio de ipſa citatione, aliàs ſententia ſequens non valet, ſecundum Bar.in l.ſi finita. in §. Iulianus. in 4.col. verſ.quæro, vtrum. s̃. de dam.infe.& in l.hoc autem.§.non defendi.in prin.per illum tex. s̃.ex quib. cau. in poſſ.ea.& in l. multum intereſt. s̃. de cond.& demon.& voluit D.Ant. in c.cũ dilecti. in 3.col. de elect.& Ang.de Are. in trac.malefic.in verbo, qui iudex videns ꝙ inquiſiti non comparent. in 5.char. ver. quæritur tamen.& Bal.in l.fi.C.de ſport.& in addi.Spec.in tit.de ſent. in 3.char.in ver.citatio, &c. & Bal.in c.cum parati.de app.& hoc etiam voluerunt plures, & plures alij Doct. in pluribus & diuerſis locis, quos adduxi in repe.mea l.fi.C.de proba.in 40.charta. vbi latiſſimè locutus ſum de hoc. Tamen hoc fallit, quando periculum eſſet in mora, quia tunc valeret ſententia, licèt iudex non viderit relationem nuntij. ita dixit
4 Bald. in l.falſus.in 8.col.ver.item dubitatur. C.de furt. † Pro quo dicto facit text.& quod voluit ibi Bar.in l.Seius & Augerius. s̃.ad leg.Falc. vbi dixit, quòd ſententia eſt ferenda ad inſtantiam partis, aliàs non valet, quod tamen dicit Bart.ibi eſſe verum, niſi iuriſdictio eſſet tempore peritura, & ſic periculum eſſet in mora, quia tunc valet ſententia lata ex officio nulla parte requirente, quod dictum refert Barbat. in c.conſuluit.in 13.col.de offi.deleg. [Et Abbas in c.1.penult.
5 col.de iud.& in c.fi.in pen.col.eo.tit.] † Et facit etiam optimè tex.in l.pro hærede.§.1. s̃.de acquir. hæred. vbi dicit tex. ꝙ licèt hæres ſe immiſcens hæreditati & vendens res hæreditarias videatur velle adire hæreditatem, hoc tamen fallit, niſi alienaret res tẽpore perituras.& illum tex. dixit ad hoc ſing. Ioan.de Ana.in c.fi. in 5.col. extra de accuſ. ubi etiam ſubdit, quòd licèt res litigioſa vel ſequeſtrata non poſſit regulariter alienari, tamen fallit niſi res ſit tempore peritura, quia tũc poterit alienari. ad quod alleg. l.ſi oleum. & quod voluit ibi Bar.& Bal. s̃.de dolo. Pro quo etiam facit auth. ſi omnes.C.ſi ſe ab hære.abſtineat.& l.Ariſto. s̃. de iure delib.
6 † Et facit etiam, nam magiſtratus temporales durante officio non poſſunt conueniri.c.prohibentur.2.q.1. l.pars literarum. s̃.de iudi.l.2. s̃.de in ius vocan.cum ſimi. compelluntur tamen præſtare cautionem de reſpondendo finito officio, vt habetur in l.ſi adulterium cum inceſtu.§.fi. s̃.de adul. & voluit gl. in d.c.prohibentur. hoc tamen fallit, niſi actio ſit tempore peritura, quia tunc tales magiſtratus coguntur ſuſcipere iudicium vſque ad litem conteſta. l.ſenatuſconſulto. s̃.de offi.præſi. Ita dicit Salic.in l.iubemus. C.ad leg.Iul.repetun. de quo etiam per Bart. in l.magiſtratibus. s̃.de iniur. & ibi Angel.& Docto.& Cano. in c.legebatur.de maio.& obed.& habetur in §.ſi quis autem.& in §. neceſſitatem. & in Auth. ut iudic. ſine quoquo ſuffrag. & in §. ſi tamen. in Auth. vt differen.iudi.& adduci poteſt qđ voluit do.Ant.in c.fi.de iureiur.in 6.col.& Ludo.Roma.in l.ſi verò. in §.de viro.in 54 fallen.verſ.15. s̃.ſolu.matr. vbi dixerunt, ꝙ teſtis examinatus in mortis articulo per notarium ſine commiſſione iudicis propter anguſtiam vel breuitatem temporis, facit aliqualem præſumptionem. Et facit etiam circa hãc materiam, quando periculum eſt in mora, no.text.in l.ait præ-
7 tor.in §.ſi debitorem. s̃.quæ in fraud. cred. † Et facit etiam glo.no.in c.paſtoralis.in verbo, mortem.de offic. ordi. quæ dicit, ꝙ propter neceſſitatem, & ſic quando res eſt tempore peritura, laicus poteſt cõfiteri peccata ſua laico, & idem dixit glo.in c.2.de pœniten.& remiſſio.in ſexto.& in c.cum inferior.de maioritate & obedien.& gl.in c.vnum.in §.nomine autem criminis.25.diſt.& hoc voluit tex.in c.quẽ pœnitet.de pœni.diſt.1.& tex.in c.qui vult. de pœniten. diſt.6. Item vltra prædicta pro hac parte facit, quod voluit Ludo. Roma.in conſ.ſuo 454. incip. in re præſenti. in 4.colum. in verſ.vlt.&c. vbi dicit ꝙ quando periculum eſt in mora, poteſt interponi ſecundum decretum, etiam contra non latitantem, & dicit quòd iſta eſt ſingu. determinatio Io.And. in c.conſultationibus.de offic.deleg. quam ſecundum eum valde commendat Bal.in c.1.in 8. col. in ver. adde quod di-
8 cit, &c. in tit.de milite vaſſal. qui contu.eſt. † Et pro iſtis facit etiam, quod dixit Bal.in c.1.in vlt.verbis, in titu. qualiter debet iurare vaſ. vbi dicit quòd ſi ſunt duo domini eiuſdẽ caſtri, & vnus committat delictum, quòd ille alter non poterit punire de tali delicto, cum par in parem non habeat imperium. l.ille à quo.§.tempeſtiuum. s̃.ad Trebell. hoc tamen fallit, niſi periculum ſit in mora, quia tũc poterit eum punire.

9 punire. † Et facit optimè l.diuus Pius, s̃. de peti. hær. & c.li-
cet.extra de fer.& quod voluit Bart.& poſt eum Bal.in l.nō
minorem.C.de tranſact. vbi dixerunt, ꝙ licèt ſententia de-
beat ferri de die & non de nocte,per tex. in §. ſedebunt. in
Authen.de iudicib. & in c.conſuluit. de officio deleg. cum
ſimi.iſtud tamen fallit,niſi iuriſdictio iudicis eſſet tempore
peritura,nam tunc poterit ferri de nocte . & hoc etiam te-
net Bal.in l.caſus.C.de teſtam.& videtur tenere Cy.in d.l.nō
minorem.& idem voluit Bar.Bal. & Ang.in l.more Roma
no.s̃.de fer.licèt aliter loquatur Imo.in c.conſuluit.de offi-
cio deleg. Item pro iſtis facit etiam,nam licèt iudex non te
neatur copiam ſui facere de nocte, vt no. in d.§.ſedebūt.in
Auth.de iudici.tamen illud non habet locū, vbi periculum
10 eſſet in mora.l.1.§.dies. s̃.quando app. ſit. † Et faciunt dicta
per Bal.in c.1.in 2.col.ver. & eſt arg.in tit. ſi de inueſti.inter
domi.& vaſal.lis oria.Facit ēt, nam poteſt contemni ſtatu-
tum legis vel canonis,ſi in eius obſeruantia mora ſit pericu
lum allatura.ita dixit Petr. de Anch. in conſ.ſuo 278. incip.
ex prædicta.in vlt.col.vbi alleg.l.de pupillo.§.præterea gene
raliter.ſuprà de ope.noui nun.& in c.fi.de iudi.& c.licet.de
fer.&c. Et ad prædicta faciunt, quæ dixi in repet. mea l.fi.C.
de prob. in 40.char. cum ſeq. & in l.1.C.de exec.rei iudi. in
prin.& dicta per Ludo.Roma.in repe.l.ſi verò.in §.de viro.
in 40.fallen.s̃.ſolu.matr. [Et vide Do.Feli.in c.2. in pen.col.
de ſponſ.] Et per Ang.de Are.Inſti.de legit. agna.tut.in §.j.
in 3.col.& per Imo.in cle.1.de procur.circa pen.col.& glo.
in d.cle.1.in verbo, cogi. de quo etiam per Felin. in c.cum
acceſſiſſent.in 10.col.de conſti. Iaſ.in l.vinum.in 3.col. verſ.
primo probo,&c. s̃.ſi cer. pet. in l.1.§.ſed excipitur.s̃.de fer.
11 † Noto vlterius ego ſolus hunc tex. in verſ.& cōſulto prius
Principe,& iubente, &c. ꝙ quando requiritur licentia ſeu
cōſenſus alicuius, non ſolum requiritur quòd illa petatur,
ſed etiam requiritur,quòd illa ſibi concedatur, alias per ſo-
lam petitionem ſine conceſſione nihil actum eſſet.Ita pro-
bat expreſsè iſte tex.in dicto verſi. Et ideo inſurrexit practi-
ca,qua vtuntur ſæpe ſcholares dicentes,impetrata & obten
ta,vel petita & obtenta licentia à magnifico Domino Re-
ctore,&c. & ſic quandoque etiam practicant Notarij, &
Cancellarij dicentes,petita & obtenta licentia à magnifico
domino Poteſtate vel domino iudice,& ſic non dicunt ſo
lum petita licentia,ſed petita & obtenta, vt dixi. Et poteſt
etiam allegari iſte tex.in verbo,iubente,ꝙ licentia debet da
ri verbis expreſſis,& in ipſa licentia concedenda requiritur
expreſſio verborum.Ita probat tex.iſte pro quo facit tex.in
l.1.§.fi.in verſ.præſentia corporis.s̃.de auto.tut.& l.non mul
tum intereſt.eo.tit.in quibus dicitur, ꝙ in præſtanda aucto
ritate non ſufficit præſentia eius, qui eam præſtare debet,
ſed requiritur expreſſio verborum ipſius, & hoc tenet Bar.
in d.l.1.§.fi.& voluit etiā Bald.in l.ſi ſiue.in 2.q.C.ad Velleia.
& in l.potuit.in 11.col.C.de iu.del.& in c.fi.in 2.col.de con
feſſ.Spec.in titu.de curat. in §. vt autem.in ver.ſed nunquid
ſufficit,&c. & glo.in l.etiam.s̃.de aucto.tuto. Sed contrariū
ſcilicet, ꝙ non requiratur expreſſio verborum in auctori-
tate præſtanda,ſed ſufficiat ſola præſentia,tenuit glo.in l.vbi
non voce.inf.de reg.iur. Poſſet dari ſolutio,vel fieri cōcor-
dia hoc modo, vt glo. in d.l.vbi non voce.habeat locum in
Principe, in quo propter eius dignitatem ſufficit ſola præ-
ſentia ſine expreſſione verborum,vt voluit Bal.in c.cum P.
tabellio.ante fi.extra de fide inſtr.Alia verò iura ſuperius al-
legata requirentia præſentiam perſonæ & expreſſionē ver-
borum,habent locum in inferioribus interponere deben-
tibus auctoritatem in actu. Vel poteſt aliter dici,ſecundum
Bald. in l.inſtar.circa fi. C. de iure fiſci.lib.10.videlicet,quòd
aut loquimur in contractibus iuriſgentium, & tunc proce
dit glo. in d. l. vbi non uoce.aut loquimur in contractibus
iuris ciuilis,& tunc procedunt iura contraria. Vel ſecundò
poſſumus dicere,ſecundum eum, quòd aut ſumus in con-
tractibus,in quibus requiruntur uerba,& tunc requirantur
verba, aut ſumus in contractibus in quibus non requirun-
tur verba ſed conſenſus perficit contractum,& tunc proce
dit glo.in d.l.vbi non voce.de quo tamen artic.vide Bart.in
12 d.s.etiam.s̃.de aucto.tut.& ibi Alex. & alios. † Et in hac ma-
teria interponendæ auctoritatis teneas menti aliqua mul-
tum notanda & quotidiana,licèt aliquātulum extrauagan-
tia ad materiam iſtius legis, videlicet, quòd nedum in ipſa
auctoritate interponenda requirūtur regulariter uerba vt
dixi, ſed etiam requiritur, ut ante ipſam interpoſitionem
auctoritatis adhibeatur cauſę cognitio,& ꝙ in inſtrumēto
fiat mentio de ipſa cauſæ cognitione, aliàs actus qui fit eſt
nullus.Ita notabi. dixit Petr.de Anchar.in conſ.ſuo 82.inci
piente,uiſis diligenter actis,&c. ubi pro hoc allegat l.magis
puto.in §.ne paſſim. s̃.de rebus eorum. & l.qui neque.eod.
tit.& alia plura iura,de quibus ibi per eum. & alle.etiā Bart.
13 in l.prolatam.C.de ſent. † Et idem uoluit Bald.& Saly.in l.1.
C.ſi aduer.dona.ubi dicunt,quòd decretum interpoſitum
cauſa non cognita eſt nullum, maximè quando continet
aliquam renūciationem uel repudiationem ſeu alienatio-
nem.quod dictum refert & ſequitur & dicit eſſe perpetuo
menti tenendum,Ang.de Are.in §.tripli. in 3. col.Inſtit. de
14 actio. † Pro quibus faciunt optimè dicta per Pau. de Caſt.
in conſilio ſuo 91.inci.ſuper eo,quod quæritur &c. ubi plu
ries dixit ꝙ ſi Notarius rogatus de interpoſitione auctori-
tatis uel decreti ſcribat interueniſſe cauſæ cognitionē,non
creditur ſibi, quia illa diligens inueſtigatio quam requirit
cauſæ cognitio,non potuit fieri tempore inſtrumenti con
fecti,ſed requirebat interuallum temporis, ideo de ea non
potuit tunc Notarius eſſe rogatus,iuxta no.per glo.& Bar.
in l.fi.C.de fide inſtru.& iure haſtæ fiſ.lib.10.& per Barto. in
l.Stichum. s̃.de uerb. oblig. & dicit etiam ipſe Pau.de Caſt.
in d.conſ.quòd immo etiā ſi eſſent uerba iudicis, non pro-
barent cauſæ cognitionem interueniſſe,arg.not.per Bar.in
15 l.ſi fortè.inf.de caſtren. pecu. † Et ſubdit ipſe Pau.de Caſt.
ubi ſuprà, ꝙ debet de ipſa cauſæ cognitione fieri ſcriptura
de per ſe diuerſa ab eo,ſuper quo interponitur decretum.
& dicit ꝙ hoc uoluit Spec.in titu.de procu. §.1.uerſ.quid ſi
ſolum per libellū,&c. quæ omnia refert & ſequitur D.Fel.
in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſti. in 8. col. ubi etiam di-
cit,ꝙ hanc partem tenuit Inn.in c.quoniam cōtra.de prob.
16 & alij quos refert ipſe Do.Feli.ibi. † Et circa materiā iſtam
adducit etiam D.Feli.in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ. in 8. col.
notab.uerbū Bal.in l.captatorias.in 4.col.uerſ.tertio quęro.
C.de teſt.milit.ubi dixit, teſtator commiſit declarationem
certorum debitorum Seio,qui declarauit indiſcuſsè & prę
cipitanter, quòd deberent reſtitui Caio, tanquam illa fue-
rint extorta ab eo,an ualeat talis declaratio? & refert Bart.
conſuluiſſe quòd non, quia non eſt ſecutus formam boni
uiri. alle. l.Thais ancilla. §. ſororem. s̃. de fideicom. liber.&
ideo dicit,ꝙ debet ſibi aliquid conſtare requiſito hærede,
per l.ciuitatū.s̃.de uſufru.leg.& hoc dictum ſequitur Ioan.
de Ana.ſecundum eum,in c.cum ſit.in fi.de Iudæ.& Ludo.
17 Roma.in repet.rub. s̃. de arbi. in 3. col. † Et adducit etiam
D.Feli.ubi s̃.Bal.in c.1.ad fi.de inueſt. in mari. fac. ubi dicit,
quòd ſi arbitrator laudauit ex abrupto,arbitramentum eſt
nullum,& ita dicit aliàs fuiſſe pronunciatum,quod dictum
ſecundum eum ſequitur Abb. in c.Quintauallis. in pe.col.
de iureiur.& Cardin.in conſ.ſuo 144.incip.in Chriſti nomi
ne.Magiſter Barth.Manētis,&c. in 1.charta.pro quo etiam
faciunt dicta per Bal.in l.prolatam.in vlt. col. & Lud.Rom.
in l.ſciendum.in pen. col. & in l.ſi quis arbitratu. in 6.col.s̃.
18 de uerb.oblig. † Ad prædicta etiam adducit ipſe D.Fel.Pet.
de Anch.in conſ.ſuo 198. incip. prædictis ſubtiliter.in prin.
ubi dixit, ꝙ abſolutio à iuramento præſtita non præmiſſa
cauſæ cognitione,eſt nulla.alleg. not. in d. c.eccleſia ſanctæ
19 Mariæ.& in d.l.prolatam. † Et facit etiam ad prædicta ſecun
dum eum,quod uoluit Ludo.Roma.in l.1.§.ſi quis ita.s̃.de
uerb.oblig.in 2.col.in uerſ.hanc autem opin.&c. ubi dicit,
ꝙ ſententia lata ſecundum cōſilium ſapientis à iudice non
lectum,eſt nulla.& alle.Bal.in l.1.in 1.col. C. de ſent. ex bre-
ui.reci.Et facit etiam quod uoluit Ang. in l.ſi ab arbitro.§.
1.s̃.qui ſatiſd.cog.ubi dicit,quòd non ualet captura, quam
iudex decreuit cōtra allegatum ſuſpectum de captura, niſi
ſaltem ſummariè cognouerit de qualitate perſonæ capien
dæ. [Vide D.Maria. Soc. in rub.de dila.in 41.char.in 2.col.
20 ante fi.] † Adducit etiam Fed.de Sen.in conſ.ſuo 251. inci.
caſus talis eſt.Iac.de Rauen.&c. ubi dixit, ꝙ præceptum fa-
ctum iudici ſeculari per iudicem eccleſiaſticum ſine cauſę
cognitione,eſt nullum.Et dixit Bal.in add.Spe.in tit.de app.
in 7.char.uerſ.no. ꝙ iudex. quòd ſi iudex appellationis tulit
ſententiam non uiſis actis primi iudicis,quòd ſententia eſt
nulla,& idem ſi acta non fuerunt coram eo producta. al-
leg.glo. & Bart.in l.2.C.de eden. & facit etiam quod uoluit
Ludo.Roma.in conſ.ſuo 454.incip.in re præſenti,&c.ad fi.
ubi dicit,quòd miſſio in poſſeſſionem ex ſecundo decreto
21 facta ſine cauſæ cognitione,eſt nulla. † Et ideo uidemus ꝙ
miſſus in poſſeſſ.inordinatè & ſine cauſæ cognitione, non
facit fructus ſuos,ſecundum Inno.in c.conſultationib.poſt
prin.de iure patr.quem ſequitur Bald.in l.2.in pen.col.C.de
ſer. & aqua. & idem no.Ludo. Roma. in d.conſ.454.ad fi.
pro quo bene facit conſ.Pet.de Anch.132. incip. ſatis inad-
uertenter.in fi.quæ omnia refert Do.Fel.in d.c.eccleſia ſan
22 ctæ Mariæ.in 9.col.cum quatuor col. ibi ſeq. † Et ibi in 12.
col.ſubdit, quòd epiſcopus non poſſet ſtatuere quòd lice-
ret pronunciare ſine cauſæ cognitione, ſecundum Bald. in
repe.l.2.in 2.char. uerſ. ſed quid de cōſtitutione epiſcopali.

ſupra

ſupra de iureiur.ubi ipſe alle.Io.And.in c.fi.de app.in 6. Pro
23 quo facit ſecundùm D.Feli.vbi ſuprà,quia cauſæ † cognitio
eſt de iure diuino,ſecundum Abb.in cap.1. in 3.col. de cau.
poſſ.& propriet. [Et idem dixit D.Philip.Dec.in conſ.264.
inci.reuocatur.in 2.col.] Dicit poſtea D.Feli.vbi ſup. quòd
diſpenſatio inferioris à Papa ſine cauſæ cognitione non va
let.ad quod alleg.plura, de quibus ibi per eum.
24 † Dicit etiam quòd prædicta de ſententia habent etiam
locũ in interlocutoria lata ſine cauſæ cognitione, & alleg.
hoc voluiſſe Bal.in l.ſtipulatione. per illum tex. C.de ſent.&
Bar.in l.fin.per illum text.in verſ.cauſa cognita.ſ̃.de fer.& in
l.à procedente. C. de dilat. per illum tex.in verbo,non aliàs
ſine cauſæ cognitione.ad quod etiam facit, ſecundum eũ,
quod no.Inn.in c.cum veniſſent.extra de reſt.in inte.vbi di-
cit,quòd præceptum ſine cauſæ cognitione non tranſit in
rem iudicatam, & eum ſequitur ibi Abb. & voluit Pau. de
Caſt.in conſ.ſuo 39.& Lud.Rom.in l.de pupillo.in §.memi
niſſe.ſ̃.de ope.noui nun.& alij plures Doct.quos refert ipſe
25 D.Feli.vbi ſ̃. † dicit poſtea in 13. col. ibi ſeq.quòd licèt ſpo-
liatus à iudice non ſit ante omnia reſtituendus,cum ꝑ eius
auctoritate præſumatur,iuxta glo.ord.& ibi Arch.in c.præ-
ſentium.7.q.1.& per Hoſt.in Summa,de reſt.ſpol.in §.quan
do facienda.in prin.& per Arch.in c.quorundam.74.diſt.&
in c.hoc quippe. 3.q.6. & per omnes in c.conquerente. de
reſt.ſpol.& per Inn. in c.ex inſinuatione. de procur. tamen
ſi iudex aliquem ſpoliauit ſine cauſæ cognitione, ille ante
omnia eſt reſtituendus ſi hoc petat,ſecundũ Arch. & Doc.
26 in c.notum.2.q.1. † Pro quo,ſecundum ipſum D.Feli.bene
facit quod no. Card. in cle.1.in fi.de celeb. miſſ.vbi dicit, ꝙ
regulariter,quàn do iudex procedit ſine cauſæ cognitione,
cenſetur tanquam priuatus, nec ſibi eſt obediendum, per
no.in d.c.conquerente.ad quod etiam ipſe Do.Fel.vbi ſup.
27 allegat plura alia,de quibus ibi per eum. † Vbi etiam in ma-
teria huius cauſæ cognitionis ſubdit vnum aliud, videlicet,
ꝙ reſcriptum vetans cauſæ cognitionem eſt ſuſpectum de
falſo.alleg.tex.in c.2.extra de reſcri. & ibi Imo. poſt alios di-
cens,ꝙ ille tex.quotidie ad hoc alleg. [Immo tale reſcriptũ
eſt nullum,ſecundũ Bal.in conſ.ſuo 335.incip. copioſè,&c.
28 in 1.vol.] † Item dicit etiã,ꝙ illud quod dicitur, quòd iuſſus
iudicis excuſat à pœna etiam ſi non ſit rectè factus, vt ꝑ gl.
& Doct. in l.iuſtè poſſidet. ſ̃.de acquir. poſ. debet intelligi,
dummodo emanauerit cum cauſæ cognitione, quoniam
tunc non excuſat à pœna,ſecundum Bart. in d.l.iuſtè poſſi-
det.in prin.& ibi per alios,& dicit ꝙ ita intelligit l.memine
rint.C.vnde vi.dicit etiam ipſe D.Fel.vbi ſ̃. quòd licet com-
miſſio iudicis ſuper aliqua executione duret etiam re inte-
gra in tempus ſucceſſoris, puta licentia data de capiẽdo de-
bitorem,vt per Bart.in l.fundi.ſ̃.de acquir.poſſ.tamen ſi illa
licẽtia vel commiſſio fuit facta ſine cauſæ cognitione,non
tranſit in ſucceſſorem, ſecundum Ang. in d.l.fundi.de quo
latius per ipſum D.Feli. vbi ſ̃. adducentem etiam plura alia
no.in hac materia cauſæ cognitionis, quæ breuitatis cauſa
non refero. [Adde in materia iſta, ꝙ ſi iudex facit præce-
ptum pœnale alicui ſine cauſæ cognitione,ſi ille contraue-
nit non cadit in pœnam,ſecundum Alb.de Roſa.in 2.parte
29 ſtatu.q.153.incip.quærit etiam Gui.&c.] † Non omitto ta-
men vnum, videlicet, ꝙ adeò iura deſiderant cauſæ cogni-
tionem,ꝙ ſicut omiſſio ordinis iudiciarij in cauſis ordina-
rijs reddit proceſſum nullum,vt in d.l.prolatam.ita omiſſio
qualiſqualis ordinis in cauſis extraordinarijs reddit proceſ-
ſum nullum,ſecundùm Pet.de Anch.in conſ. ſuo 166. inci.
viſis diligẽter omnibus,&c. alleg. Inn.in c.tua.ad fi.de coha.
cle.& mul.quod dictum refert & ſequitur D.Fel. in d.c.ec-
cleſia ſanctæ Mariæ.in 12.col.de conſti. & in c.1. de lit.con-
teſt.in 3.col.verſ.dicas tamen, &c. de quo dixi in ſing. meo
256.inci.eadem eſt ratio.& ipſe D.Fel.in d.c.eccleſia ſanctæ
Mariæ.in 9.& 10.col.limitat prædicta ſex modis, in quibus
valent facta ſine cauſæ cognitione, de quibus ibi latè per
eum,vbi no.loquitur more ſolito, & ponit etiam ibi in 12.
col.an pręceptum iudicis factum ſine cauſæ cognitione,va
30 leat. † Sed ego vltra Do.Fel.in dicto loco in hac materia cau
ſæ cognitionis adduco celeberrimam doctrinam Pau. de
Caſt.in l.cum hi.in §. ſi prætor.ſ̃.de tranſa. vbi dixit, quòd ſi
ſtatutum dicat, quòd mulier vel minor non poſſit ſe obli-
gare ſine auctoritate iudicis, ꝙ tunc non ſufficit vt iudex
auctoritatem interponat,niſi contineatur in inſtrumento
quòd adhibuit cauſæ cognitionem,& ꝙ reperit illum con-
tractum cedere in vtilitatem eorum,quia ſtatutum noluit
committere iudici rem negligendam vel donandam, ſed
perquirendam.& alleg.Spec.in tit.de emp.& ven.in §.nunc
dicendum. verſ. & breuiter. Et ſubdit ipſe Pau. de Caſt.vbi
ſupra, ꝙ licèt aliqui dicãt ꝙ vbi reperitur interpoſitum de-
cretum iudicis præſumatur adhibita cauſæ cognitio, quod
tamen hoc non videtur verum,per illum tex.d.§.ſi prætor.
niſi in inſtrumento expreſsè hoc caueatur, & tunc videtur
ſufficere,ꝙ dicatur,cauſa cognita,licèt nõ exprimantur par
ticularia.alleg.Bal.in l.1.C.de fi.inſtr.& iure haſtæ fiſc. lib.10.
Et ſubdit poſtea ipſe Pau. de Caſt. ꝙ vbi apparet,vel vbi re-
peritur decretum iudicis interpoſitum cum cauſæ cogni-
tione, ꝙ tunc ceſſat præſumptio fraudis, doli & metus, vt
no. in l.1.C. de prædijs curialium. lib.10. & dicit videndum
eſſe,quod not.Bal.de decreto iudicis in l.quæcunque. C.de
bo.quæ libe.& in l.1.in pe.col.C.qui admit.ad bon.poſ.quę
omnia ſunt no.ad faciendum corruere mille inſtrumenta,
ideo tene ea perpetuò menti.Et vide omnino in hac mate
ria cauſæ cognitionis,Alex.conſ.80.inci.viſis. in 2.colum.in
5.volum. Modò redeundo ad tex.iſtius legis noſtræ,dico ꝙ
etiam ex ipſo tex.in ver.niſi fortè tumultus aliter ſedari nõ
31 poſſet,&c. † poſſumus no.ꝙ de duobus malis minus eſt eli-
gendum.ita probat iſte tex.rectè intuenti.concor.tex.in l.ſi
procurator rei.ſ̃.de doli exce. & in l.quoties nihil. infra de
reg. iur. & in l.exigendi. in fi. C. de procur. & in l.apud Cel-
ſum. §. Marcellus. ſ̃. de doli exce.cum ſi. Item no.etiam ex
eodem verbo, quod aliquid fit ad euitandum tumultum,
quod aliàs non fieret. & ideo dicit Spe. in tit. de ſequeſtra.
poſ.& fruc.in §.1.ver.ſed nunquid,&c. quòd multa fiunt ad
32 euitandum tumultum, quæ aliàs non fierent. † Et adde, ꝙ
iſtum tex.alleg. Ludo.Roma. in ſing.ſuo 583.incip.licèt iu-
dex,&c. vbi dicit,ꝙ licèt iudex nõ poſſit procedere ad con-
demnationem corporalem ad tumultum populi, etiam ſi
talis tumultus aliter ſedari non poſſet, vt in l.decurionum.
C.de pœn.& in l.ſi priuatis. C.qui & à quibus.tamen ad tu-
multum populi poteſt executionem accelerare,etiam pen
dente dilatione ſi aliter ſedari non poteſt, & allegat hunc
tex.pro quo etiam dicit bene facere l.ſi filio exhæredato.ſ̃.
de iniu. teſt. & l.inſtitutionibus. infra de app. & idem dicit
etiam Bar.hic.& idem dixit Cęp. in cautela ſua 2.in fi. & Iaſ.
33 in l.1.in vlt.col.in prin.ff.de off.aſſeſ. † Vlterius inquantum
tex.iſte dicit,ꝙ non poſiti in aliqua dignitate ſi committũt
homicidium,capite puniuntur,dicit hic Ang.hoc eſſe limi-
tandum & reſtringendum, niſi in hoc multorum iaceret
ſtrages,quoniam tunc ſeueritati detrahendum eſt, & pęna
eſt permutanda.pro quo dicit eſſe dicendũ,vt dicitur, cum
aliqua magna vniuerſitas delinquit.nam tunc mitiganda
eſt pœna vel commutanda.alle.ad hoc Innoc.in c.grauem.
extra de ſent.exc.& l.tam collatores.C.de re mil.lib.12. Sed
poterat ad hoc iudicio meo adducere etiam bonum text.
in l.ad beſtias.inf.de pœn.vbi habetur ꝙ quando eſt cõdem
natus homo vtilis reipublicæ, debet ſuperſederi in execu-
tione, & non debet talis condemnatio ſtatim exequi. de
quo tex.aliquid dixi in practica mea iſtarum cauſarum cri-
minalium in materia differẽdi mortem, ubi videas, & vide
tex.no.in c.2.de tem.ord.& ibi gl.in verbo,multitudo. quæ
plures concor.alleg.& ponit illud carmen.

Ob populum multum, crimen pertranſit inultum.

Et vide tex.& ibi Doct.in c.latores. de cler.excom.miniſ.
& in c.comeſſationes.44.diſt. & vide ſing. verbum Card. in
procœ.cle.in ver.vniuerſitati,&c. [Vide bonam gl. in c.fi.in
verbo, multitudine. de tranſac.] quod dictum refert & ſe-
quitur Barb.in conſ.ſuo incip.ſcripſit,&c. in col.7. ꝙ conſi-
lium eſt inſertum inter cõſ. Alex.& in ordine meo eſt 470.
de quo dicto ego feci mentionem in practica mea, in 157.
char.circa medium, &c. Venio modò ad glo. huius legis,
quæ glo.ſunt literales & expoſitiuæ, & glo.pen. alleg. con-
cor.Et dicit hic Ang.ꝙ glo.vltima eſt notanda ad hoc,vide-
licet, ꝙ quando propter tumultum ſedandum acceleratur
executio pœnæ,ꝙ tunc punitus dicitur punitus iudicio po
puli, & idem dixit Ang.allegando hanc glo. in conſ.ſuo 14.
incip.nos Carolus.in princ. Sequitur modò l.ſi in rixa. quæ
eſt finalis huius tit.

SVMMARIVM.

1 *Exteriora indicant interiora.*
2 *Linguæ Imperator, eſt cor.*
3 *Qualitas verborum, maximum eſt teſtimonium noſtri.*
4 *In criminalibus proceditur ſolùm per veras & legitimas probationes luce meridiana clariores.*
5 *Si perit vulneratus à pluribus perſonis, & ignoratur ex cuius ictu moriatur, omnes tenentur.nu.11.*
6 *Villa, quæ tenetur capere ſub pœna malefactorem, ſi plures fecerunt in villa maleficium & villa non cepit eos, tenetur tantùm vna pœna.num.13.*
7 *Præſtans auxilium duobus committentibus homicidium, vna tantum pœna tenetur.*

8 *Si quis mandat pluribus vt faciãt vnum homicidium, dicitur vnum delictum, & non plura.*

9 *Plures delinquentes ſi habent officium publicum & tractatur de illis puniendis, omnes tenentur pro vno delicto, & vna pœna tenentur.*

10 *Quando plures non officiales delinquunt, ſi æqualiter omnes tenentur, æqualiter quilibet punitur ſecundùm qualitatem ſui facti.*

12 *Cautela in formando inquiſitionem contra plures delinquentes.*

14 *Stante ſtatuto quòd quicunque non ceperit malefactorem puniatur in centum, an ſi plures non ceperunt malefactorem, omnes puniantur in centum.*

15 *Statutum puniens arma ferri in pęna centum, & hominem inſultare in centum, & vulnerare in aliis centum, an vulnerans aliquẽ cum armis puniatur in 300. vel in centum tantùm.*

16 *Statutum puniens percutientem hominem vno ictu in decem, an percutiens cum bidente, vna vel pluribus pęnis puniatur.*

17 *Stante ſtatuto quòd ludens ad azardum puniatur, ſi vnus ſecundò luſit cum pluribus perſonis, & pluries vicit, & pluries perdidit, puniatur pro vno delicto.*

18 *Statutum diſponens, quòd nemo poſſit habere ad conuiuium vltra decem perſonas ſub pœna, ſi habuit 30. vel 40. eſt unum delictũ.*

19 *Statutum quòd pro primo furto quis fuſtigetur, pro ſecundo auricula amputetur, pro tertio ſuſpendatur, non verificatur in ſubtrahente plures res.*

20 *Plura verba iniurioſa dicta vno impetu, reputãtur ꝓ vnica iniuria.*

21 *Blaſphemans Deum & ſanctos vno impetu, pro vnica tantùm blaſphemia punitur.*

22 *Occidens hominem gladio & veneno, qualiter puniatur.*

23 *Interpellatio vno inſtanti pluries facta, pro vna tantûm habetur.*

24 *Binus actus inducit conſuetudinem, niſi fiat bis in vno inſtanti.*

25 *Intellectus l. item Mela. § Celſus. ff. ad leg. Aquil.*

26 *Si Titius rixat cum Seio, & frater Seij ſuperuenit, & occidit Titium, an puniatur de homicidio.*

27 *Quando plures ſunt congregati in aliquo loco, tunc quilibet tenetur de eo quod facit, non de eo quod alij faciunt, niſi probaretur clarè & diſtinctè, quòd vnus impendiſſet auxilium alteri.*

28 *Qui interfuit maleficio in dubio, an præſumatur interfuiſſe caſualiter, vel data opera.*

29 *Præſtans opem homicidio, tenetur vt homicida. quod limita nu. 30. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38.*

31 *Ad hoc vt inquiſitio teneat propter opem & auxilium præſtitum, oportet dicere, quòd fuit præſtita vel præſtitum, vt ab illo maleficium committeretur.*

39 *Auxilium, quando dicatur præſtari maleficio.*

40 *Aſſiſtens armatus maleficio, licèt arma non moueat, dicitur præſtare auxilium maleficio.*

41 *Clericus aſſiſtens bello iniuſto vel alicui maleficio, ex ſola præſentia efficitur irregularis, quod ſecus eſt in clerico qui vidit aliquem furca ſuſpendi. nu. 42. 43.*

44 *Aſſocians malefactorem poſt maleficium commiſſum, an dicatur auxilium præſtitiſſe.*

45 *Receptans furem vel res furatas ſcienter, an dicatur præſtare auxilium, adeò quòd teneatur pœna furti, & teneatur eadem pœna, qua fur. nu. 46.*

47 *Mitius punitur præſtans opem maleficio, quàm ipſe malefactor.*

48 *Pœna eſt commenſuranda delicto.*

49 *Vtens re probibita, mitius punitur quàm faciens.*

50 *Mitius punitur vtens falſo, quàm ille qui falſum fabricauit.*

51 *Intellectus l. eos. C. de furt.*

52 *Quis ex actu quem facit, nunquã præſumitur delinquere, niſi quando delictum eſt ei fauorabile.*

53 *Voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia.*

54 *Si vulneratus moritur ex interuallo, an præſumatur mortuus ex vulnere.*

55 *Ad iudiciũ medicorum recurritur in contemplatione percuſſionum.*

56 *Statur dicto vnius periti, quando plures haberi non poſſunt. nu. 60.*

57 *Intellectus glo. in l. 1. C. de emendat. ſeruorum.*

58 *Qui ex aliqua infirmitate decedit abſque ſano interuallo, dicitur laborare in extremis.*

59 *Si venditur animal quod moritur, habet locum redhibitoria.*

61 *Teſtamentum factum à peregrino in præſentia duorum vel trium teſtium, cùm plures habere non poſſet, valet.*

62 *Teſtamentum factum tempore peſtis cum minori numero teſtium quàm requiratur, valet & tenet.*

63 *Tabellio nondum matriculatus poteſt tempore peſtis inſtrumenta conficere.*

64 *Notarij in multis caſibus poſſunt excedere priuilegia ſibi conceſſa. nume. 65.*

66 *Epiſcopus, quomodo poſſit percutere ſubditum ſuum.*

Si in rixa. Et hoc intendit. Ex vulneribus ſeu percuſſionibus colligitur animus percutientium, ideo ictus vniuſcuiuſque intueri debet. h. d. Caſus, &c.

1 † No. primò dictum in ſummario. Item no. etiam ex hoc
tex. quòd per exteriora comprehenduntur interiora. ita
probat optimè iſte tex. inquantum vult quòd contemplari
debeant ictus, ex quibus percipitur animus occidendi, vel
non. ad idem eſt tex. in §. pauonũ. Inſtitu. de rer. diuiſ. cum
ſimi. ibi allega. Et non ſolum ex factis exterioribus cõpræ-
henduntur interiora, ſed etiam ex verbis exterioribus com
præhenduntur interiora, & ſic animus loquentis. Ita ꝓbat
tex. in l. Labeo. in §. cæterũm. s̃. de ſupel. leg. & facit ad idem
2 tex. in l. nepos Proculò. infra de verb. ſigni. † Et dixit Bal. in
c. mãdatum. de reſcrip. ꝙ linguæ imperator, eſt cor. & dixit,
3 idem Bal. in tract. ſchiſmatis. ꝙ lingua, eſt præco cordis. † Et
dixit Bal. in c. 1. de teſti. ꝙ nullum magis mentis noſtræ teſti
monium, quàm qualitas expreſſa verborum. & idem dixit
ipſe in l. generaliter. in prin. C. de non nume. pecu. & in c. 1.
in fi. de ꝯtentio. inter me & dominũ de por. feu. & Barb. in
c. omnipotens Deus. in 2. col. extra de accu. Pro quib. faciũt
dicta per Bal. in l. qui fideicommiſſariã. C. de fideicom. vbi
dicit, ꝙ intellectus regit ordinem verborum, quod nota.
Vlterius dicit Ang. ꝙ verbum, in hoc, poſitum in tex. iſto
debet intelligi, id eſt, in illo loco, in quo tamen loco non
erant collecti ſeu congregati ad percutiẽdum, ſed inciden-
ter erant coadunati in loco, & incidenter deuentum eſt ad
rixam. Nam ſi fuiſſent congregati ad percutiendum, tunc
ſufficeret animus occidendi, & omnes tenerentur de occi-
ſo, quia in hac l. Corne. de Sica. attenditur animus, vt vidi-
mus ſupra in pluribus legibus huius titu. & hr̃ in l. ſi is, qui
eum telo. C. eod. dicit poſtea Ang. hic, ꝙ verbum, contem-
plari oportet, poſitum in hoc tex. debet exponi, id eſt à iudi
ce maleficiorum, vel ſaltem à milite ipſius iudicis vel curię.
Et ex hoc dicit, ꝙ conſuetudo totius mũdi ſeruat vt homi-
ne interempto ex pluralitate vulnerum, & à pluribus, miles
curiæ inſpicit cadauer & vulnera & illa deſcribit notando
mortalia & non mortalia, de quo ego latius dixi in l. 1. in
prin. in 3. col. infrà de quæſt. Modò ſumendo ordinem Bar.
arguo ꝯ tex. iſtum, nam hic dicitur quòd ictus vniuſcuiuſq;
cõtemplari oportet, vt ille qui occidit teneatur, alij nõ, &c.
ſed ꝙ ictus non ſit contemplandus, ſed animus, hr̃ in l. 1. §.
diuus. & in l. diuus. s̃. eo. ſoluit poſt gl. & dicit ꝙ hac de cau-
ſa Iuriſconſultus hic cautè dixit, in rixa, quia ſi iuiſſet ille qui
intulit vulnus non mortale cauſa occidendi & ex propoſi-
to committendi homicidium, teneretur de occiſo, licèt
vnus tãtum percuſſerit, & ſic glo. hic intelligit, quòd in hoc
caſu vulnera non fuerunt illata ex propoſito, ſed incidẽter.
Sed cõtra hoc inſtat ipſe Bar. & dicit, ꝙ immo non videtur
factum incidenter, ſed ſtudioſè & data opera, quod patet,
quia tex. dicit, in hoc collectorum. ergo ſi ad hoc collecti &
coadunati, ergo vr̃ ꝙ factum fuerit homicidium ex propo
ſito, & ſic vr̃ ꝙ omnes teneantur de occiſo. Sol. & ſupplet
verbum, collectorum, ex accidenti, & non ex propoſito, vt
euenit ſæpe in rixa. Sed contra prædicta etiam inſtat Bar. di
cens, ꝙ licèt nõ præceſſerit propoſitum per tempus, poteſt
tamẽ eſſe, ꝙ illo tempore commiſſi delicti quilibet habuit
animum occidendi, & ideo non debet inſpici ictus, ſed ani
mus, vt in iuribus s̃. alleg. Sol. & dicit ꝙ in l. Cor. de ſicar. in-
ſpicimus magis animũ ꝗ factum, ſed in lege Aquilia magis
attendimus factum quã animum, vt in l. item Mela. §. ſi plu
res. s̃. ad leg. Aquil. Sed iſta ſolutio mihi non placet, quia nõ
tollit contrarium, ideo ego ſoluo & dico ꝙ nõ obſt. illud,
videlicet, ꝙ potuiſſet quilibet tẽpore commiſſi delicti ha-
buiſſe animum occidendi, quoniam poſſet etiam eſſe, ꝙ
tunc non habuiſſent animum occidendi, & magis præſu-
mitur hoc ꝙ non habuerint animum occidendi, ꝗ ecõtra,
per regulam l. ſemper in obſcuris. de reg. iur. & per l. Aria-
nus. s̃. de act. & obl. & per l. meritò. cum ſim. s̃. pro ſoc.
4 Item dico, ꝙ in criminalibus nõ proceditur per hoc, ꝙ
poſſet eſſe, ſed proceditur per veras & legitimas probatio-
nes luce meridiana clariores, vt in l. fi. C. de prob. cum ſim.
5 † Quærit poſtea Bar. poſt gl. quid ſi non poteſt apparere,
cuius ictu perit vulneratus, quando plures fuerunt in rixa?
In quo gl. dicit ꝙ omnes tenentur tunc, alleg. l. item Mela.
in §. ſi plures. s̃. ad leg. Aquil. ſed Bar. dicit ꝙ contra iſtam gl.
videtur gl. in d. l. item Mela. in §. ſed ſi plures. ſcilicet quòd in
dubio quilibet debet abſolui, per l. abſentem. inf. de pœ. &
refert Dy. in c. in obſcuris. circa fi. de reg. iur. in 6. tenentem
iſtam gl. & iſtam partem, ſcilicet ꝙ omnes debet puniri.
Poſtea refert Doct. tunc Mod. dicentes ꝙ gl. huius legis in-
telligitur quãdo maleficium fuit factum ex propoſito, ſed
gl. in d. §. ſed ſi plures. loquitur, quando non fuit factum ex
propoſito, quia ſi tunc non apparet cuius ictu perierit, om-
nes debeant abſolui, quæ opi. vera eſt, ſecundum Bartol. in
l. Corn. de ſica. quæ requirit dolum. Sed contraria opin. eſt

vera

vera in l. Aquil.in qua venit leuiſſima culpa, & tunc omnes
tenentur,vt in d.§.ſed ſi plures. & hanc diſtinctionem con-
firmat Cyn.in l.quoniam multa facinora.in vlt. q. C.ad leg.
Iul.de vi pub.& dicit Bart. quòd iſta opin.& diſtinctio pro-
cedit de iure communi. Ego autẽ circa hoc, quòd iſta opi.
procedit de iure communi, ſcilicet quòd glo. in d.§.ſed ſi
plures.ſit verior,quàm gl.iſta,dixi latè in repe. mea rubri.C.
de prob.in 85.col.vbi plura iura & plures Docto.allegantes
ſequentes & affirmantes d.gl. in d. §.ſed ſi plures. adduxi &
cumulaui, quæ non refero breuitatis cauſa.

Dicit poſtea Bart.ꝙ ſecundum ſtatuta municipalia, quæ
puniunt tãtum homicidium ſecutum,quòd iſta verba ſunt
valde dubia,& ideo ipſe Bar. dicit fore diſtinguendum hoc
modo,videlicet,quando plures deliquerunt. Quandoque
tractatur de puniendo alium propter illos delinquentes,&
tunc omnes illi committẽtes vnum delictum , reputantur
pro vno,vt l.ſi cum exhibuiſſet.§.fi.ſ.de publ. & in l.1. & per
totum.ſ.ſi fami.fur.feciſ.dic.quòd tamen fallit in caſu l.ſi fa
6 milia.ſ.de iuriſd.omn.iud. † Et ſubdit ipſe Bart. ꝙ per hoc
poſſumus determinare quæſtionem, videlicet, pone ſtatu-
to cauetur,quòd villa teneatur capere malefactores & eos
teneatur etiam denuntiare, & ſi non fecerit, ſoluat tãtum,
puta centum. Modò contingit quòd plures fecerũt vnum
homicidium & villa nõ cepit eos,an teneatur pro pluribus
pœnis,an pro vna tãtum? In quo dicit ꝙ Dy. determinat ꝙ
villa teneatur vnica pœna tantum, quia ſtatutum quod lo
quitur indefinitè,æquipollet vniuerſali, & ideo cũ dicit, ſi
non ceperit malefactores,reſoluitur,id eſt, ſi omnes male-
factores non ceperit,vt l.ſi plures. ſ.de leg.3. & l.ſi pluribus.
de leg.2.ita dixit & determinauit Dyn. ſecundum Bart. hic,
7 † qui ſubdit ꝙ hoc facit etiam ad aliud, videlicet, vnus præ-
ſtitit auxilium duobus committentibus homicidium, an
punietur pro duobus homicidijs, quaſi cuilibet cõmitten-
ti per ſe præſtiterit auxilium, & ſic præſtiterit duo auxilia?
& conſuluit Dy.ꝙ vna tantum pœna tenetur per eandẽ ra-
tionem,quia ſtatutum quod dicit, ſi quis dederit auxilium
malefactori,reſoluitur in vniuerſalem, hoc eſt malefacto-
ribus omnibus. Et dicit, ꝙ pro hoc facit regula ſupradicta,
videlicet, ꝙ cum tractatur de puniendo alium propter ma
leficium commiſſum à pluribus, tunc illi plures habentur
pro vno.Sed contra hoc tamen dicit facere l.1.§.1.ſ.ſi fami.
fur. feciſ. dic. vbi dr̃, ꝙ ſi dominus fuit ſciens, tenetur pro
quolibet ſeruo,& non tantum pro vno, ſed ſi iſte præſtans
auxilium fuit in dolo,ergo debet teneri pro pluribus,& nõ
pro vno tantũ.Ad quod tamen reſpõdet ipſe Bart. & dicit,
ꝙ illa lex non facit ꝯ,ſed facit pro.Nam ſi dominus conue-
nitur ſuo nomine pro ſuo iuſſu, vnus eſt iuſſus,& vnũ male
ficium reputatur,ſed ſi conueniretur nomine ſerui , tene-
retur pro quolibet ſeruo.pro quo faciũt, quæ habentur in
l.3.ſ.tit.1.vbi coadiuuans tenetur,& tamen dr̃ ꝙ coadiuuãs
nõ tenetur niſi vna lege pro vno delicto,non autẽ tenetur
8 pro quolibet coadunato. † Et dicit Bar.ꝙ ſi aliquis manda-
uit pluribus vt faciant homicidiũ , vel aliud delictum , vt ſit
ſemper vnum delictũ per ſuperius dicta, ſecus autẽ ſi man-
daret vt faceret diuerſa delicta, tunc pro quolibet delicto
9 tenetur. † Quandoq; tractatur de puniendis pluribus delin
quentibus, & tunc quandoq; ipſi plures delinquentes ha-
bent officium publicum & omnes tenentur pro vno, &
vnica pœna puniuntur, vt in l.ſi multi. ſ. de pub.& l.tres tu-
tores.ſ.de admi.tuto.& hr̃ per Bar.ibi, & in l.ſacrilegij capi-
te.§.1.inf.ad leg.Iul.pecul.& ex hoc dicit ipſe Bar.hic ſe alias
vidiſſe ſemel in ciuitate Peruſij quatuor cõmentarienſes,
qui præerant carceribus, qui extorſerunt aliquam pecuniã
indebitè,& ſecundum formam ſtatuti debebant condem-
nari in quadruplo, certè dicit ꝙ omnes debebant condem
10 nari in vno quadruplo,& non quilibet per ſe. † Quandoq;
verò plures delinquentes & committẽtes vnum delictum
non ſunt officiales,& hoc uenit diligenter aduertendum ,
nam ſi omnes æqualiter deliquerunt,omnes æqualiter pu-
niuntur,vt in l.ita vulneratus.in fi. ſ.ad l.Aquil. & l.ſi plures.
ſ.arbo.fur.cæſ.& in l.3.ſ.tit.1.& in l.vulgaris. in §. ſi duo.ſup.
de fur.ſi verò delinquũt inæqualiter, tunc quilibet punitur
ſecundum qualitatem delicti ſui,& in hoc factum vniuſcu-
iuſque debet contemplari,ut hic, & in l.item Mela.in §.ſed
ſi plures.ſ.ad leg.Aquil.ita reſidet Bar.hic circa iſtam mate-
11 riam.† Reuertitur poſtea Bar. ad primam quæſtionem ſu-
pra tactam per gl.videlicet. quando plures percuſſerũt vnũ
& ille mortuus eſt & neſcitur ex quo vulnere,& tunc dicit,
quòd ſi hoc factum eſt ex propoſito, & tunc omnes tenen
tur,aliàs ſecus,ſecũdum ꝙ dictum eſt ſupra. ſed quia ſecun-
dum ſtatuta Italiæ propoſitum non attenditur,ſicut factũ,
ideo dicit Bar.ſic fore dicendum,videlicet,quandoq; appa-
ret cuius ictu deceſſerit percuſſus,& tunc ſi inferens vulnus
mortale percuſſit primò,& alij inferentes vulnera nõ mor-
talia percuſſerunt ſecundo loco , tunc quilibet tenetur de
occiſo.Et rationem alleg.Bar.videlicet, ꝙ iſta vulnera ſecũ-
do loco illata,licèt in homine ſano non eſſent mortalia,ta-
men in homine iam debilitato per primum vulnus morta
lia vulnera ſunt,vt l.qua actione.§.ſi quis ſeruum ęgrotum.
ſ.ad leg.Aquil.ad quod etiam facit l.ita vulneratus. in prin.
eo.tit.ſi verò percuſſerunt prius illi, qui intulerunt vulnera
non mortalia,tunc tenetur de occiſo tantum ille,qui intu-
lit vulnus mortale,nam ex eius ictu perijt, vt hic,& d.l.item
Mela.in §.ſed ſi plures.Subdit tamen Bar. fore aduertẽdum
diligenter,quia ille qui primò percuſſit,poterit puniri tan-
quam præſtans auxilium homicidæ aſſiſtẽdo ſibi ad malefi
cium cõmittẽdum,ut in l.in actione.§.ope.ſ.de furt. etiam
quaſi coadunatus ad hoc,ſcilicet ad homicidium cõmitten
dum,vt ſ.titu.1.l.3.Et dicit ipſe Bart. ꝙ ſufficit etiam ſi ſolus
vnus eſſet ad hoc coadunatus, vt l.2. §. ſed ſi vnus. ſ. vi bon.
rap. Si verò non poteſt apparere,quis primò & quis ſecũdò
percuſſerit, & tunc dicit ꝙ quandoq; non põteſt apparere
cuius ictu percuſſus deceſſerit, vtputa quia nullum vulnus
per ſe erat mortale, ſed vulnera vtriuſq; ſimul iuncta erant
mortalia , iſto caſu omnes puniuntur de homicidio , quia
omnes occiderunt, vt l.item Mela. in §. ſi plures trabem.ſ.
ad l.Aquil.& l.ita vulneratus.in fi.eo.tit. & arg. ſ.arb.fur.cæſ.
l.ſi plures.& ita dicit tenere Inno.in c.ſignificaſti. de homi.
Quandoq; non põt apparere cuius ictu perierit percuſſus,
quia ignoratur quis eorum illam percuſſionem fecerit, &
conſtat ꝙ oẽs percuſſerunt, & vna percuſſio facta eſt mor-
talis,& iſto caſu dicit Bar.ꝙ omnes punientur, quia omnes
præſumuntur ſimul vulneraſſe ſicut alibi, vbi non apparet
de ordine præſumuntur ſimul deceſſiſſe,vt in l.ſi inter virũ.
& in l.ſed & in illo.ſ.de reb. dub. & ideo omnes tenentur,
vt in l.item Mela. in §. ſi plures trabem.& §. ſed & ſi plures.
2.reſp.& l.ita vulneratus.in fi.ſ.ad leg.Aqui.ſed dubitat poſt
hæc Bar.an iſta ſint vera in ſtatutis,nam d.l.item Mela.§.ſed
ſi plures.dicit ꝙ ſi non apparet cuius ictu perierit,ꝙ omnes
quaſi occiderint tenentur, ergo non tenentur de occiſo,
cum dictio,quaſi,ſit nota improprietatis & diminutionis,
& hoc tenet Dyn. ſm eum, in quodam ſuo conſi.Sed dicit
ipſe Bar.ꝙ hoc ſibi non placet,quia dictio,quaſi, eſt expreſ-
ſiua veritatis ibi,quoniam verum eſt omnes occidiſſe,cum
omnes ſimul percuſſerint & percuſſiſſe ſimul prę̃ſumãtur.
Et ꝙ iſtud ſit verum,apparet ex d.§.ſed ſi plures. in j.reſpon.
ubi dr̃ ꝙ ille,ex cuius ictu quis deceſſerit, quaſi occiderit te
netur , & certè illud, quaſi,eſt expreſſiuum ueritatis, & ita
12 ibi patet in 2.reſpon. † Et ſubdit ipſe Bar. ꝙ ex prædictis de-
betis eſſe inſtructi , quando formatis accuſationem ſeu in-
quiſitionem,vt cum accuſatis unum de homicidio & alios
de auxilio & fauore, an uerò dicatis omnes homicidiũ cõ-
miſiſſe ſimul,& hoc ex prædictis percipi poteſt. Ita finaliter
circa prædicta reſidet Bar.hic. ego autem dico ꝙ licèt Bart.
no.loquatur, attamen dictis per eum poſſunt addi aliqua.
13 † Et primò inquantum Bar. ſ.refert Dy.determinaſſe , ꝙ ſi
uilla tenetur capere malefactores & eos denunciare , & ſi
non fecerit teneatur ſoluere certã pœnã,ꝙ hoc caſu ſi plu-
res fecerunt unũ homicidium & uilla nõ cepit eos, ꝙ non
tenebitur niſi una pœna tm̃,dicas ꝙ idem tenuit Bart.in l.ſi
cum exhibuiſſent.in §.fi.ſ.de pub.& in l.ex maleficijs. in §.fi.
ſ.de act.& obl.& Alb de Roſa.in 2.parte ſtatu. q.171.inci.ca
uetur ſtatuto,&c. Pro quo faciunt dicta per eum ibi in q.
ſeq.ubi dicit,ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ ſi quis accuſauerit aliquem
& non probauerit,puniatur in decem lib.aliquis accuſauit
plures & nõ probauit, an ſibi debeat imponi pœna decem
pro quolibet accuſato,uel una tm̃ pro omnibus? & decidit
14 ꝙ una tantum pœna punietur,& non pluribus pœnis. † Et
idem tenet Bal.in l.1.C.de cond.furt.in fi.ubi dixit, ꝙ ſtante
ſtatuto ꝙ quicunque non ceperit malefactorem puniatur
in centum,modò plures fuerunt qui non ceperunt malefa
ctorem,an omnes puniantur in centũ,ſcilicet quilibet qui
nõ cepit,an uerò una ſolutio omnes liberet? & dicit quòd
una ſolutio omnes liberat.& allegat Dyn.& Bart. ut ibi per
eum,de qua etiam quæſtione uide Bald. in l.1. C.ſi plu. una
ſen.& D.Alex.in d.l.cum ſi exhibuiſſent.§.fin.ubi plures do-
15 ctrinas & plura iura allegat in propoſito . † Sed ego ultra
D.Alex.& alios in hac materia dicebã,ꝙ ſatis in argumentũ
poteſt ad prædicta adduci quæſtio, uidelicet, ſtatuto caue-
tur,ꝙ portãs arma puniatur pœna centũ,alio ſtatuto caue-
tur,ꝙ inſultans aliquẽ puniatur pœna centũ,alio ſtatuto ca
uetur ꝙ uulnerans aliquem puniatur pœna cẽtum. Modò
unus uulnerauit Titiũ cum armis,an puniat pœna 300. lib.
uidelicet pœna centũ pro armis.Itẽ pœna cẽtũ pro inſultu.
Item

Item & pœna cētum pro uulnere, ſed ſolum puniatur tan-
tum pœna centum? In quo dicas quòd punietur tantũ vna
pœna,& ſic pœna cētum pro vulnere,quia portatio armo-
rum & inſultus confunditur cum pœna vulneris. Ita ſingu
lariter dixit glo. in l.qui de crimine. C. de accuſatio.quã ibi
ſequuntur omnes ſcribentes, & idem tenet Bart. in l.que-
madmodum. §. illud.ſ.ad leg.Aquil. & in l.inficiando. in §.
infans.in fi.ſup.de fur.& Bal.in l.aduerſus.in fi. C. de furt. &
Petr.de Anchar.in conſ.ſuo 272.incip.de titulis,&c. in pen.
colum. & Bald. in l.quicunque. in 1.col. C.de ſer.fugit.& in
in l.diuortio.in fi.2.col.ſupra ſolu.matri.& Gand.in ſuo tra-
cta.malefi. ſub titu. de pœn. reo. in 19.colum.verſ.pone in-
ſuper,&c. & Io.And.in add.Spe.in tit.de homici.ſuper rub.
ibi,vulgata eſt quæſtio,&c. & Albe.de Roſa. in 2.parte ſtat.
q.29. incip. tertia quæſtio eſt, &c. de qua etiam quæſtione
habetur per Bald.in l.cum ancillis.C.de inceſ.nup.in vlt.col.
per Bar.in l.nunquam plura.ſupra de pri. delict.per Abb. &
alios in c.1.extra de pœn. per Ang. de Aret. in tract.malefi.
in verbo,fecit inſultum.in 1.char. in verſ.aduertas tu iudex.
& ibi in addi.& in eo.tract.in verbo,admenauit.in princ. &
Doct.omnes in d.l.qui accuſare. & D.Nellum in tract.bãni.
16 in 2.parte ſecũdi tempo.q.48.poſt med.† Item ad quæſtio-
nem Bar.& Dyn. poſſunt etiam plures quæſtiones in ſimili
adduci,ſcilicet vt quando vno ictu ſeu vno inſtanti plura vi
dentur fieri delicta,quæ tamen pro vnico actu ſeu pro vni-
co facto reputantur,facit nam ſtatutum dicens, ſi quis per-
cuſſerit aliquem puniatur in decẽ, vnus percuſſit aliquem
vno ictu cum bidente vel tridente,an puniatur in tot decẽ,
quot ſunt vulnera. & dicit quòd non, ſed ꝙ punitur tãtum
pro vna percuſſione.Ita dixit Bar.in l.ſi gemina arbor.ſupra
arbo. fur. cæſ. & Gand.in tract. ſuo malefi.ſub rub.de pœn.
reo.in 10.col.verſ.ſed pone.& Ang.de Are.in tract.ſuo ma-
lefic.in verbo,& ipſum Titiũ percuſſit.in prin. de qua quæ-
ſtione etiam habetur per Alber. de Roſa. in 2. parte ſtatu.
q.23. & ibi in q. 38. incip. ſeptima quæſtio eſt, &c. & ibi in
q.29.inci.ſtatuto cauetur,ꝙ ſi aliquis aliquẽ percuſſerit,&c.
& per Bal.in l.quicunque.C.de ſer.fug.& per Ang. in conſi.
ſuo 183.inci. Titius fuit inquiſitus per iudicem Piſanũ,&c.
& per Spec.in tit.de ſen.& his,qui ipſam ſequuntur.in §.ſpe
cies.verſ.ſed pone.& ibi in addi. inci.inducitur ad hanc ma-
teriam.& Bal.in conſ.155.incip.factum tale eſt,&c. in 6.vol.
Faciunt etiam ad prædicta in ſimili, dicta per Bart. in l.infi-
ciando.in §.infans.ſ.de furt.vbi dicit,ꝙ ſi ſyndicus villæ ſtete
rit per plures menſes, ꝙ non denuntiauerit maleficia, non
dicentur plures negligentiæ,ſed vna tantum,& punietur ſo
lum pro vna negligẽtia ſtante ſtatuto, ꝙ ſyndicus negligẽs
denuntiare maleficia,puniatur in decem,&c.Et dicit etiam
ibi Bar.ꝙ ſi quis produxerit plures falſos teſtes ad vnam rẽ,
vel ad vnum effectum, vna erit productio, & pro vno tan-
tum delicto punietur.Et idem dicit, ꝙ ſi vnus euulſerit ſeu
amouerit plures terminos,non punietur niſi pro vno deli-
17 cto,quia talia omnia ſimul facit vno actu tantum. † Et ſub-
dit etiam Bar.in d.§.infans.in 4. col. ꝙ ſi ſtatutum dicit, ꝙ ſi
quis luſerit ad azardum,puniatur in tantũ, modò vnus luſit
vno ſero cũ pluribus & pluries vicit & perdidit, an videan-
tur plures ludi & plura delicta? & dicit quod eſt vnum deli-
ctum ſolum,quia ille dicitur vnus ludus ſolus, donec ſit ha-
bitus pro completo, recedentibus luſoribus. allegat.l.con-
tractus. C. de fide inſtrumen.de quo tamen latius per Bart.
vbi ſuprà. Et ſubdit Barto.in d.§.infans. quòd eadem ratio-
ne eſt dicendum ſi ſtatutum dicit,quòd nullus poſſit duce-
re vltra tres famulos, & aliquis duxit viginti, quòd hoc erit
vnum delictum tantum, non autem eſt vnum delictũ pro
18 quolibet famulo vltra numerum debitum. † Et idem dicit
ſi ſtatutum dicit, quòd nemo poſſit habere ad conuiuium
vltra decem perſonas ſub pœna, tamen ſi habuit viginti,tri
ginta vel quadraginta, eſt vnum delictum & punietur tan-
19 tum pro vno delicto. † Et facit optimè no. verbum Bart.in
l.eum qui.in §.item dicitur.ff.de furt. ubi dixit, quòd ſtante
ſtatuto,quòd pro primo furto fur fuſtigetur, pro ſecundo
amputetur auricula,pro tertio ſuſpendatur,quòd ſi aliquis
furatus ſit plures res ſimul,dicetur totum vnum furtum.de
quo etiã vide D.Bal. in authen. ſed nouo iure. in tertia col.
C.de ſer. fugitiuis.& ꝑ Bar. in l.ſi familiæ.ſ.de iuriſdictione
omnium iudicum.& Bald. in l.quid ergo. §.ait prætor.ff.de
his,qui notan.infamia.quos allegat Dom.Alexand.in dicto
20 §.idem dicitur. † Facit etiam alia quæſtio, videlicet, aliquis
vno impetu dixit alicui multa verba iniurioſa, an puniatur
pro vna iniuria tantum, vel pro pluribus. & dic ꝙ pro vna
tantum,ſecundum Alb.de Roſ.in 2.parte ſtatut. q.39.incip.
octaua quæſt. ubi plura iura pro hoc allegat, de quibus ibi
21 per eum.† Facit etiam in ſimili,ſtatuto cauetur ꝙ q blaſphe
mauerit Deum,puniatur in decem,qui beatam Mariam,in
decem,qui Sanctos,in decẽ:modo aliquis vno impetu blaſ
phemauit omnes, vtputa quia dixit, maledicatur Deus &
omnes Sancti cum eo: vel dixit, maledicantur omnes qui
ſunt in Paradiſo:vel dixit, maledicta ſit prima dies Nouem
bris, vt aliqui dicunt, an puniatur tantum in decem, vel in
tot decem,quot Sanctos ipſe maledixit? & dic quòd ſolum
condemnabitur in decem tantum.Ita tenere videtur Alb.
in 2.parte ſtatu.in q.41.inci. Item ſi ſtatuto. & in ea. 2.parte
q.32.inci.quarta quæſtio fuit, &c. Et faciunt dicta per Bald.
in l.ſi duo rei.in §.ſemel commiſſa.ante fi. ſ. de arb. ubi po-
nit no. quæſtionem deſeruientem huic propoſito, quem
22 vide. † Et facit etiam,pone ſtatuto cauetur,ꝙ occidens ho-
minem gladio condemnetur in cẽtum,aliquis occidit ho-
minem cum gladio & cum veneno,an debeat duplici pœ-
na condemnari? dicas ꝙ non, ſed vna pœna tantum; quia
reputatur pro vno delicto tantum.Ita dixit Alber.de Roſa.
in 2.parte ſtatu.q.33.incip. ſexta quæſtio,&c. & in eadẽ par-
te 2. in q. 185. incip. proponitur etiam quæſtio talis, &c.
23 †Item vltra prædicta adduci poteſt etiam gl.multum no.in
l.ſi conuenerit.ſ.de pig.ac.quæ dicit,ꝙ triplex interpellatio
facta per creditorem debitori vno contextu verborum di
cendo,ſolue,ſolue,ſolue,non habet vim niſi vnius interpel
lationis.quam gl.pro no.allegauit ad hoc Bald.in proe.C.in
princ.& in l.eos. in §.apoſtolos. in princ.C.de app.& Ludo.
Roma. in conſ. ſuo 427. incip. in propoſito caſu, &c. poſt
prin.& D.Fel.in c.in literis.in 7.col.in prin. extra de conſtit.
& Barb.in c.fi.in §.1.de offi. deleg. Pro quibus facit gl.no.in
c.ab eo.de appel.in 6.quæ dicit,ꝙ ſi ſuccumbens in cauſa di
cit pluries vno ictu,appello,appello,ꝙ pro hoc tamen non
dicitur, niſi vnica appellatio,quam glo. ad hoc refert Lud.
Rom.in d.conſ.427. & D.Fel. in d.c.in literis.pro quibus gl.
24 † Et pro hac parte facit,ꝙ voluit D.Ant in c.fin.circa 5.col.
extra de conſue. vbi dicit, ꝙ binus actus inducit conſuetu-
dinem,quod tamen fallit niſi fiat bis vno inſtanti, quia tũc
non inducit cõſuetudinem.& faciunt dicta per Io.de Ana.
in c.2.in fi.de fur.& per Ludo.Roma.in conſ. ſuo 41.in vlt.
vol.& faciunt quæ dixi in repe.mea.l.fi.in 61.char. C. de ꝓb.
25 & in l.contrahitur.in 1.no.ſ.de pign. Vlterius † inquantum
Bar.hic dixit,ꝙ quando duo percuſſerunt unum,& primus
percuſſit non mortaliter,ſecundus uerò percuſſit mortali-
ter,ꝙ tunc tenetur de occiſo ille tantũ qui mortaliter per-
cuſſit,ſed alter non.tamen dicit Bar.ꝙ ille alter puniri pote
rit tanquam præſtans auxilium homicidæ, aſtando ſeu aſſi-
ſtendo ad homicidium committẽdum. per l.in actione.§.
ope.ſ.de fur. Et ſubdit ꝙ etiam poterit puniri tanquã coa-
dunatus ad homicidium committendum.alleg.l.3.ſ.titu.1.
quod etiam uoluit Bal.in c.1.in prin.de benefi. fratr. ubi al-
leg.ad hoc Inn.in c.cõtinentia.de cler.percuſſ. & gl.in cle.1.
de pœn.quod eſt no.ad intellectum l.item Mela. §.Celſus.
ſ.ad leg.Aquil. Circa hoc dicebam ego aduertendum eſſe,
quòd iſta dicta hic per Bart. non ſunt ita indiſtinctè intelli-
genda,ſed reſtringẽda ſunt,tunc demum habere locum &
procedere quando ipſe primus uulnerans eſſet conductus
in loco litis data opera doloſè & appẽſate animo commit-
tendi homicidium, uel animo adiuuandi & auxilium præ-
ſtandi ad homicidium committendum,ſecus ſi reperiatur
in loco maleficij non ex animo & intentione committen
di homicidium,uel præſtandi auxilium alicui committẽdi
maleficium, quia tunc ſecuto homicidio ipſe nõ tenetur,
nec de homicidio,nec de auxilio, cũ uoluntas & propoſi-
tum diſtinguunt maleficia,ut uidimus ſuprà in pluribus lo
cis huius tituli.Ita dixit Petr.de Anch.in conſ.ſuo 217.incip.
nos Bartholomeus,&c. circa fi.& D.Feli.in c.ſicut dignum.
in 3.col.poſt medium.de homic.& Pau.de Caſt. in cõſ. ſuo
26 192.inci.in cauſa incarceratorum.in ult. col. † Et ideo dixit
multum no.Bal.in l.data opera.in pen.col.C.qui accuſ.non
poſſ.quòd ſi Titius rixabat cum Seio,& frater Seij ſuperue-
nit & interfecit Titium propter illam rixã, quòd ipſe Seius
non debebit puniri, nec de morte Titij, nec de auxilio ali-
quo,nec tanquam aſſiſtens maleficio. & ratio poteſt eſſe,
quia ipſe non commiſit maleficium homicidij,nec præſta-
uit auxilium fratri ſuo ad illud faciendum, quia ille frater
ſuus ſuperuenit non uocatus, ſed ex improuiſo. Et illud di-
ctum Bal.refert & ſequitur D.Alexan.hic in apoſtil.† ꝓ quo
facit no.uerbum eiuſdẽ Bal.in l.non ideo minus. in 10.col.
C.qui accuſa. non poſſunt. ubi dixit, quòd quando plures
ſunt congregati in aliquo loco,quòd tunc quilibet tenetur
de eo quod facit,non autẽ de eo quod alij faciunt,niſi pro-
baretur clarè & diſtinctè ꝙ unus impendiſſet auxiliũ alteri,
quod dictum refert & ſequitur D.Aug.de Ari.in trac.Ang.
de Are.ſup maleficijs. in uerbo, & dicto maleficio ſemper
aſtitit.

aſtitit. in vlt.col.in uer.& aduertas,&c. & in eo.trac. in uerbo,& dictus Andreas armatus,&c.in j.addi. in fi. de quibus etiam dixi ſuprà in l.nihil intereſt.in hoc tit. & uide Bald.in
28 repe.ſua in verbo,gens.in ij.uer.† Sed iſtis viſis operepretiũ eſt quærere de notabili dubio, videlicet, quãdo aliquis interfuit maleficio in dubio,an præſumatur affuiſſe ipſi maleficio caſualiter vel data opera & ſtudioſè. In quo D. Felin c.ſicut dignum.de homi.in 3.col.in fi. dicit, quòd in dubio præſumitur caſualiter affuiſſe, & non ſtudioſè & data opera.ad quod allegat Bald.in l. 1. in lectura antiqua.ſ. de ſeruo corrup.& in c.1.de beneficio fratris, & Petr. de Anch.in dicto conſil ſuo 217. incip. nos Bartholomæus, &c. in fi.ſed
29 Bal.in dicto c.1.de beneficio fratris. non dicit hoc.† Et circa hanc materiam de præſtante auxilium, quam hic tangit Bart.in diſcurſu,aliqua ego adducebam, quoniam iſta materia eſt quotidiana & multum vtilis,in qua pluries conſului & oretenus allegaui.Et ideo ſcias primò regulam, quòd præſtans opem homicidio,tenetur vt homicida.c. ſicut dignum,& ibi Docto.de homic.& facit l.is,qui opem, ſuprà de furtis,& §.ope.Inſtitu.de obligat.quæ ex delicto naſcun. & glo.in clementi.1.de pœnis.in uerbo, defenſam. de quo plenè per Salice.in l.1. C. de raptu virgin. & per Angel. in l. 1.C.de Nili agge. non rumpen. de quo latiſſimè per Dom. Fel.in dicto ca.ſicut dignum.in 2.colum.vbi plures ampla-
30 tiones ponit ad prædictam regulam. † Et ibi poſtea limitat prædictam regulam, primò niſi præſtatio auxilij non fuiſſet illa, quæ præſtitiſſet cauſam delicto, quia tunc talis auxilians non tenetur ut homicida.ad quod allegat Salicet. in dicta l. 1. in vlti. charta. C.de raptu virgi.& allegat etiam Bal. in l. iudices. C. ad legem Iuliam pecul. vbi dixit notab. verbum,videlicet, quòd auxilium ad hoc vt ſit punibile, oportet quòd ſit de actu proximo,puta quòd aſſiſtat facienti, ſecus in actu remoto. quod dictum pro notab. refert & ſequitur Domi.Auguſt.de Ari.in additio.Ange. de Are. ſuper maleficijs, in uerbo, dicto maleficio ſemper aſtitit. in tertia charta. in additione magna. in uer. Item adde aliam mirabilem limitationem. pro quo dicto facit optimè textus glo.in cap.fœlicis in uer.ſimplici fauore.de pœn. in ſexto.per quem tex.dicit Cardi.in clemen.1.in 11.quæſt.de pęnis. notabilem eſſe differentiam inter fauorem propriè ſu-
31 mendo,& ſimplicem fauorem.† Et ſubdit ibi Dom.Felyn. quòd ideo Bal.& Ludoui.Roman.in l.1.§.ſed ſi in eo.ſuprà ad Syllania. dicũt quòd ad hoc vt inquiſitio teneat propter opem uel auxilium præſtitum, oportet dicere, quod fuit præſtita uel præſtitum vt ab illo maleficium committeretur, & dicit quòd hoc etiam ſentit Dominus Bartol. in l. qui ſeruo.ſuprà de furtis.& in hac lege noſtra,& Dominus Alexand. idem firmat hìc in nona apoſtilla. & Berthac. in repertorio ſuo,in uerbo,auxilium,in vigeſimoprimo uer-
32 ſiculo. † Secundò limitat prædictam regulam, dummodo conſtet per ſententiã de præſtatione operis,quia non ſufficeret, ꝙ principalis eſſet condemnatus fortè propter contumaciam, uel eſſet confeſſus ad hoc ut illa noceret accuſato de ope,ſecundum Bart. in l. ſi is, qui rem.in §.ſi tu Titium.in fi.ſ.de furt.imò confeſſio publici malefactoris non noceret iſti.allegat hoc uoluiſſe Bal.in conſil.ſuo inci.aſſeſſoris delicto,imò ſecundum eum nec etiam ſententia lata contra principalem ordinariè conuictum ei non noceret. allegat ad hoc Pet.de Anch.in conſi. ſuo 217. inci. nos Bartholomæus,& Ang.in d.§. ſi tu Titium. & D. Maria. Soc.in
33 c.qualiter & quando.el 2. in 11. q. arti. 60.† Limitat etiam prædictam regulam,niſi poſt delictum commiſſum aliquis aſſiſteret maleficio in auxilium malefactoris,quia tunc nõ dicitur propriè dediſſe opem ſeu auxiliũ delicto, ſecundũ Bar.in l.non ſolum.§.ſi iuramento. ſ.de iniu.ubi dicit ſe vidiſſe multos aſſeſſores errare in hoc, ſed falsè allegat, quia voluit allegare Bar. in l.furti.§.ope.ſ.de fur.& idẽ dixit Bart. in l.ſi quis in graui.§.ſi quiſquam.ſ.ad Sillan.& Bar.& Bal.in l.raptores.C.de epi.& cle.& dixi in conſi. meo inci. licet in conſi.meo iam emanato,&c. Subdit poſtea D. Feli. ubi ſuprà ꝙ eſt bene uerum, ꝙ contra aſſociantem poſt delictũ oritur præſumptio conſilii uel occulti auxilii,per quam talis cogitur probare contrarium. Ita dicit ſe intelligere qđ no.Bal.in l.non ideo minus,in pe.col.de acc.ubi limitat,niſi quis ignoratẽr præſtitiſſet opem, vtputa dicenti ſe uelle ire rus cõmodaſſet equum & arma,& occidiſſet hominem,ſecundum Bal.in l.quicunque.in penul.colum.uerſic.nota 6. C.de ſeruis fugiti.per l.apud antiquos.C.de furt. ad quod ẽt
34 alia allegat, de quibus ibi per eum. † Limitat etiam prædictam regulam D.Fel.in d.c.ſicut dignũ. niſi eſſemus in actibus, in quibus quis repellitur propter homicidium, quia præſtans opem homicidio,licet teneatur ut homicida, tamen non eſt homicida,ſecundum Bar. in d.l.is, qui opem, propter glo.ibi.qđ limitat etiam Bar. ut non procedat, ſecundum canones,per tex.in d.c.ſicut dignum. Vltimò limitat dictam regulam, ſcilicet ꝙ opem ſeu auxilium præſtans homicidio,tenetur vt homicida ſeu alteri delicto, hoc eſſe verum, niſi lex uel ſtatutum expreſſe aliter puniret principalem,quã præſtantem opem,ut eſt in caſu d.l.1. C. de rap. virg.& l.1.C. de Nili.agge. non rump. Et ſubdit poſtea ipſe D.Feli.ꝙ de materia iſta uideas,Docto.in locis præallega.& Card.in cle.1.in 11.q.de pęn.& Petr.de Anch.in regula, acceſſorium.in 7.oppo.de reg.iur.in 6.ubi not.loquitur.ita re
35 ſidet Do.Fel.in d.c. ſicut dignum. † Tu autem ultra D. Feli. adde,ꝙ licèt regula illa ſupradicta, ꝙ præſtans auxilium homicidio vel alteri delicto, puniatur vt principalis regulariter,ut in l.item Mela.in §.ſi alius tenuit.ff. ad l. Aquil. & in l. diuus.1.de iu. fiſci.cum ſi. tamen ſimplex fauor uel ſimplex auxilium,ꝙ eſt ubicunque delictum non augetur per illud, ut voluit gl.in c. fœlicis. in uer. ſimplici fauore. de pęn. in 6. tunc præbens tale auxilium uel fauorem, non punitur eadem pęna, qua punitur ipſe principalis faciens, ſed mitius arbitrio iudicis.Ita no.dixit Ange.in l.in furti. in §.ope.ſ.de fur.& in l.is,qui opem.eo.ti. & hanc doctrinam Io. And.& Anch. refert & ſequitur D.Aug.de Ari.in add.ad Angel.de Are.in tracta.ſuo malefic.in uerbo,dicto maleficio ſemper aſtitit.in addi.magna,incip.tu autem in hac materia adde ꝙ Canoniſtæ,&c.in 2. col. illius addi. in uer. item adde in hac materia unam mirabilem limitationem, & ibi dicit ꝙ eſt ſimilis gl.in cle.1.in uerbo, defenſauerit, &c. circa med. de pęn.Et dicit ꝙ por iſta aliàs ipſe defenſauit à pęna furcarum vnum,qui præſtiterat auxilium quinque latronibus,qui noctis tempore furati erant unam apothecam,ex qua exportauerant unam petiam uelluti,qui fures acceperunt unum alium,qui præſtaret ſibi auxilium.Nam iſte alius, qui præſtitit ſibi auxilium,nihil fecit,quia non aperuit apothecã, nec aſportauit illam petiam uelluti,ſed ſtetit tantùm ſuper ſtrata cum aliis quatuor interim, ꝙ ille aliter ſurripiebat illam petiam velluti,& apothecam illam frangebat. Nam dicit ꝙ iſte ſextus præſtitit fauorem ſimplicem, quia omnino illi quinque illud delictum executioni mandaſſent ſine illo ſexto.Et ideo dicebat,quòd ille ſextus non debebat puniri pęna ordinaria,& dicit ꝙ ita iudicatum fuit, ꝙ dicit eſſe bene notandum.Prædictis etiam poteſt addi, ꝙ uoluit Salic. in l. 1.in 3.col.C.de rap.uirgi.ubi dixit,ꝙ ſi præſtans opem eſt cã delicti,ipſe punitur eadem pęna,qua principalis, ꝙ dicit ꝓbari in d.c.ſicut dignum.Et dicit Sali.ubi ſup. ꝙ ubi eſt maior culpa,ibi dẽt infligi maior pęna.l. diuus. la. 2. inf. de falſ.
36 cum fi.Sed † non eſt dubium, ꝙ eſt maior culpa in eo, qui opem pręſtando,pręſtat cauſam mortis uel alterius delicti, quàm qui cauſam non prębet, licèt opem pręſtet, & hanc rationem dicit cõſideraſſe Theologos in d.c.ſicut dignum. Et ideo dicit,ꝙ opi.Bar.tenentis contrarium,quam iudices imitantur,occidit animas ipſorũ. Et ſubdit D.Ang. de Are. vbi ſ.ꝙ ꝓ hac opi.eſt caſus in terminis contra Bar. in c.1. de offi.deleg.ubi habetur, ꝙ pręſtans opem punitur ut principalis, quando præſtat opem cooperatiuam ipſi delicto, & illum tex.ita ponderauit ibi Do.Car.licèt eundem text.non ita rectè ponderauerit ipſe D.Car.in cle. 1. de pę. & dicit ꝙ in practica ipſe ita limitaret dictum Bar. in contrarium, in locis per eum poſt Ange.ibi allegatis.Subdit tamen poſtea ipſe D.Ang.ubi ſ. ꝙ contra dictam limitationem ſuam fortiter obſtat tex Inſti.de obli.quę ex delic.in §.ope. & conſil. vbi habetur,ꝙ ille,qui præſtitit ferramenta ad delictum cõmittendum, & ſic præſtitit auxilium remotum à facto, nihilominus incidit in illam pænã, in quã principalis incidit. Sed pro ſolutione dicit,ꝙ poſſumus dicere ꝙ ille tex.& alia iura hoc dicentia,quæ plura ſunt, loquuntur de pęna quadrupli, nos uerò loquimur de pęna capitali, ꝙ eſt ualde di-
37 uerſum.† Vlterius adde,quòd prædicta regula uidelicet, ꝙ pręſtans opem uel auxilium maleficio puniatur eadem pęna, qua dẽt puniri principalis, limitatur ẽt niſi eſſet magna multitudo præſtantium opem uel auxiliũ,quia tunc poſſet procedere ꝙ principalis magis puniretur ꝗ alii auxiliantes. Ita no.dixit Io.de Imo. in c.1. extrà de offi. deleg. & alleg.c. latores.de cle.excom.miniſt.ubi ẽt hoc vř expreſſum,videlicet,ꝙ quando non eſt magna multitudo, tũc oẽs pariter puniant̃.Et hãc doctrinã Io.de Imo.refert & ſequit̃ D. Auguſt.de Ari.ĩ dicto uerbo,dicto maleficio ſemꝑ aſtitit, &c. in dicta addi.magna. inci. tu aũt in hac materia adde ꝙ Canoniſtæ.ubi dicit ſe mirari,ꝙ Io.de Imo.non alleget ad hoc Ang.ĩ terminis hoc dicẽtẽ ĩ l.is,ꝗ opẽ.ſ.de fur. ubi dixit,ꝙ ſi faceret ſtrages multorũ, ꝙ ſoli caporales puniret̃. & alleg. d.c.latores.ubi de hoc ẽ gl.multũ no. de quo latius dixi ĩ l.ĩ prin.

prin.in 18.limi.in fi.ſ̃.in hoc tit.& in l.qui cædem.in fi.eo. ti.
† Item vltra prædicta circa materiam iſtam de præſtante
38 opem vel auxilium maleficio, quomodo puniatur, vide la-
tè per Ang.de Are.in tracta.maleficio.in verbo, Andream
auxiliatorem. & in eodem tract.in verbo, dicto maleficio
ſemper aſtitit.in ver.incip.quæro, qua pœna puniatur, &c.
39 † Quando autem quis dicatur præſtare opem maleficio.vi
de D.Barth.Cępo.in conſilio ſuo 34.inci.ſi vnquam. in 5.&
7.col.vbi omnino vide.& vide etiam Ang.de Are. in dicto
verbo, dicto maleficio ſemper aſtitit. in dicto ver. quæro,
qua pęna,&c.poſt medium.vbi poſt Bar.in d.l.is,qui opem.
in fi.& in d.l.in furti.§.ope.ſ̃.de fur. dicit, ꝙ aliquando ante
maleficium dicitur præſtare opem,vt præſtando ferramen
ta ad furtum,vt in l.ſi pignore.§.ferramenta.ſ̃.de fur.vel prę
ſtando domum vt ſe reponat,ne videatur ab aliquo, vel vt
de committendo maleficio poſſit loqui,vt in l.& ſi amicis.
§.1.& ibi Bar.ſ̃.de adult. Alio modo etiam dicitur præſtare
opem ipſi maleficio aſſiſtendo armatus, vt habilius com-
mittatur,etiam ſi arma non moueat vel extrahat.ita voluit
Innoc.in c.continentiam.extra de cleri.percuſſore.quod di
ctum multum commendat Bald.in l. data opera. in 2. col.
verſi.item notandum eſt.C.qui accuſare non poſſ. & ibi ēt
in 22.col.& in l.1.poſt prin.C.de ſer.fugi.& facit gl.in l. licèt.
C.de pact.& idem tenet Pet.de Anch.in regula, acceſſoriū.
de reg.iur.in 6. & Io.de Ana.in c.ſi perfodiens.de hom.& in
c.ita quorundam.de Iudę.& facit pro iſtis text.in c. ſicut di-
gnum.in verſi.illi autem.de hom.quem ibi in 3. col. ad hoc
40 ponderat Do.Fel.allegans prædicta.† vbi etiam alle.Bar. in
l.3.in §.armis.ſ̃.de vi,& vi arma.vbi dixit,ꝙ ille qui habet ar-
ma ad latus,licèt non poſuerit manus ad ea, tamen dicitur
intuliſſe vim cum armis.quod etiam voluit Lud.Roma.in
ſing.ſuo 580.inci.inſultus,&c.& ita etiam dixit, ſecundum
eum, Alb.de Roſ.in 2.parte ſtatut.q.38.& Do.Maria.Soc.di
cens ſe ita obtinuiſſe in facto. c. qualiter & quando. extra
de acc.art.60.& idem tenet Pe.de Ancha.in conſi. ſuo 212.
vbi dicit,ꝙ in iure eſt regula,ꝙ ille dat auxilium,ex cuius p̄-
ſentia inſultatus redditur timidior.alle.Inn.in d.c.continē-
tiam.& Bal.in l.non ideo minus.in pe.col.ver.item q̄ro,&c.
vbi dicit veram eſſe theoricam, ꝙ vbi inſultans efficitur au-
dacior,& inſultatus timidior, dicitur tunc præſtitum auxi-
41 lium.† Et ideo dixit Inn.ſecundum eum,in c.petitio.de ho
mi.ꝙ ſi clericus aſſiſtens bello iniuſto nihil facit,ſed præſen
tia ſua accendit pugnantes,homicidia ſequentia faciunt ip
ſum irregularem.quod etiam tenet Abb.in c.ſignificaſti. el
42 2.ſuper gl.in verbo,voluntatem.eo.ti. † Sed ſecus eſt in cle-
rico, qui videt aliquem furca ſuſpendi, & qui videt duellū
aliquorum,quia non efficitur irregularis,licèt grauiter pec
cet,ſecundum Spec.in tit.de diſpenſa.in §.iuxta.in ver.item
43 litigioſus,&c.in fi.† Quinimò dixit multum ſing. ſecūdum
eum, Spec.in tit.de diſpenſa.in §.iuxta.24.col.ver.quid ſi ali-
quis,&c. ꝙ ſi clericus qui multum diſſuaſit amicum ne ho-
micidium committeret,videt eum pertinacem,& dum va
dit ad maleficium committendum aſſociat eum ſemper
diſſuadendo,ſed tamē dubitans ne ſuccumbat,aſſiſtit ei ar-
matus,& ſequitur mors,erit irregularis.& alleg.Hoſ. in d.c.
ſicut dignum.ita refert prædicta D.Fel.in d.c.ſicut dignum.
in 3.col.vbi etiam addit in hac materia gl.in l.neque. in §. q
armati.ſ̃.de vi, & vi ar. quæ relata ad tex.probat, ꝙ exiſtens
armatus, quando eſt in loco, per quem videntes arma ti-
muerunt,ſi deponit arma & intulit vim,dicitur intuliſſe cū
armis.& vide ēt Bal.in l.raptores.C.de epiſ.& cler.vbi ſimi-
liter dicit, ꝙ ille qui ſtat cum alio armatus, licèt arma non
extraxerit,vel alium actum fecerit,tamen dr̄ ferre opem &
auxilium,& idem tenet Bal.in l.1.circa 2.col.C.de ſer.fugiti.
& Bal.in l.hæc verba.in fi.ff.de his,qui not. infa. & in l.1.§.in
eo.& ibi Lud.Ro.ſ̃.ad Syll.& facit dictum Ang.in l.quem-
admodum.ſ̃.de inoffic.teſt.vbi dicit, ꝙ qui habet enſem in
manu & minatur mihi, dr̄ præparatus ad me offendendū
cum armis,adeò ꝙ poſſum ipſum offendere.quod eſt not.
[Et adde Bal.in l.1.C.quando lic.ſe ſine iud.vin.vbi dicit, ꝙ
ille qui minatur mortem alteri,pōt in illo actu ab illo occi-
44 di.& ibi alleg. rationem.] † Tertio modo dr̄ quis præſtare
opem poſt maleficium commiſſum,vtputa aſſociando eū,
ſcilicet malefactorem, vel ſibi præſtando auxilium ad eua-
dendum,& iſtud auxilium non punitur vt maleficium, nec
præſtans tale auxilium poteſt puniri vt præſtans opem ma-
leficio, quoniam non præſtitit ad maleficium commit-
tendum,ſed ad euadendum,ideo tenetur ex ti.de his,qui la
tro.l.j.& 2.ita dixit Ang.de Are.in tract.maleficio.in verbo,
dicto maleficio ſemper aſtitit.in verſi.quæro, qua pęna pu-
niatur præſtans opem,&c.poſt med.in ver.quærit Bart.&c.
vbi etiam alleg.Bart.in l.furtum.§.non committit.ſ̃.de furt.
& Bar.& Ang.in d.l.j.C.de his,q latr.Et ſubdit Ang.de Are.
vbi ſ̃. ꝙ dicta de iſto dante auxiliū poſt delictū cōmiſſum
ſunt vera,ꝙ talis auxiliator non punitur vt præſtans opem
maleficio, ꝙ hoc fallit niſi per prius eſſet datum conſilium
ad maleficium committendum,vtputa dicendo, facias ta-
le maleficium,quoniam te adiuuabo ad euadendum.nam
tunc ex iſta ſpe data vr̄ datum auxilium ad maleficiū cōmit
tendū,& tenetur eadē pęna qua cōmittens,quod eſt multū
notandum,cū quandoq; contingat in facto.& ſubdit Ang.
de Are.vbi ſ̃.ꝙ in dictis duobus primis caſibus,ſ.in præſtāte
ferramenta vel domum, & aſſiſtendo vt habilius commit-
tatur delictum, ꝙ in iſtis caſibus talis præſtans opem punit̃
vt principalis delinquens.quod nō. Sed iſtud dictū mihi nō
placet,quia talia auxilia ſunt remota à maleficio, nec pōt di
ci auxilium cooperatiuū,per ea q̄ dixi ſ̃.& per ea, quæ dixit
D.Fel.in c.ſicut dignū. de homi.iō in hoc non ſequor dictū
45 Ang.† Sed vltra Ang.& alios ſuccedit alia no.dubitatio; vi-
delicet,vtrū receptator rerū furto ſubtractarū ſciēter & re-
ceptator furis dicatur præſtare opem ſeu auxilium furto,
adeo ꝙ teneatur pęna furti, & ſit puniendus tanquam fur,
& eadem pœna. In quo videtur dicendum,ꝙ ſic,per tex.ex-
preſſum in l. eos. C. de fur. vbi probatur,ꝙ receptator rerū
furto ſubtractarum ſcienter, tenetur pęna furti. & dicit ibi
Bal.p illum tex.ꝙ tpe ſuo fuit ſuſpenſa quędam mulier,quę
ſcienter receptauerat res furatas,quod dicit etiam procede
re in fęneratoribus recipientibus pignori res quas ſciunt eſ
ſe furto ſubtractas per pignorantes illas. quam doctrinam
Bal.ibi refert & approbat Pau.de Caſt.& Salic.& hoc etiam
optimè probat tex.in l.vnica.C.de cri.pecu.& ibi oēs Doct.
& tex.in l.1.ſ̃.de rece.& in l.3.§.non tantū.ſ̃.de incen.rui.&
nau.& in l.1.C.de his,qui latr.& in l.caſtitati.C.de adul. & in
l.crimen.C.ad l.Iul.de vi.& in l.ſi quis ſeruum.C.de plag. Et
hanc partem firmat expreſſe Ang.de Are.in tracta.ſuo ma-
lefi.in verbo,& veſtem cœleſtem abſtulit. in 6. char. ver.qd
ſi rem furatam,&c.vbi dicit,ꝙ receptans furem vel rem fu-
ratam,dr̄ præſtare auxilium furi & furto,& dicit ꝙ ita intel
46 ligit illam l.eos.Bar.in l.furem.ſ̃.de furt. † Item pro hac par-
te facit optimè dictum Bal.in l.data opera. in 5. col.in fi. C.
qui accu.nō poſ.vbi dixit,ꝙ receptatores furum pęna mor-
tis debent puniri,quod ēt voluit glo.in c.aut facta. de pœn.
diſt.1.Et faciunt dicta per Bal.in l.pe.per illum tex.C. ad leg.
Iul.de vi publi.vbi dixit,ꝙ illi qui receptant furta,debent pu
niri ſicut latrones.Sed prędictis non obſtantibus contrariā
partem puto veriorē,videlicet,ꝙ recipiens res furatas ſcien
ter vel furem,non punitur eadem pœna,qua ipſe fur.ita di
xit multum ſing.Gand.in ſuo tract.malefi.ſub rub.de fur.&
latr.in 5.col.in ver.reſtat videre,&c.circa med.vbi dicit,ꝙ li-
cèt malefactores & receptatores pariter puniantur, ꝙ hoc
verbum,pariter,non intelligitur ſimili vel æquali pęna, ſed
intelligitur pariter,id eſt ambo puniūtur, ſed diuerſa pęna.
ad quod allegat tex.in l.vlt. ſ̃. de abigeis.vbi dicitur, ꝙ rece-
ptator abigei exulat à ſua terra per decem annos, & tamen
ipſe abigeus punit̃ pęna mortis,vt in l.1.in 1.reſp.ſ̃. de abig.
alleg.etiam in arg.l.cuſtodiā.ſ̃. de peric. & commo.rei vēd.
47 Item alleg.dicta per eum in eod.tract.in ti.de homi.ver. itē
pone,ꝙ Titius,&c.vbi dixit, ꝙ mitius punitur qui opē ma-
lefactori præſtat,quam ipſe malefactor.Et ſubdit ipſe Gan.
vbi ſuprà, ꝙ hanc opi. ſcilicet ꝙ minori pœna puniatur re-
ceptator maleficij,quàm ipſe malefactor videtur ſentire gl.
ord.in l.j.ſ̃.de recep.Et hanc doctrinam Gan.refert & ſequi
tur D.Aug.Ari.in addi.ad tract.Ang.de Are.ſuper malefi.in
verbo,& dicto maleficio ſemper aſtitit.in vlt.char.in vlt.ad-
dit.& in eodem verbo,in addi.magna,inci. tu autem in hac
materia adde quod Canoniſtæ, &c. & dicit ꝙ pro hac opi-
nione faciunt dicta per ſe & alios in l.1.ſ̃.de legat. 1. vbi ha-
betur ꝙ per omnia exęquata ſunt legata fideicommiſſis,&
tamen in multis differunt,vt ibi per ſcribentes. Pro quibus
faciunt etiam optimè dicta per Do.Nellum in tract.banni-
torum.in tertia parte ſecundi temporis, lib. 10. vbi videas.
48 † Et ego vltra Do.Aug.dico,quòd pro hac parte facit opti-
mè regula illa, videlicet, quòd pœna eſt commenſuranda
delicto,vt dicit tex.in authen.omnes peregrini.C.commu-
nia de ſucceſſio.& in l.1.in §.ſed & qui.ſ̃. de abige. & in §.ſi
quis autem per donationem.de pęni.lib.6. [Et in cap. qua-
ſiuit. de his, quæ fiunt à maiori parte.] cum ſimilibus. ſed
cum ipſe fur magis delinquat quàm receptator,vt de ſe pa-
tet,iniquum eſſet, quòd in tantum puniretur ipſe recepta-
tor ſicut fur.Item quòd magis puniatur fur,quam recepta-
tor, voluit expreſsè gloſ. in l. crimen. C. ad legem Iuliam
de vi publ.[Vide circa hanc materiam in conſi.260.inc.
viſis, &c.in vlt.colum.in 7. volum.] Pro quibus facit opti-
mè ſingul. doctrina Saly. in l. 1. C. de raptu virgi. quem re-

fert & ſequitur Dom.Barth.Cępo.in conſi.ſuo 27.incip.re-
quiſitus.in vlti.col.vbi dixerunt,ꝙ ſtante lege vel ſtatuto,ꝙ
præbentes auxilium vel fauorem maleficio puniantur ea-
dem pœna,qua puniri debet principalis delinquens; Atta-
men ſi quis præſtiterit opem,auxilium,vel fauorem malefi
cio, non debebit puniri eadem pœna, qua debebit puniri
ipſe principalis committens maleficium, ſed debebit mi-
tius puniri. Pro qua facit notab.verbum Bal.in l. cum ancil-
49 lis.in 1.col.verſi.† item no.ex hac lege,&c.C.de inceſt. nup.
vbi dicit, quòd mitius punitur ille, in cuius domo fit ali-
quod prohibitum eo patiente, quàm ipſe delinquens prin
cipalis,licèt habeamus de iure, ꝙ agentes & conſentientes
pari pęna puniantur,vt eſt tex.in l.iubemus.in §.ſanè.in ver.
fieri paſſus fuerit.C.de ſacroſanct.eccl.& ibi Bar. & habetur
50 in l.1.C.de fal.mon.cum ſimil.† Et facit etiam, nam licèt fa-
bricans falſum inſtrumentum,& vtens illo ſcienter,pariter
puniatur,vt habetur in l.2.C.de fi.inſtr.& in l.falſos.C.de fal.
& in c.ad falſariorum.extra de cri.falſi.tamen ille, qui illud
fabricauit,acrius & durius punitur,quàm ille qui eo vtitur.
ita dicit Cyn.in l.2.C.de fide inſtr.vbi dixit, ꝙ ille qui fabri-
cauit falſum inſtrumentum,tenetur directa pœna l. Corn.
de fal.de qua in l.1.§.fi. infrà de fal. ſed contra illum, qui ſò-
lùm vtitur,non eſt directa pulſatio l.Cor.de fal.ſed eſt quę-
dam alia,quæ non habet tantum effectum,vt in l.falſi.§.or-
dine.infrà de fal.vbi expreſsè habetur,ꝙ mitius punitur ille
qui vtitur falſo,quàm ille qui fabricauit ipſum falſum. quã
doctrinam Cy.refert & ſeqnitur Io.de Ana. in d.c.ad falſa-
riorum.in prin.3.col.& faciunt etiam,quæ dixi in ſing.meo
15.incip.ſtatuta communiter. vbi etiam alia adduxi in pro-
poſito.Et pro hac opi.faciunt etiam dicta per Ang.de Are.
in dicto tract. malefi. in dicto verſ. & veſtem cœleſtem ab-
ſtulit.in d.ver.quid ſi furatam,&c.vbi dicit, ꝙ receptãs rem
furatam ſcienter,non dicitur propriè fur,& non tenetur ꝓ-
priè ac ſi furtum commiſiſſet, ſed tenetur ac ſi furti opem
præſtitiſſet, quod dicit eſſe notandum pro intellectu d. l.
eos.C.de furt.de quo etiam ibi latius per eum. Et prædictæ
concluſioni non habet obſtare dictum Bald. in d. l. eos.in-
quantum dicit ſe vidiſſe tempore ſuo ſuſpendere quandã
mulierem,quæ receptauerat res furatas, quia contrarium
infert ipſe Bal.in l.1.C.de cri.pec.vbi dicit, ꝙ actus remotus
à maleficio facit ꝙ præſtans opem,vel auxilium non punia
tur,ꝙ dictum refert & ſequitur Do.Fel.in c.ſicut dignum.
de hom.& D.Aug.de Ari.in ſuis addi.ad tract.Ang. de Are.
ſuper malefi.in verbo, & dicto maleficio ſemper aſtitit. in
3.char.in addi.magna.in ver.item adde etiam aliam mirabi
lem limitationem, &c. de quo dicto dixi etiam ſ. in hac le-
51 ge.†Et circa materiam d.l.eos.C.de fur.tene menti duo,pri
mò ꝙ illa non habet locum in quocunque receptante res
furtiuas,ſed ſolùm in receptante res furtiuas à ſeruo alicu-
ius.Ita dicit tex.ibi,in verbo,eos qui à ſeruo. & ratio,poteſt
eſſe,quia inſtruit ſeruum alienum ad delinquendum,ideo
punitur tanquam fur,per tex.& quę ibi habentur in l.1.ſ.de
ſer.corru. quæ ratio non procedit in libero homine dante
res furtiuas alicui,& ideo ille tex.dixit,eos qui à ſeruo.& gl.
ibi extendit illum tex. etiam ad filiumfa. vel vxorem, & ſic
ad perſonas non liberas,ſed poſitas in alterius poteſtate, er
go ſecus eſſet in receptante res furtiuas à libera perſona nõ
ſuppoſita poteſtati alicuius.ita probat ille tex. cum glo. ſua
ibi.Secundò dico,ꝙ illa lex non habet locum in ſimplici re
ceptatore recipiente etiam ſcienter res furatas cuſtodię cã,
ſed habet locum in receptante res furatas cum participa-
tione lucri ipſarum rerum. & ratio eſt, quia etiam furtum
proprium nõ punitur niſi interueniat lucrum vel animus
lucrandi,vt dicitur in diffinitione furti. ibi, animo lucran-
di,&c.ergo nec etiam debebit puniri ipſe ſimplex recepta-
tor, qui non participat lucrum aliquod,nec re, nec ſpe.
52 † Pro quo facit in arg.gl.no.in l.qui iuraſſe.in §.ſi pater.ſ.
de iureiu.quæ dixit,ꝙ nunquam quis ex actu,quem facit,ꝓ-
ſumitur delinquere, niſi quando delictum ei eſt fauorabi-
le.quam gl.ad hoc pro ſing.refert & ſequitur Lud.Rom.in
conſi.ſuo 204.inci.plura ſunt,quæ allegantur. in 1.col.& D.
Alex.in conſi.ſuo 374.inci.viſa inquiſitione formata,&c.in
53 4.col.† Pro quibus facit etiam regula illa,videlicet,ꝙ volun
tas & propoſitum diſtinguunt maleficia.l.qui iniuriæ. ſ. de
fur.l.furtum,ſ.de vſuca.cum ſi. & ideo dixit Bar. in l. qui ta-
bulas.§.fi.ſ.de fur. ꝙ quando quis delet inſtrumẽtum alicu-
ius,licèt teneatur furti,quia delendo videtur contractare,ta
men illud habet locum quando delet inſtrumẽtum animo
lucrandi,vt quia delet inſtrumentum, in quo ipſe erat obli
gatus alicui, ſed quando delet inſtrumẽtum ſolum animo
iniuriandi,tunc non tenetur furti, ſed iniuriarum. ita dixit
D.Alex.in d.conſi.474.in 3.col. ita dicendum puto in rece-
ptante res furatas ſimpliciter ſine aliquo lucro, ſed ſolum
vt inſeruiat furi deponenti tales res penes eum,tene menti
prædicta, quia poſſent afferre tibi honorem & vtilitatem.
Et inquantum Bal.in d.l.eos.dicit, ꝙ illa lex etiam habet lo-
cum contra vſurarios recipientes ſcienter pignori res fura-
tas,ꝙ tenentur furti,&c.vt dixi ſ.adde ꝙ etiam aliter puniũ-
tur,eo quia non obſtante priuilegio iudicis conceſſo,ꝙ nõ
teneantur reſtituere rẽ pignoratam vero domino, niſi ſibi
ſoluatur pretium per eos exburſatum,ꝙ tali caſũ tenent̃ re
ſtituere dictas res pignoratas ẽt ſine ſolutione ꝑtij per eos
ſoluti.tex.eſt in l.ſeruus cuiuſdã.de cond.indeb.de quo dixi
latè in ſing.meo 13.inci.volo tibi dare,&c. Et de materia d.
l.eos.quã nuperrimè habui in facto,vide quæ dixi in conſi.
meo inci.Solamen omniũ in te ſperantiũ, &c. & in conſi.
ſeq.in ea.cau.inci.licèt in conſi.meo iã emanato,&c.q̃ con-
ſilia feci in fauorẽ Matthæi Spadini. Et de præſtante opem
vel auxiliũ maleficio,vide ẽt quæ latè dixi in conſ.meo inc.
Munda cor meũ,& labia mea Domine,&c.& in alio conſ.
ſeq.in ea.cã.inc.vltra ea, quæ aliàs,&c.q̃ conſilia feci in fauo
rem Floriani de Cortelinis,quẽ liberaui ab oĩ & quacunq;
54 pęna,vt notũ eſt in hac ciuitate oĩ populo.† Quærit ẽt Bar.
hic poſt ſupradicta de no.q.videlicet, quid ſi aliquis ꝑcuſſit
aliquẽ,qui poſtea ꝑ interuallũ deceſſit, vtrũ ex illis vulneri-
bus ꝓſumatur deceſſiſſe? In quo dicit ꝙ gl.in l.j.C.de emen.
ſer. vr̃ dicere ꝙ in dubio ſi ſurrexit & ambulauit poſt tri-
duũ,non vr̃ deceſſiſſe ex dictis vulneribus.& dicit ꝙ de hoc
eſt ẽt tex.in c.2.de cler.ꝑcuſſ.poſtea dicit,ꝙ dici poteſt,ꝙ ex
diuturnitate t̃pis nõ pręſumitur deceſſiſſe ex vulnere,& di-
cit ꝙ iſta poſſent eſſe vera in dubio, ſed in caſu certo ſtare-
55 mus certo.† Et ſubdit poſtea ipſe Bar.ꝙ in hoc & in contẽ-
platione percuſſionum eſſet recurrendum ad iudiciũ me-
dicorum,vt in l.ſi ſemel.C.de re mili.li.12.& l.j.ſ.de vẽt.inſp.
& l.cõparationes.C.de fi.inſtr.& dicit,ꝙ expreſsè de hoc eſt
56 caſus in c.ſignificaſti.el 2.extra de ho.† poſtea dicit ꝙ ſi plu-
res medici non reperirentur,ſtarẽt dicto vnius, vt in Auth.
de non alie.in §.ꝙ aũt.Ita finaliter reſidet Bar.hic.Ego autẽ
ſuperius dictis per Bar.addo aliqua, & primò dico ꝙ illã gl.
in d.l.1.C.de emen.ſer.ibi approbant & ſequuntur Doct.&
eam ẽt refert & ſequitur Io.de Ana.in c.præsbyter.in 2.col.
de hom.& Ang.Are.in ſuo trac.malefi.in verbo, & dictus
Titius ex interuallo ex dictis vulneribus mortuus fuit. &
eſt in prin.in ver.ſi ex interuallo.& Io. de Ana. poſt alios in
c.2.in antepe.col.de cler.percuſſ.& Barb.in conſi.ſuo inci.à
Ioue principiũ,&c.in 1.char.& Cęp.in conſi. ſuo 41. inci.li-
cet,&c.in 5.col.& Ang.in l. ꝙ ſi nolit.in §. qui mancipiũ. ſ.
de ædi.edic.& Pet.de Anch.cõſ.ſuo 284.inci.iure ſtricto,&c.
☞ [De qua etiam vide Flo.in l.ait lex.ff.ad leg.Aqui.] † Sed ꝑt
57 dubitari de illa gl.eo quia tex.in c.continebatur.de hom. di
cit ꝙ vbicunque vulneratus moritur,etiam poſt octo dies,
ꝙ præſumitur mortuus ex vulnere.Et dicit tex.in d. c. 2. de
cler.percuſſ. ꝙ vulneratus moriens poſt octo menſes à die
illati vulneris, non præſumitur mortuus ex cauſa vulneris,
ſed ſecus ſi ante octo menſes moriatur,quia tunc pręſumit̃
mortuus ex vulnere. Quid ergo dicendum? Mihi videtur ꝙ
Abb.in d.c.2.de cler.percuſſ.rectè loquatur in hac materia,
nam dicit ꝙ ſi vulneratus moriatur etiam poſt octo men-
ſes, dummodò nunquam reconualuerit à die illati vulne-
ris,ſed ſemper proceſſerit de malo in peius,ꝙ tũc pręſumat̃
omnino mortuus cauſa vulneris ſibi illati, & ſic non vult
Abb. ꝙ habeatur reſpectus ad ſpatium t̃pis, ſed ad bonam
vel malam valetudinem ſubſecutam in perſonam dicti vul
nerati,& ideo mihi vr̃ concludendum,ꝙ ſi vulneratus ſem
per proceſſit de malo in peius,& finaliter moriatur,non at
tento ſpatio temporis,ꝙ dicatur ſemper mortuus ex vulne
re.Ex quo reſultat ꝙ gl.in d.1.C.de emend.ſer.eſt vera,cùm
ex ea appareat, ꝙ vulneratus non proceſſit de malo in pe-
ius, quia ſi proceſſiſſet de malo in peius,nõ ſurrexiſſet poſt
triduum ambulando cũ baculo, & ideo ſi poſtea decedit,
non præſumitur mortuus ex vulnere, ſed ex aliqua alia cã,
& ideo vulnerans non tenetur de occiſo,&c.Et pro illo di-
cto Abb.in d.c.2.de cleri.percuſſ.facit quod voluit Bal. in c.
1.in vlt.col.extrà de pact.in verſi.pone,ſtatuto cauetur, &c.
vbi dicit,pone ſtatuto cauetur,ꝙ laborantes in extremis nõ
poſſint contrahere ſine cõſenſu propinquorum, nunquid
dicetur in extremis laborare ille, qui poſt cõtractum vixit
58 multis diebus? & reſpondet,& dicit,† ꝙ omnis ille qui ex il
la infirmitate decedit abſq; ſano interuallo, dr̃ laborare in
extremis.ad qđ alle.tex.quẽ dicit eſſe vnicũ in iure,in l. alũ-
næ.in §.fi.ſ.de adi.leg.& vide ẽt ad ſupradicta,Io.de Ana. in
dicto c.præsbyter.in 4.col.in prin.de hom.Querit hic Alex.
poſt Bart. dicens, quòd prædicta habent locum in homine
vt præſumatur mortuus ex vulnere, ſi moritur intra tri-
duum.

59 duum, vel intra aliud modicum tempus. † Quid autem in beſtia vendita, quæ poſt venditionem moritur intra triduum,an tunc poſſit agi ad pretium contra venditorem, tanquam fuerit morboſa tempore venditionis. in quo ipſe alleg.Io.And.in add.Spe.in tit.de emp. & ven. in §. ſciendum.in 22.col.ſuper uer.& not.ꝙ in venditionibus,&c.vbi tenet,ꝙ ſic. Et illud dictũ refert & ſequitur Imo. in l. ſi quis cum aliter.ſ. de uer.obl.& Bal.in l.2.in 3.col.uer. & ſi dubitatur.C.de reſcin.ven.& in l.j.in penul.col.C.de ædil.act.& Io. de Ana.in c.præterea. in vlt. col. de cle. percuſ. de quo ego dixi in l.ſtatuliber.in 2.& 3.col.1. de quæſtio. vbi etiam plura adduxi de iſta breuitate temporis.

Vlterius,inquantum Bar.dicit hic, ꝙ ſi plures medici uel plures periti in arte non poſſunt haberi, quòd ſtatur dicto vnius.& alleg.tex.in Auth.de non alie.in §.ꝙ autem, &c.
60 † Ego circa hoc aliqua addebam. primò adduco Bald. in conſi.ſuo 302.incip.proponitur.in 2.col.in 2. vol. vbi dixit, ꝙ vbi de peritia artis debet reddi teſtimonium, nõ ſufficit vnus teſtis,ſed requiruntur plures, ut in Auth. de non alie. in §.ut neque.in uerbo,architectis,& in l.ſemel. C.de re mili.lib.12.in uer.medicis,& in l. 1. in verbo, omnes uel duæ, &c.ſ.de ven.inſpi. & in l. hac edictali. in §.mobilium. in uerbo,arbitros.C.de ſecun.nup. iſtud eſt uerũ, ſecundùm Bal. in dicto conſ. vbi plures haberi poſſunt ad probandum talem peritiam,ſecus autem ſi vnus tantum poteſt haberi,qa tunc ille admittetur,ne veritas pereat.Item facit etiam tex. in l.1.§.fi.& ibi Bar.& alij ſup.de uerb.oblig. vbi ſtatur dicto vnius ſolius interpretis,quando plures haberi non poſſunt. ꝙ etiam voluit Bal.in l.directas libertates.C.de manu.teſta. & in l. comparationes. C. de fide inſtru. in uerſic. venio ad ſextam quæſtionem,&c.& Bal.in proœ.ff.ſup.in princ.in 3. col.in ver.ſed an credatur vni perſonę.& Do.Alex.qui alios plures tenentes hanc partem refert in conſi.ſuo 178.inci.vi
61 ſa ſcriptura.in 4.col.in 2.vol. † Item ad prædicta facit etiam quod voluit Ang.in §.ꝙ autem.in Auth.de non alie. vbi dixit,ꝙ teſtm̃ factum à peregrino vel Romipeta,q vadit Romam in præſentia duorum vel trium teſtium tãtum, cùm plures habere non poſſet,valet & tenet.quod etiam voluit idem Ang.in repe.l.ſi vacantia. circa 10.col.C. de bo.vac.li. 10.& in l.conficiuntur.in §.codicilli.ſ. ad Silla. quem refert Do.Alex.in l.ſcriniarios.in 2.col.C.de teſt.mil. & in d.l.fi. in 2.col.C.de teſt.& ſubdit Ang.in d.§.ꝙ ãt. ꝙ ſi ſtatuto cauet ꝙ nullus contractus factus per minorem valeat, niſi ſint de eo rogati duo Notarij,modò cõtingit,ꝙ in ciuitate pp aliquem caſum non reperitur niſi vnus Notarius.dicit, ꝙ ille ſolus poterit conficere tale inſtrumentum & valebit, pro quo allegat tex.in l.fi.in fi.C. de teſt. quod dictum refert & ſequitur Ioan.de Ana.in c.ſignificaſti.el 2.in 8. col. extra de
62 homi.† Et facit etiam ad prædicta,nam teſtamentum factũ tempore peſtis cum minori numero teſtium quàm requiratur in teſtamento,valet & tenet propter impoſſibilitatẽ adhibendi legitimum numerum, vt tenet Bald. in l.fi.C.de teſt.& ſentit Bar. in l. 1. ſ. de bo.poſ.ex teſta.mili.& Ang.in Auth.de non alie.in §.quod autem.& Lud.Rom.in l.3.in §. ſinautem.ſ.ad Sylla. & Do. Alex. in l. ſcriniarios,in 2.col.C.
63 de teſt.mili.† Et facit pro hac parte,quod voluit Ang.in repeti.l.ſi vacantia.in 10.col.C.de bo.vacan.lib.10.vbi dicit, ꝙ ille qui eſt creatus Tabellio, licèt nondum ſit matriculatus,poteſt tempore peſtis inſtrumenta conficere. quod ẽt voluit ipſe Ang.in l.conficiuntur,in §.codicilli.ſ.ad Syll.qđ dictum refert & ſequitur D.Alex.in d.l.fi.C.de teſt.in 1.col. & D.Fel.in c.quoniam contra falſam.de proba.in 24.col.& faciunt dicta per Ang.in auth.omnes peregrini.C.communia de ſucceſſio.& per Pau.de Caſt.in l.nutritoribus.eod.ti.
64 † Et facit etiam dictum Bal.in l.ad perſonas.ſ.de iureiu.vbi dixit, ꝙ licèt Notarius non poſſit eſſe rogatus de commiſſione ſibi facta,hoc tamen fallit,niſi alius Notarius non reperiatur, quia tunc ipſe poterit eſſe rogatus de tali cõmiſſione,arg.l.1.§.fi.ſ.de verb.oblig.Et facit,quod voluit Io.de Imo.in c.P.& G.de offi.deleg.in 8.char. in ver. Iuxta prædicta tangit,&c.vbi dixit,ꝙ licèt Notarius vnius tribunalis nõ poſſit cõficere acta alterius, etiam ex partium prorogatione,ſm Guil.de Cu.& Bal in l.repetita.C.de epiſ.& cler.& D. Ant.iu d.c.P.G.& glo.in l.quicunque,de execu.& exacto.li. 12.& Bal.in l.teſtamentum.C.de teſtam.& in l.1.ſ.de iud.&
65 in l.1.ſ.de officio præfecti vrb.† Et quamuis etiam ex duobus Notarijs deputatis ad acta vnus ſine alio conficere nõ poſſit actum. Fallunt tamen iſta, ſecundum Ioan.de Imo. vbi ſ.niſi alius Notarius eſſet impeditus,quia vtroque iſtorum caſuum alius poterit alteri ſubrogari.quod refert Do
66 minus Fel.in d.c.qm̃ contra.in 24.co.de proba.† Item vltra præmiſſa in hoc propoſito adduci poteſt gl.no.in c. non liceat.86.di.quæ dicit,ꝙ quamuis non liceat epiſcopo aliquẽ ſubditum proprijs manibus cędere vel percutere,ſed,debet hoc fieri facere per clericum, tamen ſi aliquem clericũ nõ habet, poteſt tunc verberare ſubditum proprijs manibus. Et faciunt optimè,quæ dixi in conſi.meo inci.vocem meã exaudi me Domine,&c.in 5.& 6.char.& quæ dixi dę probatione fienda per teſtes inhabiles,quando aliter veritas haberi non poteſt,in l.infans,poſt med.ſ. eod. & faciunt etiam, quæ dixi in l.diuus.in 2.col.verſi.nota etiam ex iſto tex. &c. & in l.de minore.in prin. 11.col.verſi.iſtud tamen puto.inf. de quæſt.Vltra prædicta Do.Alex.hic inquantum Bar.loquitur de peritis in arte,dicit,ꝙ ſententia lata ex conſilio ſeu dicto peritorum in arte,nunquam tranſit in rem iudicatam, & allegat aliquos Doct. Et quia hæc non eſt materia huius legis,ideo circa hoc aliter non inſiſto; ſed ſi vis de hac materia latius videre, vide q̃ ego aliàs dixi in repetitione mea l.fi.C.de probationib.in 18.quæſt.extraordinaria. Et ex iſtis cum adiutorio beatiſſimæ Virginis Mariæ, necnon beatæ Apolloniæ aduocatæ meæ, expedita eſt præſens lex, & per conſequens præſens titulus.Ideo ſequitur titulus ad l.Pompeiam de parricidijs.

Ad legem Pompeiam de parricidijs. Rubr.

Vt ſequar morem meum, omittam continuationem huius rubricæ, remittens me ad dicta per Azo. in rubr. de his, qui filios occide.Vbi ponit cõtinuationem huius rub. & plura alia facientia ad materiam huius tituli, ideo venio ad legem primam,&c.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Occidens aſcendentes,collaterales,affines,vel eos quibus debetur reuerentia patronatus,vel deſcendentes,pęna legis Cornel.de ſicar. punitur.nu.9.*
2 *Marito,an liceat occidere vxorem depræhenſam in adulterio.*
3 *Voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia.*
4 *Fratres patrueles & matrueles vterini & vtrinque coniuncti, qui dicantur.*
5 *Quis ſit patruus,& quid differat ab auunculo.*
6 *Quæ ſit amita,& quid differat à matertera.*
7 *Vitricus,quis dicatur.*
8 *Tractatus in atrocioribus,pro facto habetur.*

1 Lege Pompeia. Et hoc intẽdit. † Occidens aſcendentes,collaterales, affines, vel eos quibus debetur reuerentia patronalis,vel deſcendẽtes,punitur pęna legis Cor. de ſica. & voluntas pro facto habetur. h.d. Et lex iſta diuiditur in quinque partes,ſecundùm glo.& Bar.Nam primò dicit de eo,q occidit aſcendentes;ſecundò de eo,qui occidit collaterales;tertiò de eo, qui occidit affines;quarto de eo, qui occidit illum cui debetur reuerẽtia patronalis;quintò de illo,qui occidit deſcẽdẽtes. ſecunda ibi,fratrem.tertia ibi,vxorem. quarta ibi,patronũ. quinta ibi,ſed & ſi mater.Caſus, &c. Nota dictum in ſum-
2 mario. † Item no.etiam quòd non licet viro occidere vxorem,quod amplia etiam in adulterio comprehenſam,vt dicit tex.in l.nec in ea.ſuprà de adul.attamen ſi hoc faciat, mitius punitur,vt eſt text.in l. ſi adulterium cum inceſtu. in §. Imperatores.eod.titu.& in alijs iuribus ibi in glo. allega. Et idem etiam dicam eſſe in ſeruis, quia dominus non poteſt occidere ſeruum ſuum impunè,vt dixi in l.circuncidere. in §.ſeruo. ſuprà titu. 1. ſed requiritur autoritas iudicis, vt ibi.
3 No. vlterius ex fine huius legis, quòd in delictis attenditur animus & non exitus,& ſic probatur illa regula; videlicet, quòd voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia. concor.tex.in l.diuus Adrianus.ſuprà titu.1.& ibi dixi.
4 † Vlterius expone tex. in verbo, fratrem patruelem & matruelem,nam fratres patrueles dicuntur illi,qui ſunt nati ex eodem patre,licèt ex diuerſa matre. fratres autem matrueles dicuntur illi,qui nati ſunt ex eadem matre,licèt ex diuerſis patribus. Fratres verò vterini dicuntur illi, qui nati ſunt ex eodem patre & ex eadem matre, & etiam dicuntur fratres vtrinque coniuncti.
5 † Item expone text. in verſi. patruum & auunculum. Nam patruus dicitur frater patris, auunculus autem frater matris,attamen vnus ponitur ſæpe pro alio, ſecundum

Bar.in l.1.C. de ſucceſſ. edicto.licèt contrarium dicat in l. il-
6 lam.C.de collat.in 2.nota.† Item expone tex.in verbo, ami-
tam.& dicas quòd amita.eſt ſoror patris, matertera autem
7 eſt ſoror matris,de quo in tex.† Vitricus autem eſt maritus
matris meę,qui nõ eſt mihi pater,& ego illi ſum priuignus.
Alia verò nomina poſita in hoc textu,clara ſunt & nõ egẽt
8 expoſitione.† Et inquantum iſte textus in fi.dicit,quòd ille
qui emit venenum vt patri daret,licèt non dederit, tamen
punitur ac ſi dediſſet,&c.Dicebam ego quòd iſte textus op
timè poteſt allegari ad vnum; videlicet, quòd tractatus in
atrocioribus pro facto habetur.Nam quando filius tractat
de occidendo patrem,dicitur tractare de atroci delicto,q̃d
patet,quia punitur pœna huius tituli,quæ eſt maior alijs pę
nis,& in tali delicto voluntas & conatus pro facto reputan
tur, ergo hic textus optimè probat illud;videlicèt, quòd in
atrocioribus tractatus pro facto habetur. ad idem eſt tex-
tus in clementina,paſtoralis.in verbo,tractauerat.& ibi Car
din.de re iudicata. ad quod allegat ipſe Cardinal.l.quiſquis.
C.ad legem Iuliam maieſtatis.& 6.q.j.§.verum.quod eſt no
9 tandum ad multa.† Opponit Bar.poſt gloſſam hoc modo,
dicitur hic,ꝙ occidens illos,de quibus in tex.tenetur pœna
legis Corneliæ de ſicarijs.Sed contra de l. fina. infrà eod. &
de l.1.C.eod.& de §.alia.Inſti.de public.iudic.gloſſa dat plu-
res ſolutiones, ſed dicit Bartolus, quòd illa ſolutio ſibi pla-
cet;videlicet,quod de iure antiquo qui occidebat aſcendẽ
tes,puniebatur pœna ſpeciali,alij puniebantur l. Corne. de
ſicar.vt infrà eod.l.fina.quæ lex diſtinguit & declarat iſtam.
Sed dicit ipſe Bartolus, quod hodie indiſtinctè omnibus
imponitur vna pœna,quæ ponitur in l.1.C.eodem. & in l.
fina.infrà eod.& in §.alia.Inſtit.de public.iudi.Sed fortè cla-
rius & melius dicendum eſt, vt dicit textus in l. penul. infrà
eod.videlicet,quod omnes homicidæ punirentur pœna le
gis Corneliæ de ſicar. præterquàm occidentes patrem &
matrem,auũ,vel auiam;quia tales puniuntur pœna l.Pom-
pe.de parricidijs.Et ex iſtis redditur expedita lex iſta. Sequi-
tur modo l.2.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Frater ſciens tractatum mortis contra fratrem,& tacens,puni-
tur pœna relegationis. & nu.5*
2 *Agentes & conſentientes,an & quando pari pęna puniantur.*
3 *Non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ,qui manifeſto faciniori deſi-
nit obuiare.*
4 *Faciens tractatum contra Papam & Principem vel Eccleſiam ſo-
lùm punitur pęna capitis.*

1 Frater Et hoc intendit.† Frater ſciẽs tractatum mor-
tis fratris & eum non reuelans, punitur pœna
2 relegationis.hoc dicit.Caſus,&c.†Nota dictum in ſumma-
rio.Item nota, quòd iſte textus videtur eſſe contra illam re
gulam,quæ dicit, quòd agentes & conſentientes pari pęna
puniantur.de qua in l.ſi quemquam.C.de epiſcopis & cleri
cis.& in l.quiſquis.C.ad legem Iuliam maieſtatis. & in l.3.ſ.
ti.1.& in l.1.C.de raptu virginum.Nam iſte frater ſciens tra
ctatum ſeu ordinamẽtum de morte fratris & tacens, vide-
tur conſentire, imò non ſolùm videtur tacitè conſentire,
ſed etiam videtur ſocius delinquentis,per textum in c.ſicut
3 dignum.de homicidio.vbi dicitur, † quòd non caret ſcru-
pulo ſocietatis occultæ,qui manifeſto facinori deſinit ob-
uiare,& habetur etiam in c.conſtitutus.el primo. extra de
teſtib.Et facit tex.in c.culpam.86.diſtinct.vbi dicit textus,ꝙ
qui conſentiunt facientibus,participes iudicantur.& tex.in
c.error.83.diſtinct.& in ca.qui poteſt. 23. q.3. Sed cùm talis
frater non puniatur pœna mortis,vt punitur ipſe principa-
lis faciens, ergo patet, quòd agentes & conſentientes non
puniuntur eadem pœna.Sed poſſumus dicere,ꝙ iſte frater
tacens,non tamen dicitur verè conſentire, quia tacens nõ
dicitur conſentire,vbi tractatur de ſuo præiudicio,vt habe-
tur in regula,is qui tacet.de regul.iur.in ſexto. Vlterius An-
gel. hic extendit iſtum tex. loquentem in fratre, qui habet
locum in vaſallo non reuelante mortem domini,& in mo
nacho non reuelante mortem abbatis, & in ſeruo non re-
uelante mortem domini, & in ciue non reuelante tracta-
tum contra ciuitatem.Dicit tamen ꝙ aliàs plures ciues, eo
quia non reuelarunt tractatum ſuæ ciuitatis,fuerunt deca-
pitati,& iniquè,quia ſolùm debebant relegari & non occi-
4 di,per iſtum tex.† Et ſubdit ipſe Ang. ꝙ pęna capitis impo-
nitur ſolùm, quando non reuelaretur tractatus, qui fieret
contra Principem aut Papam, & ſic contra imperium aut
eccleſiam, & non contra alios,quod dicit menti tenendũ,
& idem dixit Ang.de Are.Inſti.dę hæred.quę ab inteſta.de-
fer.in §.interdum.poſt prin. De quo dixi aliqua in materia
iſta in ſingula.meo 164.inci.nemo debet ſe ſubmittere tor
mentis,&c.& latius dicam Deo duce,in l.vtrum. infrà eod.
Et inquantum Ang. hic extendit hũc textum ad monachũ
non reuelantem mortem abbatis, in hoc non credo eum
bene loqui,quia hæc pęna relegationis non conuenit mo
nachis,quia non debent exire clauſtrum, & ideo credo, ꝙ
alia pœna puniretur talis monachus. Et idem dico eſſe in
ſeruo non reuelante mortem domini, quia punietur alia
pœna quàm relegationis,quia ſi relegaretur ſeruus,talis pę
na afficeret hæredes domini,quia priuarentur ſeruo,meri-
tò dico quòd alia pœna deberet imponi ipſi ſeruo non re-
uelanti mortem domini,quàm ipſa relegationis,&c.

Venio modò ad vnicam glo.huius legis,quæ dicit, ꝙ lex
iſta poteſt intelligi duobus modis.nam ſi textus dicit,medi
cus ſupplicio afficiendus eſt,debet intelligi ꝙ medicus, qui
fecit venenum,vt frater interficeretur, puniri debet l. Cor.
de ſicar. vt eſt textus in l.3. in princ. & in §.penul.ſ.de ſicar.
5 † Si autem tex.dicit mediocri ſupplicio afficiendus eſt, etiã
plana eſt litera dicẽs, ꝙ frater ſciens mortem futuram fra-
tris,& eam non reuelans, nõ punitur morte, ſed mediocri
ſupplicio, quod mediocre ſupplicium eſt relegatio, & ſic
gloſſa clara eſt,ideo ſequitur l.ſed ſciendum.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Mens & ſenſus legis,præfertur verbis.*
2 *Caſus omiſſus habetur pro expreſſo in ſtatutis.*
3 *Fines mandati diligenter ſunt cuſtodiendi.*
4 *Caſus omiſſus habet etiam locum in vltimis voluntatibus,& in ex-
communicationibus.*
5 *Verba ſæpius impropriantur vt ſeruiant menti,etiam ſi eſſent con-
traria ipſi menti.nu.6.*
7 *In contractibus magis attenditur mens,quàm verba.*
8 *Error in appellatione nominis non vitiat,quando res demonſtratur
in præſentia.*
9 *Conſtitutio procuratoris hoc modo facta,conſtituo te aſinum meum
ad agendum,petendum & defendendum,valet,non attenta ine-
ptitudine verborum.*
10 *Reductio ad arbitrium boni viri non vitiatur, ſi petens illam dicit,
peto laudum reſcindi per remedium appellationis.*
11 *Mens ſtatuti attenditur,licèt verba deficiant.*
12 *Omnis ſenſus ſcripturæ à mente ſumit exordium.*
13 *Clauſula, quòd ſtatutum debeat intelligi groſſo modo prout iacet,
non tollit neceſſariam & iuridicã interpretationẽ ipſius ſtatuti.*
14 *In pœnalibus & odioſis fit extenſio ex paritate rationis.*
15 *Illud dicitur ex lege,quod eſt ex ſententia legis.*
*In ſtatuto,quod non veniant ea,quæ comprehenduntur ex ſententia
& mente.*

Sed ſciendum. Et hoc intendit.Mens legis ma
gis quàm verba attendi debet,
1 h. d. Caſus, &c. † Nota dictum in ſummario,ſcilicet quòd
mens præfertur verbis.concordat tex.in l.1.C. plus vale. q̃d
agi.& ibi Bal.illum tex.no.ad hoc.ad idem eſt tex.in l.in ve-
ditionibus.ſ.de contrah.emp.& in l.fi.C. quæ res pig.oblig.
poſſ.facit l.ſi verò.in §.de viro.ſol.matr.& no.Bald.in l. ſi fu-
rioſi.C.de nup.& in l.maximum vitium.C.de liber.præteri.
& ita etiam probat tex.in c. humanæ aures.22.q.5. & tex. in
c. 2. requiris. de app. & ibi Abb. & tex.in c.intelligentia.de
ver.ſign.& in c.Marchion & Baſilides.1.q.1.vbi tex.dicit, ꝙ
non in folijs,ſed in ſenſu conſiſtit euangelium.Pro quibus
facit in arg.l.in conditionibus primum locum.ff.de condi-
tionib.& demonſt.& l.ſcire oportet.in §.ſufficit.ſ.de excuſa
tione tutorum.& l.1.C.de neceſſarijs ſeruis hęredibus inſti-
tuendis.& l.ex facto.ſ.de hæredibus inſtituend.& c.cum vo
luntate.extra de ſententia excommunicat.& l.Labeo.§.idẽ
2 Tubero.ſ.de ſupellect.lega.† Et pro iſtis facit gl.in l. tale pa
ctum.§.fina.ſ.de pact.quæ dicit ad hoc propoſitum,ꝙ adeò
mens eſt attendenda,ꝙ ſi ſtatuentes ſtatuerũt in aliquo ca-
ſu,& in aliquo caſu omiſerunt, ꝙ idem iudicandum eſt in
caſu omiſſo,quod in caſu expreſſo,ſi idem ſtatuiſſent in ca-
ſu omiſſo ſi fuiſſent interrogati, quod ſtatuerunt in caſu
expreſſo.Et illam gl.dixit ſingulariter Lud.Ro.in conſi.ſuo
105.inci.viſo themate.& eã pro valde notabili allegauit idẽ
Lud.Ro.in conſi.192.circa primum.in fi. verbis.& in conſ.
439.inci.circa primum propoſitum conſultationis.in prin.
2.col.illam gl.etiã allegauit pro no.Bal.in l.1.C. quæ res pig.
obli.poſſunt.& D.Alex.in conſi.ſuo 48.inci.ſuper executio-
ne,&c.in 3.col.in primo vol.& in conſi.215.inci.nec arguẽ-
di. in 9. colum. & in conſil.396.incip. circa hanc dubitatio-
nem.in 4 col.& in conſi.397.incipien.memor.& in conſi.
24.inci.

24.incipiente,animaduerſis.in 12.col.& in conſi.34. incip.
viſo.in 3.col.& in conſi. 46.incip. ponderatis.Et illam gloſ.
etiam ꝑ valde notab.allegauit Barba.in c.veniens.in 9. col.
de accuſatio.& in conſi.ſuo incipiente, clementiſſimi Dei
patris,&c.in 5. colum.

Sed ego vltra prædictos Doctores dico,quòd illa gloſ.in
dicta l.tale pactum.§.fi.non eſt ſingularis,eo quia ſimilis gl.
eſt in l.1.C.de raptu virgi.& alia eſt in authen.caſſa & irrita.
ſ.de ſacroſan.eccl.Et idem etiam voluerunt aliquæ gloſ.iu-
ris canonici,videlicet glo.in clemen.1. de reſcrip.& gloſ.in
c.2.de confeſſ.in 6.quam ibi commemorat Geminia.& gl.
in clemen.1.de ſup.negligen.præla.& gloſ.in c.vnico.de re-
rum permut.in 6.& in c.diaconus.27.diſtinct. Quinimò di-
co vnum,quod eſt fortius,ꝙ hoc nedum voluerunt prædi-
ctæ gloſ. ſed etiam hoc volunt aliqui textus iuris ciuilis, &
canonici.Et primò hoc probat textus, in c.ſecundò requi-
ris.extra de appellationib.& in c.ſuggeſtum.eodem titu.&
textus in l.ſcire oportet.§.1.ſ.de excuſatio.tutorum.& tex.
in §.1.Inſtit.de legi.patro.tut.& eſt bonus tex.in l. Titius. in
§.Lucius Titius.ſ.de libe.& poſthu.quem tex.ibi ad hoc pō
derat Pau.de Caſt.& eſt tex.in l.fi.C.de poſth.hæred.inſti.&
hoc etiam optimè probat tex.in l.1.C.quę res pig.obli.poſ.
& ibi glo.quem tex ibi ad hoc ponderat Bal. & facit etiam
tex.in l.obligatione generali,ſ.de pign.& facit tex.in c.2.de
pęniten & remiſ.in 6.& facit tex.in c.generali.de regu. iur.
in 6.Et facit,quod voluit Ang.in d. l. obligatione generali.
vbi dixit,quòd ſi conſtituo te procuratorem meum, & do
tibi poteſtatem vt poſſis facere in rebus meis vt ego poſ-
ſum, quòd tamen tu non poteris donare bona mea, quia
non eſt præſumptio ꝙ hoc tibi conceſſiſſem in ſpecie,arg.
l.ſi cum aurum,ſ.de ſol.& l.cum de indebito. ſ. de probat.
Et ex iſtis infero ad vnum à contrario;videlicet, quòd ſicut
quando vnum eſt expreſſum & aliud omiſſum,idem intel-
ligitur ſtatutum in omiſſo ꝙ in expreſſo, quando ſtatuen-
tes idem ſtatuiſſent ſi fuiſſent interrogati, ita quando vnū
tantùm eſt conceſſum & omnia alia ſunt prohibita gene-
raliter,tunc videtur etiam conceſſum illud,quod generali-
ter eſt prohibitum,quando ſi prohibens fuiſſet interroga-
3 tus,ſpecialiter illud conceſſiſſet.† Et ideo dicebam, ꝙ licèt
fines mandati ſint diligenter obſeruandi, vt in l.diligenter.
ſ.manda.c.cùm dilecta.de reſcrip. tamen mandatarius pōt
exequi illud, quod non eſt ſibi mandatum, quando man-
dans idem dixiſſet in caſu omiſſo in mandato, quod dixit
in caſu expreſſo. Ita dixit Pet. de Bellaperti. in l. maritus. C.
de procurato.quem refert & ſequitur Barba. in c. veniens.
in 9.col.de accuſa.& idem tenet Domi. Anton. ſecundum
eum ibi,in c.tranſlato.de conſti.& in c.nonne.de præſump.
& in clemen.1.de reſcrip.& Dom.Anton. in c. 1. de pactis.
Ex quo poſſunt limitari dicta iura dicentia,ꝙ fines manda-
4 ti,&c.& l.maritus.C.de procu.† Item ſcias etiam, ꝙ prædi-
cta non ſolùm habent locum in lege vel ſtatuto, vt in illis
intelligatur idem ſtatutum eſſe in caſu omiſſo quod in ca-
ſu expreſſo,quando ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati idem
ſtatuiſſent in caſu omiſſo quod ſtatuerunt in caſu expreſ-
ſo, ſi de illo fuiſſent interrogati, ſed etiam hoc habet
locum in diſpoſitione teſtatoris, quoniam idem debet
intelligi eſſe ſtatutum in caſu omiſſo per teſtatorem,
quod in caſu expreſſo, quando idem ſtatuiſſet ipſe te-
ſtator in caſu omiſſo, quod ſtatuit in caſu expreſſo, ſi de
caſu omiſſo fuiſſet interrogatus.ita dixit Dom.Alex. in cōſ.
ſuo 279.incipit ponderatis his, &c.in prin.allegat ad hoc,l.
Titius.§.1.ſ.de lib.& poſthu.& l.fi.C.de poſthu.hære.inſti.&
d.l.tale pactum.§.fi.& idem etiam tenet Dom.Alex.in cōſi.
317.inci.alias conſultus.in 4.col.& in conſi.66.inci.viſo ti.in
5.col.Et idem etiam dicas eſſe in reſcriptis,ſecundùm Alex.
in conſi ſuo 215.inci.nec arguendi.in 9.col.vbi dicit, quòd
hoc voluit Bald.in d.l.tale pactum.in §.fina.& ſubdit etiam,
quòd idem habet locum in excommunicationibus, ſecun
dùm Bald. & idem tenet Dom. Alexand.in d. conſi. 34.in-
ci.viſo &c.in 3.col.& in conſi.46.inci. ponderatis, &c. in 1.
col.Et idem dicas eſſe in gratijs Principum,ſecundùm Pau.
de Caſt.in d.l.Titius.§.Lucius Titius.ſ.de libe. & poſthu. de
5 quo dixi latius in l.1.§.ſi ſeruus. infrà de quæſtio. † Et ſcias
etiam vltra prædicta, quòd intantum eſt verum hoc videli-
cet,quòd mens potius quàm verba debet attendi, ꝙ etiam
vt deſeruiatur menti,impropriantur verba. Ita dixit Dom.
Alexan.in conſi.ſuo 116.inci.animaduerſis, &c. in 4. col.in
2.vol.allegat ad hoc l.ſcire oportet.§.aliud.ſ.de excuſa.tuto.
& l.non dubium.vbi voluit hoc Iac.But.ſecundum eum.C.
de legi.& idem voluit ibi Bar.& Bal.poſt glo.in verbo, am-
plexus.& idem voluit Angel. ſecundùm eum, in conſi.67.
inci.Martinus Ioannis de Florentia.& in conſi. 266.inci.ſta
tu.communis Florentiæ.Item dicit etiam Dom.Alex.in d.
conſ.116.quòd vna dictio ponitur pro alia,vt deſeruiamus
menti.allegat ad hoc glo.in l.eas cauſas.ſ.de cond.& demō.
quam glo.dixit ſingularem Angel.in l.1.in prin.in 3.no.ſ.de
pigno.& Bald.in c.2.extrà,de reſcri.& eam allegat Bald. in l.
6 fina.C.de act.emp.† Item fortius dixit etiam Dom.Alexan.
in d.conſ.ſuo 398.inci.viſo puncto,&c.in 4.col. quòd mens
debet attendi etiam ſi verba diſponentium vel contrahen-
tium eſſent contraria menti.allegat ad hoc Angel.in conſi.
ſuo 169.pro quo dicit ipſe,ꝙ eſt tex.in l.1.ſ.quod fal.tu. aut.
& in l.quæſitum.ſ.de teſti.& in l.quamuis.ſ.de in ius voc.&
tex.iuncta glo.in l.qui bona.§. damni. verſi. inquiretur.ſ.de
7 dam.infec.& voluit Bal.in c.fi.de mutuis petitio. † pro qui-
bus etiam facit,ſecundùm eum,glo.in l.blanditus.ſ.de fide-
iuſ.quæ dixit, quòd in contractibus magis attenditur mens
contrahentium, quàm verba contractus. & faciunt dicta
per Dom.Ant.in c.nouit.in vlt.col.de iud.& per Io.de Imo.
in l.fi.in 4.col.ſ.de hæred.inſti.de qua materia etiam latè lo-
8 quutus ſum in l.1.C.plus valere,quòd agitur.† Et in materia
iſta quod magis attēdatur mens quàm verba, facit optimè
gl.ſing.in l.quæ extrinſecus.ſ.de verb.oblig.quæ dixit, quòd
ſi in præſentia eſt vnus bos,& ego dico,promittis mihi hūc
equum,quòd valet ſtipulatio de boue,ſi tu dicis,promitto.
& illam glo.ibi exclamat Bar.Bal.Ang.Imo.& Moder.Doc.
9 in l.ſi quis in fundi vocabulo. ſ. de leg. 1. † Et faciunt etiam
dicta per Inn.in c.petitio.de procu.vbi inquit,quòd ſi dico,
conſtituo te aſinum meum ad agendum,petendum,& de-
fendendum, quòd talis cōſtitutio procuratoris erit efficax
& valida,non attenta ineptitudine verborum. quod dictū
ſequitur Hoſt.& Abb.in d.c.petitio.& Bal.in l.id quod pau
peribus.in 2.col.C.de epiſ.& cler.& Bal.in l.1.circa. 1. col.C.
de nego.geſt.& in l.neque.C. de procura. & Bald. in l. mul-
tum intereſt.C.ſi quis alteri vel ſibi.in 5.col.& in l.teſtamen
tum.C.de teſta.& Pau. de Caſt.in l.teſtō.eo.ti.& Bal. in rub.
extrà de procur.in princ.& Ang.in l.1.in fi.princ.ſ.de ꝓcur.
& Lud. Rom. in l. ſi quis mihi bona.in §.ſed ſi mandauit,in
prin.ſ.de acqui.hære.& Abb.in rub.extrà de ſyndico.& in c.
1.eo.ti.& Alex.in conſi.ſuo 44.inc.viſo.in j.col.in fi.in 2.vol.
Et pro iſtis etiam faciūt notab.verba Domini Fel.in c. ſigni
10 ficante.in 2.3.& 4.col. de reſcri. † & faciunt etiam dicta per
Bald.in addi.Spec.in ti.de appel.in 6.col.in fi. in verſicu. ſed
pone quæſtionem de facto.vbi dicit, quòd non vitiatur re-
ductio ad arbitrium boni viri,ſi ille qui petit eam dicit, pe-
to laudum reſcindi per remedium appellationis.Et ibi etiā
ſubdit ipſe in verſi.ſequenti.inci.ſed quid,&c.quòd non vi-
tiatur appellatio attenta mente appellantis, ſi quando vo-
11 luit appellare dixit,reclamo ad ſuperiorem.† Et facit,quod
voluit Ang.in conſi.ſuo 104.inci.hic videnda ſunt duo. vbi
dixit,quòd mens ſtatuti ſufficit, licèt verba deficiant.allegat
plura iura, de quibus ibi per eum. & ibi etiam dicit, quòd
vbi deficiunt verba legis,ſi tamen mens adeſt,competit tūc
vtilis actio,quæ eſt datiua reſpectu legis, in qua verba defi-
ciunt.allegat l.pen.ſ.ſi quadru.pauper.feci.dica.& dicit etiā
ibi,quòd cum manifeſta eſt legis intentio,nuſquàm verbo-
12 rum interpretatio melior ſenſu exiſtit. † Et facit quod di-
xit Bald.in conſi.ſuo 417.inci.ego puto,&c.in 2.col.in 1.vo-
lum.vbi dixit,quod omnis ſenſus ſcripturarum à mente ſu-
mit exordium.quòd etiam ipſe dixit in conſi.99. incip.Do-
mina Antonia,&c.circa med.in 3. volum. Et faciunt etiam
dicta per Bald.in conſi.46.inci.verba inſtitutionis, in 1. col.
in 3. volum. vbi dicit, quòd rigor verborum non vitiat vo-
luntatem diſponentis,quia mens & intellectus prior & po-
tior eſt quàm verba. Et faciunt etiam ad prædicta plu-
ra & plura alia,quæ ego dixi in l.fina.C.quæ res pign. oblig.
poſſ. vbi videas. Et teneas menti, quòd licèt mens legis,
vel ſtatuti,vel contrahentium, vel alicuius diſpoſitionis de-
beat attendi, vt dixi ſuprà, attamen hoc non habet locum
in ſtatuto, lege, contractu, vel aliqua diſpoſitione,in quo
vel in qua diceretur,quòd ipſa lex, vel ſtatutum, vel alia di-
ſpoſitio deberet ſimpliciter intelligi,prout verba ſonant &
iacent,quia tunc non attenderetur mens, ſed attenderen-
tur verba ipſius legis, ſtatuti, contractus, vel diſpoſitionis
omiſſa mente.ita notab. dixit Pau. de Caſt. in conſilio ſuo
346.inci.caſus præſens,&c.in 2. colum.allegat Bald. in l. 2.C.
de condi.inſer.& alia allegat,de quibus ibi per eum.
13 † Dicit tamen ipſe Pau.de Caſt. in conſilio ſuo 103. inci.
in cauſa,&c.in 3.colum.verſicu.item non obſtat, &c. quòd
etiam quando in ſtatuto eſt appoſita clauſula, quòd ſtatu-
tum debeat intelligi groſſo modo prout iacet,quòd ꝑ hoc
non tollitur neceſſaria vel iuridica interpretatio ipſius ſta-
tuti.allegat hoc voluiſſe Bart.in l.omnes populi. in 7. quęſt.
ſextę quæſtionis princip.ſuprà de iuſtit.& iure, & voluit la-

tius Do.Alex.in conſi.ſuo 80.inci.viſo,&c.in 4.col.in 1. vol.
14 † Nota etiam ex iſto tex.ꝙ in pœnalibus & odioſis fit extē-
ſio ex paritate rationis.ita probat iſte tex. & eſt gl. in clem.
1.in verbo,eligantur.de elect.de quo tamen ꝑ ſcribentes la
tius in c.odia.de regu.iur.in 6.& in l.ſi conſtante.in princ.ſ̃.
ſolu.matr.& per glo.in l.illud.& in l.ſi. C. de ſacroſan.eccle.
Expeditis modò textualibus,venio ad gl.fi.quia aliæ ſunt cla
ræ.Circa hanc glo.dicit Bar.notandum eſſe, quòd licèt tex.
iſte faciat mentionem de his,qui ſunt in gradu vlteriori,nō
refert ſe tamen ad eos,qui ſunt in gradu propinquiori, ſe-
cundum verba legis,nec ſecundum ſententiam, niſi exten-
datur per Iuriſconſultos habentes authoritatem extenden
di.ita dicit gl.hic,quæ notanda eſt,ſecundum eum. Attamē
dicit ipſe Bar.quòd inquantum iſta glo.dicit, ꝙ ante Mar-
tianum Iureconſultum non continebantur illi,qui ſunt in
pari vel in propinquiori gradu ex ſentētia, non placet ſibi:
Quia non poſſet facere Iuriſcōſultus,nec Imperator, quòd
illud,quod primò non continebatur in ſententia legis,nūc
contineatur, ſed bene poteſt extendere ſi vult, non quòd
in ſententia illa contineatur.allegat l.3.in fi.cum l.ſequen.ſ̃.
de leg.tu.& l.2.ſ̃.de vſufru.earum rerū,quæ vſu conſu.Quæ-
rit poſtea Bar.vtrum illi,qui occidunt eas perſonas, quæ nō
ex verbis legis,ſed ex ſententia compræhenduntur,accuſen
tur lege Pompeia de parric. an verò accuſentur ex iſta lege
Martiana.in quo dicit,ꝙ ex lege Pompeia,quia illud quod
eſt ex ſententia legis,eſt ex lege,vt l.nominis & rei.§. verbū,
15 ex lege.infrà de verborum ſignifi. † & dicit, quòd aliud eſt
eſſe ex lege, & aliud ex verbis legis. & in ſtatutis, in quibus,
ſecundùm quoſdam,non recedimus à verbis,iſtæ perſonæ
quæ non comprehenduntur ex ſententia,non continētur,
quia non continentur verbis,ſed ſententia & mente.ita di-
cit Bar.hic,quæ dicta Barto. approbat hic Angel.Sequitur l.
diuus Adrianus.quia l.cum pater.ſequens nihil habet.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Pater occidens filiū adulterantem nouercam,an puniatur.n.4.*
2 *Grauius toleratur iniuria,quæ fit à propinquo & coniuncto,quàm illa quæ fit ab extraneo & ignoto.*
3 *Pater non poteſt remittere iniuriam factam filio à propinquo vel cōiuncto,ſecus ſi ſit facta ab extraneo.*
5 *Pietas paterna non debet in atrocitate conſiſtere.*
6 *Iura prohibentia communionem cum excommunicato,non comprehendunt coniunctos.*
7 *Receptans bannitum affinem,vel coniunctum,non punitur pœna ſtatuti prohibentis receptare bannitum.*
8 *Quis non prohibetur aduocare contra rem publicam pro affine vel coniuncto.*
9 *Meretrix ſanguine coniuncta, licèt ſit turpis perſona, tamen poteſt hæres inſtitui excluſo fratre.*
10 *Statutum,quòd bannitus poſſit impunè occidi,nō hēt locū in fratre.*
11 *Prouocatus ex maxima iniuria,ſi facit homicidium, mitiori pœna punitur.*
12 *Laicus poteſt capere clericum repertum in flagranti crimine.*
13 *Occidens clericum repertum in adulterio cum filia vel vxore, non incurrit excommunicationem.*
14 *Patria poteſtas debet in pietate conſiſtere.*
15 *Sæuitia patris,quandoque prodeſt filio.*
16 *Filius committens cauſam ingratitudinis contra patrem, perdit priuilegium filiationis.*
17 *Pater committens cauſam ingratitudinis contra filium, perdit ius paternum.*
18 *Intellectus l.maritos.ff.de adulterijs.*
19 *Occidens patrem ſpiritualem, ita punitur ſicut occidens patrem naturalem.*
20 *Maior eſt cognatio ſpiritualis,quàm carnalis.*

Diuus Adrianus

Et hoc intendit. Pater oc-
cidens filium adulteran-
tem nouercam,non tenetur lege Pompeia de parri.ſed eſt
in inſulam deportandus.h.d.l.iſta, ſecundùm Angel. Caſus,
1 &c. † Ex iſto tex. poteſt notari, quòd licèt patri non liceat
occidere filium,ut in l.j.C.de his,qui paren.uel libe. occi. &
in l.1.& in l.proxima. ſ̃. eod. tamen ex cauſa atrocis iniuriæ
hoc licet ipſi patri, vt hic. Sed licèt hoc permittatur ipſi pa-
tri ex dicta cauſa,tamen non eſt in totum immunis à pęna,
quia punitur tantùm pęna relegationis. Et videretur dicen
dum, ꝙ nulla pęna deberet puniri, eo quia ille qui occidit
adulterum extraneum adulterantem eius vxorem,non pu-
nitur niſi pœna exilij,vt in l.Gracchus.in fi.C.de adul.ſed cū
magis & grauius offendatur pater ex adulterio commiſſo
per filium in nouercam,quàm per extraneum propter re-
uerentiam, quam debet filius patri, & ꝑꝑ illud ꝙ dicitur
2 † grauius fertur iniuria quæ fit à propinquo & coniuncto,q̃
illa quæ fit ab extraneo & ignoto,vt dicit tex.in l.cùm opor
3 tet.& ibi Bal.C.de bonis,quæ libe.† & ideo dixit Lud.Ro.in
ſingula.ſuo 92.inci.tu habes,&c.ꝙ licèt pater poſſit remitte
re iniuriam illatam filio,vt in l.ſed ſi vnius.in §.fi.ſ̃. de iniur.
hoc tamen fallit,niſi talis iniuria fuerit facta filio per coniū
ctam perſonam, quia tunc pater illam remittere non pote
rit.de quo dicit eſſe caſum ſingularem, ſ̃m Bar.in l.Lucius.
4 ſ̃.ſolu.mat.† Cum ergo filius magis delinquat contra patrē
adulterando eius vxorem q̃ extraneus, ergo patet eum oc-
cidēdo debere mitius puniri,q̃ ſi occidiſſet extraneum, &
ſic non deberet puniri relegatione,ſed valde minori pęna.
Sed tamen contrarium eſt dicendum ꝑꝑ rationem huius
5 tex.videlicet,quia † pietas paterna non debet in atrocitate
conſiſtere.Item etiam ꝑꝑ ſanguinis coniunctionem, nam
non licet coniuncto facere contra cōiunctum ratione ſan-
guinis illud,ꝙ liceret facere contra extraneum, & ideo vi-
6 demus † ꝙ iura prohibentia communionem cum excom-
municato,non compræhendunt coniunctos ipſi excōmu-
nicato,vt eſt tex.in c.qm̄ multos.11.q.3.& in c. inter alia. de
7 ſent.excom.& facit.l.fi.ſ̃.de recepta. † vbi dr̄, ꝙ lex puniens
receptantem bannitum, non habet locum in receptante
8 affinem bannitum vel coniunctum.† & facit tex.in l.pen.ſ̃.
de poſtu. vbi dr̄, ꝙ quis non prohibetur aſſumere aduoca-
tionem contra rem publicam pro aliquo affine vel coniū-
ctò,licèt ꝓ alijs ſit ſecus,vt habetur in l.2.C. de aduoc.diuer.
9 iud.† Et dixit no.Ang.in Auth. quibus modis naturales effi.
legit.in §.j.circa med. ꝙ licèt alias meretrix tanquàm turpis
perſona non poſſit inſtitui hæres à fratre excluſo fratre, vt
habetur in l.fratres.C.de inoff.teſt.hoc tamen fallit in mere
trice coniuncta,quæ poterit hæres inſtitui excluſo fratre.ꝓ
quibus etiam adduci poſſent plura & plura ad hoc propoſi
tū cumulata ꝑ Lud.Ro.in l.1.ſ̃.de in ius vocan.ver. ſatisdēt.
& per eundem in repet.l.ſi verò.in §.de viro. in 17. fallen.ſ̃.
ſolu.matr.& per Do.Fel.in c.cùm quidam.in pen.col.de iu-
10 reiur.† Et facit notabile verbum Do.Nelli,in tract. ſuo ban
nitorum,in 3.parte ſecundi temporis,in q.53.inc.quæritur,
duo ciues, &c. vbi dixit, ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ bannitus poſſit
impunè occidi, attamen frater non poterit vigore talis ſta-
tuti impunè occidere fratrem.ꝙ dictum pro valde not. re-
fert & ſequitur Do.Barth.Cępo.in conſi.ſuo 5.inc. caſus ta-
lis eſt,&c.in 5.col.poſt princ.& idem tenuit Dy.in l.ſi adulte
rium cum inceſtu.in §.liberto.ſ̃.de adul.vt refert Bart.con-
trarium tenēs,in l.minimè.ſ̃.de relig.& ſump.fune. de quo
latius dixi in ſingu.meo 110.inci. iura ſanguinis, &c. vbi vi-
11 deas.† Vlterius noto ex hoc tex. ꝙ prouocatus committēs
homicidium non eſt in totum immunis à pœna, etiam ſi
prouocatus fuerit ex atrociſſima iniuria,ſed debet tantùm
minori pœna puniri. Et iudicio meo iſte tex.poteſt allega-
ri ad vnum,ꝙ dicebam ſuperioribus diebus in voce,in qua
dam allegat.quam feci in quadam cauſa capitali & grauiſſi
ma; videlicet,ꝙ quando ꝑꝑ aliquam cauſam minuitur ve-
ra pœna delicti & ab ea receditur, tunc reo non imponi-
tur minor pœna corporis afflictiua, ſed tranſmutatur in
aliam pœnam extra corpus. quod patet hic, nam licèt pro
homicidio regulariter imponatur pœna mortis, vt ſuprà
tit.1.attamen hic minuitur pœna mortis in patre occiden-
te filium propter adulterium commiſſum in nouercam,&
ipſi patri vlterius non imponitur pœna corporis afflictiua,
ſed alia pœna extra corpus; videlicet, pœna deportationis
in inſulam.Et ad idem eſt text. in l. ſi adulterium cum ince-
ſtu.in §.Imperatores.ſ̃.de adulte.& in l.ſi quis in graui.in §.
ſi tamen maritus.ſ̃.ad Syl.& in l.Gracchus.C. de adult. & in
l.lex Iulia de repetundis.§.fina.infrà ad leg.Iul.repetun.& in
l.1.§.fina.ſ̃.titu.1.de quo latius dixi in dicta l.in princ.in 13.li
mi. ſ̃. de ſica. de quo etiam dixi in practica mea cauſarum
criminalium 186.char.in fine,& ibi etiam in 64.char. Noto
etiam ex iſto tex.in verbo, adulterabat. quòd pater reperit
hunc filium in facto adulterantem nouercam, nimirum ſi
eum crudeliter puniuit, & ſi propter iuſtum dolorem pa-
tris minorata fuit ſibi pęna, nam multa tolerantur & per-
mittuntur fieri contra repertum in flagranti crimine, quæ
13 aliter non permitterentur. † Et ideo dixit Angel.de Aret.
in tracta. ſuo malefic. in verbo, fama publica præcedente.
ver.nota,&c. quòd licèt laicus non poſſit capere clericum,
tamen iſtud fallit, niſi in flagranti crimine reperiatur, quia
tunc poterit capi per laicum. alleg. hoc voluiſſe Innocen.
in c.vt famæ.de ſenten.excommunic. & Floria.in l.4. ſuprà
13 ad legem Aquil.† Et dixit idem Ang.in eodem tract.in ver-
bo, *che hai adulterata la mia donna*, in 41. char. in ver. quid
ſi pater,&c. quòd ſi pater, vel maritus reperiat clericum in
flagranti

flagranti crimine cum filia vel vxore,quòd poterit eum in-
terficere abſque incurſu pęnæ c.ſi quis ſuadente.17.q.4.&
dicit ꝙ hoc voluit Bal.Ang.& Raph.in l.quid ergo.in §.ſi hę
res.ſ.de leg.1. de quo ibi etiam per Io. de Imo. Et ibi Aug.
Ari.in ſuis addi.dicit,ꝙ de hoc eſt caſus in terminis cum gl.
in c.ſi verò.de ſenten.excommu. in fi. in ver. nec ille com-
pellendus eſt,&c.quod eſt no.Et ideo ꝑꝑ iſtum tex.in dicto
verbo,adulterabat,quòd eſt tempus præſens, & per prædi-
cta poſſet dubitari,an iſte tex.haberet locum in filio, qui iã
adulterauerat nouercam, & non fuit repertus in flagranti
crimine.Inter quæ eſt longa differentia; cogita, quia plura
adduci poſſent,maximè de vulnerato qui incontinenti po
teſt repercutere, ſecus ex interuallo. Vlterius dico, quòd
iſte tex.videtur contraria implicare. nam dicit quòd iſte pa
ter videtur magis latronis, quàm patris iure dictum filium
occidiſſe.poſtea dicit,quòd talis pater deportandus eſt, ſed
ſi latronis iure hoc fecit contra filium,videretur quòd tan-
quàm latro & homicida eſſet condemnandus & non de-
portandus.Sed dici poteſt,ꝙ iſtud crimen commiſſum per
dictum filium contra patrem, fuit adeo atrociſſimum, ꝙ
pater ſimpliciter eſt deportandus,&c.& ideo non habetur
14 reſpectus, quomodo pater eum occiderit. † Item nota ex
iſto tex.quòd patria poteſtas debet in pietate, non in atro-
citate conſiſtere. Quòd ego intelligo in bonis filijs com-
mittentibus leuia crimina,ſecus autem in filijs procedenti-
bus continuè de malo in peius, & committentibus enor-
mia delicta, quia in talibus patria poteſtas debet potius in
atrocitate quàm in pietate conſiſtere, nam pietas eſt pu-
15 nire ſcelus.† Et adde,quòd crudelitas ſeu ſæuitia patris quã-
doque prodeſt filio, nam ſi pater capit filium qui deliquit
& eum præſentat iudici vt eum puniat, debet iudex tali ca-
ſu parcere ipſi filio,ꝑ tex.in l.milites agrum.in §. deſertorẽ.
infrà de re mili.de quo dixi in l.inauditum.quæ eſt l.2.ſ.tit.
1.Item vlterius dico, quòd per iſtum tex. ſatis pt limitari d.
l.inauditum.in qua dicitur,quòd pater ꝑꝑ aliquam cauſam
non poteſt occidere filium, quia imò abſque pœna vltimi
ſupplicij poteſt ipſum occidere ſi adulterat nouercam, vt
hic.& licèt puniatur pœna deportationis,non tamen puni
16 tur vera pœna homicidij.† Modò veniendo ad dicta ꝑ Bar.
hic,poteſt quæri,quare iſte pater qui occidit filium, nõ pu
nitur lege Pompe.vt habetur in l.1.ſ.eo.in quo ipſe Barto.
reſpondet & dicit,quòd ratio huius eſt,quia iſte filius com
mittendo tale crimen contra patrem, perdit priuilegium
filiationis,ideo pater non punitur pœna huius tituli. Et idẽ
dicit ipſe Bar.eſſe in filio committente aliquam cauſam in-
gratitudinis,de quibus in §.aliud quoque capitulum in Au
then.vt cùm de app.cogno.& gloſ. in c. Quintauallis.de iu-
reiuran.Nam tunc perdit priuilegium filiationis,& ꝑꝑ eius
mortem non habet locum lex Pompeia de parri. hoc etiã
probat alia ratione; videlicet, quia filius committens ali-
quam de illis cauſis, perdit ius petendi alimenta. l. ſi quis à
liberis. §. ſi quis ex his. ſ. de lib.agno.& denegare alimenta
eſt necare.l.necare.eod.titu. ergo patet quòd ꝑꝑ omnes il-
17 las cauſas pater excuſatur a pœna parricidij. † Et idem dicit
ipſe Barto.eſſe, ſi pater committeret aliquam cauſam, ꝑꝑ
quam poſſet à filio exhæredari, quia tunc perderet ius pa-
ternum, & eo caſu filius occidens patrem, non teneretur
pœna parricidij,quod etiam dicit habere locum in collate-
ralibus.ita reſidet Barto. hic, & idem videtur etiam firma-
re Ang.hic.Itẽ dicit Ang.quòd licèt iſte text.dicat,quòd iſte
filius adulterabat nouercam, quòd non tamen eum inue-
nit in adulterio. nam ſi eum inueniſſet in adulterio, non
deberet aliqua pœna puniri,per l.marito.ſ.de adult. quæ di
cit,quòd ſi maritus inueniat adulterantem vxorem ſuam,
quod poteſt eum occidere. Sed imò ego dico, vt ſuprà di-
xi;videlicet, quòd pater inuenit filium adulterãtem nouer-
cam,quòd probat apertè tex.in verbo,qui nouercam adul-
18 terabat.† Nec obſtat tex.in d.l.marito.nam ille tex.non lo-
quitur de filio reperto in adulterio, ſed loquitur de extra-
neo.& alia eſt ratio in filio,alia in extraneo.nam non ita le
uiter permittitur patri occidere filium,ſicut ꝑmittitur oc-
cidere adulterum extraneum. & ideo teneo ꝑꝑ diuerſita-
tem rationis,quòd tex. in d.l.marito. non habeat locum in
filio reperto in adulterio cum nouerca, quia pater etiam
tali caſu debebit puniri pœna deportationis,vt hic.& ſic te
19 neo in hoc contra Ang.& gl.† Scias autem, quòd ſecundũ
Do.Alex.hic in apoſtillis, quòd ita punitur occidẽs patrem
ſpiritualem,ſicut patrem naturalem.allegat ad hoc gloſ. in
c.aut facta.de pœni.diſtin.1.[ꝓ qua glo.facit.c.qui dormie-
rit.27.q.2.quæ dixit, quòd maior eſt cognatio ſpiritualis,q̃
carnalis.quam glo.refert & ſequitur Alex.in conſi.ſuo 143.
inci.quoniam abundè.in vlt.co.in 2.vol.& vide in ſing.meo
215.inci.validum eſt argumẽtum.& vide gl.in c. pictatium.
20 30.q.3.] † Et ex iſtis igitur remanet expedita.l.iſta.Sequitur
l.vtrum.

SVMMARIVM.

1 *Conſcius alicuius tractatus contra Principem vel ciuitatem,an ſemper puniatur vt malefactor.*
2 *Anima Bartoli ſepulta eſt in inferno propter opinionem,quam poſuit in hac l.quòd ſciens proditionem contra patriam ſi non reuelet, puniatur morte.*
3 *Tacẽs delictũ committendũ contra patrem,punitur pęna parricidij.*
4 *Dictio,perinde,importat identitatem rationis.*
5 *Clericus ſciens in confeſſione tractatum fiendum & non reuelans, non incurrit crimen læſæ maieſtatis.*
6 *Ex ſola ſcientia,quando quis punitur.*
7 *Si ſtatutum punit tractatum facientem,non requiritur conſummatio delicti ad hoc vt faciens tractatum puniatur pęnã ſtatuti.*

Vtrum Et hoc intendit. Pœna parricidij non ſolũ
tenentur occiſores,ſed etiam conſcij & par
ticipes.h.d.ſecundum Ang.Vel ſic.Occiſores,conſcij & par
ticipes committentium parricidium,tenentur pęna parri-
cidij.h.d.ſecundùm me.Caſus,&c.Nota ex hoc tex.ꝙ con-
ſcius criminis videtur auxiliator,ideo ſi non reuelat homi-
cidium fiendum,punitur tanq̃ principalis. ꝙ eſt notandũ.
1 † Et idem multò magis videtur dicendum in crimine læſæ
maieſtatis,vtputa in aliquo tractatu fiendo de interficien-
dn Principem, vel de dando ciuitatem, vel aliquam portã
ciuitatis inimicis, vel in ſimilibus caſibus. nam ſi aliquis ſit
conſcius ſimilium delictorum & non reuelauerit,debebit
puniri tãquàm principalis,arg.huius tex.& eſt tex.in l. quiſ-
quis.verſus fi.C.ad leg.Iul.maieſt.& ibi Docto.& tenet Bar.
hic.Sed contrariam opi.puto veriorem,ſ. quòd ex ſimplici
ſcientia quis non incurrat crimen læſæ maieſt.niſi quando
hoc poſſet ꝓbare.Sed ſi aliquis ſciret, quia fuiſſet ſibi dictũ
in ſecreto,quòd aliquod crimen læſæ maieſtatis committi
deberet & non poſſet hoc ꝓbare,ideo illud non reuelaret,
non deberet puniri aliqua pęna.& hoc, quia poſtquàm nõ
pt hoc ꝓbare,non videtur teneri,quia nemo debet ſe ſub-
mittere torturæ vel carceribus, vt habetur in l.3. C. ad leg.
Iul.maie.& in l.fi.C.de accu.& ideo in caſu iſto, quando qs
non poſſet ꝓbare tractatum fiendum contra Principem,
quia fuiſſet ſibi dictum in ſecreto, non deberet puniri. ita
no.dixit Bal.in conſi.ſuo inci.quamquam allegata ſint mul
ta,&c.ꝑ plures rationes,& maximè ꝑ illam ſupradictam,ꝙ
nemo debet ſe ſubmittere torturæ vel carceribus, &c. Ad
quid enim tenetur quis reuelare illud, quod ipſe ꝓbare nõ
poteſt.Qui enim ſolum audit & non reuelat, quia ꝓbare
non poteſt,immunis eſt à delicto,vt habetur in l.noſtris.C.
de calum.Et illud conſilium Bald.ad hoc refert & ſequitur
Angel.de Aret.in tract.malefi.in ver. *che hai tradita la toa pa-
tria.*in 2.char.in verſic quòd crimen,&c.vbi dicit, quòd Bal.
ex hoc infert,quòd aſſeſſores ſequentes Barto. hic, & occi-
dentes homines ſolummodò quia non reuelant ſecretum
nõ probabile,omnes ſunt homicidæ, quia viſus vidit,velit,
nolit; & auris audit, quia ſenſus corporis & primi motus
non ſunt in poteſtate hominis,vt dicit gl.in l.1.§.ius natura-
le.ſ.de iuſti.& iu.Et illud dictum Bald.etiam refert & ſequi
tur Ioan.de Ana.in rub.extrà de his,qui fi. occid.& ꝑꝑ præ-
dictam rationem Bald. in d. conſi. deplorat memoriam fi-
deliſſimi militis.Dom.Donati de Barbadoris, qui ob hanc
2 cauſam cum aliquibus alijs fuit decapitatus. † Et ſubdit ibi
Bald.quod ꝑꝑ hoc anima Bart. eſt ſepulta in inferno. & di-
cit Angel.de Aret.in d.ver.crimen.quòd iſta refert Ioan.de
Platea,Doctor Bononien.Inſtit.de publi. iudi. in §. publica
autem.ꝓ quibus facit c.quia plerunque.2. quæſt.7. Et vltra
Angel.adde tu,quòd illud dictum Bald.refert Domi.Felin.
in c.decætero.in vlt.col.de re iudi.& Dom.Alexan.hic.& ꝓ
iſto dicto Bald. eſt tex. no. quem ego ſolus pondero in cle.
volentes. in §.Notarij.in verſic.vt ea ꝓbare valeant. de hæ-
reticis.ex quo tex.colligit ibi Card.quòd qui non poteſt ꝓ-
bare,non tenetur nuntiare. Et pro hac opin. faciunt dicta
per Angel.in l.frater.ſuprà in hoc titu. vbi dicit, quòd fue-
runt decapitati plures ciues, qui non reuelarunt tractatũ,
quem ſolummodò ſciebant,& non fuerunt participes, &
dicit, quòd hoc fuit malè factum & iniquè, quia iura hoc
non patiuntur.de quo etiam per Dom.Felin.latè in c.quã-
tæ.de ſenten.excom. & in c.2. de hæreti. de quo ego latius
dixi in ſingul.meo 164. incip.nemo debet, &c. Et faciunt
optimè dicta per Abb.in c.ſacerdos.in 2.colum.de offi.ord.
vbi dixit, quòd ſacerdos non debet deſiſtere à celebratio-
ne diuinorum, licèt ſciat aliquem ex præſentibus eſſe ex-
communicatum,ſi hoc probare non poteſt,quia illud ſcit

vt Deus in confeſſione, quòd eſt notandum ad prædicta.
3 † Modò redeundo ad tex. noſtrum noto ex ipſo tex. con-
iuncta vlt.gl.quòd tacens delictum magis punitur, quàm ſi
ipſe committeret ipſum delictum.quod patet, nam tacens
delictum committendum contra patrem per filium, puni
tur pœna parricidij,vt hic,quæ eſt maior quàm pęna homi
cidij,vt hr̄ infrà in l. pęna. ſed ſi talis tacens occidiſſet mani-
bus proprijs illum patrē,non fuiſſet punitus, niſi pœna ſim
plicis homicidij,vt in toto tit.s̄.proxi.Et poteſt etiam opti-
mè allegari iſte tex.contra illud vulgatum,videlicet; Tacen-
do nunq̄ me pęnituit,loquendo autem ſępe.& cōtra illud,

Nam nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe locutum,&c.

Item no. etiam ex hoc tex. ꝙ magis attenditur qualitas
4 facientis, quàm ſcientis vel præſtantis auxilium. † Vltimò
no.quòd dictio,perinde,importat identitatem. de qua di-
ctione vide etiam l.qui à patre.& ibi Bar.ff.de confir.tut. &
in l.1.s̄.de recepta.& Bar.in l.ſacrilegij.in §.is autem.infrà ad
leg.Iul.pecu.& ibi Alex.& Bart.in extrauag.ad reprimen.in
verbo,perinde.& Bal.in l.ſed ſi lege.in §.proinde. s̄. de peti.
5 hæredi.Doct.in l.4.qui po. in pig. hab. † Et inquantum iſte
tex.punit conſcios non reuelantes,limita eum non habere
locum in ſacerdote, cui fuit dictum in cōfeſſione aliquod
maleficium fiendum,quia licèt illud non reuelauerit, non
tamen cadit in aliquam pœnam per tex. in c.omnis vtriuſ-
que ſexus.de pœn.& remiſ.& ibi per Docto.Modò contra
iſtum tex.poteſt opponi,ſecundùm Bar.nam videtur, ꝙ cō
ſcius non teneatur aliqua pœna, quia de ſcientia ſola quis
non debet puniri,vt l.culpa caret.infrà de regu. iur. & in c.
non eſt ſine culpa.eod.ti.in 6.Quapropter glo.hoc contra-
rium ſentiens dicit,ꝙ debet addi,conſcij & participes. Sed
tamen dicit Bart.quòd contra hanc ſolutionem videtur ca
6 ſus in l.2.s̄.eo.Et ideo † Bart. ſoluit hoc modo; videlicet,vt
dicamus, quòd ex ſola ſcientia quis non debet puniri, niſi
quando maleficium debet committi in perſonam alicu-
ius, cui ipſe committens eſt ſuppoſitus poteſtati ſuæ, vt ſi
ſeruus eſt ſciens de morte domini,vt habetur in l.1.§.ſi ſer-
uus.s̄.ad Sylla. vel in filio, ſi fuit ſciens de morte patris, vt s̄.
eo.l.2.Et idem in vaſallo,ſi fuit ſciens de morte domini. &
idem dicit de eo,qui fuit ſciens de turbatione ciuitatis ſuæ,
vel de aliquo committendo contra Principem, vt habetur
in l.quiſquis.in fi.C. ad leg. Iul. maieſta. in alijs autem vide-
tur,quòd non ſufficiat ſola ſcientia, niſi etiam ſit particeps
delicti,vt not.hic, & in d.l.culpa caret. & in d.c.non eſt ſine
culpa.Subdit poſtea ipſe Bar.ꝙ contra glo.huius legis vide-
tur tex.Inſti.de publi.iudi.in §.alia. vbi ponit de conſcijs per
ſe & de participib.de ſe.Sed dicit,quòd illum tex. poſſumus
intelligere ſecundùm diſtinctionem præcedentem,licèt vi
7 deatur fieri violentia illi literæ.Ita reſidet Bar.in hac l.† Do
minus autem Alex.hic in apoſtillis dicit vnum no.verbum
in materia huius legis;videlicet,quod ſi ſtatutum punit fa-
cientem tractatum, non requiritur conſummatio delicti
ad hoc vt faciēs tractatū puniatur pęna ſtatuti. allegat hoc
voluiſſe Abb.in c.tua nuper.extrà de his, quæ fiunt à præla.
ſine conſen.ca.per illum tex.& gl.ibi,quod etiam no.Bal. ſe
cundum eum,in l.aduerſus.C. de fur. quod eſt ſummè no-
tandum, cùm regulariter non puniatur attentās delictum,
niſi perficiatur,vt in auth.ſed nouo iure.C.de ſer.fugi. vbi ꝑ
Bal.& Do.Barth.Cępo.latè.Sed tu,vltra Dom.Alex.dicas,ꝙ
iſtud idem voluit tex.in cle.paſtoralis.in verbo,tractauerat.
& ibi Card. de re iud. vbi probatur quòd tractatus in atro-
cioribus habetur pro facto. & allegat Card. ad hoc, l. quiſ-
quis.C.ad leg.Iul.maie.& 6.q.1.§.verum.& idem probat tex.
in l.1.in fi.& ibi dixi s̄.in hoc tit. tene menti, quia no.eſt &
ſępe accidit in facto. Et ex iſtis redditur expedita l.iſta.ſequi
tur. l. ſi ſciente.

S V M M A R I V M.

1 ☞ *Præſtans ſimplex auxilium etiam remotum à maleficio, puni-*
tur eadem pęna qua ipſe malefactor.
2 *Mutuans pecuniam ad emendum arma pro maleficio committendo,*
tenetur de auxilio.
3 *Portans ſcienter literas homicidij,punitur de homicidio.*
4 *Proxeneta contractus vſurarij tenetur ad reſtitutionem vſurarum,*
ſicut principalis.
5 *Notarius conficiens inſtrumentum vſurarium ſcienter, tenetur ad*
reſtitutionem vſurarum & efficitur infamis,nec poteſt vlterius
inſtrumenta condere.nu.6.
7 *Notarius conficiens inſtrumentum ſimulatum punitur pęna ma-*
nus,& eſt perpetuò infamis.
8 *Si aduocatus auxiliatur fouenti iniuſtitiam,& habens iuſtitiam ſuc*
cumbat,tenetur aduocatus ad omne intereſſe.

Si ſciente. Et hoc intendit.Miniſtrans pecuniam vt
poſſit parricidium conſummari, dicitur
opem ferre,& de parricidio tenetur. h. d. ſecundùm Ang.
1 No. dictum in ſummario. † Item etiam no.tex.valde pon-
derandum,qui probat ꝙ præſtans ſimplex auxilium etiam
remotum à maleficio ipſi malefactori,punitur eadem pę-
na, qua punitur ipſe principalis delinquens. Et ſic iſte text.
deſtruit illam notabilem doctrinam Bal. in l. iudices. C. ad
leg. Iul.peculatus.vbi dixit quòd opem ferens maleficio pu-
nitur eadem pœna,qua punitur delinquens, quod dicit eſ-
ſe verum,ſi fert opem per actum proximum facto,vtputa
ſi aſſiſtit facienti,ſi autem ferret opem per actum remotū,
tunc mitius punitur, &c. Sed hic apparet, quòd iſte mini-
ſtrans pecuniam vt poſſit parricidium conſummare, præ-
ſtat opem parricidio per actum remotum,& tamen puni
tur eadem pęna qua principalis & nō mitius,ergo iſte text.
deſtruit dictum Bal. in d.l.iudices. de quo dicto aliqua etiā
dixi in l.fin.ſuprà de ſica.Pro ſolutione mihi videtur dicen-
dum,quòd hic tex.non habet obſtare dicto Bal.eo quia lo-
quitur in parricidio, & ſic in enormiſſimo delicto, quòd
delictum eſt adeò exoſum iuri, quòd hoc conceditur ſcili-
cet,quòd præſtans in eo opem per factum remotum,puni
tur vt principalis. Sed ſecus eſſet in alijs criminibus non ita
odioſis & enormibus,de quibus loquitur Bal.in d.l.iudices.
& ſic remanet firma doctrina Bal. in d. l. iudices. Vlterius
Angel.hic exponit iſtum tex.in verbo,quique,&c. in proxe
netis, & in mediatoribus, & in nuntijs portantibus amba-
ſiatas pro committendis maleficijs parricidij,vt tales teneā-
tur de auxilio & de fauore,& ſic puniantur pęna parricidij.
2 † Et dicit etiam Angel.quod illi qui mutuant pecuniam vt
emantur arma pro maleficio committendo,teneantur de
auxilio. quod ego intelligo de ſimplici auxilio in alijs deli-
ctis, ſed in hoc punitur eadem pœna propter atrocitatem
3 delicti,vt dixi. † Et circa materiam iſtam tene menti vnum
videlicet,quòd nuntius ſcienter portans literas homicidij,
tenetur pœna homicidij.ita no.dixit Cyn.in l.non ideo mi
nus.C.de accu.& Bal.allegans Cy.in l.1.§.ne autem.in 5.col.
C.de cad.tollen.Et idem etiam voluit Barto.in l.1.in §. inci-
dit.ſuprà ad Turpillia.vbi dicit,quòd nuntij,per quos fiunt
tractatus maleficiorum,puniuntur,per illum text. Et idem
etiam videtur tenere Bart.in l.aut qui aliter.§.fin.s̄.quod vi
aut clam.& idem etiam expreſſè firmauit Ang.de Aret. in
libro maleficio.in verbo,Sempronium mandatorem.in 3.
char.in verſic.ſextò quæro, &c. & Salyc.in d.l.non ideo mi-
nus.in antepe.col.in ver.viſo de mandante, quæro quid de
nuntio,&c.de quo dixi,etiam in ſingu.meo 181. inci. man-
dans,&c.Venio ad glo.quia alia textualia hic non ſunt.& gl.
4 iſtius l.etiam ſunt claræ,& nihil difficultatis habent. † Et ex
glo.fina. nota quòd proxeneta contractus vſurarij tenetur
ad reſtitutionem vſurarum, ſicut ipſe principalis. & hanc
glo.ad hoc reputant ſingu.Doct. & eam refert & ſequitur
Ludo. Roma.in ſingula.ſuo 274.inci.fui interrogatus. vbi
dicit iſtam gloſ. fore ſingularem. & reprobat Bald. repro-
bantem illam in ca. 1. §. ſimiliter. in vlti.colum.de contro-
uer. inueſti. pro qua gloſ. Ludo. Roma. in d. ſingu. alleg.
glo.in c.Michael.extrà de vſur.& Archid.in c. ſicut non ſuo
46.diſtin.& Lapum,allega. 93. Sed ego vltra Ludo. Roma.
dico quòd iſta glo. non eſt ſingu. ſed imò alia eſt ſimilis in
l.ordine.in §.fina.in verbo,miniſter.infrà ad munici. quam
5 alleg.etiam Angel. hic. † Et dicit quòd Rayne.dixit ſub du-
bio fortè,quòd Notarius conficiens inſtrumentum vſura-
rium ſcienter, tenetur ad reſtitutionem vſurarum, quod
etiam firmiter tenuit Hoſtien.in ſumma.in titu. de vſur.in
6 §.fina.in verſi.quid de Notario,&c.vbi dixit, † quòd Nota-
rius ſcribens inſtrumentum vſurarium punitur,quia effici-
tur periurus, & non poteſt vlterius inſtrumenta facere, &
poteſt pronuntiari infamis. quod dictum refert Archid.in
d.ca. ſicut non ſuo.& Ludo. Roma. in ſingul. ſuo 383.inci.
pone quòd Notarius. pro quibus etiam faciunt dicta per
Domi.Felin.in c.ſi aduerſus.extrà de hæreti.in 2. no. & per
Cępo. in conſi. ſuo vltimo. & per Bald. in rub. C. res inter
alios acta.circa fi.vbi refert Archid.in d. c. ſicut non ſuo. &
dicit, quòd non eſt mirum ſi Notarius faciens inſtrumen-
tum vſurarium tenetur ad reſtitutionem vſurarum, eo
quia conficere inſtrumenta illicita,eſt quandoque ſpecies
falſitatis. Et ſubdit ibi Bald. idem eſſe in aduocatis dictanti-
7 bus talia inſtrumenta in fauorem vſurariorum. † Et di
cit, quòd habemus vnum caſum ſingularem in ca. Impe-
rialem, in §. ſcriba. de prohi. feu. alie. per Fed. vbi eſt vnus
caſus, in quo Notarius ſcribens inſtrumentum ſimulatum
8 punitur pœna manus, & eſt perpetuò infamis. † Item ad-
de etiam in ſimili,quòd ſi aduocatus auxiliatur fouenti in-
iuſtitiam,

iuſtitiam,& habens iuſtitiam ſuccumbat, tenetur ei ad oē intereſſe,ſecundùm Do.Anto.in c.calumniam.in ſi.de pen. quem refert,& ſequitur Dom.Fely.in c.1.in 12.col. de cōſt. & in c.tua nos.in princ.extrà de homic.de quibus omnibus vide quæ plenè dixi in ſing.meo 181.incip. mandans homicidium,&c.& vide etiam Ange. hìc. Et ad prædicta etiam faciunt dicta per Ludo.Roma.in ſingu.ſuo in 22.char. in 1. col.in ſingu.incip.proxeneta. & vide etiam Bal. in reperto. ſuo,in verbo,proxeneta.in prin.vbi approbat gl. huius. l. & eam dicit ſingula.alia non dicuntur in hac l.ideo ſequitur.l. parricidij. ſed quia d.l.nullam materiam habet, & ſimiliter l.pen.& fi.ideo eas prætermittere ſtatui, & transferam me ad titulum de falſis. & ſolùm legam aliquas leges dicti tituli,quæ mihi videbuntur vtiliores, & eas commentabo vt ſoleo in voce & in ſcriptis, ideo ſequitur titulus ad leg.Corne.de falſis.

Ad legem Corneliam de falſis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Falſum,eſt mutatio veritatis ex certa ſcientia facta.*
2 *Si quis credit dicere veritatem in aliqua re,& iurat ſic eſſe,non eſt falſarius,nec periurus,licèt veritas ſit in contrarium eius, quod dixit.*
3 *Falſi pœna eſt deportatio, & publicatio omnium bonorum in liberis perſonis;in ſeruis verò pœna capitis nu. 11.*
4 *Stante ſtatuto, quòd occidens occidatur, niſi occidens occiderit doloſè & ex propoſito,non habebit locum pęna ſtatuti.*
5 *Teſtis dicens falſum ſine dolo,non punitur aliqua pęna.*
6 *Statutum puniens aliquem præſumentam,& ſic notans dolum & temeritatem, non ligat hominem ſimplicem contrauenientem ſine dolo.*
7 *Periurium non committitur ſine dolo.*
8 *Teſtis tacens verum per pecuniam, ita debet puniri ac ſi falſum diceret.*
9 *Teſtis punitur de falſo non ſolùm, quando tacet verum, ſed etiam quando obſcurè,ſimulatè,vel malitioſè loquitur.*
10 *Falſum,quot modis committatur.*
12 *In generali remiſſione delictorum,an compræhendatur crimen falſi.*
13 *Condemnatus ad mortem ſi ducitur ad locum ſupplicij, & obuiat Cardinali in via, liberatur à morte, ſi Cardinalis ponit pileum ſuum ſuper capite condemnati.*
14 *Falſarius non recipitur contra falſarium.*
15 *Vna falſitas non compenſatur cum alia,ſed vtraque punitur.*
16 *In criminis falſi accuſatione non requiritur appoſitio loci, nec temporis.*
17 *Crimen falſi eſt grauiſſimum: & nullum eſt crimen quod ita vituperet ſtatum & famam hominis ſicut ipſum.*
18 *Priuilegium ſi reperitur falſum,eſt nullum.nu.21.*
19 *Suſpitio falſi pro veritate habetur.nu.36.*
20 *Si crimen falſi eſt incidenter deductum in litem, pronuntiatur ſuper eo.*
22 *Ob crimen falſi poteſt quis ſine accuſatore condemnari.*
23 *Clericus conuictus de crimine falſi, ſtatim deponitur & traditur curiæ ſeculari.*
24 *Executio legis,ſtatuti,contractus,vel alterius diſpoſitionis,non pōt fieri,niſi præcedat ſententia declaratoria iudicis.*
25 *Iudex procedens contra aliquem tanquàm contra contumacem,debet ante omnia interloqui eum eſſe contumacem,aliàs non ſufficit ſola contumacia.*
26 *Sententia canonis vel legis non habet iudicis officium executiuum, niſi ſequatur ſententia hominis cum cauſæ cognitione.*
27 *Notarius cōmittens falſum,propter quod ex forma ſtatuti ſit priuādus officio tabellionatus,attamen poteſt facere inſtrumēta,& valent antequam ſit priuatus officio per ſententiam iudicis.*
28 *Omnis excommunicatio eſt ſuſpenſa contra excommunicatum antequam ſit declaratum per ſententiam, ipſum eſſe excommunicatum.*
29 *Ad hoc vt quis ſit infamis, requiritur confeſſio ipſius in iucicio uel ſententia iudicis declaratoria,nec ſufficit probatio criminis.*
30 *Statutum,quòd vaſallus in dominum committens feloniam amittat feudum, intelligitur per ſententiam.*
31 *Sententia iudicis in pœnis requiritur.*
32 *Clericus relaxans comam,an ſit excommunicatus.*
33 *Statutum dicens,quòd ſententia ſit nulla niſi intra decem dies fuerit regiſtrata ad cameram actorum: ſi talis ſententia non fuit regiſtrata intra illos decem dies, ad hoc quòd ſit nulla requiritur ſententia declaratoria iudicis.*
34 *Emphyteuta cadit à iure ſuo propter canonem non ſolutum, debet ſuper hoc fieri declaratio indicis. contrarium tamen vide, num.47.*
35 *Ad hoc vt quis ſit priuatus ſuo beneficio, requiritur declaratoria iudicis.*
37 *Quis non dicitur talis, donec eſt pronuntiatus pro tali.*
38 *In notorijs requiritur ſententia declaratoria iudicis.*
39 *Notorium pro ſententia non habetur.*
40 *Statutum volens, quòd condemnatus pro maleficio poſſit impunè occidi,an qui non eſt condemnatus, ſed crimen ſuum eſt notorium, poſſit occidi.*
41 *In notorijs pars eſt citanda.*
42 *Statutum, quòd contumax ponatur in banno, quomodo intelligatur.*
43 *Rector parochialis eccleſię in ea non reſidens vel non tenens ibi vicarium,priuatur ipſa eccleſia.*
44 *Pœna appoſita non vindicanti mortem defuncti ipſo facto eſt inflicta hæredi, quando habuit facultatem vindicandi, & non vindicauit mortem defuncti.*
45 *Imponens manus violentas in clericum, incurrit excommunicationem.*
46 *Qui ſepelit manifeſtum vſurarium ſine licentia,eſt ipſo iure excommunicatus.*
48 *Eius,quod multipliciter exponitur, veritas ignoratur.*
49 *Diuerſitas opinionum reddit legem incertam.*
50 *Intellectus dubius alicuius conſtitutionis,neminem ligat.*

ADlegem Corn. de fal. Omiſſa continuatione huius rubr tanquam nullius vtilitatis, vt ſolitus ſum dicere,poteſt queri hìc de aliquibus circa materiam huius
1 rubricæ.ideo † primò quæro,quid ſit falſum? In quo Azo in ſumma huius tit.in prin.dicit, quòd falſum eſt mutatio veritatis.allegat tex. in Aut.de inſtr.cau.& fide.in princ. Sed Hoſt.in ſumma,extrà de crim.fal.dicit,quòd falſum nihil aliúd eſt quam mutatio veritatis ex certa ſcientia facta, quod falſum etiam non cōmittitur ſine dolo.alleg.d.Aut.de inſtru.cau.& fi. in prin. & 12.q.2.c.homines.& c.is autem.l.nec exemplum. C. eo. & l. quid ſit falſum.& l.diuus.infrà eo. Et iſta diffinitio Hoſt. videtur verior propter illud verbum,ex certa ſcientia. Nam vt ipſe dicit, falſitas non committitur ſine dolo, vt in dictis
2 iuribus. † Et ideo ſi quis credit dicere veritatem in aliqua re & iurat ſic eſſe, non eſt falſarius, nec periurus, licèt veritas ſit in contrarium eius,quod dixit. ita no.dixit Bal. in l.2. §.quod obſeruari.C.de iuram.cal.per illum tex. quod dictū ſequitur Petr.de Anchar.in c.2.de iura.calum.in 6. quos refert & ſequitur Do.Fely.in c.1.circa fin. vt lite non conteſt. Et licèt Bal.in d.§.quod obſeruari.dicat hoc non habere locum in teſte, qui debet deponere de veritate, ſed tantùm dicit hoc habere locum in iuramento credulitatis: Mihi videtur quòd in hoc Bal.non rectè loquatur,quia etiam in teſte iſtud debet habere locum. Nam ſi teſtis iurat tale quid verum eſſe ductus iuſta credulitate, licèt veritas ſit in contrarium,non debet dici periurus nec falſarius, quoniam uehemens credulitas habetur pro certitudine, ſecundùm Innoc.in c.fi.poſt med.de iuram.calum.& in c.ex literis.de iureiur.quod etiam voluit Arch.in c.beati.2.q.7. & in c. quoties.de teſti.& Ioan.de Imo.in l.in repudianda.ſ.de acqu.hęred. Alex.in l.1.in 15.col.ſ.ſi cert.peta. Pet.de Anch. in conſ. ſuo 235.inc.viſis diligenter.in 3.col.& in conſi. 259. inc. ſuper primo quæſito. ubi dicit quòd vehemens opinio conſona veritati æquipollet certitudini.alleg.glo.& ibi Bal. in l. ſi extraneus.§. ſciendum.ſ. de acquir.hæredit.vbi etiam per Io.de Imo.de quo etiam per Dom.Felyn.in d.c.1.circa fi.vt lite non conteſt. Et dixi ego latiſſimè fortè vltra alios in ſingu.meo 205.inc.vehemens opinio, &c. Ex quibus mihi videtur, quòd prædicta etiam habeant locum in teſte ſibi credente & perſuadente dicere veritatem,quia non erit piurus nec falſarius,licèt veritas ſit in contrarium. Et poteſt poni exemplum. Ego habebam mecum in ſocietate mulierem indutam veſte virili, quæ primo aſpectu videbatur vir, vt ſæpe iſtis temporibus contingit, & facio actum vel contractum coram illa muliere, teſtes autē ſuper hoc examinati dicunt quòd quando contraxi, erat mecum in ſocietate quidam homo ſeu quidam vir,an ſint periuri,& falſarij poſtquàm illa erat fœmina? Certè non argum.l. item apud Labeonem.§.ſi quis virgines.ſ.de iniur.& l.filiusfamilias.ſ.de ritu nup. Poteſt etiam poni aliud exemplum,vtputa quidam mutuauit mihi x.monetas argenteas,quæ primo aſpectu videbantur aurei. Teſtes inducti ſuper iſto mutuo dicunt cum iuramento,quòd ille talis mutuauit mihi

x.aureos

x. aureos, an per hoc tales teſtes ſint periuri, uel falſarij. certè non, quia vehemens opinio & credulitas eorum eos excuſat per iura ſuperius adducta. Ex quibus infero, quòd illud dictum Bal. in d. §. quod obſeruari. videlicet, ꝙ credens dicere verum & iurat, non eſt periurus nec falſarius, licèt veritas ſit in contrarium, habet etiam locum in teſte, & ſic in hoc Bald. non rectè locutus eſt. Item vltra præmiſſa circa diffinitionem Hoſt. in loco preallegato, inquantum dicit ꝙ falſitas eſt mutatio veritatis facta ex cera ſcientia, & ꝙ falſitas non committitur ſine dolo. Dico ego, ꝙ pro hoc poſ-
3 ſunt aliqua adduci. † Et primò dico, ꝙ de iure communi pœna falſi eſt deportatio & bonorum publicatio in liberis hominibus, in ſeruis autem eſt vltimum ſupplicium, vt habetur in l. 1. §. fi. infrà in hoc tit. & Inſt. de public. iud. in §. itē lege Corn. Sed hodie communiter per Italiam ſunt ſtatuta punientia falſitatem pœna corporali, quo caſu ſemper adhoc vt quis puniatur tali pœna, requiritur dolus. ita dixit
4 Bal. in l. quicunq;. in 5. col. C. de ſeruis fugit. † Et dixit Bal. in l. data opera. in 4. col. C. qui accuſa. non poſ. in verſic item ſi ſtatutum punit homicidium, &c. ꝙ quoties ſtatutum imponit pœnam corporalem pro homicidio, vt quia dicit ꝙ occidens occidatur, niſi occidens occiderit doloſè, & ex ꝓpoſito, non habebit locum pœna ſtatuti vel legis, ſed aliter debebit mitius puniri. de quo etiam habetur per Bar. in l. 1. §. 1. ſ. ſi quis teſta. liber eſſe iuſ. fue. & not. Bal. & Saly. in l. 2. C. de noxali. & Saly. in l. pen. C. de ſica. Pau. de Caſt. in l. 1. in fi. C. de legi. & in l. 1. C. vbi ſena. vel cla. vbi exclamat contra iudices ignorantes, qui neſciunt à verbis ſtatuti recedere. pro quibus faciunt dicta per Bal. in l. non dubium. in 6. col. verſ. eodem modo ſi ſtatutum diceret, &c. C. de leg. & facit glo. in c. ſi aliquis. extrà de homic. & in c. 1. de conuerſione infide. & hanc partem etiam firmauit Saly. in l. ſenatus. C. de his qui ſibi aſcri. in teſtamento. & probatur per glo. in l. oſſa. §. ſi in locum. ſ. de relig. & ſump. fune. & hoc ibi voluit, Do. Flo. in l. dolo malo. ſ. de ſer. cor. & in l. qua actione. §. ſi quis in colluctatione. ſ. ad legem Aquil. & Ange. in l. ſi plagij. C. ad legem Iul. de plag. & Pau. de Caſt. poſt glo. & Bal. ibi in l. & ſi ſeuerior. C. ex quib. cau. infa. irrog. vbi dicit, quod ipſe habuit de facto hunc caſum, nam quidam ſine dolo proiecerat lapidem, ex quo occidit aliquem, dicit ꝙ euaſit ipſum à pœna mor. licèt ſtatutum diceret ꝙ occidens occidatur. Et dicit, ꝙ iudices dicebant verba ſtatuti debere obſeruari ad vnguem. & dicit ꝙ ipſis iudicib. allegauit dictum Bal. in l. data opera. ante fin. C. qui accuſa. non poſ. & dicit, ꝙ ſi non habuiſſet doctrinam Bal. hoc dicentem, feciſſent illum decapitari. & idem dicit ipſe Pau. de Caſt. in l. 1. C. vbi ſena. vel cla. Item hanc partem, ꝙ talis non debeat puniri pęna mortis, tenuerunt plures alij Doct. in alijs locis, quos latius addu-
5 xi in l. de minore. in prin. in 7. col. infrà de quæſtio. † Et facit etiam ad prædicta no. verbum Ang. in Aut. de teſte. §. licet. in 2. col. vbi dixit, ꝙ quādo teſtis dicit falſum errore ductus, deponendo contrarium eius, quod primò dixerat, vt ſi fortè eſt quidam ruſticus non intelligens, tunc nullatenus debet puniri, quod dicit eſſe multum aduertendum à iudice.
6 † Et facit etiam, quod voluit Card. in cle. 1. in 39. q. de priuil. vbi refert ſe conſuluiſſe, ꝙ illa clauſula puniens aliquem pręſumentem, & ſic notans dolum & temeritatem, non ligat hominem ſimplicem contrauenientem ſine dolo vel præſumptione, quia ceſſat reſpectus, quē lex cōſiderauit. quod dictum refert & ſequitur D. Fely. in c. quoniam. in 5. col. de proba. vbi dicit, quòd non legit alibi tam no. verbum in materia ſua. poſtea ſubdit, quòd prius conſuluit illud Io. Cal. in tit. de ſen. excom. in conſi. 4. inc. ſacerdos parochialis, &c. vbi latè conſuluit, quòd non faciens in contemptum, nō incurrit pœnam legis, quæ vtitur verbis denotantibus dolum. de quo etiam dixi in ſingu. meo 287. incipien. tetigi tibi, &c.
7 † Item facit etiam ad prædicta, quod voluit Alex. in l. fi. ſ. qui ſatiſd. cog. vbi dixit, quòd periurium non committitur ſine dolo. Et adduci etiam poteſt dictum Bald. in l. 2. C. de erro. aduo. vbi dixit, quòd ſi ex forma ſtatuti miniſtrales capellarum debent denuntiare maleficia ſub pęna, & quia neſciūt literas faciunt ſibi ſcribi à quodam Notario nomen delinquentis & locum delicti, & quandoque erratur in nomine delinquentis, ex quo iudex vult miniſtralem punire, certè non poterit hoc facere, quia talis error non debet nocere ipſi miniſtrali, qui neſcit literas, & ipſe miniſtralis non debet puniri, niſi conſtet ꝙ ipſe hoc doloſè fecerit, alleg. l. diuus. ſ. de cuſto. reo. & in dubio magis præſumitur error, ꝙ̃ dolus. arg. l. pe. C. de his, qui ſibi aſcri. in teſt. de quo dicto ēt
8 feci mentionem in l. qui ignorans. infrà in hoc tit. † Vlterius circa hanc diffinitionem falſi datam ab Hoſtien. in dicta rub. de crimine fal. inquantum dicit, eſt mutatio veritatis ex certa ſcientia. Ego dicebam ex hoc, ꝙ teſtis tacens verum per pecuniam, ita punitur de falſo, ſicut dicens falſum, quia tacere veritatem lapit falſitatem. c. quiſquis metu. 11. q. 3. & c. ne quis arbitretur. 22. q. 2. & ibi glo. Et ideo meritò teſtis tacens verum, ita punitur de falſo, ſicut ſi falſum diceret, quia eius taciturnitas mutat veritatem. ita dixit Bart. & Bald. in l. præsbyteri. C. de epiſ. & cler. & Bart. in l. ea, quæ. ſ. de actio. emp. & Bal. in l. nullum. in 2. no. C. de teſti. & in c. 1. in tit. ſi inter Do. & va. lis oria. & in l. præſcriptione. C. ſi contra ius, vel vtil. pub. & ibi Bar. & Bal. in marga. in verbo, teſtis, &
9 Ang. in Auth. de teſte. † Et dixit Bar. in d. l. ea, quæ. ꝙ teſtis punitur de falſo non ſolùm quando tacet verum, ſed ēt quando obſcurè, ſimulatè, vel malitioſè loquitur. Et dixit Bald. in d. l. nullum. ꝙ teſtis punitur de falſo, quando non dicit plenè factum, & ponit exemplum in teſte qui vidit factum & non reddit rationem viſus, ſed famæ ad hoc vt teſtimoniū ſuum non probet, nā criminaliter debet puniri pœna falſi, & ciuiliter tenetur parti ad intereſſe. alleg. l. qui nomine. infrà in hoc tit. quod dicit eſſe menti tenendum. de quibus ēt
10 dixi in l. 1. §. ſed ſi quis. infrà in hoc tit. † Modò viſo quid ſit falſum, quæri poteſt, quot modis committatur falſitas ſeu falſum? In quo dicas quod committitur pluribus modis, videlicet, ſcriptura, vt ſi quis ſcribat falſum vel deleat verū, vt habetur in l. 1. §. qui in rationibus. infrà in hoc tit. & in l. Paulus. §. Paulus. eo. tit. Item etiam committitur dicto, vt in teſte falſum deponente, vt in d. l. 1. in prin. Item committit etiam facto, vt in faciente falſam monetam vel falſam menſuram, vt in l. quicunq;. & in l. pe. §. 1. infrà in hoc tit. Item cōmittitur etiam falſum alijs pluribus modis, quos ponit Hoſtien. in ſumma huius tit. in §. qualiter committatur. per to-
11 tum. §. &c. † Quæ autem ſit pœna falſi? Dicas ꝙ pœna falſi & quaſi falſi eſt deportatio, in qua deportatione id eſt, bonorum publicatio. quod intellige in liberis. In ſeruis autem eſt vltimum ſupplicium, vt in l. 1. §. fina. infrà eo. & Inſtitu. de publ. iudi. §. item lex Cornelia. Punitur etiam alijs pœnis, vt habetur per Hoſt. in ſumma de crim. fal. §. & qualiter puniatur. per totum.

Et circa hanc materiam falſi, dic vltra omnes, ꝙ iſtud crimen licèt non puniatur durius alijs, tamen videtur eſſe grauius alijs criminibus. quod patet, nam aliqua habet vltra alia
12 crimina. † Et ideo dixit Bar. in l. Lucius. in fi. infrà ad Turpi. ꝙ in generali ſermone remiſſionis delictorum, nunquàm comprehenditur crimen faln. & idem dixit Petr. de Ancha. in repet. c. 1. in 39. char. ver. vnde ſi ſtatuto. extrà de conſti. & Ang. in diſpu. ſua, incip. exorta guerra. & Nel. in tract. banni. in 3 parte. 2. temporis q. 41. Quod dictum tamen limita, vt non procedat quando in carceribus vel in banno non eſſent alij carcerati vel banniti pro alia cauſa ꝙ̃ pro falſitate, quia tunc carceratus vel bannitus pro falſitate gaudebit beneficio ſtatuti. ita dixit Nel. in tract. bannit. in d. q. 41. ubi ēt ſubdit, ꝙ beneficio dicti ſtatuti gaudebunt banniti pro falſitate, quando eſſent tres banniti & carcerati, quorum duo erant banniti pro falſitate, tunc enim cum aliter rectus ſermo pluralis numeri poſitus in ſtatuto uerificari non poſſit ad illos porrigitur. alleg. in ar. l. fi. ſ. ad Tre. & hanc doc. pro no. approbat Do. Io. Bap. de Sancto Seuer. in rep. l. omnes populi. in 112. col. ſ. de iuſti. & iu. in prin. de quo dixi in l. 1. §. ſi ſeruus. in 4. col infrà de quæſtio. & ſing. meo 163. inc. crimen falſi. Item habet hoc crimē falſi unum aliud ultra alia
13 crimina. † Nam ille, qui eſt condemnatus ad mortem, ſi ducitur ad locum ſupplicij & obuiat Cardinalem in uia, liberatur à morte ſi Cardinalis ponit pileum ſuum ſuper capite ipſius condemnati ad mortem. ita dixit Bal. Pau. de Caſt. & Saly. in l. addictos. C. de appel. quos refert & ſequitur Bar. Cœpo. in caut. ſua. 2. [Idem tenet Iaſ. in §. pęnales. in 24. col. Inſt. de act. & uide Corſe. in nota. in uerbo, Cardinalis.] Tamen hoc non habet locum in damnato ad mortem pro crimine falſi, quia talis non liberabitur à morte, ſi obuiabit Cardinalem, & ſibi impoſuerit pileum ſuum ſuper capite. ita dixit Barb. in trac. Cardinalium. in 9. q. 1. partis. ad quod alleg. d. l. Lucius. infrà ad Turpil. [† Scias tamen ꝙ licèt hoc
14 crimen habeat plura ſpecialia ultra alia crimina, tamen falſarius non recipitur contra falſarium. Ita not. dixit Bald. in marga. ſua. in uerbo, confeſſio. in 2. uerſi. ubi ad hoc allegat
15 Innoc. in c. 1. de confeſ.] † Item iſtud crimen habet aliud ſpeciale. Nam licèt paria delicta mutua compenſatione tollantur. l. uiro atq; uxore. ſ. ſol. matr. cum ſi. hoc tamen fallit in iſto crimine, quia in ipſo una falſitas non compenſatur cum alia, ſed utraq; punitur, ſecundùm Bal. in rub. C. de fide inſtrum. in uerſ. incidenter etiam quæro, &c. & per Bertha.
16 in uer. delictum. in 5. uer. † Item teneas etiam menti circa hanc materiam falſi, ꝙ licèt regulariter in accuſatione

uel

uel inquiſitione delictorum debeat poni locus & tempus commiſſi delicti, tamen hoc fallit in crimine falſi, quia in tali crimine non requiritur appoſitio loci, nec temporis. ita no. dixit Ang. de Aret. in tracta. maleſi. in verbo, falſario. in verſi. & tene menti tu iudex inquirens. alleg. ad hoc glo. Inſti. de pub. iud. in prin. & Bal. in c. 1. circa prin. qui. mo. feu. amit. Et idem etiam dixit ipſe Ang. in d. tracta. in verbo, in
17 platea communis. in princ. † Et dixit Pau. de Caſt. in conſi. ſuo 151. inc. videtur dicendum. poſt prin. ꝙ crimen falſitatis eſt grauiſſimum, & ꝙ nullum eſt crimen, ꝙ ita vituperet famam & ſtatum hominis, ſicut ipſum, intantum quòd pœnæ mortis ſimilis eſt, & ideo poteſt ſuper eo tranſigi, ſicut ſuper criminibus inferentibus mortem, ſeu pœnam mortis. de quibus in l. tranſigere. in fi. vbi per Doct. C. de tranſac.
18 † Et facit etiam, nam licèt confirmatio operetur ſupplementum defectus exiſtentis in confirmato, vt habetur in c. quoties. extrà de pact. & in c. 1. de tranſact. & habetur per Oldr. in conſi. ſuo 257. inc. factum tale eſt, &c. in 4. col. & dixi latè in ſing. meo 79. inc. confirmatio, &c. Tamen illud ꝙ confirmatur, puta priuilegium, ſi reperitur falſum, tunc confirmatio facta cum quacunq; clauſula vel ex certa ſciētia, vel motu proprio, vel alio modo, non prodeſt & nil operatur. ita ſing. dixit Abb. in c. inter dilectos. extrà de fi. inſtrum. & ibi Do. Fely. poſt eum, in 5. colum. & iſtud eſt etiam de mente Inn. Io. Andr. Card. & Do. Ant. in d. c. inter dilectos. de quo latius dixi in ſing. meo 163. inc. crimen falſi. & in rub. extrà de crim. fal. [Adde etiam aliud ſpeciale, quod ponit Bald. in l. 1. in 2. col. in verſ. vltimò oppo. C. de condi. indebi. & ad hanc materiam vide etiam Alex. in conſil. 205. inc. ponderatis. in 1. col. in 6. vol. & Franciſ. de Cur. in conſi. 56. inc. ſuper
19 proceſſu. in 8. col.] † Adde etiam prædictis, ꝙ iſtud crimen habet etiam aliud ſpeciale, videlicet, quia ſuſpitio falſi pro veritate habetur. ita dixit Arch. & Gem. in c. in memoriam. 19. diſt. alleg. l. iubemus. C. de proba. licèt regulariter ſit con-
20 trarium. vt habetur in l. abſentem. infrà de pœn. † Item ſubdunt etiam prædicti in d. c. in memoriam. quòd aliud etiā ſpeciale concurrit in hoc crimine, videlicet, quia ſi crimen falſi incidenter deducatur in litem, pronuntiatur ſuper eo. l. vbi. C. eo. de fal. ꝙ regulariter non fit, vt in l. 1. C. de or. iudi. Et iſta duo dicta refert & ſequitur Dom. Alex. in conſi. ſuo
21 77. inc. in cauſa accuſationis. in 4. col. in 1. vol. † Et primum dictum, ꝙ ſuſpitio falſi ꝓ veritate habeatur, firmat Bal. in l. ſi veritas. C. de fideicom. vbi refert Archid. in d. c. in memoriam. & ſequitur etiam Ioan. de Ana. in c. licèt. in vlt. col. de crimine fal. Et illud etiam firmat Hoſt. in ſumma, de crim. fal. in §. qualis probatio requiratur. poſt princip. Et ibi ſub-
22 dit, ꝙ iſtud crimen habet etiam alia ſpecialia. † Nam habet etiam hoc, videlicet, quia in hoc crimine condemnatur qs ſine accuſatore, & aliàs non contingit regulariter. 2. q. 1. ca.
23 nihil. & ff. de mu. & ho. l. munerum. §. defenſores. † Itē conuictus de hoc crimine, ſi eſt clericus, ſtatim deponitur & traditur curiæ ſeculari, vt in d. c. ad falſariorum. de crimine fal. quod generaliter in alijs non occurrit, vt in c. cùm non ab homine. extrà de iudi. Ego autem circa illud dictum Arch. & Gem. in d. c. in memoriam. & ſequacium, quos ſuprà retuli, inquantum dicunt ꝙ ſuſpitio falſi pro ueritate habetur. Dico ꝙ valde dubito circa hoc dictum, quia re vera videtur nimis arduum & nimis durum, ꝙ ſola ſuſpitio habeat vim & effectum falſitatis. Nam in criminalibus quis non condemnatur, niſi ex probationibus luce clarioribus, vt l. fi. C. de proba. Præterea, dato quod ſola ſuſpitio ſufficeret vt aliquid diceretur falſum, tamen requireretur declaratoria iudicis ſuper hoc, aliàs talis ſuſpitio nihil operare-
24 tur. † Ratio eſt, quia quando ſumus in caſu, in quo executio verbalis fit à lege, vel à ſtatuto, vel à contractu ſeu inſtrumento celebrato inter partes, tamen etiam tunc poteſt fieri executio abſq; ſententia declaratoria iudicis præcedente vt probatur in l. eius, qui delatorem. infrà de iure fiſci. ubi habetur, ꝙ ſi quis ex forma legis debet haberi pro confeſſo de crimine, tamen debet antequàm puniatur conſtare de crimine, & ſuper eo pronuntiare debet iudex. Et ideo colligit ibi Bar. ex illo tex. vnum notabile dicens, nota ꝙ iſta uerba, habeatur pro conuicto ſeu pro confeſſo, intelliguntur non ipſo iure, ſed per ſententiam. ad quod ipſe Bar. allegat auth. principales. C. de iura. calum. & glo. in c. fi. de iura. calum. & gl. in c. 2. de confeſ. in 6. & glo. in l. 1. C. de pœna iudi. qui male iudicauit. Ad idem facit tex. in c. cùm ſecundùm. §. confiſcationis. de hæret. in 6. ubi dicitur, bona hæreticorū ipſo iure ſunt confiſcata. ſubdit tamen ibi Papa, ꝙ executio talis confiſcationis non debet fieri per Principes, ſeu ſuperiores, antequàm per epiſcopū loci uel per aliam perſonam eccleſiaſticam, quæ ſuper hoc habeat poteſtatem, ſententia ſuper eodem crimine fuerit promulgata. & hoc ibi firmāt Doctores, maximè D. Dominicus de ſancto Gemi. & idem firmat Oldr. in conſi. 271. inc. quæſtio talis eſt. circa fi. Et idē in ſimili uidetur firmare gl. in clem. præſenti. de cenſi. & in cle. 1. in uerbo, commodè. de pœnis. & glo. in c. Imperialem.
25 in uerſi. reuertatur. de prohi. feu. alie. per Feder. † Item hanc partem etiam tenet Dom. Anto. in c. cùm dilecti. de dolo & contu. in 7. col. uerſic. ult. aduerte. ubi dicit colligi ex illo tex. ꝙ iudex debet eſſe cautus, quando procedit contra aliquem tanquàm contra contumacem, qui ex forma legis uel ſtatuti debet haberi pro cōfeſſo, ut ante omnia aliquid interloquatur, per quod oſtendat eum eſſe contumacem, & ſic oſtendat ſibi liquere de contumacia, nam non ſufficit eum eſſe contumacem, niſi ſibi iudici liqueat de contumacia. alleg. l. hæc autem. ibi, conſtare liquereque prætori. ſ. ex quib. cau. in poſ. eatur. & alle. Bart. in l. 4. in §. prætor. ſ. de dam. infe. Et idem tenet ipſe Dom. Ant. in c. cùm dilecti. de elec. & idem uidetur firmare Bar. in l. 2. in §. ꝙ ſi actor. C. de iura. cal. ubi quæritur, ſi ex forma ſtatuti uel legis contumax in reſpondendo poſitionibus dēt haberi ꝓ cōfeſſo, an hoc caſu ad hoc ut habeatur pro confeſſo ſufficiat ꝙ recuſet reſpondere, uel ſit contumax in reſpondendo, an uerò ſit neceſſe ꝙ hoc pronuntietur per interlocutoriam iudicis. & dicit neceſſe eſſe qđ pronuntietur à iudice eū haberi pro confeſſo. pro quo allegat d. l. eius qui delatorem. & idē tenet Ang. de Are. in tract. maleſi. in uerbo, qui iudex uidēs. in 5. char. in uerſi. quæritur tamen. ubi allegat hoc uoluiſſe Bal. in l. tranſigere. in fi. C. de tranſac. & in l. iubemus. in §. oeconomus. C. de ſacroſanct. eccl. & in c. 1. quibus mo. feu. amit. & in c. uaſallus. de alie. feu. Item hanc partem etiam tenuit Bar. in extrauagan. qui ſint rebelles. in uer. rebellando. in 3.
26 col. in uer. primo caſu. † Et idem etiam tenet Pet. de Anch. in conſi. ſuo 190. inc. plura cōtra proceſſum, in 2. col. ubi dici ꝙ ſententia canonis uel legis nō hēt iudicis officiū executiuū niſi ſequatur ſnīa hominis cum cauſæ cognitione. alleg. d. c. cùm ſecundùm. de hære. in 6. & cle. præſenti. de cenſi. & notata per Io. And. in c. ſi qui. de præſcr. in 6. & l. ſicut. & quod ibi not. C. de præſcript. xxx. anno. Et faciunt optimè dicta ꝑ Dom. Nellum in tract. banni. in 3. parte primi temporis, in 10. q. inc. quæritur, an poſt lapſum. & ibi in 4. parte primi tēporis, in 2. q. poſt medium. & quæ dixi ego in Auth. agricultores. in 2. & 3. col. C. quæ res pigno. oblig. poſ. & in l. 1. in 14. col. C. de execu. rei iudic. & glo. & ibi Bald. in vlt. colum. in l.
27 penult. in §. cùm autem. C. ad Trebel. † Item pro hac parte facit, nam Notarius committens falſum, propter quod ex forma ſtatuti ſit priuatus officio tabellionatus, attamen poteſt facere inſtrumenta & valent antequàm ſit priuatus officio per ſententiam iudicis, ſecundùm Specul. in tit. de inſtrumen. edi. §. reſtat. verſi. quid ſi Tabellio. & verſic. quid ſi confectum. & eo. tit. in §. inſtrumentum. verſicu. quid ſi aliquid, &c. quod etiam tenet Bart. in conſi. ſuo 174. incip. Ser Io. de Ca. duranti. & Abb. poſt Innoc. & alios in cap. fraternitatis. de hæret. Pro quo eſt text. & ibi hoc apertè firmat Bal. in l. ſi quis decurio. C. eo. de fal. in ver. ſed non ſtatim deſinit eſſe decurio. & Bar. in repe. l. Barbarius Philippus. in vlt. char. ſ. de offic. præto. & Bal. in c. ſi inter pares. de lege Conr. & in l. Caſſius. ſ. de ſenato. & in authen. habita. in 10. colu. C. ne fil. pro pa. & Bal. & Ange. in l. 2. in §. miles. ſ. de his, qui notantur infa. & Bal. in l. 1. C. de teſta. & in l. in exercendis. C. de fide inſtrum. in l. 2. C. de ſen. & Pau. de Caſt. in conſ. 207. inc. ſuper primo, &c. in 3. col. in princ. Item etiam pro prædictis adduci poteſt gl. in c. 1. extrà de ſagit. & gl. in c. ſicut tuis literis. extrà de ſimo. & in c. 1. de eo, qui fur. or. ſuſce. & glo. fi. in c. cùm eſſes. extrà de teſta. & glo. in c. Salonitanæ. 63. diſti. in quibus glo. dicitur, ꝙ ſi ab aliqua lege vel ſtatuto aliquid ꝓhibitum eſt fieri ſub certa pœna, quòd contraueniens non poteſt grauari in exigendo illam pœnam, niſi ſuper hoc ſequatur ſententia iudicis declaratoria. quod etiam ſequitur & approbat Dom. Bartho. Cepo. in conſil. ſuo 13. inc. ſtante
28 quodam, &c. in 3. col. vbi allegat dictas glo. † Addo etiam prædictis quod voluit Pet. de Anchar. in conſil. 241. inc. per prædicta. circa finem. vbi dixit, quòd omnis executio eſt ſu-
29 ſpenſa contra excommunicatum. † Pro quo etiam faciunt dicta per eundem Pe. de Anch. in conſi. ſuo 170. inc. tribus de cauſis, &c. vbi dicit, ꝙ ad hoc ut quis ſit infamis, requiritur confeſſio ipſius in iudicio vel ſententia iudicis, nec ſufficit probatio criminis. alle. hoc voluiſſe Io. And. in c. ſi quis. de præſump. in 6. vbi dicit, quòd pro hoc faciunt no. in Cle. religioſi. de ſen. excom. Et facit etiam glo. in verbo, perdāt, in c. ſi diligenti. de foro compe. quæ intellexit illum tex. volentem ꝙ clericus, qui relicto foro eccleſiaſtico vadit ad iudicium ſeculare, ꝙ amittat illud, quod euincerit, & ibi intelligit,

ligit,ꝙ illud amittat per ſententiam. Et facit in ſimili, gl. in
l.ſi quis in tantam.in verbo,amittat.C. vnde vi. vbi dicitur,
ꝙ ſi quis intrauerit violentam poſſeſſionem alicuius rei a-
pud aliquem exiſtentis, eam reſtituat illi poſſeſſori, & ſi
quod ius habebat in illa re,illud ius amittat. dicit ibi gloſ.ꝙ
intelligitur ꝙ illud ius amittat per ſententiam, & non ipſo
iure,&c. Et facit in ſimili,glo.in l.iubemus.in §.ſanè.C.de ſa
30 croſanct.eccle.& in regula,in pœnis.de reg.iur. in 6. † Et
hanc partem per dicta iura tenet Lud.Ro.in conſ. ſuo 212.
inc.quò ad primum.in vlt.colum.vbi ſubdit idem eſſe ſi ſta
tutum dicat,ꝙ ſi vallus in dominum aliquam feloniam cõ
miſerit,feudum amittat,ꝙ intelligitur per ſententiam,alle
gat ad hoc glo.in ca.1.de feu. ſine culpa non amit. & in c.2.
§.ſancimus.quo temp.miles.& idẽ tenet Ange. in l.eorum.
in princ.de dam.infec.& Alex.in l.Imperator.infrà de iu.fiſ.
Et ad prędicta accedit etiam not.uerbum Bal.in c.1.in prin.
in 2.col.in ti.hìc finitur lex Conra.in vſi.feud.vbi dicit, ꝙ li-
cèt lex vel ſtatutum poſſit ipſo facto aliquem bannire, uel
ad mortem condemnare, ſecundùm glo.in l.amiſſione. in
§.qui deficiunt.ſ.de capi.dimi.ꝙ tamen etiam iſto caſu re-
quiritur ſententia declaratoria iudicis antequàm fiat exe-
cutio.allegat ad hoc dictum c.cùm ſecundùm.& tex.& glo.
in Auth.de incœſt.nup.in prin.& ibi Iacob.de Bel. Item fa
cit etiam pro prædictis gl.in l.1.in verbo,afficerentur. C. ne
lice.poten.vbi dicit tex. ꝙ illi qui aduocant patrociniũ po-
tentiorum,iactura cauſæ afficiantur.& gl.ibi dicit,ꝙ ad hoc
tamen vt talis amittat cauſam,requiritur ſententia declara-
31 toria iudicis ſuper hoc. † Et facit etiam ad prædicta tex.in l.
cùm ancillis.C.de incœſt.nupt. vbi dicitur, quòd in pœnis
requiritur ſententia iudicis, adeò ꝙ incurrens pęnam non
punitur niſi præcedat ſententia iudicis.quem text. ibi pon-
derat Bal.ad hoc. Item pro iſtis etiam facit tex.& glo. in c.
cupientes.§.ſi verò in diſcordia.de elect.in 6.in uerbo, pri-
uentur.vbi tex.dicit,ꝙ ſi facta eſt quædam electio in diſcor
dia eligentium,ꝙ tunc duæ perſonæ mittendæ ſunt inſtru-
ctæ ad Papam,vt prouideatur,& hoc expenſis electi,vel ele-
ctorum,quas expenſas ſi recuſauerint dare niſi ſint paupe-
res,priuentur omni iure ſibi ex tali electione quęſito. & gl.
ibi dicit ꝙ ſunt priuandi per ſententiam iudicis, quia non
32 ſunt ipſo iure priuati. † Item pro hac parte facit glo.in c.ſi
quis.de uita & hon.cleric.ubi tex.dicit,ꝙ ſi quis clericus co
mam relaxauerit ſit excommunicatus,dicit tamen ibi glo.
non ipſo iure,ſed per ſententiam.& ibi Abb.not.illam glo.
ad hoc.Et faciunt etiam pro prædictis,quæ voluit Barto. in
conſi.ſuo,inc. quæritur vtrum per viam retentionis. & Pa.
de Caſt.referens eum in conſi.ſuo 219.inc.in cauſa,quæ ver
titur. in fi. vbi dixerunt, quòd licèt mulier in inſtrumento
dotali habeat expreſsè obligata & hypothecata bona mari
ti,& præferatur habentibus anteriorem hypothecam,iuxta
ea quæ habentur in l.aſſiduis.C.qui potio. in pigno. hab. &
in l.1.ſ. ſolu.matrimonio.attamen ipſa mulier non poterit
impedire creditores mariti petẽtes ſe mitti in tenutam bo-
norum mariti,niſi primò agat contra uirum & petat ſibi
dotem aſſignari aliqua iuſta de cauſa,puta quia maritus ver
gat ad inopiam, & ſuper hoc fuerit facta ſententia iudicis
declaratoria.Quod conſilium Bar. & quam opi.etiam ſecu
tus eſt Pau.de Caſt.in l.2.in princ.in 1.col.ſ.ſol.matr.de quo
latius dixi in l.ſi quis ne quæſtio.in 3.colu. infrà de quæſtio.
33 † Et adduci etiam poteſt,nam ubi lex uel ſtatutum annullat
actum propter aliquod factum uel non factum,tũc ad hoc
vt ille actus ſit nullus,requiritur ſententia declaratoria iudi
cis, vt puta,dicit ſtatutum quòd ſententia ſit nulla niſi intra
decem dies fuerit regiſtrata ad cameram actorum, ſi talis
ſententia non fuit regiſtrata intra illos decem dies, ad hoc
vt ſit nulla requiritur ꝙ ſequitur ſententia declaratoria iu-
dicis ſuper hoc.ita dixit Bar.in l.1.ſ.de teſtam. quem referũt
7 in ver.excommunicationem.de iud. † Et facit etiam, quod
dixit Do.Alex.in conſi.ſuo 242.incip.viſo proceſſu, &c. cir-
ca fi.vbi dixit, ꝙ ille qui contrahit vel compromittit cum
aliquo,videtur eũ approbare pro idoneo.alleg.l.qui cũ alio.
infrà de regu.iur.& in l.3.ſuprà de fideiuſ.& l.inter cauſas.in
§.abeſſe.ſuprà mand.& facit quod voluit Bal. in l. ſi quis te-
ſtibus.C.de teſti.vbi dixit, ꝙ ſi produxi inſtrumẽtum manu
cuiuſdã Notarij aliàs inhabilis,videor eum approbare, adeò
ꝙ ſi poſtea contra me producatur aliud inſtrm manu eiuſ-
dem Notarij, non potero illum Notarium vt inhabilem
8 repellere.†Et dixit Bal.& Io.de Imo.in l.qui teſtamẽto.ſuprà
de teſta.quòd ſi approbaui perſonã legatarij in fauorem te-
ſtamenti,in quo ſum hæres inſtitutus,non poſſum poſtea
eum repellere ſi voluerit deponere pro ſuo legato. & di-
xit Bal.in l.data opera.in 15.col.C.qui accuſ.non poſ.ꝙ ſi fe
ci citare aliquem in teſtem in iudicio, non potero amplius
eius perſonam reprobare,quod etiam voluit Bal.& Imo.in
l.ad teſtium.in §. conditionem.ſuprà de teſta.de quib. om-
nib.dixi latius valde,in l.ſi quis ne quæſtio.in 8. col. infrà de
9 quæſtio.† Et circa hanc materiam ignorantiæ teneas men-
ti aliqua,& primò dictum Bal.in l.2.C.de erro.aduo. vbi di-
xit,quòd ſi ex forma ſtatuti miniſtrales capellarum debent
denuntiare maleficia ſub pœna;& quia neſciunt litteras,fa-
ciunt ſibi ſcribi à quodã Notario nomẽ delinquentis & lo
cum,& quandoq; errat̃ in noĩe delinquentis,ex quo iudex
vult miniſtralẽ punire,certè non poterit hoc facere,qa talis
error non dẽt nocere ipſi miniſtrali q neſcit lr̃as,& ipſe mi
niſtralis non dẽt puniri, niſi conſtat ꝙ falſo fecerit. alleg. l.
diuus.ſ.de cuſt.reo.& in dubio magis p̃ſumit̃ error q̃ mali-
tia,argu.l.pe.C.de his,qui ſibi aſcrib.in teſt.Item dicit etiam
Bal.in d. l. 2. ꝙ ſi aliquis credens ſe condemnatum in centũ
ſupplicat Principi, quòd cum ſit condemnatus in centum
remittatur ſibi aliqua pars condemnationis, Princeps autẽ

reſcribi in hac forma,fiat iuſtitia.quo ſtante dicitur pro par
te fiſci,ꝙ ipſe debet cogi ad ſoluendum centum , cùm hoc
appareat per ſuam confeſſionem:ipſe verò dicit ſe erraſſe ,
quia condemnatio erat in minori ſumma,vel nullo modo
erat cōdemnatus , tunc iudex qui de hoc cognoſcit proba-
ta illa negatiua ſequetur veritatem , & non erroneam con-
feſſionem. ſubdit etiam Bal. vbi ſ. ꝙ ſi quis petijt reſtitui in
integrum tanquam condemnatus & non reperitur condē
natio,pronunciabitur ſuperuacuò petitam fuiſſe reſtitutio
nem, cùm re vera non præceſſerat condemnatio.pro quo
dicit facere,quod no.Inno.in c.G.perpetuus. de fide inſtru.
10 † Item addo etiam hic in materia ignorantiæ, Bal. in l.1. C.
de erro.aduo.vbi dicit,ꝙ ſi aduocatus coram iudice loqui-
tur latinè,& clientulus eſt idiota & ignorans literarum , an
tunc dictum aduocati factum ſeu dictum in præſentia cliē
tuli ſibi præiudicet.dicit ꝙ non,quia qui non intelligit, nō
dicitur pręſens.l.coram.de verbo.ſigni.& l.de die. §. coram.
11 ſ.de arbit.† Item vltra præmiſſa ſcias etiam ꝙ ignoranti nō
currit tēpus, & ideo ſi hæres alicuius emphyteutæ non ſol-
uit canonem per biennium,non cadit à iure ſuo ſi ignora-
uit talem rem eſſe emphyteuticam. Ita dixit Petrus de An-
cha.in conſi.ſuo 173.incip.dominus Lazarius,& ibi ſubdit,
ꝙ hoc caſu talis ſua ignorantia probabitur per iuramentū
ipſius hæredis,quod eſt no.& idē etiam voluit Spec.in ti.de
loca.in §.nunc aliqua.in verſi.18.& Bar. in l. cùm filius. in §.
in hac.ſ.de verb.obl.& Bal.in l.fi.C.ſi aduer.vend.& Dy.in c.
cum quis.de reg.iur.in 6.& gl.in l.2.& ibi Docto. C.de iure
emphy.& Lud.Rom.in conſi.ſuo 166.incip.viſo & diligen-
ter.in fi. verbis.vbi allegando prædictos dicit ꝙ emphyteu-
ta, qui cecidit à iure ſuo propter canonem nō ſolutum , qa
neſciebat rem eſſe emphyteuticam, debet reſtitui in integ.
de quo etiam dixi in repetitione mea rubricæ,C.de proba
tio.in 28. col.& idem in vaſallo , qui non petijt ſe renouari
iu feudo ignoranter. tenet Bald. in conſilio ſuo 361. incip.
12 quidam nobilis,&c.in 3.volu.† vltra prædicta,ꝙ tempus nō
currat ignoranti,facit optimè,nā tempus quadriennij con-
ceſſum minoribus poſt perfectam ætatem ad petēdum re-
ſtitutionem in integrum,id eſt eorum quæ facta ſunt tem-
pore minoris ætatis,de quo in l.fi.C. de tempo. in integ.re-
ſtitutio.peten.& in c.1.de reſtitu. in integ. lib. 6. non currit
ignoranti.& ideo ſi quis probabiliter ignorans ſe lęſum ſte
terit per centum annos,ꝙ non petierit reſtitutionem, ſem
per illam poterit petere.[Vide Sozi.in conſ.2.incip. in cau-
ſa.in 4.col.ad fi in 3.vol.Alex. conſi.39. incip. ſtantibus. in 4.
col.in 6.vol.vide infrà in l. qui falſam. in 11. col. & Decium
in conſi.304.incip.in caſu occurrenti. in 3. col. Alex. in cō-
ſi.208.incip.Dom.Alex.in vlt.col.in 7.volu.] Ita dixit Bal. in
l.falſam.C.ſi ex fal.inſtru.& Do. Alex. referens Bal. in conſi.
ſuo 408.ſm ordinem meum incipiente, ſtantibus his , &c.
13 in 6.col.in verſicu.nec obſtat, &c. † Et facit etiam ad prædi-
cta , nam ignorās debet reſtitui ex clauſula , ſi qua mihi iu-
ſta cauſa eſſe videbitur,&c.ſm Bar.in l.1.§.ſi quis autem. de
itine.actuq; priua.& voluit Io.de Imo. in c. fi. extrà de præ-
ſcrip.& videtur ſequi Bal.in l. fi. C. de præſcript. longi tēpo.
& Ludo.Roma.in l.ſi verò.in §. de viro. ſ. ſoluto matrimo.
& eſt de mente Specu.in titu.de præſcriptionibus. §.1.uerſ.
ſed pone colonus.& Abbas in c.1.de præſcriptio.& Imo.in
l.Pantonius.ſuprà de acquir.hære.& Ang.in l. fi. C. de præ-
ſcript.longi.tempo.& Ludo.Ro.in l.qui vniuerſas.§.fi.ſuprà
de acquir.poſſeſ.& iſta eſt communis opin.ſm Sozi.qui re
fert prædictos in conſi.ſuo 86.inci.in cauſa, &c.in fi. verbis.
14 † Item addo etiam , ꝙ ſtatutum puniens ſyndicos non de-
nunciantes maleficia commiſſa, non extēditur ad ſyndicos
non denunciantes ex ignorantia,ſecundùm Bar. in l.diuus.
ſuprà de cuſto.reor.& in l.ſemper. §. interdū.ſuprà quod vi
aut clam.& Lud.Rom.in repe.l.ſi verò.in §. de viro.in li.fal-
len.ſuprà ſolu.matri.ver.16.ubi alleg.Bar.in dictis locis,& fa
ciunt alia plura & plura circa hanc ignorantiam,adducta p
Ludo.Rom.in dicta repetitione.l.ſi verò.in §.de viro.in 51.
15 fallen. ſuprà ſolu. matri. † Adde etiam ultra prædicta circa
hanc materiam ignorantiæ,ꝙ dixit Bal. in l.qui contra.in vl
ti.col.C.de incœſt.nup.vbi dixit,pone Berta accepit in mari
tum quendam ſacerdotem, qui fingebat ſe laicum , & ipſa
mulier credebat hoc, quia ille ſacerdos erat Anglicus,& ip-
ſa mulier erat Peruſina , an filij nati ex iſto mrīmonio erūt
legitimi.& dicit ꝙ ſic,& ſic erunt ſui & in poteſtate , quod
dicit ibi Bal.eſſe mirabile.& ita ecōtra dicit,ſi quædam mo-
nialis de Frācia venit ad ciuitatem Peruſij , & quidam eam
monialem accepit in uxorem & nati ſunt inde filii ex ip-
ſis ꝙ tales filij erunt legitimi. ſimiliter dicit, pone ꝙ Berta
habebat aliū virum,de quo ignorabatur , & ego hoc igno-
rans accepi eam in vxorem de facto , attamen filij qui naſ-

centur erunt legitimi propter ignorantiam & ſuccedent
parentibus , & ſubdit ꝙ cùm ignorantia facti præſumatur ,
ille q vult dicere tales filios illegitimos debet probare ſcien
tiam. quod dicit eſſe notatu dignum , de quo ibi latius per
eum,& ſic ex iſtis patet , ꝙ ignorantia excuſat quem à deli-
16 cto.† Quod etiam firmat Bal.in c.à nobis.& ibi Do. Fely.in
prin.de exceptio.pro quo alle.gl.in l.1.in fi.ſupra de recepta
to.quæ dixit, quòd ignorantia excuſat receptantem banni-
tum,niſi ſit notorius.de quo ibi latius per Dom. Felyn.qui
inter cætera allegat Bal.in l.data opera,in 10.col.C.qui accu
17 ſare non poſſunt. vbi dicit † ꝙ ciues nouelli contrauenien
tes ſtatutis ciuitatis excuſantur.& mouetur per tex. in l.qui
commeatus.in §.tironi,infrà de re mili.vbi dicitur,ꝙ parci-
tur nouo militi tanquam iuſtè ignoranti leges militares,&
idem ſecundum Do.Fely.in d.c.à nobis.tenuit Lud. Rom.
in conſilio ſuo 238.in 3.col.& in conſ.491.& facit etiam ad
prædicta ratio videlicet, quia ignorans non contemnit , v
habetur in l.ſi ignorans.ſupra locati.Prædicta autem de iſta
ignorantia ſunt vera & habent locum,præterquam in duo
18 bus caſibus.† Et primò, niſi talis ignorantia ſit craſſa & ſupi
na,quæ tunc non prodeſt alleganti eam,imò talis ignoran-
tia habet vim ſcientiæ,ſecundum Ludou.Rom.in conſilio
ſuo 340.incipi.circa primum, &c. in fi. de quo dicit eſſe ca-
ſum in c.1.de poſtu.præla.& in c.cùm in tua. qui matr.accu
ſa.poſ.& in l.regula.ſupra de iur. & facti igno. & in c. quod
dicit.16.diſtin.& in c.qui & humanis,12.q.2.& in c.quoſdā.
19 & in c.quanto.de præſum. † Secundus eſt caſus in ignoran-
tia affectata,quæ æquiparatur ſcientiæ, ſecundum gl. in cle.
1.in verbo,ſcienter.de conſangui.& affini.& in c. eos.in ver
bo,affectata,de tempo.ordi.in 6.& in c.fi.§.vt autem. de of.
deleg.in 6.& ibi dicit Gemi.ꝙ diſpoſitio puniens actū ſciē-
ter factum,includit ignorantiam affectatam , de quo latius
per Dom.Fely.in c.à nobis.in 1.col.de exceptio.

De qua materia affectationis ignorantiæ & aliarum re-
rum, vide quæ dixi in l. 1. §. eum qui latrones.in 2. & 3.col.
infra de quæſtioni. vbi latiſſimè loquutus ſum in materia.
20 † Poſtremò circa hanc materiam ignorantiæ ſcias ꝙ igno-
rantia probatur iuramento tanquam quid dependens ab
animo.tex.eſt in c.nulli.in fi.de elec.in 6. & in c.cum in tua.
extra qui matri.accuſa.poſ.& in c.ſi verò, el 2. de ſenten. ex-
com.& in c.paſtoralis.de excep.& voluit gl. in c. lectum 34.
q.2.& in c.propoſuiſti.28.diſt.& in c.innotuit,extra de elec.
& hoc tenuit Oldra.in conſilio ſuo 286.incipien.in electio
nis,&c.circa med.& Pet.de Ancha.in conſilio ſuo 158.inci.
rationes,quæ ſuperius,&c.in fi.& in conſilio ſuo 173.incip.
D.Lazarius,& D.Bartho.Cępo.in conſilio ſuo 24. incipi.vi-
ſa accuſatione.in antepe.col.& Ludo.Rom.in conſilio ſuo
481.incipiente,præſentis dubitationis articulus,&c.in fi.Ab
bas in d.c.innotuit.circa fi.de electio.& in c.2.in vlti.col.eo.
21 ti.† Et ideo dixit Abb. in conſilio ſuo 35. incip. videtur pri-
mò,&c.ꝙ ſi quis forenſis tranſiens per aliquem locum nō
ſoluerit gabellam rerum uel mercium ſuarum,propter qđ
inciderit in commiſſum, ꝙ iuuatur ſi iurat ſe neſciuiſſe ibi
eſſe aliquod datium ſoluendum,& tale iuramentum plenè
probabit ignorantiam ſuam,& hoc modo res ſuæ non ca-
dent in commiſſum, quod eſt not. verbum & valde lucro-
22 ſum.† Et facit etiam in ſimili,nam tu ſcis ꝙ ſi dominus reci
pit ab emphyteuta canonem poſtquàm ipſe cecidit à iure
ſuo , videtur ſibi remittere caducitatem & eum reintegra-
re,ſm Doct.in l.2.C. de iure emphy. ꝙ eſt verum ſi ſciuerit
emphyteutam à quo recepit affictum cecidiſſe à iure ſuo ,
ſecus autem ſi hoc non ſciuiſſet,ſed ignoraſſet,quia tunc re
cipiendo affictū ignorans ſuam caducitatem,non ſibi præ-
iudicat.Ita ſingulariter dixit Cy.in d.l.2.in 4.q.C. de iure em
phy.& Io.de Imola,referens eū in l.Meuius. in §.duob.ſ. de
leg.2.& iſta ſua ignorātia pbabit̄ p iurm̄ ſuum,per ſupradi-
23 cta,quia ut dixi,ignorātia pbat̄ per iurm̄ aſſerētis.† Et ſcias,
ꝙ ſicut ignorantia probatur iur̄o , ita ēt ſcientia probatur
iur̄o.tex.eſt in c.pręſentium.de teſti.& in c.paſtoralis,de ex-
ceptio.& voluit Ale.in conſi.ſuo 118.incip.in cā & lite.in 4.
col.in 2.vol.& D.Fely.in c.ſignificaſti,el 1.de hom.& in c.1.
in fi.pe.col.de præſumptio.& in c.quoſdam , eod.tit.& in c.
inquiſitionis.in §.quęſiuiſti.in pe.col.de accu.& in c. 2. in 6.
col.de conſti.de quo latius dixi in repeti. mea rubricę,C.de
probatio.in 27. col. cum ſeq. ibi. Limita tamen prędictam
concluſionem videlicet,quòd ignorantia & ſcientia probā
tur iuramento,hoc eſt verum,niſi aliquid ſit publicè notū,
nam tunc ignorantia non probatur iuramento, ita dicunt
Do.de Rota in deciſionib.nouis,deciſ.236.inci. extra rotā,
&c.quod dicunt notari in c.iuris ignorantia. & in c.præſu-
mitur , de reg.iuris in 6. Et hoc dicunt procedere ex plurib.
rationibus.Et primò,quia allegans talem ignorantiam , al-
legat

legat turpitudinem ſuam, id eſt dolum præſumptum ſiue
latam culpam, vnde non debet audiri, cum debuerit ſcire,
eſto ꝙ fuerit ignorans, arg. notatorum in l. quod te. ſ. ſi cer-
24 tum petatur. † Nec poteſt quis allegare ignorantiam in fa-
cto publico, quod factum publicum non eſt ſingulis ſigil-
latim intimandum, ſed ipſi vulgo tantùm, per quod præſu-
mitur perueniſſe ad aures eorum quos tangit negotium,
vt habetur in c. 1. de poſtu. prælat. & 16. q. 1. c. quod dict, &
25 c. illud, de cleri. excom. mi. † Item iuramentum non defer-
tur in defectum probationis à iudice ei, contra quem eſt
vehemens præſumptio ex facti qualitate, ſiue notorietate,
quod dicat falſum, vt legitur & notatur per Docto. in l. 1.
C. qui & aduerſus quos.

Si autem quis fuiſſet ita diſtans, ꝙ edictum ad eius noti-
tiam non potuiſſet peruenire, tunc bene excuſaretur à do-
lo & lata culpa, vt habetur in l. fi. infra de decre. ab ordi. fac.
& no. in c. cum in tua. extra, qui matri. accuſa. poſſ.
26 † Item ſubdunt prædicti Domini in dicta deciſione, ꝙ
omnes tex. qui dicunt, ignorantiam iuramento probari, lo
quunt vbi ignorantia poteſt eſſe veriſimilis, quod eſt, quan
do cauſatur ex probabilib. argumentis vel coniecturis, ad
quod, ſm eos, facit c. apoſtolicæ. de cleri. excom. miniſt. &
in c. vt animarum. de conſti. in 6. & alia plura alleg. ad hoc,
de quib. ibi per eos, & faciũt optimè dicta per Bar. in l. inter
omnes. in §. rectè, ſ. de furt. vbi dixit, ꝙ gl. in §. aliæ. Inſtitu. de
actioni. quæ dixit ꝙ in his, quæ dependent ab animo, ſtatur
dicto aſſerentis cum iuramento: iſtud eſt verum, niſi præ-
ſumptio iuris ſit contra ipſum iurantem, quia tunc non ſta
27 tur eius ſacramento, quod eſt notandum. † Vlterius etiã ex
iſto tex. no. ꝙ ignorans non dicitur conſentire. ita probat
28 iſte tex. ad quod facit quod diximus, ꝙ † præſens non intel-
ligens, non dicitur per illam præſentiam conſentire. l. corã.
infrà de verbo. ſigni. voluit gl. in c. in primis 2. q. 1. Docto. in
29 l. 1. §. qui præſens. ſuprà de verborum oblig. † Et ideo ſi ſta-
tuto cauetur ad validitudinem contractus minoris, ꝙ iudex
debeat eſſe præſens, non ſufficiet præſentia, niſi ipſe iudex
intelligat actum, qui geritur. ita dixit Cardi. in c. fi. extra de
maio. & obedientia. vbi allegat ad hoc Bal. in l. 1. C. qui ad-
mitti. qui allegat gl. ſingu. ſm eum, in l. tutor. ſ. de bon. poſ.
tit. generali. quæ voluit, quod non ſufficit præſentia corpo-
ris, ſed etiam requiritur præſentia animi. pro quib. faciunt
dicta per Do. An. & Ioannem de Imola, in c. auditis, de pro-
30 cura. & per Barba. in c. auditis, de in integrum reſti. † Et facit
etiam, nam ſi mulier, vel ruſticus, vel ſimiles perſonæ, quæ
non intelligunt importantiam verborũ vel clauſularũ, fa-
ciunt contractum in quo apponuntur verba vel clauſulæ,
quas veriſimiliter non intelligũt, vt puta ſi apponatur clau-
ſula, ꝙ ipſe minor renuntiauit condictioni indebiti, condi-
ctioni ſine cauſa, & omni alij iuris auxilio, tales renuntiatio
nes nullum præiudiciũ faciunt ipſi renuntianti & neſcienti
importantiam dictorũ verborum, ita no. dixit Bart. per illũ
textum, in l. fin. §. idem quæſijt, ſ. de condictione indebi. qđ
dictum pro valde no. refert Do. Alex. in conſi. ſuo 42. inci-
piente, ſuper præmiſſo. in quarta col. in princ. in 1. volu. vbi
31 etiam pro hoc alleg. l. doli. ver. diuerſum, ſ. de noua. † Et ad-
de Baldum in rub. C. de rer. permu. vbi dicit, ꝙ iuramẽtum
ruſtici, mulieris, vel minoris captioſum, eos non obligat,
ſed debet relaxari per epm, & vide in hac materia Sozi. in
32 conſilio ſuo 112. incipiente, multũ abundè. in 3. col. † Et ad
de etiam, ꝙ vbi vnum ſimulatur & aliud agitur, iurm non
firmat actum, ſm Sozi. in conſilio 66. incipiente, fruſtra. in
6. col. vbi plura allegat ad hoc circa ſupradictã materiã. Ego
vltra Do. Alex. dico, ꝙ pro hoc dicto optimè facit, quod vo
luit Oldr. in conſilio ſuo 324. incip. factum tale eſt, &c. in 2.
col. & faciunt iura ſuperius alle. & dicta per Io. de Imol. in l.
hæredes palam, ſ. de teſta. & per Io. Andræ. & Archid. in c. vt
circa. de electioni. in 6. & ibi per Gemi. & per ſcriben. in l.
diem proferre, ſ. de arbit. & per Bal. in l. finali, ſ. de aqua plu-
uia arcen. & per Bar. in l. 1. §. fi. ſ. de autho. tu. & per Bald. in c.
ex parte. de confeſ. in 6. col. verſi. item adeò, &c. Et faciunt
optimè dicta per Do. Alex. poſt Ang. & Io. de Imo. in l. qui
Romæ. in §. duo fratres, in 26. col. cum ſeq. ſ. de verb. obl. &
faciunt etiam plura alia, quæ ego cumulaui ad iſtud propo
ſitum, in ſingula. meo 18. incipiente, quotidie fiunt contra-
ctus, &c. & vide glo. in c. cupientes. in prin. in verbo, notitiã.
de elect. in 6. & Do. Fely. in c. cum cauſam, in 8. col. extra de
33 teſtibus. † Vlterius circa materiam huius legis videlicet, an
ille qui produxit inſtrumentum, poſſit poſtea illud dicere
falſum, vel nullum, vide plenè per Bar. in l. poſt legatum, in
prin. ſupra de his, qui. vt indig. & per Ludou. Roman. in con
ſil. ſuo 329. incipien. præſens conſultatio, &c. in fine. † Ve-
nio modò ad glo. & capio gl. primam. pro cuius expeditio-
ne oppo. & videtur quòd imò in caſu iſto hæres non pote
rit adire hæreditatem, quia quando teſtamentũ eſt falſum,
ex eo non poteſt adiri hæreditas, vt habetur in l. cũ falſum,
ſuprà de acquiren. hæred. Sol. glo. & dicit, ꝙ hic teſtamentũ
erat falſum in aliquo legato, non autem in inſtitutione hæ
redis, & contrarium loquitur de teſtamento falſo in inſti-
tutione hæredis, & ſic non obſt. Vel dicit glo. ꝙ illa lex lo-
quitur in ſciente teſtamentum falſum, hic autem loquitur
in ignorante, qui ignorans poteſt adire, alle. l. 2. C. de edi. di-
ui Adria. tol. licèt dici poſſit ꝙ ibi ſciebat, ſecundum glo.
hic, quia quæſtio iam erat mota. Et idem dici poteſt in eo,
qui dubitat de ipſo teſtamento, quia talis non poterit adi-
re, vt in d. l. cum falſum, in 2. reſponſo.

Glo. ſecunda clara eſt, nam allegat concord. ad hoc, vide
licet ꝙ talis qui adiuit hæreditatem talem ignoranter non
prohibetur poſtea dicere teſtamentum eſſe falſum, & ſic
glo. eſt clara, & nullam difficultatem habet, ideo ſequitur l.
qui falſam monetam.

SVMMARIVM.

1 *Qui incœpit monetam falſam fabrieare, & pœnituit eam perficere, non punitur. num. 50.*
2 *Affectus non punitur non ſequuto effectu nu. 119.*
3 *Qui voluit corrumpere iudicem, punitur ac ſi corrupiſſet.*
4 *Admenans ſine percuſſione, punitur ac ſi percuſſiſſet.*
5 *Occidens admenantem pœna mortis non tenetur.*
6 *In atrocioribus delictis affectus punitur non ſequuto effectu. nu. 8.*
7 *Affectus punitur in crimine aſſaſſinatus.*
9 *Statutum puniens facientem tractatum, non requirit conſummatio nem delicti.*
10 *Caſus, in quibus voluntas habetur pro facto, nu. 11. 12. & 13.*
14 *Intellectus l. is, qui cum telo. C. ad leg. Corne. de ſica.*
15 *Affectus punitur in crimine ſimoniæ.*
16 *Caſus, in quibus affectus non punitur.*
17 *Falſitas nõ punitur, quando cõmittitur circa id, qđ de ſe nõ probat.*
18 *Affectus non punitur, quando ipſo iure imponitur pœna.*
19 *In delictis non atrocioribus affectus non punitur.*
20 *In cenſuris eccleſiaſticis non punitur affectus.*
21 *Conatus percutere clericum, non excommunicatur ſi non percuſſit.*
22 *In ciuilibus cauſis ſolus conatus non punitur.*
23 *Statuta non puniunt animum, niſi ſequatur effectus.*
24 *Derogatum eſt ſtatutis uolentibus conatum puniri.*
25 *Statutum, quod qui voluerit monialem corrumpere, tali pęna punia tur, non habet locum in uoluntarie corrumpente.*
26 *Statutum puniens intrantem palatium, non comprehendit illum, quem teſtes dicunt vidiſſe intrare.*
27 *Statutum puniens exportantem frumentum extra territorium, non habet locum in reperto in uia ante exitum diſtrictus.*
28 *Statutum, qđ declinãs iuriſdictionem iudicis poſſit impunè offendi, non cõprehendit opponentẽ illã, ſuper qua non ſit pronuntiatum.*
29 *Statutum puniens portantem ueſtem certi ualoris, non compręhen dit qui fecit veſtem fieri & non portauit.*
30 *Pœna, quæ imponitur pro violentia requirit actum conſummatum.*
31 *Verba debent intelligi cum effectu.*
32 *Statutum præmians capientem bannitum, intelligitur ſi effectu aliter ſit captus.*
33 *Statutũ puniens inuentũ cũ armis, intelligitur ſi inuẽtus captus ſit.*
34 *Dicere non ſufficit, niſi probetur.*
35 *Statutum dans præmium accuſanti, intelligitur ſi accuſans probauerit contenta in accuſatione.*
36 *Statutum puniens non probantem in accuſatione contenta, compræ endit illum qui duntaxat probauit unum capitulum.*
37 *Statutum puniens petẽtem execut. on m, non habet locum in eo qui non produxit ad finem. nũ. 38.*
39 *Quando in aliqua diſpoſitione fit mentio hæredis, intelligitur de hærede poſt aditionem.*
40 *Factum non dicitur factum, ſi non durat.*
41 *Non dicitur fugiſſe, qui reuerſus eſt.*
42 *Statutum dans pręmium capienti bannitum, non compræhendit illum, qui cepit & captus aufugit.*
43 *Qui euacuauit domum ex iudicis præcepto, ſi poſtea in eã ingreſſus eſt, quòd dicatur præceptum contempſiſſe.*
44 *Legatum factum eccleſiæ ut emat fundum, non uerificatur ſi ematur & poſtea uendatur.*
45 *Bannitus ꝓhibitus ſtare in uno loco, nõ ꝓhibetur per illum tranſire.*
46 *Quæ durant tantùm momento temporis, non ſunt in conſideratione, & aliquid non diſponunt.*
47 *Vbi opus eſt facto, uerba non ſufficiunt.*
48 *Vbi requiritur oblatio, non ſufficit uerbalis ſed actualis.*
49 *Delinquens non punitur, quando fuit effectus bonus poſt delictum.*
51 *Faciẽs falſã monetã punitur pęna mortis ſine remedio appellatiõis.*
52 *Faciens falſam monetam alterius quàm, Principis non punitur pœna mortis, ſed alia pœna.*

53 *Statutum puniens falſificantem monetam, non habet locum in falſificante monetam reprobatam.*
54 *Faciens bonam monetam punitur, ſi non habet licentiam à ſuperiore fabricandi illam.*
55 *Moneta falſa dicitur illa, quæ fabricatur à non habente poteſtatem fabricandi à Principe.*
56 *Cui non conueniunt uerba legis, non conuenit eius diſpoſitio.*
57 *Pœna eſt commenſuranda delicto.*
58 *Si procurator aliquid nomine domini acquiſiuit per ſimoniam, non tenetur dominus reſarcire expenſas, quas fecit.*
59 *Concedi non poteſt priuatæ perſonæ licentia faciendi monetam.*
60 *Qui incœpit falſam monetam cudere & non impoſuit formam, an puniatur.*
61 *Qui inchoauit delinquere & non perfecit quia noluit, excuſatur.*
62 *Falſificator monetæ poteſt capi ſine iudicis præcepto, & inuitus in iudicium exhiberi.*
63 *In crimine falſæ monetæ poteſt ſocius accuſare ſocium, & contra eum teſtificari.*
64 *Expendens ſcienter falſam monetam, qua pœna puniatur.*
65 *Ignorantia excuſat ignorantem à pœna.*
66 *Receptans bannitum ignoranter, non debet puniri.*
67 *Ignorantia excuſat attentantem uirginem, & contrahentem inceſtas nuptias. nu. 68.*
69 *Clericus ignorans ſe ſuſpenſum ſi celebrat, non incurrit irregularitatem.*
70 *Vaſallus ignoranter alienans feudum ſine licentia domini, non priuatur ipſo feudo.*
71 *Hæres emphyteutæ ſi non ſoluit canonem per ignorantiam, an cadat à iure ſuo.*
72 *Qui per ignorantiã non petijt ſe renouari in feudo, nõ perdit feudũ.*
73 *Præſcriptio non currit ignoranti.*
74 *Syndicus non incurrit pœnam, ſi non denunciauit maleficia ignorata. numero 80.*
75 *Ciues nouelli contrauenientes ſtatutis ciuitatis excuſantur.*
76 *Ignorans non contemnit.*
77 *Hæres non vindicans mortem defuncti, & ſeruus non adiuuans dominum ex ignorantia, an puniatur.*
78 *Parcitur mulieri, quæ poſt diuortium per 30. dies propter ignorantiam non dixit ſe prægnantem.*
79 *Statutum, quod poteſtas non poſſit cognoſcere de maleficijs elapſo anno, quòd non habet locum in delictis commiſſis, quæ incognita & ignota ſunt.*
81 *Ignoranti poteſt tempus currere.*
82 *Conſtitutiones municipales, quæ quoſcunque ligant, non extenduntur ad ignorantes eas probabiliter.*
83 *Iura prohibentia communionem cum excommunicato, non compræhendunt ignorantes.*
84 *Mulier accipiens clericum in maritum, quem verè credebat laicũ, an filij inde nati ſint legitimi.*
85 *Tempus quadrimeſtre, quod datur minoribus poſt perfectam ætatem ad petendum reſtitutionem in integrum eorum, quæ facta ſunt in minori ætate, non currit minori ignoranti.*
86 *Miniſtrales capellarum non debent puniri ex ignoratia.*
87 *Si aduocatus loquitur latinè coram iudice in præſentia clientuli nõ habentis litteras, non præiudicat clientulo, licèt fuerit præſens, & tacens.*
88 *Ignorantia craſſa & ſupina non excuſat ignorantem.*
89 *Ignorantia affectata æquiparatur ſcientiæ.*
90 *Ignorantia probatur iuramento.*
91 *Si forenſis non ſoluit gabellam, propter quod bona ſua inciderunt in commiſſum, iuuatur tamen ſi iurat ſe neſciuiſſe ibi eſſe aliquod datium.*
92 *Dominus recipiens ab emphyteuta canonem poſtquàm ipſe cecidit à iure ſuo, videtur ſibi remittere caducitatem.*
93 *Fuga purgatur per iuramentum fugientis.*
94 *In facto publico quis non poteſt allegare ignorantiam.*
95 *Omnia iura dicentia, ignorantiam iuramento probari, loquuntur ubi ignorantia eſt veriſimilis, alias ſecus.*
96 *In his, quæ dependent ab animo, ſtatur dicto aſſerentis.*
97 *Expendens falſam monetam excuſatur, ſi docet à quo eam habuit.*
98 *Habens falſam monetam animo ludendi eam, pro quanto ualet æs contaminatum, non punitur.*
59 *Tondens bonam monetam, qua pœna punitur.*
100 *Tonſores bonarum monetarum poſſunt capi ſine mandato iudicis, & duci ad ipſum iudicem.*
101 *Tingens monetam auro uel argento, qua pœna puniatur.*
102 *Aurifices facientes aurum uel argentum de minori liga, quàm ciuitas requirat, puniuntur de falſo.*
103 *Qui facit falſam monetam Imperatoris comburitur, qui Regis uel alterius Principis aut ciuitatis, deportatur.*
104 *Ars alchimia, an ſit licita.*
105 *Accuſatus de falſa moneta, & negans, ſi in domo ſua ſtampæ reperiantur, an puniatur. 114.*
106 *Hæreticus præſumitur ille, penes quem reperiuntur libri hæreſis.*
107 *Habens penes ſe ſcripta falſa, præſumitur falſarius, niſi oſtendat à quo habuit.*
108 *Carceratus ſi reperitur mortuus in carcere, præſumitur contra cuſtodem carceris, adeò quod ipſe cuſtos debet probare ipſum non mortuum dolo vel culpa ſua.*
109 *Vtens falſo inſtrumento, præſumitur quod illud fieri fecit, niſi oſtendat uel nominet autorem.*
110 *Ille, penes quem reperiuntur acta cauſæ, præſumitur procurator in dubio illius cauſæ.*
111 *Si inſtrumentum nominum debitorum uxoris reperiatur penes maritum, præſumitur eſſe conſtitutus procurator ab uxore.*
112 *Res furtiua penes aliquẽ reperta, facit cõtra eũ indiciũ ad torturã.*
113 *Cuſtos rei furto ſubtractæ poteſt torqueri ut indicet fures.*
115 *Stampæ fabricandi monetam faciunt iudicium, ſi inueniuntur penes hominem malæ uitæ & famæ, ſecus ſi penes hominem bonæ uitæ, & famæ.*
116 *Homo bonæ conditionis uitæ & famæ non poteſt torqueri, ſi penes eum reperiantur res furatæ.*
117 *Vicini malæ conditionis uitæ & famæ poſſunt capi & torqueri pro furto inueniendo.*
118 *Mutatio valoris monetæ, an cedat in damnum vel utilitatem debitoris uel creditoris.*
120 *Licèt hæretico ſit indulgendum eum eum pœnitet, tamen non indulgetur accuſanti eum de hæreſi, licèt eum pœniteat accuſaſſe.*

Qui falſam monetam.

Lex iſta non ſummatᷤ à Bart. nec Docto. eam legunt, ſed quia tractat materiam conatus & falſæ monetæ, quæ quotidiana eſt, ideo ſtatui eam legẽ commentare per modum repetitionis. Et ideo attentè lex
1 iſta poteſt ſic ſummari. † Qui incœpit fabricare falſam monetam, ſed pœnitentia ductus eam no perfecit, non punitur. h. d. principium huius legis vſque ad §. accuſatio. Caſus,
2 &c. † Nota ex hoc tex. quòd non punitur affectus non ſequuto effectu, licèt in contrarium ſit tex. in l. is, qui cum telo. C. de ſicarijs. cum ſimili. ibi allegat. per ſcribentes.

[In hac materia affectus non ſequuto effectu, vide Corneum in conſilio 299. incip. licèt, in 1. vol. & Do. Phili. Deci. in conſi. 256. in cauſa inquiſitionis. in penult. col. & omnino Bal. in conſilio ſuo 112. in c. Cęcus confecit, &c. in 5. volu. per totum, & Gandi. in tractatu malefic. in titulo de homicidio. in verſic. ſed pone quòd ego dedi tibi pecuniam, & Alexandrũ in conſilio 140. incip. videtur in caſu propoſito. in 2. vol.] Circa quam materiam, an puniatur affectus non ſecuto effectu, attende. Qm̃ in materia iſta non poteſt dari certa regula. Nam in aliquibus caſibus punitur ipſe affectus non ſecuto effectu, & in aliquibus non. Punitur. n. affectus non ſecuto effectu in caſu vno ſ. quando lex conſiderat ſolum affectum ſine effectu, vt habetur in l. & generaliter. in §. ſi igitur, & ibi Docto. ff. de calumnia. Item punitur affectus non ſecuto effectu in commodante domũ ad committendũ adulterium, nam licèt non ſequatur adulteriũ, tamen talis cõmodans punitur. tex. eſt in l. & ſi amicis. ſ. de adulte. & in l. 1. ſ. de extraordi. crimi. Item punitur affectus non ſecuto effectu in illo, qui locauit operas ſuas ad pugnandum cum animalibus feris, nam facta tali locatione ſiue pugnauerit, ſiue non, punietur. tex. eſt in l. 1. in §. remouet, ſupra de poſtu. & ibi gloſſa & Doctores. Item punitur affectus non ſecuto effectu in eo, q̃ tentauit corrũpere ſeruum alienũ vt furtum committeret, licèt ipſe ſeruus commiſerit furtũ, tamen talis tentans corrũpere dictum ſeruũ, punitur pœna ſerui corrupti. tex. eſt not. in l. ſi quis ſeruo. ſ. de furt. & ibi Doct. Item punitur affectus nõ ſecuto effectu in caſu l. ſi à ſeruo. ſ. de condi. ob tur. cau. Item ẽt punitᷤ affectus non ſecuto effectu in caſu l. 3. in princ. ſ. qđ quiſq; iur. vbi dr̃, quod impetrans ius iniquũ, ipſe eodem iure punitᷤ,
3 ẽt ſi eo vſus non fuerit, de quo ibi latius per Doct. † Item q̃ conatus eſt corrũpere iudicem, punitᷤ etiam ſi eũ non corrumpat, ſ'm Bal. in auth. nouo iure. C. de pœna iudi. q̃ malè iud. per tex. in l. Imperatores Seuerus. ibi, tẽtauit, inf. de iure
4 fiſ. † Item adde ẽt alium caſum, in quo punitᷤ affectus non ſecuto effectu videlicet, ſi aliquis eleuauit manũ cũ pugno, vel cũ enſe vt aliquem percuteret, & tamẽ eũ non tetigit, nec percuſſit, tamen ex tali ſola admenatione tenetᷤ actione iniuriarũ, & ſic non ſecuto effectu punitᷤ p̃p talẽ affectũ, ita probat tex. multũ no. in l. itẽ apud Labeonem. in §. ſi q̃s pulſatus. ff. de iniu. quem tex. dicit ibi Bar. ſing. & dicit ꝙ neſciret in iure inuenire ſimilẽ. & illũ tex. ẽt dixit vnicũ & ſingularẽ Ange. ibi, & Ang. de Aret. in tractatu ſuo malefic. in verbo, admenauit. in prin. & Iaſ. in l. 1. §. hæc aũt verba, circa fi. ſ. qđ q̃ſq; iuris. ſimilis eſt ẽt tex. in c. ſi q̃s pulſatus. de pę. diſ.
5 † Sed vltra prędictos Doctores ego incidenter dicebam

vtrum

vnum circa admenantem contra aliquem, videlicet, quòd
talis admenans, de quo in illo §. ſi quis pulſatus, vltra pœ-
nam iniuriarum punitur etiam alia maiori pœna, ſi ha-
bet arma, eo quia ſi ille contra quem taliter admenauit li-
cèt ipſum non tetigerit,occidat ipſum admenantem, non
puniretur pœna mortis,ſed alia leuiori pœna : quia dicitur
tali caſu eum occidiſſe ad ſuam defenſionem. Nam nedũ
licet occidere admenantem contra eum cum enſe,ſed etiã
ille qui videt aliquẽ armatum contra eum venientem po-
teſt eum occidere, & dicitur feciſſe ad ſuam defenſionem,
& excuſatur à pœna mortis.Ita dixit Bart. in l. ſi ex plagis.in
4 §. tabernarius.ſupra ad legem Aquil. quem refert & ſequi-
tur Ange.de Are.in §.iniuria.in 1.col.in fi.Inſti.de le.Aquil.
vbi dixerunt,ꝙ ſi percutio te antequam percutias me,dum
5 tu es in actu percutiendi me, qđ tunc dicor feciſſe ad meã
defenſionem,quod ẽt voluit Ang.in l.quemadmodum, ſu-
prà de inofficio.teſta.quẽ refert & ſequitur Dominus Ant.
Corſe.in no.ſuis,not. primo, in verbo,metus.Et idem dixit
Ang.de Aretio in tractatu ſuo malef.in verbo, & dictus Ti
tius ſe defendendo,in prima char.in vlt.verſ.circa med. vbi
allegat Bar. in dicto §. tabernarius.& Bal.in l.1.C.vnde vi.&
idem in effectu dixit Do.Alex.in conſilio ſuo 323. incip. in
caſu prædicto.in 3.colum.verſi.circa ſecundum.

Sed vltra hos patres ego dico,ꝙ de hoc eſt tex.apertus in
l.3.C.ad legem Cornel.de ſica. quem text.miror Doctores
prædictos non allegaſſe. Et hoc etiã firmauit expreſsè Ang.
in l.1.circa finem.C.vnde vi. vbi no.loquitur. De quo latius
valde locutus ſum in l.penul.in 3. & 4. col. ff. de quæſtioni.
6 vbi omnino videas. † Modo redeundo ad materiam affe-
ctus non ſecuto effectu, ſcias vltra ſuperius adducta, quòd
in atrocibus delictis affectus punitur etiam non ſecuto ef-
fectu,vt habetur in cle.paſtoralis. in verſi. tractauerit. & ibi
Card.de re iudi.& facit l.quiſquis.C.ad leg.Iul.maieſt.& tex.
7 in §.verum.6.q.1.† Et ideo videmus, quòd in crimine aſſaſ-
ſinatus, quod eſt crimen enormiſſimum, affectus punitur
etiam non ſequuto effectu.tex.eſt in c.1.in §. fi. de homici.
lib.6.Et fortius dicit ibi glo. in ver.mandauerit. ꝙ mandans
hominem taliter occidi, licèt poſtea reuocet mãdatum re
integra,non tamen euitabit pœnam, quia iam ipſe ex par-
te ſua perfecit delictum. Contrarium tamen tenuit Ang.ſ.
ꝙ affectus in caſu aſſaſſinatus non puniatur, in l.item apud
Labeonem,in §.ſi curauerit.ſ.de iniu.vbi dicit,ꝙ ille tex.eſt
in arg.pro dante pecuniã aſſaſſino,vt homicidio nõ ſequu-
to,de homicidio non puniatur, quod dicit eſſe verum.ad
quod allegat.l.non ſolum.in §.ſi mandato,eo.ti.de iniu.Di-
cit poſtea ibi Ang.ꝙ talis punietur, tamen vt calumniator.
Dubito tamen an opinio Ang.procedat,cum ille tex.d.c.1.
8 §.fin.de homi.in 6.apertè ſit contra eum. † Et circa illud ꝙ
dixit, ꝙ in atrocibus delictis punitur affectus non ſequuto
effectu,&c. Dicas illud eſſe verũ, quando proceſſum eſt ad
aliquem actum ordinatum ad ipſum factum,ſecus autem,
quando non eſt proceſſum ad aliquem actum, nam tunc
ſolus tractatus etiam in atrociſſimis non punitur, ſecundũ
Bal.in l.non ideo minus.in 7.col.in verſi.ſextò quæritur. C.
de accuſ.quem refert & ſequitur Do.Fely. in ſuo tracta de
conatu,in 2. col. ver. fallit 3. & in eodem trac.in penul.col.
poſt prin.Item quod in atrocioribus delictis non puniatur
affectus non ſequuto effectu,eſt tex. hic, nam crimen falſæ
monetæ, eſt crimen enorme, qđ eſt crimen læſæ maieſta-
tis,vt habetur in l.1.C.de fal.mone.tamen tale crimen non
punitur non ſequuto effectu,vt hic, & ſic contra iura ſupe-
9 rius allegata,ideo cogita.† Adde etiam prędictis,ꝙ quando
ſtatutum punit facientem tractatum, tunc non requiritur
conſummatio delicti,ſm Abba.in c.tua nuper, de his, quæ
fiunt à prælato.per tex.& gl.ibi.quod etiam voluit Bald.in l.
aduerſus.C.de fur.& refert & ſequitur Do. Alex.in l.vtrũ.in
10 fi.ſuprà de parricid. † Item addde etiam prædictis Do. Fel.
in tractatu ſuo de conatu,in 2.col.vbi dicit,ꝙ quatuor ſunt
caſus,in quib. ſola volũtas habetur pro facto. Primus eſt in
matrimonio,vt ſi quis dicat Bertæ, volo te in vxorem, ſm
Car.in cle.1.in 20.q.de conſan.& affi.vbi dicit, ꝙ ex ſolo in-
curritur pœna, de qua ibi per no. in c. ex litteris. de ſponſa.
11 †Secundus caſus eſt in foro conſcientiæ,in quo ſi voluntas
progreditur ad leuem conſenſum,habetur pro peccato ve
niali,ſi autem ad conſenſum plenè deliberatum,habetur ꝓ
mortali,ſicut ſi feciſſet,per tex.in c.ſed penſandum. 6. di. &
in c.nunquid.& in c.præterea.& in c.ſuper criminib. de pę-
nit.diſt.1.& no.Gemi.in c.gratia.in 1.col.j.q.1.& Saly.in l.is,
12 qui cum telo.C.ad leg.Corn. de ſica.†Tertius caſus eſt,quo
ad pœnam,quæ imponitur in genere, ſicut eſt quando ca-
non ſuſpendit clericum pro peccato mortali, vt in c. fi. de
13 tempo.ord.† Quartus caſus eſt,ſm aliquos, in hæreſi, quia
ſola voluntas ſeu credulitas facit aliquem hæreticum,per c.
excommunicamus.§.credentes.de hære.Sed licèt ſit hæreti
cus, tamen ex quo non conſtat,nõ habet eum Eccleſia mi-
litans pro hæretico,& dicit Domin. Felyn.vbi ſuprà, quòd
hos tres caſus ita ponit Card.in c.1.de eo, qui mitti. in poſſ.
& dicit quòd de hoc vltimo de hæreſi, tenet Bal. in l.ſi quis
non dicam rapere,in 1.co.C. de epi. & cleri. Idẽ dicit & ad-
dit,ꝙ inquiſitori poſſet liquere de voluntate iſta per con-
feſſionem hæretici, quia aliter non poſſet probari cogita-
tio mentis,& ſequitur Ioan. de Ana.in c. ſi quis epiſcopus.
in 3.co.de hæreti.& in c.conſuluit.in 3.col. de vſur. Itẽ ſub-
dit,ꝙ hæreticus quamuis occultus, eſt excõmunicatus quò
ad Deum,ſecundum gl.in c.1.24.q. 1. quam ſequitur Card.
14 in d.c.1. in prin.in 3. q. de vſur. † Vlterius alius eſt etiam ca-
ſus de iure ciuili,in quo punitur affectus etiam non ſequu-
to effectu,qui caſus eſt in l. is, qui cum telo. C.ad leg.Cor.
de ſica.& in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſco. & cle.
quam l. is, qui cum telo, intellige eſſe veram & procedere
arbitrio iudicis, & non indiſtinctè,ſecundùm Bart. in l. aut
facta.in §.euentus.infra de pœn. & Salyc. in d.l. is, qui cum
telo.quod etiam ſentit Bartol.in l.1.§.diuus.ſupra de ſica.Et
ideo Salyc.vbi ſupra,dicit ſe audiuiſſe à Bal.viua voce,quòd
quando lex punit affectum & animum,poteſt iudex ſi vult
mitigare pœnam,ſed non cogitur.Pro quo facit,quia affe-
ctus mitius punitur quam delictum,ſecundum Bal.in l.3.in
1.col.in 2. oppo. C.de ſer.fug. Item dicta l. is, qui cum telo.
procedit,niſi de conſuetudine contrarium eſſet, quæ con-
ſuetudo communiter eſt, quod homicida puniatur demũ
ſequuto effectu,ſecundum Bar. in d. §.diuus. & Spec. in ti.
de accuſ.§.j.verſ.quid ſi.aliàs incipiente,ſed ponè.de quo ẽt
15 per Ange.in l.3.§. hæc verba, ſuprà quod quiſq; iur. † Alius
eſt etiam caſus, in quo punitur affectus non ſequuto effe-
ctu videlicet,in ſimonia,nam in ea punitur affectus non ſe
quuto effectu in deteſtationem criminis,ſecundum gl.2.in
16 c.nullus epiſcopus.1.§.1. † Modò ſimiliter aliqui ſunt caſus,
in quibus affectus non punitur niſi ſequuto effectu, quos
per modum limitationum ponit Domin. Felyn. in dicto
ſuo tracta.de conatu.

Primus enim caſus eſt, quando conatus cum actu pro-
pinquo non venit ad conſummationem,vt quia agens nõ
impeditus impedimento facti deſtitit agere pœnitens in-
cœpti;talis enim non punitur,vt in hac l. & in l.qui ea men
te.& ibi gloſ.ff. de fur. & not. Dominicus de ſancto Gemi.
in c.gratia.in vltima col.1.q.1.

Et idem dicit,ſi eſt impeditus facto extrinſeco,quod po-
teſt eſſe iuris,vt in caſu l.inter omnes,in §.fin.ſ. de fur. puta
quidam volebat tibi furari librum, & tu donaſti ſibi, nam
hoc caſu non punitur talis affectus,cum non fuerit ſequu-
tus effectus.ita dicit Cardi.in c.1.in vlti.col.de eo, qui mit.
in poſ.rei ſeruan.cau.Secundus eſt caſus, vbi conatus alicu-
ius rei prohibitæ etiam ſi habuiſſet effectũ, nemini nocuiſ-
ſet,quod probatur ex eo,quod no.gl.pe.in c.quanto. de iu-
17 reiu. † Ex qua colligunt ibi Docto. ꝙ quando falſitas com-
mittit circa id,quod de ſe non probat,non nocet.quod di-
cit ibi Inno.eſſe menti tenendũ.Et ideo Ioan.de Ana.in c.1.
in 9.col.de crimine fal.reprobat glo.ibi ſimpliciter dicentẽ,
ꝙ in crimine falſi punit̃ conatus ſine effectu, & allegat glo.
Bald.& Salyc.in l.damus. C. de fal. & Bald.in l.qui veluti.eo.
ti.& in rubri.C.de fi.inſtrum.in 10.col.in verſi.ſed quæro, ſi
quis ſcripſit.& text.& glo. in l. fundum. in fi. ſupra de euict.
pro quibus facit,quod not.Imola in l.prima.in 2.columna.
ſupra de public.iudic.

De quo articulo,an & quando falſitas, quæ nemini no-
cet puniatur, vide quæ ego latè dixi in c. 1. circa med. extra
de crimine fal. Tertius eſt caſus, in quo non punit̃ affectus
nõ ſequuto effectu, videlicet quando affectus ſeu conatus
non habuit actũ exteriorem, ſed ſtetit in ſola voluntate, &
cũ conſenſu rationis,nam talis cogitatio non punit̃.l.cogi-
tationis.ff.de pœn.& no.Alber. de Roſa.in 2. parte ſtatu. in
q.163.incip.Cyn.quærit, &c. & Sali. in d.l. is, qui cum telo,
& Card.in cle.1.in princ.in 3.q. de vſur. Et ideo videmus, ꝙ
ſola voluntas in ſimonia non punitur, vt in c. conſuluere.
18 cum gl.2.de ſimo.† Quartus caſus, in quo affectus non pu-
nitur non ſecuto effectu eſt,ſecundùm Dom. Feli. in dicto
ſuo tract.de conatu,vbi imponitur pœna ipſo iure,quia ad
eam incurrendam non ſufficit conatus qualiſcũque fuerit,
vt probatur in c.cum in cũctis.§.penult.de elec.iũcto c.per-
petuæ.de elec.in 6.per quæ iura,ſecũdum eum, ita tenet Io.
Andr.in d.c.perpetuæ,& in regula,in pœnis.in mercuria.&
ſequitur Domin.in d.c.perpetuæ.in 2. col. vbi dicit hoc eſ-
ſe dictum Bal.ſed non dicit vbi.ſed dicit Do. Feli.vbi ſuprà,
quòd hoc fuit dictum Bal.in d.l.ſi quis non dicam rapere.in

2.col.& idem not.Ioan.de Ana.in c.1.in 4.nota.de adult. &
Dominicus,dicens hoc eſſe notabiliſſimum, in c. 2. §. 1.de
iudi.in 6.& Abb.in d.c.cùm in cunctis.§.pe.in 1. col. & in c.
1.in 5.col.ver.ex prædictis,de eo, qui mittit̄ in poſ. & Card.
in cle.1.uerſi.ſi quis,in 2. q. de rebus eccle. non alie. Et hinc
eſt,quòd dicit Do.Fely.vbi ſuprà,quòd pœna illius cle.1.nō
habet locum in prælato faciente omnem conatum,ut alie
net contra formam,de qua ibi, cum ibi imponatur pœna
ipſo iure:& dicit quòd hoc modo eſt clarum id, quod po-
nit Card.in cle.1.in 6.no.de regula.videlicet, quòd illa clau-
ſula non habet locum in tranſeunte ſine effectu, quia im-
ponit pœnam ipſo iure.ad quod etiam vide Card.in cle.ne
in agro.§.quia.in pe.q.& ibi glo.in uerbo,ipſo facto,de ſta-
19 tu monac.† Quintus caſus eſt,in quo non punitur affectus
non ſecuto effectu:videlicet,in delictis non atrocioribus:
quia conatus in ipſis non punitur non ſecuto effectu,ſecū-
dum Bal.in l. ſi quis nō dicam rapere. C. de epiſcopis & cle.
& Card.in c.1.de eo, qui mittitur in poſ. rei ſeruan. cau. &
Gemi.in d.c.gratia.1. q.1.in quibus locis dicunt, quòd iura
punientia conatum.loquuntur in atrocioribus, quòd etiā
ſentit gl.ſecundum Dom.Felyn.vbi ſupra, in l. præſenti, in
20 verbo,cogitatione.C.de his,qui ad eccle. confugi. † Sextus
caſus eſt in excommunicatione & in alijs cenſuris, quia,ad
eas incurrendas requiritur factum conſummatum, ſecun-
dum Card.in c.præterea requiſiſti.ad fi.de appel.in illa quę-
ſtione,quando excōmunicatur quis ſi appellauerit,an tunc
incurrat excommunicationem, quando ſe præparat ad ap-
pellandum,an verò quando appellauerit.allegat etiam hoc
voluiſſe Archi.in §.ſi ergo.17.q.4.& Bar.in l. filiusfamilias.§.
21 diui.ſuprà de lega.1.† Dicit etiam ipſe Domi.Felyn. ꝙ hinc
eſt,quod ſi quis conatur percutere clericū,licèt faciat quan
tum in ſe eſt, non tamen eſt excommunicatus ſi non per-
cuſſit.allegat gl.3.in c.audientia. de ſenten. excommuni. &
gl.1.in c.ſi uerò.il 2.eo.ti.& dicit quòd hanc fallentiam, ſeu
hunc caſum firmat Cardi. in cle.1. §. ſi quis in 2. q. de rebus
22 eccle.non alie.per illum tex.in uerbo,fecerit.† Septimus ca
ſus eſt,ſecundum Do.Fely.in dicto ſuo tractatu: videlicet,
quando agitur ciuiliter: quoniam in factis ciuilibus cona-
tus non punitur pro effectu,ut ſentit gl.parua,& ibi expreſ-
ſe Bal.in l.ſi conſtiterit.C.fini.reg.& dicit quòd ita etiam po
teſt intelligi.tex.in dicta l.1.ff.quod quiſq; iuris. teſte Bal. in
d.l.ſi quis non dicam rapere. in 2. col. pro quo, ſecundum
eum,facit c.fin.de ſponſa. & idem tenet Salyc.in d.l. is, qui
cum telo.Et allegat etiam in ſimili,D.Anto. in c.paſtoralis.
in 8.co.verſic. ſed eſt dubium. extra de cauſa poſſeſ. & pro-
prie.ꝙ per vnicum actum contrarium priuilegio,non per-
ditur priuilegium, quando ille actus non habuit effectum.
ad quæ etiam adducit aliqua alia,de quibus ibi per eum.
23 † Alius eſt etiam caſus,& ſic octauus & ultimus,ſecundū
eum, in quo affectus non punitur non ſecuto effectu vide
licet,in ſtatutis punientibus delicta,quia ſemper intelligun
tur de delictis conſummatis, ſecundum Bar. in l.1.§.diuus.
ſupra ad leg.Cor.de ſica.& Imo.in c.1.de præſump.quia ſta-
tuta requirunt caſum verum & non fictum, l.5.§. hæc uer-
ba,& ibi Barto.ſupra de neg.geſt. & ideo cum attentare ſit
fictè facere, non ſatisfit ſtatuto per conatum. Et ideo dicit
Bar.in d.l.1.§. 1. ſupra de ſica. quòd iſta eſt ratio, quare per
totam Italiam non punitur conatus, quia delicta puniun-
tur ſecundum ſtatuta,& ita modificat & ſaluat verba Spec.
nimis generalia,in tit.de accuſa.in 1.parte.§.1.verſic. quid ſi
24 primò, &c. in fi. dum † dicit, omnibus legibus volentibus
conatum puniri derogatum eſſe hodie per contrariam
conſuetudinem,quæ verba multum notant Ange. & Pau.
de Caſt.in d.l.1.ſupra quod quiſq; iur.& Ludou. Rom.in l.
damni.§.Sabini.ſupra de damno infecto. Et voluit Alex.in
conſilio ſuo 15.incipie.viſo proceſſu inquiſitionis.in 3.col.
in 1.volumi. vbi ad hoc allegat Bar.in d.§.diuus.& in l.ſi in
rixa,eo.tit.& probatur,ſecundum eum,in l.ſi certus ſit per-
cuſſor.§.fina.cum l.ſeq.ff.ad Sylla.& dicit quòd illum tex.ibi
ponderat Bald.& in l.1.§.hæc verba,& ibi Ange.ſupra quod
quiſque iur.& Bar.in d.l.damni,in §. Fabini, ſ̄.de damno in-
fecto,& Bal.in d.l.ſi quis non dicam rapere.& in c.1.§.iniu-
ria.de pace iura.fir.& in l. data opera. C. qui accu. non poſ-
ſunt.& in l.ſi fugitiui.C.de ſer.fug. & Cyn.in d.l. is, qui cum
telo.Itē hanc partem,ſm D.Fely.in dicto tract.etiam tenet
Ab.in c.mulieres.extra de ſenten.excom. & in c. inter ſolli-
citudines.de purga cano.& Bal.in §.item lex Cornelia.Inſti.
de pub.iudi.& Imo.in l.1.ſ̄.de pub.iud.ad quod vide tu etiā
Ange.de Aretio,in tracta.malefic.in verbo,& veſtem cœle
ſtem abſtulit.in 32.col.in ver.quæro,aliquis acceſſit ad ban-
chum,&c.& ibi Do. Augu. Ari.in ſuis addi.Prædicta etiam
ampliat Dom.Felyn.in dicto ſuo tract.in penul. col. etiam

ſi extet ſtatutum, ꝙ occidēs occidatur, & vulnerans aliter
puniatur, deinde contingat quòd vnus animo occidendi
inferat vulnus,ex quo tamen non ſequitur mors prout vul
nerans intendebat,non punietur de morte, quaſi iſte caſus
à ſtatuto omiſſus remanſerit in diſpoſitione iuris commu
nis,quia ſtatutum voluit corrigere leges de conatu loquē-
tes.ita dicit Salyc. aſſerens ſe hunc caſum habuiſſe de facto
25 in d.l.is,qui cum telo.in vlti.q.† Quibus adde Bart. in l.fina.
ſupra de rerum diui. vbi dicit ꝙ ſi ſtatutum dicit, ꝙ ſi quis
voluerit monialem corrupere, puniatur tali pœna, expo-
nitur,id eſt voluntariè corrumperit.pro quo,ſecundum ip
ſum Domin.Felyn.eſt text.ſing.cum glo. 2.in d. c. conſule-
26 re.de Symo.† Itèm adducit etiam Bald.in l.arboribus.§.Iu-
li.ſupra de vſufru.vbi dicit, quòd ſi ſtatutum punit magna-
tem intrantem palatium, non ſufficit quòd teſtes dicant ſe
vidiſſe eum intrare, niſi dicant quòd viderunt eum intraſ-
27 ſe, vt denotent actum conſummatum. † Et idem dicit de
ſtatuto puniente extrahentem frumentum de diſtrictu,dū
modò vtatur verbo, extraxerit, ſecus ſi puniret inuentum
portare.Adducit etiam Bald.in l.ſi fugitiui.in 2.co.C.de ſer.
fugiti.vbi dicit,quòd etiam in caſu ſtatuti,attentans delictū
poterit puniri extraordinariè. Et dicit quòd ſtatutum pu-
niens eum,qui portauerit extra territorium,non habet lo-
cum in reperto in via ante exitum diſtrictus, niſi conſiteat̄
quòd portabat extra,vel niſi capiatur in limite diſtrictus,vt
latius per eum ibi,& in l.cū proponas.vbi etiam Salyc.C.de
nauti.fœno.& per Ioan.de Ana.in c.ſignificauit.extrà de Iu
dæis, vbi etiam habetur quòd ſi talis reperitur in via ſuſpe-
cta,punitur arbitrio iudicis.de quo etiam per Bald.in l.cum
inter.C.de dona.ante nup.& per Io.de Imo.in c.2.propè fi.
de conſti.& per Bald. in l. non dubium. C. de leg. & dicam
28 infra prope.† Adducit etiam Domi.Fely.in dicto ſuo tract.
de conatu,notata per Bart.in l.eum, qui.ſupra de iure patr.
& Bald.in l.ſi quis in ſuo.C.de inoffi.teſta.vbi dixit, quòd ſtā
te ſtatuto quod declinans iuriſdictionem Poteſtatis poſſit
impunè offendi, & reperiatur quòd aliquis oppoſuerit ex-
ceptionem declinatoriam, ſuper qua non fuit pronuntia-
tum, certè hoc caſu non poterit impunè offendi, quia co-
29 natus caruit effectu. † Adducit etiam Dominicum in c.aua
ritiæ.in vlti.col.de electi.in 6.vbi propter glo.ibi dicit,quòd
ſi ſtatutū punit portantes veſtes certi valoris, & aliqua mu-
lier fecerit fieri talem veſtem,tamen eam non portauit,nō
cadit in pœnam ſtatuti. Adducit etiam Bald. in ſua diſputa-
tione,incipiente,accuſatus de vi turbatiua.in fi. vbi dicit, ꝙ
ſi ſtatutum punit accedentem ad capiēdam poſſeſſionem
beneficij ſine certa licentia,non punitur ille,qui ſine licen-
tia acceſſit vſque vel propè eccleſiam, & timore armatorū
30 qui ibi erant retroceſſit, quia omnis † pœna, quæ imponi-
tur pro violentia, requirit actum conſummatum. ita dicit
Do.Felyn.in dicto ſuo tractatu de conatu. Ego autem poſt
eum dicebam,quòd illam doctrinam Bal.in dicta l.ſi fugiti-
ui.C.de ſer.fugi.in 2.col.inquantum dicit, ꝙ ſtatutū puniēs
eum, qui portauerit extra territorium, non habeat in re-
perto in via ante exitum diſtrictus, &c. quod hanc doctri-
nam etiam refert & ſequitur Dominus Iaſ. in l. 1. in §. hæc
verba.in 1.col.ſ̄.ꝙ quiſque iuris, de qua quæſtione vide Io.
And.iudicio meo latius & melius loquētem, in addit. Spe.
in tit.de conſtit.in §.1. in addit. incipien. ſed incidit hic,&c.
& Alb.de Roſa.in ſecunda parte ſtatutorum, q. 168. incipi.
Cyn.quærit,&c.& Bar.in l. vulgaris. §. qui furti. ſ̄. de furt.&
Ange.de Are.in tracta.maleficiorum, in verbo, & veſtem
cœleſtem.in ver.quæro,aliquis acceſſit ad banchum, &c.&
ibi in addi.Et ſcias,quòd ratio prædictorum,quare non pu-
nitur affectus non ſecuto effectu, poteſt eſſe duplex. prima
illa quam aſſignat tex.in l.1.in fi. ſupra quod quiſq; iur. vbi
dicit tex.quid enim obfuit conatus,cum iniuria nullum ha
31 buerit effectum,&c.† Secunda poteſt eſſe ratio, videlicet,
quia verba debent intelligi cum effectu.l.penul.§.pen. ff.ne
quis eum.l.quotiens.ſuprà qui ſatiſda.cog.ca.fin.vbi glo. ex-
tra de ſpon.c.qualiter.de pac.c.relatum.cum glo.de cleri.nō
reſiden.l.is,qui.§. ſi tu Titium.ſupra de fur. l. aliud eſt cape-
32 re.infrà de verbo.ſignifica.†Pro qua regula faciunt optimè
dicta per Dom.Iaſ.in d.l.1. §. hæc autem verba. in 2. col. ſu-
pra quod quiſq; iu.vbi dixit,ꝙ ſi ſtatutum dat præmium ca
pienti bannitum, intelligitur quando eū appræhendit cū
effectu & præſentat ſuperiori. allegat Guil. de Cu. Albe.&
Ange.ibi,pro quo dicit facere.l.ſi Barſatoram.& ibi Cyn.&
33 Ang.C.de fideiuſſ.† Quinimò fortius dixit Bar.in l.j.in prin.
in 7.col.ſupra de acqui.poſſeſ.ꝙ ſi ſtatutum diſponit,quòd
ſi aliquis fuerit inuentus cum armis, puniatur tanta pœna,
quòd hoc intelligitur,& captus fuerit, & eum ſequitur An
ge.in l.qui ſeruum. ſuprà de verbo. oblig. quod etiam dixit

Bar.

Bar.in l.1.in ver.depræhenſus. C. de peti. bono. ſublatis. lib.
10. tamen dicit ipſe Iaſ. vbi ſupra, ꝙ in hoc contrarium te-
nuit Ang.Imo.& Mod.in d.l.1.in prin. & in l.3. §. Neratius.
ſ.de acqui.poſſ.& Saly.in d.l.ſi Bariatoram,de quo vide quę
circa hanc materiam dixi in practica mea cauſarum crimi-
nalium, in 125. char.ubi latiſſimè loquutus ſum in materia
portationis armorum.† Et facit etiam ad prædictam regu-
libellos. C. de appell. & l.Manichæos.ante fi. C. de hæret.&
l.quamuis.ſ̄.de in ius voc.& l.j.in fi.ſ̄.quod quiſq; iu.& l.qui
autem.ſ̄.de his, qui no.infa.& l.alia. C. de his, qui. vt indi.&
l.Papin.§.meminiſſe.ſ̄.de inoff.teſta.& l.fi. §.ſi quis autem.ſ̄.
de bo.eo.& l.1.in prin.ſ̄.de ſer.fug.quæ iura optimè ꝓbant,
ꝙ affectus non punitur nō ſequuto effectu, ſed ex pęniten-
tia quis abſoluitur ab incœptis. Poſtea glo.iſta contra præ-
dicta iura adducit tria iura in cōtrarium, videlicet. l.hi qui.
C.de apoſt. l.quid ſit fugitiuus. in princip. ſ̄. de ædil.edic. &
l.qui ea mente. ſ̄. de fur. in quibus iuribus habetur, ꝙ ſolus
affectus ſine effectu facit quem incurrere in pœnam, nec
iuuatur ex pœnitentia. Et ideo dicas, vt dixi ſupra, in princ.
ꝙ circa hanc materiam conatus, non poteſt dari vera nec
certa regula,quia in pluribus caſibus quis iuuatur ex ſuper-
uenienti pęnitentia,& in aliquibus caſibus non iuuatur. Et
corrige hanc gl.quia corruptè allegat. voluit enim allegare
120 iura,quæ ego ſupra allegaui,licèt alia iura allegauerit. † Et
teneas menti vnum alium caſum,in quo quis non iuuatur
ex præſentia, qui caſus eſt, quòd licèt hæretico ſit indulgen
dum, cum eum pœnitet, tamen non indulgetur eum ac-
cuſanti de hæreſi, ſi eum pœnitet accuſaſſe. ita dixit Ang.
in l.fina.C.de accuſa. nam punitur propter deſiſtentiam, vt
patet in titu.ad Turpill.

Ex quibus redditur expedita hæc lex. Sequitur modo.
§.accuſatio.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatio partus ſuppoſiti nunquam tollitur curſu temporis, & accuſatio parricidij & concuſſionis & ſtupri maſculi vel fœminæ per vim, ſecus in alijs delictis.*
2 *Accuſatio aſſaſſinatus, falſę monetæ, ſimoniæ, hæreſis, & huiuſmodi, non tollitur curſu temporis.*
3 *In pœnalibus & odioſis proceditur de ſimilibus ad ſimilia.*
4 *Statutum, quòd percutiens aliquem in platea capite puniatur, an habeat locum in percutiente in palatio.*
5 *Iniuriam atrocē facit domino, qui vaſallum ſuū detinet in carcere.*
6 *Plures ſunt cauſæ, quibus poteſt pater exhæredare filium.*
7 *Lex vel ſtatutum odioſum, an poſſit extendi, & quomodo.*
8 *Mors omnia ſoluit.*
9 *Caſus, in quibus procedit accuſatio mortuo reo.*
10 *Inſtitutio ſuppoſiti partus, an valeat.*

§.Accuſatio. Et hoc intendit. Accuſatio partus
ſuppoſiti nullo curſu tēporis tolli
tur per mortem mulieris, quæ dr̄ partum ſuppoſuiſſe.h.d.
1 † No.dictum in ſummario, ꝙ aliquo curſu temporis non
tollitur accuſatio ſuppoſiti partus,quod ſecus eſt in alijs cri
minibus regulariter, quæ omnia crimina tolluntur ſpatio
30.anno.vt hr̄ per glo.& Doc.in l.querela.C.eo. dicit,quod
tria ſunt crimina,ſeu delicta,quæ nō tolluntur aliquo tem-
poris ſpatio.Primū eſt crimē ſuppoſiti partus.vt hic.Secun-
dū eſt crimen parricidij, cuius accuſatio nō tollitur aliquo
curſu tp̄is,vt in l.fi. ſ̄. de parrici. & l.in cognitione. ſ̄.ad Syll.
Tertiū eſt crimen concuſſionis,qđ non tollitur curſu tem-
poris,vt in l.1.ſecundum vnam lec.ſupra de concuſ.ita dicit
gl.in d.l.querela.Sed vltra dictos tres caſus alius eſt caſus, in
quo non currit præſcriptio ad accuſandum,quē ponit glo.
in d.l.fi.ſ̄.de parrici. Nā dicit idem eſſe in vno alio crimine
videlicet, ſi quis per vim ſtuprauerit aliquē maſculum vel
fœminam,poterit de tali crimine accuſari ſine præfinitio-
ne alicuius temporis, allegat ad hoc tex. in l mariti lenoci-
nium.§.fi.ſ̄.de adul.vide dictam gl.Sed vltra dictas glo. mihi
videtur dicendum,ꝙ alij ſint caſus,in quorum accuſatione
2 nō currit aliquod tempus,ſed ſemper poteſt accuſari. † Nā
videtur mihi,ꝙ in atrociſſimis delictis, vt crimen aſſaſſina-
tus,quod eſt atrociſſimum,vt hr̄ in c.1.de homici.in 6.& in
alijs criminibus exceptis, quæ ſunt enormia,vt eſt crimen
falſæ monetæ,crimen hæreſis,ſymoniæ & ſimilium,nō cur
rat aliquod tempus accuſandi, ſed ſemper poſſit delinquēs
3 accuſari,& hoc à paritate vel maioritate rationis. † Nam in
pœnalib. & odioſis proceditur de ſimilibus ad ſimilia.tex.
eſt ſingu.ſecundum Bal.ibi,in c.1.§.porro.in tit.quæ fuit pri
ma cauſa beneſi.ami.quem multum exclamat Bal. ibi in ſe-
cunda col.pro quo allegat,quæ habentur in l. ſi quis ſeruo.
C.de fur.& illum text.& dictum Bal.ibi etiam allegat Barb.
in c.tranſlato.in pen.col.de conſti.Ad hoc etiam eſt glo. &
ibi Doc.in l.unica.C.vt quæ deſunt aduo. par. iud. ſup.& fa-
cit tex.in c.inter cęteras.ver.& idem in ſimilibus obſeruan.
de reſcrip.& ibi gl. quæ alleg. plura alia iura ad hoc, & eſt ēt
glo.in d.c.tranſlato.& hanc partem videlicet,quòd in pęna-
libus & odioſis fiat extenſio ex identitate rationis, firmat
Alexan. in conſ.ſuo 215.incipiente, nec arguendi ſumus.in
10.colum.in verſic. ſecundo pro hoc facit, &c. vbi ad hoc
alleg. glo. in clemen.1.in verbo, allegatur. de ele. quam ibi
ſequitur Ioan.de Imo.& glo.in clemen.j.in verbo,collatio-
ne.de re.permu.& glo.in clemen.auditor,de reſcrip.& glo.
in Authen.vt hi,qui ob res mi.in prin.& ibi Angel. & gl. in
Auth.mino.debitor.C.qui dari tu.poſ. & alia etiam ad hoc
alleg.de quibus ibi per eum. Et hanc partem etiam tenet
Alex.in conſilio ſuo 97.inci.viſo themate.in 1.col.in 2.vol.
& in eo.vol.in conſ.24.incipiente,animaduerſis,&c. in vlti-
ma col.& ibi in conſ.30.incipiente,viſis actis.in antepenult.
colum.& in conſ.184.incipiente,viſo tit.quæſtio.&c. in 15.
colum.vbi plura iura ad hoc allegat. Et facit optimè textus,
& quæ ibi habētur,in l.his ſolis.C.de reuo. don. & quę dixit
ſing.Ludo.Rom.in conſ.ſuo 429. incip. conſidero. in pro-
poſita,&c. in vlt. col. [Ad hanc materiam vide gl. in cle.1.
ver.quoſcunq;. & ibi Do.Card. in 7.q.de reg. & Iaſ. in l.1.ff.
de in ius voc.in vlt.col.& in §.ſequens,in 2.col. circa fi.Inſti.
de act.& in § ex maleficijs.in 10.col.eo.tit.] Item vltra præ
miſſa, ꝙ in pœnalibus & odioſis procedatur de ſimilib. ad
ſimilia,tenet gl.in l.ſi quis id,quod ſ̄.de iu.om.iudi. & Inn.
in c.qualiter & quando el ij.de accu.& Bald. in l.1. C.de in-
4 terdi.vbi dicit, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ † percutiens aliquem in
platea puniatur capite, habet locum in eo qui percutit in
palatio dominorum.de quo etiam per D.Abb. in c.conſti
tutus.in 2 no.de app.vbi dicit per illū tex. ꝙ procedit arg.à
ſimili,licèt illud non ſit omnino ſimile,quod dicit eſſe no.
de quibus etiam habetur latius per D.Fely.in d.c.tranſlato.
in 5.col.de conſti.& facit optimè ad prędicta, no. verbum
Bal.in c.1.in §.deniq;.in 1.col.quæ fuit prima cauſa benefi.
ami.vbi quærit,an dicatur parricida ille, qui non procurat
mortem fratris,ſed procurat captionē ſeu capturā, ſeu car-
cerationem fratris ſui,puta vaſallus fecit capi fratrem ſuum
& poni in carcere tyrannico, ex quo dominus vult eū pri-
uare feudo.In quo reſpondet & dicit ꝙ & ſi non propriè
iſtud dicitur parricidium,tamen quia eſt de ſimilibus ad ſi-
milia procedendum, puto eum priuari poſſe feudo, maxi-
5 mè ſi captus ſit cum vaſallo, quia † iniuriam atrocem facit
domino, qui vaſallum ſuum detinet in carcere. alleg. ad
hoc Inn in c.dilectis de app. quod dictum refert & appro-
6 bat Io.de Ana.in rub.de his,qui fili.occi.in fi. † Facit etiam
vltra prædicta no.verbum Ang.in l lex Corn. in princ.ſ̄.de
iniu.vbi dixit, ꝙ plures ſunt cauſæ, ꝓpter quas pater poteſt
exhæredare filium, de quibus in §. aliud quoq; capitulum.
in Auth.vt cum de ap.cog. & per glo. in c.Quintauallis. de
iureiur.ſed vltra illas cauſas dicit, ꝙ ſi filius cōmittat aliquā
cauſam maiorem illis contra patrem,poterit exhęredari,li-
cèt talis cauſa non numeretur in dictis locis. de quo dicto
feci mentionem in l.vnius in § cogniturum. ante fi. infra
de quęſtio.& in repe.mea l.fi.in 74.char. C.de proba. & in
ſing. meo 78. incip. plures ſunt cauſę,&c. Item ꝙ in dictis
criminibus exceptis & enormibus non currat tempus ac-
cuſandi; ſicut non currit in crimine ſuppoſiti partus, & in
alijs criminib.ſ̄.alleg. & ꝙ iſta loquentia in illis criminibus
extendi debeant ad dicta crimina excepta & grauiſſima.

† Mo-

7 † Moueor ex dicto no. Bart. in l.quemadmodum.in 1.col.
C.de agri.& cenſi.lib.11.ubi dixit, quòd licèt lex uel ſtatutū
pœnale & odioſum non debeat extendi, ſed potius reſtrin
gi,vt in regula,odia.de reg.iu.in 6.tamen vbi extenſio ten-
dit ad fauorem rei publicæ, ita debemus legem vel ſtatutū
odioſum extendere, ſicut legem vel ſtatutum fauorabile.
Quam doc.refert & ſequitur Alex.in conſ.310.incip.viſa.in
1.col.pro qua doctrina eſt tex.no. in l.hoc modo. ſupra de
condi.& demon.& in l.ſi quis in graui.in §.hi quoq;.ſup.ad
Sylla.& in l.2.C.quando li.ſe ſine iud.vin. quam doctrinam
etiam refert & ſequitur Do.Philip.Decius, plura addendo,
in conſ.ſuo 65.in 2.col.Diſpoſitio ergo iuris loquens in di-
ctis caſibus, & volens ꝙ in illis caſibus non currat tempus
accuſandi, debet extēdi ad alios caſus enormiſſimos & ex-
ceptos, cum talis extenſio tendat ad fauorem reipublicæ,
vt tanto magis dicta puniantur,de quo fauore publico ſeu
vtilitate publica dixi latiſſimè,fortè vltra omnes,in practica
mea cauſarum criminalium, in 560. char. & ibi.per 4.char.
quæ ibi dicta non repeto breuitatis cauſa.Et ſic ex iſtis om-
nibus ſupradictis remaneo in hac cōcluſione, ꝙ nō ſolum
in crimine ſuppoſiti partus & aliorum ſuperius allegatorū,
ſed etiam in alijs criminibus exceptis & enormibus, nō cur
8 ret tempus ad accuſandum. † Sed quæri poteſt, dicitur in
tex.iſto,quòd accuſatio iſta partus ſuppoſiti, poteſt fieri nō
obſtante ꝙ mortua ſit illa quę dicitur partum ſuppoſuiſſe,
ſed hoc videtur non poſſe fieri, cum mors omnia tollat, vt
habetur in §.deinceps.in Auth. de nup. & in l.in ſumma.s̃.
de re iu.& in l.Neratius. inf. de reg.iur. & in l.ſi in ſingulos.
s̃.de annu.leg.Immo incœpta vel pendente accuſatione ꝯ
aliquem,ſi accuſans vel accuſatus moriatur, ipſo facto con
ceditur abolitio ipſius accuſationis,& perit omnis inſtātia,
& extinguitur omnis actio,vt C.ſi re. vel act. mor. fue.l.fin.
§.1.& ibi glo.& Doc.l.diui fratres.s̃.de accu.& in l.libellorū.
§.1.eo.tit.& uoluit Gandi.in trac.ſuo malefi. ſub rub.de pę-
reorum.in 6. col. verſ.pone, ꝙ Titius, & dixi ego in l.fin.in
5.colum.inf.de quæſt.ſed dicas, ꝙ licèt dicta regula extet ꝙ
mors omnia tollat, adeo ꝙ ſuperueniente morte accuſan-
tis vel accuſati,ipſo facto concedatur abolitio ipſius accuſa
tionis, & pereat omnis inſtantia & extinguatur oīs actio,
vt ſup.dixi. tamen hæc regula fallit in hoc caſu, in quo ſpe-
ciale eſt, ꝙ poſſit fieri accuſatio ſuppoſiti partus etiā mor-
9 tua perſona,quæ dicitur partum ſuppoſuiſſe. † Et plures ēt
alij ſunt ſimiles caſus, in quibus ꝓcedit accuſatio mortuo
reo,vnus eſt caſus in crimine repetundarum,alius eſt in cri
mine læſæ maie.ita dicit tex.in l.ex iudiciorum.s̃.de pub.iu.
& in l.fi.s̃.ad leg.Iul.maie.qui tex. ſolum loquitur de crimi-
ne lęſę maie.contra principem,uel rem publicam cōmiſſo,
& habetur etiam Inſti.de pu.iud.in §.publica autem. Alius
eſt caſus in crimine l.Iul.repetundarum.tex.eſt in l.2. inf. ad
leg.Iul. repe. Alius eſt in crimine peculatus, vt in l.fi.ſup. ad
leg. Iul. pecu. Item alius eſt caſus in l.Iul. de reſiduis, ut in
d.l.fi.ad l.Iul.pec.& ad ſenatuſcon.Turpil.in l.in ſenatu. in §.
ſi propter mortem. Item ſimilis eſt caſus in crimine hære-
ſis,ut in l.4.C.de hæreti.Alius eſt etiam caſus ſimilis, videli-
cet in crimine apoſtatatus,vt eſt tex.in l.2.& in l.apoſtatarū.
C. de apoſt. Item alius eſt caſus, uidelicet, quando vxor de
morte viri accuſata eſt,nā ea mortua non propterea extin-
guitur accuſatio. text. eſt no. in l.Lucius.inf de iu. fiſ.Alius
eſt caſus,videlicet in crimine deſertæ militiæ, ut eſt text.in
l.4. C.de re mili.lib.12. Habes etiam alium caſum in l.fi. §.fi.
inf.de bo.eo.qui mortem ſibi conſci.quos caſus omnes po
nit glo. no.& ordinaria in l.ex iudiciorum. s̃.de accuſ.& gl.
in §.per ꝯrium. Inſt. de hæred.q̄ ab inteſt. defe. in verſ. poſt
mortem.& in l.ex teſtamento. C. de teſta.manu. Sed vltra
dictos caſus,& dicta glo.adde ꝙ mortuus in notorio crimi
ne ad inſtar hæretici, etiam poſt mortem poteſt accuſari.
tex.eſt,& ibi Doc.in c.deniq;.88.diſt.& voluit glo. 24.q.2.in
ſumma.& Card.in cle.fi.in fi.de pœ.& adde etiam alium ca
ſum,videlicet,in illo qui per vim commiſit ſtuprum in ma
ſculum vel in fœminam,nam talis poteſt ſine præfinitione
tp̄is accuſari. tex. eſt in l.mariti lenocinium.§.fin.s̃.de adult.
quem alle.hic glo.pro concor.de quo dixi ſup. in prin. hu-
ius.§. Et circa hanc materiam adde etiam,ꝙ in aliquib.caſi-
bus memoria defuncti poteſt damnari poſt mortē ſuam,
de quib.hr̄ per gl.or.in d.§.per ꝯrium.in ver.damna. quā gl.
ꝓ valde no.& ſing.refert & ſeqt̄ Io.de Imo.ī c.qm̄ frequen-
ter.extra ut li.non cōte.& in l.defuncto.s̃.de pub. iu.de quo
etiā per Bal.in conſ.ſuo 340.inci.quidam ciues,&c.in 2.col.
in 3.vol.& Bal.in conſ.60.incip.punctus,&c. in 2. vol.& per
Bar.in l.qui à latronibus.§.1.ſup.de teſt. & per gl. & Doct.in
l.j.C.ſi reus vel accu.& per Ang.in l.fin. C.ad leg.Iul.maie.&
per glo.& Doct.in c.accuſatus.de hæret.in 6.&c. Poſtremò
dico, ꝙ iſte tex.poteſt allegari ad vnum, videlicet, ꝙ mors
non tollit omnia,vt dicit tex.in Auth.de nup.in §.deinceps.
nam dicta regula dicti.§.deinceps,fallit in caſu huius.§.& in
alijs caſibus ſuperius alleg. in quibus poteſt agi poſt mor-
tem,& ſic hos caſus poteris addere his,quæ dixi in l.fi. infra
de quæſt.ubi poſui aliquos caſus,in quibus mors non tollit
omnia,vide ibi. Et ex iſtis remanet expeditus iſte. §.quo ad
text. Glo.prima clara eſt,nam dicit quòd hoc, quòd dicitur
in iſto.§.eſt ſpeciale, ſed regulariter contrarium eſt verius.
ad quod alle.l.querela.C.eo.Item alleg. in ſimili tex. in l.fin.
s̃.de parri.& s̃.de adul.l.mariti.§.fi.vbi hr̄ ꝙ non currit tēpus
aliquod ad accuſandum in illis caſibus. alleg. etiam text. in
l.1.C.eo.qui tex.ſolum loquitur de partu ſuppoſito.poſtea
alle.etiam tex.in l.1 in fi. s̃.de Carbo edic vbi tex. ſimiliter
loquitur de partu ſuppoſito.vltimo gl.alle.tex in l.lege.§.j.
inf.eod. qui tex.etiam loquitur de hoc crimine ſuppoſiti
partus.& ſic glo.iſta clara eſt Alia glo.etiam eſt clara, nam
inquantum tex.dicit,ꝙ non eſt curandum,an deceſſerit il-
la quæ dr̄ partū ſuppoſuiſſe,gl.alleg rationem huius,videli-
cet,quia participes delicti,qui tenentur non obſtante mor
te illius,poterūt puniri alleg. tex.in l.licet.s̃.de Carbo.edic.
10 † Et quia hic tractatur dicta materia ſuppoſiti partus, ſi vis
ſcire,quando partus ſuppoſitus inſtituitur hęres ab illo,qui
credebat illum filium ſuppoſitum eſſe filium ſuū, an valeat
talis inſtitutio,vide Bal.in conſ. ſuo 621. inci.ſuper inſtitu-
tione hęredis,&c.in 6.vol.quod ſextum vol.non reperitur
in orbe,niſi penes me, quod habui ſubtili ingenio magna
cum expenſa. Ex quibus redditur expedita hæc l.ſequitur.
l.falſi pœna,&c.quam omittere ſtatuti,cum in ea parū dici
poſſit, ideo venio ad l.qui duobus inſolidum.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Vendens eandem rem duobus inſolidum, tenetur pęna falſi.*
2 *Limitatio l.quoties.C.de rei vendi.nu.3.4.5.6.7.8.9.10.*
11 *Corrumpens iudicem, punitur pœna falſi.*
12 *Poteſt quis puniri pęna falſi, cuius bona etiam non confiſcantur.*
13 *Relegatus an finito tempore relegationis poſſit recedere à loco relegationis propria auctoritate, vel requiratur licentia ſuperioris.*
14 *Banniti non perdunt beneficia iuris communis & facultatem ſuccedendi de iure communi, ſe perdunt beneficia inducta à ſtatutis illius ciuitatis, à qua ſunt banniti.*
15 *Bannitus in ære & in perſona, habetur pro mortuo.*
16 *Rannitus non poteſt interponere auctoritatem contractui fiendo per eius affinem, ſtante ſtatuto quod in contractu debeant interuenire duo affines.*
17 *Stellionatus crimen, an concurrat cum crimine falſi.*

Qui duobus inſolidum.

Et hoc intendit Vendens
eandem rem duobus inſolidum,tenetur pęna falſi,& eadē
pœna tenetur, qui iudicem corrumpit,licèt mitius punia-
tur pœna relegationis,nec bona illis auferuntur. hoc dicit.
1 † No.dictum in ſummario, ꝙ non licet eandem rem ven-
dere duobus,& qui contrarium facit, incidit in pœnā falſi,
& hoc eſt quò ad ipſum venditorem. Sed poteſt quæri eo
caſu,quo aliqua res eſt vēdita duob. inſolidum, cui ſpectet
ſeu pertineat illa res? In quo dicas,ꝙ tunc ille emptor præ-
fertur,qui eſt prius in poſſeſ.ipſius rei emptæ.tex.eſt vulga-
tus in l.quoties C.de rei ven. Qui tamen tex limitatur mul
2 tis modis. † Et primò nō habet locum in feudis, quia ſi da-
tum eſt primo vni aliquid in feudum,& poſtea illud idē da
tur alteri,& iſte vltimus apprædēdat poſſeſſ. primò, tamen
non obſtante ꝙ habeat poſſeſ.admittitur primus. ita ꝑ plu
ra iura concludit Lud Roma.in conſ 70.incip. viſis thema-
3 te,&c. in 2.colum.† Secundò limitatur d.l non habere lo-
cum in perſona eccleſiaſtica vēdente,quia primus emptor
debet habere rem emptam,non obſtante,ꝙ ſecundus em-
ptor primò habuerit poſſeſ.illius rei.ita ſingu.dixit Io And.
& Hoſt. in c.continebatur. extra de his, quæ fiunt à præla.
ſine conſen cap alle.c.cum autē.de iurepa.& c.inter cano-
nicos.de elec.quod dictum pro valde no.refert Lud.Rom.
in d.conſ.ſuo 70. & illud etiam refert & ſequitur idē Lud.
Roma. in conſ. ſuo 293. incip.circa præmiſſam,&c. in vlt.
col & ibi dicit,ꝙ ratio huius dicti eſt,ſecundum Ioan And.
quia eccleſia, quæ debet eſſe tutrix & auctrix iuſtitiæ, vt in
c.1.§.licet diuerſum.de alie.feu.non debet in ſuis contracti
bus fraudem adhibere, & illud dictum etiam refert & ſeqt̄
Ludo.Roma.in repe. authen. ſimiliter. in 3.char. in 1.col.
verſ.12.C.ad l.Fal.vbi dicit,quòd iſtud dictum eſt commu-
niter incognitum Legiſtis & Canoniſtis & illud etiā refert
& ſequitur Do.Fely.in c.cum olim.in 3.col.de re iud.
4 † Tertiò limita d.l quoties. quando venditor in prima
venditione conſtitueret ſe precario nomine primi empto
ris

ris talem rem venditam poſſidere, nam iſto caſu licèt reali-
ter non tradiderit poſſeſ. primo emptori, ſi poſtea vni alte-
ri vendidit & tradidit poſſeſ. ipſius rei, attamen primus em-
ptor propter dictam clauſulam erit potior in ipſa re vendi-
ta, & ſic d.l.quoties. non ſolum habet locum in traditione
naturali, ſed etiam in ficta. ita ſingu. dixit Ioan. And. in addi.
Spec. in tit. de emp. & ven. in §. ſciendum. in 16. col. in addi.
incip. hic dubitatur, ſi iſte vendat, &c. & ita etiam expreſsè
firmat Bal. in conſ. ſuo 506. inci. venditor conſtituit, &c. in
4. vol. de quo etiam per Bal. in rub. C. de contrahen. emp. in
5 16. q. † Quartò limita d. l. quoties. quando primò vendita
eſſet res perſonæ priuilegiatæ etiam ſi ſecundo emptori eſ
ſet facta traditio, quia tunc præfertur ipſa perſona priuile-
giata, vt eſt eccleſia vel eccleſiaſtica perſona. ita dixit gl. not.
in l. ſiue autem. §. ſi duobus. ſup. de pub. & idem tenet glo. &
Bar. in l. fi. C. de ſacroſan. eccl. & Bart. & Doct. in d. §. ſi duob.
6 † Quintò limita d.l.quoties. non habere locum in pauperi-
bus Chriſti, quia ſi tales pauperes primò emerũt & poſtea
alius emit, licèt iſte poſterior emptor adeptus fuerit poſſeſ.
ipſius rei, attamen ipſi pauperes ſunt potiores, & præferun-
tur ſecundo emptori. ita no. dixit Bal. in d. §. ſi duobus. & ibi
7 Ang. poſt eum. † Sextò limita d.l.quoties. non habere locũ
in matrimonio, quia ſi vni promittitur puella conſentiens
per verba de præſenti, & alteri ſecundo promittatur & tra-
datur, valet primus ꝯ̃ctus. tex. eſt in c. fi. de ſponſa. quem tex.
8 ad hoc alle. D. Fely. in c. 1. in 2. col. extra vt li. non conte. † Et
vltra prædicta circa materiã d.l.quoties. C. de rei vend. adde
ꝙ ſi res ſit vendita & tradita duobus, & non apparet cui pri
mo tradita fuerit, quod præſumitur tradita primo potiori
emptori, ita dixit Iac. de Are. & Cy. in d.l.quoties.

Quod eſt verum, quãdo vterq; probat numerationem
pretij, ſed ſi vnus tantũ probat numerationem, illi præſumi
tur primò tradita. ita dixit Do. Alex. in d. l. ſiue autem. 1. §. ſi
duobus. ſ̃. de pub. alle. §. venditæ. Inſti. de re. di. & dicit ꝙ Bal.
dicit ſe ita conſuluiſſe in l. ſi facta. ſi de feu. fue. contro. inter
9 do. & agna. † Itẽ adde etiam ad ampliationem d. l.quoties.
ꝙ diſpoſitio illius legis habet locum etiam ſi prima vendi-
tio ſit facta cum iuramento, & poſtea ſit facta ſecũda cum
traditione, non obſtante dicto iuramento præfertur ſecun
dus emptor. ita no. dixit Io. de Imo. in repe. c. cum contin-
gat. in 184. col. de iureiur. quem refert & ſequitur Ant. Cor
ſe. in rub. extra de iureiur. in 41. priuilegio iuramenti, quod
10 dicit eſſe not. † Item ſcias etiam, quod d.l.quoties. limita-
tur, videlicet niſi in ſecunda vendi. & traditione fraus inter-
ueniſſet, adeò quòd eſſet nulla & poſſet reuocari, quia tunc
primus præfertur ſecundum Do. Alex. in d. §. ſi duobus. ubi
alleg. ad hoc Bal. in rub. C. de his, quæ in frau. cre. in princ. &
adde etiam plura alia ad materiam d. l.quoties. quæ ponit
D. Alex. in d.l.quoties. & in d. §. ſi duobus. & Berth. in repert.
in verbo, emptor primus, &c. & quæ ego dixi in ſing. meo
11 92. incip. volo tibi dare, &c. † Modò redeundo ad text. no.
quod corrumpens iudicem, punitur pœna falſi, de qua ma
teria dixi ſupra eod. l. 1. §. ſed & ſi quis. & in l. 1. in §. præterea.
12 ſupra de ſica. † Item no. etiam ex hoc tex. caſum, in quo qs
punitur pœna falſi, & bona ſua non publicantur, quod eſt
contra ordinariam pœnam falſi, in qua quis punitur pœna
deportationis & confiſcationis omnium bonorum, vt eſt
tex. in l. 1. §. fi. ſup. in hoc tit. ſed in caſu corruptionis iudicis
quis punitur pœna falſi, ſed remiſſius, videlicet, quia relega-
13 tur ad tempus ſine confiſcatione bonorum. † Vtrũ autem
finito tempore relegationis ipſe relegatus poſſit recede-
re à loco relegationis propria auctoritate, vel requiratur li
centia iudicis vel ſuperioris? Tex. eſt in c. felicis. in §. cũ autẽ.
de pœ. lib. 6. & facit tex. in l. 1. & 2. inf. de cad. pu. [Vide Do.
Phil. Dec. in conſ. 61. in vlt. col. in fi.] Vlterius ego quæro de
vno, dr̃ in hac lege, ꝙ relegato ad tempus, eo quia corrupit
iudicem, non auferuntur bona. Quid in bannito banno ca
pitali ſimpliciter ſine expreſſione confiſcationis bonorũ,
an tali bannito ſint auferenda bona; & ſic an bannum capi
tale ſecum trahat confiſcationem bonorũ? In quo dicas ꝙ
non. Ita no. dixit Bal. in l. data opera, in 17. col. C. qui acc. nõ
poſ. ver. ſed quæritur ſi aliquis eſt condemnatus, &c. & Bal.
in l. 2. C. qui teſt. fa. poſ. & in l. 3. in vlt. col. C. ſi pen. ap. mors
interue. & in l. eius, qui. §. 1. ſ̃. de teſt. & in c. 2. in prin. de pace
tenen. & in l. 1. in antepe. col. de hære. inſt. & D. Alex. in cõſi.
116. incip. animaduerſis ſtatutis, &c. in 4. colum. in 2. volum.
14 † Et ſcias etiam, ꝙ banniti non perdunt beneficia iuris cõ-
munis & facultatem ſuccedendi de iure cõi, ſed perdũt tm̃
beneficia inducta à ſtatutis illius ciuitatis, à qua ſunt banni-
ti, ſ m Iac. de Are. Ang. & Bar. in l. ex facto. in §. ex facto. ſupra
ad Tre. Cy. & Bar. in l. 1. C. de hære. inſti. & Bar. latè in ſua di-
ſputatione, inci. Lucanæ ciuitatis, & in extrauag. qui ſint re-
belles. in verbo, rebellando. & Bar. & Bald. in l. amiſſione. in
§. qui deficiunt. ſ̃. de cap. & Bart. & Bald. in l. eius, qui. §. j. ſ̃. de
teſta. & Bal. in l. Gallus. in §. & quid ſi tantũ. ſ̃. de lib. & poſth.
de quo etiam latè per Alex. in conſ. ſuo 75. incip. viſis & dili-
genter perſpectis, &c. in 1. col. in 1. vol. & per Pet. de Anch.
in conſ. 276. inci. filio ſuo, &c. & in conſ. 278. incip. Iſte B. de
15 Garnatio, &c. † Et iſta intelligo procedere & eſſe vera in
ſimplici bannito, ſecus autem puto eſſe in bannito in ære
& in perſona, quia taliter bannitus hr̃ pro mortuo, ſecun-
dum Barba. in conſ. ſuo 42. inci. iſta conſultatio. in 1. char. in
16 vlt. col. in 3. vol. † Et ideo talis bannitus non poteſt interpo
nere auctoritatẽ ꝯ̃ctui facto per eius affinẽ ſtante ſtatuto,
ꝙ in cõtractu debeant interuenire duo affines. ita dixit Bal.
in conſ. ſuo 409. inci. quia verba ſtatuti, &c. in 6. vol. Venio
ad glo. quia alia no. hic non habemus. prima gl. mouet vnã
dubitationem, videlicet, pone ꝙ vnus habebat vnam rem,
quam obligauerat vni, & poſt talem obligationem eãdem
rem alteri vendidit, an teneatur pœna falſi? In quo glo. di-
cit ꝙ non, ſed tenetur pœna criminis ſtellionatus. allegat
17 l. 3. ſ̃. de cri. ſtel. † Poſtea glo. quærit an crimen ſtellionatus
cõcurrat cum crimine falſi. & ſe remittit ad l. ſi à debitore.
infra eo. vbi tex. innuit quòd ſic. poſtea glo. alleg. l.quoties.
C. de rei ven. vbi lex illa loquitur in materia iſta de venden-
te rem duobus inſolidum. Gl. ſecunda alle. concor. Vltima
gl. dicit tacitè, quòd iſte eſt caſus ſpecialis, in quo relegato
non auferuntur bona, quod ſecus eſt regulariter. alleg. l. 2.
in fi. ſupra eod. Sequitur l. impuberem. quam omittere ſta-
tui, vt transferam me ad l. ſi quis patris.

SVMMARIVM.

1 *Diſcat in auctorem pœna redire ſuum.*
2 *Exhæredatio legitimè facta de filio, extenditur ad nepotem viuo pa*
tre, aliàs non.
3 *Qui fecit teſtamentum, quod abolitum vel cancellatum fuit, non di*
citur inteſtatus decedere, ſed dicitur quaſi inteſtatus decedere.
5 *Caſus, in quibus vnus punitur pro alio.*

Si quis patris. Et hoc intẽdit. Delictum patris no
1 cet filio. h. d. † No. ex hoc text. ꝙ
licèt habeamus regulam dicentem, quod pœna debet tene
re ſuos auctores & nõ alios, vt in l. ſancimus. C. de pœ. & l. ſi
hæredis ſeruus. §. fi. ſ̃. de leg. 1. & vnus non debet puniri pro
alio, tamen hoc fallit in caſu iſto, in quo filius perdit bona
aui propter delictum patris ſui, & pro dicta regula, ꝙ vnus
non puniatur pro delicto alterius, & maximè filius propter
patrem, facit optimè tex. in l. 3. in §. ſi emancipatus. ſupra de
bon. poſ. contra tab. vbi dr̃, quòd ſi pater exhæredat filium
propter cauſam ingratitudinis ab eo commiſſam, ꝙ illa ex-
hæredatio non debet nocere nepoti, qui aliquam cauſam
2 ingratitudinis non commiſit. † Sed hoc vr̃ eſſe falſum, quia
exhæredatio facta legitimè de filio, extẽditur ad nepotem,
vt hr̃ in l. ſi quis poſthumos. in §. ſi qs filiũ. ſ̃. de lib. & poſth.
& in l. Gallus. in §. in omnib. eo. tit. & in l. 1. §. ſi in poteſtate.
ſ̃. de coniun. cum eman. lib. Attamen dicas, ꝙ verum eſt ꝙ
quamdiu filius exhæredatus viuit, nepos ex eo natus nõ po-
teſt aliquo iure rumpere teſtamẽtum, ſecus autem ſi filius
eſſet mortuus, quia tunc nepos poſſet rumpere teſtm̃ aui,
nec eo caſu cauſa ingratitudinis commiſſa per filium noce
ret nepoti. ita dicunt Doc. in d. §. ſi quis filium. & Dyn. in re-
gula, non debet. de reg. iur. in 6. vbi aliqua ponit circa hanc
3 materiam. † Item no. etiam ex iſto tex. ꝙ ille qui fecit teſta-
mentum quod abolitum vel cancellatum fuit, non dicitur
inteſtatus decedere, ſed dicit̃ quaſi inteſtatus decedere. Ita
apertè probat iſte text. quod no. pro ſtatuto faciente men-
tionẽ de decedente ab inteſtato. Alia no. nõ colliguntur ex
hoc tex. ſed circa illam regulam, quod pœna debet tenere
4 ſuos auctores, de qua ſupra dixi, † adde quod propter enor-
mitatem delicti vnus punitur pro alio temporaliter, patet
in crimine læſæ maieſtatis, vt habetur in l. quiſquis. C. ad leg.
Iul. maie. vbi filius punitur pro patre, & in crimine hæreſis,
vt hr̃ in c. vergentis. de hæreti. & in c. cum ſecundum. eo. tit.
in 6. Similiter in crimine ſodomiæ vnus punitur pro alio,
vt patet in Authen. vt non luxu. contra natu. per totum. &
patet etiam in Sodoma & Gomorra, & in alijs tribus ciui-
tatibus illis proximis, in quibus erant aliqui innocentes, &
tamen omnes mortui ſunt propter illud horrendũ crimẽ,
vt dixit Io. de Ana. in c. dilectus. il. ij. in 6. col. ext. de ſymo. vbi
alle. ad hoc aliqua iura, de quib. ibi per eum. Venio ad glo.
vnicam, quæ in ſui principio alleg. pro concor. tex. in l. ſi qs
cum falſo. in princ. ſupra eo. poſtea no. ex iſto tex. quòd ne-
poti aufertur hæreditas aui propter crimen patris, & idem

dicit eſſe in feudo. alle. l.diui.C.de queſt.ſed corruptè alleg.
quia in illo titu.nulla eſt l.diui , ſed fortè voluit alleg. l.diuo
Marco.in illo titu.vel voluit alle.l.diui.ſupra deu. pa. alleg.
etiam l.quæritur.ſ.de bo.lib.poſtea glo.arguit de l.emanci-
patum.§.1.in fi. ſup. de ſena.& de l.adoptiuum.in fi. ſ. de in
ius voc. Tu ſol.quòd illa iura non obſtant, quia loquuntur
in diuerſo caſu,vbi tractatur de honore tantum,ſed hic tra
ctatur de patrimonio ſeu de hæreditate , & non obſtant.
Et inquantum glo. iſta dicit quòd filius propter delictũ
patris perdit feudum , dicas tu , quòd hæc glo. non videtur
vera, quia contrarium expreſsè tenuit glo. in d l.emancipa-
tum.ſ.de ſena.in d.l.adoptiuum. de quo latius per ſcriben-
tes in dictis locis. Sequitur modò no.l.eos,qui inter ſe.

SVMMARIVM.

1 *☞ Teſtis varius in criminalibus poteſt torqueri,ſecus in ciuilibus.*
2 *Mercatores falliti poſſunt torqueri vt indicent pecunias ipſis datas ad mercandum, quas nunc denegant habere.*
3 *Variatio facit indicium ad torturam.*
4 *Teſtis ſecundò examinatus ſuper eodẽ facto poteſt dicere,dico per omnia ut dixi in primo meo dicto,niſi iudex haberet ipſum teſtẽ ſuſpectum, quia tunc cogetur de nouo deponere ſeriatim.*
5 *Conſilium pro teſte, qui primò examinatus iterum examinatur, vt petat ſibi prius teſtificata exhiberi.*
6 *Conſilium pro teſte,quòd in ſecundo teſtimonio dicat prout ſibi videtur modo, & ſi apparuit aliter dixiſſe in alia cauſa, ex nunc corrigit, &c.*
7 *Si teſtis dicit primò ſe non recordari , vel neſcire , poſtea iterato productus deponit ſuper eo, an probet.*
8 *Quando teſtis variat in dictis,an ſtetur primo , vel ſecundo.*
9 *Conſilium quando teſtis dicit extra iudicium , ſcio hoc tantum & non plus,quod ſcribatur eius dictum coram teſtibus.*
10 *Nulla & inualida nõ ſunt in cõſideratione,& nullius ſunt momẽti.*
11 *Conteſtatio litis non rectè facta, nullum operatur effectum.*
12 *De contractu nullo non ſoluitur gabella.*
13 *Statutum puniens opponentem aliquam exceptionem,non compræhendit ineptè opponentem.*
14 *Propter ſententiam nullam iudex non facit litem ſuam,licèt teneatur ad expenſas litis.*
15 *Si emphyteuta vendit rem emphyteuticam irrequiſito domino,non cadit à iure ſuo ſi contractus non tenet.*
16 *Verba debent accipi in potiori & digniori ſignificato.*
17 *Si teſtis dicit vnum in iudicio, poſtea dicit aliud extra iudicium , tunc iudex non debet procedere ad ferendam ſententiam ſecundum dictum iudicialiter factum.*
18 *Si teſtis vilis fortunæ dixit in præſentia partis potẽtis aliquid extra indicidm, quòd veniebat in fauorem illius partis , ſi poſtea in iudicio dixit contrarium,non debet ſtari primo dicto,quia ſatis præſumi poteſt teſtem illud dixiſſe extra iudicium, vt placeret illi parti, timens eius potentiam.*
19 *Reuocatur ſententia etiam ſi tranſiuit in rem iudicatam , ſi victor confitetur de iniuſtitia ſententiæ.*
20 *Statur confeſſioni factæ in tormentis, quando primò reus extra iudicium ſponte illammet facit confeſſionem.*
21 *Confitens extra iudicium poterit puniri arbitrio iudicis tanquam ſe glorians de delicto.*
22 *Teſtimonia falſa quæ dicantur, quæ varia, & quæ diuerſa.*
23 *Teſtis non dicitur varius, quando variat circa aliquas demonſtrationes, vt circa pronomen vel agnomen, ſecus ſi variat circa locum vel tempus contractus vel delicti.*
24 *Teſtis in parte verus & in parte falſus , in totum reputatur falſus.*
25 *Teſtes, an & quando reducantur ad concordiam.*

Eos, qui inter ſe. Lex iſta,ſecundum Bar.diui
ditur in tres partes , ĩ prima
parte loqˇt de eo,qui dixit varia & diuerſa teſtimonia eodẽ
tpe & corã eodẽ iudice & in eadem cauſa.in ſecunda parte
loquitur de eo,cuius teſtimonium variat ab eo,quod aliàs
dixit extra iudicium. Tertiò loquitur de eo cuius teſtimo-
nium ſuũ variat ab alio eius teſtimonio, quod alias dixit in
alio iudicio.ſecunda ibi,& eum qui.tertia ibi,de impuden-
tia, & hoc intendit. Teſtis dicens diuerſa teſtimonia ſuper
eadem re, punitur pœna falſi . Item teſtis dicens ꝯ illud, q̃d
aliàs dixit, eadẽ pęna punitur , & ſimiliter teſtis,qui ꝑ duo-
bus depoſuit incompatibilia.h.d.vſq; ad §.qui ſe. Caſus,&c.
1 † No.1.ex hoc tex.ꝙ teſtis dicens varia ſeu diuerſa teſtimo-
nia nõ probat,& punitur de falſo. Quinimò etiam poſſunt
tales teſtes vacillantes torqueri pro veritate habenda, vt hr̃
in l.edictum.& in l.diuus Pius.& ibi dixi,inf.de quæſt.quod
eſt intelligẽdum in cauſis criminalibus, vt hr̃ in dictis locis,
ſecus autẽ in alijs cauſis,quod eſt verũ,niſi aliqua cauſa ciui
lis & pecuniaria hr̃et crimen annexũ ſecum , quia tunc te-
ſtes varij poſſent torqueri. ita hr̃ per Cano. in c. 1. extra de
2 depoſi. † Ex quorũ dicto infert D.Paris de Puteo in tract.
ſuo ſyndi.in 108.char.in 1.col.verſ.an cauſa,&c. ꝙ alias ipſe
dixit,ꝙ mercatores falliti ceſſantes & fugitiui poterũt tor-
queri vt indicent pecunias ipſis datas ad mercandum, quas
nunc denegant hr̃e, & dicunt illas perdidiſſe , quod eſt no.
de quo ego etiã dixi in d.l.diuus.in 2.col.de quo etiam vide
3 per Alex.in conſ.77.inci.in cauſa.in 4.col. in 1.vol. † Et ſcias
ꝙ iſta variatio ſeu diuerſitas non ſolum in teſtib. operatur
vt ipſi poſſint torqueri, ſed etiam idẽ operatur in cauſa cri-
minali in perſona rei,nam ſi ipſe reus vadit variando in re-
ſponſione ſua,quia vno die dicit vnum,alio dicit aliud, tũc
iudex poterit ipſum torqueri etiam ſine alijs indicijs.ita di-
xit Angel. de Are. in trac.ſuo malefi.in verbo,fama publica
præcedente.in 17.char.in verſ.nono quæro. ubi dicit, quòd
quando iudex examinat reum criminis , qui vno ſero dicit
vnum , alio ſero dicit aliter , ꝙ tunc iudex non parcat cala-
mo,ſed ſcribat illas varietates,qm̃ ex illis poterit tunc reum
repetere in tormentis ſine alijs indicijs. ad quod alle. Bart.
in l.de minore.in §.plurĩũ. & dicit Ang. hoc eſſe bene no-
tãdum,quia ſępius fecit ſibi honorem . Et idem voluit Bar.
in l.fi.in 2.col.inf.de quæſt.& Lud.Rom. in conſ.ſuo 8.inci.
viſo facto.circa prin.de quo dixi in ſingu.meo 103 . inci.va-
4 rietas in teſte,&c. & in d.§.plurium.in 4.col. † Et circa ipſos
teſtes varios dicas,ꝙ quando vnus teſtis fuit examinatus,&
iterum ſuper eodem facto vel capitulo examinatur, ne va-
riet vel vacillet,cautela eſt ꝙ ipſe teſtis ſecundò examinatus
reſpondeat & dicat,dico & depono per omnia,prout alias
dixi in præſenti cauſa,vel in præſenti articulo.Nam talis de-
poſitio admiſſa per iudicem idem operatur , ac ſi ipſe teſtis
expreſsè & ſpecificè depoſuiſſet in vltima examinatione il-
lud,quod in prima continetur.l.qui liberis. §.teſtamento.ſ.
de bo.poſ. ſecundum tab. l.tribunus. §.1. & l.quærebatur.ſ.
de teſt.mili.& uoluit Bart.hic, & voluit Pet de Anch.in cle.
de teſti.ad fi. de teſti. & Dom.Alex.in conſ.ſuo 56.inci.viſo
proceſſu.in 2.vol.& in conſ.133.incip.viſo proceſſu.in 6.co-
lum.& Do.Ant. in c.cum in tua,in fi.de teſti. Vel dicas etiã,
ꝙ ipſe teſtis iterum examinatus poterit dicere,ſatis per ſu-
pradicta per me reſponſum eſt, ita colligitur ex tex. l.fundi
Trebatiani.ſ.de vſufru.leg.quẽ text.ad hoc alleg. Bal.in l.ſo-
lam.in 2.col.in fi.C.de teſti.& Bal.in add.Spec.in tit.de poſi.
in 2.col.in ver. qui ſemel, &c. Prædicta tamen limita & in-
tellige eſſe vera,niſi iudex haberet teſtes ſuſpectos, qa tunc
tales teſtes iterum producti & examinati non poterunt di-
cere,ſatis per ſupradicta reſponſum eſt,ſed debebunt iterũ
& de nouo deponere.Ita no.dixit Bald.in l.1.§.editiones.in
fi. primæ col.ſ.de eden.& in l.fin.C.de teſti.in fi. de quo ego
dixi in l.ex libero.in 3.col.in fi.inf.de quæſtio. & vide Barto.
hic,in vlt.col.qui circa hoc dicit, ꝙ eſt in arbitrio iudicis, an
teſtis iterum examinatus teneatur ſpecificè deponere , vel
poſſit ſe referre ad primum dictum,& ponit exemplum in
teſtatore,qui poteſt ſi vult teſtm̃ inualidum, quod antea fe
cerat,confirmare ſine alia expreſſione verborum conten-
torum in primo teſtamento,vt in l.j.in §.filiusfamilias. ſ.de
leg.3.& l.qui ex liberis.in §.teſtamento.ſ.de bon.poſſeſſ.ſm̃
5 tab.& in l.quærebatur.de teſta. mili. † Dicit poſtea ipſe Bar.
ꝙ dat iſtud conſilium teſti,quando iterum axaminatur , vt
petat primã teſtificationẽ ſibi exhiberi,vt de dicenda verita
te poſſit ſe informare,arg.l.ſi cum exhibuiſſent.ſup.de pub.
6 † Item dicit etiam Bart.hic, quod conſulit ſemper teſtem ,
quod in ſecundo teſtimonio faciat ponere iſta verba,vide-
licet ꝙ ipſe dicit prout ſibi vr̃ modò,ſed ſi apparuerit aliter
dixiſſe in alia examinatione , ex nũc corrigit hoc dictũ ſm̃,
& reducit ad primum dictum,cum illo tempore melius re
cordaretur.Sed iuxta prædicta dubitari poſſet de no.dubio,
videlicet , quid ſi teſtis iudicialiter examinatus primò dicit
vnum,poſtea aliud , poſtea reuertitur ad primum dictũ, vt
puta ſi dicat , vidi Titium vulnerantem Cayum in domo,
immo in ſtrata,immo in domo,an iſto caſu ꝓbet ? In quo
vide per Spec.in ti.de teſte.§.1. verſ.quid ſi dixi, vidi hic,&c.
7 & ibi Ioan. And. † Et in hac materia vacillationis teſtium ,
ſcias ꝙ ſi teſtis ſemel productus dixit ſe neſcire vel non re-
cordari,poſtea iterato ꝓductus deponit ſuper ipſomet ne-
gotio,ſuper quo primò dixit ſe neſcire vel non recordari ,
an hoc caſu valeat eius dictum? In quo dicas ꝙ ſic,& nõ re-
putatur varius vel vacillans.hoc voluit glo. in c.cum cauſa,
quæ inter œconomum.in gl.2. extra de teſti. & probat tex.
ſingu.ſecundum Bal.in c.1.in §.notandum.in ti.de not.feu.
& voluit etiam Ang. in l.qui tabularum. per illum tex.ſ.de
fur.& Lud.Rom.in l.qui bona.in §.ſi quis ſtipulatus. ſup.de
dam.infec.& idem voluit Bal.in c.dudum. il ij. in 13. col.de
elec.& in rub.de contro.inue.in 2.col.& Bal.in titu.quid ſit
inueſti.in c.1.in 1.col.& Ludo.Rom.in conſ.ſuo 505.incip.
cum teſtis.& Do.Alex.in conſ.ſuo 56.incip.viſo proceſſu.in

3.col.

3.col.in 2.vol.Quod tamen limitat Bal. eſſe verum,niſi ipſe teſtis ſit locutus cum parte,quia tunc non admittitur ſi primò dixit ſe nihil ſcire, vel ſe non recordari, ita dixit Bald.in d.rub.de contro.inueſti.& Ludo.Roma.in d.conſ.ſuo 505. & ſentit Bal.in l.præsbyteri.la prima, in prima colum. C. de epiſc.& cleri.quem refert & ſequitur hic D.Alex. Si autem non ſit locutus cum parte, bene admitteretur, quia præſumitur ꝙ modo melius recordetur quàm tẽpore, quo fuit interrogatus,pro quo facit quod dixit Ang. in cõſ.ſuo 308. incip.factum tale eſt; Chriſtophorus Petri, &c. in 3. col. & Bal.in l.de tutela.circa med.C.de in integ.reſti.mi. de quo latius dixi in l.ex libero. in 3.col.inf.de quæſt.† Vlterius circa
8 materiam iſtam variationis teſtium, Bar. hic dicit generaliter loquendo, ꝙ pro declaratione iſtius materiæ poteſt ſic dici,videlicet.Quãdoq; teſtis variat in eadem cauſa & inter eaſdẽ perſonas, & tunc aut ſ'm dictum eſt cum tormentis, & ſtatur ſecundo dicto, aut eſt ſine tormentis, & tunc aut dicit hoc animo corrigendi ſe,aut non animo ſe corrigendi,vt patet ex eius dicto.Quandoque teſtis variat in iudicio ab eo quod dixit extra iudicium,& tunc aut primò teſtificatus eſt in iudicio,ſecundo dicit ꝯrium extra iudiciũ,& tunc ſtatur primo dicto, vt in l.generaliter. C. de non nu.pec.& in c.ſicut,extra de teſt.Aut primò dixit extra iudiciũ,poſtea contrarium dixit in iudicio, & tunc dicit Bar. ꝙ punitur vt falſarius, vt probatur in hac l.in 2.reſponſo. Aut verò teſtis ipſe profert varia teſtimonia & diuerſa inter diuerſos, & etiam hoc caſu punitur vt falſarius, vt in hac l.in 3.reſpõſo. & ita eſt intelligenda materia iſta,ſecundùm Bar.hic,in pe.
9 colum.†Poſtea ipſe Bart.hic,in vlt.col.circa fi.dicit,ꝙ quando habes teſtem, qui dicit extra iudiciũ, ego de hac re ſcio tantum,& non plus, ꝙ hoc caſu debes facere ſcribi dictum eius,vel hoc facias dici coram teſtibus, quia ſi aliud diceret in iudicio, puniretur de falſo. Et ex hoc dicit Barto. quòd cauti homines, qui dubitant ne producantur in teſtes, ſi interrogantur ab aliquo, quid ſciant de illa cauſa,vel de illa re, reſpondeant & dicant, quando ero in iudicio,dicam tunc id quod mihi videbitur, & bene faciunt dicit Bart. ne poſtea incidant in falſum. Mihi autem vr̃ circa præmiſſa,ꝙ Bart.non bene loquatur, nec eius opi.procedere poſſit inquantum ipſe in duobus locis iſtius legis dicit,ꝙ ſi teſtis dicit vnũ extra iudicium, poſtea dicit aliud in iudicio, quòd hoc caſu debet puniri de falſo,&c. Nã certè iudicio meo, non bene loquitur,eo quia dictum alicuius extra iudicium etiam ſi ſit falſum, vel non verum, non poteſt puniri ꝓ falſo,eo quia fuit factum ſine iuramento & ſine præſentia iudicis & ſine aliqua ſolennitate, ideo neſcio videre, qua de cauſa poſſit puniri de falſo,immo cum tale dictum nullam habeat ſolennitatem requiſitam,nec iuramentum eſt nullum in totum,vt ſatis de ſe patet.† Quo ſtante tale dictum
10 non eſt in conſideratione, † cum nulla & inualida nõ ſint in conſideratione & nullius ſint momẽti,vt hr̃ in l.4.§.condemnatum.ff.de re iudic.& in l.non putauit.in §.no quequis. ff.de bon.poſ.cõtratab,& facit. l.quoties. ſ.qui ſatiſd. cog.&
11 in l.ſcire oportet,in §.ſufficit. ſ.de excu. tut.† & gl. in l.ſi pater.C.ne de ſta.defun.quæ dixit, ꝙ conteſtatio litis nõ rectè facta nullum operatur effectum. & glo. in c.cum plures.de offi.deleg.in 6.& tex. in c.propoſuiſti. in verbo,legitimè. de
12 fo.compe.† Et ideo dixit Bal.in l.2. C. de euic.ꝙ de contractu nullo non ſoluitur gabella,quod etiã ipſe dixit in l.non dubium.C.de legi.& in l.1.C.de eunu. & in l.ſi duo.in §.ſed quia noſtra.C.cõia de leg.& Guil.de Cu.in l.ab emptione.ſ.
13 de pac.†Et ideo dixit Bal.in l.1.in §.hæc verba.ſ.quod quiſq; iu.ꝙ ſtatutum puniens opponẽtem aliquam exceptionẽ,
14 non compræhendit opponentẽ ineptè.† Et ibi dicit Ang. multum no.ꝙ propter ſententiam nullam iudex non facit litem ſuam,licèt teneatur ad expenſas litis, vt eſt gl. in fi.inf.
15 de var.& extraor.cog.† Et dixit Bal.in l.2.in 2.col.C.de epiſc. au.ꝙ ſi emphyteuta vendit rem eccleſiæ irrequiſito domino,& ꝯtus non tenuit ex aliquo defectu, ꝙ tali caſu nõ priuabitur emphyteuſi.Pro quibus faciunt alia plura, quæ adduxi in l.fi.in 4.col.cum ſeq.inf.de quæſtio.Modò in propoſito,poſtquàm primum dictũ teſtis factum extra iudiciũ & ſine aliqua ſolennitate eſt nullum, & non eſt in conſideratione,non video quare ſi poſtea ſolenniter in iudicio præſente iudice cum iuramento & cum alijs ſolennitatibus requiſitis dicit ꝯrium, debeat puniri de falſo. Videmus enim ſæpe & ſæpius,ꝙ hoĩes extra iudicium & ſine iuramẽto dicunt ſine aliquo reſpectu nugatoriè ꝙ ibi vr̃, ſcientes quòd ex dicto nullo nulla poteſt de iure ſequi pœna. Ideo mihi vr̃,ꝙ in tali caſu ſi poſtea ipſe teſtis ſolenniter præmiſſo iuramento deponit, ꝙ debeat attendi ſolum iſtud dictũ ſ'm iudiciale & ſolenne & nõ primũ,quod eſt nullum & inualidum,& per conſequens non poſſit puniri de falſo,ꝓ prædicta.Et hanc partem & opin.tenuit Bal. in c.per tuas.in vlt. col.extra de proba.Nec obſt.iſte tex. in quo ſe fundat Bart. ad hoc dicendum,quia dico,ꝙ ſi bene & rectè ponderetur iſte tex.non probat hoc, nec in 1.nec in 2.reſponſo, eo q̃a illud verbum,diuerſa teſtimonia,non comprehendit dictũ teſtis extra iudicium factum,cum illud ſit nullum & inualidum.Sed iſte tex.in illo verbo,diuerſa teſtimonia,intelligit de duobus teſtimonijs in iudicio ſolenniter factis,quia tũc ſi ſint ꝯria,bene talis teſtis punitur de falſo. Et ꝙ hoc ſit verum,probatur,nam appellatione teſtimonij,intelligitur de ſolenni & valido teſtimonio & non de inualido, cum cla-
16 rum ſit in iure,ꝙ † verba debẽt accipi in potiori & digniori ſignificato,vt hr̃ in l.1.in §.qui in perpetuũ.ff.ſi ager vecti. vel emphy.peta.& in l.1.§.biduum.ff.quando appel. ſit.& in c.pen.de ſen.excõi.& hr̃ in c.cum olim.de teſti. & facit text. in §. ſed quoties. Inſti. de iure natu. per quem tex. ibi dicit Ang.de Are.poſt Io.Fab. quòd ſi teſtator facit legatum eccleſiæ,nec exprimit nomen, ꝙ intelligitur factum principaliori & digniori eccleſiæ ciuitatis, & ſubdit etiam ibi Ang. per illum tex.ꝙ ſi cauſa committatur ſimpliciter iudici ſeu officiali,ꝙ intelligitur eſſe cõmiſſa principaliori & digniori ipſius ciuitatis. Pro quibus etiam faciunt dicta latè per me, in l.de minore.§.plurium.in 18.col.inf.de quæſt.Ex quib.apparet, ꝙ Bar.& ſequaces in hoc non bene loquuntur. Credo tamen,quòd talis teſtis,qui primò dixit vnum extra iudicium, & poſtea aliud in iudicio, ꝙ poterit puniri à iudice ſolum de ſimplici mendacio aliquali leui pœna,prout mẽdaces puniuntur,ſed non pœna falſi, vt dixit Bar.tene mẽti, quia quotidianum eſt.ad quod faciunt,quę ego dixi in l.de minore.in prin.in 10.col.verſ.& vltra prædicta.inf.de quęſt.
17 † Et ſcias circa hanc materiam teſtis deponentis vnum in iudicio,& aliud extra iudicium,ꝙ ſi teſtis dixit primò ſolenniter vnum in iudicio,poſtea autem dicat aliud extra iudicium,tunc iudex non debet procedere ad ſentẽtiam ferendam,ſecũdum dictum iudicialiter factum, licèt ſi iam eſſet lata ſententia ex hoc non poſſet ea reuocare. ita dixit Do. Ant.in c.cum.in tua.extra,de teſti. quod dictum refert & ſequitur Do.Fran.de Are.in conſ. ſuo 71. incip. diligenter & maturè,&c. in 4.col.in ver. his tamen non obſtantibus. de quo dixi etiã in ſingu.meo 212.inci. cõis omnium ſcribentium,&c. vbi etiam circa prædictam materiam teſtis dicentis vnum in iudicio,& aliud extra iudicium, adduxi no.verbum Abba.in c.inquiſitionis.§.tertiò. circa med. verſ. & ex
18 hoc poſſet.extra de accu.vbi dixit,ꝙ † ſi teſtis fortè vilis fortunæ,dixit in præſentia partis potentis aliquid,quod veniebat in fauorem illius partis, ſi poſtea in iudicio iuramento præſtito dixit contrarium, ꝙ non debet ſtari primo dicto, quia ſatis præſumi poteſt teſtem illud dixiſſe extra iudiciũ, vt placeret illi parti, timens eius potentiam, ſed in iudicio metu iuramenti dixit veritatem. quod dicit ibi Abb. eſſe
19 bene not.& menti tenendum.†Scias etiam vltra prædicta, ꝙ quandoq; dictum alicuius extra iudicium eſt magnæ importantiæ, nam ſi lata eſt ſententia in fauorem alicuius, ſi poſtea ipſe victor confitetur de iniuſtitia ſententiæ, reuocatur tũc ipſa ſnĩa,non obſtante ꝙ tranſiuerit in rem iudicatã. ita dixit Inno.in c.quia plerių;. circa princ. de immu. eccl.quod dictum refert & ſequitur, D.Ant.in c.is,q̃ fidem. de ſponſa. & in c.quanto. de præſum. & Abb.in c.nouit.de iudi.& D.Ant.& Imo.in c.q̃m contra. de probat.& D.Fely. in c.inter cætera. in 4. col. de re iudi. de quo ego latius dixi in l.1.in §.fi.in 14.col.ver.tu etiam iſtis addere potes,&c.inf.
20 de quæſt.† Item in alio caſu tale dictum extra iudicium eſt magnæ importantiæ, nam licèt alias non ſtetur cõfeſſioni factę in tormentis indicijs legitimis nõ præcedentibus, vt latè hr̃ in l.pe.inf.de quæſt.vbi dixi,tamen talis confeſſio valet,quãdo primò reus extra iudicium fecit illãmet cõfeſſionem ſpontè.ita dixit gl.in l.capite quinto.ſ.de adul. & Ioan. de Imo.in c.at ſi clerici.de iudi.& D.Fely.in c.olim.in 5.col. de reſcrip.quem vide. de quo etiã dixi ego in l.1. in §.diuus Seuerus.in vlt.col.circa fi.inf.de quæſt. & in d.l.1. in §. quæſtioni.in 1.col.& in l.pen. in 9.col. in fi. verſ. vlterius teneas ſemper menti,&c. eo.tit. [Vide omnino D.Fely.in c.olim. in 5.col. in princ. in ver.fallit octauò, &c. de reſcri. & ibi in ver.ſeq.incip.fallit nonò,&c. & eundem Dom.Fely. in c.ſignificaſti. il 1.circa med.in ver.ſi ex coniecturis.de homi.& in reperto.meo,in litera.R.in 8.char. in 3. nota.]

Alio etiam caſu dictum extra iudicium eſt magnę importantię,nam tale dictum facit indicium ad torturam,ſecundum glo.& Docto.in l.capite quinto.ſupra de adult. de qua dixi in l.de minore.in princ. in 9.colum. in verſ. quęro vlterius,&c. infra de quæſtioni.

† Teneas

21 † Teneas etiam menti vnum, videlicet, quod licèt confeſſio extraiudicialis nō ſit ſufficiens ad condemnandum, ſed tm̄ ad torturam. attamen talis confitens poterit puniri tanquam ſe gloriando de delicto extra ordinem arbitrio iudicis per tex. ſing. in c. quàm ſit graue. de exceſ. præla. ita no. dixit D. Paris de Puteo in ſuo tracta. ſyndica. in 69. char. in 3. col. poſt prin. in ver. adde vnum ſing. de quo ēt ego feci mē tionem in l. de minore in princ. in pe. col. infra de quæſtioni. Tene menti prædicta, quia ſunt menti commendanda.

22 † Vlterius querit hic Bar. quæ dicantur teſtimonia diuerſa? In quo dicit ſciēdum eſſe, ꝙ falſa teſtimonia dicuntur, quādo ꝯ veritatem quis dicit falſum doloſè, ſed varia teſtimonia ſunt quando vnum dicit in vno articulo, & in alio aliqd

23 dicit, de quibus duobus habetur in l. qui falſo. ſ. de teſti. † Et ſubdit ipſe Bar. intelligenda eſſe dicta in hac l. quādo fit iſta varietas circa negotium principale, vel circa circunſtantias ipſius negotij principalis. Nam ſi iſta varietas eſſet circa aliquas demonſtrationes non principales, vt circa pronomē vel agnomen vnius ex partibus, non diceretur ꝑꝑ hoc varius teſtis, arg. l. his verbis. in fi. ſ. de hære. inſti. & l. pe. ſ. de rebus dub. ſed tunc diceretur varius, quando variaret circa locum ꝯtus, vel etiam circa tempus contractus, vel delicti. ad quod ſ'm eum, facit quod not. in l. teſtium. C. de teſti. & in l. ob carmen. in fi. ſ. de teſti. Ego autem ad corroborationē prædictorum dicebam, ꝙ attendendum eſt principale factum ſeu negotium, ſuper quo deponit teſtis, ad hoc vt teſtis dicatur falſus, vel eius dictum vitietur, & ideo ſi teſtis in ſuo teſtimonio negat illud, & dicit falſum ſuper eo, quod ſi confeſſus eſſet non repelleret eum à ferendo teſtimonio, hoc caſu eius dictum valet & non reprobatur ꝑꝑ hoc. ita ſing dixit Iaco. But. in l. Lucius, ff. de inſa. vbi dixit, ꝙ ſi aliqs ſit meus affinis aliqua affinitate, qua nota & manifeſta non repelleret eum à ferendo teſtimonio pro me, ſi tamen in eius depoſitione dictam affinitatem negauit mentiendo, non tamen pro hoc eius dictum annullatur, licèt ꝑꝑ mendacium poſſit puniri crimine ſtellionatus, quod dictum ꝑ valde no. refert & ſequitur Ang. in conſi. ſuo 194. inci. viſis proceſſibus. in fi. 2. col. de quo ēt dixi in ſing. meo 76. incip. communis concluſio, &c. & in repe. mea l. ſi. C. de proba. in 45. cha. poſt prin. pro quo faciūt dicta ꝑ D. Felv. in c. ſuper literis. in 2. col. de reſcr. in ver. prima concluſio. & ibi in 6. col. ante fi. Et faciunt etiam dicta per eundem in c. in nr̃a. in 16. col. circa prin. de reſcri. Et circa illud quod dicit hic Bar. de varietate exiſtente circa factum principale, adde eundem Bar. in l. eos. C. de teſti. in 2. col. & Ang. in conſi. 274. incip. ex themate. in 8. col. Spe. in ti. de teſte. §. 1. ver. itē ꝙ de ſuo. Bald. in l. de quibus. in pen. col. ver. dictum eſt de ſingularitate. ff. de legi. in l. pen. C. de traſact. & D. Phil. Dec. in conſ. ſuo. 110.

24 inc. in cauſa inquiſitionis. in 3. colu. in fi. † Scias etiam circa materiam huius legis, ꝙ teſtis in parte verus & in parte falſus, in totū reputatur falſus, ſ'm Bar. Bald. & alios in l. ſi ex falſis. C. de tranſact. & Bal. in l. certi condictio. in §. qm̄. in penu. col. ſ. ſi cer. pet. Bal. in c. 1. in 2. col. de conſtit. & in c. cū adeò. in 1. col. de reſcr. Abb. in c. 3. in fi. de fi. inſtr. Car. in cle. 1. in fi. de teſti. glo. in c. ſi ad ſcripturas. 9. diſt. & volunt plures alij Docto. quos ego retuli in ſing. meo 76. inc. communis cōcluſio Doctor. vbi latius locutus ſum de hoc. Scias etiam, ꝙ varietas ſeu vacillatio in teſte, habet plures effectus, de qbus dixi in ſing. meo 103. varietas in teſte, &c. vbi videas.

25 † Et an & quando teſtes diſcordes reducantur ad concordiam, & quomodo, vide Bar. Bal. & alios, in l. 2. §. creditum. ſ. ſi cer. pet. Doc. in l. inſulam. in §. fructus. ff. ſol. ma. Bar. & Bal. in l. Gallus. in §. ille caſus. ſ. de lib. & poſth. & in l. 1. C. ne vſufr. & in l. ſed ſi poſſeſſori. in §. item ſi iurauero. ſ. de iureiu. Bar. Bal. Ang. & alios, in l. ſi finita. in §. ſed ſi omnes. ſ. de dam. infec. Bar. in l. Labeo. ſ. de ſup. leg. Ang. in l. qui ſententiam. C. de pœn. Bar. Ang. & Imo. in l. inter ſtipulantem. §. 1. ſ. de ver. obliga. glo. & Doct. in c. in noſtra. extra de teſti. & dixi latè poſt Moder. in d. §. creditum. vbi melius tractatur hæc materia. Et vltra ſuperius adducta ad materiam huius legis, vide plura alia hic adducta per Dom. Alexan. in ſuis apoſtillis, in quibus plura notanda adduxit. Et quia glo. huius l. ſunt claræ & expoſitiuæ, ideo venio ad l. ſi quis obrepſerit.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Obripiens principi caret impetratis, & tanquam falſarius eſt puniendus.*
2 *Appellatione actorum, non continetur libellus.*
3 *Dictio, perinde, importat veritatem, aliquando improprietatem.*
4 *Dictio, tanquam, aliquando denotat improprietatem, aliquando nō.*
5 *Sufficit quod Doctor vel aduocatus, ad vnum propoſitum alleget vnam legem.*
6 *Sufficit allegare in genere legem vel capitulum dicendo, in legibus vel capitulis ita habetur.*
7 *Vicarius domini repræſentat ipſum dominum, & facta contra vicarium, dicuntur facta contra dominum.*
8 *Amicus ſi dicat amico, venias mecum in vno negotio, & interficiat inimicum, excuſatur ille amicus.*
9 *Confeſſio delicti facta ſub ſpe veniæ promiſſe per iudicem, non nocet confitenti.*
10 *Obreptio in multis caſibus diuerſimodè operatur. nu. 11.*
12 *Licitum eſt per fas & nefas famam & ſanguinem ſuum cuilibet defendere.*

Si quis obrepſerit

Et hoc mō ſummari pōt, licèt Bar. eā non ſummet.

1 † Obripiēs Principi caret impetratis, & tanquā falſarius eſt puniendus. hoc dicit. Caſus. &c. No. dictum in ſummario.

2 † Item no. ēt ex iſto tex. in ver. tam ꝑ acta, q̄ ꝑ libelli interpellationem, &c. ꝙ appellatione actorum, non continetur libellus, ita probatur hic, de quo tamen vide latius per Bald. in rub. C. de in ius voc. & ꝑ Cano. in c. qm̄ ꝯ falſam. de prob.

3 † No. ēt ex hoc tex. ꝙ dictio, perinde, non importat nec ſignificat improprietatē, ſed veritatem, licèt alibi iſta dictio denotet improprietatem, vt hr̄ in l. proinde. ff. ad leg. Aquil. & in l. q à pře. & ibi Bar. ff. de conſir. tu. & in l. 1. iuncta. glo. ſ. de receptato. de quo ēt per Bart. in l. ſacrilegij in §. his aūt. ſ. ad leg. Iul. pecu. vbi plenius per Alex. & ꝑ Bar. in trac. ad reprimen. in verbo, perinde. Et pro hac parte, ꝙ iſta dictio, perinde, nō importet veritatem, ſed improprietatem, facit optimè quod voluit Raph. Fulg. in l. licèt in prædijs. ſ. in quibus cauſis pignus tacitè ꝯhatur. vbi dixit, ꝙ ſi Princeps concedit ius legitimandi ſpurios, & in tali conceſſione dicit, nō obſtantibus legibus ꝯrijs quibus volumus eſſe derogatū, perinde ac ſi ſpecialiter eſſent nominatæ, ꝙ huiuſmodi generalis derogatio, licèt dicat perinde velle haberi ac ſi ſpecialiter eſſet derogatum, non tamen habebit eandem vim & poteſtatem, quā haberet ſpecialis derogatio. quod eſt notandū.

4 † Et in materia iſta in ſimili, adde ꝙ licèt dictio, tanquā, ſit dictio improprietatis. l. ſi pecuniam. ff. ſi cer. pet. l. iubemus. §. ſanè. il 1. C. de ſacroſanctis eccleſijs, & voluit Bar. in l. 1. in f. princ. ff. de offi. eius. & Bal. in l. apud antiquos. C. de furt. attamen ſi ſtatutum dicit, ꝙ aliquis punitur, tanquam falſarius, non tamen debebit puniri pœna legis Cor. de falſis, ſed alia pena arbitrio iudicis. ita no. dixit Bal. in c. nonnulli. in §. ſunt & alij. de reſcrip. quod dicit eſſe menti tenendum. quod dictum refert & ſequitur D. Felyn. ibi in 9. col. & in c. ſolitæ. in 2. colu. de maiori. & obedi. de quo latius dixi in ſingu. meo 236. inc. dictio tanquam, &c.

5 † No. vlterius ex iſto textu, in verbo, ſufficit aūt vnum, &c. ꝙ alleganti in iure ſufficit allegare vnam legem tm̄ ad vnum propoſitum. & ad idem eſt tex. in l. ita vulneratus. ſ. ad legem Aquiliam, in §. pen. & voluit glo. in l. 1. C. de condi. indebi.

6 † Quinimò ſufficit allegare legem in genere dicendo, vt dicit tex. in c. 1. de ver. ſigni. & in c. veſtra. de coha. cle. & muli. & ibi Abb. Vlterius inquātum iſte tex. dicit, ꝙ obripiens prætori nihil agit, & punitur de falſo, &c. dico ꝙ iſte tex. pōt ampliari in aliquibus caſib.

7 † Et primò poteſt ampliari, vt etiam habeat locum in obripiēte vicario ſeu locumtenenti ipſius præſidis, cum vicarius teneat locum eius domini, & inter eos non ſit dare gradum. ita dixit Abb. in conſ. ſuo 21. incip. viſo dubio. in 2. volum. & voluit. Bal. in auth. & omnino. in 4. col. verſi. iuxta hoc, &c. C. ne vxor pro marito. & idem dixit D. Paris de Puteo in tract. ſuo ſyndic. in 24. char. in 2. col. in verſicu. an ſi quis habet, &c. quòd ſi quis habet inimicitiam cum præſide, poteſt recuſare aſſeſſorem ſuum, & idem dicit contra, ſi aſſeſſor eſt ſuſpectus, ꝙ præſes poteſt allegari ſuſpectus, & maximè ſi præſes eſt homo illiteratus. alle. D. Anto. & alios in c. 1. de iudi. & tex. in c. ex inſinuatione. de appel. & Ludo. Roma. in l. 2. de offi. aſſeſ. & faciunt dicta per Raph. Cum. in conſi. ſuo 153. incip. ad primum. vbi dicit, quòd rebellio facta per ſubditum contra vicarium Principis, facit eum incidere in crimen læſæ maieſtatis, ſicut ſi eam commiſiſſet contra ipſum Principem. alle. plura iura, de quibus ibi per eum & dicit quòd paria ſunt, rebellare Principi, vel eius vicario. alleg. C. de his, qui vic. alt. ge. l. 1. & de leg. 3. l. 1. §. deportat. & ſubdit quòd tales rebelles poterunt impunè occidi. de quibus latius ibi per eum. Pro quibus etiam faciunt dicta per eundem Rapha. in conſi. ſuo 158. incip. vis &c. & per Bald. in l. ſed ſi. §. fin. ff. de in ius voc. ☞ [Circa hanc materiam vicarij vide no. verba Dom. Phili. Decij in conſ. ſuo 143. inc. in caſu. 2. colum. & Abb. in cap. cum olim. il 2. in princ. de

offi.deleg.& Ang.in Auth.de collat.§.ad hæc prohibemus. in ver.ibi,quæ poſſent ipſi,&c.vide omnino D.Frã.de Are. in conſi.131.inc.conſultiſſime Domine.in 2.col.& D. Fely. in c.graue.in vlt.col.de reſcrip.& Lud.Rom.in ſing.76. inc. conceſſum eſt,&c.& vide Corſe.in no.20.in verbo, teſtis.]

8 † Amplia etiam iſtum tex.loquentem in obripiente præſidi, vt habeat locum in priuato obripiente alteri priuato. Nam ſi aliquis priuatus dicat alicui amico ſuo, rogo te vt venias mecũ in vno negotio meo, & ille amicus capit enſem & eum inſequitur,cum autem ille obuiam iuit inimico ſuo & eum percuſſit & occidit,ille amicus non tenetur aliqua pœna,quia credidit quod ille vellet ire in aliquo ſuo negotio licito,& non ad occidendum aliquem.ita dixit Rapha. Fulg.in l. quid ſit fugitiuus.§.1.ff. de ædil.edic.quod eſt

9 ſummè notandum,quia eſt quotidianum. † Item amplia etiam iſtum tex.in præſide ſeu iudice obripiente priuato. Et ideo ſi iudex dicit reo,confitearis cõtenta in inquiſitione formata contra te,quia promitto tibi parcere & tibi indulgere,certè ſi reus propter talia verba obreptitia, & talẽ falſam promiſſionem confitetur,non poterit puniri pro tali delicto,& ſic ſuperior ſeu iudex, qui taliter obripuit tali inquiſito,nihil egit. ita no.dixit Io.de Imo.in conſ.ſuo 190. inc.viſa inquiſitione. pro quo etiam faciunt dicta per Do. Nico.Millum,in reperto.ſuo,in verbo,confeſſio perſuaſione aduerſarij,&c.& idem dixit D.Paris de Puteo in ſuo tracta. ſyndi.in 108.cha.in ver.ſequitur quæſtio quotidiana.de quo etiam dixi in l.1.§.quæſtioni.in vlt.colu.ˢinfrà de quæſt. & in ſing.meo 201. incip. In confeſſum. & in practica mea cauſarum criminalium,in 24.char. Pro qua doctrina facit

10 in arg.tex.no.in l.fi.ſ.de conſtit.pecu. † Vlterius circa materiam huius legis ſcias,quod nedum obripiens Principi nihil agit,ſed etiam nihil agit ſi talia obrepta ſint confirmata per ipſum Principem,quia licèt confirmatio operetur plures effectus,vt habetur in c.quoties.extra de pac.& in c.1.de tranſac.& habetur latè per Oldra.in conſi.ſuo 220.incip.factum tale eſt.in 4.col.& dixi in ſing.meo 79.inc. confirmatio.tamen quando illud,quod confirmatur reperitur falsũ, tunc confirmatio facta cum quacunq; clauſula, vel ex certa ſcientia,vel motu proprio,vel alio modo, non prodeſt impetranti,& nihil operatur.Ita ſing.dixit Abb.in c.inter dilectos.de fi.inſtr.& ibi Do.Fely.poſt eum,in 5.col.de quo la

11 tius dixi in ſing.meo 163.inc.crimen falſi,&c. † Item etiam circa materiam huius legis vide Bal.in l.quæcunq;. in vlt.colum.C.de ſer.fug.& eundem Bal.in l.1.C.ſi nuptiæ ex reſcri. pe.& eundem Bal.in l.& ſi legibus.C.ſi contra ius,vel vti.publi.vbi latius loquitur circa materiam huius legis,nam circa materiam obreptionis dixit,quod interdum obripitur impetrando, & tunc aut eſt caſus,in quo pœna eſt determinata,& tunc ſtatur determinationi legis.alle.l.fi.C.de his,qui à non domino.aut non eſt pœna determinata, & tunc videtur eſſe pœna arbitraria,vt hic,& ar.ff. de effrac. & expila. in l.1.§.expilatores.aut obripitur litigando,& tunc aut in ciuili cauſa,aut in criminali,primo caſu non eſt alia pęna quàm refectio expenſarum,vt no.in proœ. Inſtit. ſuper verbo,calumniantium iniquitates.ſecundo caſu aut obripit accuſator accuſando,& punitur pœna talionis, vt no. infrà de accuſ.l.1.& fi.Aut obripit reus mendaciter negando, & tunc

12 non punitur de mendacio, ſed de delicto intentato, quia parcitur ſe defendenti etiam per fas & nefas,†nam licitum eſt famam & ſanguinem ſuum cuilibet defendere,vt in l.1. de his,qui mor.ſibi conſci.Interdum obripitur probando, & tunc ſiue ſit reus,ſiue actor,punitur pœna falſi, vt ff. de fal.l.ſi quis obrepſerit.& nihilominus actus eſt nullus, vt ibi patet. Interdum obripitur deierando,& tunc aut eſt teſtis, aut eſt pars,ſi teſtis,aut cauſa eſt capitalis,& punit̃ lege Cor. de ſica.vt ff.ad legem Corneliam.de ſica.l.1.poſt princ. Aut cauſa non eſt capitalis,& punitur pœna leg. Corn. de fal. vt ff.ad legem Corneliam de fal.l.1. Secundo caſu,quando eſt periurium in parte,& non in teſte,dic vt ſ.de reb. credi.l.2. Ita ad literam dicit Bal. circa hanc materiam obreptionis, in d.l.& ſi legibus.C.ſi contra ius,vel vti.publ. Reſtat modò pro complemento huius legis deuenire ad aliquas quæſtiones tactas hic à Bart.ad quem Bar.& D.Alex. hic me remitto breuitatis cauſa,ne longior præſentialiter ſim.

Glo. huius legis nihil habent difficultatis,nam prima glo. ponit caſum ſeu intellectum huius legis,& adducit aliquas concordantias. Alię verò glo. ſunt literales & expoſitiuæ, ideo ſuper eis non venit aliter inſtandum.

Et quoniam ſuper uenit tempus vacationum & quietis huius anni, idcirco finem facio huic præſenti lecturę Graſſea intitulatæ. In qua ſi aliquid boni dictum eſt,omnipotenti Deo ſit laus & gloria,eiuſq; ſanctiſſimæ genitrici: ſin minus, ignorantiæ meæ attribuatur, &c.

¶Marcus Antonius Flamineus ad lectorem.

Inſignes fama & ſcriptorum laude perennes,
Sæcula non paucos priſca tulere viros.
Ingenio quorum maieſtas legibus, & vis
Creuit, & in pretio iura fuere ſuo.
Sed non inferior ſeclisque prioribus ætas.
Eſt fœcunda minus noſtra minuſque viget.
Vtque alios taceam quantum decus attulit æuo,
Et ſibi Marſilius,quem legis Hippolytus.
Auxilio cuius quot ſunt à morte redempti,
Pene quibus tulerant crimina falſa necem.
Quotque etiam iuſto damnati crimine ſontes,
Vita quibus meritò debuit eſſe breuis.
Quod ſi nunc populis ſacratas condere leges,
Iuraque nunc primum conſtituenda forent.
Sceuola non maior,non maior Aquilius eſſet,
Nec tua fama prior,candide Paule,foret.
Hęc eadem dices,eademque fatebere mecum,
Clara viri quoties hæc monumenta leges.

Leges & §.§.in præcedentibus tit.contenti.

¶Rub.ff.ad leg.Corne.de ſica.	fo. 1	L.ex Senatuſconſulto.	fol. 19
L.prima,lege Cornelia de ſicarijs.	2	L.Diuus Adrianus.	co.
§.Præterea.	6	L.Nihil intereſt.	20
§.Diuus Adrianus.	8	L.Qi cædem.	21
§.Item diuus.	10	L.Si in rixa.	23
L.Inauditum filium.	co.	Rubr.ff.ad leg.Pompe.de paricidijs.	26
L.Eiuſdem.	11	L.prima lege Pompeia.	co.
§.Adiectio.	co.	L.Frater.	co.
§.Alio ſenatuſconſulto.	co.	L.Sed ſciendum.	co.
§.Item is cuius.	co.	L.Diuus Adrianus.	27
§.Legis Corneliæ.	co.	L.Vtrum.	28
§.Transfugas.	12	L.Si ſciente.	co.
L.lege Cornelia.	co.	¶Rubr.ff.ad leg.Corne.de fal.	29
§.Cum quidam.	co.	L.prima.pœna legis Corneliæ.	31
§.Conſtitutum.	co.	Sed & ſi quis.	32
L.Hi quoq;.	13	§.Qui in rationibus.	co.
L.Is qui ſeruum.	co.	Is qui peruertit.	co.
L.in lege Cornelia.	co.	L.Qui ignorans.	33
L.ſi mulierem.	14	L.Qui falſam.	34
L.Furem.	co.	§.Accuſatio.	39
L.Si quis dolo.	15	L.Qui duobus.	co.
L.Circuncidere.	co.	L.Si quis patris.	co.
§.Seruo.	co.	L.Eos qui inter ſe.	40
L.Infans.	16	L.Si quis obrepſerit.	41

FINIS.

HIPPOLYTI DE MARSILIIS BONONIENSIS I·C·PRAESTANTISSIMI:

Super titulo,ff.de Quæſtionibus.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Rubricarum continuatio nullius momenti.*
2 *Quæſtionis diffinitio.*

ILlumina faciem tuam ſuper ſeruum tuum Domine,& ſaluum me fac in tua miſericordia confidentem. Domine nō confundar, qm̄ inuocaui nomen tuum. Ita inquit Dauid pſal. 30. Et ſcribitur per Hier.c.17.qui te derelinquunt Domine,confundentur, & recedentes à te, in terra ſcribentur,qm̄ dereliquerunt venam aquarum viuentium. Idcirco exemplo eorum fretus pium ac clementiſſimum Redēptorem noſtrum huic principio inuoco, vt eius mediante ſuffragio loquar,quæ maieſtati ſuæ grata ſint, & Auditores delectent, eoſq; inſtruant ad laudem & gloriam ſuæ incompræhenſibilis diuinitatis, necnon eius glorioſiſſimæ Matris, Amen. Contentus hac inuocatione,ommiſſis orationibus & prolixis ſermonibus,quæ ab aliquibus fieri con
1 ſueuerunt,deuenio ad titulum noſtrum.ff.de quæſtio. † In
quo omitto cōtinuationē rubricæ,tanq̄ nullius vtilitatis,vt
aliàs oretenus ſolitus ſum dicere. Sed pro intellectu huius
2 tituli & totius materiæ, † q̄ro, qd ſit qō.In quo dico ꝙ qō eſt inquiſitio veritatis per tormēta & cordis dolorē. Ita inquit Azo in ſumma de quæſtio. & Do. Franciſcus Brunus in tractatu ſuo de indicijs & tortura,in 5.charta. Et ſcias, ꝙ licèt appellatione qōnis,plura intelligi poſſint, tamen in titulo appellatione qōnis,intelligitur de tortura, vel de alio tormento.de quo per tex.& gl.& per Doct. in l. item apud Labeonem.§.quæſtionis.ſ.de iniurijs ad quem.§.ſe remittit in hoc gl.in l.1.in princ.infrà in hoc titu.& in l.1.§. quæſtione.ff.ad Silleia. His breuiter viſis venio ad nigrum.

SVMMARIVM.

1 ☞ *A tormentis non eſt inchoandum.nu.2.*
3 *Ante torturā debet conſtare iudici delictum eſſe commiſſum, aliàs non poteſt procedere contra reum accuſatum.*
4 *Quando teſtis examinatur ſuper indicijs contra reum adhoc vt ipſe reus vigore talium teſtium poſſit poni ad torturam, neceſſe eſt quòd ipſe citetur ad videndum ſibi deferri iuramentum, aliàs tales teſtes ſibi non nocent.*
5 *Copia indiciorum danda eſt reo cum termino competenti ad illa purganda,antequàm ponatur ad torturam, aliàs non poteſt torqueri.*
6 *Ad torturam procedi non poteſt,niſi primò pronuntietur per iudicem deueniendum eſſe ad torturam,& à tali appellatione poterit appellari per ipſum reum.*
7 *Ad hoc ut deueniri poſſit ad torturā requiritur quòd non ſint aliæ probationes,quia tortura datur in defectum aliarum probationū.*
8 *Accuſans aliquem debet requirere à iudice,vt ipſe iudex ponat reū ad torturam,aliàs ipſo accuſatore hoc non requirente, iudex non poteſt,nec debet reum ponere ad torturam.*
9 *Lis debet eſſe conteſtata, & nomen rei debet eſſe receptum inter reos,antequàm reus ponatur ad torturam.*
Quando dicatur nomen rei eſſe receptum inter reos.
10 *In cauſis criminalibus iudex ipſemet debet examinare teſtes, & non debet hoc committere Notario niſi ex cauſa.*
11 *Minori accuſato vel inquiſito de crimine, debet dari curator, aliàs confeſſio ſua & proceſſus contra eum factus eſt nullus.*
12 *Minori accuſanti aliquem debet dari curator, aliàs non valet quod agitur.*
Si minor eſt confeſſus delictum,an reſtituatur.
13 *Mulier prægnans non poteſt torqueri etiam ſi ſit puerpera, niſi poſt 40.dies,& etiam niſi ſit inuenta nutrix puero. & idem dicas in mutilatione membri,vel in morte ſibi inferenda.*
14 *Confeſſio facta per reum in tormentis legitimis indicijs non præcedentibus,non valet,etiam ſi milies ſit ratificata.*
15 *Iudici exequenti de facto, de facto poteſt reſiſti.*
16 *Eximens carceratum vel captum, licèt teneatur pœna qua ipſe tenebatur,tamen hoc fallit in eo qui eximit carceratum vel captū indebitè,ſed de facto.*
17 *Iniuſtè captus ſi aliter non poteſt euadere, eſt ſibi licitum occidere cuſtodes carcerum.*
18 *Iudex non ſeruans ordinem iuris,dicitur iniuſtè facere, & ſibi poteſt reſiſti.*
19 *Admittitur appellatio à futura tortura propter præiudicium irreparabile.*
20 *In crimine læſæ maieſtatis indicia debent præcedere torturam.*
21 *Pro furibus inſignibus iudex non debet pati aliquem aduocare.*
22 *Quando proceditur contra hominem malæ conditionis & famæ, non eſt danda copia indiciorum.*
23 *Propter enormitatem delicti,licitum eſt iura tranſgredi.*
24 *Quando alicui fuit factum furtum,& ſcit fortè ex viſu quòd bona ſua ſunt in tali domo,attamen non habet aliquam probationem, vel indicium contra dominum domus,iudex tamen habito ſuo iuramento debet mittere familiam ad quærendum in illa domo.*
25 *Confeſſio facta metu tormentorum, æquiparatur confeſſioni factæ in tormentis,quod euenit pluribus modis.*
26 *Idem operatur timor litis,quòd ipſa lis, quò ad tranſactionem faciendam.*
27 *Quis quot modis torqueri poſſit, ſeu quot ſunt tormentorum genera.*
28 *Priuatio cibi & potus,an dicatur tormentum.*
29 *Carceratio æquiparatur morti.*
30 *Iudex an poſſit manibus proprijs torqueri.*
31 *Tormentis ſeu confeſſioni factæ in tormentis, non eſt paſſim credendum.*
32 *Confeſſio rei criminis debet eſſe probabilis & veriſimilis, aliàs non nocet ei.*
33 *Confeſſio impoſſibilis non nocet confitenti.*
34 *Impoſſibilitas vitiat dicta teſtium,& facit eos puniri de falſo.*
35 *Confeſſio veriſimilis,non nocet confitenti.*
36 *Confeſſus delictum incidenter & non principaliter, non poteſt puniri.*
37 *Confeſſio ad hoc vt præiudicet confitenti,debet fieri tempore habili, & legitimo.*
38 *Quando plures ſunt torquendi,à quo ſit incipiendum nu.41.*
39 *Quando plures ſunt torquendi,& vnus eorum habet turpe nomen, poteſt ab eo incipi.*
40 *Mulier patitur maiora vulnera,quàm maſculus.*
41 *A quo ſit incipienda tortura.*

IN criminibus. Hęc lex diuiditur in plures partes,ſ'm Bar.hìc,& ideo legam eam vobis per partes,vt clarius eam intelligatis. Et quia hęc lex, imò nec iſte titulus legitur ab aliquo quē viderim, præterquàm à Bar. qui etiam parum dicit ſuper eo, reſpectu maximæ & amplæ materiæ ipſius tituli. Ideo ego vltra Bartol. pro viribus commentabo hunc titulum, ponendo omnem practicam cauſarum criminalium ſecundùm materiam iſtarum legum, ponamque quamplures quotidianas doctrinas & theoricas, quæ loco & tempore fructum, commodum ac honorem vobis tribuent in æternum. Et quoniam Bartol. non ſummat hanc legem & iſtud principium, ego ſolus eam ſummabo hoc modo. A tortura, vel ab alijs tormentis non eſt incipiendum, & ad tormenta ſeruorum tunc deueniendum eſt, cum reus eſt ſuſpectus, & alijs argumentis & probationibus Iudex admonetur,vt ſola con-

feſſio ſeruorum deeſſe videatur, & quando plures ſunt torquendi, incipiendum eſt ab illo à quo facilius aliqua præſumptione veritas haberi poterit. h. d. ſecundùm me, vſq;
1 ad §. ad quæſtionem. Caſus, &c. †Nota primò ex principio huius legis, quod à tormentis nõ eſt inchoandum. concordat. l. 1. C. de excep. rei iudi. licet illa loquatur in ciuili, & iſta in criminali. Dicas tamen, quòd ſecus eſt in captura in ipſis criminalibus, quia in illis, ſi iudici videtur, poteſt incipi a captura, etiam indicijs non præcedentibus, ſecundùm Bal. in l. & ſi certus. ff. ad Silla. & Bald. in l. 2. C. de his qui latro. & Angel. in l. item apud Labeonem. §. quæſtionis. ſ. de iniu. & in Auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. ſcientes. Et ideo dixit Salyce. in l. nullus. C. de exhi. reis. quòd in maleficijs iudex ſtatim poteſt capere malefactorem præhabita aliquali informatione. Secus tamen eſt in ciuilibus, quia in illis iudex nõ poteſt incipere à captura, aliàs poſſet contra eum agi actione iniuriarum. [Et idem dixit Bald. in repertorio, in verbo, iudex. in 2. colum. verſi. iudex in criminalibus. alleg. glo. quam dicit not. in l. ſed & ſi is. in verſi. nemo extrahi. ibi, ſecus in criminali. ff. de in ius vo. & idem dixit Bal. in l. conſentaneum. in 3. colum. ver. item quæro. C. quomodo & quando iudex.] De quo per Alex. in conſ. ſuo 16. incipien. requiſitus in cauſa, &c. in penult. colum. in 2. volum. Dixi ego in
2 ſingulari meo 93. incipien. Iudex. vbi videas plenius. † Et circa iſtud notabile, videlicet, quòd non eſt incipiendum à tortura. Scias tamen, quòd ſunt aliqui caſus, in quibus iudex poteſt incipere à tortura ſine alijs indicijs. Vnus caſus eſt, quando ſtatutum permittit, quòd bannitus per contumaciam de aliquo delicto poſſit comparere & purgare contumaciã ſuam. Nam tunc ſi talis accuſatus vel inquiſitus non comparuit, & fuit poſitus in banno propter cõtumaciam, ſi poſtea comparet & velit ſuam contumaciam purgare, poterit poni ad torturam, & interrogari de delicto, de quo fuit bãnitus nullis præcedentibus indicijs. Ita voluit Nico. de Matha. & poſt eum Bal. ibi in l. 1. in 8. colum. C. de hæred. inſti. quos refert & ſequitur Dom. Franc. Brunus in tractatu ſuo de indic. & tortura, in 35. colum. in princ. ver. addo alium caſum. & alios caſus etiam, in quibus peruenitur ad torturam non præcedentibus indicijs, vide per glo. in c. quęſtionem. 13. q. 2. & per Bald. in l. quicunq;. C. de ſeruis fugi. & de hoc dixi in ſingulari meo 117. incip. ad torturam, &c. Et vide etiam alios caſus, in quibus deuenitur ad torturam ſine indicijs per dictum Dom. Fran. Brunum in dicto ſuo tracta. in 9. char verſi. 5. principaliter quæritur. Vlterius ſcias inquantum hìc dicitur, quòd non eſt incipiendum à tortura. de quo etiam in l. 1. C. eo. & in c. cùm in contemplatione. de reg. iur. quòd plura ſunt quæ debent præcedere torturam, licèt aliquis Doctor hæc non reduxerit inſimul in hac materia. Ego autem dico, quòd octo ſunt, quæ debent pręⁿ
3 cedere torturam. †Nam primũ & ante omnia antequam iudex poſſit procedere contra reum ad torturam, debet ei conſtare, liquereque delictum, propter quod vult inquirere vel torquere eſſe commiſſum, aliàs ſi ſibi de delicto non conſtat, non poteſt procedere ſuper eo, maximè ad torturam, in qua tractatur de præiudicio irreparabili. Ita voluit Tancre. de Corneto in compendioſa ſua. in 17. quæſtio. alleg. bonum text. in l. 1. §. illud autem. ff. ad Silla. vbi Bart. hoc videtur ſentire. & idem voluit ibi Ludo. Rom. & Bar. in l. fi. in 1. colum. infrà in hoc titu. & idem ſentit ipſe Barto. in l. 1. ff. de teſta. mili. [Et idem dixit Gand. in tracta. ſuo malefi. ſub rubri. de præſumptionibus & indicijs indubitatis, in 2. colum. verſic. item lex præſumit, &c. & Bal. in d. l. ſi quando. C. vnde vi.] Pro quo facit. l. 1. C. vbi cauſæ fiſca. & l. ſi quæramus. ff. de teſt. Et idem voluit Ange. de Aret. in tracta. maleficio. in verbo, fama publica. in 18 char. ver. 12. tu iudex. Vbi inter cætera dicit, quòd ſi dicitur eſſe commiſſum furtum, quòd curia debet mittere eius officialem ad locum vbi eſt commiſſum. & idem dicit de homicidio, ſubdens, quòd ſi aliter fiat, iudex ipſe ſeu Poteſtas, tenetur in ſyndicatu. [Vide Alex. conſi. 53. incip. viſo themate, &c. in 2. volum. per totum conſilium. & Iaſ. in l. error. in 2. colum. verſi. adde. C. de iur. & fac. igno. & Alexan. in conſil. 19. incip. circa primum. in 1. & 3. col. in 2. vol.] Et hanc partem firmat Bald. in addi. Specu. in tit. de ſenten. in 18. colum. in fine. vbi dixit, quòd ſi quis confitetur ſe hominem occidiſſe, & illum poſtea proieciſſe in mari, ſi non conſtat de corpore mortuo, ille non poterit occidi, nec puniri de homicidio, ſaltem niſi probetur per famam illum fuiſſe mortuum. & hoc idem etiam firmat ipſe Bal. in l. cum probatio. ſ. de prob. in ſuis addi. Spe. in auth. ſed nouo iure. C. de furt. & Bal. in addi. Spe. in tit. de confeſſ. in 2. col. ver. Titius confitetur, &c. de quo dixi plenè in conſi. meo 40. incip. Summi redemptoris. in vlt. char. de quo etiam habetur per D. Fran. Brunum in dicto ſuo tract. in 9. char. in 3. col. & per Do. Pari. de Puteo in ſuo tract. ſyndica. in 30. char. in 1. col. per totum. vbi omnino videas. Secundò debent præcepere indicia ſolemniter recepta, vt habetur hìc, & in l. 1. C. eo. & in l. milites. eo. tit. & latè per Ang. de Aret. in tract. maleficio. in d. verbo, fama publica. & per me in d. ſingulari meo 117. incip. ad torturam, &c. [Et intellige hoc eſſe verum, etiam ſi iudex à lege, vel ab homine haberet quodcunq; arbitrium. nam tunc etiam non poſſet ponere reum ad torturam legitimis indicijs non præcedẽtibus, ſecundùm Iaſo. qui plura allegat in l. milites. C. de teſt. milit. Item intellige etiam hoc eſſe verum, etiam in crimine læſæ maieſtatis, nam in tali crimine non poteſt perueniri ad torturam indicijs nõ præcedentibus. ita dixit Bal. poſt
4 gl. in l. ſi quis alicui. C. ad leg. Iul. maie.] † Et aduertas ne erres, vt vidi aliquos ſatis peritos erraſſe, nam non ſufficit ꝙ iudex ipſe recipiat indicia, & examinet teſtes ſuper ipſis indicijs, ſed eſt neceſſe ad hoc vt vigore indiciorum receptorũ poſſit venire ad torturam contra reum, quòd quando examinat teſtes, faciat citare ipſum reum captum, vt ſit præſens iuramento teſtibus deferendo, aliàs tales teſtes examinati contra ipſum reum, ei non nocerent. ita dixit multum no. Ange. de Are. in dicto ſuo tracta. in verbo, fama publica. in 2. char. ver. quæro, qualiter probetur. alleg. Barto. hoc volentem in l. fi. in fi. infrà in hoc tit. [Et idem dixit Alb. de Gand. in ſuo tract. malefic. ſub rubr. quomodo de maleficijs cog. per inquiſi. in 2. col. verſicu. ſed nunquid in introductione. &c.] Tu autem vltra Ang. dicas, quòd hoc voluit Saly. in l. fi. in fi. C. eo. & Bal. in l. iubemus. in 3. col. verſic. item dixi. C. de prob. & Ang. in repet. l. ſi vacantia. in 27. col. C. de bo. vacan. lib. 10. & Inn. in c. per inquiſitionem. de elec. & Abb. in c. bonæ. el 1. in 4. col. poſt Inn. ibi, de elect. Dom. Alex. in conſil. ſuo 65. incip. habita ſuper contentis, &c. in 1. vol. & in conſ. 179. incip. in cauſa Angelorum. in 3. colum. & Do. Alex. in d. l. fi. C. de quæſtio. & in apoſtil. & Bald. in addi. Spec. in titu. de ſenten. in pen. ver. incip. illud adhuc not. de quo ſatis ac-
5 curatè dixi in repe. mea l. fin. C. de proba. in 37. char. † Tertiò requiritur etiam antequàm reus ipſe, contra quẽ ſunt examinati teſtes, & contra quem ſunt indicia, ponatur ad torturam, ꝙ detur ſibi copia indiciorum cum termino cõpetenti ad illa purganda, ſecundum Ange. de Aret. in lib. maleficiorum. in verbo, fama publica. in 1. cha. ver. & bene no. & in eodem verbo. in verſicu. item aduertas quòd non ſufficit. & idem voluit Gand. in tract. ſuo maleficiorum, ſub rubr. incip. quæritur, nunquid torquendus ſit audiendus? [Et in eodem tracta. ſub rubr. de quæſt. & tor. in 4. col. ver. ſed quid erit de quæſt. &c. & Iaſ. in l. is, apud quem. num. 7. & 8. C. de eden.] Pro quo facit, quod no. Barto. in l. fi. in pen. quæſtio. infrà in hoc tit. vbi hoc firmat expreſsè. alleg. l. 1. §. cognitorum. & notata per ſe in l. cuſtodias. ff. de pub. iudic. & hoc etiam tenet Bal. in l. 2. in princ. C. de eden. & not. Docto. in cap. cùm oporteat. de accuſa. & idem firmat Pau. de Leaza. in commento c. grauis, de depoſito. circa vlt. colum. verſicu. quid ſi torquendus quærit, &c. alleg. pro hac parte quàmplures rationes, quas ponit Do. Alex. in conſi. ſuo 65. incip. habita ſuper contentis, &c. in 1. col. in 6. vol. idem expreſsè firmat Barto. in conſi. ſuo incip. punctus quæſtionis, &c. & Ang. & Imo. in d. l. cuſtodias. & Bart. in l. vnius. §. reus. & §. cogniturum. infrà in hoc ti. & in l. ſi poſtulauerit. §. quęſtio. ff. de adul. de quo etiam per Do. Bartho. Cępo. in conſi. ſuo 65. incip. ſuper articulo. & in conſi. ibi ſequenti, & ibi ſe-
6 quenti. † Et ſubdit Bar. in d. ſuo conſi. incip. punctus quæſtionis, &c. quòd etiam data dicta copia indiciorum, non poteſt procedi ad torturam, niſi primò pronuntietur per iudicem deueniendum eſſe ad torturam, quod dictum refert & ſequitur Dom. Fran. Brunus in d. ſuo trac. de indicijs & tortura, in 69. char. in 4. colum. vbi etiam ſubdit, quòd ſi fiat pronuntiatio iudicis, ꝙ deueniendum ſit ad torturam, quòd à tali pronuntiatione, licèt ſit interlocutoria, poterit appellari per ipſum reum, cùm contineat grauamen irreparabile. alle. Bar. & alios, in l. 2. ff. de appell. recip. & Bal. in l. 2. C. de epiſc. aud. de quo per D. Fran. in d. tract. in d. loco. & ꝑ Albertum Gand. in tract. ſuo maleſi. ſub rub. de qõ. & tormen-
7 tis. in 4. col. ver. ſed quid de qõne, de facto &c. † Quartò requirit, ꝙ non ſint aliæ probationes niſi ipſa tortura, aliàs ſi aliæ ꝓbationes adeſſent, non poſſet deueniri ad torturã, ita hr̃ in l. diuus. in prin. & in l. edictum. inf. in hoc ti. & in l. eoties. C. eo. tit. & hoc affirmat Gand. in ſuo trac. maleſi. ſub rubr. de qõnibus & tormentis. in princ. vbi dicit, ꝙ iudex qui quæſtionem de aliquo hr̃e intendit, debet habere hanc cõſiderationem, vt non facilè nec repentè procedat ſi aliqua alia leuiori via poteſt obijci criminis veritas inueniri, quan-

tumcunq;

tumcunque adſint indicia vel veriſimilia argumenta.idem dixit Ange.de Aret. in tracta. maleficio. in verſic.fama publica. in 15. char.in verſic. 2. quæro,&c. pro quo dicit fore text.in d.l.edictum.& ibi Barto. infrà in hoc titu. Et dicit, quòd iudex debet eſſe cautus, & facere in actis apparere, quòd ipſe iudex non valens aliter veritatem habere, declarauit deueniendum eſſe ad torturam , aliàs autem poſſet teneri in ſyndicatu. Et ideo dixit Ange. in l. & ſi certus. ff. ad Silla. quòd ſi maleficium eſt liquidatum per veras probationes, malè facit iudex ponere malefactorem ad torturam, & tenetur in ſyndicatu. Et dixit Ioan. And.in c.cùm in contemplatione. de regu.iur. quòd de facili non eſt deueniendum ad torturam. idem dixit Dom.Catal.in ſuo tract. ſyndicatus, in verſicu.132.& in verſic.151. & verſicu.209.& 210. & 211. Et dicit Cyn. in l. 2. C. quorum app. quòd iudices maleficiorum, qui reum plenè conuictum torquent, vt confiteatur delictum,& ſic vt apud acta reperiatur confeſſus & conuictus,ad hoc vt non poſſit appellare, malè faciunt, quia nemo eſt torquendus,niſi in ſubſidium probationum. Et dixit Bald.in l.qui ſententiam . C. de pœn.quòd ſi reus dilucidè ſit conuictus , non debet torqueri . & iſta eſt magis communis opinio Docto. licèt Bald.in d.l.1.& 2. C.quorum app.non reci. dicat, ego credo quòd iudices bene faciunt,quando habent plenariam certitudinem de maleficio,ſi obuiant ne appelletur per calumniam,& maximè in criminibus enormibus, in quibus licet interdum leges transgredi.l.ſi quis filio exhæredato.§.ſed & ſi quis.ff. de iniuſto teſtam.& ita refert Dom.Fran.Brunus in d. ſuo tract. de indicijs & tortura.in 10.char. in 1.colum.quæ omnia habuit a Domino.Auguſt.de Arim.in addi. ad Ange.de Are. in dicto verbo, fama publica.in dicto verſi.ſecundò quero. ad quæ vide omnino, quæ dixi in ſing. meo 262. incipien. quod potui,&c. Et prædictis adde Bal.in l.1.in 2. col. verſic. vlterius nota. C. de iuramento calum. vbi dixit, quòd ille qui petit aliquem torqueri,debet primò iurare quòd non habet alias probationes,quàm torturã. de quo dixi in repetitio. mea. l. fina. C. de probatio. in 76. char.vbi videas.

8 † Requiritur & quintò, quòd accuſator petat & requirat à iudice,vt ipſe iudex ponat reum ad torturam, aliàs eo non requirente,iudex non poteſt nec debet ponere ipſum reum ad torturam.loquor in accuſatione ; ſecus in inquiſitione. ita dixit Bald.in c.1.§.iudices.in 3.colum.verſ.quæro, vtrum iudex faciat litem ſuam. de pace iuramen. firm. alle. glo.alternatim in l.cùm ſeruum.aliàs in l.quicunque. in verbo, interrogationem.C.de ſeru. fugi.ſed dictę glo.nihil dicunt de hoc. quod dictum refert & approbat Ber.in repet.
9 ſua.in verbo,tortura.in 4.col.in 2. verſicu. † Sextò requiritur quòd lis ſit conteſtata, & quòd nomen rei ſit receptum inter reos. ita dixit Barto. in l.ſi adulterium . in princip. per illum text.ff.de adulte.quem refert & ſequitur Dom. Alex. hìc,& ibi,dicens,quòd pro hoc faciunt dicta per Bartol. in l.fina.infrà in hoc titu. Quando autem dicatur nomen rei eſſe receptum inter reos,vide Bart.in l.is,qui reus. in 5. & 6. colum.ſ.de pub.iudi.vbi ſuper hoc relatis pluribus opinionibus dicit, quòd tunc dicitur nomen rei receptum eſſe inter reos,quando eſt facta accuſatio de delicto, & contra eã propoſitæ ſunt exceptiones dilatoriæ, vtputa,quòd accuſatio non procedat,vel quòd iudex non eſt competens, vel quid ſimile,tunc ſuper iſtis diſputatur, & poſtquàm iudex pronuntiauit procedendum eſſe in dicta accuſatione,tunc dicitur receptum eſſe nomen rei inter reos . ita concludit Barto.in dicta l.is,qui reus. & reſpondet ad ea,quæ adducebantur in contrarium per aliquos. de quo vide etiam per Bal.in l.quamuis.C.ſi app.pen.mors inter.Barto.in l. adulterij.C.de adult.Barto.in l.2.in fi.C.vt nemo priua.Bal.in l.1.in 17.colu.& in l.neganda. C.qui accuſa.non poſ.Bald.& Imo. in l.cùm mulier.ff.ſoluto matr. Spe.in tit.de aduo.§.8. [Et Alber.Gandi.in tracta.maleficio. ſub rubr. qui accuſa. poſ.
10 in vlt.colum.ver.& nota,&c.] † Septimò requiritur etiam quòd iudex ipſe examinauerit teſtes ipſos ſuper indicijs, & non ſufficit quòd eos examinauerit Notarius vel alius examinator,aliàs non poterit procedere ad torturam.Nam in cauſis criminalibus iudex ipſe debet recipere,ſeu examinare teſtes,nec Notarius poteſt hoc facere, niſi ex cauſa ſine commiſſione iudicis.ita colligitur ex tex.in clemen.1.de officio.delega. & ibi hoc voluit glo. clarius, & Bald. in rubr. de controuer. inueſti.in 2.colum. Et facit tex. in authen. apud eloquentiſſimum.C.de fide inſtrumen. & ibi Docto. & facit quod dixit Specu.in titu.de teſte.§.1. verſicu. item quòd eſt criminalis. Pro quo facit, quod dicitur, videlicet, quòd probationes & teſtium depoſitiones ſunt fiendæ iudici. l. quinquaginta.ff.de prob.l.eos.& l. ſi quando. C. de teſti.l.1. C.de rebus alie.non alie.l.2.C.ex quibus cauſis maio.l. docere ancillam. C. de rei vend. cum ſimi. [Vide Iaſo. in repeti. l. admonendi.in 86.colum.de iureiuran.& Fran.Curtium in conſil.60.incip.Dux Philippus.in 8.colum.] Et hanc partem tenet glo.Bald.Pau.de Caſt.& alij in l.hac conſultiſſima. in §.fin.in ver.depoſitiones.C. de teſt. pro quibus facit gl. in l. iubemus.C.de lib.cauſa.quæ dicit, quòd confeſſio facta coram Tabellione abſque præſentia iudicis, non præiudicat. & ibi dicit Salic.quòd ſi talis confeſſio fieret coram iudice ad hoc vt præiudicaret confitenti, deberet fieri coram iudice ſedente pro tribunali.de quo latè dixi in repet. mea. l.
11 fina.C.de proba.in 52.char. † Octauò requiritur, ſi reus eſt minor,quòd iudex det ſibi curatorem, aliàs proceſſus eſſet nullus. [& vide omnino,& nõ omittas, Pau.de Caſt.in clemen.cum hi.in §.ſi prætor aditur.ff.de tranſact. & vide omnino,quæ dixi in l.qui cædem.in 2.3.4.& 5.char.ff. de ſica.& & Pau. de Caſt. omnino in conſil. 112. incipien. ſuper eo, quod quæritur, &c. & Bald. in conſilio 260. incipien. aut mulier,&c.in 3.volum.] Ita not.dixit Ange.de Aret.in trac. maleficio. in verbo, comparent dicti inquiſiti,& confitentur totum.in verbo,necnon ſis bene cautus.alleg.l.clarum. & quę ibi habentur.C.de auto.præſt. Et ſubdit, quòd ſi minor ſine curatore confiteatur etiam ſponte, quòd talis confeſſio non nocet. ita dicit voluiſſe Cy.in dicta l.clarum. quod alleg.etiam Barto.in l.fina.§.pupillus.ff. de verborum oblig. & Sali. in l.1.C.de confeſſis. Et ſubdit aliud ibi Ange. quòd ſi minor ſine curatore dicat iudici , non torqueatis me Domine iudex,quia omnia confiteor & iuro non venire contra, quòd etiam talis confeſſio hoc modo facta cũ iuramento, non præiudicabit minori. & hoc dicit voluiſſe Barto.in 14.colum. verſicu. ſed pone. C. de confeſ. & dicit Iaco. Butri. ita ſentire, in authen. ſacramenta puberum.C. ſi aduer. vend. & hoc dicit procedere, ne minor inducatur per indirectum ad renuntiationem iuris ſui, contra glo.in l.pactum inter hæredem.ff.de pac. pro quo facit.l. certum. §.de pupillo . ff. de confeſſ. ita dicit Ange. in dicto verſicu. & ſis bene cautus, &c. Ego autem vltra eum dico, quòd hanc partem tenuit Alberi. de Roſa. in 4. parte ſtatu. quæſtio.82.vbi alle.hoc voluiſſe Azo.in ſumma, de autorita.præſtan. & idem voluit Bald. in c. 1. §. item ſacramenta. de pace iuram. firman. in penu.colum.verſic.modò quæro , &c. Idem voluit Ange. in l.1. C. de confeſſ. & Barto.in d. l. certum. §. de pupillo. coniuncta eius doctrina, in l. inter omnes . §. rectè. ff. de fur. & idem voluit Albe. de Roſa. & Rapha. Fulg. in d.l.clarum. & ibi dicit Rapha. quòd Alber. ibi dicit, quòd hoc obtinuit de facto. [Vide omnino Alber. Gandi.in tracta.maleficio. ſub rub. de aliquibus quæſtionibus varijs in maleficijs. in 6. colum.verſic.ſed quæritur,&c. & in eodem tracta. ſub rubri. de filijsfa. in primo ver. vbi omnino videas. & vide etiam Dyn. in conſil. 41.incip.quæſtio talis eſt, continere.] Et idem tenet Dominus Alexan. in conſil.ſuo 339. incip. in cauſa inquiſitionis, &c. in 2.col. verſic.ſecundò principaliter. & Dom. Nellus in tracta.bannitorum. in 1. quæſtio. in fi. de quo etiam per Dom. Pari. de Puteo in ſuo tracta. ſyndicatus,in 101.char. in 3. colum. verſi.an confeſſio adulti. de quo vide etiam,quæ dixi infrà.
12 in l. de minore . in princip. in 6. char. infrà eod. † Et adde quòd nedum prædicta habent locum in minore accuſato vel inquiſito , ſed etiam in minore alium accuſante, ſecundùm Bald. in conſil. ſuo 60. incip. factum ſic proponitur, &c. in 5. volu. An autem ſi minor eſt confeſſus delictum. reſtituatur? Ange. in l. certum.§.de pupillo.ff.de confeſ. tenet quòd ſic. alleg. glo. in c. 2. de reſtitu. in integr. in 6. & idem tenet Dom. Alexan. in dicto conſil. 339. incipien.in cauſa inquiſitionis. in 2. [Et in l.nam & poſtea , in §. ſi minor.in penul.colum. ff. de iureiur.] Sed contrarium probatur in l. ſi ex cauſa. in §.nunc videndum.ff.de mino. Ideo vide glo. & Barto. ibi. & Ange.in d.§.de pupillo. & Specu. in titu.de confeſ. in §. ſequitur. & Doct.in l.1.§. impuberes. ff. ad Silla.& vide infrà, in hac l.1.in §.fina.in vlt.colu. & in l.de minore. in princip. in 6.char.infrà eo. & vide dicta per Do. Ludo.Bolo.in conſi.ſuo 36.in 3.colu.poſt prin. vbi aliquid
13 ponit in materia. † Nonò requiritur ſi caſus accidat, quòd omnia prædicta præcedant,& maximè ſi ſit minor, ſed etiã vltra prædicta ſi eſt prægnãs,requiritur ꝙ expectetur donec pepererit,& non ſolum ꝙ pepererit,ſed etiam requiritur ꝙ tranſacti ſint illi 40.dies in quibus malè ſtat in partu. ita dixit Barto.in l.prægnantis, infra.de pœ.poſt glo.ibi,quæ mouet hoc dubium, ſed non ſoluit. idem tenet Dom.Ioan.de Ana.in c.intelleximus.in 2. ſeu 3.col.de his,qui fili.occid.Et rationem alleg.Barto.& Ioan. de Ana. in d. locis dicentes , ꝙ ratio eſt , quia cùm ipſa mulier in illis 40. diebus ſit debilis,

lis, poſſet mori. debet ergo expectare donec ſit fortis ad torturam. idem etiam concludit Bald. in l. Imperator.ff.de de ſtatu homin. vbi ſubdit, quòd ſi iſtis temporibus mulier torqueatur, ſcilicet quando eſt prægnans, vel quando eſt intra 40.dies, à die partus, quòd confeſſio facta in tali tortura non valebit. Et idem credo procedere etiam vltra dictos 40.dies, ſi ipſi puero non reperietur nutrix, ne ipſe periret, caſu quo mater periret vel perturbaretur, adeò ꝙ non poſſet vlterius eum nutrire. ad quod ſeruiunt verba Barto. in dicta l. prægnantis. vbi dicit, quòd differtur mors mulieris prægnantis & puerperæ, &c. etiam quando vltra puerperium non reperiretur nutrix puero. quem refert & ſequitur Ioan.de Ana.in dicto c.intelleximus. in vlt.colum. Et faciunt etiam dicta per Bald. in dicta l. Imperator. vbi dicit, quòd ſicut debet differri mors prægnantis mulieris, vel etiam membri mutilatio, ita tortura, nec etiam, ſecũdùm eum, poſſet cogi venire ad teſtificandum, ſi eſt periculum partus in itinere. Et ſubdit quòd eadem ratione ſi deberet ire in exilium, debet differri, quia iſtud beneficium fit partui, & non matri. Et ſubdit etiam eadem ratione, quòd ſi poteſt bannitus impunè occidi vigore ſtatuti, non poterit occidi mulier prægnans bannita, donec eſt prægnans, quia grauiſſimum facinus committit, qui prægnantem occidit. [Idem dixit Dom. Nellus in tract. bannitorum, in 2. parte ſecundi temporis, quæſtione 45. incipien. viſò, &c.] Et ſubdit Ioan. de Ana. in dicto c. intelleximus. quòd prædicta procedunt etiam ſi partus eſſet adulterinus, uel in carcere conceptus, & etiam ſi ipſa mulier eſſet prægnans 10. vel 20. dierum tantùm, quia licèt nondum ſit anima, tamen ſpes eſt eius. ad quę etiam vide vnum verbum per Angel. de Aret. in ſuo tracta. maleficio. in verbo, fama publica. in 16. charta in verſic. ſextò quæro, &c.

Modò ſupradictis omnibus concurrentibus, iudex poteſt ſecurè procedere ad torturam, & ſecundum ſufficientiam & vrgentiam indiciorum, quæ relinquitur arbitrio iudicantis, torquere quomodo ſibi videtur. Sed ſi prædicta non præcederent, non poſſet iudex deuenire ad torturam, aliàs torquendo reum prædictis non præcedentibus, multa ſequerentur inconuenientia. † Primò enim ſequeretur

14 quòd ſi reus confiteretur delictum, talis confeſſio eſſet nulla, & nihil operaretur, etiam ſi milies eſſet ratificata per ipſum reum ad bãchum iuris, quia confeſſio facta per reum in tortura legitimis indicijs non præcedentibus, & non data copia ipſorum indiciorum cum termino ad illa purganda, & cum alijs requiſitis, ut dixi ſuprà, eſt nulla, & nullius valoris, etiam ſi ſit ratificata ad banchum iuris. ita voluit gloſ. in l. quæſtionis. quæ eſt lex penul. infrà in hoc titu. quam ibi ſequitur Barto. & communiter alij. & Ange. in l. 1. C. de cõfeſ. & Gandi. in tracta. ſuo maleficio. ſub rub. de quæſtio. & tormentis. in 6. colu. verſi. Item pone, quòd quidam ex, &c. [Vide Bald. in materia, in conſilio ſuo 43. incipiē. quidam fuit. in 2. col. ver. tamen à iuris tramite, &c. in 3. volu.] Petr. de Ancha. in clemen. 1. de homic. & Salic. in l. 2. in vlt. colu. C. de cuſto. reo. per id, quod habetur per Innocen. & alios in cap. 1. quod metus cauſa. Et voluit Barto. in tracta. ſuo de quæſtio. qui incipit, plenius tractaturi. in 12. col. verſic. quid ſi aliquis eſt tortus legitimis indicijs non præcedentib. &c. & Do. Catal. in tracta. ſyndicatus. in verſi. 165. incipien. adde quod diximus, &c. & Ange. in l. 2. C. quorum app. non recip. Ange. Imo. & Pau. de Caſt. in l. qui in aliena. §. Celſus. ff. de acquir. hered. Innocen. in c. cauſam. quæ. de offic. delega. & voluit Petr. de Ancha. in conſi. ſuo 24. incip. viſa inquiſitione for. contra Philipp. & Do. Alexan. in conſi. ſuo 5. inc. in cauſa inquiſitionis. in 1. colum. in 1. volum. & in conſilio 179. incipien. in cauſa Angelorum. in penult. colum. & in conſil. 224. incip. viſo proceſſu inqui. formatæ, &c. in 2. col. etiam in conſi. 275. incipien. viſo themate. circa fin. Et hanc partem firmat Ange. de Aret. in tractatu maleficiorum. in verbo, fama publica. in 4. charta. verſicu. aduertas tamen, & Bald. in additio. Specu. in titu. de confeſ. in 1. col. & Math. in nota. ſuo 55. incipien. nota quòd quotieſcunque. & Ludo. Roma. in conſilio ſuo 149. & illam gl. in dicta l. quæſtionis. refert & ſequitur Ioan. de Ana. in conſilio ſuo 17. in 1. col. verſicu. 3. præmitto, &c. de quo latè dixi in conſi. meo 40. incipien. requiſitus, &c. in princip. & in repet. mea l. fin. C. de proba. in 195. char. de quo etiam dicam Deo duce, infrà in dicta l. quæſtionis. de quo etiam per Dom. Fely. in c. qualiter & quando. el ſecondo. §. licet. in verſicu. 11. limita. de

15 accuſa. & in c. ad noſtram. in princip. de probatio. † Aliud etiam ſequeretur, ſi iudex procederet ad torturam legitimis indicijs non præcedentibus, & non ſeruatis ſeruandis, videlicet, quia diceretur procedere de facto. ideo poſſet ei ſine metu pœne de facto reſiſti, quia iudici de facto facienti de facto põt reſiſti. text. eſt & ibi Bart. in l. prohibitum. C. de iure fiſci. lib. 10. & habetur in l. quoniam iudices. C. de appella. & in l. toties. §. fina. ff. de pollicitationibus. volunt Docto. in capit. ſi quando. de officio delega. & Innocen. in capitulo dilecto. de ſenten. excommun. in 6. & in c. Paſtoralis. de offic. delega. Barto. in l. deuotum. C. de meta. lib. 11. Petr. de Ancha. in regula, ea quæ. de regulis iuris, in 6. Dyn. in regula, quod quis mandato. eodem titu. Paul. de Leaza. in commento rub. de reſtit. ſpolia. Cyn. & alij in l. 1. C. vnde vi. Bal. in l. 4. in 7. colum. ff. de iuſtit. & iure. Ange. de Aret. in tracta. maleficiorum. in verbo, fama publica. in 8. char. ver. 2. quæro. & in eodem tracta. verſic. præſente Caio & appellante. in 6. char. verſicu. quid autem. vbi pro hoc alle. gloſ. in dicta l. ſi minor. ff. de euict. Sed vltra eum & alios, vide text. & glo. in c. non debet. 11. q. 3. quæ hoc tenet expreſsè. glo. in c. ex literis. in verbo, irritam. de officio delega. & glo.

16 in verbo, & ſi ſciat. in c. Paſtoralis. eod. titu. † Et ex iſtis infero ad vnum videlicet, quòd licèt eximens condemnatũ ad mortem, vel etiam conuictum ſeu confeſſum, nondum tamen condemnatum de manibus familiæ, teneatur pena mortis. l. cuiuſque. ff. ad l. Iul. maieſta. & ibi Barto. & habetur clarius in l. addictos. C. de epiſco. audien. & idem in illo, qui vadit ad carceres & liberat captiuum per vim, ſecundum Bald. in dicta l. addictos. & dixi in ſingulari meo 273. incip. notiſſimum. Tamen iſta poſſunt limitari, niſi talis condemnatus & ductus ad ſupplicium, vel exiſtens in carcere eſſet indebitè condemnatus, vt quia non eſſent ſibi ſeruata ſupradicta, quia tunc talis eximens eum, non tenetur aliqua pœna. Ad quod dicendum moueor per ſingularē doctrinam Innocen. in c. ſi quando. de officio delega. quam pro ſingulari refert & ſequitur Bald. in dicta l. addictos. in 2. col. vbi dixit, quòd ſi reus condemnatus appellat, vel eius amici vel affines pro eo, & nõ obſtante appellatione iudex vult exequi ſententiam ſuam capitalem, quòd poteſt ſibi reſiſti de facto, & idem dico de illo qui vadit ad carceres & liberat per vim carceratum, &c. Et idem etiam dicendum eſt in eximente captum indebitè in cauſa ciuili, quia non tenetur creditoribus. de quo dixi in ſingulari meo 137. inc.

17 in iure. † Et ideo dixit Dominus Paris de Puteo in tracta. ſuo ſyndica. in 25. char. in 3. colum. & ibi in 81. char. in 4. col. quòd ſi iniuſtè captus non poteſt aliter euadere, licitum eſt ſibi occidere cuſtodes carceris, nec tenetur de homicidio. alleg. ad hoc text. in l. nihil. ff. de captiuis. & l. capitalium. §. ad ſtatuas. infrà de pœnis. & glo. in c. iuſgentium. 1. diſtinct. & l. 1. §. de his, qui ante ſenten. mor. ſibi conſci. vbi dicitur, quòd licet quomodolibet redimere ſanguinem ſuum. & alleg. etiam gloſ. in clemen. 2. in verbo, violentam. de re iudica. quæ dicit, quòd licitum eſt iniuſtè carcerato rumpere iuramentum, quod fecit de redeundo ad carceres. Et faciunt etiam dicta per Alber. de Roſa. in dicta l. addictos. C. de epiſ. audien. vbi dixit, quòd etiam clerici ſi vident aliquem iniuſtè condemnatum ad mortem, poſſunt eum de facto eripere de manibus familiæ. allegat c. hi qui. 14. q. 6. & Archi. in c. cùm homo. 24. quæſtio. 5. & idem dixit glo. in c. non inferenda. 23. quæſtio. 3. De quo articulo ſi vis etiam latius videre, vide dicta per me in l. 1. in 6. colu. & ibi in ſequenti. C.

18 de execu. rei iudi. † Quando autem iudex dicatur iniuſtè facere, dicas quòd tunc, quando non ſeruat ordinem iuris, ſecundùm Io. And. & Gemi. in c. dilecto. de ſenten. excom. in ſexto. & Ange. in l. 1. ff. ne quis eum. & Ange. Aret. Inſtitu. de actio. §. quadrupli. in 3. char. Et vltra, quòd poteſt ſibi reſiſti de facto vt dixi, tenetur etiam reuocare de facto illud, quod feciſſet de facto, caſu quo poſſet illud reuocare, ſecundùm Bald. in l. ſi pacto quo pœnam. C. de pact. per gl. in l. ſi minor. ff. de eui. vt voluit Bal. in l. 2. C. de ſerui. & aqua. in 9. colum. & Innocen. in cap. querelam. de electio. & Bal. in l. eadem. ff. de ferijs. & in l. 2. C. de edic. diui Adria. tollen. in 2. colum. & in l. tale pactum. in §. qui prouocauit. in 10. quæſtio. ſuprà de pact. & in rubrica. C. de reſcinden. vendi. & Bald. in l. ſi deſerta. C. ſi propter pub. penſita. de an. in c. cum ceſſante. de appel. Sequeretur etiam aliud ſi ipſe iudex non ſeruatis ſeruandis ſupradictis, poneret reum ad torturam, nam in ſyndicatu puniretur pœna capitis, ſecundùm Bald. in d. l. decuriones. C. de quæſtionib. & in l. 1. de priua. carce. & ſentit Salyce. in l. 2. in fi. C. de exhiben. reis. de quo etiam per Bald. in rubri. C. de pœna iudic. qui malè iudi. & per Ioan. de Ana. in capitulo primo. de cler. percuſ. & Barto. in l. 1. ff. quod quiſque iur. & Salyce. in l. fina. C. de pœna iudi. & Ange. de Are. in dicto tractatu maleficiorum. in verbo, fama publica. in 15. char. in verſicu. tertiò quæro. de quo ego dixi in repetitione mea

l. fi.

l.fina.C.de probatio. in 73. char. & ibi in 77. in princip. Intelligas tamen, quòd iudex punitur pœna capitis, quando indebitè & iniuſtè torſit aliquem vt ſuprà, hoc eſſe verum quando hoc fecit doloſè & ſine cauſa, ſecus autem ſi non fuit in dolo, ſed in culpa, quia tunc non punitur pœna capitis, ſed punitur actione iniuriarum arbitrio iudicis. ita dixit Bald.in dicta rubr.C.de pœna iudic.qui malè iudic. ad quod alleg.l.iniuriarum æſtimatio.ff.de iniur.de quo etiam vide Dom.Franc.Brunum in tractatu ſuo de indi. & tortu. in 11.char.in 1 colum.& in eod.tractatu,in 15. char. verſi.7. [Vide Bald.in conſi.336.incipien. factum ſic proponitur.
19 in 4.volum.] † Sequeretur etiam, quòd ipſe reus poſſet ante ipſam torturam appellare, cùm tractetur de præiudicio irreparabili, quo caſu ante factum admittitur appellatio. l. 2.infrà de appella.recip.& voluit Bald.in l. ſi quis prouocatione.C.de appella. Idem tenet Angel. de Areti. in dicto tractatu maleficiorum. in verbo, fama publica. in 16. char. in verſicu.aduertas tamen. pro quo faciunt dicta per Bald. in l.2. C. de epiſcopa. audi. vbi ponit de illo, qui continuè grauatur, continuè poteſt appellare. de quo etiam per D. Philipp.de Peru.in c.ſuper eo. il 2.in 1.colum.de appella.& latius in c.ex parte,eodem titu.in 3. colum. uerſicu. quintò
20 & vltimò infertur,&c. † Modò redeundo ad propoſitum huius no.quòd non eſt incipiendum a tortura, &c. ſcias ꝙ iſtud eſt adeò verum, quòd etiam habet locum in crimine læſæ maieſtatis, in quo iudex non poteſt aliquem ponere ad torturam ſine indicijs.iſte eſt tex.no.& ibi glo.Cyn.Bald. Salyc. in l. ſi quis alicui.C.ad leg.Iul.maieſt. quod etiam voluit Ange. de Areti. in tracta. ſuo maleficiorum. in verbo, *che hai tradito la tua patria*. in primis verbis. cuius contrariũ videtur innuere Bald.in l.quicunq;. in princip.vlt.colum.C. de ſer.fug.de quo vide, quæ dixi in repetitione mea l.fi.C.de probatio.in 77.char.& in l.de minore.in princip. infra eod. Item adeò eſt verum, quòd non poteſt iudex incipere à tortura, quòd hoc procedit etiam ſi ipſe iudex habet liberum arbitrium in criminalibus, quoniam nec tunc poterit torquere aliquem non præcedentibus indicijs, aliàs tenetur in ſyndicatu. Ita dixit Paulus de Leaza.in c.grauis.extrà de depoſito.& Dom.Alexan.in l.filiusfam.in quinta apoſtilla.ff. de donatio. Et in materia, quando iudex habet arbitrium, vide quæ dixi in dicta mea repetitione l.fin.C.de probatio. in 89. char.

Et inquantum ſupra poſui plura requiſita antequàm iudex contra reum poſſit deuenire ad torturam, poſſent illa fortè limitari & reſtringi in aliquibus caſibus, primò quando ageretur ſeu procederetur contra inſignem furem, vel alium malefactorem, quia contra tales iura non adhibent
21 tantam ſolemnitatem, ſicut contra alios. † Et ideo dixit nota.Ang.de Aret. in libro maleficiorum.in verbo,& veſtem cœleſtem abſtulit.in 2.charta.verſicu. & nota bene,&c. ꝙ pro furibus inſignibus non debet iudex pati aliquem aduocare, per l.omnes.C.de defenſo.ciuita.Idem voluit Ludouicus Romanus, in l.ſi verò.in §.de viro.ff.ſoluto matrimo.in 46.fallentia.& Barba.in c.quærenti.in 10. colum. de officio delega.de quo latius dixi in repetitione mea.l.fin.C.de pro
22 batio. in 74. charta. † Secundò, quando procederetur contra hominem malæ conditionis & famæ, quia tali non eſſent danda copia indiciorum. ita ſing.dixit Guido de Suza. in tractatu ſuo maleficiorum. ſub rubr. qualiter fiat inquiſitio.in princ.& Gand.in tractatu maleficiorum. ſub rubrica, quomodo cognoſcatur de maleficijs per inquiſitionẽ. in verſic. ſed quæro, facta & completa,&c. vbi allegat hoc voluiſſe Specu.de quo ibi per eum. Et iſtos Doctores ad hoc refert & ſequitur Dom. Auguſt. de Arim. in additio. ſuis ad Angelum de Aret. in dicto tractatu ſuo maleficio. in verbo, fama publica. in 5. char. verſicu. item aduertas. in additio. incipien. tu autem in hac materia adde vnã ſingu. limitationem, &c. ſed ipſe limitat hæc dicta per eos habere locum, quando inquiſitio eſſet formata ex mero officio iudicis, & ſic iudex procederet ex officio, ſecus autem quando procederet ad poſtulationem alterius. quod etiam dicit ipſe intelligere, ſi loquimur de copia inquiſitionis, vel de copia teſtium ſuper diffamatione, non autem de copia indiciorum, propter quæ quis poſtea poſſet poni ad torturam, quia hoc caſu licèt miles ſit homo malæ famæ & vitæ, tamen debet ſibi dari copia indiciorum, quia talis copia eſt defenſio, quæ nemini eſt auferenda.l.vt uim.ff.de iuſtitia & iure, cum ſimilibus, de quo ibi latius per eum.
23 † Tertiò etiam poſſent limitari prædicta non habere locũ in criminibus enormibus, in quibus ceſſant ſolemnitates iuris, ſecundùm Innocentium in c.cùm omnes. de conſtit. vbi dixit, quòd propter enormitatem delicti, licitum eſt iura tranſgredi, quem omnes ibi ſequuntur, & Bald.in l.quid ergo.§.pœna grauior.in 4.colum.ff.de his, qui notantur infamia. & in c.1.in 6.colu.qui feudum dare poſſunt. & Bald. in l.& ſi ſeuerior.C.ex quibus cauſis infamia irrog.in 2.col. & ideo dixit Ioan.Andræas in c.cum non ab homine.de iudicijs, quòd clericus faciens atrociſſimum delictum, poteſt ſine degradatione puniri, non attenta diſpoſitione dicti capituli. Idem dixit Dominicus de ſancto Geminiano in c.1. in fi. per illum textum, de homicid. in 6. & Petrus de Ancharano, in conſi.ſuo 157 incipiente, exorta guerra.quòd ſi per ſtatutum conceditur abolitio delinquentibus, non cõpræhenditur delinquens in crimine læſæ maieſtatis, & ſic in enormi crimine. Et dixit Bal. Angelus, & Raphael in l. quid ergo.§.ſi heres.ff.de leg.1. quod ſi maritus reperiat clericum in flagranti crimine cum filia vel vxore, quòd poterit eum occidere, nec incurret ſententiam c.ſi quis ſuadente.17.q.4.idem voluit Ange.de Aret.in tracta. maleficiorũ. in verbo, *che hai adulterata*. in 9.char.verſi.quid ſi pater, &c. pro quo eſt textus cum glo. ſecundùm Dominum Augu. Arim.ibi, in additionibus, in c. ſi verò. il 1. de ſententia excommunicat. pro quibus optimè faciunt dicta per Dom. Alexan.in conſi.ſuo 275. incipien. viſo themate. in 1. colu. vbi dixit, quòd repertus in flagrãti crimine, poteſt ſine proceſſu condemnari. Et dixit Ioan.de Ana.in c. dilectus.il 2.in 6.colum.de ſymo.verſ.ex atrocitate ergo delicti, ꝙ propter atrocitatem delicti, ſæpe vnus punitur pro alio. de qua materia dixi vltra omnes in repetitione mea l.finalis, C.de pro
24 bat.in 74. charta. † Quæro vlterius antequàm tranſeam ad alia notabilia, quæ colligi poſſunt in hoc princip.viſum eſt, quomodo ſuccurratur actori, quando habet indicia, quia deuenitur ad torturam contra reum ſeruatis ſeruandis. Sed pone, quòd ipſe actor non habet aliqua indicia, an ſuccurratur ſibi damnum paſſo aliquo modo? Exemplum.pone, aliqua bona mea fuerunt mihi furtò ſubtracta, vtputa in caſu.l.pen.ff.de furt.& nõ habeo aliquod indicium ſeu aliquã probationem, vel pone, vt aliquando contingit à caſu. video aliqua bona mihi furtò ſubtracta in domo alicuius, ſed de hoc non habeo probationes, quia eram ſolus, nec habeo aliqua indicia. Vel pone, quòd aliquis amicus meus ſcit vbi ſunt bona mihi furto ſubtracta, & non vult nominari, ſed in ſecreto ſub iuramenti vinculo mihi reuelat hoc an his caſibus mihi ſuccurratur aliquo modo? In quo dicas quòd ſic, nam potero accedere ad iudicem & iuramento meo affirmare, quòd ego ſuſpicor bona mea eſſe in tali domo, ideo ego peto quòd per officium ſuum mihi fiat copia quærendi in dicta domo, & tunc iudex hoc facere debebit, & hoc modo ex improuiſo potero perquirere, & inuenire bona mea. Ita dixit Ange. de Aret. in dicto tractatu maleficiorum, in ver.& veſtem cœleſtem.in 9.char. ver. & bene nota,&c. allegat l.1.§.hoc autem.& l.diuus.ff.de ſer. fugit. vbi bona iura. & l. requirendi. C. eodem titu. Et dicit, quòd hoc non tantùm habet locum in ciuitate, ubi eſt factum furtum, ſed etiam in loco, vbi apportatum eſt ipſum furtum, allegat Bald.in d.l.requirendi. de quo latius ibi per eum. Sed iſtud dictum non tamen communiter approbatur, ſed ab aliquibus improbatur, ideo vide Dom. Augu. Ari.in ſuis addi. ad Ange.ſuper dicto verſi. & bene nota. & Ioan.de Ana.in c.qui cum fure.in 2.col. de furt. vbi not.lo-
25 quitur circa hanc materiam. † Vlterius inquantum hìc dicitur, ꝙ in criminalibus non eſt incipiendum à tortura, amplia etiam hoc, videlicet, quòd nec etiam eſt incipiendum per ipſum iudicem à minis, ſeu a metu torquendi, ſeu à terrore aliquo, quia talis metus, & talis ſuſpitio torquẽdi equiparatur torturæ, ſecundùm Bal. in l. interpoſitas. circa fi. C. de tranſact.quem ibi ſequuntur Docto. & voluit Do.Alex. in §.diuus.infrà in hac lege. & hoc caſu ita dicetur confeſſio facta per torturam, ac ſi fuiſſet tortus. Et ideo dixit Bald. in l. nouiſſimè. in princ. ff. quod fal. tuto. auto. quòd paria ſunt conſiteri in tormentis, vel metu tormentorum. quod etiam voluit Barba.in c.ſi conſtiterit. de accuſa.in penu.col. & Dom.Catal.in tract.ſyndic.verſi.165.& Ange. de Aret.in tract.malefic.in ver. fama publica.in verſicu. poſtquàm aliquis, &c.vbi ſubdit etiam, quòd confeſſio dicitur facta metu tormentorum, ſi reus ſit ligatus ad torturam, vel ductus ante eam, vel ſi minæ de eo torquendo præceſſerunt. Ita dicit voluiſſe Iaco.Butr.Cyn.& Salyc.in l.2.C.de cuſto. reo. & Barto.in hac l.1.§.diuus.idem dicit ſi reus ſit ſpoliatus ante torturam & non ligatus, nec aliquo modo minatus. ad qđ allegat Bartol.in d.l.nouiſſimè.per illum text. vbi dicit hoc ſemel habuiſſe de facto Florentiæ. Et idem tenet Gandi. in tracta. ſuo maleficio.ſub rubri. de quæſtio. & tor. in ver. dictum eſt ſupra, &c. Pro quibus etiam facit quod dixit

Bald.in d.l.interpoſitas.& Innocen.in c.relatum.quod met. cauſa.& in c.cauſam matrimonij.de officio deleg.& Ange. in l.qui in aliena.§.Celſus.ff.de acquir.hære.omnes concludunt,paria eſſe confiteri per tormenta, vel metu tormentorum. [Et circa hanc materiam adde ꝙ carcer dicitur ſpecies torturæ,ſecundùm Bal.in l.ſi clericus.in 2.col. C. de epiſ.au.& in l.1.C.qui ad lib.perue.non poſſ.in fi.vbi dicit,ꝙ mortuus in carcere, dicitur mortuus in cruciatu. & vide Cardi.Alex.in c.ſuper eo.el 2.in 2.colu.poſt med. de app. & vide omnino Alex.in conſi.275.inc.viſo themate.in vlt.colum.& Gemi.in conſi.15.inc.reuerende pater.in 4.col. ver. ſuper ſecundo,&c.& omnino Bald.in c.at ſi clerici. in prin. 3.col.in ver.& licet confeſſus. extrà de iudi. & vide infrà in proxi.2.col.in verſic.quinimò dico,&c.] Et adde in propoſito no.verbum Bal.in l.2.in fi.C.quo.appel.non reci.vbi dixit,quòd ille qui fortitudine tormentorum aliquid facit, non ſibi præiudicat. [Et vide Barto.in conſi.70.incip.Chriſtus.in 3.colu.in 4.volu.& Corſe.in no.ſuo,in ver. metus.] Pro quibus facit tex.cum glo.in l.item apud Labeonem.in §.quæſtionis.in ver.quæſtionis.ſ.de iniur.vbi ille dicitur torqueri,qui eſt in loco,vbi timet torqueri,vel ſitim,aut famẽ patitur. Ad idem facit tex.in l.ſi quis.in ver. iacentem.ff. de incen.rui.nauf.vbi dicitur factum in naufragio, uel pati in naufragio,quod quis fecit vel paſſus eſt timore naufragij imminentis.& dicit ibi Bar.quòd ex naufragio dicitur fieri, quod fit trepidatione naufragij. & facit l.3. §.qui armati. ff. de vi & vi arma. vbi ſufficit terror armorum. Et facit quod voluit Lud.Roma.in l.lege Cornelia.in 2.col.ff.ad Silla.ubi dicit,quòd paria ſunt producere libellum minatorium accuſationis,vel libellum accuſationis. ad quod allegat text. quem dicit non eſſe alibi,in l.miles.in §.ſocer.ſ. de adult. & dixit Ang.in l.1.C.vnde vi. quòd timor geminationis percuſſionis operatur,vt percuſſus poſſit percutere ſuum percuſſorem licitè,quod etiam uoluit Bald. in conſi. ſuo 289. incipien.de iſta quæſtione,&c.in primo uol.& faciunt optimè dicta per Petr. de Anchar.in conſi.ſuo 87.quod inc.præmiſſa facti ſerie, &c. ubi conſuluit, ꝙ datiarij alicuius datij ita debent habere remiſſionem propter timorem belli, ſicut propter ipſum bellum. & allegat illud Senecæ, Peior eſt bello, timor ipſe belli. & faciunt dicta per eundem in conſilio ſuo 158.incip.rationes ſuperius. & facit glo.in l.ob negotium.C.de nego.geſt.quæ uult, ꝙ idem operetur exiſtentia curatoris, quod ſuſpitio exiſtentiæ.Et facit glo.quã ibi no.Bal.in l.penul.C.de pigno.actio.quæ dixit,ꝙ idẽ operatur præparatio ad fugam,quod operatur actus ipſius fugæ. & ideo dixit Dominus Alexan. in conſi. ſuo 288.incip. & ſi celeberrime,&c.in ult.col.ꝙ ſufficit eſſe trepidatio fugæ ad hoc ut quis poſſit propria authoritate ſibi ius dicere, & capere debitorem ſuum. & idem dixit Bal. in conſi. ſuo 105.incip.ad euidentiam,&c.ante fin.in 1.uol.ubi dicit, ꝙ licitè poteſt capi ille,qui ſe præparat ad fugam. De quo dixi aliqua in ſingul.meo 43.incipien. debitor fugitiuus, &c.

26 † & faciunt etiam optimè dicta per Dom.Alexan.in conſi. ſuo 42. incip.ſuper præmiſſo themate.in penul.char. in ult. colum.in 1.uol.ubi dixit, quòd idem operatur timor litis, quod operatur ipſa lis quò ad tranſactionem faciendam.& allegat tex.in l.2.C.de tranſact.& l.cauſas. eodem titu.& no. in l.3.ff.de tranſact. [Et adde Specul.in titu.de legato. in §. ſequitur.in 2.colu.uer.porrò.ubi dicit,ꝙ ſi aliquis non turbat iuriſdictionem delegati,ſed eſt præſumptio uel dubitatio de turbatione, quòd poteſt delegatus ipſum cogere ut caueat de nõ turbando. quod etiam uoluit Dominus Ant. & Ioan.de Imo.in c.1.de offic.delega.quos refert & ſequitur Dom.Feſy.in Rub de treu.& pace.in fine.] Et facit no. dictum Ang.in l.ſi cum exceptione.§.fatis.ff.quod met.cauſa.ubi dixit,quòd promittens non offendere, dicitur rumpere pacem,ſi infert metum offendendi. [Inferens metũ dicitur rumpere pacem. uide tamen Bald.in conſi.430.inc. inſultus,&c.in 6.col.] Et hìc adde dictum Bal.in c.1.in prin. in ult.colum.quibus cauſis feud.amit.qui dixit ꝙ idem iudicamus de inimico,qđ de eo,de quo dubitatur ex uerïſimili ratione, quòd debeat effici inimicus. ad quod uide quæ dixi in ſingu.meo 178.inc.inimicus, &c. Et addi poteſt dictum Odofre. quem refert & ſequitur Bal. in l. quoties. C. de rei uendica.ubi dixit,ꝙ ſi timeo mihi moueri quæſtionem ſuper domo uel fundo,& ideo eam alieno,poſtea mihi mouetur quæſtio, dicit quòd talis uenditio reuocabitur per titulum de alie.iudic.mutan.cauſa fac.quod etiam fuit de mente Bar.in l.qui petitorio.C.de rei uendica.& Bar.in in l.2.§.fina.C.de aliena.iudic.mutan.cauſa fac. & Ang. in l. ſi autem.§.1.C.de rei uendica. Et pro prædictis omnibus facit tex.in l.habitatores.§.finali.ſ.loca.& ibi Doctores, ubi dicitur,quòd iuſtus timor facit ut fiat remiſſio mercedis, licèt non ſit ſequutum periculum. Et hìc adde,quæ ego dixi in repetitione mea l.fi.C.de probationib.in 67.char. ubi latiſſimè loquutus ſum in materia iſta. Iſtud tamen quod dixi, quòd tantum operatur timor torturæ, quantum ipſa tortura,limito & reſtringo habere locum in hominibus timentibus torturam, & in perſonis quę langueſcunt, & cruciantur in tortura,ut multos iam in diuerſis magiſtratibus quos habui uidi,& habui in manibus, ſeu in fortijs meis, ſecus autem in illis qui non timent tormenta ipſa, nedum minas ipſorum,qui fuerunt aliàs capti & torti, & ſunt adeò aſſuefacti torturæ,quòd nihil timent,ut iam uidi plures. nã cum non timeant realem illationem tormentorum, multòminus timebunt minas eorum,argumen.auth.multo magis.C.de ſacroſanctis eccleſijs. cum ſimilib. de quo etiam latius dixi in dicta repetitione mea l.fina. C. de probat.in 67. char.

27 † Vlterius dicitur hìc,quod à tortura non eſt incipiẽdum. Quæro, quot modis quis torqueri poſſit, ſeu quot ſunt genera tormentorum? In quo dicas quòd pluribus modis, ſecundùm Dominum Franc.Bru.in dicto ſuo tractatu de indic.& tortu.& in 6.char.in 4.colum. ubi dicit, ꝙ quidam iudices mittunt reo torquendo aquam per nares cum calce calida, & ſibi claudunt os, quod tormentum eſt periculoſum,ne torquendus ſuffocetur. Aliqui uero utuntur quodam taxillo ſatis magno, quem ponunt ipſi reo ſuper oſſo uulgariter, *detto la chaichia del pede*, & poſtea calcant ſuper eo cum uno ligno, ſeu cum una ſtanghetta, & hoc tormentum uulgariter nuncupatur, *la ſtanghetta*. Quidam alij ponunt ſcarafacium ſuper umbilico rei, eo nudato & ſpoliato, ac ligato ſuper uno bancho cum corpore reſupino, & ſuper ipſo umbilico, & ſcarafacio ponunt unum ciatum uitreum,& ille ſcarafacius rodit umbilicũ,ex quo ipſe reus acriter torquetur. Alij torquent cum lingua caprina hoc modo. Nam lauant pedes rei torquendi cum aqua bene ſalita ſeu ſalſa,poſtea ligant torquẽdum ſuper uno ſcamno pedibus exiſtẽtibus extra ſcamnũ, & faciũt poſtea quòd una capra cum lingua lambit pedes ipſius rei,ſcilicet plantas pedum,quod libenter facit illa capra propter guſtum ſalis,& iſtud tormẽtum cruciat reum, & eſt ſine periculo.Quidam alij torquent mittendo uirgas ligneas inter digitos rei, poſtea cum una chordula ligant digitos & illos ſtringunt. Quidam uerò utuntur chorda ligatis manibus poſt terga, quod tormentum magis eſt in uſu cæteris. Aliqui etiam dant reo torquendo comedere carnes bene ſalitas,& poſtea denegant ei potum. Aliqui lauant pedes torquendi, & poſtea cum lardo ungent ſibi pedes, & poſtea ponunt reum in compedibus, & faciunt magnum ignem ante pedes ſuos, & habent poſtea vnam tabulam ligneam in medio inter pedes ſuos & ignem, & quando uolunt eum torquere eleuant illam tabulam de medio adeò quòd patitur maximum dolorem ex illo igne & quando uolunt ſibi dare inducias & quietem reponunt illam tabulam. Et iſta ſunt genera tormentorum, quæ dantur reis,ſecũdùm Dominum Franciſcum Bru. in dicto ſuo tractatu. Sed ultra eum dico,quòd alia etiam ſunt tormenta,quibus utuntur iudices. Nam reus quandoque expoliatur nudus,& accipitur una tabula lignea, quæ ponitur ſuper aliqua re non plana,ſed de taleo,poſtea cum ſchina nuda ſeu cum tergo nudo ponitur reus ſuper illa per tranſuerſum & magnum pondus appenditur ſibi ad collum, & ſimiliter ad pedes,adeò ꝙ patitur maximum dolorem in tergo,ſeu in ſchina. Aliqui etiam ligant teſticulos rei cum una chordula,deinde cum una uirgula percutiunt eos, & hoc eſt acre tormentum.Sed ego aliquos reos habui in fortijs meis, dum fui iuſdicens, qui aut incantationibus, aut conſtantia,aut fortitudine aliqua tormenta non timebant, iõ ego adhibui talibus reis duo genera tormentorum.Primũ eſt,nam debet ſpoliari,& ligari reus, & debet torqueri aliquantulum, non tamen ſufficienter cum communi tortura, & ſi non vult confiteri,quia non timeat,ſeu non cruciatur in ipſa tortura,tunc quia eſt calidus & in ſudore, etiam ſi eſſet glacies in terris,tunc facias ſibi proijci magnã quantitatẽ aquæ ſuper capite & dorſo,& permittas eum diſſolutum à chorda ſic quieſcere per horam, & deinde cum erit frigidatus,facias iterum eum torqueri,& tunc oſſa eius cantabunt & ſtrepitum facient, & tunc cruciabitur acrius in duplum quàm primò fecerat, & iſtud eſt terribile tormentum.& de hoc feci experimentum in uno presbytero degradato, qui fecerat falſam monetam in Valle Lugani, dum ibi eram Capitaneus, qui uocabatur, presbyter de Colla,&c. Aliud eſt tormentum,quo ſæpe vſus ſum contra obſtinatos, & contra non timentes tormenta, & verè ne-

mo

mo ita ferox inuenitur qui huic tormento poſſit reſiſtere, & eſt tormentum non lędens corpus, tamen eſt maximæ potentiæ, & antequam de ipſo feciſſem experiẽtiam, videbatur mihi potius res ridiculoſa quàm tormentum, quod tormentum tale eſt. Nam ponitur reus ſuper uno ſcamno ad ſedendum, & ibi adſunt duo qui eum cuſtodiunt ut nõ dormiat, nec de die nec de nocte, & cum ipſe reus inclinat caput in una parte propter ſomnum, ille famulus qui eſt ibi ab illa parte dat cum manu ſibi in capite & excitat eum & eleuat ſibi caput. idem faciat alter famulus, quando inclinat caput ab alia parte verſus eum, & quando illi duo ſunt feſſi, & uolunt dormire alij duo noui ſubrogantur in locum illorum, & non permittunt vnquam dictum reum dormire nec quieſcere, intãtum ꝙ ad tardius in duabus noctibus & vno die, reus omnia confitebitur promiſſa ſibi quiete. Et ego ſimiliter feci experiẽtiam de hoc in duabus fœminis maleficis, dum eram Capitaneus Vallis Lugani, ꝗ non timuerũt aliqua alia tormenta ſupradicta, ſed cũ iſto, in ſpatio 40. horarum omnia plenè delicta confeſſa fuerũt. Ideo teneas menti hoc genus tormenti, quia eſt maximæ potentiæ, & non affligit corpus, adeo quòd nunquam ex

28 eo iudex teneretur in ſyndicatu. † An autem priuatio cibi & potus dicatur tormẽtum? Dicas quòd ſic, & idem dicas, quando ipſe reus ponitur in loco in quo moritur frigore. ita habetur in l. item apud Labeonem. §. quæſtionis. ff. de iniur. vbi per Doc. & voluit gl. in Clemen. 1. in ver. tormentis. de hæreti. & Pau. de Leaz. & Io. And. in c. cùm in contemplatione. de regu. iur. [Et Alb. de Roſa in 3. parte ſtat. q. 31. inci. item pone. circa fi.] Et hoc ſatis de ſe conſtat ac conſonat, quia carcer de per ſe abſque priuatione cibi & potus, dicitur naturaliter mala manſio, vt dixit tex. in l. ſi hominem. ff. manda. & in dicto §. quæſtionis. & voluit glo. in dicta Cle. 1. in verbo, tormentis. de hæreti. pro quibus faciunt dicta per Bar. in hac l. in §. diuus. vbi dixit, ꝙ carcer, in quo quis patitur famem & frigus, dicitur tormentum.

29 † Quinimò dico ego fortius, ꝙ nedum ipſe carcer dicitur mala manſio & tormentum, vt ſuprà, ſed etiam carceratio æquiparatur morti. ita no. dixit Bald. in c. 1. §. denique. in titu. quæ fuit pri. cauſa benefi. amit. vbi tex. dicit, quòd ſi vaſallus interficit fratrem proprium, vel aliquod crimẽ commiſit, quòd parricidij nomine continetur, quòd perdit feudum, tunc quærit ibi Bald. nunquid dicatur parricida ille, qui procurat mortem fratris ſeu malam captionem ipſius, vt puta dicit, pone vaſallus fecit fratrem ſuum capi & poni in carcere tyrannico, an hoc caſu dominus poſſit eum priuare feudo? Reſpondet, quòd licèt iſtud propriè non dicatur parricidium, tamen quia eſt procedendum de ſimilibus ad ſimilia, putat eum poſſe feudo priuare; maximè ſi ſit conuaſallus, quia tunc dicitur atrocem iniuriam facere domino, cui competit actio pro vaſallo. allegat not. per Innoc. in ca. dilectis. de appel. idem etiam dixit Ioan. de Ana. referens Bald. in d. §. denique. in Rubr. de his, qui fil. occid. in fi. Et ideo non poteſt iudex incipere ab iſtis tormentis, ſed ſolum poteſt incipere à carceratione honeſta cauſa cuſtodiæ. ad quæ vide Dom. Par. de Put. in ſuo tracta. ſyndi. in charta 160. in vlti. col. Et teneas menti, quòd ea die qua vis torquere reum, quòd nõ facias ſibi dare comedere, vel bibere ad minus per 9. vel 10. horas ante, imò facias cuſtodire, ne fortè aliquis alius captus aliqua cauſa ductus det ſibi comedere, quia quando comedit & torquetur, vertitur ſibi ſtomachus, & euomit & patitur adeò quòd nõ poteſt tunc examinari, ideo non datur ſibi comedere nec bibere illo die, ſaltem, vt dixi, per 10. horas ante torturam, & ita ſeruat communis practica. Et ideo, quando rei qui ſunt carcerati pro maleficio, vident quòd hora conſueta non portatur ſibi cibus, incipiunt contriſtari, cognoſcentes ſe debere torqueri. Sunt tamen aliqui beſtiales iudices, de quibus loquitur Bald. in l. 1. C. de emenda. ſeruo. qui inueniunt noua tormenta contra reos, & ſcindunt carnes reorum vt confiteantur. nam ſi in talibus tormentis crudelibus & inſolitis ipſe reus moriatur, iudex debet decapitari, ſecundum Bald. ibi. de quo loquitur Angel. in l. nemo carcerem. C. de exact. tribu. lib. 11. vbi dicit not. text. contra iudices, qui propter delectationem inueniunt nouam ſpeciem tormentorum. nam hi appellantur iudices peruerſi, & ratione peruerſitatis ſuæ Dominus confundet eos. & hoc refert Dominus Franc. Bru. in dicto ſuo tracta. in 7.

30 char. in principio. † An autem iudex ipſe poſſit manibus proprijs torquere reum? Ioannes Andr. in dicto ca. cum in contemplatione. de regu. iur. dicit quòd ſic. & hoc per glo. in c. non liceat. 86. diſt. quæ dicit, ꝙ etiam epiſcopus poteſt verberare ſubditos proprijs manibus. quam refert & ſequitur Dominus Par. in dicto ſuo tract. ſyndi. in ch. 160. in fi. & ibi refert, quòd quidam Poteſtas eo vidente capiebat reũ per capillos vel per aures, & dabat de capite rei in vna columna fortiter, & dicebat; confitearis & dicas veritatem ribalde. Sed omnino ille iudex debebat eſſe fatuus, quia tortura non fit hoc modo, ſed moderatè & cum diſcretione per manum militis & baruariorum, & ita ſeruat commu-

31 nis omnium practica. † Modò iſtis viſis redeo ad textũ noſtrum, ex quo not. in ver. neque adeò, &c. quòd tormentis ſeu confeſſioni factæ in tormentis non eſt paſſim credendum. pro quo facit optimè tex. in hac l. in §. ſi quis vltro. & in §. quæſtioni. Nam ſæpenumero aliqui ſunt qui adeò timent torturam, quòd omnia etiam quæ nunquã fecerunt confitentur, dummodò deponantur. Et ideo dicit Seneca, quòd etiam innocentes cogit mentiri dolor. de quo vide no. verba Dom. Par. de Put. in dicto tract. ſuo. in 99. char. in 2. colum. & multos audiui dicentes, nolo mori millies, ſed ſemel tantùm, ideo fateor omnia mala feciſſe, & ſcribatis quomodocunque vobis placet, quia ego omnia affirmabo, & tunc iudex debet eſſe prudens & etiam Notarius in ſcribendo, & iſta non debet ſcribere nec admittere, ſed debet aduertere ꝙ confeſſio rei habeat tria; videlicet, quòd ſit

32 probabilis. † Item quòd ſit poſſibilis. Item quòd ſit veriſimilis, alias ſi iſta non concurrunt, talis confeſſio non nocet cõfitenti, ſaltem ad condemnationem, vt videbimus ſeriatim de vnaquaque. Et primò ſi confeſſio non eſt probabilis, nõ nocet, vt puta reus confitetur ſe hominem occidiſſe, & poſtea illum proieciſſe in mari, hoc caſu non debet puniri, ſi non conſtat de corpore mortuo ſaltem per famam. Ita dixit Baldus in additio. Specula. in titu. de ſenten in 18. colum. in fine. & idem etiam firmat ipſe Bal. in l. cum probatio. ff. de probatio. in ſuis additio. & in authen. ſed nouo iure. C. de fur. & idem Bal. in additio. Specula. in titu. de confeſ. in 2. col. ver. Titius confitetur. [De materia huius cõfeſſionis & aliarum confeſſionum vide Aegid. Bellamer. in deci. 691. incip. confeſſio emiſſa, &c. cum pluribus fal. ibi per eum poſitis.] Et faciunt dicta per Ang. in l. 1. C. de confeſ. vbi ponit de illis malãdrinis, qui confeſſi ſunt ſe occidiſſe plures mercatores peregrinos & proieciſſe eorum corpora in mari, an ſtandum ſit tali confeſſioni? & dicit, quòd inſpiciendum eſt, an mare vel flumen ſit propè, quia ſi eſt propè, eis nocebit, ſecus autem ſi non ſit propè. Et iſtis adde Ang. de Aret. in tractatu maleficiorum, in verbo, & veſtem celeſtem abſtulit. in 6. char. in ver. quid ſi quis confiteatur, &c. vbi dicit, quòd ſi reus confiteatur ſe feciſſe plura furta diuerſis temporibus, quòd huic confeſſioni ſtandum non eſt, quia talis confeſſio eſt generalis, cùm non conſtet de rebus ſubtractis. Et ſubdit, quòd ideò iudex debet eſſe bene cautus ne damnet animam & corpus ſuum, quando fur confitetur coram eo maria & montes, & plura furta commiſiſſe, nam non debet ipſe iudex talia credere, ſed debet velle omnia furta per ipſum confeſſata verificare, deſtinando nuntium ad habendam informationem pro veritate, & in reperiendo furta per eum allegata, ita quòd appareat quæ diſtraxerit, quæ pignorauerit, & quæ penes eum habet, alias ſi hoc non faceret, ipſe iudex ſepe innocentes condemnaret, qui metu tormentorum, vel etiam maximo cruciatu ipſorum tormentorum multa non vera confitentur, contra l. abſen tem. ff. de pen. de quibus etiam dixi s. in 2. columna. Ad quę etiam vide omnino Dominum Paridem de Put. in tractatu ſuo ſyndic. in 30. char. in 1. colum. per totam col. & quæ dixi in repeti. mea rub. C. de probatio. in materia confeſſio-

33 nis. † De confeſſione autem impoſſibili dicas ſimiliter, ꝙ talis confeſſio non præiudicat reo, vt puta ſi reus confiteatur occidiſſe hominem viuum ſeu viuentem adhuc. ita eſt tex. in l. inde Neratius. in §. ſi quis hominem viuum. ff. ad legem Aquil. & habetur in l. confeſſionibus. & in l. ſi is. ff. de interrog. act. & hanc partem firmat Dom. Ant. in c. ſignificaſti. in 2. col. de homici. Idem voluit Bald. in l. 1. in 8. colum. verſi. ſed quid dices. el 2. C. de confeſ. & faciunt optimè dicta per Dom. Alexan. in conſi. ſuo 339. incip. in cauſa inquiſitionis formatæ, &c. in 1. col. vbi dixit, quòd ille qui confitetur aliquem mortuum eſſe ex veneno per ſe illi dato, non præiudicat ſibi, quia impoſſibile eſt ſibi hoc ſcire. Et ideo ſi quis confitetur ſe alicui fregiſſe caput & oſſum, iſta confeſſio continens impoſſibile non nocebit confitenti. Nam impoſſibile videtur, quòd quis percutiẽdo caput alicuius, poſſit ſcire verè fregiſſe ſibi oſſum, quia an oſſum ſit fractum nec ne, laborant medici periti perquirẽdo vulnus bis & ter cum candela accenſa, videre & cognoſcere hoc, ergo tali confeſſioni non ſtabitur. ita colligitur ex dictis per Dom. An. in c. fin. in 6. colum. verſic. quæritur, &c. extra de confeſ.

[Ad

[Ad materiam iſtam vide Soc.in conſi. ſuo 178. incip. primo reſpectu,&c.in vlt.col.circa medium.& Bal.in c. fi. in fi. de offic.delega.] Pro quibus faciunt dicta per Lud.Rom.in conſi.ſuo 260.inci.in propoſito caſu,&c.ante finem.& per eundem in conſi.ſuo 113.incip.pro deciſione, &c. in fi.vbi expreſsè dicit,quòd confeſſio naturæ contraria ſeu impoſſibilis non nocet confitēti.allegat quàmplura, de quibus ibi per eum.& faciunt dicta per eundem Lud.Ro.in conſi.ſuo 167.incip.Antonius accuſatus.in 2.col.in princ. pro quibus vide Dom.Aug.Ari.in ſuis addi.ad Ang.de Are.in tract.maleſi.in ver.fama publica præcedente.in 18. char. in vlti.addi. de quo vide,quæ dixi in repeti.mea.l.fina.C.de proba.in 58. char.& vide etiam Dom.Franc.Bru.in dicto ſuo tract.in 13.
34 char.in ver.ſexto principaliter,&c.† Et ſcias quòd nedū impoſſibilitas vitiat cōfeſſionem rei,vt ſuprà, ſed etiam vitiat dictū m teſtis.Nam quando teſtes deponunt aliquid,quod eis ſit impoſſibile ſcire,non valet eius dictū, imò credo eos puniendos de falſo.ita dixit Bal.in l.Arethuſa.ff.de ſta.hom. in 1.col.vbi refert quòd Oldrad.defendit quendam accuſatum à morte.nam erat quidam accuſatus de homicidio noctis tempore commiſſo,& teſtes deponebāt de viſu, & interrogati in quo loco erant,reſponderunt, quòd erant aliquantulum remoti: interrogati ſi ibi erat lumen ignis vel candelæ, dixerunt ꝙ non; & hoc etiam fuit probatum per alios.& Oldra.probauit quòd illa nocte,ſaltem illa hora,luna non lucebat,adeò quòd hoc modo conuicit teſtes,quia ſi non erat lumen candelæ vel ignis,nec lumen lunæ,per argumentum à ſufficienti partium enumeratione illi teſtes non deponebāt poſſibile,quia homines non vident de nocte,teſte natura;& hoc modo euadit ipſe accuſatus. ad qđ etiam ipſe Bal.allegat glo.in l.ſi cum exceptione. §. in hac.ſ. quod met.cauſa.in ver. ignorantiam. in fi. ibi dum dicit,cū talia fiant de nocte in multitudine hominum,&c.quam gl. ibi approbat Bald.& Ang.& ibi hoc tenent. [Vide Alex. in conſi.4.in vlt.col.in 6.vol.] Et idem tenet Bald.in c.1.§.porrò.in tit.quæ fuit prima cauſa benefic.amit. Idem etiam dixit Do.Bartho.Cepo.in cau.ſuis,cau.231.incip.ſi aliquis fuit accuſatus,&c.idem videtur firmare Bal.in l.de quibus.in penul.col.ver.& ideo maleficium. ff. de legi.:vbi etiam allegat dictam glo.in dicto §.in hac.& idem tenet Bal.in l.cùm fratrem.C.de his,quib.vt indig.& in l.data opera.in 12.col.ver. deponit teſtis falſum.C.qui accuſ.non poſ.& in l.ſi non ſpeciali.in princ.C.de teſta.& Bartho.Cep.in conſi.ſuo 32.inci. quidam,&c.in 4.col.& in fi.& idem dixit Ang.in conſi.ſuo 194.incip.viſis proceſſibus.in 2.col. & faciunt optimè dicta per Rom.in conſi.ſuo 7.incip.viſis.& per Do.Fel.in c.2.in j. col.de homic.& in c.cùm cauſam in 7.col.de teſt.in quibus locis prædicti Doct.allegant pro hoc glo.in d.l.ſi cum exceptione,§.in hac.ſ.quod met.cauſa.Tene menti prædicta,quæ
35 ſunt not.† Quo autem ad tertiam ſpeciem confeſſionis,videlicet de confeſſione non veriſimili, idem dicendum eſt, quia talis confeſſio non nocet confitenti,ſecundùm Bal.in l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſcop.& cleric.in 1.col.& Pet. de Ancha.in conſi.24.incip.viſa inquiſitione formata contra Philippinum.[Vide Alex.in conſi.19.incip.circa primū. in 1.col.in 7.vol.] Pro quo facit tex.in c.quia veriſimile. de præſump.& in l.non eſt veriſimile.ſ.quod met.cauſa.& tex. in l.ſi ita quis.verſi.quòd nemo ſanus diceret,&c. ſ.de euic. & ideo dixit Pet.de Ancha.in conſi.ſuo 257.quod incip. ex ordine contractuum.in vlt.col.quòd non veriſimilibus iudex nō debet dare fidem.[Vide Iaſ.in l.ſi extraneus.in 2.col. ff. de condi. cauſa da. cau. non ſecu.Et econtra confeſſioni veriſimili ſtandum eſt,ſecundum Do.Philip.Deci.in conſi. 96.inci.viſo puncto.in penult.colum.] Et dixit idem Pet.de Ancha.in conſi.157.incip.viſa facti narratione,&c.in 7. col. in fine, ꝙ allegans non veriſimile,non debet audiri.Et dixit Bald.in l.fi.in fi.C.de eden. quòd probatio debet eſſe veriſimilis,aliàs ei non eſt ſtandum.Et dixit Innoc.in c.auditis.de præſcript.ꝙ teſtibus deponentibus non veriſimilia,non eſt credendum.& idem voluit Dom.Felin.in c.licèt cauſam.in ver.nota decimò.de probatio.[Vide omnino in ſing.meo 273.incip.notiſſimum eſt.in 2.col. ver. & facit quod voluit Dom.Felin.& Iaſ.in l.ſi extraneus.in 2.col.ff.de condi.cauſa da.cauſa non ſecu.& Do. Nico.Mil.in ſuo repert.in ver. teſtis.in 5.col.in antepe.ver.& vide omnino Bald.in marg.ſua in ver.admitti non debet quis,&c.] Et fortius dixit D.Alex. in conſ.ſuo 438.incip.circa primum,&c.in penul.col.quòd teſtis dictum non veriſimile, eſt ſuſpectum de falſo. Et faciunt dicta per Do.de Rota,ſecundum Dom.Fel. in antiqs deciſionibus,in tit.de iureiuran.deci.3.incip.vbi aliquis.ꝙ licèt habeamus ꝙ quando quis fuerit impeditus,ſtetur ſacramento ſuo,vt eſt glo.in §.aliæ.Inſti.de actio.cum ſimil. hoc tamen eſt verum,ſi præſumptio veri ſimilis ſit pro iurante, alias non ſtatur iuramento ſuo.pro quo faciunt optimè dicta per Bart.in l.inter omnes.in §.rectè.ff.de fur.& per Bald. in authen.cui relictum.C.de indi. vidu. tol. de quo per Do. Fel.in cap.2. in 6.col.de conſti.& ibi per Imo.in 9.col.& per Car.in Cle.2.in §.cæterum.de elect.in 7.q.& per Io.de Ana. in c.2.in vlt.char.de calum.& per Dom.Fel.in c. ſignificaſti. el primo.in princ.de homicid. Et pro prædictis etiā faciunt dicta per Bal.in c.1.§.ſacramentum.in 2.col.de conſue.recti feu.vbi inquit,quòd quando teſtis deponit ſuper eo,quod non eſt veriſimile,vel eſt remotum ab eo,ſeu à natura contractus,tunc non poteſt deferri iuramentum in ſupplemētum probationis.pro quo faciunt dicta per Dominū Alex. in conſi.179.incip.in cauſa Angelorum.in fi.penult. col. Et faciunt dicta per Bald.in l.1.in 3.col.C.de ſer.fug.vbi inquit, quòd remotum à veriſimili,dicitur quædam falſitatis imago.& facit tex.& ibi Card.in Clemen.ne Romani.in prin. de elect.vbi dicitur,quòd opinio non conſona veritati, eſt. reijcienda.& facit no.verbum Bald.in l.clarum.C.de autho. præſtan.de quo feci mentionem in l.de minore.in princ.in 20.col.infrà in hoc titu.& vide etiam Do.An.in c.1.de confeſ.quem refert & ſequitur Dom. Paris de Puteo in tracta. ſyndi.in 36. char. in 1. col. poſt med.quod etiam ego retuli in Rub.C.de proba.in materia confeſſionis,vbi videas. [Et in materia iſtius veriſimilitudinis vide Bal. in l. ſi creditoris. in lect.antiq.C.de fideicōmiſ.quem refert & ſequitur Soci. in conſi.ſuo 149.incip.in cauſa Ambroſij.in vlt.col.vbi dixerunt, quòd vnum veriſimile additum pluribus veriſimili-
36 bus,facit plenam probationē.] † Et vltra prædicta tria aliud etiam requiritur in confeſſione,ad hoc vt ipſe cōfeſſus poſſit puniri vera pœna delicti;videlicet quòd ſit cōfeſſus principaliter ipſum delictum,ſecùs ſi illud ſit confeſſus incidenter, nam tunc non debet puniri, ſaltem vera pœna delicti. ita not.dixit Bar.in l.ſi confeſſus.ff.de cuſto.reo.Imo. in c.fi. in penul.col.C.de confeſ.Abb.in c.at ſi clerici.in princ. in 2. col.de iudic.Ioan.de Imo.in c.examinata.in fine eod.ti.tex. & ibi Abb.in c.1.in fi.de excep.& in c.2.de ordi.cog. & in c. fin.de reſtitu.ſpolia.in vlt.no.& Abb.in conſ.25.incip.canonicus.Ang.in diſputatio.incip. Aſtenſis miles. in 2. col.& in diſputa.incip.duo nobiles Gallici.in 3.char.Salyc.in l.2.C.de cuſto.reo.circa fi.Ang.in conſi. 173. incip. viſis actis prædictis.de quo latius dixi in repe.mea.l.fi.C.de prob.in 22.char. & ibi etiam.in 57.char.vbi videas.[Et adde Bal.idem tenentem in l.presbyteri.in penul.col.C.de epiſco.& cleric.& Iaſ. in l.ſi duo patroni.in §.idem Iulianus.in fi.verbis. ff. de iureiuran.vbi alleg.alios tenentes hanc partem. & idem dicas eſſe in confitente crimen excipien.ſecundùm Alexan. in l. 2. in §. ſi publico.in 16.apoſt.ff.de adult. & vide Do.An.Corſ.
37 in no.in ver.confeſſio,in 3.not.] † Adde etiam quòd requiritur aliud ad hoc vt confeſſio noceat confitenti;videlicet, quòd fiat tempore habili,aliàs ſi fieret tēpore inhabili,non noceret.ita dixit Bald.in c.fi.de offi.deleg.in penult.col. ver. pone quòd maleficium, &c. vbi dixit, quòd ſi maleficium eſt notorium,tamen lapſum eſt tempus datum ad inquirēdum per formam ſtatuti, tandem reus confitetur maleficium,vtrum ex iſta confeſſione poſſit condemnari?& dicit quòd non, & allegat rationem dicens, quòd quoties quis confitetur id , cuius nomine cum aliquo non ſit actio, non valet confeſſio , vt ſuprà de inter. actio.l.confeſſionibus. ſed poſt præſcriptionem ipſo iure accuſatio abolita eſt,imò & ipſum maleficium,accuſatio autem eſt abolita quò ad publicam iniuriam, maleficium autē quò ad priuatam iniuriam,ita quòd nulla actio eſſe poteſt, vt ſ. quod met.cauſa.in l.ſi cum exceptione.§.ſatis.Cle.& ff. de iniur. l. ſed ſi vnus.§.ſi ante iudicem.ergo cōfeſſio non valet,quod eſt no. ſecundùm eum ibi. & faciunt dicta per Barba. in c. cùm contingat.in 2.colum. de reſcrip.& per Do.Felin.in c. afferte.in 2.col.de reſcrip.[De quo etiam vide Do.Fran.de Are.in c.cùm P.Manconella.in 6.colum.extrà de accuſa.& Alexan.in l.non tantum.in penult.addi.infrà de app.& vide tex.no.in l.ſi quis poſtquàm.ff.de fideiuſ.& Bald.in l.querela.C.de fal.ante finem.Soc.omnino in conſi.108.incip.ſuppoſito ſtat. in 4. volum. per totum. maximè in penult. &
38 vlt.col.] † Vlterius no. ex hoc tex. quòd quando plures ſunt torquendi pro veritate criminis,iudex debet incipere à ſuſpectiſſimo,ſiue loquamur in pluribus reis,ſiue in pluribus teſtibus torquendis,ſiue in ſimilibus. Sed contra hoc opp. Bar.ꝙ non ſit incipiendum à ſuſpectiſſimo, ſed à magis debili,per tex.in l.vnius.in princip. infrà eod.vbi dicitur, quòd à debiliori inchoandum eſt. Reſpondit, quòd text. ille procedit quando omnes ſunt pariter ſuſpecti, quia tunc a debiliori inchoandum eſt, ſed quando vnus eſt magis ſuſpe-

ctus

ctus quàm alij,tunc à ſuſpecto incipiendum eſt, vt hic. vel
dicit Bar.quòd debemus incipere ab eo,qui veriſimilius di-
cet veritatem. Sed quādo non eſt magis veriſimile de vno
quàm de alio,tunc incipimus à magis ſuſpecto,vt hic.ita re
ſidet Bar.hic.Tu autem vltra Bar.vide Gand.in tract.ſuo ma
leſi.ſub Rub.de quæſt.& tormen.in 2. col. ver. nunc viden-
dum.vbi dicit, ꝙ quando de pluribus eſt habenda tortura,
ſagax iudex debet cōſiderare à quo facilius veritas erui po-
teſt,& ab illo debet quæſtionem incipere tanquam à timi-
diori & magis ſuſpecto,& debet incipere à viliori,& non à
fortiori.Item ſi ſunt torquendi pater & filius,debet incipe
re à filio in conſpectu patris, quia citius dicet pater quam
filius, quia pater magis veretur de filio quàm de ſeipſo, vt
ff.quod met.cau.l.iſti quidem.& in §.fi. Inſtit.de noxa. item
à fœmina prius eſt incipiendum quàm à maſculo, quia ho
mo tanquam maiotis conſtantiæ tardius confitetur,ſed ip
ſa mulier citius confitetur, quia ipſa habet cor momenta-
neum & inſtabile.allegat C.de inoffi.teſta.l.filia in orbitate.
& c.forus.de verb.ſig. ita etiam firmat ad literam Do. Paris
de Put.in tract.ſuo ſyndica.in 102.char.in 1.col. & Guid. de
39 Suza.in ſuo tract.maleſi.in 5.col.in ver.quo ordine. † Et idē
in effectu videtur firmare Dom.Fran.Bru.in d.ſuo tract. de
indi.& tor.in 12.char.in 3.col. vbi vltra prædicta dicit vnum
not.verbum; videlicet,quòd quando inter torquendos eſt
vnus,qui habet turpe nomen,vtputa *Foraboſcho,Spezzacro-
ce,Pizzaguerra,Falameſchia*,& ſimilia.quòd tunc debet inci-
pi ab illo, quia tale nomen facit indicium iniquitatis cōtra
eum,& reddit ipſum ſuſpectū. & hoc idem voluit Io.And.
ſecundùm quod retulit magiſter ſuus in voce, in c.cùm in
contemplatione.de reg.iur.pro quo facit in arg.text.in l.fa-
cta.& ibi gl.& Bar.in §.ſi verò nominis.ff.ad Treb.vbi habe-
tur, quòd debemus procurare habere pulchrum nomen.
de quo per Dom.Fel.in proœ.decre.in ver. Gregorius,&c.
in 8.col.& per Ang.de Are.in tract.malefic.in ver. fama pu-
blica.in 26.col.verſi. nunc videamus,&c. & pro iſtis facit in
arg.quod voluit Bal.in l.obſeruare.in 2.col.C.quor. app. nō
recip.vbi dicit,ꝙ bona phyſiognomia prodeſt reo, & mala
eidem nocet, quia mala phyſiognomia facit præſumi quē
procliuum ad ſcelera. ita dicit ipſe ibi, quod eſt no. de qui-
bus etiam per Dom.Par.de Put.in tract.ſynd.in 107.char.in
2.col.in fi.Ego autem vltra dicta per dictos Doc.dico,quòd
inquantum volunt,ꝙ incipiatur prius à filio quam à patre,
quia pater citius confitebitur;adduco And.de Iſer.in c.1.in
§.publici latrones.in fi.verbis.de pa.tenen.in vſi. feu. vbi re-
fert,quòd diuæ memoriæ Rex Carolus Magnus,cùm pater
& filius arguerētur de homicidio, probato ꝙ alter eorum
percuſſerat,de quo ictu percuſſus mortuus fuerat, nec con
ſtabat quis percuſſiſſet quantumcunque fuiſſent ambo tor
ti, finxit & mandauit ipſe Rex velle,quòd ambo ſuſpende-
rentur,qui credentes debere mori, cùm eſſent in pede fur-
carum pater dixit, amodò non eſt remedium vt poſſimus
euadere mortem,& tunc ipſe confeſſus eſt ſe illum percuſ-
ſiſſe,& ſic ipſe ſolus ſuſpenſus eſt, liberato filio.quod dictū
refert & ſequitur Dom.Par.de Put.in ſuo tract.ſyndi.in fo.
110.in princ.vlt.col.[Et Iaſ.in l.ſi is,qui pro empt.in 51. col.
in princ.ff.de vſucap.] Et quod no. ad quæ vide quæ dixi in
ſing.meo 160.incip.pater & filius,&c. Item quantum ad il-
lud,quod dicunt prædicti Doc. quòd incipiendum eſt po-
tius à fœmina,quàm à maſculo,quia ipſa eſt debilior viro,
& citius iudex habebit veritatem ab ea, quàm à maſculo,
40 † Ego in hoc dubito;quia dicit glo.no in l.nihil intereſt. ff.
de adulte.quòd mulier patitur maiora vulnera, quàm ma-
ſculus,ergo maius tormentum patietur,& erit conſtantior
in tortura,ideo cogita.& de illa glo.feci vobis mentionem
anno præterito in l.à vobis quoque.in materia incertitudi
nis.circa fi.ff.de annu.leg.& in repet.mea rubri.C. de prob.
41 circa fi.in materia incertitudinis.† Et in hoc paſſu,videlicet
à quo ſit incipienda tortura,licèt Doc.prædicti rectè loquā
tur,tamen ego ſolus limito & reſtringo dicta per eos;vide-
licet,quòd non debet attendi ad maſculum,vel fœminam,
ad patrem,vel filium,ad iuuenem,vel ſenem,ad robuſtum,
vel debilem;Sed ſi vnus ipſorum reorum aliàs commiſit ſi
mile delictum,pro quo ipſi omnes ſunt torquendi pro ve-
ritate habenda,quòd tunc ab illo incipienda eſt tortura,nō
attenta diſtinctione Doct. de qua ſuprà. & hoc per regulā,
qui ſemel malus,&c.Pro qua limitatione adduco ſingula-
re verbum literis aureis ſcribendum,Sal.in l.fi. in vlt. col. in
ver.quæro,an ſufficiat,&c.C.eo.de quæſt.vbi dixit,ꝙ quan-
do plures fuerunt in rixa & vulnerauerunt vnum, & neſci-
tur quis ipſum vulnerauerit,quòd poterit hoc caſu deueni
ri ad torturam contra illum,qui alias commiſit ſimile deli-
ctum,non obſtante incertitudine delinquentis,quia qui ſe
mel malus,&c.[Et idem voluit Gand.in tracta.malefic.ſub
Rub.de præſump.& indi.dubita.in pe.ver.] Ita per dicta iu-
ra dico in materia noſtra, reſtringendo & limitando om
nia dicta Doct.in locis ſuperius alleg. Tene menti, quia eſt
ſingulare verbum vtilitatis plenum.Et poſſet ſubtiliter pro
hoc dicto quis adducere iſtum textum hoc modo. nam ſi
à ſuſpectiſſimo eſt incipiendum,iſte qui alias deliquit eſt ſu
ſpectus per dictam regulam, qui ſemel malus, &c. ergo ab
eo eſt incipiendum.vide quæ dixi in ſingula.meo 217. inci.
ter vel quater.Modò iſtis expeditis pro complemento hu-
ius princ.arguo vna cum Bart.dicitur hic, quòd non eſt in-
cipiendum à tortura.Contra de l.prius.ſuprà ad Syllanianū.
Sol.quòd illud prius intelligitur ibi,ſcilicet quàm alij, nō ta
men intelligitur quòd etiam in caſu illo deueniatur ad tor
turam non præcedentibus indicijs.Quærit poſtea Bar.qua-
re iſti ſerui torquebantur hic,& reſpondet quòd poteſt in-
telligi hoc duobus modis, vno modo vt torqueantur tan-
quam rei principaliter accuſati,ſed Bartolus ipſe dicit,ꝙ pri
ma expoſitio videtur ſibi verior,per tex.qui dicit, quòd ad
tormenta ſeruorum ita demum deuenitur,cùm ſuſpectus
eſt reus,& ſic innuit,quòd alius eſt reus,quàm ſerui.Ex quo
tex.habes,ſecundùm Bar.quòd ad tormenta ſeruorum nō
peruenitur niſi præcedant indicia contra reum, & requirā
tur indicia aliqua antequàm quis vt teſtis torqueatur.Bart.
dicit ſe de hoc dicturum in l.libero.in prin.infrà eo. & ego
ſimiliter hoc reſeruabo dicere ibidem. nam ſatis fuit one-
ratum iſtud principium.Et per iſta redduntur expedita om
nia textualia.reſtat deuenire ad gloſ. quas declarabo in vo-
ce,quia plures ſunt expoſitiuæ.Sequitur §.ad quæſtionem.

SVMMARIVM.

1 *Domeſtici non admittuntur in teſtes etiam cùm tormentis,quod pluribus modis limitatur.nu.2.3.cum pluribus ſequentibus.*
3 *Domeſticus Principis,vel Regis ratione iuriſdictionis poteſt pro eo teſtificari.*
4 *Famulus admittitur in teſtem pro domino.*
5 *Domeſtici admittuntur ad probandum ea, quæ in domo geruntur, tanquam melius cæteris informati.*
6 *Vxor,an poſſit teſtificari pro viro.*
7 *Frater,an ſit idoneus teſtis pro fratre.*
8 *Creditur bono viro & fide digno.*
9 *Pauper,an poſſit eſſe teſtis.*
10 *Si teſtis dicit aliter dixiſſe quàm Notarius ſcripſerit, cui credatur.*
11 *Licèt teſtes ſint domeſtici & familiares,attamen poſſunt eſſe ita nobiles & integri,quòd admittentur.*
12 *Teſtes domeſticus admittitur, quando tractatur de probanda innocentia.*
13 *Teſtes inhabiles tali inhabilitate quæ poteſt remitti per partes,admittuntur ſi ſunt inſtrumentarij.*
14 *Teſtes inhabiles poſſunt conſenſu partium validari.*
15 *Teſtis domeſticus licèt non faciat plenam vel ſemiplenam probationem,attamen facit indicium.*
16 *Sæuitia patris quandoque prodeſt filio, & idem dicas in ſæuitia filij quò ad patrem.nu.17.*
18 *Onus probandi incumbit aſſerenti contrarium eius,quod communiter fieri ſolet.*
19 *Practica probandi filiationem.*
20 *Licèt vxor tempore quo ſtat cum marito habeat rem cum aliquo ſuo amaſio, attamen filius ex ea natus non dicitur ſpurius, ſed legitimus.*
21 *Natus ex vxore Titij habitante cum ipſo Titio, præſumitur filius ipſius Titij, & non adulteri, etiam ſi vxor confiteatur illum eſſe filium adulteri.*

§.Ad quæſtionem non.

Iſte § nō ſummatꝫ hic à Bar.
& per conſequens à nullo alio;quia,vt dixi in principio hu
1 ius legis,nullus legit hunc titulum, excepto Bart. † Ego au-
tem ſummabam hoc modo.Domeſtici non admittuntur
in teſtem pro domeſtico, nec ſæuire præſumūtur parentes
in eorum filijs.hoc dicit iſte §.ſecundùm me.Caſus,&c.
2 † Ex hoc tex.multa poſſunt colligi notabilia.& primò ex
eo poſſumus notare,quòd teſtes domeſtici non admittun
tur pro domeſtico in teſtem,etiam cum tormentis.ita op-
timè probatur hic,de quo articulo,an & quando domeſti-
ci admittantur pro domeſtico,vide plenè per Doct.in c.in
literis.extrà de teſti.& in l.etiam.C. eod. & habetur 4.q.3.§.
item idonei.& 3.q.5.per totum. & per Specul.in titu.de te-
ſte.§.1.ver.item quòd eſt domeſticus.hoc tamen notabile,
ſeu hæc regula, quòd domeſticus non admittitur pro do-
3 meſtico, potes limitare pluribus modis. † Et primò in do-
meſti-

meſticis Principis,vel Regis ratione iuriſdictionis,quia ta-
les eorum domeſtici poſſunt pro eis teſtificari, ſecundùm
Ioan.And.& Imo.in c.in literis.extra de teſti.& Spec.in titu.
de ſtatu monach.§.1.ver.12.& ſentit etiam Bal.in l.idonei.ff.
de teſti.ratio eſt,ſecundùm eos,quia ſi aliter diceremus, ſe-
queretur quòd Princeps ſeu ſuperior in cauſis ſuis non poſ
ſet habere teſtes, & ſic eſſet peioris conditionis quàm pri-
uatus,quod non eſt dicendum. de quo tamen me remitto
ad dicta per Dominum Fely. in dicto cap. in literis.de teſti.
4 † Limita & ſecundò in famulo non habente ſalarium,quia
licèt ſit domeſticus,tamen admittitur pro domino . ita ſin-
gulariter dixit Spec.in tit.de teſte.in §.1.ver.ſed de quo mer
cenario,&c.quod dictum refert & ſequitur Lud.Roma.in
conſi.ſuo 420 incip.propoſita quæſtio, &c. de quo dixi in
5 ſingu.meo 5.incip.regula eſt,&c. † Limita tertiò,quòd do-
meſticus non admittitur pro domeſtico, niſi tractetur de
probandis rebus quę domi geruntur,quas veriſimiliter me
lius ſciunt domeſtici & familiares quàm alij, ideo hoc caſu
admittuntur.ita habetur ita l. ex conſenſu. C. de repu. & in
dicto c.in literis.& voluit Ioan.And.in addit.Specula.in tit.
de teſti.in §.1.ver.item quòd eſt domeſticus.& Barto.in l.ſi
quando.in vlt.col.C.vnde vi.& eſt bonus textus in c.veniẽs.
in fi.extra de teſti.& in l.quoties.C.de naufra.lib.11.vbi plus
dicit Bart.quòd in talibus nedum admittuntur ipſi dome-
ſtici & familiares,ſed etiam tanquam melius ſcientes & in-
formati præferuntur alijs teſtibus.& facit etiam bonus tex.
in c.ſuper prudentia 14.q.2.de quo tamen vide Do. Fely.in
dicto c.in literis.de teſt.hæc tamen limitatio non procedit,
nec habet locum in cauſa criminali, vt patet hic in tex.& te
net Domi.Fely.in dicto c.in literis. licèt nemo ad hoc alle-
get hunc textum.Et ad illud dictum Bart. quòd in his, quæ
domi geruntur admittuntur domeſtici & familiares tanq̃
melius informati,facit.Nam ſtatur dicto patris & matris de
ætate filij,tanquam melius ipſi cæteris ſint informati.ita ha
betur per Bar.& alios in l.1.ff.ſi cer.peta.& in l.de tutela. C.
de in integ. reſti.mi. [de quo etiam per Socy.in conſi.ſuo
20.incip.viſis actis,&c.in vlt.col.in prin. & per Bald. in addi.
Spec.in tit.de actore.in 1.ver.in fi. & per Bald. in margarita
ſua,in verbo,maleficium.in 2.col.verſi.mater in ætate.char.
101.per Alexan.in conſi.29.incip.clariſſime Doc.in 4.col.in
4.vol.& vide infrà in l.de minore.§.plurium.in 2.col.in ver.
& ſcias quòd vnus.infrà eo.] & voluit expreſsè Bal.in c.1.in
penul.col.in fi.vt lite pendente.& Dom.Ane.Barb.in conſ.
ſuo incip.clementiſſimi Dei patris,&c.in 2.col.de quo etiã
per Oldra.in conſi.332.incip.ad idem.pro quo facit in ar. l.
octaui. ff. vnde cognati. de quo dixi alias in conſi. meo 40.
ſummi redemptoris,&c.in penul.char.circa medium.

6 † Limita quartò hanc regulam, quòd domeſticus non
admittitur pro domeſtico. fallit in vxore, quæ admittitur
pro viro & econtra,ſecundùm Spec.in tit.de teſt.§.1.verſic.
ſed nunquid de vxore.ratio eſt, quia aliqua lege non prohi
betur,ſecundùm eum.& idem tenet Abb.in dicto c.in lite-
ris.nam dicunt non eſſe verum ſimpliciter,quòd vxor ſit in
poteſtate viri,vt no.in l.ſi vxorem.C.de condi.inſer. Et hoc
dicunt procedere,maximè in muliere, quæ parum timeat
virum,quæ vocatur Virago,ſecundùm Spec.in tit.de teſte.
in ver.præallegato. Attamen doctrina Spec. & Abb. in hoc
damnatur à Doctorib.in dicto c.in literis.& illam reprobat
Bal.& Saly.in l.2.C.de teſti.nam omnino domeſtica eſt, &
maritus habet poteſtatem caſtigandi eam moderatè,vt per
gloſ.in ca. ſicut alterius.7.q.1.& facit pro hac parte text.in c.
hæc imago.in verbo,penè famulum.34.q.5.& facit glo. in l.
1.§.ſi vir aut.ff.ad Sillanianum.& in l.ſed & ſi quis. §. præte-
rea.in verbo,domeſtica.ff.ſi quis cautio.& in l.præſenti.§.ſa
nè.C.de his,qui ad eccleſiam confugiunt.& voluit Imo. in
l.ſi cum dotem.in §. ſi maritus.ff.ſoluto matrimonio.

7 † Limita etiam prædictam regulam in fratre, quia licèt
ſit domeſticus,non tamen repellitur à teſtimonio in cauſa
fratris,ſecundùm Bar.in l.qui teſtamento.in §.quæcunque.
ff.de teſtamen.& gloſ.3.q.5.in ſumma.& gloſ. & ibi,Imo.&
Doctores in c.inſinuante.de offic.delega. & Dominus An-
tonius, & Ioan.de Ana.in c. cùm oporteat. de accuſatio-
nibus.Barto.& Salyce.in l.parentes.C.de teſti.hoc tamẽ fal-
lit, niſi ſint ſub eadem poteſtate patris, quia tunc non ad-
mittitur vnus pro altero,ſecundùm gloſſam & Bald. in l. 1.
verſi.quinto operatur.C.de epiſcopis & cleric.& idẽ dicas,
ſi ſimul habitent,ſecundùm glo.in c.conſanguinei.3.q.5.&
voluit Dominicus 3.q.1.in ſumma.Idem etiam procedit in
cauſa iniuriarum,ſecundùm Ang.& Salyce.in l.1.C.de rap.
virg.Bart.in l.lex Cornelia.in prin.ff.de iniurijs. idem etiam
procedit in cauſa criminali. nam tunc frater non admitti-
tur pro fratre,ſecundùm Bald.in l.fi.in 2.col.C.de prob.idẽ,
ſi agatur ciuiliter in cauſa graui & tertio valde præiudiciali,
ſecundùm Bald.in dicta l.parentes.poſt princ. de quo tamẽ
vide latiùs per Dom.Fel.in d.c.in literis.& in d.c.cùm opor
8 teat.de accuſ.† Limita etiam hunc tex.& hanc regulam vi-
delicet,quòd domeſtici,ſeu familiares non admittuntur in
teſtem pro familiari vel domeſtico.hoc tamen fallit in do-
meſtico,ſeu familiari qui ſit pſona valde honeſta, & in ho-
mine bonæ conditionis,vitæ & famę,quia talis admittitur,
nec ei aliqualiter minuitur de fide propter familiaritatem
vel domeſticitatem.ita habetur in d.c.ex literis.vbi bona li-
tera.& ibi hoc tenet Innocen.& Bald.& Salyce.in l.2. C. de
teſti.& hoc voluit etiam glo.3.q.5.in ſumma.quam ad hoc
allegat Io.de Ana.in d.c. cùm oporteat. in 2. col.de accuſa.
Et facit,quod voluit Imo.in c.cum R.Canonicus. de offic.
deleg.vbi dixit,ꝙ frater religioſus admittitur pro fratre. &
eum ibi refert & ſequitur Barba.in 5.col. Et pro hoc dicto
adduci poſſunt aliqua notabilia dicta.& primò gloſ.in l.Ti-
tio fundus.ff.de cond.& demonſt.quæ dicit,quòd creditur
bono viro & fide digno,quam glo.ad hoc allegauit Bal. in
c.ſanctorum.extrà de præſcript.& Bal.in c. cùm contingat.
de reſcript. & Pet. de Anchar. in c.fi.de appel.& Ang.in l.1.
ff.de eo per quem fac.erit.& Imo.in conſi.ſuo 104.& Bald.
in l.indicia.C.de rei vendi.& Dom.Alex.in conſi.ſuo 31. in-
cip.viſis,&c.in 4.col.in 2. vol. Et licèt iſti Doctores allegent
dictam glo.pro ſing.tamen do tibi ſimilem in c.cupientes.
circa prin.de elec.in 6.in verbo,notitiam.Quinimò de hoc
eſt tex.in c.nobiliſſimus.97.diſtin.& ibi glo.Item quòd cre-
datur bono viro,tenuit Cy.in l.1.in 4.q.C.de ſerui. & aqua.
& Bart.in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori.in 8.q.in fi.ff.de
oper.no.nuncia.in fi.& Bart.in l.qui fundum.§.procurator.
ff.de uſucap.pro empt.& in l.inteſtatæ.eod.tit.quem refert
Domi.Alex. in dicto conſil.ſuo.Item quòd credatur bono
viro,facit glo.in l.1.ff.de ripa munienda.vbi dicitur,quòd li
cèt quis teneatur ſatiſdare ex forma legis vel ſtatuti,ꝙ tamẽ
ſtatur eius iuratoriæ cautioni,ſi ſit bonus vir, & perſona fi-
de digna.& illam glo.allegat pro ſingulari Bal.in c.2.de iud.
& Barba.in d.c.cùm R. Canonicus.& idem tenet Bald. in l.
ſciendũ.C.quor.appel.non recip.& facit,quod voluit Hoſt.
in c.finem litibus.de dolo & contu. vbi dixit, quòd licèt vi-
ctus victori debeat condemnari in expenſis.l.qui ſolitum.§.
etiam.ff.de leg.2.cum ſimil.tamen fallit in perſona honeſta
bonæ conditionis,vitæ & famæ,quia ſi ſuccumbit, non de-
bet condemnari in expenſis. & facit dictum Domini Ant.
in c.cùm olim. de dolo & contu. vbi dixit, quòd licèt teſtis
debeat deponere cum iuramento,aliàs ei non credatur, vt
in c.in tuis.extrà de teſti.& in l.iuriſiurandi.C.eo.tamen fal
lit in perſona honeſta,bonæ conditionis, vitæ & famæ, cui
creditur ſine iuramento,licèt non plenè.& facit, quod vo-
luit idem Dom.Anto.in c. poſtremò.de appel. vbi dixit, ꝙ
licèt iudex ſuſpectus poſſit recuſari.l.cùm apertiſſimi. C. de
iudi.tamen fallit,niſi ſit homo bonæ conditionis,vitæ & fa
mæ,quia tunc non poterit recuſari.& facit,quod voluit D.
Ant.in c.cùm oporteat. de accuſa. quem refert & ſequitur
Ang.in l.ea quidem.in 36.col.C.de accuſa.vbi dicit, ꝙ con-
iunctus admittitur pro coniuncto, quando eſt homo bo-
næ conditionis,vitæ & famæ.& facit ſingulare dictum Pau.
de Caſt.in l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.§.fi.ff.de ver.oblig.
vbi dixit, quòd licèt non poſſidens immobilia teneatur ſa-
tiſdare,aliàs poſſit iurari ſuſpectus de fuga.l.ſciendum. ff. q
ſatiſd.cog. tamen fallit in perſona honeſta. bonæ conditio-
nis,vitæ & famæ,qui licèt non poſſideat immobilia, tamen
non poterit iurari ſuſpectus. Et facit dictum Bald. in addit.
Spec.in tit.de homicidio.verſic.an mortuus,&c.vbi dixit,ꝙ
ſtatur dicto ſolius medici,an vulnus ſit lethale necne,quan
do eſt homo bonæ cõditionis,vitæ & famæ. Et facit,quod
voluit Saly.in l.fin.C.eod.de quæſt.vbi dixit,quòd licèt quã-
do reperitur res furata penes aliquem,præſumatur ipſe fur
illius rei,per tex.in l.inciuilem.C.de fur.& voluit Ange.in l.
2.& in l.milites.& in l.fina.C.de quæſt.& Bart.in l.fi.infrà in
hoc titulo.& Ang.de Are. in tract.maleficiorum.in verbo,
fama publica.in 2.char.verſi.quæro an vnum indicium,&c.
tamen ſi talis res furtiua reperiatur penes hominem bonæ
conditionis & famæ,non præſumitur illam furtò ſubtraxiſ-
ſe,nec poterit ex hoc poni ad torturam,ſecundùm Salyc.in
d.l.fi.C.eod.quod etiam ſenſit gloſ.in d.l.inciuilem. Itẽ pro
prædictis optimè facit dictũ Bal.in c.præterea. de teſti. cog.
vbi dixit, quòd licet teſtis non poſſit corrigere dictum ſuũ
poſtquàm depoſuit,vt habetur in authen. qui ſemel. C. de
proba.& in c.fraternitatis.de teſti.& in Authen. de teſte. §.
quia verò.tamen hoc fallit,niſi teſtis ſit perſona legalis, bo-
næ cõditionis,vitæ & famæ, quia poterit corrigere dictum
ſuum,nec præſumetur ſubornatus,vt ibi.Et facit optimè di

ctum

ctum Dom.Anto.in c.vidua.de regula.vbi dixit, quòd licèt
contra præſumptionem iuris,& de iure non admittatur ꝓ-
batio in contrarium,niſi per confeſſionem partis,ſecundũ
glo.in authen.ſed iam neceſſe.C.de dona.ante nupt.& gl.in
Authen.de æqualitate dot.in §.illud.in verbo,ſcriba.& gl.in
l.in contractibus.§.nullo modo.C.de non nume.pec.& ibi
Bar.in 4.q.& Saly.in l.2.C.de dolo.& Azo,in ſumma,de do-
na.ante nup.tamen hoc fallit in bono viro bonæ conditio-
nis & famæ,quia licèt habeat contra ſe præſumptionem,ta
men admittitur ad probandum contrarium per eius iura-
mentum,ſecundùm Dom.Anto.in d.c.vidua.de regula. Et
facit no.verbum Dom.Anto.in c.2.circa fi.de proba.vbi di-
xit,quòd ſtante ſtatuto,quòd certum quid non poſſit pro-
bari niſi per inſtrumentum,ꝙ nihilomiuus poterit illud ꝓ-
bari per teſtes legaliſſimos bonæ conditionis,vitæ & famę.
Pro quo faciunt dicta per Saly.in l.ſi quis argentum . C. de
dona.Et facit no.verbum Ange. in l.in bonæ fidei. ff. de rei
vend.vbi dixit,quòd iuuauit quendam Poteſtatem tempo
re ſyndicatus,nam ille Poteſtas , dum erat in officio , habe-
bat quendam hominem captum,qui erat bonæ conditio-
nis,vitæ & famæ,& illum permiſit ire ad palatium,habita ta
men prius fide ab ipſo , ꝙ non recederet de palatio ſine li-
centia,tamen ipſe receſſit abſque licentia , dubitatum fuit,
an ipſe Poteſtas teneretur creditori ſuo?& dicit ibi Angel,
quòd non , ſed ꝙ excuſatur ipſe Poteſtas, quia credidit bo-
no viro,per glo.in d.l.Titio fundus.Et dixit Io.And.in addi.
Spec.in tit.de cenſi.in Rub. quòd ſoluens per errorem cen
ſum bono viro & fide digno,& non proprio domino, ex-
cuſatur à pœna caducitatis.Et dixit Bal.in l.ſi contra.C. ſi qs
igno. rem mi. eſſe. quòd perſona fide digna probat errorē
per ſolum iuramentum.Et dixit Bald.in addi.Spec.in tit. de
teſte.in vlt.col.ver.valet dictum teſtis.quòd valet dictum te
ſtis non citati, ſed ſponte deponentis, quando eſt perſona
fide digna.Et adduci poteſt not.dictum Domi.Alex. in l. 1.
in 2.col.ff.de eo,per quem factum erit.vbi dixit, ꝙ dictum
boni viri cauſat titulum putatiuum , aptum ad præſciben-
9 dum.† Item pro prædictis adduci poteſt , nam pauper non
poteſt eſſe teſtis.l.3 . in princ.ff.de teſti.maximè ſi non habet
tantum in bonis,quantum de cauſa vertitur,ſecundùm gl.
in §.ſi verò abſint.in Authen.de hæred. & fal.quam glo.alle
gat pro not.Dom.Alexan.in conſi.ſuo 228.incip. viſo pro-
ceſſu cauſæ.in 1. col. tamen fallit in paupere bonæ cõditio-
nis,vitæ & famæ,quia talis admittitur in teſtem non obſtã-
te paupertate,ſecundùm Ang.de Are.in lib.maleficiorum.
in verbo,necnon ad querelam.in verſic.18.quæro. & idem
dicit ipſe ibi eſſe in accuſatore.de quo dicit eſſe glo.ordi.in
l.nonnulli.ff.de accuſa.& in c.prohibentur.2.q.1. Adde etiã
prædictis Abb.in c.1.in vlt.char.de iudic.vbi dixit,quòd licèt
quando facta citatio non præſumatur facta de commiſſio-
ne iudicis niſi hoc appareat,vt habetur per Bar.in l. ſciendũ
ff.de verb.obliga.hoc tamen fallit,niſi nuntius ſit homo bo
næ conditionis,vitæ & famæ,quia tunc præſumitur citaſſe
de commiſſione iudicis.allegat Inno.in c.1. de cle.peregri.
Et facit glo.in c.ad hæc.in verbo,Archidiacono.de off.arch.
quæ dicit,ꝙ imputatur epiſcopo,ſi promouet indignum ,
quod tamen fallit , niſi examinator eſſet perſona valde di-
gna,adeò quòd excuſaretur epiſcopus,ſi ei credidit.alleg.c.
10 ſignificante.vbi bonus text. extrà de pign. † Et facit dictum
Spec.in titu.de teſte.§.1.ver. ſed pone,ecce iudex,&c.vbi di-
cit , ꝙ ſi teſtis dicat ſe aliter dixiſſe , quàm Notarius ſcripſe-
rit,creditur Notario,quod tamen fallit,ſecundùm eum,ni-
ſi teſtis eſſet perſona multum notabilis & fide digna.quam
doctrinam ſequitur Dom.Abb.in d.c.ad audientiam . in 5.
no.de præſcript.Et facit dictum Bal.in c.decernimus. de iu-
dic.circa 3. colum. vbi dicit , quòd Oeconomatus eccleſiæ
non debet committi coniunctæ perſonæ prælati propter
ſuſpitionem rationis non exigendæ.ad quod allegat Arch.
in c.decenter.92.diſt.hoc tamen fallit,ſecundum eum , niſi
eſſet perſona honeſta & probatæ fidei , quia tunc non ob-
ſtante affinitate,poterit eſſe Oeconomus. Item facit etiam
dictum Spec.in tit.de iudice deleg.§.ſupereſt.circa ſecundã
col.vbi dixit , quòd licèt quis non poſſit eſſe iudex in cauſa
ſua.& ſuorum familiarium, vt habetur in l. qui iuriſdictio-
ni.ff.de iuriſd.om.iudi.hoc tamen fallit in perſona bonæ cõ
ditionis,vitæ & famæ , quia talis poterit eſſe . Et adduci etiã
poteſt tex.in §.his omnibus.61.diſt.vbi habetur , quòd pro-
pter ſupremam bonitatem & ſanctitatem , ſimplex laicus
poteſt eligi in epiſcopum,licèt alias debeat gradatim aſcen
dere ad ordines,vt ibi.& facit glo.in c.de præſentium. in gl.
1.16.q.1.quæ dixit,ꝙ ſi monachi mouent aliquam cauſam,
ſemper pręſumitur quòd bono zelo cauſam mouerint.idē
tenet glo.in c.expedit.12.q.1.& facit text.not.in c.2.de ope.
noui nun.Et facit not.verbum Specu.in tit.de requiſi.con-
ſilij.in §.j.ver.item ſacros &c.vbi dixit,quòd ꝯſultor electus
ad conſulendum in aliqua cauſa,debet iurare primò de iu-
ſtitia adminiſtranda,quod tamen fallit, niſi ſit perſona val-
de honeſta,bonæ conditionis,vitæ & famæ,quia tunc non
tenetur iurare.Et facit not.verbum Card.in Cle.1.de priui.
in 30.q.vbi dixit, quòd pœna illius cle. non habet locum in
religioſo , qui celebrauit bona fide , ignoras pœnam illius
Cle.ſi erat homo bonæ conditionis,vitæ & famæ. & faciũt
dicta per Iac.de Bel.arg.illius tex.in §.eos autem.in Authen.
vt iudi.ſine quoquo ſuffr. vbi dixit,quòd inſtrumenta & te
ſtes producti à bono viro, & à fide digna & honeſta perſo-
na , pręſumuntur boni teſtes, & quòd inſtrumenta ſint ve-
ra,& ibi etiam ſubdit,quòd ſcholaris præſentatus in exami
ne à bono Doctore,præſumitur bonus.quæ dicta refert &
ſequitur Dominus Paris de Puteo in ſuo tractatu ſynd. in
64.char. in fine. & faciunt optimè dicta per me latiſſimè vi-
rra omnes,in repetitione mea.l.fin.C.de probationib. in 3.
charta.&c.& faciunt etiam dicta per Dominum Fel.in c. ſu
11 per his.in vlt. col. de accuſ. † Sed vltra prædicta quò ad iſtud
notabile , quòd domeſticus ſeu familiaris non admittitur
pro domeſtico.& pro prædicta limitatione adduco no.do
ctrinam,quę eſt videlicet,quòd licèt teſtes ſint familiares &
domeſtici,attamen poſſunt eſſe ita nobiles & integri,quòd
admittentur.ita voluit Pau.de Caſt.in l.admonendi.ff.de iu
reiur.& in l.Lucius.ff.de his,qui not.infa.vbi ſingulariter di
xit, quòd licèt teſtes ſingulares non probent , attamen poſ-
ſunt eſſe ita nobiles , quòd iudex poterit iudicare ſecũdùm
dictum eorum.de quo dixi latius in ſingulari meo 110.inc.
12 vulgatum,&c.† Vltimò pro nunc limita hunc textum , ſeu
hanc regulam,quòd domeſticus nõ admittitur pro dome-
ſtico.hoc fallit & non habet locum, vbi tractatur de probã
da innocentia,quia hoc caſu domeſtici & familiares admit
tuntur.ita not.dixit Ioan.de Ana.in conſi. ſuo 59. incip.viſa
inquiſitione. in 1. colum. de quo dixi in ſingulari meo 59.
13 incipien.innocentibus.† Teneas etiam menti in hac mate-
ria,quòd domeſticus ſeu aliter inhabilis tali inhabilitate , q̄
poteſt per partes remitti , poterit eſſe teſtis , quando eſt te-
ſtis inſtrumentarius , nam iſto caſu non obſtante domeſti-
citate vel familiaritate admittetur,& optimè probat.ita vo
luit glo.valde ſing.in Authen.de teſte.§.ſed exigimus.in ver
bo,etiam ſupplicijs.quam ad hoc dixit ſingularem Bal.in c.
in nomine.in 1.colum.de teſti.& Imo. poſt Bald.in l.ad te-
ſtium.§.1.in 2.colum.ſ.de teſt.& Dom.Alexan.in conſi.ſuo
278. incip. ponderatis verbis. in fi. & Angel.in l.1.& 2.C.de
teſti.& Domi. Felin. in c cùm inter priorem.in 8.colum.in
fi. de except. de qua dixi in ſingulari meo 92. incipien. licèt
teſtis,&c. Pro qua gloſ.facit optimè gloſ.in l.inuiti.in fi.vlti.
glo.ff.de teſt.quas glo. ad iſtud propoſitum allegauit Bal.&
Salic.in dicta l.parentes.C.de teſti.Et hanc partem etiam te-
net Ioan.de Ana.in d.c.cùm oporteat.in 2.colum.de accuſ.
& Bal.in l.2.circa med.C.de teſti.idem videtur firmare Ioã.
Andr.in addi.Specu.in titu.de fide inſtru.ſuper Rub.in pe-
14 nult.colum.† Pro quibus facit, nam teſtes inhabiles poſſunt
conſenſu partium validari,ſecundùm Ioan. Andr. in addit.
Specu.in titu.de teſte.§.ſæpe.in 1.addi.& in eod.titu.§.j.ver.
quid ſi videt.idem tenet Dom.Ant.in c.cum dilectus.in 12
col.verſi. ſi autem teſtis.& ibi etiam Imo.de conſue.& Do.
Anto.in c.bonæ.el 1.de poſtula.præla.in 7.colum.verſic.ex
his apparet.& Dom.An.in ca.fraternitatis.in penult.col.de
teſti.& Dom.Alex.in conſi.ſuo 122.in 3.col.in 2.parte con-
ſiliorum.Et facit textus,& ibi Bald.in l.fina.C. de fideicom-
miſ.vbi habetur,quòd conſentiente aduerſario quis poteſt
eſſe teſtis in cauſa propria. Pro quibus etiam facit notabile
verbum Innocen.in c.cùm cauſam.extrà de teſti. quem re-
fert & ſequitur Salic.in l.ſi quis teſtibus.C. de teſti. in 1. col.
vbi dixit,quòd atteſtationes inualidæ poſſunt ratificari con
ſenſu partium,quod dictum Inno. etiam refert & ſequitur
Ludo.Rom.in conſi.ſuo 104.incipien. Pater reuerende. in
finalibus verbis.Et facit etiam notabile verbum Ludo.Ro.
in conſi.204.quod incip.pro diſcutienda,&c.in 2.colum.in
princ. vbi dixit, quòd ſemiplena probatio ex conuentione
partium poteſt effici plena.ad quod allegat Spec.hoc tenē-
tem in tit.de teſte.in §.reſtat.verſi.42. ad quod allegat l.fi.C.
de ſenten.paſ.& d.l.vlt.C.de fideicommiſ.vbi dicit hoc pro-
bari.Et adduci etiam poteſt gloſ. iuncta text.in l.1.C.com-
munia vtriuſque iud.quæ dicit,quòd ſententia nulla poteſt
conſenſu partium validari,vt valeat in vim pacti.quam glo.
ſequitur Ludo.Roma.conſil.173.in fi.& Abb. in conſi. 64.
in fi.2.colum.& Ludo.Roma.in Rub.ff.de arbitr.in 5.char.
in 1.colum.& etiam Barba.in ca. cùm in iure.26.colum.de
offi.delega.& faciunt dicta per D.Alex.in conſi.ſuo 32. in 2.
colum.

colum.in fi.in 2.volum. de quibus latius dixi in repe. mea.l.
fin.C.de probat.in 31.charta.vbi videas.[Vide Socinum in
15 conſi.49.incipien.ex actis &c. in 3. colum.] † Teneas etiam
menti, quòd licèt domeſticus non ſit idoneus teſtis, vt in
hoc §. cum ſimil. iſtud eſt verum quò ad plenam vel ſemi-
plenam probationem faciendam, ſecus autem quò ad indi
cium faciendum, quia talis teſtis domeſticus facit indiciũ.
ita multum not.dixit Bald. in margarita ſua, in ver. teſtis.in
2.colum.ver. teſtes familiares. Vlterius no. ex iſto textu, ꝙ
pater & mater non præſumuntur ſęuire in filios. facit l. iſti
quidem.ff.quod metus cauſa.& §.fina.Inſtit. de noxali.& c.
afferte. de præſumpt. Nec etiam eſt præſumendum, ꝙ hæc
filia aliquid commiſiſſet contra parentes, propter quam ip-
ſi eam tali pœna puniſſent.nã paternitas & maternitas con
ſiſtit in pietate, non in atrocitate.l.diuus.in fine.ff.de parric.
& volunt Doctores in l.propter inſidias.C.qui accuſare nõ
poſſunt. & ratio naturalis inducit parentes ad parcendum
16 filijs.d.l.propter inſidias.† Quinimò quandoque ſęuitia pa-
tris prodeſt filio, nam ſi filius commiſit delictum, & pater
ducat filiũ ad iudicem, debet iudex ei parcere. textus eſt ſin-
gularis.in l.milites agrum.§. deſertorem.ff.de re militari. &
illum textum ad hoc notat Salicetus in d.l.propter inſidias.
& ibi dicit Paul.de Caſtro, quòd cum quidam Alemanus
mercator veniret de Alemania, interrogauit eum de pluri-
bus dubijs, & inter cætera interrogauit eũ de tali caſu. Qui-
dam filius Comitis Palatini commiſit crimen læſæ maie-
ſtatis, & pater eum præſentauit Imperatori propria autho-
ritate; dubitatur, an eſſet decapitandus.& conſuluit Paul.de
Caſtro, quòd non, per dictum.§.deſertorem. & per doctri-
nam Ray.de Forli.ibi, qui refert ita conſultum fuiſſe de fa-
cto Forliuij.& dicit Paul.de Caſtro ibi, quòd iſtud fuit rela
tum Imperatori, qui viſa d.l.milites agrum. in d.§.deſerto-
rem.ei pepercit, ſed tamẽ miſit eum in exilium per certum
tempus.idem firmat Domi. Bartho. Cępo.in caut.ſuis, cau.
prima.& Dom.Fel.in c.accuſaſti.in vlt.colum.de accuſa. &
Dom.Aug.de Ari.in ſuis addi.ad Ange.de Are.in tract.ma-
lefic.in verſi.necnon ad querelam. in 7.charta.ſuper ver.21.
17 † Et per illum text.in d.l.milites agrum.§.deſertorem. dixit
Ange.in l.ſi adulterium cum inceſtu.in §. liberto.in fi.ſ.de
adul. quòd ſi filius capit patrem bannitum, & eum ducit ad
magiſtratum, tunc debet ſibi patri relaxari vita, intuitu filij
præſentantis eum.quod eſt not. Nota etiam, & vlterius, ex
iſto tex.quòd aſſerenti non veriſimile, non eſt credendum.
facit tex.in l.non eſt veriſimile.ff.quod met.cauſa.c.quia ve
riſimile.de præſumpt. Et ideo, dixit Bald.in l.1.in 3.col.C.de
ſeruis fugi.quòd remotum à veriſimili, dicitur quædam fal
ſitatis imago.ad quæ vide, quę dixi ſuprà in principio huius
legis, in materia confeſſionis non veriſimilis, vbi videas plu
18 ra.† Et hic adde bonum tex.in l.in fideicommiſſi.ff.de vſur.
vbi dicitur, quòd aſſerenti contrarium eius, quod commu-
niter fieri ſolet, incumbit onus probandi, quia illud quod
aſſerit, non eſt veriſimile, poſtquàm communiter ſic fit.de
quo tex.vide Dom.Andr.Barba.in c.ſi quis epiſcopus. in 2.
colum.de accuſa.& illum tex.dixit ſingularem ad hoc Lud.
Rom.in ſingulari ſuo 400.ſecundùm ordinem meum.inc.
19 quis debet probare, &c.† Vlterius Bart.colligit ex hoc text.
practicam, quam faciunt aduocati tota die ad probandum
filiationem.nam faciunt primò articulum de filiatione, ſ.ꝙ
talis fuit filius talis. Alium articulum faciunt de quaſi poſſeſ
ſione filiationis; videlicet, quòd pater habuit & tractauit ip
ſum vt filium, nam ex hoc ſecundo ꝙ pater tractauit eum
tanquã filium, præſumitur quòd ille ſit filius, niſi probetur
contrarium.Ita probatur hic, ſecũdùm Bar.in l. non nudis.
C.de proba.& in l.non epiſtolis.eodem titu. [Vide Domi.
Philip.Decium in conſi.272.incip.viſo.in 3.col.& in conſil.
321.incip.in cauſa.in 1.col.& Domi.Flo.in l.quidam. ff. de
proba.& latius per Alex.in conſi.ſuo 88.incip. omiſſis, &c.
in 3.& 4.colum.in 7.volum.] Sed vltra Bar. ſi vultis vlterius
videre, quomodo probetur filiatio, videatis per Do. Alex.
in conſi. ſuo 51. incip. viſo & diſcuſſo.in 1.& 2.col.in 1.vol.
& in conſi.90.incip.in cauſa & lite.in 1. colum.in 2.volum.
& in conſi.369.incip.in cauſa.in penul.colum.Bar.in tracta.
de tyrannide.in penul.colum.Bar.in l.1.in 1.colum. C.quo.
20 bo.Abb.in conſi.106.incip.ex proceſ.† Et teneas menti cir
ca hãc materiam filiationis, quòd licèt vxor alicuius habeat
rem cum aliquo eius amaſio tempore quo ſtat cum viro,
quòd filius ex ea natus non dicitur ſpurius, ſed dicitur legi-
timus, & ſic filius mariti. [Vide Dominum Philippum
Decium in conſilio 272.incipiente, viſo.in 2.col.& in conſ.
288.incip.quæritur.in prin.& Alex.in conſi.88.incip. omiſ-
ſis, &c.in 3.colum.in 7.volum.] Tex. eſt apud omnes ſingu-
laris in l.miles. in §. defuncto.ff.de adult. quem text.ad hoc
allegauit Abb.firmans hanc partem, in c.per tuas.de proba.
in prin.c.vbi dicit, quòd natus in domo mariti ex vxore, prę
ſumitur filius mariti, per l.ſi vicinis.C.de nupt.& l.quia ſem
per. ff. de in ius voc. & hoc ſi tempore conceptionis mari-
tus erat præſens, vt dixi per l.filium diffinimus.ff.de his, qui
ſunt ſui, vel alie. iur. ita etiam dicit ibi Abb.& fortius dixit
idem eſſe in nato ex concubina in domo retenta.nam præ
ſumitur filius concubinarij, potius quam alterius. Et iſtud
etiam firmat gl.not.in c.Michael.de filiis presbyt.quam alle
gat Abb.in d.c.per tuas.& idem dixit Abb.in c.pe.de adult.
& in c.officij.de poe.& remiſ.& in c.tranſmiſſæ.vltra med.ꝙ
filij ſint legi.vbi allegat d.l.miles.§.defuncto.& d.glo. in d.c.
Michael.quam dicit eſſe ſingularem.& eam refert & ſequi
tur Pet.de Anchar.in conſi.221.& Bald.in d.l.ſi vicinis.& in
d.l.filium diffinimus. Et prædicta iura etiam ampliat Dom.
Abb. vbi ſuprà, etiam ſi concubina non ſemper habitaſſet
cum viro, ſed aliquando diuertiſſet, vel etiam ſi vxor diu cũ
marito fuiſſet ſterilis.& allegat tex.in d.c. per tuas. & illum
tex.in d.§.defuncto.dixit ſingularẽ Bal.in Rubr.C.de prob.
in vlt.col.& in d.c.per tuas.& in d.l.ſi vicinis.poſt med.& in
l.ſi matre.C.de ſuis & legi.& Ang.in l.ſeptimo menſe.ff.de
ſta.ho.& Bal.in Rubr.C.de proba.in vlt.colum. & in l. cum
oportet.in prin.in 4. col. C. de bonis quæ lib.& in l.1.in 15.
colum.C.qui accuſa.non poſ.ver.quò ad ſecundum, &c.&
Bald.in l.fin.C.de communi ſeruo manu. vbi dicit illũ text.
eſſe aureũ.& Pau.de Caſtro in l.3.in prin.ff. de lib. & poſth.
allegat illum text.& Ang.in l.1.C.de Carbo.edicto.& Barb.
in conſi.ſuo 27.in 2.colum.in 1.volum.& Pau.de Caſtro in
conſi.ſuo 175.incip.ſuper primo.in pe.col.[Et Dom.Alex.
in conſi.ſuo 311.incip.in cauſa mota, &c.in 3.col.in fi.] Ad
quod vide etiam Dom.Feli.in d.ca.per tuas.in princ.& Do.
Franc. de Crema in not.ſuo 126.incipiente, mortuo mari-
21 to, &c.† Quinimò fortius dico vltra ſupradictos Doctores,
quòd etiam ſi in prædictis caſibus mater filij confiteretur
filium eſſe adulteri, & non mariti, per hoc tamen non tol-
leretur quin filius non diceretur & præſumeretur eſſe ma-
riti.ita dixit tex.multum not.& ſingularis, quem nemo alle
gat in hac materia, in l.fi.§.1.ſ.de proba. quod eſt ſingnlari-
ter notandum.Et vltra prædicta per illum tex.in d.§.defun-
cto.mihi videtur poſſe inferri, quòd volẽs in caſibus ſupra-
dictis probare filium vt ſupra natum, non eſſe mariti vel cõ
cubinarij, non debet admitti ad probãdum.Ratio eſt, quia
præſumptio iuris & de iure eſt, quòd talis filius ſit mariti
vel concubinarij, & hoc patet.nam ipſa l.miles.§.defuncto.
hoc præſumit. & vltra præſumptionẽ vlterius procedit ſta-
tuendo, ex quo reſultat præſumptio iuris, & de iure, vt patet
in c.is qui. de ſponſal.& voluit Domi.Abb.in ca.quanto.de
præſumpt.& Bald.in l.ſiue poſſidetis C. de proba. & in l. ea
quidem.in 2.colum.C.de accuſa.& Dom.Fel. in d.c.quãto.
qui plura allegat. ſed contra præſumptionem iuris & de
iure non admittitur probatio in contrarium, vt habetur in
d.c.is qui.& in l.fi.C.arbi.tut.& in l.antiquæ.C.ad Velleia. &
in l.à diuo Pio.§.ſi pignore.ff.de re iudi.& in Cle.1. de pro-
ba.& habetur per glo.& Doct.in l.fi.in princ. ff. quod met.
cauſa.& in d.l.ſiue poſſidetis.quod intellige, niſi per confeſ
ſionem partis, vt voluit glo. in Authen.de ęquali. dot. in §.
illud.& glo.in l.in contractibus.in prin.in verbo, nullo mo-
do.C.de non nume.pecu.& ibi Bald.& voluit Azo in ſum-
ma de dona.ante nupt.& Cy.& Bart.in authen. ſed iam ne-
ceſſe.C.de dona.pp nupt.& ibi Sal.& Innoc.in c.quia pleri-
que.de immuni.eccleſ.& Abb.in c.nouit.in 15.col. de iudi.
& Imo.in c.cum dilecta.in vlt.colum.de reſcrip. de quo là-
te per Domi.Feli.poſt alios in d.c.quanto.in pe.col.de præ-
ſump.& in c.quoniam contra.de proba. ergo per prædicta
non poterit quis admitti ad probandum illum non eſſe fi-
lium mariti.tene menti, quia ſuperioribus diebus conſului
circa prædicta.& incip.conſilium meum, in præſenti cauſa
vertente, &c.Et per iſta redduntur expedita textualia huius
§.reſtat deuenire ad gl.ſuper quibus non inſtabo, quia ſunt
expoſitiuæ & claræ.Ideo ſequitur §.idem Cornelio.

SVMMARIVM.

1 *Dictum vnius teſtis ſine alijs adminiculis cum tormentis, vel ſine, non facit indicium ad torturam.nu.2.*

3 *Si duo teſtes deponunt, quod ego mutuaui pecuniam Titio, ſed ne ſciunt quantitatem: alij duo dicunt, quod ipſe petijt à me decem, hoc caſu probatum eſt mutuum in 10.*

4 *Cauſa in quibus creditur vni teſti tantum.*

§.Idem Cornelio. Et hoc intendit. Dictum vnius teſtis ſine alijs admi-
1 niculis cum † tormentis vel ſine, non facit indicium ad tor turam.

turam.hoc dicit ſecundùm me.Caſus, &c. Oppono ſecun-
dùm Bar.dicitur hic,ꝙ dicto vnius non creditur,& ſic à cō
trario innuitur,ꝙ dicto plurium teſtium crederetur.Tunc
facit in cōtrarium princ. huius legis, vbi dicitur,ꝙ pluribus
ſeruis non creditur ſine alijs indicijs.vnde Bar.ſuper hoc di
cit,ꝙ dictum vnius teſtis integri facit indicium ad torturā,
ſed hic non facit indicium,quia erat ſeruus,& ſic vilis perſo
na & non integer,vel erat infamis. ſecus autem ſi eſſet fide
dignus,quia tunc vnus teſtis facit indicium ad torturā.[Vi
de omnino Bal.in l.1.in 6.col.C.de ſumma Trini.quem re-
fert & ſequitur Do.Paris de Puteo in tract.ſynd.in 94.char.
in vlt.col.] Quod tamen intellige,ſi deponat de ipſo male-
ficio,vtputa ſi deponit, ꝙ vidit Titium vulnerantem Seiū ,
vel exportantem bona ipſius Seij de domo ſua,vel impo-
nentem ignem in tali domo , vel ſimilia , & in iſtis caſibus
vnus teſtis integer facit indicium ad torturam.[Vide Alex.
in conſi.179.in cauſa Angelorum.in 1.col.in fi.] Secus autē
eſt,quando tractatur de probando aliquod remotū & me-
diatum ipſius maleficij,vt puta quòd repertus fuit vnus ho
mo mortuus in certa domo , & viſus eſt Titius exire dictā
domum cum gladio ſanguinolento, vel factum fuit furtū
in aliqua domo , & viſus fuit Titius exire dictam domum
cum quodam fardello ſub mātello , certè iſtis caſibus & ſi-
milibus iſta talia,quæ ſunt remota ab ipſo maleficio,debēt
probari per duos teſtes , aliàs ſi vnus tantùm teſtis deponit
de prædictis,vel ſub aliquo prædictorum, non facit indiciū
ad torturam.ita probat glo.ſingularis iuncta textui in l. fin.
C.famil.erciſc.quam ibi ſummè notat & ponderat Bart. &
Doct.[Et vide Iaſ. in repe. l. admonendi.in 76.col.de iure-
iur.& omnino Soc.in conſi.54.incip.viſis,in. 4.col.in 3.vol.
& Alex.in conſi.138.incipiente,viſa copia.in 2.col.in 6.vol.
& ibi in conſi.216.incip.ponderatis.in 2.col.& in conſi.2.in
5.col.in 7.vol.] & idem voluit idem Bar.in l.fi.in vltima col.
infrà in hoc titu.& voluit idem Bar.in l.admonendi. in 11.
col.ſ.de iureiu.& Inn.in c.ſicut.de ſimonia.el primo.& Cy.
in l.3.C.ad leg.Iul.maieſt.idem voluit Bald.in l.2.in 1.col.C.
quor.appel.non recip.& in l.ſi quis ex argentarijs.§.quod ſi
plures.ff.de eden.& Ange.in Authen. de teſta. imperfec.in
prin.in 2.col.in ver.nota diligenter. & in l.fi.in prin.ff.quod
metus cauſa.& Ang.de Aret.in tract. maleficiorum.in ver-
bo,fama publica.in 2.char.ver.quæro,qualiter probetur in-
dicium.& voluit Do.Alex.in conſi.ſuo 224.incip.viſo pro-
ceſſu.in 2.col.& in conſi.18.incip.viſo proceſſu.in vlt.col.in
1.vol.& Sal.in l.fi.C.de quæſtionibus.& Do Barth.Cepo. in
conſ.ſuo 40.incip.Lucius,&c.in 3.char.in vlt.col.& ideo ita
intelligas hūc tex.& dicta Bar.hic,vt dixi.quæ omnia teneas
menti,quia ſæpe occurrunt in facto.& ego iam habui in fa
cto iſtud his proximis diebus in cauſa Magiſtri Ioannis de
Ferraria , magiſtri lignaminis , imputatus de furto à Ioan-
ne Franciſco de Barberijs . & ita obtinui in ardua diſputa-
2 tione,ſeu allegatione circa dictum furtū. † Vlterius quærit
hic Bart.An dictum vnius teſtis cum alijs adminiculis faciat
plenam probationem? In quo dicit Bar. quòd iſte tex. facit
ꝙ ſic.ad quod etiam dicit ipſe Bar.ꝙ eſt bona glo. in l.2.§.j.
ff.de excuſa.tuto.allegat etiam tex.in c.de teſtibus. extrà de
teſti.& in l.inſtrumenta. C. de proba. Ego autem circa hoc
vltra Bart.dico,ꝙ hāc partem,quòd vnus teſtis cum alijs ad-
miniculis plenè probet,tenet gl.no.in c.fin.in verbo,teſtis.
extrà de ſucceſ.ab inteſta.& glo.in c.cùm cauſam . de prob.
& in c.quoniam frequenter.in §.porrò.in verbo,præſuma-
tur.vt li.non conteſt.Et hanc partem firmat Barba.in conſi.
ſuo,incip.ſapienter ſcribitur.1.Regum,&c.in 9.charta.& in
conſi.89.incip.viſo,&c.in 2.col.in 2.vol.Et illam gloſ.in d.l.
2.§.1.de excuſa.tuto.refert & approbat Ludo. Ro.in conſi.
ſuo 7.incip.viſis neceſſarijs in facto,& in conſi.54.incipien.
viſis ,&c. in fi.verbis.vbi ſubdit,ꝙ nedum ex vno teſte cum
alijs adminiculis fit plena probatio,ſed etiam ex pluribus p̄-
ſumptionibus.allegat l.excipiuntur.ff.ad Sillania. & dicit ꝙ
hoc not.Inn.extrà de empt.& vend.in c.ad noſtram.& in c.
illo vos.de pig.Item dicta glo.dictæ l.2.§.1. de excuſat. tuto.
refert & ſequitur Dom.Alexan.in conſi.ſuo 365.incip. re-
petitus,&c.in 1.col.& in conſi.ſuo 53.incip.in cauſa verten-
te.in 3.col.in 1.vol.vbi ſubdit vnum,quod eſt fortius videli-
cet,quòd in cauſa ciuili,& in cauſa criminali ex p̄ſumptio-
ne tam legis,quam hominis,peruenitur ad ſententiam diſ-
finitiuam. ad quod etiam allegat notata per Doctores in c.
afferte.de præſumpt.& in c.qnia veriſimile.eod. titu. & Cy.
& Bald.in l.ſiue poſſidetis.C.de proba.in l.fi.C.de proba. &
Bar.in l.2.ff. de fur. Item prædictam gloſ. etiam allegat Do.
Alex.in conſi.ſuo 241.incip.conſideratis.circa fi.& Ioan.de
Ana.in conſi.49.inci.dubium,de quo quæritur.Pro quibus
faciunt dicta per Pet.de Ancha.in conſi.ſuo 270. incip. viſa
diligenter narratione & concluſione,&c. Et faciunt dicta
per Barba.in Rubr.de fide inſtrum.in 17.char.in vlt.colum.
vbi dicit,quòd ex pluribus indicijs probatur, ꝙ quis ſit ma-
nifeſtus vſurarius.ad quod allegat gl.coniuncto tex. in c. cū
in diœceſi.de vſur.& Bald.in l.cùm proponeretur.ff. de lega.
3 2.† Et hic adde ſingulare verbum nunquam obliuioni tra-
dendum,quòd ſi duo teſtes deponunt,quòd ego mutuaui
pecuniam Titio,ſed neſciunt quantitatem , alij duo dicunt
ꝙ ipſe petijt à me decem, quòd tunc probatum eſt mutuū
in decem.ita ſingulariter dixit Barto. in l.admonendi. in 11.
colum.verſicu.quæro,quid ſi teſtis deficiat , &c. de iureiur.
[Et ibi vide omnino Iaſ. in 80. & 81. colum. & idem dixit
Alexan.in conſi.189.incip.in cauſa,& lite.in vlt.colum. in 6.
vol.] quem ſequitur Dominus Anto.in c.fi.de iureiuran.&
Dominus Alex.in conſi.ſuo 69. incip. viſa facti narratione.
4 in 2.colum.in 2.vol.tene menti prædicta,quia not.ſunt.† Et
ſcias etiam , quod plures ſunt caſus in quibus creditur vni
teſti tantùm,quos numero 30.ponit Spec.in ti.de teſte.§.re
ſtat.ver.hoc tamen fallit.de quibus etiam per Docto.in c.ve
niens.& in c.in omni negotio.de teſti. Sed tu vltra illos ad-
de alium caſum,vltra Spec.& Docto.videlicet in probanda
confeſſione pœnitentiali,vt puta quòd fui abſolutus ab ex-
communicatione,ſecundùm Cal.in tit.de teſti.conſi. & eū
refert & ſequitur Dominus Fely.in d.ca.veniens. in penult.
col.Alius eſt caſus in probando clericatum, quia clericatus
probatur per vnum teſtem tantum , [ſecundùm Bald. in l.
non ignorat.in 5.col.in ver.in tertio paſſu.C.qui accuſ. non
poſ.] Bald.in c. licèt vniuerſis . & ibi Dominus Fely. in fi. de
teſti.allegat rationem dicens,quòd clericatus de ſe & de ſui
natura nemini eſt præiudicialis. & ad hoc allegat gloſ.ibi in
argumen.& vide infrà in l.ſi quis ne quæſtio.in antepenult.
charta.in hoc tit.Vltimò Bart.hic tractat materiam illam vi
delicet,quomodo intelligatur illud ; videlicet,quæ nō pro-
ſunt ſingula,multa iuuant.& finaliter concludit,ꝙ quando
plura tendunt ad perficiendum vnum totum, quæ nō pro-
ſunt ſingula ſeparata,multa iuuant,& ponit exempla.Secus
quando plura diuerſa tendunt ad perficienda diuerſa, tunc
quæ non proſunt ſingula, nec multa iuuant . de quo hic la-
tius per eum.Sequitur modo §.diuus Antoninus.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes,qui non debent examinari , examinati an & quando fa-
ciant indicium.*
2 *Socius criminis non facit fidem contra ſocium eiuſdem criminis.
nume.8.*
3 *Aſſertio ſocij criminis,an faciat indicium ad torturam nu.5.*
4 *Quæ ſint delicta,de quibus quis poſſit interrogari de conſocijs.*
6 *Mandatarius,an poſſit eſſe teſtis contra mandantem.nu.7.*
9 *Cautela,quòd ſocius criminis repellat ſocium contra eum teſtifican
tem ſine eius præiudicio.*
10 *Confeſſus poteſt condemnari non obſtante nullitate proceſſus.*
11 *Licèt ſit lapſa inſtantia,confeſſus poteſt per iudicem condemnari.*
12 *Exceptio contra perſonas teſtium,eſt peremptoria.*
13 *Exceptio dilatoria poteſt opponi ante lit. conteſta incontinenti.*
14 *Socius criminis ſemper admittitur in teſtem contra ſocium,vbi agi
tur ciuiliter de crimine.*
15 *Quando crimen non poteſt aliter probari , tunc ſocius criminis ad-
mittitur in teſtem.*

§.Diuus Antoninus Et hoc intēdit. Cùm
de eodem furto ſer-
ui & dominus accuſantur, non ſunt ſerui interrogandi de
domino;& ſi aliquid dixerint à ſe præiudicāt ipſi domino .
hoc dicit ſecundùm me.Vel ſic.Teſtis,qui non debuit exa-
minari,examinatus non facit indicium . Et ſocius criminis
regulariter non poteſt interrogari de ſocio eiuſdem crimi
nis.hoc dicit ſecundùm me,vſque ad §.diui fratres.Caſus in
1 terminis,&c.† Nota dictum in ſummario . Primò,ꝙ teſtis,
qui non debet examinari, ſi ſit examinatus , non facit indi-
cium . Sed iſtud notabile videtur non procedere propter
dictum Barto.in l.maritus.verſic.vlterius oppone.infrà eo.
& glo.in l.3.in princip.verſic.aduertendus.ff. de teſtibus.vbi
dicunt , quòd teſtis, qui non debet examinari , examinatus
facit indicium. quod etiam voluit Bald. in l. cunctos popu-
los.C.de ſumma Trinita.& fi.Cathol.Bald.& Salyce.in l.ſer-
uos . C. de teſti. Abb.in cap.ex literis.in princip.de tranſact.
Bald.in cap.1.de confeſſis.Salyce.in l.fina.C.de his,quibus vt
indig. Flo.in l.3.ff.de teſti.Bald.in l.cùm Titia.ff. de iure dot.
vbi dixit,quòd vbi regulariter requiritur certus numerus te
ſtium,tunc minor numerus facit indicium. Et facit dictum
Barto.in l.2.infrà de appel.recip.vbi dixit,quòd teſtis exami-
natus

natus poſt terminum ſtatutum,facit aliquid indicium.& fa
cit dictum Abb.in c.cùm olim . de dolo & contu.vbi dixit,
quòd teſtis ſine iuramento facit aliquale indicium . de qui-
bus late dixi in repetitione mea l. fina. C. de probatio. in
81. charta. Pro concordia dicas ſecundùm Bartol. in dicta
l.maritus. quòd aut teſtis non debet examinari propter re-
uerentiam,vt ſeruus quò ad dominum,& examinatus non
facit indicium,vt in hoc §.& in l.maritus. & in l.diuus.infrà
eodem.Aut propter ętatem,tunc facit qualequale,vt in l.1.
§.impubes.ſ.ad Sillania.vbi per ſcribentes.& per glo.in l.ta-
lis.in 1.glo.C.ad Sillania.idem dicit,quando non debet exa
minari propter ſexum . Aut non debet examinari pro-
pter infamiam , & examinatus facit qualequale indicium.
allegat l. qui vltimo . infra de pœn.Aut non debebat exa-
minari propter inimicitiam , tunc examinatus facit vel
non facit indicium , ſecundùm qualitatem inimicitiæ .
allegat §.pen.in hac lege.Aut ratione ordinis,puta ante litē
conteſtatam,vel parte non citata,& non facit indicium, vt
in l.ſi quis adulterium.ſ.de adul.& in l.ſi quando.C.de teſti.
ita reſidet Bar.in hoc.de quo vide, quæ latius dixi in repeti-
tione mea,l.fi.C.de prob. in 81.char.vbi latius locutus ſum.
& dicam Deo duce,in dicta l.maritus.Ego autem circa hāc
materiam vnum non omitto; videlicet,quòd caſu quo te-
ſtis,qui non debebat examinari examinatus facit indicium,
eſt verum,niſi à principio fuerit proteſtatum per partem ,
& oppoſita exceptio contra ipſum teſtē , quare non debe-
ret examinari,nam hoc caſu ſi poſtea ſit examinatus, nō fa-
cit indicium.ita no.inquit Dom.Fran.de Are.in c. ex parte
Adæ.in 5.char. de teſti. quem refert & ſequitur Dom.Fely.
in c.cùm dilecti.in penul. col. de accuſa. de quo dixi in ſin-
gulari meo 198. incip. teſtis, qui non debet examinari,&c.
2 vbi latius.† No.vlterius ex iſto tex.quod dictum eſt in ſum-
mario;videlicet,ꝙ ſocius criminis nō debet interrogari de
conſocijs.ita probatur hic , & habetur in l. quoniam liberi.
C.de teſti.& ibi Bar.Saly.& alij.& habetur 4.q.3.§.item libe-
ri.& habetur in c.1.de confeſ. & in c. veniens. de teſti. & in
c.perſona.& in c. ſicut.eo.tit.& voluit Specul.in tit.de teſte.
§.1.ver.item ꝙ eſt ſocius,&c.Item nec etiam ipſe ſocius cri
minis non admittitur ad accuſandum.l.ſi filium.& ibi gl.C.
de libe.cau.habetur in c.1.de teſti.in 6.facit l.accuſare.& qđ
ibi dicunt Doct.de accuſa.& l.fi.C.eod.de accuſa.& faciunt
dicta per Ang.de Are.in tracta.maleficiorum.in verbo,fa-
ma publica.in 4.char.verſic.quæro,an particeps,&c.[In hac
materia ſocij criminis,vide Iaſ.in l.4.§.ſi tibi indicium. ff.de
3 condi.ob turpem cauſam.] † Sed dubium eſt,an aſſertio ſo
cij criminis faciat ſaltem indicium ad torturam? In quo di
cas,vt aliàs dixi in repetitione mea l.fi.C.de probationib.in-
80.cha.in fi.videlicet,ꝙ aliqua ſunt delicta,de quibus ſocius
criminis pōt interrogari de ſocijs , & aliqua de quibus non
poteſt interrogari . in illis autem delictis , in quibus ſocius
criminis poteſt interrogari de conſocijs, & tunc eius dictū
facit indicium ad torturam.ita tenet Cy.poſt Pet.in l.fin.de
accuſatio.& Dominus Anto.in c.1.extrà de confeſ. & Pau.
de Leaza.in c.grauis.extrà de depoſi.vbi ad hoc allegat l.iſtā
primam.§.diuus Adrianus. & quæ ibi not.infrà in hoc titu.
& l.nullus.C. de aſſeſſo. Et hanc partem tenet Domi. Alex.
in conſil. ſuo 323. viſo themate anteſcripto.vbi dicit poſſe
intelligi gl.in c.1.de confeſ.quæ dicit,talem aſſertionem fa-
cere præſumptionem contra ſocios , vt etiam dicit glo. in
d.l.fina.C.de accuſa.in verbo,conſcia.in fi.de quo etiam vi-
de Salyc.vltra alios,in dicta l.fi.& Specula. in titu. de accuſa.
4 §.1.verſic.item repellitur,quia fuit ſocius.† Et quæ ſint deli-
cta, de quibus quis poſſit interrogari de cōſocijs . dic quòd
ſunt illa quæ non committuntur principaliter in odiū, vel
offenſam alicuius,ſed ſimpliciter ad commodum commit
tentis.l.diuus Adrianus.ff.de cuſtod.reor. & habetur in l. fi.
C.de malefic.& mathe.& not.Bart.in l.repeti.§. is qui. infrà
eodem.& Dominus Alexand.conſi.69.in fine.in 2. volum.
& Cano.in c.1.de confeſ.& Doctores in l.fina.C.de accuſa-
tio.& Dominus Alexand.in conſilio ſuo 313.incip.viſo the
mate.in 1.colum. de qua materia etiam videatis per Dom.
Bartho.Cepo.in conſi.32.incip.quidam ruſtici.in 4.colum.
& vide Gand.in tracta. maleficior.ſub Rubr. de quæſtio.&
tor.in 4.colum.verſicu.nunc autem.Et ſcias,quòd prædicta
regula , quòd ſocius criminis non admittitur cōtra ſocium
eiuſdem criminis,non habet locum;quia multi ſunt caſus,
in quibus admittitur vltra caſus ſupradictos , quos breuita-
tis cauſa non enumero,ſed vide eos enumeratos per Salyc.
in d.l.quoniam liberi.etiam per eundem in l.ſi magnum.C.
qui accuſa.non poſ.& per Specula. in titu. de accuſatio.§.1.
verſicu. item repellitur.& per eundem in titu. de teſte. §. 1.
5 verſicu.item quòd eſt ſocius , &c. † Et in materia iſta ſcias,
quòd licèt , vt dixi , aſſertiò ſocij criminis ſit ſufficiens indi-
cium ad torturam in certo caſu,attamen tene menti,quòd
talis aſſertio, ſeu confeſſio , ſeu depoſitio ſocij criminis , de
per ſe ſola non eſt ſufficiens indicium ad torturam . ita ſin-
gulariter dixit Dominus Alexand. in conſi. ſuo 475. incip.
quoniam abundè,&c.in fi.allegat hoc voluiſſe Salyc.in l.fi.
ad finem.C.de accuſation.& Ioan.de Imo.in c.1.de confeſ.
[Idem dixit Gandinus in tractatu ſuo maleficiorum . ſub
Rubr.de quæſtio.& tormen.in 4.colum. in princip. verſic.
ſed quid ſi perſona, &c.& in hac materia ſocij criminis , vi-
de Dom.Philippum Decium in conſilio 342.incip. in cau-
ſa.in 2.colum.] De quo latius dixi in ſingula.meo 209.inci.
ſocius,&c.& in materia etiam vide Dom.Alexand. in con-
ſilio ſuo 64.prælleg.& vide glo.in c.quoniam . in glo.fina.
extrà de teſti.& ibi Doct. [Adde hic Dom. Franc. de Aret.
in c.cùm P.Manconella.in 7.colum.de accuſatio.vbi dicit ,
quòd ad hoc vt credatur ſocio criminis , etiam in crimini
bus exceptis vltra alia adminicula & coniecturas , requiri-
tur,quòd vel ex numero teſtium,vel ex qualitate deponen-
tium,vel ex perſona eorum,contra quos deponitur,veriſi-
mile ſit eos non mentiri.caſus eſt,ſecundùm eum , in ca.in
fidei.§.fi.de hæreti.in 6.Item teneas etiam perpetuò menti,
quòd in caſibus,in quibus creditur ſocio criminis, non cre
ditur ei etiam in criminibus exceptis, niſi dictum ſuum fe-
cerit in tortura,aliàs ſi illud dixit ſine tortura, ei non credi-
tur contra ſocium criminis . Ita ſingulariter dixit Rapha.
Fulgo.in conſi.ſuo 173.incip.in cauſa inquiſitionis, &c. in
1.col. ante finem . & ibi allegat notabilem rationem huius
dicti,quem vide & vide in materia iſta Salyc.in l. fin.in vlt.
colum.verſic.quæro nunc,an cum tormentis, &c. C.de ac-
cuſa.vbi videtur aliter loqui.& vide etiam Dom. Alexan.in
conſi.ſuo 11.incip.circa primam.in 2.colum.in 1.volum. &
Bart.in l.1.in 4.colum.C.de ſumma Trinit.& fide Catho.&
6 in meo reperto.ad literam I.in 10.charta.in 8.not.] † An au
tem mandatarius poſſit eſſe teſtis contra mandantem.vide
Bald. in conſilio 97. an mandatarius,&c. in 5.volum.vbi te-
net quòd ſic,ad inſtructionem,non autem ad probationē,
& hoc ſi acceptauit mandatum,ſed ſi non acceptauit, facit
indicium ad torturam.de quo etiam per Bertha. in verbo ,
mandatarius . in vlti. colum. in vltimo verſicu. vbi ſubdit ,
quòd in aſſaſſino eius aſſertio facit indicium ad torturam .
alleg.l.non ideo.C.de accuſ.Et adde Dom.Alexan.in conſi.
ſuo 88.incipien.quoniam omne.in penult. colum. verſicu.
præterea . in 5. volum. vbi dicit,quòd teſtes deponentes de
mandato,& commiſſione ſibi facta,ſunt idonei.allegat plu
7 ra, de quibus ibi per eum . † An autem mandatarius homi-
cidij poſſit excuſare mandantem , vt eum liberet a pœna
mortis,dicendo ſe occidiſſe illum motu proprio tanquam
ſuum inimicum,& non ad mandatum alicuius,vide Doct.
in c.ad audientiam.de homic.& Bald.in c. 1. in §. iniuria. in
8.colum.de pace iura.fir.vbi dicit,ꝙ recurrendum eſt ad cō
iecturas.ſed quod in dubio præſumitur contra mandātem.
& vide Alexand.in l.fi.ff.de quæſtio.& Bald.in l.quicunque.
C.de ſeru. fugiti.Cepo.in caute.41.incipien.vidimus,&c.&
Bertha.in dicto verbo,mandatarius.in 11.ver. & Do.Par.de
Put.in tract.ſyndic.in 3.char.in 1.colum.& vide, quæ dixi in
8 ſingu.meo 112.incipien. in ore duorum , &c. † Modò iſtis
viſis operepretium eſt dare reſponſum ei , quod prædictis
obijci poſſet ſatis ſubtiliter,videlicet , quòd imò ſocius cri-
minis admittitur contra ſocium paſſim & indiſtinctè hac
ratione,nam ſi ſocius criminis,contra quem alius ſocius ꝓ-
ducitur,volens ipſum repellere diceret,non poteſt admitti
talis,quia eſt,vel fuit ſocius meus criminis,nam per iſta ver-
ba ſtatim ipſe conuictus eſſet,quia eſſet confeſſus delictum
& ſic puniendus eſſet,quia nulla maior probatio,quàm par
tis confeſſio, & in confeſſum nullæ ſunt partes iudicis , niſi
in condemnando . l. proinde . ff. ad legem Aquil. habetur
in l.2.C.quando prouoc.non eſt neceſ.cum ſimil.facit tex.
in l.qui ſententiam.C.de pœ.authen.contra qui propriam .
9 C. de non nume. pecu. c. per tuas. de probationi.† Et ideo
circa hoc varij varia dixerunt . Aliqui enim dicunt , quòd
talis reus habet remedium ad hoc , videlicet , quòd primò
generaliter neget ſe cōmiſiſſe tale delictum , ſed caſu quo
fecerit,dicit quòd ille,qui contra eum producitur,fuit par-
ticeps ipſius delicti ; & ſocius ad ipſum delictum . Et hanc
cautelam ſeu doctrinam tradidit glo.in dicta l. ſi filium . C.
de libe. cau. & gloſ.in dicto cap.1.extrà de teſti. in 6.& hoc
modo eum repellet ſine eius præiudicio.Sed Salyce. in l. ſi
magnum.C.qui accuſa.non poſ.contra hoc remedium ſeu
cautelam, dicit , quòd obſtat reſponſio hoc modo . Nam
certum eſt , quòd iſta exceptio , tu es ſocius criminis , eſt
dilatoria,vt habetur per ſcriben. in l. peremptorias . C. ſen.

reſcin.non poſ.& in l.ita demum. C. de procur.& in l.exceptionem.C.de probat.ſed exceptio dilatoria debet opponi ante lit.conteſta.c.inter monaſterium. de re iudic. & d.l.ita demum.cum ſimil.ergo non proderit ſibi talis exceptio.& ſi eſſet vera doctrina illarum glo.videlicet,quòd reus neget ſe feciſſe tale delictũ, poſtea dicat, & ſi feci, tu fuiſti ſocius, exceptio dilatoria eſſet oppoſita poſt li.cõteſt. ergo ei non prodeſſet, vt in dictis iuribus. Et quòd in tali caſu ſit facta lit.conteſt.patet per l.1.C.de lit.conteſt. vbi habetur, quòd per negationẽ vel affirmationẽ fit litis cõteſtatio, ergo &c. Et ideo Salyc.ibi tranſit ad aliam ſolutionẽ,& dicit,loquendo tamen in accuſatore,videlicet,ꝙ ſocius criminis accuſatus à ſocio eiuſdem criminis,poteſt ipſum repellere dicendo,tu non potes me accuſare,quia fuiſti ſocius criminis.& dicit quòd hoc caſu ex tali confeſſione non poterit cõdemnari eo probãte ipſum fuiſſe ſocium, quia tunc reperietur talis accuſatio facta cum illegitimo accuſatore,& ſic nõ valebit, per c.1.cum concord.extra de accuſa.& hanc partem dicit tenere Bar.in l.ſi confeſſus. ff. de cuſto.reo.& Cano.in
10 d.c.1.de teſti.in 6. † Et licèt iſtud dictum Salyc. ſit ſatis coloratum,tamen iudicio meo poteſt morderi & impugnari, & hoc per ſingularem doctrinam Innocen. quem omnes ibi ſequuntur in c.qualiter & quando. il ſecondo,de accuſ. vbi dixit,quòd confeſſio facta ſuper proceſſu nullo,eſt tanti vigoris,quòd poteſt quis condemnari. [Vide Do.Maria. Soci.in c.venerabilis.in 7.char.in 3.colum.de iudic. in verſi. tertia concluſio.Et teneas perpetuò menti,ꝙ iſtud quod dicitur,ꝙ cõfeſſio facta ſuper proceſſu nullo valet, quòd hoc eſt verum in confeſſione ficta inducta per contumaciam, quæ ita validat proceſſum nullum, ſicut vera confeſſio.. ita dixit Bar.in conſilio ſuo 100.incip.à Domino Cyno de Bononia.quem refert & ſequitur D.Nel.in tract.ſuo banni.in prima parte ſecundi tẽporis.q.49.inci.queritur,an tales &c. in fine.] Et idem dixit ipſe Inno.in c.per inquiſitionem. de elect.& Abb.antiquus in c.Piſanis.de reſtitu.ſpolia. & Bald. in l.edita.C.de eden.in 5.colum.verſic.ſed pone,quòd reus. quam doctrinam refert & ſequitur Do.And.Barba.in c.veniens.in 3.colum.de accuſat. & idem tenet Bald. in l.1.circa finem.ff.de iuriſdict.omn.iud.& Doctores in c. at ſi clerici. de iudic.& Barba.in conſi.ſuo incip.prope eſt Dominus inuocantibus eum.& Barba. in repeti. c.teſtimonium. in 14. char.in vlt.colum.verſ.nam confeſſio.extra de teſti.vbi allegat etiam hoc voluiſſe Innoc.in c.2. de ord.cogn.& hãc doctrinam etiam ſequitur Mathe.in notabili ſuo 53.incipien. nota vtilem regulam.& Bal.in l.2.C.de re iudic.& Angel.in conſilio ſuo 178.incip.viſis actis productis, &c.& in cõſilio 217.incip.in cauſa accuſationis productæ per Philippũ,&c. & Bal.in addi. Specu. in titu.de libel. concep. in vlt. verſ. & Barba.in d.c.qualiter.& Ang.de Are. in tract. maleſi.in verbo,comparent dicti inquiſiti, & cõfitentur totum. in verſ. quæro,an confeſſus.Et illud dictum Innoc.etiam magnifacit Ang.in l.1.ff.de confeſſ.de quo etiam per Dom.Abb.in c.fi.in 7.colum.de confeſ.& in c.dilectus.in vlt.col.de capel. mona.& Salyc.in l.2.in vlt.col.de cuſtod.reor.& per Bald.in l.vnica.in 9.colum. verſic.quæro, nunquid confeſſus. C. de confeſ.& Bal.in l.mercalem.in fine.C.de cõdi. ob turp. cau. & in repetitio.l.cum mulier.in vltimo no.ff.ſolu.matrimo. & ibidem etiam per eum, in 18.colum. & Bal.in l.ictus fuſtium.ſupra de infa.& in l. Titia.ff.ſolu.matrim. & per Ang. in diſputatione ſua incip.accuſatus de vi turbatiua. & ꝑ Bal. & Ang.in l.& ſi ſeuerior.C.de infamib.& in l.tres.C.de iud. & per Dominum Ant.in repeti. c.veſtra.in 43.col.de cohabita.cleri.& mulie.& per Imo. in clem. prima, in 4.colum. verſ.quærit hic Stephanus.de hæreti.& per eũdem in clem. conſtitutionem. in 7.colum. de elect. Et idem quod dixit Innocen.in d.c.qualiter & quando.in dicto §. licèt autẽ.voluit Dom.Anto.per illum tex. in c.fin.in 1.nota. de celebra. miſſa.vbi dicit no.multa crimina, ex quibus imponitur pœna ordinaria,ſi de delicto conſtat per confeſſionẽ. & alleg. Innoc. in d.c.qualiter.in d. §.licèt autem. Pro quibus facit tex.& quæ ibi habentur per Doct.in c.1.& 2. de accuſ.in 6.
11 † Pro illo etiam dicto Inno.facit optimè,quod voluit Bal. in l.properandum.in prin.in fi.verbis.C.de iudic.vbi dixit,ꝙ licèt lapſa ſit inſtantia, tamen confeſſus poteſt per iudicem cõdemnari,& ibi allegat rationem. quod dictum refert & ſequitur Angel.de Are.in tractatu maleſi.in verbo,inchoata & facta.in 4.colum.& Barba.in d.conſilio ſuo inci.prope eſt Dominus inuocantibus eum, &c. & in d. c.veniens. in 3.colum.de accuſ.& Ang.de Are.in dicto ſuo tract. maleſi. in verbo, comparent dicti inquiſiti, & confitentur totum. in d.verſ.quæro,an confeſſus.pro quo etiam facit,quod voluit Bal.per glo.ibi in l.ictus fuſtium, in fi. ff. de his, qui not. infa.& dicta per eundem Bal.in l.1.§.cum vrbem. in vlt.col. ff.de offic. præfec. vrb. & per Ang. in l.2.C.quor.appel.non recip.vbi dixit, ꝙ licèt tertius poſſit appellare pro condemnato capitaliter,etiam ipſo inuito,tamen iſtud fallit,niſi talis reus condemnatus ſpontè confeſſus ſit crimen, & in eo perſeuerauerit.& faciunt dicta per Bal. in addi.Specu.in tit. de actio.& peti.in prin. verſ.ſi ago contra te mandati. & faciunt optimè dicta per Ang. in repe. l.ſi vacantia. C. de bo. vacan. lib.10.in 22.col. verſic. quæro, iudex inquirit.& per me in repe.mea.l.fin. C. de probat. in 22.char.& in 57.char. vbi limitaui dictam doctrinam Innocen. & ſequacium, in d.c.qualiter & quando.in §.licèt autem.de quibus etiam latius poſtea per Dominum Fely.in d.§.licèt autem.vbi multum ſingu.loquitur more ſuo.Si ergo confeſſus poteſt puniri data nullitate proceſſus libelli, ſeu inquiſitionis, ergo meritò dicendũ eſt,quòd talis accuſatus illo modo reſpondens debebit puniri, non obſtante quòd illegitimus fuerit accuſator per prædicta.Poſſet tamen huic dicto reſponderi & dici, quòd prædicta procedunt, quãdo talis confeſſio delicti eſt facta principaliter, ſecus ſi incidenter vel ſecũdario,nam ſi fiat incidenter & non principaliter, talis confeſſus non poteſt puniri,ſaltem pœna ordinaria delicti,ſecundum Bart.in l.ſi cõfeſſus.ff.de cuſtod.reor.& Ioan. de Imo. in c.fi.in penult.colum.de confeſ.& Abb.in c.at ſi clerici. in princ.in 2.colum.de iudic.& Imo.in c.examinata.in fi.eod. titu.tex.& ibi Abb.in c.1.in fi.de excep.& in c.2.de ord.cog. Abb.in c.fin.de reſtitu.ſpoliato.in vlt.notabili.Abb.in conſ. ſuo 25.incip.Canonicus,&c. in fi.Angel.in diſpu ſua, incip. Aſtenſis miles.in 2.colum. & in ſua diſpu. inci.duo nobiles Gallici.in 3.char.Salyc. in l.2.circa fi. C. de cuſto. reo.& Dominus Anto.in c.Piſanis.de reſti.ſpol.in penult.col.Abb. & Ioan.de Ana.in d.c.qualiter & quando. in §. licèt autem. & ibi Dominus Felyn. in verſ. ſexto limita. de quo etiam per Angel.in conſilio ſuo 173. quod incip. viſis actis prædictis duo examinanda ſunt,&c. dixi in dicta repetit. mea.l.fin.C. de probationib. in 22. char. vltra med. Sed vltra Salyc. & alios iſtis obiectionibus poteſt reſponderi,& dici,quòd ſocius criminis non poteſt eſſe teſtis contra ſocium eiuſdem criminis, ſecundum iura ſuperius allegata. & reſpondet ad obiectiones & ad allegata in cõtrarium. Et primò inquantum Salyc. reprobat glo. in d.l.ſi filium. C. de libe.cau. & in c.primo,de teſti.in 6.dicendo, quòd iſta exceptio, tu fuiſti ſocius criminis, &c. eſt dilatoria, & ſic non poteſt opponi poſt litem conteſtatam.ſed dictæ glo. volunt, quòd primò neget reus ſe feciſſe crimen, poſtea dicat, ſed ſi feci, es vel fuiſti ſocius criminis,& ſic opponat̃ exceptio dilatoria poſt lit.conteſt.quod fieri non poteſt. c.inter monaſterium. de
12 re iudi.cum alijs ſuprà allegatis. † Reſponde & dicas, quòd immo talis exceptio contra perſonas teſtium, vt eſt iſta, tu fuiſti ſocius criminis,eſt exceptio peremptoria,& non dilatoria.Ita ſing.dixit glo.in c.1.in verbo,per ſententiam.extra de excep.& glo.in c.ex parte A. & in c.de teſtibus.in vlt.glo. extra de teſtib. ad quod vide bonùm text. in c. licèt cauſam. in verbo, vnde quia talis exceptio,&c. extra de proba. ergo meritò poterit opponi poſt litem conteſtatam, & ſic pro-
13 cedent dictæ gloſ. † Vel ſoluas & aliter, quòd poſito quòd talis exceptio, tu fuiſti ſocius criminis, &c. eſſet dilatoria, tamen poſſet opponi poſt litem conteſta. quia dixit ſingu. Innoc.in c.paſtoralis.extra de excep.& Ludo.Roma. in l.lecta.ff.ſi cer.peta.quòd licèt exceptio dilatoria non poſſit opponi poſt lit.conteſt.per dicta iura,tamen illis non obſtantibus poteſt opponi talis exceptio dilatoria poſt lit. cõteſt. incontinenti.pro quo facit tex.in d.l.lecta.in verſ.dicebam. & tex.in l.petens.& in l.in bonæ fidei. C. de pact. & hoc voluit glo.in l.Pomponius.§.rati. ff.de procur.quam gl.tenent & approbant Doct. communiter, licèt Angel. videatur ibi eam non tenere,ſed illam improbare.tamen Bald.ibi illam ſequitur cum quadam modificatione, & Ioan. de Imo.in l.ex conſenſu.§.eum, q in octaua char.ff.de appella. & illã tenet Bar.poſt Iacob.Butr.ibi in dicto §.rati.ſecundum quòd dicit Imo.in dicta l.ex conſenſu §. eum qui. vbi dicit, quòd Iaco.But.& Barto.tranſeunt ſimpliciter cum dicto gloſ.de quo etiam per Imo.in l.2.§.prius.ff.de vulg.& pupil. de quo latius per Dominum Felyn.in c.exceptionem.in 9.col.in fi. de except. & hoc modo procedunt dictæ gl. non obſtantibus aliquibus oppoſitionibus Salyce. & aliorum. ad quæ etiam vide quæ ſcripſi in dicta repet. mea. l. fin. C. de pro-
14 bationibus. in 22. char. † Et in hac materia adde duo. Primum, quòd vbicunque agitur ciuiliter de crimine, tũc admittitur ſemper ſocius criminis in teſtem,ſecundum Spec. in titu.de teſte.in §.1.verſ.item quòd eſt ſocius.in verſ. quid ſi quatuor.& Abb.in c.quoniam. de teſti. per illũ tex. quos

refert & ſequitur Dominus Fran. de Are. in cōſilio ſuo 61.
15 incip.in cauſa illorum,&c. in fi.penult.col. † Secundum, ꝙ
quando crimen per alios probari non poteſt,tunc indiſtin
ctè ſocius criminis admittitur in teſtem.tex.eſt in c.fi.de te-
ſti.cogen.& voluit D.Anto.& alij in d.c.quoniam.& Bal.in
l.quoniam.per illum tex. C. de teſti.& Do.Franc.de Are.in
d.conſ.ſuo 61.in fin.verbis.Alia nota. hic non colliguntur,
nec alia veniunt examinanda.& glo.ſunt literales.Ideo red-
ditur expeditus iſte §.Sequitur.§.Diui fratres.

SVMMARIVM.

1 *Seruus plurium dominorum non poteſt torqueri,etiam contra vnum ex ipſis dominis tantum.*

§.Diui fratres, Et hoc intendit.Seruus plurium
dominorum nō poteſt torque-
ri etiam contra vnum ex ipſis dominis tantum. h.d.ſecun-
dum me,quia Bar.non ſummat.Caſus,&c. Nota dictum in
ſummario.Item poteſt allegari iſte tex. ad hoc, videlicet, ꝙ
idem iuris eſt de toto quò ad totū, quod eſt de parte quò
1 ad partem.Ita probat hic tex.†nam ſicut ſeruus plurium do
minorum non poteſt ↄ omnes torqueri, ita nec cōtra vnū
tantum. concordat l.quæ de tota.ff.de rei vend.& l.an pars.
ſ.pro derelicto.& l.qui ſcit.cum concord.ibi in glo. allega-
tis.ſ.de vſur.Alia nota.hic non colliguntur. Opp.Bar.hic de
§.ſi quis dicatur,inf.in hac lege.vbi tex.vult,ꝙ ſeruus contra
dominum poſſit torqueri,cuius ↄrium hic dicitur. Solu. ꝙ
non debet torqueri hic,niſi prius conſtet an venditio fue-
rit imaginaria,vt in d.§.ſi quis dicatur. Vlterius pro expedi-
tione glo. ego arguo, dr̄ hic ꝙ ſeruus in cauſa hæreditatis
non torquetur ↄ dominum. ſed contra, de tex.in l.fi.C.eo.
vbi eſt tex.quòd ſeruus in cauſa hæreditatis torquetur. Sol.
ꝙ ille tex.loquitur in ſeruo hæreditario habente guberna-
tionem rerum hæreditatis,nos autem hic loquimur in ſer-
uo hæredum ex alia cauſa quàm ex cauſa hæreditatis, & ſi-
militer poteſt reſponderi ad l.hæreditarij.inf.eod. quòd ibi
loquitur de hæreditarijs ſeruis, hic de alijs ſeruis ex alijs cau-
ſis.Et ex iſtis reſtat expeditus iſte §. Et quia in eo fit mentio
imaginariæ venditionis,ſi vis videre,quę ſit imaginaria ven
ditio,vide gl.in l.imaginaria venditio.inf. de reg. iur. & iura
per eam allegata.Sequitur §.ſeruum municipum.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Vnus de vniuerſitate poteſt ferre teſtimonium in cauſa vniuerſitatis nu.2.vſque in finem.*
4 *In cauſa criminali teſtes de vniuerſitate, an & quando ſint idonei. mero 5.6.& 7.*
9 *Cauſa ciuilis magna, æquiparatur cauſæ criminali.*

§.Seruum municipum. Et hoc intēdit.
Seruus reipu-
blicæ poteſt dicere teſtimonium contra ciues particulari-
ter,ſecus autem cōtra vniuerſitatem.h.d.ſm me. Caſus,&c.
1 Ex hoc tex.no.Bar.ad vnum,videlicet, † ꝙ vnus de vniuerſi-
tate poteſt ferre teſtimoniū in cauſa vniuerſitatis, in quo
tamen ſe remittit ad ea, quæ habentur in l.intantum. §.vni-
uerſitatis.ſ.de rerum diui.vbi per Doct.& per Cy.in l.paren
tes.C.de teſti.& per Doctores in c.inſuper. & in c.tuis.& in
c.veniēs. il ſecondo, de teſti.& per Spec. in titu.de teſte.§.1.
verſ.ſed nunquid in cauſa vniuerſitatis.& per Alex. in conſ.
ſuo 68.incip.viſo & diſcuſſo,&c. in 2. & in 6.col.in 2.vol.&
Ioan.And.in c.cum nuntius.extra de teſti.& hr̄ in c.ſup pru
dentia.14.q.2.& per gl.in §.cogitandum.in verbo, teſtes. in
Authen.de monach. Et prædicti tenent omnes in dictis lo-
cis,ꝙ tales teſtes probent per rationem, quia nemo ipſorū
de vniuerſitate poteſt dici deponere in cauſa propria,cum
aliud ſit vniuerſitas, aliud ſinguli de vniuerſitate. c.qui ma-
numittuntur.11.q.3.l.ſed ſi hac.in §.qui manumittitur.ff.de
in ius vocan.de quo latius per Dom.Felyn.qui plura allegat
in c.inſuper.in 1.col.de teſti.vbi ipſe pluribus modis limitat
hoc, videlicet, ꝙ teſtis de vniuerſitate admittitur in cauſa
2 vniuerſitatis. † Et primò fallit hæc regula,ſecundùm eū ibi,
in vniuerſitate ſeculari, in qua licèt admittantur illi de vni-
uerſitate, tamen non ſunt teſtes integri facientes plenam
fidem,ſecundum Dom.Ant.in d.c.cum nuntius.de teſti. &
idem tenet Ioan.And.in Spec.in d.§.1. verſ. ſed nunquid in
cauſa vniuerſitatis.& Bart.poſt gl.in l.intantum. §.vniuerſi-
tatis.ſ.de rerum diui.& Bart.& Ang.in d.§. qui manumitti-
tur.& gl.in l.idonei.ff.de teſti.de quo etiam per Bal.in c.ter-
tio loco.in 2.colum.de proba.de quo latius per Do.Felyn.
3 in d.c.inſuper.in 1.fallen. † Secūdò etiam fallit, niſi eſſemus
in caſu,in quo eſſent pares probationes, puta quia eſſemus
in materia,in qua vniuerſitas teſtificatur,& res eſſet proba-
ta vno modo per ipſos de vniuerſitate,& alio modo per te
ſtes productos contra ipſam, quia cæteris paribus minus
probabunt illi de vniuerſitate propter illam aliqualem affe
ctionem,quæ reddit eos impares,ſecundum Dom.Abb.in
d.c.inſuper.Quod tamen intelligit D.Felyn.ibi,dummodo
ſit materia,quæ ita bene poſſit eſſe nota extraneis,ſicut illis
de vniuerſitate,qm̄ in talibus illi de vniuerſitate præſumun
tur melius ſcire veritatem.& ratione iſtius præſumptionis
magis creditur eis, tum quia d.c.de prudentia. 14. q.2.circa
medium.dicit eos eſſe meliores omnibus,tū quia in tali ca-
ſu domeſticus vel familiaris non repellitur,arg.no.per Bar.
in l.quoties.per illum tex.C.de naufra.lib.11.adeò quòd alij
non admittuntur,niſi in ſubſidium, vt ibi, & in c.quoties.
4 vbi etiam per Dom.Felyn.de teſti. † Tertiò fallit, niſi cauſa
mota contra vniuerſitatem eſſet criminalis, quia tunc ipſi
de vniuerſitate non ſunt idonei teſtes,per tex.in d.c.de pru
dentia. & ratio eſt, vt ibi habetur,quia in criminalibus tan-
quam arduis non debent domeſtici ad probationē admit-
ti,ſecus in ciuilibus, ſecundum Dom.Abb. qui ad hoc alle-
gat glo.in ſimili,in c.1.3.q.5.quę dicit,quòd conſanguineus
non repellitur in cauſa ciuili,ſed in criminali ſic.& maximè
procedit, quando eſt tale crimen, propter quod vniuerſi-
5 tas punitur. Sed circa † hanc fallentiam, ſecundum D.Fely.
in d.c.inſuper.ſunt notanda tria.Primò, ꝙ hoc habet locū,
etiam ſi vnus de vniuerſitate accuſat aliū de vniuerſitate nō
extraneum, quia non poteſt in teſtem adducere alium de
vniuerſitate,niſi in defectum aliorum,ſecundùm Spec.qui
ita no.in dicto verſic.ſed nunquid in cauſa vniuerſitatis. al-
6 legat Hoſtien.in ſum.huius titu. §.2.verſ.& cum cauſa. † Se-
cundò no.quòd dicta fallentia non procedit, quando vnus
de vniuerſitate produceretur ab vno de vniuerſitate,non ↄ
extraneum,ſed ↄ alium de vniuerſitate, ſecundum D.Abb.
in d.c.inſuper.poſt Ioan.And.in d.c.cum nuntius. quia par
cauſa affectionis tollit ſuſpitionem. l. non ſolum. ff. de ritu
nupt.not.glo.in c.cū olim.de offic.deleg. & in c.poſtremò.
de appel.Et ſubdit,quòd coniunctus ex hoc poteſt teſtifica-
ri pro coniuncto ↄ pariter coniunctum, ſecundùm Bal.in
l.qui teſtamento.in prin.ff.de teſtamen.quem refert Dom.
Maria.de Senis,dicēs ita conſuluiſſe, in c.cum oporteat. de
accuſa. pro quibus faciunt dicta per Dom. Fran. de Cre.in
7 not.ſuo 59.incip.nemo cogitur. quem vide. † Tertiò dicit
etiam, ꝙ procedit dicta fallentia, quando eſt adeò parua
vniuerſitas,quòd illi de corpore ipſius cadūt in nomen do-
meſticorum,ſeu cohabitantium,quia tales repelluntur per
rationē c.repellantur.de accuſatio.Sed ſi eſſet talis vniuerſi-
tas,quæ non induceret cohabitationem vel familiaritatē,
non prohibetur vnus teſtificari pro alio,etiam in crimina-
li,ſecundum Io.And.in d.c.cum nuntius. de teſti. & Abb.
8 in d.c.inſuper.eo.tit. † Quartò fallit dicta regula,quòd vnus
de vniuerſitate admittitur pro vniuerſitate,niſi per accidēs
præſumeretur magna affectio propter annexam commo-
ditatem,quia tunc licèt res eſſet vniuerſitatis & non ſingu-
lorum,tamen repelleretur à teſtificando, ſecundùm Bal.in
d.c.cum nuntius.ponit exemplum, ſi eſſet quæſtio de præ-
dio vel vinea, vnde illi de vniuerſitate habent victum, vel
eſſet quæſtio de nemore habens paſcua animalium, cum
alibi non poſſent eſſe commodè. Et idem dicit,ſi eſſet quę-
ſtio de ſtatu vniuerſitatis,vel de aliquo magno honore, vel
de aliqua magna iuriſdictione, nā propter maximam affe-
ctionē bene repellerentur iſti teſtes de vniuerſitate,cum re
pellantur etiam teſtes ꝑꝑ amicitiam.l.3. ff.de teſti. Et dixit
idem Bal.in rub.ff.de rerum diuiſio.in 12.col. verſ. nunc de
quinto, &c. ꝙ ſi cauſa ciuilis eſt multum ardua, illi de vni-
uerſitate non ſunt omnino integri teſtes. & ratio eſt, quia
9 † cauſa ciuilis magna ęquiparatur cauſæ criminali.l.ꝑpter li
tem.§.1.ff.de excuſa.tuto.& facit c.1.de reſtitu.ſpolia. quod
ēt voluit Bal.in l.parentes. C. de teſti.& Pet.de Anch.in cōſ.
ſuo 27.incip.rationes inductæ,&c. circa fi. & in conſilio 63.
inci.in cauſa,quæ vertitur.in 2.col.& Barb. in c.teſtimoniū.
in 5.col.de teſti. & in c.querelam.de procur. de quo dixi in
conſ. meo 42. incip. clariſſimi, ac doctiſſimi viri, &c. in 3.
☞ char.poſt prin. [Et voluit Iaſ. in l.1.in ult. col. C. de ſumma
10 Trini.in lectu.Paduana.]† Quintò fallit prædicta regula,niſi
vtilitas reſultās ex cauſa,quam habet vniuerſitas, obueniret
ſingulis de vniuerſitate,vel de collegio,nō autem vniuerſi-
tati, vel collegio, ſecundum Ioan.And. Paulum de Leaza.
Dom.Anto.& Ioannem de Imo.in d. c.cum nuntius. nam
tunc ea ratione, qua quis non poteſt teſtificari in re ꝓpria,
vt in l omnibus.C.de teſti.&4.q.3.c.omnibus,eadem ratio-
ne nō teſtificatur in iſta.Et per hoc dicunt,quòd ſi eſt quæ-
ſtio de paſcuis vel nemoribus,in quibus ſingulorum beſtię
paſcuntur,vel ligna quilibet ſcindit,in talibus teſtimonium
ipſorum non admittitur.Et idem tenet Bar. in l.intantum.
§.vni-

§.vniuerſitatis. ſ̃. de rerum diuiſio. vbi infert, ꝙ ſi donatur
aliquid eccleſiæ fratrum Minorũ,& de donatione fiat quæ
ſtio,poteſt quilibet frater eſſe teſtis,ſecus ſi eſſet facta dona
tio,ex qua ſinguli de conuentu perciperent commodum,
tunc enim illi de conuentu non eſſent idonei teſtes, quod
dicit eſſe bene no.pro quo faciunt dicta per Bal. in l.paren-
tes.in fi.C.de teſti.& ibi per Salyc.& per Bal.in d.c.tertio lo-
co.de probationib.vbi dicit,ꝙ quãdo fructus nemoris ven
duntur pro vniuerſitate, & non ſunt deputati ad vſum ho-
minum particulariũ,vel ſi cauſa eſt, in qua oporteat quòd
ſinguli mittant manum ad marſupium,puta quia vniuerſi.
tas conuenitur ad ſoluendum aliquod debitum, propter
quod oportet quòd de neceſſitate fiat collecta, nam in tali
bus & ſimilibus caſibus iſta faciunt illos de vniuerſitate ſu-
ſpectos ad ferendum teſtimonium. & idem tenet Bald.in
d.c.inſuper.dicens,quod ille tex.non habet locum, quando
ſinguli ſperant commodum,vt in nemore,propter beſtias
hominum villę.Et idem dicit,quãdo ſinguli timent imme-
diatum damnum, puta in poſitione collectæ pro ſolutio-
ne debitorum cõis.alleg.l.1.§.quib. ff. quod cuiuſq; vniuer.
no.ſecus dicit ipſe, ſi hoc nõ timẽt, quia villa habet aliunde
vnde ſoluat debitũ,& ideo poſſunt teſtificari.allegat Odof.
in d.§.qui manumittitur.& Cy. in d.l.parentes. ad quæ vide
Do.Fely.in d.c.inſuper.in hac 5.fallẽtia, vbi plura in hac ma-
11 teria adducit vltra prædicta ſuperius. † Sextò fallit hæc regu
la,niſi ipſa vniuerſitas poſſet habere alios teſtes, quàm ex
ipſis de vniuerſitate,quia ipſi non ſunt idonei, niſi in ſubſi-
dium,ſecundum Spec.in d.verſic.ſed nunquid in cauſa vni-
uerſitatis.ſed contrarium tenet D.Abb.& D.Fely.in d.c.in-
ſuper.de quibus latius & copioſius per Dom. Fely.in dicto
c.inſuper.vbi etiam ponit duas alias limitationes in præla-
tis eccleſiaſticis, vbi videas, quia melius & clarius ipſe loq̃t
in hac materia ibi,quã alius.& vide etiam Do.Alex.in dicto
conſ.ſuo 68.incip.viſo & diſcuſſo.in 2.vol.& in eod. vol. in
conſ.136.in 5.colum.& in conſ.387.incip. viſis,&c. in 7.col.
& in conſ.474.inci viſa.in 4.col.& Lud. Roma. conſ.507.in
fi.Et per iſta expeditus ſit iſte §. vna cum glo. quæ nihil ha-
bent, ſed ſunt claræ,ideo ſequitur.§.ſi ſeruus bona fide.

SVMMARIVM.

1 *Qui non poteſt inuitus contra aliquem teſtificari, non poteſt in eum torqueri, & tortus non facit indicium.nu.2.*

3 *Quæ perſonæ ſunt illæ, quæ inuitæ coguntur ferre teſtimonium, & an tales perſonæ poſſint cogi & compelli dicere veritatem & teſtificari, quando aliæ probationes non poſſent haberi, ne veritas periret.nu.4.*

§.Si ſeruus bona fide.

Et hoc intendit.
Seruus verus, vel
putatiuus,nec libertus,non poſſunt dicere teſtimoniũ con
tra dominum cum tortura,vel ſine.Item nec frater contra
fratrem,& omnis qui inuitus non cogitur contra aliquem
teſtificari, non poteſt contra eum torqueri.h.d.ſecundum
me,vſq; ad §.ſeruum mariti. Caſus,&c. No. dictum in ſum-
mario.Item no.ꝙ quò ad dicendum teſtimoniũ,non cura-
mus,an quis ſit ſeruus,vel mercenarius eius, ↄ̃ quem produ
citur. Item no. ꝙ quò ad teſtimonium ferendum ↄ̃ domi-
num, à pari procedunt ſeruus & libertus & mercenarius.
No. etiam, ꝙ frater non eſt torquendus, vt dicat teſtimo-
1 nium ↄ̃ fratrem. † No.etiam ex iſto text.ſ'm Bart. ꝙ ille,qui
non cogitur inuitus dicere teſtimoniũ ↄ̃ aliquem ſine tor-
mentis,non poteſt etiam cum tormentis cogi, vt dicat cõ-
tra illum teſtimonium,ꝙ clarè probat iſte tex.hic,in verſic.
addita ratione,&c. Ex quo conſequenter hic probatur, ꝙ
prohibito vno,omnia intelliguntur eſſe prohibita,per quę
deuenitur ad illud. l.oratio. ſup. de ſponſa. c.cum quid vna
2 via,de reg.iur.in 6. † Quinimò dicit Bart. hic, quòd ſi tales
examinantur,etiam cum tortura, dictum eorum non facit
indicium ad torturam ↄ̃ illos, ↄ̃ quos inuiti non cogebãtur
teſtificari,quod eſt no. pro quo faciunt optimè dicta ſupe-
rius in hac lege.§.diuus Ant.in 1.col. Et circa illud de fratre,
an poſſit eſſe teſtis pro fratre? vide quæ dixi ſup.in hac lege,
in §.1.in 2.char.quod hic non recenſeo breuitatis cauſa.

Quò autem ad illud,quod qui non cogitur inuitus dice-
re teſtimonium ↄ̃ aliquem ſine tormentis, non põt etiam
cum tormentis cogi ad deponẽdum ↄ̃ eum. Poſſet quæri,
3 † quæ perſonæ ſunt illæ,quæ inuitæ, non compelluntur di-
cere teſtimonium ↄ̃ aliquem? In quo dicas, quòd ſunt plu-
res,de quib. hr̃ per tex.& gl.in l.inuiti.ff.de teſti. & ibi Doct.
& per Bal.in c.cum nuntius.de teſti. & latiſſimè per Spec.in
titu.de teſte.in §.de teſtium compulſione, &c. per totum.
4 † Sed an tales perſonæ poſſint cogi & compelli dicere veri
tatem & teſtificari, quando aliæ probationes non poſſent
haberi,ne veritas periret, vide glo. & Docto. in d.l.inuiti.&
D.Ant.& Imo.in c.dilectorũ.de teſti.cog. Bart.& alij in l.le-
ge Iulia.ff.de teſt.latè per Bertha.in reperto.ſuo,in verbo,te
ſtes.verſ.teſtium coactio,&c. per totum, maximè vltra me-
dium.Et adde,quæ dixi in repe.l.fi.C.de proba.in 9.char.cir-
ca prin.& in ſingul.meo 72.incip.plures ſunt.Et per iſta red
ditur expeditus iſte §.Sequitur modò. §.ſeruum mariti.

SVMMARIVM.

1 *Seruus mariti poteſt torqueri & examinari contra vxorem.*

§.Seruum mariti

Et hoc intẽdit.Seruus ma
riti poteſt torqueri, &
1 examinari † contra vxorem.h.d.ſecundum me. Caſus, &c.
Alia notabilia hic non colliguntur, niſi dictum in ſumma-
rio. Modò ↄ̃ iſtum tex.mihi vr̃ poſſe opponi. Nam dr̃ hic,
quòd ſeruus mariti poteſt torqueri ↄ̃ vxorem. Sed hoc vr̃
inconueniens propter magnam coniunctionẽ, quam ha-
bent maritus & vxor ſimul.nam ſæpius competentia mari-
to competunt vxori,& eↄ̃.patet ex glo. in c.admonere.33.
q.2.vbi dixit glo.ꝙ ille,qui ſtipulatur expenſas pro ſe, intel-
ligitur etiam ſtipulaſſe pro vxore ſua.patet etiam, nam ſer-
uitus conſtituta, ſeu debita vxori, intelligitur debita viro.
☞ [Vide Iaſ.in l.ſi mihi & Titio.in §.fi.ff.de verb.obligat.circa
medium.& vide omnino Abb.in conſ.89. incip. ex thema-
te.in 2.col.verſ.venio nunc ad tertium. & Iaſ.in l. ſi ſtipula-
tus fuero per te.in fi.1.col.ff.de verb.oblig.& in l.maritus.in
1.no.C.de procur.] Ita dixit tex.not.in l.pater filiæ. in princ.
in verbo,viro quoq;.ff.de ſerui.lega.quem tex.pro no.alle-
gauit Ludo.Roma.in conſ. ſuo 503. incip.diligenter inſpe-
ctis,&c. in fi.2.col.& idem probatur in l.cæterum. §.mulie-
ri.ff.de vſu & habi.& facit glo.in c.cum dotem. in §.ſi mari-
tus.ff.ſoluto matr.in verbo, participem. quæ dixit, ꝙ mari-
tus & vxor ſunt vnum corpus & vna anima. & ibi dicit tex.
ꝙ alter alterius debet eſſe particeps infortuniũ ſuorũ. Et iõ
ex iſtis mihi videtur, ꝙ ſeruus mariti non poſſit torqueri ↄ̃
vxorem.Sed poteſt reſponderi, ꝙ licèt maritus & vxor ha-
beant magnam cõiunctionem inſimul, attamen uxor ipſa
non habet dominium in ſeruum, ideo non eſt incõueniẽs
ut ipſe poſſit torqueri ↄ̃ ipſam uxorẽ, ut ueritas habeatur.
Sed tunc fortius arguitur, ꝙ immo ad hoc ut quis compel
latur ad torturam ↄ̃ aliquem, non requiritur ꝙ in eum ha-
beat dominium,ſed ſatis eſt ꝙ ſit ↄ̃ honeſtatem,ut habetur
ſ̃.in §.proximo.in 2.reſponſo.vbi licèt quis non habeat do-
minium in alliquem,attamen ſi ſibi bona fide ſeruiat, ſatis
eſt vt repellatur ad deponẽdum contra eum cum tortura.
Sed ſeruus mariti ſeruit vxori ſicut viro, maxime propter
coniunctionem quam habent ſimul,ergo non debet con-
tra eum poſſe torqueri.cogita pro ſolutione. Vlterius Bar.
poſt glo.hic arguit ↄ̃ iſtum tex.de leg.1.§.ſi vir. ſ̃.ad Sillania-
num.vbi dicuntur ſerui vxoris,ſerui mariti,& econtra,pro-
pter commixtionem familiæ, & reputatur pro vna fami-
lia. hic autem videntur diuerſæ familiæ, ergo Bart.ſoluit, ꝙ
ibi hoc ſit fauore ampliandæ probationis. ad quod allegat
l.ſeruo.ſuprà de ſtatu liber.& quod ibi no.Sequitur. §.idem
Nummio.

SVMMARIVM.

1 *An & quando ille, qui deſinit eſſe domeſticus, poſſit teſtificari pro olim domeſtico.*

2 *Quo cognoſcetur, quando famulus eſt expulſus ſimulatè à domino.*

3 *Procurator reuocatus, an poſſit teſtificari de illis, quæ vidit dum erat procurator, & exercebat officium.*

4 *Famulus ſtans ad ſeruitium domini, quandoque poteſt dicere teſtimonium pro ipſo domino.*

5 *An factus pubes poſſit dicere teſtimonium de his, quæ vidit in pupillari ætate.*

6 *Teſtis inhabilis aliqua inhabilitate ſi ſit receptus, ignorante aduerſario ſuam inhabilitatem, dictum ſuum non probat, nec facit præſumptionem, adeò quòd ex ea poſſit deferri iuramentum in defectum probationis.*

§.Idem Nummio.

Et hoc intendit.Seruus
non prohibetur tor-
queri ↄ̃ olim dominum damnatum.h.d. vſq; ad §. ſi ſeruus,
Caſus,&c.Nota dictum in ſummario,qa alia notata ex hoc
1 tex.non colliguntur.Ex hoc tex. † Bart. format vnã notabi-
lem q̃õnẽ,quæ ſæpe occurrit in facto,videlicet, aliquis erat
meus famulus tp̃e celebrati ↄ̃ctus, nunc cum debet teſtifi-
cari pro me ſuper illo ↄ̃ctu,deſinit eſſe famulus meus, vtrũ
poſſit teſtificari pro me? In quo ipſe Bar.diſtinguit hoc mo
do,videlicet, quòd quandoque licèt quis deſinat eſſe meus
domeſticus, tamen remanet debita reuerentia, vt puta in
ſeruo manumiſſo,qui remanet libertas, vel in filio emanci
pato,qui remanet filius,& iſtis caſibus tales non admittun-
tut,ad teſtificandum,vt habetur ſupra in §. ſi ſeruus.iqi, ſed

nec libertum,&c. & in l.lege Iulia.ſup. de teſtib. Quandoq; deſijt eſſe domeſticus,& nulla reuerentia debita remanet, & tunc poteſt pro me teſtificari.caſus eſt hic, & in l.ſeruos. C.de teſtib. Et de hac quæſtione not.vltra Bart.hic, videatis Doct.in c.in literis.extra de teſtibus Specu. in titu. de teſte. §.1.verſ.quid ſi olim.Cyn.& Bald.in l.2. C.de teſtibus. Bar.in l.qui teſtamento.ff.de teſtamen. & Ioan.de Fantu.in c.con ſanguinei.4.quæſt.1.& Dom.Alex.in conſ.ſuo 5.inci. in cau ſa inquiſitionis,&c. in 6.colum. in primo volum. & Bal.in l.2.C.de teſtib.Bal.in l.prima.C.de epiſ.& cler.Ioannes And. in c.ſicut.de verb.ſignificat.lib.ſexto,& Io.de Imo. in c.inſinuante.de offi.deleg.Bart.in l.deferre.in verſicu.item decre uerunt.ff.de iure fiſ.circa finem.Bal.in l.dictantibus.C.de teſtamen.Bal.in l.qui teſtamen.§.quæcunque.ff.de teſtamen. Domi.Anto.in c.à nobis. extra de teſtib.& Bal.in c.inſuper. extra de teſtib.in quibus locis tenent communiter Docto. quòd famulus licentiatus poſtquàm receſſit à domino,poteſt pro eo teſtificari.Et ratio eſſe poteſt, quia poſtquàm famulus eſt expulſus,non ſeruat amorem domino, ſicut euenit de affinitate ſopita ſoluto matrimonio , vt dixit glo.ſingularis in l.ſed hoc ita.ff.de re iudic. quam dixit ſingularem Bal.in d.c.in literis.de teſtib.& in l.cui eorum.§.affinitates.ſ. de poſtulan.& conditio teſtis inſpicitur tempore teſtificatus.l.3.§.lege Iulia.ff.de teſtib.& l.3.§.duę cauſę. ff.de Carbo. edic. Hanc tamen concluſionem limitat Spec.vbi ſup. niſi expulſus fuiſſet famulus poſt litem motam vel præparatã, quia tunc non poſſet eſſe teſtis. pro quo bene facit tex.ſecundum Dom.Felyn. in d.c.in literis.in hac l. §. ſi ſeruus. in verbo,ſuſceptæ cognitionis,&c. & ibi Bart. vbi habetur, ꝙ ſi poſt accuſationem inchoatam aliquis emit ſeruum alienum,ne torqueretur contra ſe, iſta fraus ſibi non prodeſt. Attamen teneas contrarium in hoc paſſu, ſecũdum quod tenet Cyn.in d.l.2.C.de teſtib. & Ioannes Andræas in additio.Spec.vbi ſuprà.vbi tenent, quòd famulus expulſus à domino,dummodo non ſit expulſus,ſeu dimiſſus ſimulatè,id eſt ad tempus, etiam ſi appareat eũ eſſe dimiſſum vt teſtificetur, iſta non dicitur fraus, quia non dicitur eſſe in dolo , quia parat ſibi probationem per aliquod factum , ſine quo alias ſuccumberet.l.at qui natura.§.cum me abſente. in tex. & glo.ibi.ff.de neg.geſt.Nec obſt.dictus §. ſi ſeruus. quia reſpondet D.Fely.in d.c.in literis. quòd ſubtrahere probationem aduerſario, bene eſt dolus, qui prodeſſe non dẽt procuranti hoc,vt habetur per Ioannem And. & alios in c.fin.
2 de teſtib.ſed parare ſibi probationem nõ eſt illicitũ.† Quomodo autẽ cognoſcetur, quãdo famulus eſt expulſus ſimu latè à domino,vt dicat teſtimonium.In quo Dom.Felynus poſt alios in d.c.in literis.dicit hoc cognoſci, ſi incontinenti talis famulus rediret ad dominum, ſecus ſi ex interuallo , per l.ſi ventri.§.in bonis.ſ.de priuileg. credito. Et ideo dicit Bar.in l.fi.C.de donat.inter virum & vxorẽ. ꝙ iſto caſu duo ſunt , quæ faciunt ceſſare ſuſpitionem ſimulationis videlicet, longum interuallum , vel ꝙ antequàm famulus redeat ad dominum poſuerit ſe cum alio, vel quæſierit ſe ponere. Et ſubdit, quòd neceſſe eſt ꝙ iudex in hoc arbitretur, quia aliàs fieret fraus.& oportet intelligere longum interuallũ, ſcilicet poſt teſtificatum . ſi enim ante curriſſet interuallũ , & facto teſtificatu reuerteretur ad dominum, non ſufficeret,quia actus ſequens declarat animum præteriti tẽporis. l.ſed & Iulianus. §. mutui. ff.ad Macedonianum . Quinimò dicit Bal.in d.c.in literis , quòd famulus eſt diligenter interrogandus,quare fuerit repulſus à domino,& an ſit reuerſurus,necne.& quòd ſi eſt vilis pſona & ſuſpecta, quòd ſuper hoc poterit torqueri,argum.l.quicunq;.in fi.& l.mancipia. C.de ſeruis fugit.de quibus etiam Salyc.in l.ſeruus. C.eo.de
3 quæſt. †Quid autem in procuratore reuocato,an poſſit teſtificari de illis, quæ vidit dum erat ꝓcurator & exercebat officium? vide Bal.in d.c.inſuper.& in d.c.in literis. & Bal.in l.dictantibus.C.de teſtamen. & Barto. in d.l.deferre.§.idem
4 decreuerunt.de iure fiſci. † Et circa dicta de famulo teneas menti vnum no. quòd quandoque famulus etiam ſtans ad ſeruitium domini,poteſt dicere teſtimonium pro ipſo domino,tanquam ſi cum eo non ſtaret,& ſibi creditur, quod eſt,quando ipſe famulus non habet ſalarium à domino, nã tali caſu admittitur ad teſtificandum pro domino,ſm Speculatorem in tit.de teſte. §. 1.verſ.ſed de quo mercenario , quod dictum refert & ſequitur Ludo.Roma.in conſ. ſuo 420.incip. propoſita quæſtio videtur decidi per Dominos meos,&c. de quo dixi ſup.in hac lege. in §.ad quæſtionem. poſt princip. & in ſingulari meo 5.incipien. regula eſt, &c.
5 quod eſt notandũ. †Quid autem de facto pubere,an poſſit ferre teſtimonium de illis,quæ vidit in pupillari ætate? Spe. in titu.de teſte.§.1.in verſ.ſed nunquid factus pubes,&c. dicit quòd ſic,præſertim de his quæ vidit,dum erat proximus pubertati.& idem dicit eſſe de illo, qui aliquid vidit in furore,quia poteſt de illis deponere,cum effectus eſt cõpos mẽtis.& idem dicit in effecto cæco, quia poterit deponere de illis,quæ vidit antequàm eſſet cæcus.Idem tenet Azo de facto pubere in Summa,de teſtib.in 1.col.in fi. & Hoſtien.in Summa,in titu. de teſte. in §.2.verſ.ætas,&c. De qua tamen quæſtione vide Ioan.And.in additio. Spec. in d.verſicu.ſed nũquid factus pubes,&c. vbi poſt multa dicit,ꝙ ipſe admitteret adultum in teſtem ſuper his, quæ impubes viderat, ſi talia ſunt illa, quæ cadere poterant in ipſorum tunc impuberum intellectum , & nõ ſolum admitteret impuberem, ſed etiam infantem ſuper illis, quæ ipſe infans capere poterat in ipſius intellectu.De qua quæſtione videas glo.in §.teſtes.Inſti.de teſtamen.& glo.in l.3.§.lege Iulia.ff.de teſtib.& glo.in l.ad teſtium.§.1.ff.de teſtamen. & vtrobiq; per Doct. Bal.in l.prima,in 26.colum.de ſacroſanctis eccleſ. in repe.& glo.in c.relatum.23.q.4.glo.in l.notionem. §.inſtrumento-
6 rum.inf.de verb.ſignifica. † Et teneas menti vnum , quòd ſi teſtis familiaris vel domeſticus affinis partis, vel aliter inhabilis ſit receptus, ignorãte aduerſario ſuam inhabilitatem, ꝙ dictum ſuum non probat , nec etiã facit pręſumptionẽ, vt ex ea deferatur iuramentum in ſupplementum probationis.ita dixit Spec.in titu.de teſte. in §. 1.in verſ.quid ſi teſtis domeſticus receptus eſt, &c. alleg. ad hoc c.at ſi clerici. de iudic.Et ex iſtis redditur expeditus iſte §.quò ad text.Venio ad vnicam glo. quæ clara eſt in ſui principio . ſed circa finem glo.arguit contra iſtum tex.de tex.in l.ſeruos.C.eod. de quæſt.& in l.extraneo.§.fi.& in l.vnius.§.ſeruus eius.infra eo.in quibus habetur, ꝙ ille qui liberatus eſt à ſeruitute alicuius, tamen non poteſt contra eum dicere teſtimonium in memoriam priſtinæ ſeruitutis,ſed hic dicitur contrariũ, ergo tu ſoluas ſecundùm quòd ſentit glo. in ſui principio , videlicet, quòd hic tex. loquitur in ſeruo , qui liberatus eſt à ſeruitute domini propter delictũ ipſius domini, ex quo bona ſua fuerunt publicata. Sed contraria loquuntur in ſeruo liberato à domino , non propter delictum domini, ſed propter aliam cauſam , ideo non obſtant. & ſic redditur expeditus iſte §.Sequitur.§.ſi ſeruus.

SVMMARIVM.

1 ☞ *An & quando in generali ſermone compræhendatur perſona loquentis numero 2.*
3 *In generali obligatione bonorum non veniunt ea,quæ quis non eſſet ſpecialiter obligaturus.*
4 *Vnumquodque etiam minimum verbum poſitum in contractu, intelligitur appoſitum cum miniſterio aliquid operandi.*
5 *Si non habeo niſi filios ſpurios , & Titius hoc ſciens mihi concedit emphyteuſim vel feudum pro me & filijs meis, tale feudum vel emphyteuſis tranſibit ad filios meos ſpurios.*
6 *Indefinita,an æquipolleat vniuerſali.*
7 *Conditio teſtis, an inſpiciatur tempore litis incœptæ,vel tempore depoſitionis.*
8 *Teſtis, qui tempore contractus non erat meus domeſticus, ſi poſtea efficiatur meus domeſticus, an poterit pro me teſtificari.*
9 *Si impetraſti iudicem illum quem habebã in teſtem contra te, ut in cauſa non poſſit teſtificari,an poſſim petere, vt alius iudex detur.*

§.Si ſeruus. Et hoc intendit.Manumiſſio ſerui facta ſub cõditione ne torqueatur, intelligitur tantum ꝯ dominum,ſecus ꝯ alios, & conditio teſtis attenditur tpe litis incœptæ, & non ex poſt. h.d.vſq; ad §.ſi qs dicatur.Caſus,&c. † No.ex hoc tex. ꝙ in generali ſermone negatiuo ſolùm intelligitur perſona loquentis eſſe excepta,quod vr̃ cõtra regulam illam,ꝙ in generali ſermone non cõpræhenditur perſona loquentis,vt eſt text.in l.inquiſitio.C.de ſolu. vbi eſt no. caſus, ꝙ in generali ſermone non comprædenditur perſona loquẽtis. Et ad idem etiam eſt tex.& gl.in l.ſi mercedem.§.fi.ff.de actio.emp. & in l.qui inſulam.§.fi.ff.loca. vbi eſt tex. multum not. Et facit glo.in c.1.§.fi.in tit.hic finitur lex Conradi.& incip. conſue. regni. quæ dixit, quòd ſi vaſallus iurauit domino fidelitatem & eum iuuare contra omnem hominem mundi,non intelligetur eum iuraſſe eum iuuare contra ſeipſum. Et facit, qđ voluit Bart.in d.l.ſi mercedem. in §.fi.ſ.de actio.emp.vbi dixit , quòd ſi ruſticus vendit tibi fundum ſaluo iure coloni ſeu laboratoris, intelligitur de omnibus alijs, præterquàm de ipſo venditore.& hoc per illum tex. pro quib. etiam faciunt dicta per Domi.Alex. in l. Paulus. in §. fin. de pignor. vbi text. ille videtur facere contra prædicta , nam ibi probatur, ꝙ in generali ſermone continetur perſona loquentis.

tis, ſed tamen ille tex.non obſtat prædictæ regulæ, quia ibi
ſeruus faciens obligationem, non habetur vt perſona, ſed
magis habetur vt res quædam, nimirum ſi venit ibi in obli-
gatione rerum generali, ſecundùm Bart.ibi. Et facit etiam,
quod voluit Bald.in l.frater à fratre. in 2. col. ff. de condict.
indebi.vbi dixit, quòd ſi quis promiſit accõmodare alicui
turrim contra omnem perſonam, ꝙ non tenetur accom-
modare contra ſeipſum, nec contra deſcẽdentes. qđ etiam
voluit Bal.in l.cum acutiſſimi. C. de fideicommiſ. & Ioan.
de Imo.in clem.1.de iureiuran.& Dom.Alex.in d.l.Paulus.
§.fi.ff.de pigno.& vide Bal.in l.& qui. C. de diſtrac. pig. poſ-
ſent tamen aliqua in contrarium adduci, ideo puto ꝙ cir-
ca hoc non poſſit dari vera doctrina, ſed poſita pro vera di-
2 cta regula. † Limita eam non procedere quando in ipſo ge
nerali ſermone non poſſet comprehendi, nec cõtineri alia
perſona, quàm perſona loquentis, quia tali caſu in generali
ſermone comprehenditur perſona loquentis. Ita multum
notanter dixit Bart.per illum tex. in l.ſi quis legauerit. ff. de
leg.1.vbi limitando illud, quod dixit in d. l.ſi mercedẽ.in §.
fin. ff.de actio. emp. videlicet, quòd ſi ruſticus vendit alicui
fundũ ſaluo iure coloni ſeu laboratoris, qui habet medieta
tem fructuum, quòd tali caſu ſi nullus alius reperitur colo-
nus, niſi ipſe ruſticus vendens, quòd comprehenditur ipſe,
qui non obſtãte dicta reſeruatione facta de dicta parte fru-
ctuum, nihil debebit habere. quã doctrinam etiam appro-
bat D.Alex.in d.l.ſi mercedem.§.fin.quòd eſt notabilis limi
3 tatio & reſtrictio ad prædicta. † Pro qua faciunt optimè
quamplura ſimilia.& primò facit, nam habemus, ꝙ in ge-
nerali obligatione bonorum, non veniunt ea, quæ quis nõ
eſſet ſpecialiter obligaturus.l.obligatione generali. ff.de pi-
gno.cũ ſimilib.tamen iſtud fallit & limitatur, niſi ipſe obli-
gans non haberet alia bona, niſi bona quæ ſpecialiter quis
non eſſet obligaturus, & hoc voluerunt Moder.in d.l.obli-
gatione generali.& ratio põt eſſe, quia ſi aliter diceremus,
ſequeretur ꝙ talis obligatio & contractus nihil operare-
tur, quod non eſt dicendum, argum.§.quibus.in prima con
ſtitutione.C.& l.ampliorem.§.in refutatorijs. C.de appella.
& c.ſolitæ.de maioritate & obedientia.cũ vulgar. Quinimò
dixit ſingula. Bal. in Rubr.C.de contrahenda emptione. in
4 8.quæſt. † quòd vnumquodq; verbum etiam minimũ ap-
poſitum in ꝯctu, intelligitur eſſe appoſitum cũ miniſterio
aliquid operandi.quod dictum refert & ſequitur Do.Alex.
in conſ.ſuo 151.inci.viſo themate. in 2.colum. in 2 volum.
& in conſ.ſuo 157.incipien.in cauſa & lite. in 3. col. in eod.
volum.& in conſ.113.inci. ſuper quæſitis,&c. in fi. in 5. vo-
lum. & Ioannem de Anania in conſ.98.incipien.viſis,&c.
☞ Et Socin.in conſ.73.incipien.circa primam.in 3.colum.]
Secundò pro hac limitatione optimè facit tex. valde nota-
bilis, coniuncta glo.in l.pediculis. §. item cum quæritur.ff.
de auro & argento legato. vbi habetur, ꝙ licèt in generali
legato non veniant res venales.l.generali.§.vxori.& ibi Iac.
But.ff.de vſufruc.lega.cum ſimilibus.tamen fallit, niſi ſub ta
li legato non poſſent niſi tales res includi, quia tunc conti-
nerentur in legato. Ita etiam firmat Lud.Roma.in l.ſi con-
ſtante.ff.ſoluto matr.& Bald.in rub. C. de verb. ſignifica.in
4.quæſt.pro quibus facit text. in l.fundus, qui locatus. ff.de
5 fun. inſtru. † Tertiò pro hac parte facit notabile verbum
Bal.in l.eam, quam.C.de fideicommiſ.in 12.col.ubi dixit, ꝙ
ſi nõ habeo niſi filios ſpurios, & Titius hoc ſciens mihi con
cedit emphyteuſim vel feudum pro me & filijs meis, quòd
tale feudũ vel emphyteuſis tranſibit ad filios meos ſpurios.
quod dictum refert & ſequitur Barba.in c.veniens.in 1.col.
extra de ac. & in c.nõnulli.de reſcrip.in 5.char. pro quo eſt
optimus tex.quem alleg.Bal.in l.hæredibus.§.fi.ff.ad Trebel.
Et facit, quod voluit auunculus meus, Do.Hiero. de Zane-
tinis Doctor, non fallor, excellentiſſimus, in quodam conſi
lio ſuo incipien.In Chriſti nomine,&c. punctus, ſuper quo
petitur conſilium,&c. quod eſt inſertum inter cõſilia mea.
& in ordine eſt conſilium 35. vbi in ſecũda charta ſibi con-
ſuluit, quòd ſi recipiens emphyteuſim non habet niſi vnicã
filiam fœminam, & eſt cõſtitutus in tali ætate, in qua veriſi-
militer & naturaliter homo non poteſt generare filios,
iuxta l.ſi maior.C.de legi.hæred. quòd hoc caſu concedens
emphyteuſim tali viro pro ſe & filijs, poſtquàm veriſimili-
ter non poterat habere alios, videtur & intelligitur conceſ
ſiſſe ipſi & dictæ ſuæ filiæ fœminæ, poſtquàm illud verbũ,
filijs, non poterat verificari in alio. alleg. in argumen. l.no-
minatim.ff.de liber.& poſthu. vbi habetur, quòd qui habet
vnicum filium tãtum, poteſt dicere, exhæredo filium meũ,
& tunc dicitur nominatim exhæredatus, poſtquàm nõ ha-
bet niſi vnicum.& voluit Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres.
in fi.ſextę quæſt.ff.de verbo. obliga. vbi videtur expreſsè re-
miſſum fideicommiſſum per hæc verba, videlicet; remiſit
omne ius quod habet, licèt non faciat expreſſam mentio-
nem de fideicõmiſſo, quando nullum aliud ius erat vel ſibi
competebat, niſi ius fideicommiſſi.nam tũc videtur nomi-
natim & ſpecialiter remiſſum, argum.dictæ l.2.ff.de libe. &
poſthu. & ibi etiam plura allegat ad illud, quòd diſpoſitio
ſeu contractus debet taliter interpretari, quòd non redda-
tur inutilis.ad quod etiam facit tex. in l.Titia cum teſtamẽ-
to.§.Lucius.ff.de leg.2.& dicta per Abb.in c.in præſentia.in
quinta colum. de probationib. Et facit etiam quod voluit
Bal.per illum tex.in l.quibus diebus. ff.de condi. & demon.
vbi dixit, quòd licèt teſtator mandãdo quòd ſoluantur de-
bita, non intelligatur de præſcriptis cum bona fide, tamen
ſi nulla alia debita habebat niſi præſcripta, intelligitur de il-
lis. Et dixit Bal.per illum tex.in l.ſi ita ſcripſiſſet. ff.de legat.2.
quòd licèt legato credito intelligatur de puro, & non de in
diem, niſi adijciatur, vt ibi, & tamen ſi nullum habebat cre-
ditum purum, intelligetur de eo, quod habebat in diem. Et
faciunt dicta per Bal.in l.ſi quis poſthumos.in prin.ff.de lib.
& poſthu.ꝑ gl.ibi, vbi dixit, quòd licèt aliàs in priuilegijs ver
bum, filijs, non intelligatur de adoptiuis.l.1. §. adoptiuus. ſi
de feu.fue.controuer.& voluit Specu.in titu. de loca.§.nũc
aliqua.verſicu.68.tamen hoc fallit, vbi verbum, filijs, nõ poſ
ſet verificari niſi in adoptiuis, vtputa, ſi erat talis, qui nõ po-
terat generare, vel clericus in ſacris conſtitutus. Et facit ꝙ
voluit Bal.in tit.de pace Cõſtan. in §.vaſſalli. il ſecondo, vbi
dixit, quòd ſi quis conduxit fundum tempore guerræ, &
impediatur propter guerram vti re locata, quòd non pote
rit petere remiſſionem, quia talis conductio non poterat
intelligi de alio tempore, & dicit quòd ita tenet Cy.in addi.
in l.ex conducto.§.1.ff.loca.& idem tenet Bal. in l.ſi ea lege.
in vlti.col.C.de vſur.quos refert & ſequitur Domi.Alexan.
in conſ.ſuo 6 incip.videretur,&c. in vlt.colum.in 2.volum.
Et faciunt, quæ voluit Domi.Abb.& poſt eum Dom. Fely.
in c.poſtulaſti.extra de reſcrip.vbi dixerunt, quòd licèt lite-
ræ ad eccleſias cathedrales quò ad beneficia earum nõ in-
cludant canonicatus, vt dicunt omnes in c.fi.de præben.ta-
men fallit, vbi in loco non ſunt alia beneficia. Et faciunt di-
cta per Albe.de Roſa.in l.1.§.1. in 1.colum. ff.de offi. præfe.
vrb.vbi dixit, quòd licèt legato blado, quod quis habet in ci
uitate, non veniat illud, quod habet in diſtrictu, tamen ſi te-
ſtator non habebat granum niſi in diſtrictu, illud veniet in
legato. Item ad prædicta adduci poteſt tex.in l.ſtipen dia.&
ibi Docto.C.de execu. rei iudi. & glo. in l. ſpem. C. quæ res
pig.oblig.poſ.in l.executores.eo.tit. & glo. in l.commodis.
ff.de re iudi. Et faciunt dicta per Dom.Alexand.in conſ.ſuo
68.incip.viſis,&c.in 2.colum.poſt medium. in 5. volu. & in
conſ. ſuo 207.incip. viſo ſummario. in 2. colum. & facit in
arg.tex.in l.ſi vt certo.in §.planè.ff.commo. vbi dicit text. ꝙ
ſi tu mihi commodaſti equum tuum, vt irem ad bellum, ſi
talis equus ſit mortuus in bello, non teneor tibi ad ſoluen-
dum equum, quia ſciebas vel ſcire debebas aliud regulari-
ter & communiter non poſſe euenire de equo tuo, quia
communiter equi interficiuntur in bello, iuxta illud, Salus
nulla bello,&c. de quo per Saly. in l.quoniam. in 8.colum.
C.ad leg.Iul.de vi.& per Alex.conſ.112.in 4.col. in 1.volu.&
facit tex.in l.arboribus.§.nauem.ff.de vſufruc. vbi eſt bonus
tex.& dicta per Ludo.Roma.in conſilio 395.inci.vt res,&c.
circa med.& per Bald.in l.licèt.verſic.ſecundo quæro. C.lo-
ca. Item pro prædictis etiam facit no.theorica Pau.de Caſt.
in conſ.ſuo 284. incip. in facto præſenti non intendo adu-
lari,&c. ubi dixit, quòd licèt in dubio Princeps nõ videatur
vti plenitudine poteſtatis, tamen quando actus eſſet inuti-
lis, & aliàs non valeret niſi Princeps vteretur plenitudine
Poteſtatis, tunc in dubio Princeps intelligitur vti plenitu-
dine Poteſtatis.alleg. l.etiam. ff. de bo. lib. quod dictum re-
fert Dom.Alex.in l.2.in verſi.iuxta prædicta. C. de teſt.mili.
& ibidem in primo nota.illius legis.de quo dixi in ſingula.
meo 84.incip.Princeps,&c. pro quibus etiam faciunt dicta
per Dom.Felyn.in c.1.in 5.& 6.col.de reſcrip. & quæ ſcripſi
in l.1.in princip.in fi.primæ char.ff.de pigno. Vltimo ꝓ præ-
dictis adduco no.doctrinam Do.Nelli.in tracta.bannito.in
3.parte ſecundi temporis, in quæſtione 12.vbi dixit, ꝙ ſtan-
te ſtatuto, quòd banniti debeant eximi de bãno ſoluta cer-
ta quãtitate, quòd non gaudebit beneficio dicti ſtatuti ban
nitus pro falſitate, vt voluit Bart.in l.Lucius.ff.ad Turpil.de
quo dixi in ſingu.meo 163.incip.crimen falſi,&c. Quod ta-
men limitat ibi ipſe D.Nellus, niſi in carceribus, vel in ban-
no non eſſent alij banniti pro alia cauſa quàm pro falſitate,
qa tunc bãnitus pro falſitate gaudebit beneficio dicti ſtatu
ti, & dicit quòd etiã gaudebunt beneficio dicti ſtatuti ban
niti pro falſitate, quãdo eſſent tres banniti & carcerati, quo-

rum duo erant banniti pro falſitate tunc enim cum aliter
rectus ſermo pluralis numeri poſitus in ſtatuto verificari
non poſſit,ad illos porrigitur. alleg. in arg. l.fi. ff.ad Trebell.
& hanc doctrinam pro no.refert & approbat Domi. Ioan.
Bapti.de ſancto Seuer.in repe.l.omnes populi.in 112.col.ff.
de iuſtit.& iure.in prin.& hanc doctrinam & limitationem
no.ad dictum Bart. in d.l.Lucius. potes addere ad ſingulare
meum præallegatum 103.incip. crimen falſi, &c. Et videas
ad ſupradicta etiam quæ ſatis latè dixi in alleg. ſeu cōſ. meo
53.incip.quæritur à me,&c. Tene menti prædicta,quia no-
tabilia ſunt,& ea fortè ſimul redacta alibi non inuenies, qa
ego ſolus iſta ſimul cumulaui,& aliqua alia nota.in hac ma
teria poſui in l.1.C.quæ res pigno.oblig.non poſ. & vide ēt
not.dicta per Do.Fely.in c.ſedes.in pen.col.de reſcrip. [Pro
iſtis facit optimè,ꝙ dixit Soci.in conſ.ſuo 130.incipien.viſa
6 contingentia.in 4.col.] † Redeo modò ad tex. noſtrum.ex
quo noto, quòd indefinita non ęquipollet vniuerſali. ita
optimè probat iſte tex.inquantum vult,quòd iſta verba in-
definita,ſcilicet ne torqueatur, intelliguntur tantum cōtra
ipſum dominum,non autem contra alios. & ſic iſte tex.po
teſt allegari,quòd in manumiſſionibus indefinita nō ęqui-
pollet vniuerſali,licèt in alijs regula ſit in contrarium,vt ha-
betur in l.ſi pluribus. ff.de legat. 2. & in c.ſolitæ. de maio.&
obedien.in l.1.per glo.& Bart.& alios. ff. de reg.iur. de quo
7 dixi in ſingula.meo 171.incip.audiuiſti aliàs,&c. † Item no.
ex iſto tex.quòd conditio teſtis inſpicitur tempore litis in-
cœptæ.de quo dixi s̃.in §.proximo. Sed contra hoc facit, ꝙ
habetur in l.3.§.lege Iulia.s̃.de teſtib. vbi habetur, quòd in-
ſpicitur cōditio teſtis,quæ eſt tempore quo deponit. ergo
Bart.hic dicit,quòd iſtud eſt verum, niſi mutauerit condi-
tionem ſuam in fraudem teſtimonij. de quo dicit fore hic
caſum,quia tunc attenditur tempus motæ litis. & ideo di-
cit, quòd ſi aliquis vt remoueretur à teſtificando contra ali
quem tanquàm ſocium criminis fecit ſe accuſari de eodē
crimine,quòd per hoc non nocebit ei, qui volebat eū pro-
ducere in teſtem contra illum. ad quod etiam alleg. §.cum
quis,infra in hac lege. [Vide Alexand.conſ.253. inci.quæri-
tur.in 6.volum.] Bar.poſt ea format quæſtionem videlicet.
8 † aliquis tempore contractus non erat meus domeſticus,
nunc eſt effectus meus domeſticus,an poterit pro me teſti
ficari? & hic textus videtur probare quòd ſic. Sed ꝯrium te-
net Dy.ſecundum eum,in l.3. §.lege Iulia. s̃.de teſt.quia de-
bet inſpici tempus præſens,ut l.peto.§.fratre. ſup.de legat.2.
& l.ſi cognatis.ſup. de rebus dub.& ideo propter hoc Bart.
hic venit ad aliā diſtinctionem hoc modo, videlicet, quan-
doq; teſtis mutat conditionem ſuam abſq; opera alicuius
ex partibus, & tūc inſpicitur tempus, quo teſtimoniū pro-
fert,vt d.§.lege Iulia.& l.notionem. §.inſtrumentorum. inf.
de verb.ſignifica.quandoque mutat conditionem ſuam fa-
cto alicuius ex partibus,tunc ei cuius facto conditionē mu
tauit,non prodeſt talis mutatio,& hoc caſu habet locū tex.
iſte dicit etiā ipſe Bar. quòd ſi qualitas ſuperueniens in per-
ſona teſtis eſt talis,quæ de facili poteſt mutari, deberet fieri
mutatio qualitatis. exemplum in illo, qui emit ſeruum vt
non poſſet contra eum teſtificari, nam talis emptor poteſt
cogi vendere talem ſeruum, per l.ſi poſtulauerit. §. iubet.s̃.
de adulte.Similiter dicit, quòd ſi tu impetraſti iudicem de-
legatum illum,quem habebam teſtem contra te vt in cau-
ſa teſtificari non poſſet, tunc poſſum petere vt detur alius
iudex,quia illum volo in teſtem producere.caſus eſt in c.di
lecto.extra de teſti.ita reſidet Bart.hic: ego autē poſſem ali-
qua addere dictis per Bart.hic,quæ reſeruo dicere poſt Bar.
9 infra in hac lege,in §.cum quis.vbi videre poteris. † Non ta-
men omitto vnum, quòd dicit Dominus Alexander hic,
circa illud de iudice impetrato, videlicet, quod iſtud eſt li-
mitandum,niſi iudex talis declaret ſe nihil ſcire in illa cau-
ſa,quia tunc non debebit reuocari. Ita dixit Innoc. ſecun-
dum eum, in d.c.dilecto. ad quod etiam facit, ſecundum
eum,quòd in ſimili dixit glo.in l.fin.s̃.de teſti.& in d.c.dile-
cto.& Bal.in l.ne in arbitris.C.de arbi.vbi alleg. d.l.fin. ſupra
de teſtib.& d.c.dilecti. Et per iſta redditur expeditus iſte.§.
Sequitur.§.ſi quis dicatur.

S V M M A R I V M.

1 Stante ſtatuto, quòd Notarius committens falſum ſit priuatus officio tabellionatus,attamen poteſt facere inſtrumenta & valēt, licèt commiſerit falſum,ſi tale falſum non fuit deductum & probatum, & ſecuta fuerit ſententia iudicis.

2 Non ſufficit dicere, ſed illud quod dicitur debet probari,quod limita vſque in fin.

3 Statutum dans præmium aliquod accuſanti, intelligitur ſi ipſe accuſans probauerit contenta in ipſa accuſatione.

4 Licèt Notarius in teſtamento aſſerat teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis, tamen per illa verba non eſt probata ſanitas mentis teſtatoris, attamen per hoc redditur Notarius falſarius.

5 Verba iudicis poſita in ſententia videlicet,viſo libello,viſa litis conteſta.viſa citatione & ſimilia, non probant quòd ipſe iudex viderit prædicta.nu.10.

6 Licèt Notarius in actis cauſæ ſcripſerit, tales teſtes iurati depoſuerunt,tamen per hoc non probatur quòd ipſi iurauerint.

7 Licèt Notarius in inſtrumento alienationis rerum eccleſiæ aſſerat tractatum de alienando tales res præceſſiſſe, tamen per talia eius verba non probatur, quòd talis tractatus præceſſerit.

8 Non ſtatur dicto tabellionis atteſtantis ſe vidiſſe aliquid contineri in alio inſtrumento.

9 Verba Notarij appoſita in inſtrumento videlicet, dedit & cōſignauit,&c. non probant traditionem.

12 Solennitates aſſertæ vel allegatæ in decreto iudicis, præſumuntur interueniſſe abſque eo quòd probentur.

13 Creditur aſſertioni & dicto Papæ abſque alia probatione.

15 Notarius releuat quem ab onere probandi, non autem ab onere proponendi & allegandi.

16 Iuris præſumptio allegata per aliquem, operatur quòd talis non tenetur probare quæ aſſerit, quia iuris præſumptio eſt liquidiſſima probatio, quæ transfert onus probandi in aduerſarium.

17 Laudum latum non præcedente compromiſſo eſt nullum,niſi quando ferebatur arbiter dixiſſet,viſo compromiſſo in nos facto,& partes fuiſſent præſentes & non contradixiſſent, quia tunc valet.

18 Quid dicenti incumbit onus probandi.

19 Qualitas extrinſeca, an præſumatur.

§.Si quis dicatur.

Et hoc intendit. Seruus
inutiliter emptus non po-
teſt contra dominum torqueri, niſi prius conſtet emptio-
nē nō valuiſſe.h.d.vſq; ad §.Antoninus Seuerus. Caſus,&c.

Noto ex hoc tex.primò,quòd quò ad dicēdum teſtimo-
nium contra dominum, idem operatur ſeruitus inualida
ſicut operatur valida, donec conſtet ipſam eſſe inualidam.
Ita probat iſte tex.hic. No.etiam iſtum tex.ad vnum videli-
cet, quòd licèt actus ſit inualidus,attamen non poteſt con-
11 nis.† Faciunt etiam no.verba Ludo.Roma.in conſi.ſuo 346. incip.in hac cauſa,&c.in 2. colum. vbi dixit, quòd confeſſio geminata non eſt reuocabilis prætextu erroris vel falſitatis. allegat ad hoc caſum in l.1.C.de plus pet.ſubdit etiam, quòd confeſſio facta poſt terminum deliberatum prætextu erroris,non poteſt reuocari.alleg.gl.in c.ex literis.de diuor.quam ſequitur Arch.in c.fina. de iureiur.in 6.& in c.1.de accuſa.eo. lib.[Vide Dom. Philip.Decium in conſi.ſuo 185.incipien.in cauſa.in vlti.colum.vide Iaſ.in l.error.in vlti.colum.C. de iur. & fac.ign.] Et faciunt optimè dicta per Dominum Alexan. in conſilio 215.incipien.nec arguendi, &c. in 7.colum. in 2. volum.& per Dom.And.Barba. in conſilio ſuo 37. incipien. viſo puncto,&c.in 3.colum.in 3.volum.& ibidem, in conſi. 88.incipien.in contingentia,&c.in 2.char.& faciunt dicta per Moder.in l.prima.§.hęc autem.ff.quod quiſque iuris.& dicta per me in conſilio meo 13.incipien.cauſa vertente,&c.in 2. char.Tene menti prædicta ad propoſitum dictę glo.l. capite
12 quinto.& ad materiam geminationis.† Modò redeundo ad tex.noſtrum,dico vnum, quod nunquam exeat mentē tuā, tanquam ſingulare & præcipuum; videlicet, quod dicitur hic in tex. noſtro, quòd non ſemper eſt ſtandum confeſſioni factæ in tormentis.Tu dicas quòd inter alios caſus,in quibus non ſtatur confeſſioni factæ in tormentis,eſt vnus caſus notabilis, qui nedum habet locum in confeſſione facta in tormentis, ſed etiam habet locum in confeſſione facta ſine tormentis, qui caſus eſt quando reus confitetur vel in tormentis, vel ſine ſub promiſſione indulgentiæ ſeu gratiæ ſibi fiendæ, vt puta ſi iudex dicit ipſi reo in tortura vel extra torturam, Confitearis delictum, quia promitto tibi indulgere & tibi facere gratiam. ita ſingulariter & mirabiliter dixit Io. de Imo.in conſilio ſuo 109.inci.viſa inquiſitione,&c.& mouetur ad hoc dicendum per id,quod legitur & notatur in capit.ſanè.de renun.& per id,quod not.gloſ.in l. item ſi pretio. §.fina.ff.loca. [Et facit gloſ.in l.ſecunda,in glo.penul.ff.quando actio de pecu.eſt anna.quæ dixit,quòd cōfeſſio facta perſuaſione aduerſarij poteſt reuocari.& idem per illam glo.dixit Barto.in l.error.in ſecunda colum.ff.de iur.& fac.igno. & in l.2.in 3.colum.ff.de confeſ.& Dom.Nico.Millus in ſuo reper.in verbo,confeſſio.in verſic.confeſſio perſuaſione aduerſarij.vbi allegat hoc voluiſſe Domi.Anton. in capitu. fina. in penult. colum. de confeſ.] Pro quo etiam facit, ſecundùm eum,quia ſicut iuramentum per dolum extortum non debet nocere iuranti,vt habetur in cap.cum contingat.de iure-iu.& in cap.quamuis.de pact.in 6.ita eadem ratione confeſſio dolo extorta non debet nocere confitenti. argum.l.illud.ff.ad legem Aquil.& capit.2.de tranſlatio.prælato.Et ſatis videtur dicta cōfeſſio iuris præſumptione fuiſſe per dolum extorta,ex quo perſuaſum ſibi fuit, quòd ſi confiteretur fieret ſibi gratia & liberaretur, & quòd aliter non poterat liberari à carceribus.& ductus perſuaſionibus prædictis,fuit confeſſus, cum ante negaret, ex quo poſtea non fit ſibi gratia per prædicta iura.tene menti,quia eſt dictum ſing. & aureū, de quo dixi in ſingulari meo 201. incipi. in confeſſum, &c. nec memini me hoc dictum alibi vidiſſe. Et per iſta ſunt expedita textualia omnia.

Gloſ.ſimiliter ſunt claræ. prima enim opponit, dicitur in iſto tex.quòd confeſſioni factæ in tormentis nō ſemper eſt ſtandum. Sed contra de tex.in l.edictum. infra eod. vbi habetur, quòd imò ſtandum eſt talibus confeſſionibus.Soluit glo.dicens,quòd illa lex intelligitur ſecundum iſtam; videlicet, quòd non ſemper etiam in illo caſu ſtatur confeſſioni, niſi alia cōcurrant, de quibus hic,& ſupra in hac lege,in princip.gloſ.prædicta allegat pro hoc.l.2. C. quorum app. vbi habetur, quòd confeſſus in tormentis vel formidine tormentorum, auditur appellans, quod ſecus eſt, vbi ſponte confeſſus eſt. Gloſ. ſecunda clara eſt & expoſitiua. & no.quòd ex varijs cauſis quis format ſuam opinionem, & illam mutat.ad quod alleg.bonum tex.in l.quia poterat.ſupra ad Trebel.vbi eſt bonus tex.ad hoc.& allegat etiam alia iura,de quibus in ea. Et ſic iſte tex. & gloſ. optimè allegari poſſunt ad illud videlicet,

Mille hominum ſpecies & rerum diſcolor vnus:
Velle ſuum cuique eſt,nec voto viuitur vno,&c.

Sequitur modo. §. præterea.

SVMMARIVM.

1 *Inimicus repellitur à teſtimonio.*
2 *Inimicus non admittitur ad accuſandū,etiam in criminibus exceptis.*
3 *Inimicus præſumptus repellitur à teſtimonio.*
4 *Inimicus antiquus reconciliatus admittitur in teſtem, ſecus in reconciliato de proximo.num. 6.*
5 *Iudæus qui de proximo eſt effectus Chriſtianus,non poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianum.*
7 *Inimico non creditur etiam in mortis articulo.*
8 *Quis dicatur inimicus,& quot modis.nu.9.10.11.20.22.*
11 *Quæ fiunt contra voluntatem facientis,non imputantur ipſi facienti.*
12 *Teſtis licèt ſit citatus à iudice dicitur ſponte deponere, niſi alleget excuſationem.*
13 *Virgo inuita cognita non perdit virginitatem.*
14 *Recipiens ad vſuram inuitè non peccat,licèt ſit cauſa vſuræ.*
15 *Intellectus.l.ſi dictum.§.ſi compromiſero.ff.de euictio.*
16 *Stante ſtatuto quòd ſi beſtia alicuius damnum dederit teneatur dominus ſoluere x.hoc caſu ſi beſtia alicuius dedit damnum ſine culpa domini,ipſe non tenetur ad illa decem.*
17 *Si ſtatutum punit intrantem palatium certo tempore,non intelligitur punire illum,qui coactè vel inuitus intrauit.*
18 *Stante ſtatuto quòd ſi quis portauerit frumentum extra territorium puniatur, quòd ſi aliquis propter iuſtum timorem inimicorum exceſſit fines comitatus ſeu diſtrictus fugiendo,non incidit in pęnam.*
19 *Pro ſatiſdatione de iudicio ſiſti,non videtur renunciari exceptioni dilatoriæ.*
21 *Non eſt amicus noſter,qui noſtra bona tollit.*
23 *Capitalis inimicus,quis dicatur.*
24 *Inimicitia capitalis,an faciat indicium ad torturam nu.25.26.*
27 *Capitalis inimicitia facit præſumi mandatū de interficiendo ꝓceſſiſſe.*
28 *Legatū factum alteri reuocatur propter ſuperuenientem inimicitiam.*
29 *Inimicitia ſuperueniens inter teſtatorem & hæredem operatur clauſulam derogatoriam & annullatiuam teſtamenti.*
30 *Inimicitia operatur quòd fideiuſſor poteſt petere à debitore, vt ipſum liberet ab obligatione antequam ſoluat, quando inter eos orta eſt inimicitia facto debitoris.*
31 *Executor habens plenum arbitrium diſtribuendi bona teſtatoris, nunquam poterit diſtribuere in inimicum teſtatoris.*
32 *Inimicitia ſuperueniens inter fratres,facit vt non ſuccedant ſibi inuicem ab inteſtato.*
33 *Filio,an & quando liceat occidere patrem.*
34 *Non prohibetur quis exercere fœnus ſeu vſuram contra eius hoſtem vel inimicum.*
35 *Inimicus non cogitur eſſe aduocatus inimici.*
36 *Arbitri ſn̄ia valet,quando orta eſt inimicitia inter ipſum & partem.*
37 *Citatus in loco ſibi inimico,non tenetur comparere,quod tamen limita nu.38.vſque ad nu.43.*
40 *Lex puniens doloſum non extendit ſe ad caſum,vbi dolus committitur aduerſus inimicum aut hoſtem.*
44 *Habens inimicum poteſt petere à iudice vt faciat ſibi caueri de non offendendo,quod amplia & reſtringe,nu.45.cum pluribus ſeq.*

54 *Qui grauatur vel grauari timet ex facto alterius, poteſt officium iudicis implorare, vt iudex ante factum inhibeat.*

56 *Timens vim inferri in ſua poſſeſſione, poteſt adire iudicem, & ab eo petere abſque libello vt obuietur, ne vis ſeu iniuria inferatur.*

58 *Si quis non turbat iuriſdictionem delegati, ſed eſt præſumptio vel dubitatio de turbatione, quòd poteſt delegatus ipſum cogere vt caueat de non turbando.*

59 *Obligatio ſine cauſa non valet, & licèt non plenè probet, tamen facit ſemiplenam probationem. nu. 61.*

60 *Pactum de non petendo, non valet ſine cauſa.*

62 *Obligatio ſine cauſa valet, ſi ſuper ea ſit appoſitum iuramentum.*

63 *Confeſſio in iudicio ſine cauſa facta valet.*

64 *Diſpenſatio Papæ, facta ſine cauſa, non valet.*

65 *Donatio ſine cauſa non valet, quando incipit à promiſſione.*

66 *Confeſſio ſine cauſa in criminalibus non præiudicat confitenti.*

67 *In petitione abſolutionis à iuramento requiritur expreſſio cauſæ, aliàs non valet quod agitur.*

68 *Proteſtatio ſine cauſa non valet.*

69 *Proteſtatio incerta nihil operatur.*

70 *Ceſſio alicui facta ſine cauſa non valet.*

71 *Sententia interlocutoria non poteſt à iudice reuocari ſine cauſa.*

72 *Liber mercatoris probat, quando ſcriptura ipſius libri cōtinet cauſam, aliàs non probat.*

73 *Laicus non tenetur obedire Papæ præcipienti aliquid ſine cauſa, quod præiudicet bonis temporalibus.*

74 *In dilatorijs concedendis requiritur cauſa.*

75 *Citatio ſine cauſa non valet.*

76 *Legitimatio filij ſpurij facta à comite Palatino ſine cauſa, non valet.*

77 *Contradicens ſine cauſa, habetur pro conſentiente.*

78 *Nuntiatio ſine cauſa non valet.*

79 *In foro conſcientiæ vbi pars ſcit cauſam non ſubeſſe, non tenetur principi obedire.*

80 *Qui petit decretum interponi, debet allegare & ſpecificare cauſam & illam etiam probare, aliàs non auditur.*

81 *Bannum latum contra aliquem non valet, ſi non continet cauſam.*

82 *Si ſtatutum dicit quòd creditori putanti debitorem ſuum ſuſpectum concedatur familia pro eo capiendo nulla citatione facta: non ſufficit tunc creditori dicere ſe putare ſimpliciter illum ſuſpectum, niſi alleget & probet cauſam talis ſuæ putationis.*

83 *Pauperi remittitur ſatiſdatio fideiuſſoris, & ſtatur ſuæ iuratoriæ cautioni cum generali obligatione omnium bonorum. nu. 85. 96.*

84 *In cauſa criminali non habet locum iuratoria cautio.*

86 *Impoſſibilium nulla eſt obligatio nu. 87. cum plurib. ſequen.*

87 *Impoſſibilitas excuſat appellantem à proſecutione appellationis.*

88 *Teſtamentum factum tempore peſtis cum minori ſolennitate, vel cum minori numero teſtium, valet.*

89 *Peſtis excuſat matrem, quæ non petijt tutorem dare filijs.*

90 *Tabellio nondum matriculatus, poteſt tamen tempore peſtis inſtrumenta condere.*

91 *Quamuis Notarius vnius tribunalis non poſſit cōficere acta alterius, & quamuis ex duobus Notarijs deputatis ad acta, vnus non poſſit ſine alio conficere: tamen iſta fallunt, niſi alius Notarius eſſet impeditus, quia vtroque iſtorum caſuum poterit alter ſubrogari.*

92 *Stante ſtatuto, quòd minores vel mulieres non poſſint contrahere ſine conſenſu vel præſentia ſuorum conſanguineorum, ſi tales conſanguinei non poſſunt haberi, quia non ſunt in ciuitate, ſed in remotis partibus, poterit talis mulier vel tales minores contrahere ſine dictis proximioribus, & valebit talis contractus.*

93 *Filiusfa. patre non exiſtente præſente poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris.*

94 *Propter impoſſibilitatem expectandi ſacerdotem, licitum eſt confiteri ſua peccata laico.*

95 *Si ex forma ſtatuti Villa ſub pœna tenetur emendare damnum datū, niſi denunciauerit malefactorem, tunc ſi tale damnum fuit datum ea nocte, vel alio tempore in quo impoſſibile ſit ſyndico vel hominibus Villæ ſcire malefactorem, quòd hoc caſu non cadit in pœnam ſi non denuntiauit.*

97 *In homine diuite, qui faciliter poteſt inuenire fideiuſſores, ſufficit nuda cautio cum generali obligatione omnium bonorum ſuorum.*

98 *Iudex, qui minus idoneos à diuite accepit fideiuſſores, non tenetur in ſyndicatu.*

99 *Ex dicto capitalis inimici non fit indicium ad torturam.*

100 *Dictum non capitalis inimici, an faciat indicium torturam.*

101 *Suſpectus de capitali inimicitia repellitur à teſtimonio.*

102 *Caſu, quo inimicus capitalis ſit receptus in teſtem de facto, non reconualeſcit eius dictum, licèt ſequatur reconciliatio.*

103 *Inimicitia dicitur durare vſque ad quartum gradum.*

104 *Inimicitia probatur ex euidentiſſimis coniecturis.*

§. Præterea, Et hoc intendit. Non creditur inimico capitali, etiam cum tortura, quod tamen ſecus eſt in inimico leuis inimicitiæ. hoc dicit vſque
1 ad §. cum quis. Caſus, &c. † No. ex hoc tex. quòd non ſtatur dicto inimici, quia inimici facilè mentiuntur. facit tex. in ca. repellantur. & in cap. cum P. & in capit. cum oporteat. & in capit. meminimus. de accu. & habetur in capit. ſi teſtes. 4. q. 3. & in l. liberi. C. de inoffi. teſt. & in authen. ſi verò dicatur. C. de teſti. & in §. ſi verò dicatur. in Authen. de teſti. & in l. teſtium. vbi Barto. & Doctores, ſuprà de teſti. cum ſimili.

Et iſtum textum & ſimiles amplia, quod adeò eſt prohibitus inimicus teſtificari cōtra inimicum, quòd etiam in enormibus criminibus, vt eſt in crimine læſæ maieſtatis, hæreſis, ſymoniæ, & ſimilibus, eſt prohibitus. text. eſt quem ad hoc doc. communiter allegant pro ſingu. in ca. per tuas. de ſymo. & hoc voluit Barto. in l. in quæſtionibus. ff. ad legem Iuliam maieſta. & Specu. in titu. de accuſa. in §. primo. in fi. verbis. & Ludo. Roma. in l. ſi verò. in §. de viro. in 22. colum. ver. quinta decima, &c. ff. ſoluto matrim. de quo etiam per Dom. Abba. in cap. inquiſitionis. §. tertiæ. extra de accuſa. & per Bald. in l. in his. §. primo, in fi. ff. ſoluto matrimo. Et licèt Doc. reputent illum tex. d. cap. per tuas. ſingularem, tamen ego dico, quòd non eſt ſingu. quia ſimilis eſt tex. quem ibi ponderat Abb. in cap. cum P. extra de accu. qui probat, quòd etiam in criminibus exceptis inimicus non admittitur contra inimicū, quod etiam voluit Barba. ibi, & Angel. in l. qui accuſare. ff. de accu. [& in l. famoſi. ſuprà ad legem Iuliam maieſta.] Vbi allegat ad hoc Specu. in tit. de accuſa. §. primo. de quo etiam per Bal. in l. præſcriptione. in 11. colum. verſicu. tertium exemplum.
2 C. ſi contra ius, vel vti. publi. † Pro quo faciunt dicta per Angel. de Are. in tracta. malefic. in verbo, necnon ad querelam. in verſicu. 20. vbi dicit, quòd inimicus non admittitur ad accuſandum. & ibi Domi. Ange. in addi. dicit hoc eſſe verum, etiam in crimine læſæ maieſtatis, & in alijs criminibus exceptis. ad quod allegat Specu. in titu. de accuſa. in prima parte. in §. primo. verſicu. fi. in fi. & alia, de quibus ibi per eum.

3 † Amplia etiam hanc regulam & hunc tex. quòd adeò eſt prohibitus inimicus à teſtificando, quòd hoc non ſolum habet locum in inimico ex animo ſed etiam in inimico præſumpto, ſecundùm Innocen. in capitu. cum I. & A. in fine, de re iudicata. vbi dixit, quòd ille apud quem eſt cauſa inimicitiæ contra illum, contra quem producitur, licèt ipſe contra quem producitur neſciat cauſam illam, vt puta Titius accuſauit Sempronium de aliquo crimine, certè licèt ipſe Sempronius neſciat ſe accuſatum eſſe ab eo, attamen non poterit contra eum eſſe teſtis. non obſtan. ignorantia ſua, quia tamen ſubeſt cauſa inimicitiæ. ita etiam ſingu. dixit Barto. in l. 1. in fine, ſuprà de his, quibus vt indig. & Bald. referens Innocen. in l. præſcriptione. in antepenul. colum. C. ſi contra ius, vel vti. pu. & in d. authen. ſi dicatur. in vlti. colum. & in conſilio ſuo 316. incipien. præſuppoſito ſtatuto in 1. colum. in 4. volum. & Abb. in dicto capitu. repellatur. & in dicto capit. cum oporteat. & Ludoui. Roma. in l. prima. §. reſcriptum. in princip. ff. ad Silla. & in rubr. ff. de arbitr. in 9. colum. ver. ſcias. tamen. & Dom. Felyn. in dicto ca. cum oporteat. in 7. colum. circa fi. & Domi. Alexand. in conſi. ſuo 474. incipien. viſa inquiſitione. in vlti. colum. in fi. & in conſi. ſuo 99. incipien. in cauſa inquiſitionis, &c. in 2. colum. in 1. volum. & Ludo. Roma. in ſingu. ſuo 316. ſecundùm ord. meum. incipien. Innoc. in cap. cum I. & A. &c. de quo latè dixi in repet. mea l. fina. C. de proba. in 16. charta, & in ſingu. meo 178. incipien. inimicus repellitur. vbi etiam vnum addidi, quòd licèt teſtis dicat non habere inimicitiam vel odium aliquod cum illo, contra quem teſtificatur, attamen repellitur & ei non creditur, ſi ſubeſt cauſa per prædicta, quod apertè voluit Domi. Alexan. in d. conſi. ſuo 99. in 2. colum. quod eſt no. quia quotidianū.

4 † Amplia etiam hunc tex. & hanc regulam; videlicet, quòd adeò prohibitus eſt inimicus teſtificari contra inimicum, quod etiam ſi inimicus ſit reconciliatus cum inimico, attamen non poterit contra talem olim inimicum teſtificari ita dixit Dom. Alexan. in dicto conſilio ſuo 99. in fi. penult. col. pro quo allegat tex. quem dicit not. in capit. accuſatores. il 1. 3. 4. & 5. vbi eſt etiam bona glo. quem text. etiam ad hoc pro ſingu. allegauit Ludo. Rom. in dicto ſingu ſuo 316. incipien. Innocen. in cap. cum I. & A. &c. & idem tenet Abb. in dicto capit. cum oporteat. in 1. colum. de accuſa.

5 † Pro quibus etiam facit glo. in cap. conſtituit. 17. q. 4. quæ dixit, quòd Iudæus, qui de proximo eſt effectus Chriſtianus, non poterit eſſe teſtis contra Chriſtianum. Et facit gl. in l. qui cum vno. §. ignominia. ff. de re milit. quæ dixit, quòd periurus etiam poſt peractam pœnitentiam non poterit eſſe teſtis, ſicut antea non poterat. Et facit in argu. tex. in c. is qui. in fi. de ſepult. in 6. & in l. filij. §. vidua. infra ad munic. & faciunt etiam quæ latius dixi in ſingu. meo 179. incipiente, viget communiter, &c. [An autem periurus ſit infamis. vide Gand. in tracta. malefic. ſub rubr. qualis & quantus ſit effectus famæ.

6 mæ.verſic.ſed quæro,nunquid.] † Intelligas tamen hoc ſanè
in inimico reconciliato de recenti, ſecus autem in reconci-
liatione antiqua, nam inimicus antiquus reconciliatus ad-
mittitur ad teſtificandum,ſecundùm Bal.in marg.ſua, in ver.
7 teſtis. in ver. teſtis inimicus . † Amplia etiam hunc text.
videlicet,quòd adeò prohibitus eſt inimicus à teſtimonio,ꝙ
etiam ipſi teſti inimico non creditur in mortis articulo, ſe-
cundùm Bald.in titu.de pa.Conſtan.in ver.vaſalli noſtri.in fi.
quod eſt not.de quo etiam dixi in repe.mea d.l.fi.C.de prob.
in 16.char.& in authen.ſi dicatur.C.de teſti.Dixit tamen Bal.
in conſi.ſuo 254.incip.caſus,ſuper quo,&c.in 2. col. in 1. vol.
quòd confeſſio facta in articulo mortis valet, quia non eſt
præſumendum quod tunc ipſe mentiatur.pro quo facit glo.
ſing.in l.1.in glo.fin.circa med.C.de fal.cauſa adiec.leg.quę di
xit, quòd confitens in articulo mortis habuiſſe & recepiſſe,
non poteſt poſtea opponere excep. non num.pecu.de quo
latius dixi in repe.mea l.fi.C. de proba.in 63. char. vbi videas.
Et ſcias,quòd iſte tex.& iura ſupra alleg.volentia, ꝙ inimicus
non ſit interrogandus, nec examinandus contra inimicum,
ſunt reſtringenda,& intelligenda in inimico non capitali,qa
talis inimicus admittitur,licèt ſibi minus fidei adhibeatur.Ita
no.Innoc.in d.c. cum oporteat.& Doct. in d.auth. ſi dicatur.
& in alijs iurib.ſ.alleg.Et rationem allegant Doctores in d.iu
ribus,maximè Saly.in d.authen.ſi dicatur;videlicet, quia pro
leui inimicitia de facili quis nō ita præſumitur mentiri, ſicut
pro graui.ita no.in Auth.de teſte.in §.ſi verò quis dicatur, &
8 in l.licèt.ſ.de arbit.† Sed iuxta prædicta quæro pro intelligen
tia huius materiæ,quis dicatur inimicus.In quo dicas, ꝙ plu-
ribus modis quis dicitur inimicus. Nam inimicus tuus dici-
tur ille,qui tibi non loquitur.ita dixit glo.in c.cum Adrianus.
63.diſt.quam glo.ad hoc dixit ſing. Barba. in d.c.repellantur.
de accuſ. Quod tamen limita ſecundum eum ibi poſt alios,
quando erat conſuetus tibi loqui,ſecus autem in illo,qui nō
erat conſuetus tibi loqui. Item dicitur etiam inimicus ille,
qui cohabitat cum inimicis.dicto capitulo,repellantur.& ibi
per Doctores etiam latè declaratur, quod no.

Et intellige de continua ſeu longa cohabitatione, ſecun-
dum Docto.ibi,ſecus de modica cohabitatione,per id quod
habetur in l.licet.§.in factum act.ff.nau. cau. ſtabu. Item dici-
tur inimicus non ſolum ille qui nocet,ſed etiam ille qui no-
ceret ſi poſſet,ſecundum Barba.in d.c.repellantur.qui allegat
ad hoc Bald.in authentica,ſi dicatur.C. de teſti. quod etiā ex-
preſſius dixit Bald.quem ipſe Barb.non vidit, in l.1.circa finē.
C.ſi quacunque prædi.poteſt. vbi dicit quòd hoc dixit gl. au-
rea ſecundum eum , in l.athletæ. in §. dat remiſſionem.ff.de
excu.tu.& eum refert & ſequitur Io.de Ana.in d.c.cum opor
9 teat.in 2.co.de accu.† Item dicitur etiam inimicus ille,qui fe
cit parentelam vel confœderationem cum inimico , & pro-
pter hoc perdit feudum vaſallus,ſecundum Barba.& Doc.in
d.c.repellantur.qui ad hoc allegant l.liberi.C.de inoffic. teſta.
vbi hoc voluit Bal.& habetur in l.1.§.cum patronus.ff.de offi.
præfec.vrb.& ibi per gl.& per glo.in c.1.quæ fuit pri.cauſa be
nefi.ami.in verſic.porro ſi aſſaliuerit.& per textum.in c.1.per
quot teſtes probetur ingratitudo vaſalli. pro quibus facit
gloſſa in c.ſi inimicus.93.diſtin.in d.verbo,nolite.quæ hoc vo
10 luit no.† Et ideo dixit Bal.in commento.l.1.in 40.q.ſupra de
rerum di.quòd ſi vaſallus facit parentelam,vel confœderatio-
nem cum inimico domini, quòd dicitur proditor.Quæ om
nia tamen dicta limita & reſtringe,niſi vaſallus faceret ligam
parentelam, ſeu cōfœderationem cum inimico domini coa-
ctè & non ſponte vel voluntariè,quia tunc non diceretur ini
micus,nec proditor domini,nec perdit feudum.ita dixit Bal.
in c.1.quib.mod.feu.amit.vel quib.cau.feu.ami.in vlt.col. Et
11 facit ratio,† nam ea,quæ fiunt contra voluntatem facientis,
non imputantur ipſi facienti.c.1.2.& 3.& c.ita ne,22.q.5.& c.
præsbyteros.50.diſt.& c.1.15.q.6.& optimè probat tex.in l.cu
ra.in ver.nec ſi per vim.ff.de mu.& hono.pro quibus facit di
ctum Bal.in l.eam,quam.in 8.col.C.de fideicom.vbi dixit, ꝙ
ſi tyrannus habet rem cum aliqua muliere per vim , quod fi-
lius inde natus non dicetur ſpurius quo ad matrem.Et idem
dixit ibi Bald.in l.ſi qua illuſtris.in verſicu. quid ſi mater.C.ad
Orfi.& facit dictum Abb.in c.cum P.in fi.de accu.vbi dixit,ꝙ
ille qui teſtificatur contra me in cauſa criminali,præſumitur
mihi inimicus, per textum ibi. & voluit Alex. in l. teſtibus.ſ.
de teſt.hoc tamen fallit,niſi fuerit coactus à iudice,quia tunc
non diceretur inimicus.quod dictum fuit Hoſ.in c.memini-
12 mus,de accu.[† Et adde hic,quòd teſtis licet ſit citatus à iudi
ce,dicitur tamen ſponte deponere, niſi alleget excuſationē,
aliàs non dicitur inuitus deponere licèt ſit compulſus viri-
bus præturæ.ratio eſt,quia qui non allegat priuilegium ſuū,
conſentire videtur.]Ita dixit Bal.in l.parentes.in 2.col.ver.ſed
nonne,&c.C.de teſtib.vbi alleg.plura iura. & eoſdem ipſe af-
firmat in l.libertorum,eo. titu.Et facit etiam,quod dixit Bar.
in l.poſt legatum.in §.his verò.in fi.verbis.ſ.de his,quib.vt in-
di.vbi dixit ꝙ ſtante ſtatuto,quòd quicunque præbuerit auxi
lium bannito,puniatur certa pœna,modò aliquis teſtificatus
eſt pro bannito,an debeat puniri.& dicit diſtinguendum eſ-
ſe,videlicet,quòd aut hoc fecit ſponte, aut coactè. ſi ſponte,
punitur;ſi coactè,non punitur.Et adduci poteſt no.verbum
Ang.in l.1.§.remouet.ff.de poſtu.vbi dixit, quòd ſponſa vio-
lenter cognita à ſponſo, poteſt ingredi monaſterium eo in
uito ſicut antea poterat,licèt contrarium dixerit Bal.in c. pe.
in vlt.colum.extra de teſti.& dixit Lud.Ro.in conſi.ſuo 252.
incip.pro deciſione,&c.in fi.quod veniens contra immuni-
tatem ſibi conceſſam,non perdit eam,ſi ei contrauenit coa-
ctè,ſecus ſi ſponte.ad quod alleg.d.l.cura.verſi.nec ſi per vim.
ff.de mune.& hono.pro quo facit glo.in l.1.C.de quibus cau
13 ſis colo.cenſiti.li.11.† & dixit Ioan. de Ana.in c.3.in 2.col.ex-
trà de fur.ꝙ ſi virgo inuita cognoſcatur, non perdit virgini-
tatem,imò eam auget.alleg.ad hoc tex.in d.c.j.32.q.5.vbi tex.
ponit dictum beatæ Luciæ,quæ dixit Paſcaſio, Si feceris me
inuitam violari, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam. pro
quo facit tex.in c.ita ne.32.q.5.vbi dicitur,quòd virgo cenſe-
tur,cuius animus non eſt corruptus, licèt corpus ſic. & facit
notabile conſilium Abb.4.inci.facti contingentia,&c.quem
vide.Et faciunt,quæ voluit Hoſti.in ca.ſuper eo.de vſur.& ibi
14 Docto.vbi dicunt,quòd † Chriſtiani, qui recipiunt pecuniā
ſub vſuris à Iudæis, licèt ſint cauſa quod ipſi Iudæi commit-
tant vſuras, tamen ipſi non peccant, quia hoc faciunt inuiti
& contra ipſorum voluntatem.Idem dixit Archid.in c. mo-
net.22.q.1.in c.ſi quis vſuram.24.q.4.& Petr.de Ancha.in cle-
men.2.de vſu.& Io.de Imo.in c.debitores.extrà de iureiur.ita
etiam tenet Dom.Alex.referens prædictos Doc.in conſ.ſuo
1.in 2.col.in 2.vol.& in eodem volu. in conſi.107. in 2.col.&
idem firmauit Ioan.de Ana.in d.c.ſuper eo.in 2.col. extrà de
vſur.Et facit no. verbum Bal. in authen. item nulla commu-
nitas.C.de epiſco.& cle.in fi.vbi dixit, ꝙ ſi ſtatuto cauetur, ꝙ
bannitus à ciuitate Bononiæ ſi venit ad ipſam ciuitatē de-
beat decapitari,non habet locum in bannito,qui fuit captus
Mutinæ,& per vim fuit ductus huc Bononiam, &c. [Quod
etiam voluit Iac.Butri.in addi.ad trac.Gandi.ſuper maleficijs.
ſub rub.de bannitis pro maleficio.in 5.col.in princ.& Nellus
in tract.bannito.in 2.parte.2.tempo.q.30.] Pro quibus faciūt
etiam dicta per Io. de Ana. in c.excommunicationi.in ante-
pen.col.de rap.& per Old.in conſi.ſuo 35.inci.factū tale, &c.
quidam Ioannes,& faciunt etiam dicta per Bald.ſuper ſtatu-
15 tis.in verbo,affines.in vlt.verſ.† Et adduci poteſt,quod voluit
Bar.in l.ſi dictum.in §.ſi compromiſero.ff.de eui. vbi dixit, ꝙ
ille.§.volēs quòd ſi emptor rei compromittat litem ſibi mo
tam ſuper re empta,& ſuccumbat, quòd tunc non habet re-
greſſum de euictione contra venditorem,non habet locum
in emptore,qui cauſam compromiſit ſtatuto eum cogente,
ſed tantum habet locum in illo qui ſponte compromittit.
& faciunt dicta per Innocentium in cap.inter monaſterium
de re iudicata. quem ibi refert & ſequitur Dominus Felynus
in 6.columna,in princip.vbi dixit,quòd per dationem fideiuſ
ſoris coactè factam non prorogatur iuriſdictio iudicis, ſecus
autem per talem dationem ſponte factam, quod etiam fir-
mat Dominus Ioannes de Imola in l. quidam conſulebant.
de re iudicata . Pro quo facit celeberrima doctrina Angeli
in lege,ſi quis maior.circa principium.C.de tranſactionibus.
vbi dixit,quòd ſi ex forma ſtatuti conſanguinei litigantes co
guntur ad compromittendum,quòd licèt contra tale com-
promiſſum iuramento firmatum pars veniat,non tamen in-
currit pœnas,de quibus in l. ſi quis maior, quia non ſponte
compromiſit,ſed cogente imperio ſtatuti. quod eſt notan-
dum.& facit nota.verbum Domini Alexandri in l.debitori.
in principio.C.de pactis.vbi dixit,quòd quando creditor ſuc-
cedit debitori,actio confunditur. quod limitat ipſe ibi non
habere locum in eo, qui adiuit coactè, nam tunc durat ſal-
tem naturalis obligatio.alleg.l.debitor.in princip.in verſi.re-
manet,&c.ff.ad Trebel.qui tex.non eſt alibi,ſecundum Imo.
ibi.Et facit quod voluit Dom.Alex.in conſi.ſuo 52.incipien.
viſo themate,&c.in quarta colum.in verſi.quartò,quia con-
ſtat,&c.in 1.vol.vbi dixit,ꝙ appellatione alienationis,non ve
nit datio in ſolutum tanquam alienatio coacta & non volū-
16 taria. † Et faciunt, quæ dixit Alberi. de Roſ.in 2. parte ſta-
tu.quæſt.76.incip.pone ſtatuto caueri,&c.vbi inquit,quòd ſi
ſtatuto cautum ſit,quòd ſi beſtia alicuius damnum dederit,
teneatur dominus ſoluere 10.quòd ſi beſtia alicuius ſine cul
pa domini dederit damnum alicui , quod hoc caſu domi-
nus non tenebitur ad dicta 10. Et facit in ſimili, quod dixit
idem Alberi.de Roſ.in 2.parte ſtatu.quæſt.11.inci.item quę-
ro,ſtatutum &c.vbi dicit,ꝙ ſi ſtatutū eſt in ciuitate,ꝙ nullus

debeat ibi ducere porcos ſub certa pœna, quo ſtante quidā
cum porcis faciebat tranſitū iuxta ciuitatem,& metu hoſtiū,
qui ibi concurrerunt, intrauit ciuitatem, & duxit dictos
porcos in ciuitatem, nunquid incidat in pœnam ſtatuti? &
decidit ꝙ non,per l.Cæſar.s̃.de public.Et in ſimili facit,quod
dixit Bald.in l.huiuſmodi.§.legatum.s̃.de leg.1.vbi inter cęte
ra dixit,ꝙ ſi presbyter debet habere decimam,vel aliquis de-
bet habere gabellam animalium naſcentium in aliqua villa,
& propter guerram animalia inde fugerunt ad aliam villā
& ibi nata ſunt,ꝙ debet inſpici villa vnde fugerunt, non ad
quam fugerunt, arg.illius §.quod dicit eſſe not. ſecundū Cy.
17 ibi.† Et dixit Bal.ſuper ſtatutis,in verbo,pœna.in 8. col. in pe.
verſi.quòd ſi ſtatutum punit intrantem palatium certo tem
pore, & aliquis fuit impulſus ſeu ſpintus ire illo tempore in
palatio, ꝙ non cadet in aliquam pęnam, quia hoc non fecit
voluntariè,ſed coactè.[Et idem dixit Bal.in authenti.habita,
in 5.col.verſi.item ſi non ingreditur.C.ne fil.pro patre.] Et fa
cit optimè tex.& quod ibi dixit Do.Flo.in l.in omnibus.s̃.de
noxalib.vbi dixit,ꝙ ille tex.facit ad q.de receptante bannitū,
ꝙ non teneatur ſi receptauit,quia prohibere non potuit, pu
ta quia decem banniti congregati vadūt ad domum ruſtici
& dicunt,ſi non aperis nobis portam,imponemus ignē, qui
ruſticus timens aperuit.certè tunc excuſatur, quia non vale-
bat eis reſiſtere,quod dicit eſſe menti tenendū. Et dixit Pau.
de Caſt.in l.finali.§.ſerui.s̃.de publica.quòd ſi ex forma ſtatu-
ti debet ſolui datium pro animalibus tranſeuntibus per ciui-
tatem,quòd ſi quis ducebat animalia vt ea conduceret ad ali
quem locum, quæ tamen animalia aufugerunt & ingreſſa
ſunt ciuitatem domino ipſorum inuito,quòd hoc caſu non
debebit ſoluere aliquam gabellam.& dixit Albe.de Roſa. in
ſecunda parte ſtatu.in d.quæſt.11.incipien.item quæro,ſtatu
tum &c.ꝙ alias facta fuit treuga inter regem Franciæ & An-
gliæ,& in ipſa treuga ordinatum & conuentum fuit,ꝙ mili-
tes & gentes vtriuſque regni poſſent ire & redire tuti hincin
de vſque ad feſtum Paſchatis, tunc inſtātis,& vltra dictum fe
ſtum licitum eſſet cuilibet interficere & derobare, & offen-
dere milites & gentes alterius partis in eorum regno.quibus
ſtantibus contigit,ꝙ vnus miles regis Franciæ treuga duran
te iuit in Angliam, & cùm rediret per mare Anglicum tem-
peſtas maris eum reduxit in Angliā iam finita treuga, an po-
tuerit interfici:& dicit quòd non, per text. dictę l.Cæſar.s̃.de
pub.quod limitat, niſi huic militi poſſet culpa vel negligētia
imputari,per iura per eum ibi allegata, &c. quod dictum re-
fert & approbat Do.Fely.in cap.cognoſcentes.in fine de cō-
ſti.pro quo faciunt dicta per Bal.in conſilio ſuo 61.incipien-
18 te,ſtatutum ciuitatis,&c.in 1.vol.† Et dixit Ange.in l. quid ſit
fugitiuus.in princ.per illum text.s̃. de ædil.edic.quòd ſi ſtatu-
tum dicit, ꝙ ſi quis portauerit frumentum extrà diſtrictum
puniatur,ꝙ ſi aliquis propter iuſtum timorem inimicorum
exceſſit fines comitatus ſeu diſtrictus, fugiendo non incidit
in pœnam,& ſubdit ibi Ange.quòd ille textus facit in ar.ꝙ ſi
aliquis ad ſuam defenſionem interfecit aliquem propter iu-
ſtam cauſam timoris,non debet puniri pœna ſtatuti punien
tis homicidas,quia tale homicidium fecit coactè,non volun
tariè,quod eſt not.Et faciunt dicta per Bar.in l.1.C.de naufra.
lib.11.vbi dixit,quòd eſt caſus in illa lege, quòd ſi per tempe-
ſtatem maris aliqua nauis venit ad portum,non debet ſolue
re gabellam vel portorium,quia violenter venit. ad quod ēt
alleg.tex.in d.l.Cæſar.s̃.de publi.& l.fin.§.ſi propter tempeſta-
tem.eo.tit.& ſubdit ibi Barto.idem eſſe,ſi propter timorem
hoſtium vel piratarum veniunt naues ad portum. Poſtea di-
cit etiam ipſe Bar.ibi,quòd ille textus facit in argumen.quòd
ſi tempore æſtatis homines vicini territorij propter defectū
aquæ venerunt ad macinandum in territorio noſtro, quòd
poſſunt granum reportare ſine gabella, quia propter neceſ-
ſitatem venerunt.& iſta dicta Bart.in d.l.1.C. de naufra. li.11.
refert & ſequitur Ludo.Rom.in repeti.l.ſi verò.in §. de viro.
in 54.fallen.verſi.23.probatur,&c.s̃.ſoluto matrimo.& facit,
quod voluit Ang.in l.fin.§.ſi propter.s̃.de pub.,vbi dixit,nota
quòd ſi equus,vel mulus contra voluntatem domini deuiat
& portat res,quas habet ſuper dorſo in deuetum,non puni-
tur dominus talis animalis ſic contra volūtatem domini de-
19 uiantis.† Et ad prædicta facit optimè,quòd voluit Do.Franc.
de Are.in conſi.ſuo 87. inci. in præmiſſa conſultatione, &c.
circa med.vbi dixit,quòd Bar.in l. quidam conſulebat,ad fi.s̃.
de re iud.& Cy.in l.fi.C.de ſponſa.dant pro regula, quòd pro
ſatiſdatione de iudicio ſiſti, nō videtur renuntiari exceptio-
ni declinatoriæ,per tex.in authen.offeratur.C.de li.conteſta.
& etiam ſi promittatur de iudicio ſiſti & de iudicato ſoluen
do. Quod dicit ipſe procedere,dummodò talis ſatiſdatio de
iudicio ſiſti præſtetur de neceſſitate,& non voluntariè.Ita ſe
cundum eum clarè & eleganter determinat Do.An. in c. 1.
de iud.Et iſtud probatur ratione, quia nunquam per actum
neceſſarium introducitur renūciatio declinatoriæ exceptio-
nis,vt habetur per Doct.in c.expoſuit.de dila. & per Io.And.
ibi,& habetur per Inn.in c.inter monaſterium.de re iu.& ha
betur in l non videtur.ff. de iud. & hanc regulam tradit Bart.
in l.fi.C.de iudi.de quo etiam dixi in l.ſi quæramus. circa me.
s̃.de teſtamen.& in ſing.meo 227.inci.per dationem fideiuſ.
Et facit etiam,quod voluit Bal.in auth.habita.C.ne filius pro
pa.in 7.col.vbi dixit, quòd prohibitus ingredi locum, ſi illuc
trahatur per vim, non incurrit pœnam. Et ad prædicta facit
optimè text.l.& Attilicinus.s̃.de ſerui.ruſti.prædio. vbi habe-
tur quòd non perditur ſeruitus mihi debita ducendi aquā
in fundo meo,ſi ideo non vtor,quia fons exaruit,vel quia de
ſiccatus eſt.& ita per illum tex.tenuit glo.ord.in c.abbate ſan
cti Siluani.in verbo,ibidem.ante finem,extrà de verbo.ſign.
& ibi Dom.Ant.& no.Abb.ibi,prope finem; dicentes,quòd
non vſus priuilegij voluntarius tollit priuilegiū,ſecus in non
vſu neceſſario, quia qui nequiuit,non eſt in culpa vel mora.
Et facit ad idem quod no.Io.Andr.in c.Ioannes.in 4.colum.
verſicu.vbi verò vſus.de cle. coniug. vbi dicit, quòd non vſus
non tollit legem, quando homines non ſunt vſi, quia caſus
non accidit. pro quibus etiam optimè faciunt dicta per Do.
Fely.in c.2.in vlt.col.in fi.de conſti.& in c.cum acceſſiſſent.in
11.col.eod.titu.vbi videas.nam plura adducit ibi in hac mate
ria.Et inter cætera adducit Ang.in conſi. ſuo 193. incip. iam
ſunt octuaginta anni, &c. vbi dicit, ꝙ ſi Ianuenſes obtinue-
runt repreſalias contra Florentinos, quibus pluribus annis
non ſunt vſi,quia nullus Florentinus tranſiuit per eorum di-
ſtrictum, quòd tamen per hoc non eſt præſcriptum contra
dictas repræſalias.Et adde hic dicta per Do.Fel.in c.ſignifica-
ſti.il 1. in princ.de homi.& in c. ſignificauit.in fi.de Iudæis.&
vide,quæ ego dixi in repet.mea l.fi.C.de prob.in 17. char. vbi
aliter etiam limitaui illam doctrinam Bald.in d.l.1.in 40. q. s̃.
de rerum diui. tene menti prædicta, quia alibi ſic cumulata
20 non inuenies.† Modò redeundo ad principalem materiam
inimicorum, dico quòd etiā dicitur meus inimicus, qui eſt
valde amicus inimici mei,ſeu eius affinis, ſecundum Domi.
Bar.in l.ſciendum.inf.de le.& ſentit Bar.in l.admonendi in 9.
col. ver. venio ad tertium.s̃.de iureiu.& Bald.in l.data opera.
in 15.col.C.qui accu.non poſ.& no.in l.3.in princ.s̃.de teſt.&
voluit Bald. in dicto authen. ſi quis teſtibus.C.de teſti.& Gui.
de Cu.in l.cui eorum.§.affinitatis.s̃.de po.vbi æquiparat teſti
monium alicuius,puta Titij & eius vxoris. pro quibus faciūt
in argumen.quæ dixit Barto.in l.aut affinitate. s̃. de procu. &
Bald.in cap.in literis.de teſt.& quod dixit Dominus Antoni.
in cap.fina.de iureiuran.& quod dixit glo.in Authen.de mo
nachis.in §.cogitandum.in verbo,teſtes, & quod voluit Do.
Alexander in conſi.90.incipien.in cauſa & lite.in 4.colum.in
2.volum.& in conſi.18.in antepenul.colum.in 1.volum.& in
conſi.13.incipien.ex his,quæ in antepenult. colum.in j.volu.
21 † Item dicitur, ſeu præſumitur inimicus noſter, qui noſtra
bona tollit.tex.eſt & ibi Bal.in fi.j.colum.in c.item cùm quis.
de reſtit.ſpolia.& voluit Do.Anto.in c.accedens, il 2. in prin.
2.colum.extra vt li.non conteſt.& voluit Ioan.de Ana. in ca.
cum oporteat.in 3.colum.de accu.pro quo facit, quod dixit
glo.in l.aduocati.iuncto tex.C.de aduo.diuer.iudi.quæ dixit,
quòd pecunia dicitur vita hominis.quod etiam dixit Bald.in
l.in tuis.C.de ope. liber. [Et dixit Ange.in l.cum & filij.C.qui
bon.cede.poſ.quòd ſordeſcit quis propter paupertatē, adeò
quod tali ſordenti vita eſt ſupplicium, & mors ſolatium, &
ſubdit ipſe Ange.ibi,quòd melius eſt mori, quàm indigere.
& allegat Ioan.Andrę.in Specu.titu.de ſucceſ.ab inteſt.in pri
ma additio.vbi dicit,quòd per diuitias familiarum conſerua-
tur honeſtas,quæ perit propter inopiam.ad quod alleg. plu-
ra iura,de quibus ibi per eum.] Et facit,quod dixit Barto. in
l.penult.in penult.colum.s̃.de condic.ob tur.cauſam. vbi di-
xit quòd metus perditionis omnium bonorum, æquipara-
tur metui mortis.& facit etiam,quod dixit Cardi.in clemen.
1.de baptiſ.in 6.quæſt.vbi dixit, quòd omnes diuites poſſunt
dici Principes, quia pecunia eſt omnium rerum regina. di-
cit etiam,quòd de facto videmus,quòd propter affluentiam
pecuniæ homines collocant filias ſuas filijs vilium ruſtico-
rum, ſequentes illud quod dicit Hoſtien. de conſanguini.
& affinita.in cap. tua. & de præben. in cap. venerabilis.vbi di-
cit, quod diſputans de nobilitate ſine pecunia, diſputat de
nobili ſtercore.& facit,quod dixit Bald. in l. receptitia. C. de
conſtitu.pecunia.vbi dixit,quòd qui habet pecuniam, habet
omnem rem,quam vult.& ibi allegat Ariſt.dicentem, quòd
pecunia, ſeu nummus eſt fideiuſſor futuræ neceſſitatis. &
facit,quod dixit Baldus in l. certa forma. C. de iure fiſci. lib.
decimo.vbi dixit, quòd maior & quaſi maior eſt pœna om-
nium bonorum, quàm pœna mortis. Et facit illud Ouidij;

Inpretiu

In pretio pretium nunc eſt, dat cenſus honores:
Cenſus amicitias pauper vbique iacet.

Et alibi dicitur.

Ipſe licet muſis venias comitatus Homere:
Si nihil attuleris, ibis Homere foras &c.

Et alibi dicitur.

Vir bene veſtitus pro veſtibus ille peritus Creditur &c.

Et alibi dicitur.pecunię omnia obediunt. Audiui ego aliàs à quodam hiſtrione facetiam, quæ tamen in ſe vera erat, & eſt. Nam ipſe dicebat, quòd duo erant ſancti in paradiſo, qui erāt maioris deuotionis & ſanctitatis omnibus alijs, & quòd vnuſquiſque poſitus in afflctione qui ſe deuote recōmmittebat alteri ex ipſis ſanctis, ſtatim erat exauditus, & ꝙ ſunt ſancti multum miraculoſi, nomina quorū ſanctorum ſunt iſta videlicet, ſanctus Donatus, & ſanctus Ioannes Os auratum. & ego atteſtor diebus meis vidiſſe & præſentialiter ſæpius videre quàmplures gratias fieri ab ipſis ſanctis, mediantibus eorum dulciſſimis interceſſionibus. & iſta ſint ad ſolatium. Attamen iſta facetia probatur in ca. pauper.11.q.3.tex. dicit, pauper dum non habet quod offerat in iudicio, non ſolum audiri contemnitur, ſed etiam contra veritatem opprimitur, citò violatur auro iuſtitia, nullamq; reus pertimeſcit
22 culpam, quam redimere nummò exiſtimat, &c. † Item dicitur inimicus Titij, ille qui eſt vel fuit detentus in vinculis ab ipſo Titio, ſecundùm Bal. per illum tex. in l. quamuis. C. fami. erciſc. Item dicitur ſeu præſumitur inimicus ille, qui aliquem non oſculatur in eccleſia dum datur pax, ſecundùm Abb. in c. cum ſuper abbatia. de officio deleg. in prin. 2. col. Item inimicus dicitur ille, qui minatus eſt mortem, ſecundùm Io. de Ana. poſt alios in d. c. cum oporteat. in 3. col. de accu. Quod tamen dicit ipſe ibi fore limitandum, ſecundùm Bal. in l. metum. C. quod met. cau. ſi ille minans erat conſuetus eius minas producere ad effectum, per ea quæ not. Doc. in ſimi. in l. 1. C. vnde vi. & in l. vt vim. ſ. de iuſti. & iu. vel ſi minans erat potens ad illud faciendum. quod eſt no. ad l. 1. C. ſi quis imperat. maledixit. vbi ex dictis hominum facta pēſamus, &c. de quo etiam per Abb. in c. accedēs. il 1. vt li. non conteſt. & per Doc. in l. licèt. ſ. de arbit. Item inimici dicuntur, qui ſimul litigant, ſecundùm Do. Ant. & Abb. in c. 1. de iudi. quos refert & ſequitur Do. Alex. in l. 3. in princ. ſ. de teſti. vbi dicit hoc intelligendum eſſe, ſi lis eſt criminalis, vel ciuilis magnæ quantitatis, per tex. in Authen. de teſte. §. ſi verò odioſus. in princ. & per alia ibi alleg. de quo etiam infrà dicam. Item inimicus Titij dicitur ille, qui fuit expulſus ab ipſo Titio de domo ipſius Titij, adeo ꝙ non poterit contra eum teſtificari. Ita nota. dixit Bal. in l. Lucius Titius teſtamento, in §. Lucius Titius damā. ſ. de le. 2. per illum tex. quem refert & ſequitur Do. Alex. in l. teſtibus. ſuprà de teſti. Item inimicus meus dicitur ille, qui eſt inimicus fratris mei, vel ſocij vel affinis mei, ſecundùm Bald. in conſi. 316. incip. præſuppoſito, &c. in princ. in 4. vol. & Bart. in l. tutori. in §. ſi tutor. ff. de ſuſpe. tut. vbi dicit, ꝙ hoc tamen remittitur arbitrio iudicis. de quo etiam per Do. Alex. in conſ. ſuo 99. incip. in cauſa inquiſitionis, &c. in 1. vol. & per eūdem in l. de pupillo. in §. ſi quis ipſi prætori. ſ. de oper. noui nun. in 5. col. vbi plura ad hoc allegat. de quo etiam per Cyn. & alios in l. 1. C. de rapt. virgi. & in l. raptores. de epiſco. & cler. Item dr̃ inimicus meus, amicus inimici mei, ſecūdùm Cy. in l. ſi quis. C. de teſti. & ibi Bald. & Bart. in l. 1. ſ. de legi. & Spec. in titu. de appel. §. 1. verſic. ſi verò appellatur. & in titu. de citatione. §. 1. verſi. item quod ſit. & voluit Alex. in conſi. 99. in 1. vol. & in l. 3. ſ. de teſtib. & allegant rationem ad hoc videlicet, quia paria ſunt eſſe inimicum, vel inimici amicum. pro quo eſt nota. gl. in c. ſi inimicus. 93. diſtin. Item inimicus quis dicatur, relinquitur arbitrio iudicis, ſecundum Ioan. And. poſt gl. in d. c. cum oporteat. de accuſ. quem ibi ſequuntur Doct. & Lud. Ro. in rubr. de arbi. in 16. q. vbi alleg. Innoc. in c. inquiſitionis. de accuſ. & hoc etiam voluit Bald. in authen. ſi dicatur. C. de teſti.
23 † Et aduertas, quia prædicta intelliguntur de inimico non capitali, &c. & ideo ſucceſſiuè modò quærendum eſt de inimico capitali, ſcilicet quis dicatur inimicus capitalis. in quo dicas ſimiliter, quòd pluribus modis dicitur inimicus capitalis. Et primò dico, quod ille dicitur inimicus capitalis Titij, qui tenet eius vxorem, ſeu eius terram, ſecundùm Bal. per illum tex. in cap. accedens. el 2. extra vt li. non conte. Item dicuntur capitales inimici, illi inter quos eſt cauſa criminalis, vel cauſa pecuniaria magnæ quantitatis, ſecundùm Barto. in l. 3. ſuprà de teſti. pro quo facit, quod dixit Bald. in l. parentes. C. de teſtib. vbi æquiparat cauſam ciuilem magnam cauſæ criminali, quod dictum refert & ſequitur Barba. in ca. teſtimonium, in 50. colum. extrà de teſtibus, in repeti. & in ca. querelam. de procura. & idem firmat Petrus de Ancharano, in conſi. ſuo 27. incipiente, rationes inductæ, &c. circa finem. & in conſi. ſuo 63. incipiente, in cauſa quæ vertitur, &c. in ſecunda col. & pro hac parte facit optimè dictum Bal. in cap. ad noſtram, in princip. extra de proba. vbi dixit, quòd in cauſa ciuili ardua non admittitur teſtis infamis infamia facti. quod etiam voluit ipſe in cap. 1. in princip. in titulo an remo. debe. teſtes. in vſi. feudo. quod etiam voluit Barba. in d. cap. teſtimonium. allegando Baldum vbi ſupra. pro quibus facit gloſſa in l. 1. C. de reis poſtu. lib. 10. & gloſſa in Authent. de teſte. §. ſi quis. in verbo, criminales, & in verbo, quæſtiones. & gloſſa in d. cap. cum oporteat. in verbo, inimicos. circa med. de accuſat. & vide Barto. in l. quarta. in fine. ff. de adi. lega. vbi idem videtur dicere, quod in dicta l. 3. ſ. de teſti. & dicit etiam ibi Barto. quod capitalis inimicus eſt ille, qui occidit conſanguineū, vel affinem. ad quod alleg. l. lex Corne. ſ. de iniu. idem etiam dicit eſſe in accuſante de capitali crimine. alleg. l. qui cum alio, ſ. de bo. liber. de quo etiam infra paulopoſt. & ſubdit etiam, idem eſſe in minante ſe aliquem interfecturum. alleg. gloſ. in l. licèt, ſ. de arbit. idem etiam dixit Ange. in conſilio ſuo 261. incipien. ponderandum eſt primò. in 1. colum. Dicit etiam ipſe Barto. in d. l. 4. §. fina. ſ. de adi. lega. quòd inimicitia grauiſſima dicitur eſſe in caſibus, in quibus dicitur fieri atrox iniuria. alleg. l. item apud Labeonem. §. atrocem. ſ. de iniur. & §. atrox. Inſtitu. de iniur. Item oritur etiam capitalis inimicitia ex verbis iniurioſis. Ita dixit Bald. in cap. veniens, in fi de iureiuran. per illum tex. quod nota, quia his ſuperioribus diebus euenit mihi in facto. in cauſa ſatis vrgenti, & pro hac parte iudicatum fuit. [Et illud dictum Bald. pro valde no. refert & ſequitur Iaſ. in l. procuratoribus. C. de procura.] Item oritur etiam capitalis inimicitia eo ipſo, quòd quis offendit aliquē in perſona, vel in rebus, ſecundum Bald. in l. his. §. 1. ſupra ſoluto matrimo. Item oritur etiam inimicitia capitalis, vbi mouetur quæſtio de ſtatu, vel de bonis omnibus, aut de maiori parte bonorum. ita probatur in ca. frequens. extra de reſtitu. ſpoliat. ita dixit Bald. in d. l. athletæ. §. dat remiſſionem. quod etiam voluit gloſ. præallegata in d. Authent. de teſte. in §. ſi quis verò. in verbo, quæſtiones, & in d. cap. cùm oporteat. in verſic. inimicus. Item inimicus capitalis dicitur ille, qui accuſat de crimine capitali, vt ſupra dixi, vt voluit Barto. in dicta l. 4. §. fina. ſupra de adimen. lega. quod etiam voluit glo. in l. licet autem, ſupra de arbit. & Abb. in cap. accedens, vt li. non conteſt. & voluit gloſ. Inſtitu. de excuſa. tuto. in §. item ſi propter. in verbo, ſi capitales. de quo etiam per Barto. in l. 1. de his, quib. vt indig. & in l. 3. in princip. ſupra de teſtibus, & per Docto. in l. liberi. C. de inoffi. teſtamen. Item inimicus capitalis Titij dicitur ille, qui vulnerauit ipſum Titium in faciem. Ita dixit Dom. Alexan. in conſilio ſuo 99. præallega. incipien. in cauſa inquiſitionis. in 1. colum. in 1. volum. vbi ad hoc plura alleg. Et vltra prædicta quis dicatur inimicus capitalis, ſi vis videre latius, vide Barto. in d. l. 3. ſuprà de teſti. & in d. §. dat remiſſionem. & Docto. in dicto cap. licet. ſupra de arbit. & in d. c. cum oporteat. & in d. c. repellantur. & in alijs locis ſuperius
24 allegat. &c. † Modò his viſis pro complemento huius materiæ inimicorum, ſeu inimicitiæ, ſcias quòd plures ſunt effectus inimicitiæ. Nam inimicitia eſt ſufficiens indicium ad torturam, ſecundum Specu. in titu. de præſump. in §. ſpecies. verſicu. ſed pone. P. minatus eſt T. vbi dixit, quòd ſi reperitur quidam mortuus, & neſcitur à quo fuerit mortuus, ſi probatur quòd Titius erat inimicus ſuus, & erat offenſus ab illo mortuo, quòd ex hoc ille Titius inimicus ſuus poterit poni ad torturam ſine alijs indicijs. quod dictum refert & ſequitur Ludo. Roma. in l. 1. §. hoc reſcriptum. ſupra, ad Sillania. dicens illud dictum Spec. procedere in inimico capitali, ſecus autem in alio inimico. quod dictum etiam refert & ſequitur Ange. de Aret. in tracta. maleficiorum. in verbo, fama publica. in 7. char. verſiculo, quæro quid ſi reperiatur. & Ang. in l. fi. in penul. colum. C. eod. & eſt de mente Barto. in l. fina. in pe. col. infra eod. & Dom. Lau. Calca. in conſi. ſuo 72. incipien. in Chriſti Saluatoris, &c. in 4. colum. [Circa hanc materiam vide Alber. Gandi. in tracta. malefic. ſub rubr. de aliquibus quæſtionibus varijs in maleficijs. in 6. colum. ver. item pone. vide etiam Bald. in conſi. ſuo 403. incip. quidam fuit. poſt princ. in 3. volum. Alex. in l. metum. C. quod metus cauſa.] † Mihi autem nunquam placuit illud dictum Specu & ſequacium, ēt ſi ſolum loquamur de inimico capitali, ſed ſemper reputaui illud dictum nimis periculoſum & iniuſtum, & ideo dico, quòd illud dictum non eſt tenendum pluribus rationibus, & primò quia contra illud dictum tenuit Gandi. in tracta. malefici. ſub rubr. de præſumpt. & indicijs indubitatis, quibus plerunque proceditur ad tormenta, in quinta colum. in verſiculo, quia ratio, iuncto verſiculo ſequenti. vbi dicit, quòd ad hoc vt inimicus poſſit torqueri, neceſſe eſt vt cum inimicitia concurrat fama, aliàs per ſolam famam, non concur-

rente inimicitia,non poterit reus torqueri.ecce ergo, quòd
iſta duo ſimul requiruntur,nec alterum eorum tantum ſuffi
cit ad torturam,ergo contra Spec.& ſequaces.Item pro hac
parte,ꝙ non ſufficiat ſola inimicitia etiam capitalis ad ponē-
dum aliquem ad torturam,tenuit Iacobus de Belui.vt refert
Io.de Imo.in l.fi.ſ.de hære inſtitu. Præterea contra dictā do-
ctrinam Spec.& ſequacium facit, nam licèt vnus teſtis omni
exceptione maior faciat indicium ad torturam,vt no.glo.in
l.ſi quis.C.ad l.Iul.maieſt.& voluit Barto.in hac l.1.§.2.& in l.
maritus.& in l. pe. infra eo. de quo etiam habetur in l.capite
quinto,ſ.de adul.& per Ang.Are.in tract.malefi.in verbo,fa-
ma publica,in 2.char.ver.quæro,an vnum,&c. Attamen hoc
eſt verum, quando ipſe teſtis deponit ſuper ipſo maleficio,
ſecus autem, quando vnus teſtis tantum etiam omni exce-
ptione maior deponit ſuper aliquibus remotis & mediatis
ab ipſo maleficio, quia tunc talis teſtis ſolus non facit indi-
cium ad torturam,ſed opus eſt vt tale remotum ab ipſo ma
leficio probetur ad minus per duos teſtes.Ita voluit gl. ſing.
apud omnes,in l.finali.C.fami.erciſ.quam Barto.ibi multum
exclamat ad hoc.& idem voluit Bar.per illam glo.in l.fi.infra
eo.& in le.admonendi.in 11.col.ſ.de iureiur.& Cyn.in l.3.C.
ad leg.Iul.maieſt.& Bald.in l.2.in 1. col. C. quorum app. non
recip.& Bald.in conſi.ſuo 97.incip.an mandatarius,ante fi.in
5.vol.& in l.ſi qs ex argentarijs,in §.quod ſi plures,ſ.de eden.
& Ange.in l.fi.ſ. quod me. cau. & in Authen. de teſtamentis
imperfectis.in princ.in 2.col.verſi.& nota diligenter. Saly. in
l.fi.C.eo.de quæſtio.& Ang.de Are.in tracta.malefi.in verbo,
fama publi.in 2.char.verſi.quæro, qualiter probetur indiciū.
Innoc.in c.ſicut,el 1.extra de ſymo.Alexand. in conſi. 18. in-
cipiente,viſo proceſſu.in vltima colum.in 1. vol. & in conſi.
224.ſecundum ord.meum.quod inci.viſo proceſſu.in 2. col.
& in conſi.ſuo 150.incip.in cauſa & lite.in vltima colum. in
5.vol.& Dom.Bartho.Cepo.in conſi.ſuo 40.incip.Lucius. in
26 3.char.in vltima columna.† Sed inimicitia etiam capitalis eſt
quid remotum ab ipſo maleficio homicidij, vt de ſe patet,
ergo ipſa ſola nō faciet indicium ad torturam,ſicut (vt dixi,)
ipſe ſolus teſtis deponens ſuper aliquibus remotis à malefi-
cio,non facit indicium ad torturam,ſed etiam neceſſe eſt vt
ſecum concurrat alius teſtis. Ita eſt neceſſe, vt aliud concur-
rat cum ipſa inimicitia.

Præterea conſiderandum eſt,quòd ſi eſſet verum dictum
Spec.& ſequacium,ſequeretur vnum abſurdum & inconue
niens mirabile, quod eſſet in poteſtate vnius tertij facere
quem torqueri,& quādoque decapitari. Nam ſi inter me &
Titium eſt capitalis inimicitia & inter me & Caium eſt ſimi
liter inimicitia capitalis, & ipſe Caius velit me offendere via
indirecta,poſſet ſecreto modo interficere ipſum Titium mi
hi inimicum capitalem,quo interfecto, ſi neſciretur à quo,
ego poſſem torqueri,& propter acerbitatem doloris tortu-
ræ fortè confiterer eum interfeciſſe, & ſic licet eſſem inno-
cens,punirer pœna mortis,contra l.abſentem, infrà de pœn.
& l.ſancimus. C. eod. cum ſimilib. quod nequaquam eſt di-
rit ſe cognoſci carnaliter non conſenſerit , & per conſequēs
ꝙ dicta regula non habeat locum in ea.ergo debebit eadem
pœna puniri , qua punietur vir, talis mulier per dicta iura ,
9 ergo &c. † Alia etiam ratio concurrit ad hanc opinionem
meam ſuſtentādam,videlicet,quia nos habemus,ꝙ idem iu-
dicamus de caſu omiſſo à legis conditore , quod iudicamus
de caſu per eum expreſſo,quādo veriſimile eſt ꝙ ipſe legiſla-
tor idem ſtatuiſſet in caſu omiſſo,quod ſtatuit in caſu expreſ
ſo,ſi de tali caſu omiſſo fuiſſet interrogatus.Ita dixit gl.aurea
& ſingularis in l.tale pactum.§.fi. ſ.de pact. quam pro notab.
ad hoc allegat Petr.de Anch.in conſ. ſuo 83. incip. prima fa-
cie.in 1.col.in fi.& in conſ.ſuo 340.incip. pro maiori. in pen.
col.& in conſ.357.incip.ex ſerie.in 1.col.Et illam gl.etiam ad
hoc refert & ſequitur Ludo. Roma. in conſ. ſuo 105. incip.
viſo.& in cōſ.342.incip.primum.in fine. & in conſ. 439. inci-
piente,circa primum.in 2.col.in princ. & illam glo. etiam ad
hoc propoſitum allegat Ang.de Are.Inſtitu.de hæredi. quæ
ab inteſtato deferun.in princ.in 2.col. & illam etiam ad hoc
propoſitum refert & ſequitur Dom.Alex. in cōſ.ſuo 215.in-
cip.nec arguēdi.in 9.col.& in cōſ.279.incip.ponderatis his,in
princip.& in cōſ.396.incip.circa hanc dubitationem. in prin.
4.col.& in cōſ.48.incip.ſuper excitatione.in 4.col.in 1.vol. &
in cōſ.317.incip. aliàs cōſultus,&c. in 4.col. de quo etiam per
eundem in conſ.450. incip. ponderatis his,&c. in princ.& in
cōſ.66.incip.viſo teſtamento.in pen.col.in 2.parte cōſ. & per
D.Barthol.Cœpol. in cōſ.ſuo 18.incip.ſtatutum. in 2.col. cir-
ca fi.& per Bar.in l.nec in ea.ſ.de adulte.& Alex. in cōſ.75.in-
cipiēte,videtur.in 1.col. in fi.in 5. vol. Et ſimilis eſt glo. in l.1.
C.de raptu virg.& in l.nō poſſunt.in prin.ſ.de legi.& in cle.1.
in verbo,præſidētes.de reſcrip.& in c.2.in verbo, reus.de iud.
in 6.& in authentica,caſſa.C.de ſacroſan.eccl.de quo etiā dixi
in l.1.C.quæ res pig.oblig.poſ.& facit tex.& ibi hoc no. Abb.
in c.ſecundo requiris.de probat.& voluit Barba. in conſ.ſuo
incip.clementiſſimi Dei patris, &c. in 5.col. vbi ad hoc vltra
prædicta allegat plures tex.& glo.de quibus ibi per eum.& fa
ciunt etiam no.verba Barb.in c.veniens.in 9.col.de accuſ. Et
illam glo.in d.l.tale pactum.§.fi.ſ.de pact.ad hoc propoſitum
etiam allegauit D.Alex.in cōſ. ſuo 24. inci. animaduerſis,&c.
in vlt.char.in 1.col.in fi.2.vol. ubi ſubdit, ꝙ idem uoluit gl.in
d.c.2.in uerſ.reus.de confeſſ.in 6.& in d.clem.1. de reſcrip. ad
quod etiam facit,ſecundum eum,tex.in l.Titius.& ibi Bar.&
Pau.

Pau.de Caſt.ſ.de libe.& poſthu.& idem etiam firmat Dom.
Alex.allegans dictas glo.in d.l.tale pactum. in §.fi.in conſ.ſuo
33.incip.viſo teſtamento.in vlt.col.in 2.vol. quam glo. etiam
ipſe refert,& approbat in conſ.ſuo 46.inci.põderatis.in 1.col.
in 2.vol.pro quibus faciunt nota.verba Ang. in conſ. ſuo 68.
incip.Martinus.in 1.& in 2.col.& in conſ.ſuo 93. inci.viſis. Et
ideo dixit notab. Dominic. de S.Geminia. in c. vt circa.in §.
illa.in princ.de electio.in ſexto.quod vbi quis habet produce
re ſtatutum in iudicio,non eſt neceſſe,ꝙ totum ſtatutũ pro-
10 ducat, ſed ſufficit, ꝙ alleget mentem ipſius ſtatuti.† Et iſtud
non ſolùm procedit in ſtatutis, ſed etiam habet locum in te-
ſtamentis, & in vltimis voluntatibus, & ideo prouiſio teſta-
toris facta in vno caſu,habet locũ etiam in caſu ab eo omiſ-
ſo, quando veriſimiliter ſi de caſu omiſſo fuiſſet interroga-
tus,idem ſtatuiſſet, quod ſtatuit in caſu expreſſo. Ita probat
tex.in d.l.Titius.§.1.ſ.de libe.& poſthu. & habetur in l.fi.C.de
poſthu.hæred.inſtitu.& tex.in l.quod dr̄.ff.de liber.& poſthu.
11 † Quinimò mens ſtatuentis etiam tacita hr̄ pro expreſſa, &
ſeruari debet magis quàm verba.l.3. C.de liber.præter.l.inter
veſtem. ff. de auro & argento leg. hr̄ in l.cum quæſtio. C. de
leg.Et hinc eſt,ꝙ dicimus, ꝙ mens legiſlatoris eſt attendẽda.
l.ſemper in ſtipulationib. cum gl. inf. de reg.iur.c.quanto.de
cenſi.& magis ſtatuentium mens,quàm verba eſt attenden-
da.argu.eorum,quæ habentur in l.ſemper in conuentionib.
inf.de verb.ſignif.& facit gl. in c.intelligentia. de verb. ſignif.
quæ dixit,ꝙ ſicut anima præfertur corpori,ita mens & inten
tio præfertur verbis.& hr̄ in c.humanæ.22.q.5. [Vide Soc.in
conſ.35.incip.circa prædictam.in 2.colum. & omnino Abb.
conſ.75.incip.primò videndum. in 3.col. Abb.in conſ.1.inci.
facti contingentia.in penult.col.in 2. volum.] Et voluit Pet.
de Ancha.in conſ.284.incipiente,in auxilium veritatis.in pe-
nult.col.& ita ſubdit Petr.de Anchar.in vltima col. ꝙ captan
tes verba contra mentem canonum & legum, veritatẽ ſæpe
opprimunt.quæ quidem veritas (vt ait beatus Hieronymus)
non conſiſtit in verbis ſcripturarum,ſed in eorum ſenſu, nõ
in ſuperficie,ſed in medulla,non in folijs,ſed in radice ratio-
nis,vt habet 1.q.1.c.Marchion & Baſilides.& in l.ſcire leges.ſ.
de legib.& Cyn.in l.1.C.quæ ſit longa conſuetu. & in l.1.ſ.ſi
certum peta.Et dixit Ang. in conſ.147. quòd ſufficit habere
mentem legis,licèt verba deficiant, immo etiam ſi verba eſ-
ſent contraria,debemus attendere mentem, vt dixit Ang.in
12 conſ.ſuo 169.† Pro quibus facit tex.in l.1. ſ.quod falſo tuto.
autho.& in l.quæſitum ſ.de teſtib.& in l.quamuis. ſ.de in ius
vocan.& in l.qui bona.iuncta glo.in §.damni.in verſ.inquire
retùr. ſ. de damno infecto. quam allegat Bald.pro notab.in
c.fi.de mut.petitio.& facit glo.in l.blãditus. ſ.de fideiuſſorib.
quæ dixit, quòd mens ꝯſtentium magis attenditur q̃ verba
eorum,& faciunt optimè dicta per me in conſ.meo 51.inci
piente,ſuper articulo,&c. in ſexta char. & in alio conſ.meo,
incip.quicunque inuocauerit,&c. in 4.char.vbi plura adduxi
in materia iſta.Et facit etiam, quod dicimus in teſtamentis,
in quibus mẽs teſtatoris prædominatur, quicquid omiſſum
ſit in expreſſione verborum,vt hr̄ in l.cum virum.C.de fidei
commiſſ.& in l.cum proponeretur. & in l.vnum ex familia.
in prin. ſ.de le.2. & in l.in conditionibus primum locum. in
princ.ſ.de cond.& demonſt.quod etiam voluit Alexand. in
conſ.ſuo 279.incip.ponderatis his.in prin. & in conſ. 66.inci.
viſo teſtamento. in pen. col. & in conſ. 9. incipiente, viſis.in
4.colum. ante medium.in 1.volum.& in l. fi.in 2.notab.C.de
poſthu.hæred.inſti.& facit l.ſi vnquam. C.de reuocan.dona.
& l.cum acutiſſimi.C.de fideicommiſſ.& faciunt etiam, quæ
dixi ĩ l.1.§.fi.ſ.eo.in materia illa,videlicet,quæ de nouo emer
13 gunt,nouo indigent auxilio,&c. † Ex quibus omnibus mihi
videtur concludendum,quòd cum mens ſtatuentium ſit at-
tẽdenda,& idem ſtatutum eſſe dicitur in caſu omiſſo, quod
in caſu expreſſo, quando ſtatuentes idem ſtatuiſſent in caſu
omiſſo,quod ſtatuerunt in caſu expreſſo,quando de omiſſo
fuiſſent interrogati,quod in caſu huius legis eadem pęna pu
niri debeat mulier ſicut vir, propter coniecturatam mẽtem
ſtatuentium,& quia præſumitur ex identitate rationis,quòd
idẽ ſtatuiſſent in muliere ſi fuiſſent de ea interrogati, quod
ſtatuerunt in ipſo viro per prædicta,& maximè, quia negari
non poteſt, quòd ipſa mulier in caſu legis noſtræ non ſit in
pari delicto, vt eſt vir, & non debet eius delictum remanere
14 impunitum,vt ſup.dixi.† Et vltra prædicta ad corroboratio-
nem huius concluſionis facit alia vrgens ratio iudicio meo,
videlicet,quia in caſu noſtro ſumus in correlatiuis,ſcilicet in
viro & vxore, vel in adultero & adultera, vt patet hic in tex.
In quibus vnum præſupponit aliud,& vnum non poteſt eſſe
ſine alio,& in eis diſpoſitum in vno,intelligitur in alio,& re-
gulariter conceſſum in vno, intelligitur eſſe conceſſum in
alio, vt habetur in l.fi. C.de indi. viduitate tollen.in princ. &
ibi per Bar.& per Ang.& Ang.in l.fi.ſ.de acceptilat. poſt Bar.
ibi,& per Bart.in l.1.C.de cupreſſis.lib.10. & per Bart. in l.qui
plures.§.1.ſ.de vulga.& pupill.& per Ioan.And.in c.Michael.
de filijs præsbytero.& per glo.in rub.C.de rebus credit.& ibi
per Iacob.Butrig.& per Rapha.Cuman.in l.ſi verò.in §.de vi-
ro.ſ.ſoluto matrimo.& per Florianum in authen.defuncto.
C.ad Tertullia.& per Bal.in l.fi.C.de dona. ante nuptias, & in
l.1.C.de bonis mater.in 1.col. in fi.& in dicta authen. defun-
cto.& in auth.ex cauſa.C.de liberis præter.& hr̄ etiam per gl.
in c.debitum.de baptiſ.& in c.fi.de inſti.& in clem. prima,de
ſumma Trinitate & fide catholi.in verbo, ęternaliter. & per
glo.in l.1.C.ne fideiuſſ.dot.dentur.& per gl.& Doct.in c.1.de
loca.& in c.ſi poſtquàm.de elect.in ſexto.& per Bar.in l.libe-
rorum.§.j.ſ.de his,qui notan.infamia.& hr̄ etiam per Docto
res in l.3.C.quæ res vendi non poſſunt.& in l.fin. C.de reſcin.
venditio. & ibi glo. de quo etiam per Bal.in l. nemo marty-
res.C.de ſacroſanct. eccleſ. de quo etiam habetur in l.1.C.de
commu.ſeruo manumiſſ.& in l.non debet actori. inf.de reg.
iuris.Et ideo dixit Hoſtien.in c.1.de loca.quòd pœna appoſi-
ta locatori,videtur appoſita conductori.& dixit Bar. in l.libe
rorum.§.1.ſ.de his, qui notantur infa. ꝙ ſtatutum pœnale in
vxore,extenditur ad maritum.& dixit gl.notab. in c.2.in ver-
15 bo,reus.de confeſſ. in ſexto, † quòd lex pœnalis loquens de
reo,extenditur ad actorem.quam glo.refert & ſequitur Do-
minus Alex.in conſ.ſuo 24.incip.animaduerſis,&c. in vltima
charta.in fi.1.col.in 2.vol.& Geminia.in c.1. de temp.ordi. &
qualita.ordi.in ſexto.in 2.col.vbi dicit,ꝙ eſt ſimilis gl.in c.cu-
pientes.in §.pen.de elect. in ſexto. Et faciunt dicta per Bal.in
rubri.C.de rebus credi. vbi dixit, ꝙ correlatiua ſunt ſimul in
naturã intelligibilia,quia intellecto vno, intelligitur reliquũ.
Et pro iſtis optimè facit,quod voluit Bal.in l.1. ſ. de calumn.
vbi dixit, ꝙ lex imponens pœnam recipienti aliquid per ba-
ratariã,habet locum etiam in dante. & dixit D.Bart. in l.fi.C.
de exacto. tribu. quòd lex imperialis, quæ prohibet emere,
compræhendit etiam eccleſiam.& ibi dixit Ang. ꝙ prohibi-
ta emptione,intelligitur eſſe prohibita venditio,& illam do-
ctrinam refert & ſequitur Do.And. Barba. in c.1.in pen. col.
extra de teſtamen.vbi etiam in ſimili allegat Richar. de Saly.
in l.1.C.de ſacroſ.eccleſ.& dixit Bal.in l.nemo martyres.C.de
ſacroſanctis eccleſ quòd ſtatutum prohibens venditionem,
16 prohibet emptionem.† Et pro iſtis etiam facit,nam filius ſpu
rius ſicut non poteſt ſuccedere patri.authen. ex complexu.
C.de inceſtis nuptijs.l.j.C.de natur.liber.& in authen. licet.in
fin.C.de natura.liber.& in Authen. quibus modis naturales
effician. ſui. in §. pen. Ita nec econtra pater poteſt ſuccedere
filio ſpurio.ita dixit Azo in ſumma. C. de legiti. hæredi. & in
ſumma.C.de ſuis & legit & voluit Bar.in l.fi.in 1.col. ſ.de his,
quib.vt indig.& in l.1.in fi.princ.ſ.de bono. poſſeſ. cõtra tab.
& in l.ſi quis ſub conditione.prope medium.ſ.de teſta. tute.
& Dyn.in tract.ſuo,de ſucceſ.ab inteſta.& Bal. in d.authen.li-
cet.C.de natu.liber.& in repetitio.l.1.in 11. col. verſ.ſuper vi.
C.de ſacroſanct.eccleſ.& in l.Gallus.in §.1.in 6.colum. ſ.de li-
ber.& poſthu.& Do.Alex.in conſ.ſuo 150.incip. viſo thema-
te.circa medium.in 2.vol.Et facit,quod voluit Bar.in l.diuus.
ſ.de parric.vbi dixit, ꝙ ſi filius committat cauſam ingratitu-
dinis contra patrem, & pater eum occidat, non debet
puniri pœna l.Pompeiæ de parric.ita dicit econtra eſſe,ſi pa-
ter committat cõtra filium cauſam ingratitudinis, & poſtea
filius occidat patrem,quod non debet puniri pœna l.Pom-
17 peiæ.de parric.† Item prædictis poteſt addi verbum no. Bal.
in l.in fraudem.in princ. ſ.de teſta. milit. vbi dixit, ꝙ priuile-
gium datum alicui in conferendo, videtur etiam datum in
adimendo.Et facit no.verbum eiuſdem Bal. in conſ. 107. in-
cipien.dictat ſtatutum.in 6.volum.in fi. vbi dixit, quòd ſicut
ſtatutum laicorum volens, ꝙ inter affines fiat compromiſ-
ſum,non compræhendit clericos, qui non poterunt vigore
talis ſtatuti aſtringi ab affinibus ſuis ad faciendum compro-
miſſum cum eis,ita nec ipſi clerici non poterunt vigore ta-
lis ſtatuti cogere affines ſuos ad faciendum ſecum compro-
miſſum. [Vide de hoc Socin.in conſ.ſuo 70.incip.circa præ-
ſentem,&c.quaſi per totum. in 4.volum.& quæ dixi in l.ſer-
uo.in 1.col.in fi.ff.de ſicar.] Et faciunt dicta per Abba. in pœ-
mio Grego.vbi inquit,ꝙ in correlatiuis etiam reſpectu pœ-
næ,diſpoſitum in vno,cenſetur diſpoſitum in alio. pro quo
dicit facere quod no.Bar.in authen.qui ſemel. C.quomodo
& quando iud.& Bal.in d.l.nemo martyres. C. de ſacroſanct.
18 eccl.† & ideo dicit ipſe Abbas, quòd ſi ſtatutũ imponit pœ-
nam vendenti certam rem,quòd illa pœna intelligitur repe-
tita reſpectu ementis. quod dicit eſſe no. ex qua doctrina vi-
detur decidi quæſtio noſtra, videlicet, quòd pœna appoſita
ſtupranti vel committenti adulterium cum aliqua, intelligi-
tur etiam appoſita ipſi mulieri adulteratæ vel ſtupratæ.Et ad
prædicta

prædicta addi poteſt,quod voluit Petr. de Anchar.in repeti.
c.1.in 11.char.de conſtit.vbi dicit, quòd licet in materia cor-
recta tantum cenſeatur correctum,quantum exprimitur,vt
in l.præcipimus.in fi.C.de appel.tamen correctio in vno cor
relatiuorum extenditur ad reliquum.allegat Bart.in l.fi.C.de
indicta viduit.& ſubdit,ꝙ etiam reſpectu pœnæ lex extendi-
tur ad correlatiua & allegat Bar.in d.l.nemo.pro quib.etiam
facit,quod no.Bar.in l.fi.C.de acceptilat.vbi dixit,ꝙ ſtante ſta
tuto,ꝙ nullus poſſit emere ſine licentia alicuius officialis,in-
cluditur etiam venditor. quod dicit eſſe expreſſum in l.2.C.
de cupreſſ.lib.11.& ibi etiam hoc voluit Bart.vt dixi ſupra, ꝙ
etiam ipſe voluit in l.ſi ab eo.C.de legiti.hæred. & in l.ſi con-
uenerit.ſ.de pact. Et adduci etiam poteſt, quod voluit Do-
minic.in c.eos.in §.1.in 1.col.de tempo.ordi.in 6.vbi dicit, ꝙ
ſi ſtatutum permittit aliquid emere ſine ſolutione gabellæ,
intelligitur etiā permittere vendere.& dixit idem Dominic.
in c.cupientes.§.denique.de elec.in ſexto. quod lex diſponēs
de correlatiuo,extenditur ad aliud,etiam ſi de eo nihil dicat.
& dixit Ioan.And.in rubr.extra de ſponſa duorum. ꝙ fruſtra
dicebatur antiquitus de ſponſo duarum,quia iſtud ſubintel-
ligitur.Et dixit D.Abbas in c.quia clerici. de iure patrona. ꝙ
lex pœnalis loquens de emptore,extenditur ad venditorem.
& hanc dicit eſſe cōem theoricam Legiſtarum in l.fi.ff.de ac
ceptilat.& dixit idē D.Abbas in c.dilectus.il primo, de ſymo.
ꝙ vbi lex declarat, ꝙ ſine aliquo vitio poſſit dari pecunia in
beneficialibus,cenſetur etiam declarare,ꝙ liceat accipere.Et
dixit Bar.poſt glo.in l.inuitus.§.1.de reg.iur. ꝙ ſtatutum ꝓhi-
bēs Notarium aliquid recipere vltra ſalarium, prohibet etiā
volentem dare,per glo.in c.1.de ſymo.& faciunt dicta ꝑ Pau.
de Caſt.in conſ.ſuo 19.incip.communitas alicuius terræ,&c.
aliàs incip.præſens dubium, &c. in 2.col.& faciunt dicta per
Bal.in c.2.in vlt.col.extra de prob.vbi dixit,quod natura cor-
relatiuorum eſt cōis vtrique extremo,& vno contrahētium
prohibito vel permiſſo, alter cenſetur prohibitus vel permiſ
ſus.in c.2.de mut.peti.Et facit etiam, quod dicimus de acto-
re & reo,vt etiam ſuprà dixi, nam diſpoſitū in actore,exten-
ditur ad reum iure correlatiui.ideo dixit Dominic. in c.1.de
dolo & contuma.in ſexto. ꝙ ſi actor obtinuit ſpecialem cō-
miſſionē,ꝙ in cauſa ciuili reus debeat comparere perſonali-
ter in iudicio, tenetur etiam ipſe actor comparere perſona-
19 liter. † & facit gloſſa notab.in clemen.ſæpe. in verbo, volue-
rit.de verb.ſignif.quæ dixit,ꝙ ſi actor impetrauit vt cauſa ple
naria tractetur ſummariè, ita etiā cauſa reuocationis debet
tractari ſummariè,& voluit Bal.in c.à nobis.in vlt.colum. de
excep.Et illam glo.refert & ſequitur Domin. in c.1.in 2.col.
de dolo & cōtuma.in ſexto.& Abbas in c.fi. in 2.col.de mut.
peti.& Do.Felyn.in rub.de reſcrip.in 1.col. Pro qua facit, qđ
voluit Bald.in c.1.§.in quibuſdam. de conſue.recti feudi. vbi
dixit, quòd ſi actor impetrauit cauſam committi cum clau-
ſula,appellatione remota,extenditur etiam ad reum in cau-
ſa reconuentionis.Et dixit Bal.in l.fi.in 2.col. C.de fructib. &
lit.expen.ꝙ ſi in reſcripto Principis obtinuit vaſallus,vt à feu
do non caderet propter nō ſeruata fœdera feudi, ꝙ eodem
modo dominus non amittet dominium directū, ſi eadem
nō ſeruauerit,ꝙ aliàs amitteret.c.1.§.ex eadē. de lege Conra.
pro quibus faciunt dicta per Bar.in l.in ſacris.lib.3.C.de proxi
20 mis ſacro.ſcri.lib.12.in fi.Et facit † optimè no. verbum Bal.in
l.ſi cauſam.in vlt.col.C.de execut.rei iudic. vbi dixit, ꝙ ſtante
ſtatuto,ꝙ reus non poſſit opponere aliquam exceptionē vel
defenſionem contra inſtrumentum, vel eius executionē, ſi
tamen actor,qui petit executionem inſtrumēti non liquidi
habuerit aliquam dilationem ad probādum & liquidandū,
tunc durante tali dilatione poterit ſimiliter reus probare &
allegare contra ipſam liquidationē & concernentia illā,non
obſtante dicto ſtatuto, ꝙ dictum pro valde notab. refert &
ſequitur Do.Ioan.Bapti.de S.Seuer.in repet.l.admonendi.in
5.charta.in 3.col.in fi.de iureiuran.vbi allegat Bar.ibi,& alios.
de quo latius dixi in ſing.meo 168.inci.ęqualitas ſemper,&c.
ad quod etiam faciunt dicta per Felyn. in d.rubr.extra de re-
21 ſcrip.in 1.col. † Et vltra prædicta teneas etiam menti,ꝙ adeò
eſt verum hoc,ꝙ in correlatiuis diſpoſitum in vno,cenſetur
diſpoſitum in alio,quod dixit multum nota.Gemin.in c.ſan
cta. 2.q.7. ꝙ valet ſtatutum vnius ciuitatis diſponens, ꝙ illud
ius ſeruetur in ciuitate forenſibus,quod illi ſeruant in ſua ci-
uitate ipſis ſtatuentibus.quod dictum refert & ſequit̄ Dom.
Felyn.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de cōſtitu.in 33. col. vbi alia
allegat pro hoc dicto.Itē & pro hac quæſtione & in hac ma-
teria correlatiuorum adduci poteſt,nam abſoluto adultero,
cenſetur etiam mulier adultera abſoluta, vt in l.denuntiaſſe.
§.fin.ſ.de adulter.de quo tamen dicas diſtinguēdo, vt ibi per
Bar.& faciūt etiam dicta per Bart.Alex.& alios in d.l.fi.ſup.de
accept.& in d.l.1.de indicta viduita. Et ſic ex omnibus ſupra-
dictis videtur mihi etiam ex capite iſtorum correlatiuorum
concludere in quæſtione noſtra,ꝙ lex noſtra loquēs in viro,
& puniens virum committentem ſtuprum & inceſtū,com-
præhendit mulierem, cum qua ipſe inceſtus vel ſtuprū com-
mittitur,& ipſa debeat puniri eadem pœna,qua punitur vir
quæ omnia no.pro deciſione huius quæſtionis,& pro mate-
ria correlatiuorum,& etiam pro regula illa,ꝙ ꝓriorum eadē
eſt diſciplina, quia multa ex dictis ſuperius deſeruiunt dictæ
22 regulæ. † Sed poſſet aliquis ſubtiliter inſtare prædictis & dice
re,ꝙ immo ſupradicta omnia dicta de correlatiuis,nō proce
dunt in caſu noſtro,ſcilicet reſpectu pœnæ, quia reſpectu pę
næ in correlatiuis non fit extenſio de vno ad alium.ſecundū
Abba.in c.1.in vlt.col.de loca. vbi dixit, quòd licèt diſpoſitio
odioſa extēdatur ad correlatiua reſpectu peccati, nō tamen
extenditur reſpectu pœnæ, tum quia pœna non extendit ꝓ-
prium caſum.c.pœnæ.de peniten.diſt.1.tum quia cōſtitutio,
quæ extenditur ex identitate rationis,nunquam extenditur
reſpectu pœnę,vt ſingulariter dixit Io.And.in c.diſpendia.de
reſcri.in ſexto.quem refert & ſequitur Dominic. in 4.col.&
Io.de Imo. poſt Dom.Anto. in c.fi.in 5. col.extra de reſcrip.
& Dom.Abbas in prooemio Decretal. in §.Gregorius. in 4.
col.& Dom.Ant.in c.fi.in 13.col.extra de conſuet.Et idē no.
Ioan.And.in c.ſi fortè.de elect.lib.6.& ibi Dominic.in 3.col.
23 † Pro quibus facit ſingulariter dictum Io.And. in c.tibi,qui.
ſuprà de reſcrip.in ſexto.vbi dicit,ꝙ licèt decretum Papę affi-
ciat ignorantes.c.1.de conceſſ.præb. in ſexto. non tàmen re-
ſpectu pœnæ. & facit glo. in clem.volentes.in verbo, ex nūc.
de hæret. & facit, quod voluit Domin. poſt Io.And.in c.2.in
pen.col.de conſti.in ſexto.vbi dixit,ꝙ ſtatutum prohibens fa-
ctum damnatum à iure, non ligat probabiliter ignorantem
reſpectu pœnæ. Ad idem etiam facit, quod no.Abbas poſt
Ioan.And.in c.ſignificaſti.in 7.col.de foro competen. vbi di-
cit,ꝙ conſtitutio poſitiua fundata in iure diuino, ligat Papā,
ſed non reſpectu pœnæ. pro quo faciunt dicta per Archidia.
19.diſt.§.1.vbi allegat textū in l.fi. ſ.de decretis ab ord. facien.
Et hanc partem tenuit etiam ille ſingularis iuris monarcha
Do.Fely.in c.quoniam.in 10.col. de conſtitu. & in c.cogno-
ſcentes.in 6.colum. eo.tit. & in prooemio Decretal.in 2.col.
Pro qua etiam opin. adduci poteſt, ꝙ uoluit Bal.in c.primo,
in 1.col.in titu.qualiter dominus propriet.priuetur.in vſibus
feudorum. vbi inquit, ꝙ in pœna conuentionali non habēt
24 locum correlatiua. † Sed prædictis & his ſimilib.non obſtan
tibus,D.Fely.in dicto prooemio Decretal.tenet primam par
tem,videlicet, quòd in correlatiuis etiam reſpectu pœnę fiat
extenſio de vno ad aliud,& dicit prædicta habere locū,quan
do in ipſis correlatiuis non ſubeſt per omnia eadem ratio,
nam tunc diſpoſitum in vno,non habet locum in alio reſpe
ctu pœnæ. Sed vbi eſt eadem ratio, tūc ipſum correlatiuum
compræhenditur tacitè vi verborum,& non dicitur fieri ex-
tenſio, immo habetur pro expreſſo,iuxta gl. in c.1. in verbo,
Italiæ.de temp. ordin. in ſexto. quæ loquitur etiam reſpectu
pœnæ.& concordat Petr.de Anch.in repetitio.c.1. in 8.char-
ta.de conſtitu. & Io.de Ana. in c.cum ſit Romana. de ſymo.
& Pet.de Anchar.in conſ.95.incipien.ſuper dicto dubio,&c.
& no.Bal.in l.illud.in 1.col. C. de ſacroſ.eccleſ. de quo etiam
per eundem in l.1.C.de interdict.& facit tex.quem ſæpe alle-
gat Bal.in l.his ſolis.ibi, tacitè cautū putamus,&c. C.de reuo-
can.dona.vbi illud habetur pro expreſſo,in quo ineſt eadem
ratio.Et ſubdit ipſe Dom.Felyn.vbi ſuprà,quòd ſibi facile eſ-
ſet adducere plures glo. contra Ioan.And. in d. c.diſpendia.
ſcilicet,quòd pœnæ lex extendatur ex identitate rationis, de
quibus per Dom.Anto.in repetitio.c.fin. in 4.charta.de con-
ſuetu.& per Imo.in l.ſi verò.§.de viro. ſ.ſoluto matrimo. &
ſubdit quòd contra Ioan.And.in d.c.diſpēdia. in terminis te-
nuit Dom.Abbas in c.fi.in 3.col.de reſcrip. & propriè in cor-
relatiuis contra Io.And.tenet Dominic.in c.1.de tempo.or-
din.in ſexto.in 4.col.verſic.fallit ſecundò,&c. dicens, ꝙ quan
do lex imponit cuilibet correlatiuo ſuam pœnam,prout fa-
cit in c.2.§.1.eo.titu. tunc fit extenſio ad caſum habentem ſe
correlatiuè ad caſum expreſſum, etiam reſpectu pœnæ. alle-
gat Bar.in l.liberorum.per illum textum,ſuprà de infa. vbi ex
identitate rationis ſtatutum pœnale de vxore, extenditur ad
maritū. & dicit optimè facere gloſſam in c.2.in verbo, reus.
de cōfeſſis.in ſexto.& ad idem allegat gl.in c.cupientes.§.pe-
nult.in ver.de cætero.de elect. in ſexto. & hoc ponit pro vna
fallentia ad regulam, quòd conſtitutio pœnalis non exten-
ditur reſpectu pœnę vt non procedat in correlatiuis.& vide
Dominic.in d.c.2.de confeſſis.in ſexto. vbi ex dicta glo.colli-
git,conſtitutionem pœnalem extendi ad correlatiuum, &
idem tenet Bal. loquens de emente & vendente, in d.rubr.
C.de rebus credit. ad fin.ita reſidet Felyn.in dicto prooemio
Decretal.in 2.colum. Poſſet etiam dici & addi,quòd non eſt

ſemper & indiſtinctè verum, quòd diſpoſitio non extenda-
tur ad pœnam, quia immo quandoque extenditur etiam ad
pœnam. & ideo dixit notab. Pau. de Caſt. & Dominus Alex.
in l.2.in princip. per illum textum, ſupra ſi quis cautio. quòd
tranſactio ſuper ſorte, operatur ſuper pœna & ad illā exten-
ditur. pro quo faciunt, quæ latè dixi in materia cōnexorum,
in l.1.§.diuus Adrianus. ſ.in hoc tit. & illam doctrinam Pau.
de Caſt. & Dom. Alexan. in d.l.ſecunda, refert & ſequitur Do
25 minus Felyn. in c.ſuper literis. in 13.col. de reſcrip. † Et ſic ex
omnibus ſupradictis remaneo in hac concluſione circa præ
ſentem quæſtionem, quòd hæc lex puniens virum commit-
tentem ſtuprum & inceſtum pœna deportationis, compræ
hendet etiam ipſam mulierem, cum qua prædicta fuerint cō
miſſa, licèt lex ipſa de ea non faciat mentionem quò ad puni
tionem, vel pęnam, pro qua concluſione ſeu opinione, vide
textum quaſi formalem, & ibi glo. in l.ſi adulterium cum in-
ceſtu. ſ.de adulter. in prin. in verſ. mulier ſimiliter quoq; pu-
nietur. & ibi vide Bar. & licèt ille textus loquatur in adulterio
26 & inceſtu, † tamen idem erit in caſu noſtro per argumentū
à maioritate rationis, quod validum eſt in iure, vt habetur in
authen. multo magis. C. de ſacroſan. eccleſijs. cum ſimilibus.
Et ex iſtis redduntur expedita textualia. Reſtat ſolùm venire
ad gloſſam, ideo capio primam glo. in verbo, deportandus
eſt. pro cuius expeditione arguo cōtra hunc tex. dicitur hic,
ꝙ qui corruperit viduam, vel alteri nuptam, deportādus eſt,
& ſic cum dicit, alteri nuptam, loquitur de adulterio, quod
committitur cum nupta, vt habetur in §. lege Iulia. Inſtit. de
public. iudi. & in §.1. Inſtitu. de nupt. & in rubr. C. de adulter.
27 † Sed pœna adulterij eſt pœna mortis, ſeu vltimi ſupplicij, vt
eſt tex. in l.quamuis. la ſeconda. in fi. C. de adulter. & habetur
in §. lege Iulia. & in §. ſi quando verò. in Auth. vt nulli iudicū.
ſed hic dicitur, quod punitur pœna deportationis, quæ eſt
valde minor. ergo &c. Glo. ſentiens iſtud contrarium ſoluit
duobus modis. Primò dicit, ꝙ punitur pœna deportationis,
ſaltem & ad minus. & ſic intelligit, ꝙ non velit textus iſte, ꝙ
etiam non puniatur alia pœna. Secundò dicit, quòd poteſt
eſſe, quòd ex dignitate adulterij, ſufficiet deportatio, vt in
l.eiuſdem. §.penult. ſupra de ſicar. & adducit etiam, quod no.
in l.ſi adulterium cum inceſtu. in princip. ſup. de adulter. Ita
28 ſoluit glo. † Ex qua no. & tene menti, quòd dignitas ſeu no-
bilitas eſt cauſa minorandi pœnam, vt hic, & in d.l.eiuſdem.
§.penult. vbi videas gl. notabilem hoc limitantem in verbo,
deportantur. ex qua glo. tollitur & annullatur ſolutio prædi-
cta huius glo. noſtræ. Et de hoc, an nobilitas minuat pęnam,
& an minus puniatur nobilis, quàm ignobilis, vide Cyn. &
Bal. in l.fina. C. de ſumma Trinita. & fide catholi. & per Bar. in
l. Pedius. §. fina. de incen. rui. naufrag. per Docto. in c.cum
quidam, de iureiuran. & per Iacob. de Beluiſ. in l.præsbyteri.
C. de epiſcop. & clericis. & per glo. 44. diſt. in c.non cogun-
tur. & glo. & Bal. in l.fin. ſ.de rerum diuiſione. & Domi. Alex.
in d.l.Pedius. Sequitur l.patre vel marito.

SVMMARIVM.

1 ☞ Patri vel marito licet agere vel accuſare de adulterio.
2 An liceat patri vel marito occidere adulterum.
3 Actus venerei, qui dicantur.
4 Patri an liceat occidere ſtuprantem filiam, ſicut adulterantem eam.
5 Marito, an liceat occidere adulterum vxoris, & an liceat ipſi marito occidere vxorem adulteram. nume. 6.
7 Occidens aliquem in caſu à iure permiſſo, peccat in foro conſciētiæ.
8 In accuſatione adulterij quis præferatur, pater vel maritus.
9 An mulier poſſit accuſare maritum de adulterio.
10 Mulier committens adulterium non perdit dotem, ſi maritus tenebat concubinas & committebat adulterium.
11 Mulier committens adulterium, perdit bona paraſernalia.
Limitatio glo. in c.plerunque. extra de donationibus inter virum & vxorem.
12 Seruus contra dominum poteſt torqueri in cauſa adulterij.
13 Victus victori condemnatur in expenſis, & ad damna partis. numero 14.15. & 16.
16 Habens iuſtam cauſam litigandi, abſoluitur ab expenſis.
17 Iuſta cauſa excuſat à mora. Item à pœna legali nu. 19.
20 Iuſta cauſa excuſat à pœna contumaciæ.
21 Iuſta cauſa excuſat à pœna interitus.
22 Iuſta cauſa litigandi non excuſat à pœnis conuentionalibus, licèt excuſet à pœnis legalibus nu. 23.
24 Abſolutus ab expenſis, intelligitur ſolùm abſolutus ab expenſis, quę petuntur officio iudicis. non autem ab his quæ petuntur iure actionis, vt ſunt expenſæ conuentionales.
25 Iuſta cauſa non excuſat à pœna contractus voluntarij.
26 Iuſta cauſa litigandi nō excuſat ab expenſis, quando extat ſtatutum in ciuitate, quòd victus victori condemnetur in expenſis, immo in tali caſu iudex non poſſet abſoluere ſuccumbentem ab expenſis, & ſi eum abſolueret non valeret ſententia, tanquam ſententia contraria primæ ſententiæ ſtatuti numero 27.
28 Expenſæ, quæ veniunt condictione ex ſtatuto, poſſunt peti etiam poſt ſententiam.
29 Ille, cui conceſſum eſt per reſcriptum ſeu priuilegiam, quòd poſſit appellare, poterit tertiò appellare, ad hoc vt tale reſcriptum ſeu priuilegium aliquid operetur vltra ius commune. nu. 30.
31 In cauſa appellationis ſemper victus victori debet condemnari in expenſis, non habito reſpectu, an habuerit iuſtam cauſam litigandi.
32 Vna opinio Doctoris operatur, vt victus qui eam habet pro ſe, nō condemnetur in expenſis.
33 Si iudex appellationis retractat primā ſententiam, pars euitabit condemnationem expenſarum.
34 Opinio magiſtri ſui excuſat diſcipulum in ſyndicatu, dummodo talis magiſter eſſet doctiſſimus.
35 Quando victus fundaſſet intentionem ſuam ſuper tex. habente variat lecturas, ſeu varios intellectus, non debet condemnari in expenſis.
36 Victus, qui ſemiplenè probauit, non debet condemnari in expenſis.
37 Bonus vir bonæ conditionis & famæ, non debet condemnari in expenſis.
38 Debitor, qui non fuit primò interpellatus extra iudicium, ſi ſuccumbat, non debet condemnari in expenſis primæ citationis & libelli, quod tamen limita & reſtringe, nu. 39.40.
41 Cui incumbat onus probandi interpellationem factam eſſe, an affirmanti, vel neganti.
42 Licèt ex prima citatione non poſſit procedi ad pœnam contumaciæ, poteſt tamen procedi ad condemnationem expenſarum, quas fecit pars præſens nume 43.
44 Limitatio ad doctrinam Bar. in l.multum intereſt. ff. de condi. & demonſt. & in alijs locis dicentis, quòd prius debet conſtare & liquere iudici de contumacia antequàm condemnet contumacem, vel antequàm ad vlteriora procedat. nu. 45. vſque ad nu. 62.
49 Ignorantia iudicis non reddit nullum illud, quod habet veritatis fundamentum.
54 Licèt iudex non examinauerit acta, tamen propterea ſententia non eſt nulla ipſo iure.
55 Si iudici non conſtat de notorio, tamen ſi aliquid verè eſt notorium, & ita credat iudex, valet proceſſus contra non citatum. nu. 56.
57 Opinio conſona veritati, operatur idem, quod certitudo. nu. 58.
59 Intellectus l.ſi §.fin. ff. quod metus cauſa. vide remiſſiuè.
61 Fauore ſententiarum tenet factum indiſcuſſum, etiam ab ignorante factum.
62 Valet pactum factum inter partes, quod de expenſis factis ſtetur dicto partis, ſi tamen excedit modum in taxando dictas expenſas, tunc iudex poteſt taxare. nu. 63.
64 Quando alicui ſunt reficiendæ expenſæ victus, tunc debent deduci expenſæ, quas ipſe feciſſet domui ſuæ.
65 Iudex poteſt taxare expenſas conſiderata prolixitate temporis & qualitate cauſæ, etiam nullis factis probationibus de ipſis expēſis.
66 Tranſactio generalis facta ſuper re, de qua litigabatur, licèt extendatur ad connexa & acceſſoria, non tamen extenditur ad expenſas.
67 Iudex, an poſſit condemnare victū in expenſis ſi à parte non petatur.
68 Si victor nullam fecit expenſam, quia habuit procuratorem & aduocatum gratis, an hoc caſu poterit petere à reo id, quod veriſimiliter expendiſſet in procuratore vel aduocato.
69 Iudex in ſententia diffinitiua non poteſt ſibi reſeruare condemnationem expenſarum, quod tamen ſecus eſt in interlocutoria, per quam non finitur iuriſdictio.
70 Iudex in ſententia diffinitiua poteſt ſibi reſeruare taxatiuum expenſarum, etiam poſtquàm eſt à iudice appellatum, poteſt prius iudex taxare expenſas in quibus condemnauit.
71 Iudex appellationis confirmans primam ſententiam ſi dicat ſimpliciter, victum condemnamus in expenſis, intelligitur etiam de expenſis primi iudicis, niſi appareat quòd in illo iudicio victus habuerit iuſtam cauſam litigandi.
72 Iudex nullitatis poteſt condēnare in expenſis omiſſis a primo iudice.
73 Qui vſque ad finem litis differt producere inſtrumenta, non auditur tunc volens illa producere, niſi refectis expenſis. nu. 77.
74 Abſens ex iuſta cauſa recuperat tenutam abſque refectione expenſarum.
75 Quando labitur inſtantia, periculum expenſarum pertinet ad actorē.
76 Condemnatus in expenſis in aliqua interlocutoria ſi obtinuit in cauſa principali, & reus condemnatur in expenſis, quòd non reſtituat expenſas per eum habitas pro interlocutoria.
79 Tranſactio euidenter calumnioſa non valet.
80 Exceptio calumnioſa non admittitur in iudicijs ſummarijs.
81 Exceptio euidenter calumnioſa etiam ſi ſit admiſſa, tamen nūquam videtur incluſa.
82 In taxatione expenſarū debet pars citari, & an poſſit appellari. n. 83.
84 An ſententia lata ſuper taxatione expenſarum ſit diffinitiua, vel interlocutoria. remiſſiuè.

85 *Iura-*

85 *Iuramentum calumniæ, an excuſet ab expenſis.remiſſiuè.*
86 *An appellatione damnorum, veniant expenſæ.remiſſiuè.*

Patre vel marito. Et hoc intendit. In accuſatione adulterij, ſerui contra dominum torqueri poſſunt, qui ſi moriantur in tortura, debet ſolui eorum æſtimatio reo, ſi ſecuta fuerit abſolutio, ſed ſecus ſi ſecuta fuerit condemnatio, quia tunc alij ſerui, qui ipſi reo ſuperſunt, publicandi ſunt. Et in cauſa falſi teſtamen-
1 ti ſerui hæreditarij torquẽtur. hoc dicit. Caſus, &c. Nota † ex iſto tex. quòd patri & marito licet agere & accuſare de adulterio. ita probat iſte textus in prin. quod etiam probatur in l. marito. §. fi. ſuprà de adulter. & in l. pater. & in l. ſi maritus. la ſeconda. in prin. & in l. is, cuius ope. §. ex ſenatuſconſulto. eo. titu. immo etiam ſi maritus ſit filiusfamilias, poteſt vxorem adulteram accuſare ſine volũtate patris, vt eſt tex. in l. filiusfa-
2 milias. eo. tit. de adulter. Sed † an vltra accuſationẽ liceat patri, vel marito impunè occidere adulterum? Dicas quò ad patrem, ꝙ ei licet occidere adulterum, dummodo etiam occidat filiam. l. quod ait lex. §. pen. & fin. ſuprà de adulter. & l. nec in ea. & l. marito. in princ. & l. nihil intereſt. eo. tit. dummodo concurrant alia, quę habentur in dictis legibus, & quæ habentur per Angel. de Are. in tractatu maleficiorum. in verbo, *che hai adulterata la mia donna* in prima charta. ver. an patri liceat, & c. vbi fortius dicit, quòd licitũ eſt patri occidere adul-
3 terum repertum cum filia in actu Veneris. † Et quod actus Veneris dicitur non tantùm ſi actualiter ſit repertus nudus cũ nuda in actu carnali Venereo, ſed etiam ſi eum reperiat in præludijs Veneris, vt ſolus cum ſola in camera, cum verbis blandis, laſciuis, vel cum baſijs, vel cum tactu mammillarum, quoniam iſta omnia ſunt adulterij præludia, vt ſecũdũ eum notat gl. & Bar. in l. 1. ſup. de varijs & extraord. crimin. & gl. & Bar. in d. l. quod ait lex. & in l. capite quinto. eod. titu. ad quod etiam allegat Dom. Saly. in l. Gracchus. C. de adulter. ita dicit Ang. Aret. vbi ſuprà, ponendo ſeptem requiſita, ad hoc vt ipſi patri liceat occidere adulterum filiæ. Et ibi in fine illius ver. ſubdit, quod licitum eſt patri, cõcurrentibus illis ſeptem requiſitis, occidere adulterum, etiam ſi ſit in magiſtratu. ad quod allegat Do. Bart. in d. l. quod ait lex. §. illud. ad quod vide tex. in l. marito. §. illud. eo. tit. de adulter. videas tu tamẽ Dom. Auguſt. Ariminenſem ibi, in addit. ſuis, limitantem & reſtrin-
4 gentem dicta Do. Ang. ibi. † Sed an liceat patri occidere ſtuprantem filiam ſicut adulterantem? vide Abbatem in c. veniens. el ij. de ſponſali. vbi tenet quòd ſic. ſed contrarium tenet Ang. de Are. in d. tract. in d. verbo, *che hai adulterata la mia donna* in dicto verſic. an patri. verſi. 7. Contrarium tamen dicas in raptu, quia in illo competit patri, fratribus, & affinibus vindicta, adeo ꝙ quilibet etiam tutor, poteſt raptorem occi-
5 dere. l. 1. §. 1. C. de raptu virgi. † Quid autem in marito, an ſibi liceat occidere? Dicas ꝙ non, niſi adulter ſit vilis perſona, vt habetur in d. l. Gracchus. C. de adulter. & in l. marito. ſ. eod. de adulter. de quo tamen vide latius per Ang. de Are. & ibi per Dom. Auguſt. Ariminen. in dicto ſuo tract. maleficiorum, in dicto verbo, *che hai adulterata la mia donna.* in prin. An autem
6 † liceat ipſi marito occidere vxorem adulteram? vide ibidẽ An[illegible]. & D. Auguſt. Arimi. melius loquentẽ iudicio meo, vbi poſt plura in materia adducta ibi in fi. ſuæ addit. dicit, quòd
7 † licèt pater vel maritus occidant adulterum, etiam in caſu ſibi à iure permiſſo, tamen peccant, per c. admonere. & c. inter hæc. 33. q. 2. quod tamen ipſe indiſtinctè non affirmat, ſed ſe remittit ad Doct. in dictis iuribus, & ad Abb. in c. 2. extra de homicid. & ad Ang. in l. marito. ſ. de adulter. Attamen pro illis glo. & pro hac parte ꝙ illi peccent, tenet Do. Abb. in c. veniens. il ſecondo. in fi. de ſponſ. Et pro hac parte facit optimè ſecundum me, not. verbum Bal. in l. decuriones. C. ex qb. cauſis infamia irrogatur. vbi dicit, ꝙ occidẽs bannitũ, etiam permittente ſtatuto, licèt non puniatur aliqua pœna corporali vel pecuniaria, attamẽ eſt infamis. de quo dicto feci mentionem in conſilio meo, quod incip. Adiuua me Domine, & ſaluus ero, &c. in 9. char. Et facit etiam, quod dixit idẽ Bal. in l. 1. in 2. col. C. ſi à non compet. iudi. vbi dixit, quòd omne homicidium habet in ſe delictum & dolum, quantuncunq; permittatur à ſtatuto. & faciunt etiam dicta per eũdem Bal. in l. vt vim. ſ. de iuſtitia & iure. & per Barba. in c. accuſaſti. in 3. col. extra de accuſat. Et facit etiam, nam licèt de iure pœnę peti poſſint, tamen in foro conſcientiæ peti non poſſunt, vt eſt glo. multum notab. in c. fraternitas tua. 12. quæſt. ſecunda, quam ad hoc allegat Dominus Alexand. in conſilio ſuo 395. incipien. cum dicatur, &c. in tertia colum. ſecundum ordinem meum, per quam glo. plura elegantia adducit D. Felyn. ſequens hanc partem, in c. audiuimus. in prima colum. de ſymo. vbi omnino videas, & non omittas, & vide etiã eundem Dom. Fely qui illa repetit quaſi ad literam, in c. primo, in 12. colum. cum ſequen. de conſtitutionib. item etiam pro prędicta opinione facit quod voluit Pet. de Anchar. in conſ. ſuo 5. incipien. pro parte nobilis, &c. in vltimis verbis. vbi dicit, ꝙ præſcribens rem, non poteſt illam retinere cum bona conſcientia, quod optimè probat tex. in Authen. vt eccleſ. Romana. in §. habeat. in ver. & tutus peccandi locus, &c. licet contrarium tenuerit in hoc Innocen. in c. cura. de iure patrona. & in c. 1. de præſcrip. quem refert & ſequitur Bal. in cap. 1. §. ſi quis per triginta. in 3. colum. ſi de feu. fuerit controuer. inter dominum & agnatum. & Ludo. Roman. in conſ. 149. incip. concluſionem primam, &c. vbi dicit, ꝙ idem tenet Io. And. in regula, poſſeſſor. in mercurialibus. Et ſic per iſta omnia, & per ſingularia dicta Domi. Fely. in dictis locis, mihi vr̃ poſſe concludi, quod licèt pater vel maritus poſſit in aliquo caſu occidere adulterum lege vel ſtatuto permittẽte, tamẽ etiam tali caſu non euitabunt peccatum. ad quod vide etiam Dominum Fely. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. in 16. col. verſi. item
8 poſſet. extra de conſtitu. † Poſſet modò vlterius dubitari, dicitur hic, quòd pater & maritus poſſunt accuſare de adulterio, ſed quæro, quis præferatur in tali accuſatione, an pater, an verò maritus? In quo dicas, quòd maritus præfertur patri, & omnibus alijs, etiam ſi pater iam accuſationem propoſuerit, & ſe ſubſcripſerit; & maritus non fuerit in negligentia, vt habetur in l. 2. §. fi. per glo. & Bart. ſ. de adulter. & idem etiam dicas in ſponſo, vt habetur in l. ſi vxor. in §. diuus. & in §. ſi minor. ſ. de adulter. de quo vide plenè & no. per Ang. de Are. & ibi per Dom. Auguſtinum Ariminen. in additio. in d. tracta. maleficiorum, in dicto verbo, *che hai adulterata la mia donna.*
9 in 4. charta. verſi. quis poſſit de adulterio. † An autẽ econtra, videlicet, an mulier poſſit accuſare maritum de adulterio. Angel. in dicto verbo, in 3. char. verſ. quæro, quia video, &c. dicit, quòd mulier non poteſt accuſare maritum de adulterio. allegat l. 1. & quæ ibi habentur. C. de adulte. & rationem allegat ipſe Angel. ſecundum Saly. in d. l. prima, quia per vxorem fit iniuria viro, & non econtra, & etiam quia per maritum non poteſt violari thorus mulieris. fatetur tamen Ang. ibi, quòd mulier poterit accuſare maritum ciuiliter de adulterio, vt ſeparet thorum, & perdat donationem propter nuptias, ſecundum Docto. in d. l. 1. C. de adulter. per l. ex conſenſu. C. de repud. Sed Dom. Auguſt. ibi in additio. videtur per iura & rationes tenere, quòd immo ipſa mulier poſſit accuſare virum de adulterio de quo ibi latè per eum, quem videre poteris, quia nolo vlterius me extendere circa hanc mate-
10 riam, cum non ſit propriè materia huius legis. † Nolo tamen omittere vnum notab. verbum circa hanc materiam adulterij, videlicet, quòd licèt mulier committẽs adulterium poſſit accuſare & interfici à patre, & quandoque à marito, vt ſuprà dixi, & etiam perdat dotem, vt habetur in l. conſenſu. C. de repu. & in l. viro atque vxore. & in l. cũ mulier. la prima. ſ. ſoluto matrimo. & in c. plerunque. de dona. inter virum & vxor. cum ſimilib. attamen ſi mulier commiſit adulterium non perdit dotem, ſi maritus tenebat concubinas & committebat adulterium Ita ſingulariter dixit Pau. de Caſt. in cõſ. ſuo 128. incipien. hæc mulier non debet excludi, &c. & hoc propter illam regulam, videlicet, quòd paria delicta mutua compenſatione tolluntur. de qua in c. ſignificaſti. de diuor. & in c. penult. & fin. de adult. & in l. viro atque vxore. & in l. cũ mu-
11 lier. la prima, præalleg. † Ex qua doctrina poteris limitare gloſſam ſingul. in c. plerunque. de donat. inter virum & vxo. quã dixit mirabilem Ludo. Roma. in ſing. ſuo 312. ſecundum ordinem meum, inci. propter adulterium, &c. quæ dixit, quòd ſicut mulier committens adulterium perdit dotem, ita etiã perdit bona parafernalia. quæ omnia not. ſunt ad adiuuandũ mulierem, quæ commiſit adulterium, vt nõ perdat dotem, neque bona parafernalia. de quo dixi etiam in ſingula. meo 234. quod incip. paria delicta. Et ex prædicta doctrina etiam fortaſſe poteris limitare omnia iura volentia, patrem vel maritum poſſe impunè occidere filiam, ſeu vxorem adulteram, vt ſuprà dixi, vt habeant locũ, quando mulier ſine cauſa mariti committit adulterium, ſecus autem ſi ex cauſa mariti, vt quia tenebat concubinas, & committebat adulterium, vt ſuprà dictum eſt, & etiam tali caſu fortè non poterit impunè interficere adulterantem ipſam filiam vel vxorem, arg. eorũ, quæ dixi in ſingul. meo 275. incip. conceſſo vno, &c. Sed reſtringerem tamen hoc procedere in patre ſciente adulteriũ commiſſum fuiſſe per generum ſuum tenendo cõcubinas, ſecus autem ſi hoc ignorabat, quia hoc caſu ignorantia poterit eum excuſare. c. ignorantia. de reg. iur. in 6. l. cum quis. C. de iuris & facti ignoran. cum ſimilibus. [Et in hac materia vide Iaſ. in l. ſecunda, in 3. col. ſ. ſolu. matrimo. & quæ dixi in ſingula. meo 234. incipien. paria delicta, &c.] Teneas menti

prædicta,

prædicta, quia pauci ſunt viri, qui non committant adulte-
rium, ex quibus etiam corroboratur opinio illa Doc.quam
ſupra proximè retuli,videlicet quòd mulier poterit accuſare
maritum de adulterio ciuiliter, licèt nõ criminaliter,vt dixi.
Poſſet etiam hic quæri de pluribus circa materiam adulte
rij,quæ omitto, cum hic non cadat propriè examinatio talis
materiæ,ſed me remitto ad ſatis plene dicta per Domi.Ang.
de Are.in dicto ſuo tractatu maleficiorum, in dicto verbo,
che hai adulterata la mia donna,&c. per totum.& per Dominũ
12 Auguſtinum Ariminẽſem ibi, in additionibus ſuis. † Modò
redeundo ad textum huius legis, noto etiam ex eo,ꝙ ſeruus
contra dominum poteſt torqueri in cauſa adulterij. Ita pro-
bat iſte textus,concordat tex.in l.1.C.eod. & in l.extraneo.in
prin.inf.eo.& alia iura ſunt ad hoc, quæ adduxi ĩ l.de inceſtu.
s.eo.Nota etiam ex hoc tex.ꝙ pars ſuccumbens in cauſa cri-
minali,tenetur ad intereſſe alteri parti obtinenti, & tenetur
ad ſibi reſarciendum damna,quę paſſa eſt.ita optimè probat
iſte tex. ibi,in ver. mancipiorum. quæ mortua fuerint, ęſti-
13 matio habetur,&c. † Et ſic optimè poteſt allegari iſte text. ꝙ
in criminalibus quis tenetur ad intereſſe & dãna partis obti-
nentis.ad idem videtur tex.in l.qui crimẽ. C.qui accuſare nõ
poſſ.in fi.& in l.ſi poſtulauerit.in §.ſi reus.ſup.de adulter.in §.
hæc autem omnia. Inſtit.de pœna teme. litigan. & hanc par-
tem firmat Bart. poſt glo. in l.1. s̃. de de alienat.iud.mutandi
cauſa facta.& Doct.in l.2.C.de fructib.& lit.expen.& Ang.de
Are.in d.§.hæc autem omnia.in penult.col.verſic. quæro, an
ſolum &c.& Sal.in l.properandum. in §. ſinautem alterutra.
14 C.de iudic.† Sed poſſet quæri, quid autem ad expẽſas in ipſa
lite criminali factas,an victus condemnetur victori? In quo
dicas quòd ſic. tex.eſt,ſecundum vnam lecturam, in l.fi.C.de
fructib.& lit.expen.& hoc etiam voluit gl. in c.finem litibus.
de dolo & contuma.& hanc partem firmat Bart. in l. 1. in fi.
princip.s̃.ad Turpillia. & Bart. in l.ſi poſtulauerit.in princ. &
in §.fin.s̃.de adult.vbi dicit pro hac parte eſſe caſum in d.l.fin.
C. de fructib. & lit.expen. ſecundum vnam lecturam. idem
etiam firmat Ang.de Are. in §. hæc autem omnia. in vlt.col.
Inſtitu.de pœna temerè litigan. & Spec.in titu.de expen.§.fi.
verſ.ex præmiſſis,&c. ibi, ſi verò ſit criminalis, &c. & Abbas
poſt alios in d. c.finem litibus. in 10. col. in verſ.venio nunc.
& Bal.in l.non ignorat.C.de fructib.& litium expen. & Bald.
in l.qui crimen.C.qui accuſare non poſſunt.licèt ibi non fir-
met hoc.& volunt Canoniſtę in c.calumniã. de pœn. & hæc
eſt communis opinio Docto. à qua non eſt recedendum,
quam etiam approbat Bar.in d.l.non ignorat. & ibi Salyc. &
Bar.in d.l.fin. C. de fructib.& lit.expen. [Vide in materia iſta
Gandinum in ſuo tract.maleficiorum, ſub rubr.qualiter fiat
accuſa.in 2.col. verſ. & ſcias ꝙ denuntiator, &c. & melius in
repetitio. clem. ſæpe.de verborum ſignif. per Dom.Georg.
Nat.in §.quæ omnia.in 5.& 6.col.& vide Dom.Parid.de Pu-
teo,in tract.ſyndica.in 5.charta,in verſ. inquiſitio,&c. per to-
tum.] Et hanc partem etiam tenuit Ang. in repetitio.l.ſi va-
cantia.in fi.verbis.C.de bonis vacan.lib.10.& Dom.Cataldin.
in tract.ſuo ſyndica. in verſ.610.incipiente, adde & nota be-
15 ne,&c. † Vbi fortius dicit,videlicet,quod ſi iudex inquirit ad
promotionem vel querelam alterius contra alium de deli-
cto,ſi inquiſitũ propter legitimas eius defenſiones, vel pro-
pter probationis penuriam vel alia cauſa abſoluat, ſemper
debet illum,ad cuius inſtigationem,promotionem,vel que
relam fuit inquiſitio inſtituta, in expẽſis cõdemnare. & hoc
per glo.notab.in c.dilecti.de dolo & contuma. in glo.fi.quæ
dicit,quòd in cauſa criminali, ſiue agatur per viam denũcia-
tionis,ſiue accuſationis,ſiue inquiſitionis,locum habet con-
demnatio expenſarum: nec, ſecundum eum,ibi ſufficere vi-
detur pœna talionis,quia condemnatio expẽſarum non eſt
pœna ſeu intereſſe reſpectu rei familiaris,vt no.in c.fin.de re-
ſcrip.& de electio.in c.1.lib.6.in verbo, hanc pœnam.in fi. &
ſic propter vnam cauſam criminis vna per aliam non impe-
ditur.allegat l.vnicam. C. quando actio ciuil. præiudi. crimi.
Item dicit,pęna talionis infligitur propter calumniam,& ſic
propter extrinſecam cauſam,pœna autem expenſarum pro-
pter iniuſtum litigium,& ſic propter intrinſecam cauſam,&
ſic propter diuerſam cauſam ex eodem delicto punitur du-
pliciter.allegat etiam ad hoc, c.1.de crimi. falſi. Iſtud tamen
verum fatetur Do.Anto. ſecundum eum in d.c.cum dilecti.
inquantum glo.ibi dicit,condemnationem expenſarum lo-
cum habere in cauſa inquiſitionis,verum eſſe aliquo ſpecia-
liter proſequente inquiſitionem,cuius interſit,vt no.Specu.
in tit.de expen.§.1.in fi.ſecus autem,ſi iudex ex officio ſuo ꝑ-
cedit infamia præcedente, quia tunc ex debito officij inqui-
rit,& ex neceſſitate.allegat ad hoc de offi.deleg. c.ab arbitris.
lib.6.& quod ibi no.in vlt.glo.& l.2.C.qui accuſare non poſſ.
vbi propter neceſſitatem officij accuſans excuſatur à pœna
calumniæ,quia non debuit ius reipublicæ dimittere indefen
ſum,ꝙ timore expenſarũ fortè dimitteretur.l.illud.s̃.de peti-
tione hæredi. Item quia motus ꝓpter famam habet iuſtam
cauſam litigandi, quæ excuſat à condemnatione expenſarũ.
c.1.in fi.de electio.lib.6.& refert ibi D.Cataldin.ſe ita conſul-
uiſſe in ciuitate Firmana pro quodam ſer Franciſco de Ser
uiligiano,inquiſito ad diffamationem & querelam alterius.
quod iudex debet querelantem in expenſis condemnare,,
delictum non probetur.quod dicit eſſe notan.à iudicib. ma-
leficiorum, ne ſi talis caſus accideret, in ſyndicatu propter
omiſſam condemnationem expenſarum poſſet moleſtari.
Ita reſidet D.Cataldi.in dicto ſuo tract.Et vide Bal. in l.ſeueri
tas.C.de excu.tuto. vbi dicit,no. hanc legem contra iudicem
inquirentem,ꝙ ſi abſoluat inquiſitum, tenetur ei in expẽſis,
16 ſi eum dolo vel lata culpa temerè faticauit. Stat † ergo con-
cluſio firma, ꝙ victus victori in criminalibus condemnatur
in expenſis.Et idem dicendum eſt in ciuilibus. [Vide Pau.de
Caſt.in l.ſi procurator. ff. rem rat.hab.] vt in l. qui ſolidum.§.
etiam. ſup.de leg.2.& in l.eum, quem temerè. s̃.de iud. & in
d.c.finem litibus.de dolo & contuma.& in §.hæc autem om
17 nia.Inſtitu.de pœna teme.litigan.cum vulgarib.†Prædicta ta-
men regula, tam in ciuili, quàm in criminali limitatur, niſi
victus habuerit iuſtam cauſam litigandi. Ita habetur ꝑ Doct.
in dictis locis,& in l.properãdum.§.ſinautem. C.de iudi. pro
qua limitatione facit optimè dictum Ioan. And. in additio.
Spec.in titu.de arbitr.in §.fi.in additio.incipien.diuus.in regu
la,ſcienti,&c. vbi dixit,ꝙ habens iuſtam cauſam petẽdi redu-
ctionem ad arbitrium boni viri, excuſatur à pœna compro-
miſſi,licèt ſuccumbat,quod etiam dixit Bal.in authen. gene-
raliter.in 2.col.in verſ.item à pœna, &c. C.de epiſco. & cleri.
vbi refert Io.And.in titu.de arbitr.& voluit Bar.Ang.& Petr.
de Anchar.in l.tres fratres.s̃.de pact.& Bar. in l.ex diuerſo.§.1.
s̃.de rei vendi.& Bart.in l.quod te.s̃.ſi cer.peta.& in l.Iulianus.
ſup.de condi.indebi.& in l.is, qui cum tutoribus. s̃.de trãſact.
& in authen.generaliter. C. de epiſco. & cleri.& Bal.in l.ſi iu-
dex.s̃.de his,qui ſunt ſui,vel alieni iur.Bal.in l.eos. §.cautione.
C.de appella.& Ang.in l.qui Romę.§.duo fratres.s̃.de verbo.
obligat.Bald. in l.edita.in 13.col.C.de eden. Bal.in l.fi.in 11.q.
C.de contrahenda empt.Abbas in c.Quintauallis.de iureiur.
pro quibus facit tex.in l.ſi libertus iurauerit.s̃.de oper.libert.
18 † Item facit glo.in l.quod te.s̃.ſi cer.pet.quæ dixit, quòd iuſta
cauſa,excuſat à mora & à pœna rei debitæ. quod etiam vo-
luit glo. in l.uinum.in verſ.cum eſſet petitum.s̃.ſi cer.peta.&
gl.in l.in hac.s̃.de triti.in glo.mag.in prin.quam glo.dixit ſin-
gul. Bald. in c.1.circa fi. qui ſucceſſores tenean. in vſib.feudo.
Item etiam facit glo.fi.in l.ab executore.C quorum appella.
19 non recip.quæ dixit, † quòd iuſta cauſa excuſat à pœna lega-
li,& habetur in c.ſacro.de ſenten. excommu.& voluit Bal.in
l.3.C.de epiſco.& cleri.& Bal.in addit. Spec. in titu. de arbitr.
20 † Item facit glo.notabi.in l.ex conſenſu.in §.fi. inf.de appella.
quæ dixit,ꝙ iuſta cauſa excuſat à pęna contumaciæ, ꝙ etiam
75 reſidet Dom.Alexan.in d.§.tutor.† Item teneas etiam menti,quòd victus victori condemnatur in expenſis,vt in iuribus vulgaribus. Et quòd quando labitur inſtantia, periculum expenſarum pertinet ad actorem.cuius negligentia perijt inſtātia,quia tunc reus debet abſolui ab obſeruatione iudicij.l.nouerint.& ibi Bart.& in l.fi.& ibi nota per Bald.C.vt intra certum tempus quæſtio ci.termi.& l.properandum.§.illo. cum ibi no.per Barto.C.de iu. Ita dixit Dom.Alexan.in conſi.ſuo 66.in ap.viſis dubitationibus,&c.in 1.colum.in 5. volu.
76 † Sed quæri poteſt de quotidiana q.pone, tu citaſti me in iudicio & petiſti 10.à me,puta ex cauſa mutui, & in hoc iudicio tu fuiſti contumax, vel tibi lapſa eſt inſtantia , ex quibus fuiſti mihi condemnatus in expenſis,poſtea refectis expenſis tu iterum agis cōtra me ad dicta 10. & probas intentionem tuam,adeò quòd ego ſum condemnatus ad dicta 10.& in expenſis,vtrum hoc caſu tenear tibi etiam reſtituere expenſas, quas mihi ſoluiſti ratione contumaciæ, vel ratione lapſæ inſtantię? Dicas quòd non. Ita dixit Barto.per illum tex. in l. ſi pignore.in princip.ff.de pign.act.& ibi Pau. de Caſt. clarius, & Salyc.& idem etiam voluit ipſe Salyc. in l. properandum . in §.ſinautem alterutra.circa fi.C.de iu.& ſentit Barto.in l.damni.l.3.§.cum parietem. ſuprà de dam.infec.in fi.& idem videtur tenere Bald.in l.non ignorat. in fi. C. de fruct. & lit.expen.vbi dixit,quòd ille qui commiſit temeritatem ante ſententiam , & ideo ſoluit expenſas, non recuperabit eas,ſi vincit in negotio principali.& vide etiam Alex.in d.l.ſi pignore. & in l.ſi patroni. in §.qui fideicommiſſariam.in 3.colu.ſuprà ad Trebellia. & teneas menti prædicta, quia eſt quæſtio quotidiana, & ego nunc habeo eam coram me in facto in foro
77 mercantiæ, vbi ſum iudex. † Teneas etiam menti vnum, de quo aliquid dixi ſuprà , videlicet, quòd ille qui calumnioſè

nioſè differt producere inſtrumētum, non debet poſtea au-
diri ipſum producens, niſi prius refectis expenſis, quibus ſua
tarditate & calumnia vexauit aduerſarium. Ita dixit Bal.in d.
c.exceptionem.in princ.de excep.quem refert D. Fely.in d.c.
ad audientiam.el 2.in 12.col.de reſcript & in c. de cætero. in
4.col.de re iud.pro quo allegat c.ſuſcitata.& ibi Abb.in 3.no.
de in integrum reſtit.Et pro hoc facit optimè dictum Aegi.
Bellame.in ſua deciſio.227.inc.in cauſa,&c.vbi dixit, ꝙ cleri-
cus qui permiſit ſe condemnari à iudice & committi execu-
tionem,& poſtea allegauit priuilegium clericale, cùm eſſet
clericus coniugatus,ꝙ debet condemnari in expēſis, in qui-
bus faticauit actorem,tardando opponere dictam excep.qđ
dictum refert & ſequitur D.Fely.in c.exceptionem.in princ.
☞ de except. [Vide tamē Bal.in l.generaliter.in 2.co..C.de epiſ.
& cler.& Cardi.Alex.in c.ex parte tua.in 2 col. de appel. vide
latius per D.Philipp.Dec.in conſi.241.inc.ſcripſi aliàs.] Et idē
dixit Gem.in c.1.in 6.col.in princ.de reſcrip.in 6.quæ omnia
optimè faciunt pro eo,quod hoc anno conſului & obtinui.
78 Nam hic bonum habemus ſtatutum, volens ꝙ iudex appel-
lationum poſſit iurari ſuſpectus,& ſic recuſari. Modo quidā
fuit delegatus iudex appellationis in quadam cauſa, in qua
pluries audiuit partes & examinauit teſtes & proceſſum, &
finaliter concluſit in cauſa,quo ſtāte pars iurauit eum ſuſpe-
ctum,& fecit cauſam ipſam committi alteri iudici delegato,
qui inhibuit primo iudici,vt vlterius ſe non intromitteret in
dicta cauſa. Dixi ego talem inhibitoriam tunc factam non
valere tāquàm calumnioſam,& illam non ligare manus pri-
mi iudicis,quin poſſit de cauſa ipſa cognoſcere & ſententia-
re,& ita obtinui,& quamplura adduxi in propoſito, quæ nō
☞ refero præſentialiter. Et vltra illa,quæ ibi adduxi, [in materia
iſta vide etiam Alex.in l.edita.in 4.col.verſ.teneo opinio.&c.
C.de eden.& Ioan.And.in additio. Specu. in titu. de requiſi.
conſi.§.inſuper.ver.vt autem.& Ange.in conſi.136. incip. in
quæſtione vertente.& Alex.in conſi.62.incip.viſa facti narra-
tione.in 2.col.in fi.in 2.vol.& D.Fely.in c. inter monaſteriū.
in 8.col.de re iud.& in c.nullus.circa fi.de pręſump.& Abb.in
c.ſciſcitata.in pen.col.de in integrum reſtit.& in c.ex parte.el
2.poſt princ.de offic deleg.& in c.ſuper eo.eod.titu. & Fran.
de Aret.in c.ſuper his.in 11.col.de accuſa.] Facit optimè no.
verbum Ioan.Andr.in additio.Specu.in titu.de lega. §. reſtat.
ſuper verſi.quid ſi in ſtatuto.in addi.incip.Old.in ſua diſputa.
vbi ſingu.dixit,ꝙ etiam vbi agitur de præiudicio irreparabili,
non admittitur aliqua exceptio contra executionem capita
lem,ſi obſtat præſumptio calumniæ, quod dictum refert D.
Fely.in dicto c.de cætero.in 4.col.vbi dicit,quòd contrarium
tamen ſentit Bal.in l.1.in pen.col.C.qui accu.non poſ. & for-
tè melius,niſi vehementia calumniæ & periculū moræ aliud
ſuadeant,quo caſu dicit cōſilium eſſe, vt probatio offeratur
parata incontinenti,& tunc Ioann. Andr. nòn ſe firmat,ſed
hoc videtur firmare Barba.ſecundùm eum,in c.ſuper eod.in
pen.colum.de offic.delega.pro quo dicit facere c. literas. in
☞ verſi.propterea.de reſtitu.ſpolia. [† Et vide Ange. in conſil.
79 94.inc.pro parte negatiua.in 4.col.vbi dicit,ꝙ tranſactio eui-
denter calumnioſa ex parte actoris vel rei non valet,etiam di
xit in conſi.ſuo 18.inc.viſa facti narratione.in pen.col.& vide
glo.in l.qui cum maior.§.ſi patris.ff.de oper. lib. quam ſequi-
tur Imo.in l.pen.in §.ad crimen.verſi.6.fallit.ff.de publ. iudi.]
80 † Dicit etiam ibi D.Fely.quòd nec etiam exceptio calumnio
ſa admittitur in iudicijs ſummarijs,ſecundùm Card.& Ioan.
de Imo.in d.c.ſuper eo.vbi dicit Abb.propter glo.pen.ibi, ꝙ
iudex videns apertè calumniam,non debet curare in tali ca-
ſu de appell.interpoſita à reiectione exceptionis. Pro quibus
etiam adducit ipſe D.Fely.Bald.in l.1.in 2.col.verſicu.poſſent
tamen. C. quomodo & quando iudex.vbi dicit,quòd iudex
poteſt ſupplere pro reo,quādo videt euidenter calumniam
actoris. Alleg.Innocen.in c.1.de offi.vica. vbi voluit ſufficere
quòd appareat de calumnia notoriè, etiam aliter quàm ex
forma petitionis.de quo latius per D.Felyn.in d.c.de cætero.
vbi in ſubſequenti col.ibi ſubdit,quòd nec etiam debet con
cedi remiſſoria ad partes,quando illa petitur calumnioſè. al-
leg. hoc voluiſſe Ludo.Roma.in conſil.ſuo 273.ad fin. quod
incip.clarum eſt,beneficium. vbi etiam ponit aliqua ſigna
ad cognoſcendum calumniam. Et facit no.verbum Alexan.
in conſi.ſuo 65.incip. habita ſuper contentis.in 4.colum.in j.
volum.vbi dixit,ꝙ except.calumnioſa poteſt repelli etiam ſi
eſt efficax & vera,ſed opponitur cauſa moderādæ litis,& hoc
ēt in iudicio plenario,dūmodò tunc ſuſpitio ſit vehemens,
ſed in iudicio ſummario ſufficit leuis.& ſubdit etiam ibi, ꝙ
præſumitur cauſa in iudice repellente exceptionem. ad quæ
plura alleg.de quibus ibi per eum. Facit etiam, quod voluit
Domini.in c.eccleſia. in 4.colum.de conſtitu.vbi dixit,quòd
ſi iudex repellit exceptiones rationabiles motus vehementi

præſumptione calumniæ, non eſt ſententia iniuſta. alleg.In-
nocen.in c.poſt electionem.de conceſ. præben. quod etiam
voluit Ioann.de Ana. in cap.ſuper eo. in 2. colum. de crimi.
fal.& Dom.Felyn.allegans quamplures alios hoc tenentes in
d. c.de cætero.in 5.colum. vbi ſubdit etiam no.verbum,vide
licet,quòd ſi ſtatutum dicit, iudicem debere concedere cō-
ſilium ſapientis petitum à parte,quòd tamen ſi ipſe iudex vi-
derit dictum cōſilium ſapientis calumnioſè peti, tunc debet
denegare tale conſilium ſapientis petitum à parte, quòd ta-
men ſi ipſe iudex viderit dictū conſilium ſapientis calumnio
ſè peti,tunc debet denegare tale conſilium. alleg. hoc vo-
luiſſe Dom.Signor.de Homo.in conſi.ſuo 8. incipien. ſtatu-
to Mediolanenſi, &c. ita dicit Dom. Felyn.in d.c.de cætero.
81 Et vide etiam, quæ dixi in l.iudices.C.de fide inſtru. † Sed vl-
tra eum ſcias vnum aliud ſatis nota.dignum,videlicet,quòd
exceptio euidenter calumnioſa etiam ſi ſit admiſſa, tamen
nunquam videtur incluſa,ſecundùm Ange.de Aret.Inſtit.de
except.in rubr.in 49.colum.in verſicu.3.quærò,quid ſi propo
natur exceptio. vbi ad hoc allegat.l.qui cum maior.in §.ſi pa
tris. ſuprà de bo.lib. & plura alia,de quibus ibi per eum. Et
facit etiam,nam euidens calumnia operatur vt non ſtetur iu
ramento alicuius in caſu,in quo aliàs de iure ſtaretur. Ita di-
xit Ang.in conſi.ſuo 164.quod incip. ſuper puncto præfato.
82 † Scias etiam pur circa hanc quotidianam materiam expen-
ſarum,quòd in taxatione ipſarum debet pars citari,argu.l. de
vnoquoq;. ſuprà de re iudi.cum ſim. & voluit Bald. cum ali-
quali diſtinctione, in l.terminato.in 2.colum. C. de fruct. &
lit.expen.& Dom.Alexan.in l.ab executore. infrà de appella.
Attamen teneas menti,quòd in tali taxatione non debet ci-
tari fideiuſſor iudicatum ſolui. Ita no.dixit Bald.in conſi. ſuo
344.incipien.notandum eſt, &c. in fi.in 1.volum.quod not.
83 † An autem à tali taxatione expenſarum poſſit appellari? Di-
cas ſecundùm Barto.quòd ſic, ſi iudex excedat modum in ta
xando. Ita dixit ipſe Barto. in l. ab executore. in princ. in 4.
colum.infrà de appel. de quo etiam per Petrum de Ancha.
in cap.ad hæc. el ſecondo.de appell.& per Bal. in l. ſi cum ex-
ceptione. §. hæc autem. ſuprà quod metus cauſa. & in dicta
l.terminato.& per Innocen.in c.ſæpe. in verbo, expenſæ. de
84 app. in fi. † Et an ſententia lata ſuper taxatione expenſarū
ſit diffinitiua vel interlocutoria. vide Ludo. Roma.in conſi.
85 ſuo 157.incip.dicitur mihi. & ibi in conſi. ſequen. † Vltimò
circa hanc materiam quæri poteſt, vtrum iuramentum ca-
lumniæ excuſet ab expenſis? De quo remiſſiuè loquendo,
vide Ange.in Authen.de iud. in §. oportet.circa med.Barto.
Bald.& alios in l.eum,quem temere.ſuprà de iud.Bal.in l.ge-
neraliter.in 4.colum.C.de epiſco.& cleri.gloſ.& Docto.in c.
finem litibus.de dolo & contu.glo.in d. §. oportet. & glo.in
cap.in primis. 2.quæſt.1.glo.in l.properandum.in §.ſinautem
alterutra. C. de iu. Bar. in l.1.§.1.ſuprà ad Turpil. Cyn. & Bar.
in dicta authen.generaliter. Barto.in l.1.ſuprà ſi mul.ven.no.
Barto. in conſi.ſuo incipien.Tricandolus Padulfi. Cy.& Bald.
in l. non ignorat.C de fruc.& lit. expen.Pet. de Anch. in cōſ.
ſuo 249. incipien.ad prædicta dubia in 2.colu Ange.de Aret.
in §.hæc autem omnia. Inſtitu.de pœ. teme.liti. vbi bene &
86 latè loquitur in hac materia expenſarum. † An autem appel
latione damnorum, veniant expenſæ? Vide Ludo.Roma.in
ſingu. ſuo 343.incipien.nunquid appellatione, &c.& per iſta
ſit expedita hæc materia expenſarum pro nunc,& per conſe
quens lex iſta vna cum glo.quæ claræ ſunt. Ideo ſequitur. l.
quæſtionis modum.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Caſus,in quibus relinquitur arbitrio iudicis,nu.2.vſq; ad nu.39.*
39 *Iudicium dicitur ſufficiens,quod eſt à iure probatum, non autem illud,quod aliqualiter mouet animum iudicis.*
44 *Duo actus requiruntur ad hoc,vt conſuetudo inducatur.*
63 *De eo,quod facit iudex in arbitrarijs redargui non poteſt,& non tenetur reddere rationem de illis.*
64 *In arbitrarijs ſi iudex aliquid denegat vel concedit, non tenetur in ſyndicatu.*
65 *Iudex ſi poteſt aliquid facere ex officio ſuo, ſi illud non facit, non poteſt tamen pars de eo conqueri.*
66 *Verbum,poteſt,importat neceſſitatem.*
67 *Licèt de eo quod facit iudex in arbitrarijs redargui non poſſit, tamen ab eo quod facit in arbitrarijs poteſt appellari, ſi iniquè arbitratur.*
68 *Arbitrium iudicis debet eſſe iuri & æquitati conſonum.*
69 *In arbitrarijs qualitas iudicis,vel officialis, eſt conſideranda.*
70 *Qui habet poteſtatem diſponendi ſecundùm conſcientiam, non debet ſequi propriam conſcientiam.*
71 *In arbitrarijs iudex debet ferre ſuum arbitrium cū conſilio peritorū.*

72 *An iudex teneatur de eo qui mortuus eſt in tormentis.*
73 *Iudex ponens aliquem indebitè ad torturam, qua pœna puniatur.*
74 *Iudex, qui fecit ligare reum vt eum torqueret, ſi talis reus fuit malè ligatus ex quo cecidit, an teneatur?*

Et hoc intendit.
Quæſtionis modum. Quæſtionis modus
relinquitur arbitrio iudicis, qui iudex debet taliter torquere
reum, vt ſaluus ſit innocentiæ vel ſupplicio. h.d. hæc l. cū qua
1 concor. l. de minore, in §. tormenta. infrà eo. † No. primò ex
hoc tex. ꝙ in tortura non pōt dari certa doctrina, cùm varia
ſint indicia, & variæ ſint complexiones hominum. nam ali-
qui ſunt feroces & robuſti, aliqui debiliores, vt habetur in l.
1. §. qōni. & ibi vidimus. ſ. eo. pro quo facit illud, Mille homi-
num ſpecies. & ideo modus torturæ relinquitur arbitrio iu-
dicis. quod etiam voluit Bal. in l. 1. in 5. col. verſi. nota, ꝙ con-
feſſio. C. de confeſ. & Pau. de Caſt. in conſil. 197. incip. viſa in-
quiſitione. & Ludo. Rom. in conſi. ſuo 451. inc. quædam mu-
lier, &c. in 2. col. Et hic habes vnum caſum de caſibus reſerua-
tis, ſeu qui relinquuntur arbitrio iudicis. Alij etiam plures
ſunt caſus in iure ſparſi, qui ſimiliter relinquuntur arbitrio
iudicis, quos hic cumulare & ſimul reducere non mihi videt
impertinens pro quodam ſcholaſtico documento, vt dein-
ceps ſcholares abſq; labore quàmplures ipſorum caſuum in-
ſimul reductos habere poſſint. Et ideo vltra hūc caſum ſcias,
ꝙ alij ſunt caſus, qui relinquuntur arbitrio iudicis. Nam tem
pus, intra quod purgatur metus per actum ſpontaneum ſub-
ſequentem, relinquitur arbitrio iudicis, ſecundùm Hoſtien.
2 in c. 1. quod metus cauſa. † Item quis dicatur inimicus, relin
quitur arbitrio iudicis, ſm Io. And. poſt gl. in c. cùm oportet.
3 de accuſa. † Item quod dicatur arduum negotium, relinqui
tur arbitrio iudicis, ſm Ioan. de Imo. in c. fi. in antepen. colu.
poſt Ioan. And. ibi, de dona. & Ioan. And. in c. fin. de offi. dele.
5 † Item quis dicatur maior vel minor, relinquitur arbi trio iu
6 dicis. gl. eſt in c. ſedes apoſtolica. de reſcrip. † Ite m quæ dica
tur rationabilis cauſa, relinquitur arbitrio iudicis. glo. eſt in c.
7 cum Apoſtolus. in §. prohibemus. de cenſib. † Item quis dica
tur nimis præcurrere, reliquitur arbitrio iudicis, ſecundū Inn.
8 in c. plerunq;. de reſcript. † Item quis dicatur pauper, relinqui
tur arbitrio iudicis, ſecundùm Bart. in l. ſi conſtante. ſ. ſoluto
matr. de quo per Doct. in auth. præterea. C. vnde vir & vxor,
9 &c. † Item an conſuetudo dicatur rationabilis, relinquitur
arbitrio iudicis. glo. eſt in c. 1. de conſtitu. in 6. & voluit Cardi.
10 in c. fin. de dona. † Item quæ dicatur miſerabilis perſona, re-
linquitur arbitrio iudicis, ſecundùm Io. And. in d. c. fi. de don.
11 † Item quæ dicatur miſerabilis perſona, relinquitur arbitrio
iudicis, ſecundùm Io. And. in c. ſignificantibns. de offic. deleg.
quod etiam voluit Bar. & Bal. in l. 1. C. quando imperator in-
12 ter pup. & vi. † Item relinquitur arbitrio iudicis tempus, in-
frà quod debeant vendi pignoꝛa pro executione ſententiæ.
glo. eſt in l. cùm proponas. C. de bo. autho. iudi. poſſi. pro quo
facit. l. ſi finita. §. non autem ſtatim. ſ. de damno infe. quam al-
leg. Bar. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ſ. de re iudi. & ibi glo.
13 in verbo, mox ſe remittit ad l. cùm proponas. † Item quis di-
catur moroſus, relinquitur arbitrio iudicis, ſecundùm Inno.
in c. capitulum ſanctæ crucis. de reſcript. & in c. plerunq;. eo.
14 titu. † Item quæ dicatur diuturna abſentia, & qui teſtes dican
tur ſeniores, relin quitur arbitrio iudicis, ſecundùm Hoſtien.
& Ioan. And. in c. quoniam frequenter. extrà vt li. non cōteſt.
15 † Item quid dicatur ſimile, relinquitur arbitrio iudicis, ſecun
dùm Hoſt. in c. cauſam quæ. el 2. de teſti. & Innocen. in c. cau-
16 ſam, quæ. de iud. † Item quanta fides ſit teſtibus adhibenda,
relinquitur iudicis arbitrio. l. 3. ver. tu magis ſcire potes. ſ. de
teſti. quod etiam voluit Innoc. in c. quoniam contra. de pro-
ba. quem refert & ſequitur Barba. in c. veniens. in 1. colu. de
accuſa & Ange. in conſi. ſuo 308. incip. factum eſt tale, Chri-
17 ſtophorus Petri conductor, &c. in vlt. col. † Item quando cre
datur confeſſioni factæ in tormentis, & quando non, relin-
quitur arbitrio iudicis. l. 1. in §. diuus Adrianus. ſ. in hoc titu.
18 † Item quando teſtes dicantur valetudinarij, relinquitur arbi
trio iudicis, ſecundum Abb. in c. quoniam frequenter. extrà
19 vt lite nòn conteſta. in 10. col. † Item, quando fama, vel ru-
mor dicatur frequens, relinquitur arbitrio iudicis, ſm Doct.
20 in c. qualiter & quando. el 2. de accuſa. † Item quando quis di
catur rationabiliter factum, relinquitur arbitrio iudicis, ſecū
21 dùm Hoſtien. in c. cùm te. de re iudi. † Item quando quid di
catur difficile, ſtatur iudicantis arbitrio, ſecundùm Hoſtien.
22 in c. accepimus. de fide inſtrumen. † Item, qui dicantur vul-
gares, relinquitur arbitrio iudicis, ſecundùm Hoſtien. in cap.
23 quia nonnulli. de reſcript. † Item, quis dicatur negligens, re-
linquitur arbitrio iudicis, ſecundùm Innocen. in c. plerunq;.
de reſcript. pro quo facit glo. in c. latores. de cleri. excommu
mini. quæ dixit, ꝙ pœnitentia iniungenda illi clerico eſt arbi
traria, per illum tex. in ver. ſecundùm diſcretionem, &c. datā.
24 † Item, quis dicatur grauis, vel enormis exceſſus, & quando
quis dicatur læſus, vel percuſſus leuiter vel enormiter, ſtatur
iudicantis arbitrio. glo. eſt in c. cum illorum. in ver. membro-
26 rum. & in verbo, ſanguinis. de ſenten. excommuni. † Item
relinquitur iudicantis arbitrio factis portionibus in diuiſio-
ne fratrum, quis ipſorum debeat eligere, ſecundùm Ludou.
Roma. in conſil. ſuo 471. incip. lucrum autem, &c. ad quod
26 vide, quæ aliàs dixi in l. libertorum. C. de teſti. † Item, quando
ſit credendum nuntio de citatione, vel de verbis citati, relin-
quitur iudicis arbitrio, ſecundùm Ioan. An. Hoſtien. & alios
in c. cum parati. de apel. & Salyc. in l. tres denunciationes. C.
quomodo & quando. vide Ange. in §. quadrupli. Inſt. de act.
27 de quo ibi per Dom. Iaſo. in 4. colum. in fi. † Item quæ per-
ſona dicatur magis dilecta teſtatori, relinquitur arbitrio iu-
28 dicis. glo. eſt in l. cùm alienam. & ibi Doct. C de leg. † Item,
quę dicatur dos parua vel magna, relinquitur iudicis arbitrio
vt habetur in authē. quòd locum. C. de colla. vbi per omnes.
Item, cui ſit deferendum iuramentum, an actori, an reo, re-
linquitur arbitrio iudicis, ſecundùm Bal. in l. admonendi. in
7. col. ſ. de iureiuran. & in c. 1. in prin. 5. col. ver. quæro, vtrum
& c. de controuer. inueſtitu. & Bald. in l. in bonæfidei. in fi. C.
29 de rebus credi. † Item, quæ dicatur iuſta cauſa impedimen-
ti, arbitrio iudicis relinquitur, ſecundùm Iaco. Butr. in auth.
30 ei qui. C. de tempo. appell. † Item, quando metus dicatur re
ſpicere periculum vel cruciatum corporis, relinquitur arbi-
trio iudicis. glo. in l. interpoſitas. in ver. cruciatu. C. de tranſac.
& voluit glo. in c. cùm dilectus. in glo. pen. extrà quod metus
31 cauſa. † Item relinquitur arbitrio iudicis, an reus qui dedit
cauſam eius morti, debeat ita mortuus ſuſpendi, ſecundùm
Bal. in l. 2. C. qui teſta. face. poſ. cum quo tranſit ibi Rapha. &
Ludo. Roma. de quo etiam per Imo. in l. defuncto. ſ. de pub.
iud. & Ludo. Roma. in l. ſi verò. in §. de viro. in 46. fallen. ſuprà
32 ſoluto matri. † Item relinquitur arbitrio iudicis, intra quan-
tum tempus vulneratus dicatur mortuus ex vulnere, ſecun-
dùm Barto. in conſi. ſuo incip. quæſtio talis eſt, &c. & in conſ.
33 ſuo, quod incip. Titius fuit à Sempronio, &c. † Item an te-
ſtis in mortis articulo cōſtitutus debeat examinari, & an eius
memoria vacillet, relinquitur arbitrio iudicis, ſm Bal. in l. hac
34 conſultiſſima. in 3. col. C. qui teſta. face. poſ. † Item an effectus
furioſus poſt delictum commiſſum debeat puniri, relinquitˉ
arbitrio iudicis, ſm Io. de Imo. in c. Rayn. in materia exempla
ris ſubſtitutionis. de teſta. de quo tamen per Doct. in l. furio-
35 ſum. C. qui teſt. face. poſ. † Item an exceptio requirat altiorē
indaginē, relinquitur iudicantis arbitrio, ſm Inn. in c. veniēs.
lo vlt. extrà de teſt. & Bal. in l. 2. C. de edicto diui. & in l. fi. C. de
ord. cog. & in l. j. C. vt in poſ. leg. de quo etiam per Moder. in
36 l. ille à quo. in §. ſi de teſtamento. ſ. ad Treb. Item, † an ebrius
committens delictum ſit puniendus, relinquitur arbitrio iu-
37 dicis, ſm Ludo. Roma. in l. j. in prin. ſ. de verb. obli. Itē, † quod
dicatur modicum interuallum, relinquitur arbitrio iudicis,
ſm Barba. in l. 1. §. qui præſens. ſ. de verborum obligat. vbi latè
38 loquitur in materia. † Item, quæ indicia ſint plena, & quę mo
derata, relinquitur arbitrio iudicis, ſecundùm Bal. in l. obſer-
uare. in j. col. C. quorum appe. non re. [† Adde hic no. verbū
39 Bal. in l. cùm citra. C. de iure dot. vbi dixit, quòd indicium dici
tur ſufficiens, quod eſt à iure probatum, non autem illud qđ
aliqualiter mouet animum iudicis. quod dictum refert & ſe
quitur Bertha. in ver. indicium. in 2. colum. & in reper. meo,
40 in litera I. in 11. charta. in 1. no.] † Item, an quis dicatur per-
ſona honeſta vel grauis, relinquitur arbitrio iudicis, ſecundū
Bal. in c. ſi pro debilitate. in fi. de offic. dele. vbi etiam aliquid
41 per Barb. in hac materia. † Item vbi pœna non eſt à iure li-
mitata, relinquitur iudicantis arbitrio. C. de offic. deleg. l. j. §.
expilatores. de exac. & expila. l. j. ſ. de iure delibe. habetur per
42 Doct. in l. 1. ſ. ſi ex noxa. cauſa aga. † Item relinquitur arbitrio
iudicis, an res dicatur facta incontinenti, vel ex interuallo ſe-
cundùm Ange. de Are. in tracta. malefi. in verbo, & dictus Ti
tius ſe defendendo. in 3. char. in verſi. aduertas etiam, quia. ſ.
& voluit Bal. in l. 2. in §. eum igitur. ſ. de vi, & vi arma. & in l. ſi
poſt tres. in 10. colum. ſuprà ſi quis cautio. in ver. ſed tunc inci
denter quæritur. & voluit Innocen. in c. veniens. lo vltimo.
43 de teſti. & Bal. in l. 2. C. de edi. diui Adria. † Item, quæ dicatur
magna expenſa, relinquitur arbitrio iudicis, ſecundum gloſ.
in l. hactenus. ſuprà de vſufru. in verbo, pertinet, &c.
44 Item duo actus requiruntur vt cōſuetudo inducatur, ſecū-
dùm glo. in l. de quibus. ſ. de legib. & iſta eſt communis opi-
nio, vbi actus eſſent notorij, & qui ſæpius non occurrerent,
ſecus ſi ſępius acciderent, quia tunc plures actus requiruntur
arbitrio iudicis, cum hoc non ſit lege cautum. arg. l. 1. in fi. ſu-

prà

prà de iure delibe.de quo per Barto.in l.de quibus.in 5.colu.
ſuprà de legi.& ibi per Bald.in 6.& per Ange. in 8.colum. &
per glo.& Bal.in rubr.C.quæ ſit lon.conſuetud. & per Bal.in
l.1.eod.titu.& per Bal.& Docto.in c.fin.extrà de conſuetu.&
45 per Cano.in c.cùm dilectus.eod.titu. † Item an exceptio ſit
friuola,relinquitur iudicantis arbitrio,ſecundùm Barba.in c.
46 veniens.in 1.colu.de accu. † Item,an ſit ſufficienter cautum
necne,relinquitur iudicis arbitrio,ſecundùm glo.in c.ex pu-
47 blico.in glo.2.de conuer.coniuga. † Item,an fama ſit vehe-
mens,relinquitur iudicantis arbitrio,ſecundùm Bar.in conſ.
48 ſuo 191.incip.Domino Paci de Burgo. † Item,an furtum di
catur parui,vel magni valoris,ad hoc vt fur nocturnus poſſit
occidi relinquitur arbitrio iudicis,ſecundùm Ange.in l.1.C.
49 vnde vi.in vlt.colu. † Item,quod dicatur factum antiquum,
relinquitur arbit.iudicis ſecundùm Dom. Anto. in c.illud.in
antepen.colum.de præſumpt.& Dom. Alexan. in conſi. ſuo
50 79.incip.circa primum,&c.in 6.colum.in 1. volu. † Item re-
linquitur iudicis arbitrio, an res ſit difficilis probationis, ſe-
cundùm Dom.Alexand.in conſi.ſuo 186. quod incip. in hac
51 cauſa & lite,&c.in 2.colum.in 2.volum. † Item, quod præ-
mium ſit dandum iudicanti malefactorem,relinquitur arbi-
trio iudicis,ſecundùm Ange.in l. lex Cornelia. in §. ſi quis li-
52 berum. ſuprà de iniur. † Item alium caſum relictum arbi-
trio iudicis,vide per Dom.Card.in cle.cauſam.de elect.Item
alium caſum vide per Barto. & glo. in l. ſi is, à quo. ſuprà ad
Trebel. Item alium caſum etiam vide per glo.in c. ſuper his.
53 in verbo,aſtringendus.de accuſa. †Item adde,quòd quando
vna dictio,ſiue vnum verbum variè & multipliciter reperi-
tur expoſitum, tunc expoſitio illius dictionis,ſtat in arbitrio
iudicis. Ita dixit Ludo.Roma.in conſil.ſuo 376 incipē.quæ-
ſtio eſt,nunquid &c.in penu.colum.alleg.glo. in c. cùm nul-
lus.in ver.remotis.de tempo.ordi.in 6.& in c.fœlicis. in verſi.
vicinarum.de pœn.eo.lib.& in authen.præterea.C.vnde vir,
& vxor. Subdit tamen ibi Ludo. quòd debet iudex hoc caſu
ita moderare ſuum arbitrium,vt ipſam dictionem exponat
ſecundùm quòd ſuadet ratio ſubiectæ materiæ.alleg.hoc vo
luiſſe gloſ. ordi. in l.eas cauſas. ſuprà de condi. & demonſtr.
54 † Item adde, quòd ſi commodatarius vtatur ad longiorem,
vel ad alium vſum re commodata,non committit furtum,
quando credidit dominum hoc permiſſurum,aliàs ſecus, vt
habetur in l.ſi vt certo.§.denique ait. ſuprà commo.& in l.ſi
furtum.ſuprà de condi.fur.attamen, an hoc admittatur ipſi
commodatario quòd ipſe crediderit dominum permiſſurū
adeò quòd hoc caſu excuſetur à furto, relinquitur arbitrio
iudicis. Ita dixit Ang.in l.inter omnes.in §.rectè,ſuprà de fur.
quem refert & ſequitur Dominus Auguſt.de Arim.in addi.
ſuis ad Ange.de Aret.in tract.malefi.in verbo,& veſtem cœ-
leſtem. in 8.charta in additio.incipien. adde quòd licèt vera
55 ſit, &c. † Item adde,quòd intra quantum tempus reus con-
feſſus maleficium in tortura debeat duci ad banchum iuris
ad ratificādum,relinquitur arbitrio iudicis, ſecundùm Ang.
de Aret.in tract.ſuo malefi.in verbo,fama publica. in 8. char.
56 in ver.poſtquam aliquis,&c.circa fin. † Item, an quilibet aſ-
ſiſtens maleficio dicatur fauere ipſi maleficio,& pręſumatur
ad illud aſſiſtere,ſi aliud non apparet,relinquitur arbitrio iu-
dicis, ſecundùm Bald. in l.1.ſuprà de ſer. corru. quem refert
& ſequitur Dom.Auguſt.de Arim.in dicta addi. ad Ange.in
tracta.maleficio.in verbo,& dictus Andreas armatus.in 1.ad-
57 dit. † Item,an indicia ſint ſatis purgata per torturam, ſtatur
arbitrio indicis, ſecundùm Ioan.And.in c. in contemplatio-
ne. de regu.iur.quem refert & ſequitur Do. Auguſt. de Ari.
in dictis addi. ſuper verſicu.comparent dicti inquiſiti, &c. &
negant in totum.in 1.addi. [† Item, quod dicatur factum
58 antiquum,relinquitur arbitrio iudicis, ſecundùm Socyn. in
59 conſi.89. incip. in cauſa agitata. in 3. col.] † Item,quod dica-
tur longum vel breue tempus, relinquitur arbitrio iudicis,
ſecundùm Barba.in c.querelam. in 2. colu.extrà ne præla. vi.
60 ſuas. † Item,an res inter alios acta faciat ſemiplenam proba-
tionem,relinquitur arbitrio iudicis,ſecundùm Abba.in c.pe
nul.in 1.col.de re iudi. de quo per Barto. in l. admonendi. in
15. colum.ſuprà de iureiur.in verſicu.quæro,quid ſi dicta te-
61 ſtium, &c. † Item, an reus ſit repetendus in tortura, relin-
quitur arbitrio iudicis, ſecundùm Bald.in l.2.C.quod metus
cauſa. quem refert & ſequitur Dom.Paris de Puteo in trac.
ſuo ſyndica.in 100.char.in 2. colum. poſt me. Et iſti ſunt ca-
ſus, quos præſentialiter reperi,qui relinquuntur arbitrio iu-
dicis.Alij etiam ſunt plures caſus ſimiles in iure ſparſi, quos
62 curioſus ſcholaris poterit iſtis addere ſtudendo.† Sed, an in
quodlibet dictorum caſuum illa ſit communis opinio, quā
ſuprà retuli, hoc nō affirmo,nec examino, quia eſſem nimis
63 prolixus, ſed me remitto ad Doctores in dictis locis. † Et
ſcias, quòd in prædictis caſibus & in alijs ſimilibus, qui relin-
quuntur arbitrio iudicis, iudex ipſe non tenetur reddere ra-
tionem de eo, quod facit, ſecundum Ioan.And. in rub. ex-
trà de offic. delega. vbi ad hoc alleg.c. ſi quando. extrà de re-
ſcript.& l.non omnium.ſuprà de legi.& l. 1. in §. pueritiam.
ſuprà de poſtu.in verſic.prætor raptus. Et ſicut iudex in iſtis
arbitrarijs non tenetur reddere rationem de eo,quod facit,
vt dixi, ita nec ipſe iudex poteſt redargui de eo, quod facit
in ipſis, quia ſemper præſumitur moueri ex iuſta cauſa. Ita
no.dixit Innocen.in c. qualiter & quando. el ſecondo.de ac-
cuſa.quem refert & ſequitur Pau. de Caſt. in conſi. ſuo 197.
incipien.viſa inquiſitione ſupraſcripta,&c.in vlt.col.pro quo
facit.l.1.C.de offic.ciui. iudi. & idem etiam voluit Bal. in au-
then.ſed & ſi quis.in vlti.col. C.de teſti. pro quo faciunt etiā
dicta per eundem in l.ſi finita.in §. ſed ſi fortè. ſuprà de dam-
no infe.vbi dixit, quòd ſi iudex lædit partem in eo, quod eſt
ſibi arbitrarium.illud quod facit tunc, non eſt ipſo iure nul-
64 lum. † Et faciunt dicta per Ange. de Aret. in §. præterea. In-
ſtitu.de actio.vbi dixit,quòd in arbitrarijs ſi iudex aliquid de
negat vel concedit, non propterea tenetur in ſyndicatu. al-
leg.ad hoc Innocen.in c.fin.extrà de fer.vbi dicit,quòd quan
do aliquid reſidet in mero arbitrio iudicis, ſi vult, poteſt il-
lud denegare,& denegando,non dicitur grauare partem, &
per conſequens non tenetur in ſyndicatu. pro quo Pau. de
Caſt.in l.videamus.in §.penul.ſuprà de in lit.iur. ponderat eſ-
ſe ibi text.ad hoc,quos refert & ſequitur Dom. Iaſ. in §. præ-
terea.in 7.col.Inſtitu.de actio.dicens pro hoc facere text.in l.
non quicquid.ſuprà de iudi. de quo dicto vide etiam Ange.
de Aret.Inſtitu.de actio.in princip. & ibi Dominum Iaſo. in
13.col.& Bartol.in l. ne quicquàm. in §. vbi decretum. in 10.
col.verſicu.ad primum.&c.de offi.procon. & Bal in c.primò
in 7.col.de mili.vaſal.qui contu.eſt,vbi declarat illud dictum
Innocen.procedere,quando iudex parum læderet partē, ſe-
cus ſi nimis. Et vltra prædicta faciunt etiam dicta per Barba.
poſt Bald.ibi,in c.conſuluit.in 2.col.de offic.delega. vbi dixit,
quòd iudex etiam delegatus poteſt facere gratiam cōtuma-
ci expectando eum in die ſequenti, nec pars aduerſa poteſt
iudici contradicere, quia vtitur poteſtate ſibi à lege tradita.
quod dicit Bal. ibi eſſe not. dignum. Pro quo etiam faciunt
notabilia verba Pet. de Anch. in conſi. ſuo 212. incip. inter
contraria,&c.in princip. & quaſi per totum. [Vide in mate-
ria ſingulare verbum Bal. in l. & poſt edictum. in princip. ff.
65 de iudi.] † Et facit dictum Bal.in l.non quicquid.ſuprà de iu
di.vbi dicit,quòd ſi iudex poteſt aliquid ex officio ſuo,ſi illud
non facit, tamen pars de eo conqueri non poteſt. quod di-
ctum refert Dom. Catal. in tracta. ſuo ſyndic. in ver. 138. in-
cip.adde ſi iudex poteſt aliquid,&c.vbi ſubdit ſe de dicto Bal.
dubitare:quia ſi ſtatutum dicit,quòd iudex poſſit inquirere,
tunc tenetur inquirere, ſecundùm Bal. in l. Gallus. ſuprà de
66 liber.& poſthu.† Attamen primum dictum Bald.videtur ve-
rius per doctrinam glo.not.in c.primo.in verbo,non poteſt.
de regu.iur.in 6.quæ dixit,quòd verbum,poteſt,importat ne
ceſſitatem, quando ante ipſum verbum eſt appoſita negati-
ua,non,vt ſi dicatur,non poteſt.vel,non poſſit, &c. ſecus di-
cit eſſe, quando verbum, poteſt, ponitur ſine tali negatiua
ante, quia tunc non importat neceſſitatem. [Vide in re-
67 perto.meo,in litera B.in 1.charta.in vlti.not.] † Scias tamen,
ꝙ licèt redargui non poſſit iudex de eo, quod facit in arbi-
trarijs, tamen ab eo quod facit in ipſis arbitrarijs, poteſt ap-
pellari,ſi iniquè arbitratur.Ita dixit glo. not.in c. ſuper his. de
accuſa.& in l.ſi qua pœna. & ibi Bartol. in fi. infra de verbo-
rum ſignific.& eſt text.iuncta glo.in c.1.extrà de dila. & facit
optimè tex.in l.ſi libertus ita iurauerit.ſuprà de oper.liber.&
optimè facit glo.in ar.in l.penul.ſuprà de arbi.quæ alleg.text.
in d.l. ſi libertus. quam glo. alleg. pro ſingu. Ange. de Aret.
in tracta.malefic. in verbo, contra voluntatem dicti Titij.in
fi.1.col.pro quibus etiam facit, quòd no. Docto. in c. Quin-
tauallis.de iureiur.& faciunt nota.per Cyn.& alios in l. ſi po-
ſtea.C.de dot.promiſ.& not.per Bartol. in l. ſi ſocietatem. §.
fin.ſuprà pro ſocio.in verſi. quæro, vtrum poſſit renuntiari.
Et faciunt etiam no. verba Domi. Alexan. in conſi. ſuo 131.
incip.in cauſa vertente,&c.circa vlti.col.in 2. vol. & per eun-
dem in conſi.ſuo 28.incip. viſis & accuratè. in 2. char. in vlti.
col.in 1.volu.& conſil.31.incip.viſis,&c.in 5. col.in 2.volum.
Pro quibus faciunt, quæ dixi in repetit. mea l. fi. C. de pro-
ba. in 79. char. & in d.repe.in quæſtione illa videlicet, an quā
do pœna eſt arbitraria iudici, iudex poſſit illam imponere
68 vſque ad mortem, &c.vbi videas. † Et teneas menti ac be-
ne aduertas, quòd licèt non poſſit redargui iudex ab eo
quod facit in arbitrarijs, vt dixi, tamen tale eius arbitrarium
debet eſſe iuri & æquitati conſonum, ſeu congruum, aliàs
non valet. [Vide Alexand. in conſil. 45. incip. viſis verbis.
in 2.col. poſt princip. in 6. volum. & ibi in conſil. 209. incip.

ponderatis.in vlt.col.] Ita no.dixit Lud. Roma.in conſi. ſuo 376.inc.quæſtio eſt,nunquid &c.in pe.col.vbi pro hoc alleg. glo.in l.eas cauſas.ff.de condi.& demon.& hoc etiam voluit Bal.in diſputatione ſua,inc.ſtatuto cauetur ꝙ fœnerator,&c. in vlt.col.arg.l.codicillis.§.fi.ſ.de legat.2.Idem etiam dixit D. Alex.in conſi.ſuo 217.inc.viſis verbis.in pen.col. vbi alle.Bal. in d.ſua diſputatione.& alia plura,de quibus ibi per eum.pro quibus etiam facit tex.in l.1.ſ.de vſur.in verbo,vt legi non offendat. [Et in hac materia adde,ꝙ in his quę ſunt commiſſa arbitrio iudicis,debet ipſe iudex ſeruare æquitatem. ita dixit Ioan.And.in c.1.extrà de conſtit.quem refert & ſequitur D. Felyn.in c.quoniam frequenter.in §.porrò.in 2. col. extrà vt li.non conteſta.& ibi etiam poſt per 10.lineas ponit ipſe D. Felyn.aliud no.dictum in hac materia arbitrij iudicis, quem
69 vide. † Et adde etiam & perpetuò teneas menti, ꝙ qualitas iudicis vel officialis,cui conceditur arbitrium,eſt conſiderãda, nam ſi eſt Poteſtas, qui eſt magnus magiſtratus,cui conceditur arbitrium, poterit bona confiſcare, & pœnam corporalem imponere,ſed ſecus ſi ſit minor magiſtratus,cui cõceditur arbitrium, quia talis vigore talis arbitrij,non poterit bona confiſcare,nec pœnam corporalem imponere.ita ſingulariter dixit Bal.in l.1.C.ne ſine iuſ.prin. quem refert.& ſequitur Ioan.de Ana.in c.ſuper his.in 7.col. in ver. item adde. extrà de accuſ.ex quo dicit Bal.& Ioan.de Ana.ꝙ ſi alicui minori iudici datur arbitrium contra ludentes ad taxillos, nõ poterit tamen bona confiſcare, quia arbitrium intelligitur ſecundùm dignitatem eius,cui conceditur,argu.l.plenum.§. equitij. de vſu & habi. & ideo dicit Bald.vbi.ſ. ꝙ præcepta & banna iudicum, quæ dicunt in ære & in perſona,non tenẽt, niſi tales ſint qui hoc poſſint, ſm amplitudinem ſuæ pote-
70 ſtatis. quod eſt ſing.no.] † Et facit etiam,nam qui habet poteſtatem diſponendi ſi ſecundum conſcientiam, nõ debet ſequi propriam conſcientiam, ſed publicam. text. eſt iuncta glo.in c.iudicet.2.q.7.& voluit Cy.in l.quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſta.& Bal.in l.1.C.qui accuſa.non poſ. & ideo dixit Bald. in l.fin.C.de pœna iudic.qui malè iudi.iudicem debere ſequi regulas legum, & non conſcientiam ſuam, quæ legibus aduerſaretur. [Vide Soc.in conſi.93.inc.circa primum, &c. in 7.col.ver.2.reſpondetur.& in conſi.120. cùm in præſenti. in 8.col.& Ludo.Bononien.conſi.47.inc.viſis,&c.in pen.col.& vide omnino Math.in no.ſuo 13.inc.no.ꝙ vbi iudex, &c. & glo.in clem.ſæpe.de verborum ſignifica. in ver. defenſionis, &c.] De quo etiam per Bal.in l.2.in 4.no.C. de fideicom.& per Ludo.Roma.in repet.rubr.ſ.de arbi.in 2.col.ad fi.& vide bonum tex. in hac materia non allegatum in l. 1. ſ. de ſol. & tex.& ibi Bald.in l.certi iuris.in fi.C.de indi.& Do. Iaſ.in §.ſed
71 iſte.in pen.& vlt.col.Inſtitu.de actio. † Et vide glo. & Dom. Ant.in c.vt debitus.de app.vbi dicit,ꝙ in arbitrarijs iudex debet ferre ſuum arbitrium cum conſilio peritorum. alle. quæ habentur in c.ne innitaris. de conſtit.& ſubdit etiam ibi D. Ant.per illam glo.ꝙ ſi committitur aliquid iudici expediendum,ſm ꝙ ſibi videbitur,intelligitur tamen habito conſilio peritorum.quod etiam voluit ipſe D.Ant.in c. 1. in 8. col. de conſtit.quem ſequitur Do.Card.Alex.in d.c.vt debitus.in 11. col.dicens,ꝙ contra iſta tamen faciunt dicta per Ange. in cõſil.ſuo 181. de qua materia vide etiam, quæ dixi in repetitio.
72 l.fin.C.de proba.in 79.char. † Et pondera, quòd iſte tex.l.noſtræ ſubtiliter intuenti probat hanc opinionem, videlicet, ꝙ in arbitrarijs iudex debet ferre ſeu pronuntiare arbitrium ſuum vt ſit iuri & æquitati conſonum & conforme. ita probat iſte tex. Nam primò in torquendo reum dat arbitrium iudici, poſtea autem dicit,ꝙ oportet tamen quæſtionem de ipſo ſeruo haberi,taliter quòd ipſe ſeruus ſaluus ſit innocentiæ vel ſupplicio,& ſic optimè probat hoc. & allegari poteſt quòd iudicis arbitrium debet eſſe conforme iuri ac æquitati,Et ſic non poteſt iudex in hoc caſu,licèt habeat arbitrium, taliter torquere reum, quòd ipſe reus moriatur, vel aliquo membro debilitetur,aliàs iudex ipſe teneretur in ſyndicatu, ſi in torquendo exceſſit modum conſuetum, & qui debebat haberi ſecundum qualitatem perſonę tortæ, aliàs ſecus, ſecundùm Barto.hic,qui dicit,quòd hoc ſibi accidit in facto, quia cum vidit reum iuuenem & robuſtum, torſit illum taliter, ꝙ ſtatim ferè mortuus eſt, & ideo dicit inſpiciendum eſſe,an iudici hoc poſſit imputari.& alle.no.per Cy.in l. Gracchus.C.de adulte. Sed tu vltra Bar.videas bonum tex.ad hoc in l.item apud Labeonem,in §.ſed ſi iuſſu.ſ.de iniu. Et hanc partem finaliter ſequitur Tancr.de Cor.in compendioſa ſua. in 6.rubr.in q.19. vbi primò arguit ad partes, poſtea decidit, ꝙ ſi iudici poteſt imputari,vt quia exceſſit modum, tunc tenetur,aliàs ſecus. idem etiam ſentit Bar.in l. aut damna. in §. nec in ea. infrà de pœn. pro quibus etiam faciunt dicta per Barto.in l.fin.infrà eo.vbi dicit,ꝙ ſunt quidam iudices ſtulti,

qui ſtatim cùm habent indicia contra reum, cogunt eum confiteri,quod fieri non debet,ſecundùm eum ibi,ſed debet habere tormenta cum moderamine.& ita dicit ſe pluries feciſſe.& faciunt etiam dicta per Bald.in l.1.C. de emen. ſeruo. vbi dicit per illum tex.no.contra iudices, qui abſcindunt alicui carnem,vt confiteatur crimen, nam ſi talis moritur in tormentis,iudex debet decapitari tanquàm homicida,ſecundum eum ibi. Bald.autem in l.3.C.de adult.in hoc diſtinguit videlicet,ꝙ aut iudex non exceſſit modum in torquendo,vt quia torſit in caſu licito,vt eſt de conſuetudine,& ſine aliqua aſperitate,& tunc nõ tenetur, quia licitè fecit,ar.l.item apud Labeonem. in §. quæſtionem.ſ.de iniu. Aut exceſſit modũ, & tunc aut dolo exceſſit, & tunc tenetur lege Cornelia de ſica.pro quo alleg.l 1.C.de emen. ſeruo. Aut exceſſit modũ ex culpa & non ex dolo,& tunc tenetur ſecundùm qualitatem culpæ. Aut exceſſit modum ex caſu,& tunc nullo modo tenetur, quia dabat operam rei licitæ. & ita dicit tenere Iaco.de Are.& idem etiam dixit Bald.met in conſi. ſuo 336. incip.factum ſic proponitur.in 4.volum.& hanc opin.Bal.ſequitur Ange.in d. l. Gracchus. Salic. autem circa hoc in d. l. Gracchus.arguit pro, & contra, finaliter dicit, quòd aut officialis vltra legitimum modum nõ torſit, & legitimis indicijs præcedentibus torſit,tunc non tenetur, quia fecit lege permittente & authorante. & ita debet intelligi quod habetur in d.l.aut damna.§.nec in ea. vbi habetur,quòd pleriq; in tormentis deficere ſolent. Aut modum exceſſit,& tunc aut dolosè tantùm,& tũc tenetur lege Cornelia de ſica.vt ff.ad leg. Iul.repet.l.fina.& facit l.1.in fi.C.de cuſto.reo. Aut culpabiliter tantum,ſed per modum culpæ, tunc punitur pro modo ipſius culpæ,arg.l.ſi adulterium cum inceſtu. §. Imperatores. ſuprà de adul.modica tamen culpa non eſſet inſpicienda, ſecundum eum,arg.§.illud.videlicet in Auth.vt iudi. ſine quoquo ſuffr. in dubio autem,dicit ipſe Salv. exceſſum aſcribendum potius culpæ,quàm dolo.ad quod allegat plura,de quibus ibi per eum. Et ibi ponit ipſe Saly.quando dicatur iudex modum excedere. Et iſta quaſi omnia refert & ſequitur Io. de Ana.in c.1.in 4.& 5.col.de cle.percuſ.& ſic opinio Barto. hìc videtur communiter approbata. de qua quæſtione vide etiam Ange.de Aret.in tract. ſuo maleficio. in verbo, fama publica.in verſi.8.quæro.& ibi in addi. & Do. Pari. de Puteo in tracta.ſuo ſyndic.in 99.charta.in 1.col.& ibi in 98.char.ver. an ſi officialis,&c.& vide quæ dixi in repetitio.mea l.fin.C.de proba.in 73. char. [Vide Gandi.in tracta.ſuo malefi. ſub rubri.de quæſtio. & tormentis. in 6.colum.in ver.ſed nunquid
73 ſi iudex.& Flo.in l.qui occidit.ff.ad leg.Aquil.] † Succeſſiuè quæri poteſt de quæſtione conſocia.pone ꝙ iudex non torſit indebitè,nec vltra modum proceſſit in tortura,ſed poſuit aliquem ad torturam indebitè & iniuſtè, qui non debebat torqueri de iure,qua pœna puniatur? In quo Bald.in rub.C. de pœn.iudi. qui malè iudi.in ver.quæro,qualiter.dicit quòd talis iudex non punietur ſimilitudine ſupplicij, & ſic non punietur ſimili tortura,quia non reperitur iure cautum, quòd tortura imponatur alicui pro finali pœna delicti.pro quo facit quod habetur in l.pen.infrà eo.& in l. item apud Labeonem.§.quæſtioni.ſ.de iniur. ſed talis iudex tenetur actione iniuriarum pro motu iudicis.alleg.l.iniuriarum æſtimatio.ſ. de iniur. Bal.autem in l.decuriones.C.de quęſt.inducit illam legem in argum. quòd de quacunque tortura, quam iudex dolo malo facit,& ſine cauſa,ſit pœna capitalis.de quo ſe remittit ad not.in l.1.C.de priua.car.vbi dicit,quòd plus eſt torquere,quàm in priuato carcere retinere.l.1.C. de cuſto. reo. ſed pœna priuati carceris eſt pœna ſupplicij & læſæ maieſtatis,ergo pœna indebitæ torturæ erit pœna mortis. Ange.autem in dicta l.decuriones. colligit, quòd iudex qui torquet non torquendum, capite punitur.& iſtos Doct.refert. & hãc partem approbat Ioan. de Ana. in d c. 2. de cle.percuſ. in 3. colum.in fi.Item hanc partem,quòd tali caſu iudex capite ſit puniendus,tenet Ange.de Aret. in tracta. maleficiorum. in ver.fama publica.in 15.car. verſi.3.quæro,&c.vbi dicit,quòd idem voluit Bal.in l.1.C.de priua.char.quod dicit bene notã. eſſe à iudicibus. pro quibus faciunt dicta per Bal.in l.milites. C.eo.de quæſtio.vbi dixit,quod iudex ſemel tortum non poteſt amplius torquere,& ſi iudex repeteret tormenta,& tortus decederet,quòd iudex acriter puniretur. Et idem videtur tenere Dom.Paris de Puteo in tract.ſuo ſyndica.in 100.char. in 2.colum.ante fi.C.de pœna iudi.qui ma.iud.vbi tenet opi. Bal.in d.rub.illius ti.Sed idem Saly.in l.2.C.de exhi.re.tenet,ꝙ iudex ponens aliquem iniuſtè ad torturam puniatur pœna capitis.quæ opinio videtur magis communis. [Et Ang. in l. Gracchus.C.de adult.tenet hanc partem.] De quo aliàs dixi in repetitio.mea l.fi.C.de probatio.in 37.char. [Quid autem erit in illo iudice,qui fecit ligare reum vt eum torqueret, &

talis

talis reus fuit male ligatus, ex quo cecidit, vel ſibi fregit bra-
chium, an talis iudex teneatur? Dic quòd ſic, quòd tenetur
de culpa. Ita dixit Pau.de Caſt.in l.ſi vt certo,in §.nunc viden
dum.in fi.ff.commodati.] Et adde etiam hic Bald.in l.1.C.ne
ex deli.defunc.in 5. col. vbi inquit, quòd iudex in criminali-
bus procedens iniuſtè fauore vel odio, tenetur lege Corne.
de ſica.alleg.iura, de quibus ibi per eum, poſſent tamen for-
mari plura argumenta pro parte contraria ſcilicet, quòd tali
caſu iudex non eſſet puniendus pœna mortis,ſed alia mitio-
ri,ideo cogita. Et ex iſtis remanet expedita l. iſta, vnà cum gl.
quæ clara eſt. Ideo ſequitur l.edictum.

S V M M A R I V M.

1 ☞ *In cauſis capitalibus, & in delictis atrocioribus, eſt adhibenda tortura.*

2 *Si plenè probatum eſt delictum contra aliquem: quo non obſtante iudex facit ipſum torquere, ſi ſit conſtans in ipſa tortura, & non confiteatur dictum delictum: ex tali conſtantia tollitur illa prima probatio.*

3 *Quæ ſint perſonæ priuilegiatæ, quæ torqueri non poſſunt. nu. 4.5.6.7.8.9.10.11.12.& 13.*

5 *Milites non poſſunt pro debito carcerari.*

Doctor dicitur in dignitate conſtitutus.

14 *Mulier bannita non poteſt impunè offendi ſi eſt prægnans, etiam ſtante ſtatuto quòd bannitus poſſit impunè offendi.*

15 *Pater reperiens filiam prægnantem in adulterio, poterit eam impunè occidere.*

16 *Qui non poſſunt torqueri propter aliquam dignitatem, non poterunt etiam torqueri finita illa dignitate.*

17 *Caſu quo quis propter aliquam dignitatem non poſſit torqueri, ſi tamē de facto torqueatur & confiteatur, talis confeſſio non valet.*

18 *Perſonæ aliàs torqueri prohibitæ poſſunt torqueri in crimine læſæ maieſtatis & hæreſis. nu. 19.*

Edictum diui Auguſti

Et hoc intendit.
Tortura non eſt
adhibenda in omni cauſa & in omni perſona,ſed tantùm in
cauſis capitalibus & in atrocioribus criminibus,in quibus ēt
non deuenitur ad torturam, niſi quando veritas aliter habe-
1 ri non poteſt. hoc dicit vſque ad §.ſtatuliber.† No.ex iſto tex.
quòd tortura non eſt adhibenda in omni cauſa, ſed ſolum
in cauſis capitalibus & in delictis atrocioribus, quod intelli-
ge etiam in talibus delictis, quando aliæ probationes nō ad-
ſunt,nam tunc deuenitur ad torturam in ſubſidium,ita pro-
batur hic,& in l.ſequenti.in princip. & in l. quoties.C.eo.tit.
& hoc voluit Gandi.in ſuo tracta.malefi.ſub rub.de quæſt.&
tormentis. in princip. vbi dicit, quòd iudex,qui intendit ha-
bere quæſtionem de aliquo, debet habere hanc conſide-
rationem, vt non facilè, nec repentè procedat ad ipſa tor-
menta ſi alia leuiori via poteſt habere veritatem. & idem di-
xit in effectu Ang.de Are.in tracta. ſuo malefic.in verbo, fa-
ma publi.in 15.char.in ver.ſecundò quæro.pro quo dicit hic
eſſe tex. Et ſubdit,quòd iudex debet eſſe cautus, & facere ap-
parere in actis, quòd ipſe non valēs aliter habere veritatem,
pronunciauit deueniendum eſſe ad torturam,aliàs poſſet te
neri in ſyndicatu. Et ideo dixit Ioan.An.in c. cùm in contem
platione.de reg.iur. quòd de facili non eſt deueniendum ad
torturam. Et ſingulariter dixit Bald. in l. 1. in 2.colum.in ver.
vlterius no.C.de iura.calum.quòd ille,qui petit aliquem tor-
queri,debet primò iurare, quòd nō habet alias probationes
quàm torturam.quod etiam voluit Domi.Paris de Puteo in
tracta.ſuo ſyndicatus,in 100.char. in 1. colum. ante med. vbi
alleg.not.dictum And.de Iſernia.de quo ibi per eum,& etiā
refert Bald.in d.l.prima.de iura.calum.de quo dixi.ſ.in princ.
in 2.char.ſ.in hoc titu.& in repe.mea.l.fina.C.de proba.in 76.
2 char.† Et teneas menti vnum,quòd adeò eſt vera regula iſta,
quòd tunc demum deuenitur ad torturam, quando nō ad-
ſunt probationes,& ſic in ſubſidium, quod dixit nota. Albe.
de Roſa.in hac l. quòd ſi plenè eſt probatum de delicto con-
tra aliquem, ſi poſtea ipſe ſit tortus ſuper ipſo delicto & ſit
conſtans & non confiteatur, quòd tūc tollitur illa probatio
tanquàm non ſit vera.& hoc vult per glo.hic.quam doctrinā
refert & ſequitur Do.Bartho.Cepo.in conſi. ſuo 32.inci.qui-
dam ruſtici,&c. in pen. colum. vbi dicit,quòd iſtud etiam vi-
detur fuiſſe de mente Bart.in l.vnius,in §.1.infrà eod. & dicit
quòd hoc etiam voluit Ang.in tracta.malefi.in verbo, com-
parent dicti inquiſiti & negauerūt totum.& dicit, quòd hoc
vidit aliàs de facto ſeruari Veronæ. & reſpondet ad aliquos
tenentes contrarium. de quo dixi etiam in ſingu. meo 262.
incipien.quod potui. An autem in cauſa ciuili vel pecuniaria
ſit adhibēda tortura,videbimus Deo duce, infrà in l.ſequen.
vbi melius cadit quàm hic. Nota etiam ex iſto tex.in verbo,
& perſona, quòd quælibet perſona non torquetur, etiam in
cauſis criminalibus,ſed aliquę ſunt perſonæ priuilegiatę,quę
non poſſunt torqueri, licèt hic tex. nec gloſ. nec aliquis alius
aperiat,quæ ſint illæ perſonæ habentes tale priuilegium.
3 † Tu autem dicas, quòd perſonæ quæ non poſſunt torqueri
ſunt iſtæ,videlicet,primò decuriones & alij in dignitate poſi
ti.l.omnes.C.de decurio. lib.10. & iudex contrafaciens puni-
tur,vt ibi.vbi dicit etiam tex.quòd conſuetudo contraria nō
eſt ſeruāda.& idem habetur in l.2.§.in filijs, infrà de decurio.
& in l.diuo Marco.C.de quæſtio. Quod intelligas etiam fini-
to officio,vt habetur in l.nihil.C.eo.& in l.ſi quis decurio. C.
de falſ. Et ſi officialis vellet aliter facere, poſſet ei reſiſti de fa-
cto,vt habetur in dicta l.omnes cauſę tam ciuiles.& in Auth.
quomodo oportet epiſcopos.§.fi.pro quo faciunt, quæ latè
4 dixi in l.1.in 2.char.C.de execu.rei iudi.† Item Doctores non
debent torqueri, ſecundùm Cyn.in dicta l.milites.C.eod.de
quæſtio.qui loquitur de aduocatis.& voluit Bart. in l.1.C.de
aduo.diuer.iudi.de quo etiam per Cyn.in l.4.C.ad legem Iul.
maieſt.& per Dom.Alexan.in d.l.milites. vbi idem firmat. &
Ludo.Roma.in ſingula.ſuis,in 14.char.in ſtampis,in 3.col.in
ſingulari incip. milites Docto. &c. vbi alleg.d.l.omnes,pro
ſingulari.C.de decurio. & allegat etiam d. l. diuo Marco. &
voluit hoc etiam Ang.de Aret. in tracta.ſuo malefic. in ver-
bo,fama publica.in 6.char.in verſic.16.quæro.& Ioan.An. in
5 d.c.cùm in contemplatione.de reg.iur.† Pro quibus facit, ꝙ
voluit Bald. in l.1.C. qui bon. cede.poſ.vbi dixit, quòd mili-
tes non poſſunt carcerari pro debito,per l.miles.ſ.de re iudi.
& idem dicas in aduocato,& Doct.per gloſ. in l. medicos.C.
de profeſ.& medi.lib.10.quæ dixit, quòd non tenetur vltra q̃
facere poſſit. Faciat etiam, nam lex cōcedens capturam per-
ſonæ,non extenditur ad Doctorem,vt habetur in l.medicos.
præallega.vt voluit Bald.in l.1.C.qui bon. cede. poſ.& facit l.
ne quis.C.de aduo.diuer. iudi. vbi impoſitio onerum perſo-
nalium, non extenditur ad Doctorem ratione ſuæ dignita-
tis,quia Doctor dicitur in dignitate cōſtitutus.c. quanto. de
magiſt.& voluit Barto.in proœ.C.& in l.fin.C. de Iudæ. & in
l.generaliter.in fi.infrà de decurio.& in l.omnes. C. eodem.
de decurio.lib.10.& voluit Barb.in d.c.quanto.de magiſt.vbi
plura iura ad hoc alleg. Et alibi dicitur,quòd Doctores quaſi
radij ſolis appellantur, vt habetur de pœni.diſtinct.2.c.multi.
& 1.q.7.ca.ſi quis. vbi velut luminaria ſplendeſcere dicuntur.
& facit c.j.de reliqui.& vene.ſancto.in 6.vbi dixit Papa, quòd
per Doctores quaſi luminoſas candelas vniuerſum corpus
orbis,errorum tenebris profugatis,velut ſidus irradiat matu
tinum. Et facit text.not.in c. ſuper ſpecula.de mag.vbi tex.di-
cit,quòd Doctores velut ſplendor fulgent firmamenti. Et fa-
cit etiam c.cùm ex iniuncto.de hæret.& glo.not.in c. cùm ex
eo.de electio.in 6.quæ dixit, quòd aduocati non minus pro-
uident humano generi,quàm ſi armis patriam defenderent,
& quòd Doctorum ſcientia mundus illuminatur. Et faciunt
dicta per Salyce.in authen.habita.C.ne fi.pro pat.in 1.col.vbi
dixit, quòd mundus illuminatur Doctoribus & hominibus
ſcientiæ,& dicit,quòd niſi fuiſſent Doctores, nos eſſemus in
tenebris. Faciat etiam pro hac parte, nam milites nō poſſunt
torqueri,vt infrà dicā,ergo nec Doctores.ratio eſt, quia pri-
uilegia militum extenduntur ad Doctores,ſecundùm Cy. in
l.1.C.de iur.& facti igno. Pro quo facit,nam ſicut verſatur vti
litas publica in militibus.l.1.& fin. ſ. de teſtamento milita.ita
etiam in Doctoribus & aduocatis.l.1. vbi gloſ. C. de ſtud.lib.
urb.Ro.lib.11.quod etiam voluit Barto.in l.1.ſ.ſoluto matri.
& tex.in l.aduocati.C.de aduo.diuer.iudi. & hoc ponit latius
Dom.Paris de Puteo,in dicto ſuo tracta.ſyndic.in 38.char. in
6 verſic.an Doctor,&c.† Item miles non poteſt torqueri,vt eſt
tex.in dicta l.milites. & ibi Docto. omnes,imò nec eorum fi-
lij,vt ibi dicitur, & volunt Docto. in dictis locis præalleg.
7 † Item nec minores 14.annis, ſecundùm Ange.de Aret.in
tracta.maleficio.in d.verbo,fama publica.in 16.char. ver. ſex-
tò quæro.nam ſecundum eum,talis minor debet ferula cędi.
allegat l.cum Syllanianum.ſ. ad Sylla. ſed voluit allegare l. ex-
cipiuntur.eodem titu.pro quo facit.l.1.& quæ ibi habentur,
8 C.ſi aduerſus delictum, &c. † Item maiores magiſtratus du-
rante officio non debent torqueri. Ange.vbi ſuprà, argum.l.
9 pars literarum.cum ſimilib.ſ.de iudi.† Item nec etiam clerici
in ſacris conſtituti,quod tamen intellige,niſi ſint infames,ſe-
cundùm Docto.in c.grauis.de depoſito.de quo ſatis latè dixi
10 in ſing.meo 55.incip.aduertas ad vnum, &c.† Item nec etiā
decrepiti debent torqueri.l.3.§.ignoſcitur. ſ. ad Sillania. & l.
j.§.impubes.& ibi gl.eod. titu. de quibus perſonis vide etiam
11 per Alexan.in d.l.milites.C.eo.† Item ſi apparent indicia con
tra aliquem vtilem reipublicæ, talis non torquebitur, ſicut
nec cęteri ſupradicti.ita dixit Domi. Paris de Puteo in dicto
ſuo tracta.ſyndica.in 39.char.in 1.col.ad quod alleg. Lud.Ro.
in repe-

in repetitione l.ſi verò,in §.de viro.in 10.fallen.ſ. ſoluto ma-
trimo.ſed ad hoc etiam poterat allegare bonum text.in l.ad
12 beſtias. infrà de pœn. † Item milites veterani non poſſunt
torqueri,vt volunt Docto.in dicta l.milites.& Dom.Paris in
dicto ſuo tracta.in 38.char.in vlt.colum.verſ.an Doctor, &c.
Quid autem in militibus noſtri temporis,an poſſint torque
ri.vide Doct.omnes præallegatos in dictis locis, vbi hoc exa-
13 minant.† Item mulier prægnans non torquetur.l.prægnan-
tis.infrà de pęn.& voluit Ange.de Aret.in tracta. ſuo malefi.
in verbo,fama publica.in dicto verſicu.ſextò quæro, &c.pro
quo faciunt, quæ habentur in l. Imperator. la ſeconda, ſ. de
ſtatu ho.vbi hoc voluit Barto. & alij.nam ſicut differtur exe-
cutio corporalis in muliere pręgnante, vt in dictis iuribus:
ita etiam debet differri illatio torturæ, propter quam filius
in vtero pateretur.Quinimò etiã tortura debet differri per il
los 40.dies, in quibus ipſa mulier malè ſtat in partu,nam illo
tempore eſt debilis, & ſi torqueretur, de facili poſſet mori.
Ita dixit Bart.in d.l.prægnantis.& Ioan.de Ana.in c. intellexi-
mus.de his,qui ſi.occi.quòd etiam voluit Bald.in dicta l. Im-
perator.Et ſubdit Ioan.de Ana.in dicto c.intelleximus.Idem
eſſet,ſi non reperitur nutrix puero propter defectum perſo
næ,nam tunc etiam debet differri executio corporalis ipſius
mulieris prægnantis,& etiam illatio torturæ,quando ex ipſa
tortura mulier redderetur inhabilis ad nutriẽdum puerum.
Et dicit Bald. in dicta l. Imperator. quem refert & ſequitur
Ioannes de Anania, in dicto c. intelleximus. quòd prædicta
etiam habẽt locum in mutilatione membri,& etiam in ictu
fuſtium. Et dicit quòd quælibet confeſſio facta in tali tortu-
ra non valeret,per glo.in l.quæſtionis.quæ eſt lex penul.infrà
eod.Dicit etiam,quòd talis mulier prægnans non poterit co
gi ire ad teſtificandum in aliquo loco, ſi periculum partus
eſt in itinere.& eadem ratione dicunt,ſi deberet ire in exiliũ,
nam debet differri iter in exilium, quia iſtud beneficium fit
14 partui,& non matri.†Et dicit etiam Bald.& Ioannes de Ana.
in dictis locis,quòd eadem ratione,ſi ex forma ſtatuti banni-
tus poteſt impunè offendi & occidi,quòd tamen non pote-
rit occidi mulier bannita prægnans, quia grauiſſimum faci-
nus committit,qui prægnantem occidit. Et prædicta proce-
dunt ſecundùm eos,etiam ſi partus ſit adulterinus, vel in car
cere conceptus. Et procedunt etiam prædicta, ſi eſſet præ-
gnãs,10.vel 20.dierum tantùm,quia licèt nondum ſit anima,
tamen eſt ſpes.de quibus dixi ſ.in l.1.in princ.in 2. char.ſ.eo.
15 † Scias tamen, quòd licèt non liceat in dictis caſibus, nec in
alijs regulariter interficere mulierem prægnãtem,nec ei no-
cere,adeò quòd partus patiatur detrimentum,attamen ſi pa
ter reperit filiam prægnantem in adulterio, vel in venereis,
poterit eam impunè occidere.Ita dicit Guil.de Cu.& Bar. in
dicta l.Imperator.quos refert & ſequitur Ioan.de Ana.in di-
cto c.intelleximus.& Ange.de Aret.in tracta.malefic. in ver-
bo,*che hai adulterata*.in 1.char.in ver.an patri,&c.ſed Bal.in di
cta l.Imperator.dicit,quòd imò in tali caſu pater debebit pu
niri non in totum,ſed pro exceſſu,quia partus erat innocẽs,
& nullã merebatur pęnam.Et opinio iſta Bal.videtur ęquior
quò ad ius diuinum & humanum.Et ſic habes perſonas,quę
non poſſunt torqueri,licèt contra eas adſint indicia, vt dixi.
16 † Et inquantum ſuperius dictum eſt, quòd decuriones vel
alij in dignitate conſtituti non poſſunt torqueri, intelligas
hoc etiam procedere finito eorum officio, & etiam licèt cõ-
tra eos ſint indicia.Ita habetur in dicta l.milites.C.eodem.de
quæſt.vbi dicit Bart.quòd ſemel habuit in facto, quòd quidã
miles qui fuerat Poteſtas in certo loco tempore ſyndicatus
conueniebatur, & probatum erat quoddam delictum con-
tra eum per indicia,tunc ſyndici volebant ponere ipſum ad
torturam.dicit Barto.ibi,ſe dixiſſe quòd non poterant, per il
lum text. & per text.in d.l.diuo Marco. C. eodem. Pro quo
etiam faciunt dicta per Bar.in l.1.C.de aduo.diuer.iudi.vbi di
cit,quòd ille qui depoſuit officium aduocationis, adhuc eſt
in dignitate,& appellatur clariſſimus,& ideo non debet tor-
queri tanquam habens dignitatem, & quòd debet ei mitti
iuramentum tanquam ad egregiam perſonam. Et facit not.
doctrinã Marti.de Fano,quam refert & ſequitur Fran.Tigri.
in l.fi.infrà de decurio.vbi dixit,ꝙ ſemel per illum text.euaſit
quendam à pœna mortis, qui fuerat condemnatus ad mor-
tem.& dum appellauit,oppoſuit coram iudicem, quòd fue-
rat conſiliarius ſuæ ciuitatis, Poteſtas tamen propter indicia
contra eum exiſtentia,poſuit eũ ad torturam,quo caſu non
poterat torqueri,per illum tex.& ille in tormentis confeſſus
eſt maleficium, ex quo enim illa tortura non valuit, nec te-
nuit,eodem modo non tenuit confeſſio.pro quibus omni-
bus faciunt optimè,quæ dixi in ſingu.meo 107.incip.priuile-
gium dignitatis.& in ſingul.35.incipien.ille,qui nunquam.&
in ſingu.179.incipien.viget communiter ſtatutum. vbi om-
15 nino videas. † Et teneas menti in practica, quòd ſi aliqua ex
dictis perſonis torqueri prohibitis torqueatur, quòd confeſ-
ſio per eas perſonas facta in dicta tortura non valebit, argu.
glo.ſingu.in l.penult.infrà eod.& doctrinæ Franc. Tigrini in
l.fi.infrà de decur. quam ſuprà proximè retuli. de qua etiam
dixi in ſingul. meo 179. incip. viget communiter ſtatutum.
& voluit apertè Bald.in d.l.Imperator. la 2.dum loquitur de
confeſſione mulieris prægnantis tortæ. de qua materia dicã
Deo duce, infrà in d.l.penult. vbi eſt propriè materia.
18 † Scias etiam,quòd licèt prædictę perſonæ nõ poſſint tor-
queri vt dixi,tamen hoc fallit in crimine lęſę maieſtatis, quia
in tali crimine ceſſat tale priuilegium,& poterunt torqueri,
ſecundùm Ange.de Aret.in tracta.malefic.in verbo.fama pu
blica.in d.ver.ſextò quæro, &c. vbi alleg.ad hoc l.de minore.
in princip.& l.ex libero.§.1.infrà eodem.& l.proditores. inf.
19 de re mili.† Et idem dicit eſſe in crimine hæreſis.alleg. glo.in
l. 3. C. ad leg. Iuliam maieſta. Et ex iſtis remanet expedita lex
iſta in ſui princip.vnà cum glo.quæ nihil difficultatis habent,
ideo ſequitur §.ſtatuliber.

SVMMARIVM.

1 ☞ *In cauſa adulterij ſtatuliber torquetur.*
2 *Statuliber non deſinit eſſe ſeruus.*

§ Statuliber. Et hoc intendit iſte §. breuis & cla-
rus.In cauſa adulterij, etiam ſtatuli-
ber tanquam ſeruus hæredis torqueri poteſt,nec tamẽ pro-
1 pter hoc ſpeciem ſuam mutat.hoc dicit. † No. ex iſto tex. ꝙ
in cauſa adulterij ſtatuliber torquetur,quod tamen ſecus eſt
in cauſa ciuili,vt infrà l.proxima.in fine, & habetur in l.nec ſi
2 mors.C.eod.titu. † Item no. quòd ſtatuliber non deſinit eſ-
ſe ſeruus vt hic,& habetur etiam in d.l.nec ſi mors.Alia nota
bilia hic non colliguntur.Glo.etiam ſunt claræ.veruntamen
gloſ. vltima circa finem arguit contra iſtum tex. nam hic ſta-
tuliber tanquam ſeruus poteſt torqueri, & ſic reputatur pro
ſeruo,ſed contra dicit glo.de tex.in l.ſtatuliber.infra eo.& de
tex.in l.j.§.ſerui.ſuprà ad Sylla.in quibus habetur,quòd ſtatu-
liber pro libero tractatur,& reputatur,ergo gloſ.non ſoluit.
Poteſt dici,quòd illud, quod hic dicitur,non eſt ſemper ve-
rum, quia quandoque ſtatuliber pro libero reputatur, vt in
contrarijs,quandoque pro ſeruo vt hic,& in concordantijs.
Et per iſta expeditus ſit hic breuis §.ſequitur mõ l.diuus Pius.

SVMMARIVM.

1 ☞ *In cauſa pecuniaria liber homo non torquetur, quod ſecus eſt in ſeruo. quod limita,num.5.*
2 *Grauior eſt pęna torturæ,quàm vtriuſque manus abſciſſio.*
3 *Tortura,an dicatur pęna.*
4 *Cauſa ciuilis magna æquiparatur cauſæ criminali.*
6 *Veritas quando aliter haberi non poteſt, multa permittuntur; quæ aliàs non permitterentur.*
7 *Teſtes minus integri & inhabiles admittuntur, quando veritas aliter ſciri non poteſt.*
8 *Minor in criminalibus,quandoque admittitur in teſtem.*
9 *Mulier quandoque teſtificatur in criminalibus.*
10 *Laici in criminalibus quandoque contra clericos teſtificantur.*
11 *Domeſtici quandoque teſtificantur.*
12 *Vbi de peritia artis debet reddi teſtimonium,non ſufficit vnus teſtis, ſed requiruntur plures.*
13 *Compelluntur quandoque ad teſtificandum,qui non compellerentur.*
14 *Valet teſtamẽtum factum tempore peſtis cum minori numero teſtiũ.*
15 *Tabellio nondum matriculatus,poteſt tempore peſtis teſtamenta,vel inſtrumenta conficere.*
16 *Vnus ſolus Notarius poteſt conficere inſtrumentum,quando duo haberi non poſſunt, licèt ex forma ſtatuti duo debeant eſſe Notarij ad conficiendum tale inſtrumentum.*

Diuus Pius. Et hoc intendit. In cauſa pecuniaria
ſerui poſſunt torqueri eo caſu tantũ,
quando veritas aliter haberi non poteſt, quod etiam habet
1 locum in ſeruis alienis.hoc dicit vſque ad §. ex quibus. † No.
primo ex iſto tex.quod in cauſa pecuniaria ſeruus poteſt tor
queri,quod ſecus eſt in liberis,& in ſtatuliberis,vt in l.iſta. in
fi. Sed in criminalibus & grauibus etiam liberi torquentur,
vt ſuprà l.proxima.& iſta eſt differentia,quantum ad tormẽ-
ta inter cauſas pecuniarias & capitales, ſecundùm Barto.hic.
Sed contra hunc tex.opponi poteſt.Nam pęna eſt commen
ſuranda delicto,vt eſt tex.& ibi Bal.in authentica, omnes pe-
☞ regrini.C.communia de ſuc.in fi.[Pro quo facit illud, quod
ſcribitur Deuteronomij cap.25.vbi dicitur,iuxta menſuram
delicti,erit plagarum modus.]Et in cauſa pecuniaria quis nõ
poteſt

poteſt puniri,niſi in pęna pecuniaria,vt de ſe patet,& clarum eſt, ne pœna rei pecuniariæ excedat ipſam pecuniam,vt in d. authen.omnes peregrini. Sed tenendo ſecundùm hunc tex. quòd in inquirendo veritatem rei pecuniariæ poſſit ſeruus torqueri, ſequetur ergo quod maior erit pęna in inquirendo, quàm pęna rei inquiſitæ repertæ, quia reperta veritate rei pecuniariæ inquiſitę,reus non poterit puniri niſi in pecunia,& ſic maior erit pęna ipſius ſerui innocentis torti,quàm ipſius rei cõdemnati.& quod hoc ſit verum,ſatis patet. nam nedum tortura, ſed etiam quælibet alia pęna corporalis minima,eſt maior quacunque pecuniaria,vt l.in ſeruorum. in-
2 frà titulo j.†Quinimò grauior eſt tortura & eius pęna,quàm vtriuſque manus abſciſſio,vt habetur in Authen.vt nulli iud. §. fin. Et alibi dicitur, quòd ſupremas anguſtias ſuſtinere,potius eſt mori quàm viuere.[Et dixit Bal.in repe.l.1.in penult. colum.C.vnde vi.quòd cruciatus corporis æquiparatur morti.] Et ſcribit Seneca in epiſto. Nemo tam timidus eſt,vt malit ſemper pendere,quàm ſemel cadere. ergo ſequitur,ꝙ ipſe ſeruus ita tortus pro veritate inquirenda,erit paſſus maio-
3 rem penam pati debeat reus comperta veritate. † Sed huic obiecto potes reſpondere pluribus modis.Et primò dici poteſt,quòd tortura propriè non dicitur pęna,nec fit ad pęnã, ſed ad inueſtigationem veritatis,vt habetur ſ.in hoc titu.in l. edictum.& ibi Barto.& facit tex. in l.nullam.C.de infami.vbi glo.dicit,quòd tortura fit vt veritas eruatur per confeſſionẽ. Et quòd tortura non ſit pęna, nec fiat ad pęnam, facit argu. ab ordine titulorum,nam hic titulus de queſtionib.ponitur, & poſtea ponitur titulus de pęnis.hoc ideo fit, quia tortura non eſt pęna,ſed inquiſitio & probatio veritatis, quia ſi eſſet pęna,tortus non poſſet iterum puniri,ſi cõfiteretur, ſed poſt confeſſionem punitur,vt infrà de pęnis.ergo tortura nõ poteſt dici,quòd pęna excedat delictum, & quòd ſeruus in plus puniatur in cauſa pecuniaria, quàm ipſe reus reperta veritate.Sed huic ſolutioni obſtat,nam licèt tortura non poſſit dici pęna,vt in dictis iuribus,ſed inquiſitio veritatis, tamẽ iſtud eſt verum de iure,ſed de facto tortura eſt pęna etiam apertiſſima, vt experiuntur & fatentur torti. Ideo poteſt aliter dici circa ſolutionem dicti contrarij; videlicet, quòd in caſu iſto tortura iſta in ſeruo non dicetur maior pęna pecuniaria, qa regula illa l.in ſeruorum.infrà de pęn.dicens, quòd quęlibet pęna corporalis etiam minima, eſt maior quacunque pecuniaria, habet locum in perſonis grauibus & dignioribus, ſecut autem in ſeruis & vilibus perſonis.Ita dixit Barto.in l.1.in fi.infrà de pęn.ergo in caſu noſtro ſeruus tortus non dicetur maiori pęna vexatus, quàm ipſe reus puniendus pęna pecuniaria. & hoc modo videtur ſubſtantiatum dictum contrarium.Vel tertiò poteſt dici,quòd iſte tex.loquitur in cauſa pecuniaria graui & ardua, quo caſu non eſt mirum, ſi ſeruus
4 poteſt torqueri,† quia cauſa ciuilis magna ſeu ardua,æquiparatur cauſæ criminali,ſecundùm Cald.in l.parentes.C.de teſt. & Pet.de Ancha.in conſi.ſuo 27.incip.rationes inductæ. circa finem.& in conſi.ſuo 63.incip.in cauſa,quæ vertitur. in 2. col.& habetur in l.propter litem.§.1.ſ.de excuſ.tuto. de quo dixi ſ.in l.1.§.ſeruus municipum.& in §.præterea. in 2.char.ſ. in hoc titu.ſed in cauſa criminali regulariter omnes poſſunt torqueri,vt in toto hoc titu.& C.eod. ergo ſeruus in hoc caſu potuit torqueri.de qua materia etiam vide in l.maritus.in
5 notabili.infrà eo.† Vlterius iſtum tex.dicentem,quòd in cauſa pecuniaria & ciuili in ſubſidium deuenitur ad torturam, quando aliter veritas haberi non poteſt,& hoc cõtra ſeruos, non autem contra liberos,vel ſtatuliberos, Limita ſingu.niſi cauſa ciuilis & pecuniaria habeat crimen annexum, quia tũc deueniretur ad torturam,etiam contra liberos. [Vide Alex. in conſilio 67.incip.in cauſa.in 4.colum.in 1.vol. & infrà in l. maritus.in 1.colum.] Ita habetur per Doct.in c.j.extrà de depoſ.vbi ille vir Belias negauit depoſitum,& ſic commiſit furtum.Ex quo dicto refert Do. Par.de Put.in tract. ſuo ſyndi.in fol.108.in 1.col.verſi.an cauſa.quòd aliàs ipſe dixit,quòd mercatores falliti ceſſantes & fugitiui poterunt torqueri,vt indicent pecunias ipſis datas ad mercandum,quas nunc denegãt habere,& dicant illas perdidiſſe.quod eſt ſingulariter notan-
6 dum,cum ſepiſſimè hoc eueniat in facto.† No. etiam ex iſto tex.in ver.ſed ſi aliter veritas, &c. quòd vt veritas inueniatur, & quando ipſa veritas alter haberi non poteſt,conceditur illud,quod aliter non concederetur, & propter hoc quando-
7 que receditur à regulis iuris communis.† Et ideo dixit multum ſingu.Saly.in l.ea quidem.in 1.col.verſi.ad.quintam quæſtionem.C.de accuſ.quòd quando veritas haberi non poteſt à teſtibus integris,tunc admittuntur teſtes minus integri. & ibi ipſe ponit exemplum de ludente in proſtibulo, qui fuit deceptus propter taxillos falſos,quòd ad hoc vt veritas huius deceptionis & falſitatis haberi poſſit, poterit probari per le-

nones & infames. quod dictum refert & ſequitur Ange. de Are.in tracta.ſuo maleficio.in verbo,*mettitore di mal dati*.in 1. colum.vbi pro hoc dicto ipſe alle. Innocen.in c.cum I. & A. de re iudi.de quo etiam per eundem Ang.in dicto ſuo tract. in verbo,qui iudex ſtatuit terminum ad opponendum contra proceſſum.in prin.in 1.colum.Et illud Salyc. refert etiam & ſequitur Do. Alex.de Imo.in conſi.ſuo 74.inci.viſo themate.in 1.col.in 1.volu.vbi pro illo dicto alleg.not.in l.ex cõſenſu.C.de repud.& in l.ob carmen.ſ.de teſti.& in c. veniens. el 2. eod. titu. [Scias tamen,ꝙ in tali caſu & in ſimilibus,vbi ex aliqua cauſa admittuntur infames vel ſimiles, quòd non admittuntur ſine tortura.Ita dixit gl.& ibi Bald.in l.3.§.lege Iulia.in verbo,palam.ff.de teſti.pro quo eſt tex.in l.ob carmen.
8 in §.1.eod.titu.] † Pro quo dicto facit, quod dixit Ioan.And. in addi.Specu.in titu.de teſte.§.1.verſi.ex igitur,quòd eſt impubes. vbi dixit, quòd licèt minor 25. annis non debeat examinari in teſtem in cauſa criminali, vt habetur in l. teſtium. ſ.de teſti.& 4.q.3.§.teſtes.verſicu.in teſtimonium.cum ſimil. tamen iudex non prohibetur ſaltem in defectum probationis recipere talem minorem in teſtem,quando veritas aliter ſciri non poſſet.[Vide Iaſ.in l.fina.in penul.colum.C.de his, quib.vt indig.& vide Alexand.in conſi. 102. incipi. ſuper primo, &c.ante fi.in 7.volum.& in eod.volum.in conſi.119.incipien.viſo proceſſu.in 3.colum.& Decium in conſi.363. in-
9 cip.in cauſa.in 2.colum.† Et ſubdit ipſe Ioan.And. in dicto §. 1.ver. item quòd eſt mulier.quòd licèt in cauſa criminali mulier non admittatur in teſtem,vt in c.mulierem.33.q. 5. & in c.forus.de verbo.ſignifica.cum ibi not. tamen ſecundùm eũ admittentur mulieres,quando veritas aliter ſciri non poſſet. & dicit quòd hoc habet æquitatem. quod dictum refert & ſequitur Dominus Alexan.in conſi.ſuo 64.incip.viſo themate.in 1.colum.in 1.vol.Pro quo optimè facit, quod habetur in c.peruenit.el 2.extra de teſti.cog.& in l.ſerui.ſ.de teſti.& in
10 c.quamquam. cum gloſ.14.q.2.† Et facit etiam,quod voluit Dom.Abb.in c.decætero.de teſti.in 1.colum.vbi dixit, quòd licèt laicus non admittatur contra clericum in cauſa criminali,vt habetur in c.laicos.& in c.ſeq.2.q.7.& in c.veniens. el j.de teſti.attamen ſi clericus commiſit delictum in loco, vbi non erat copia clericorum,& ſic ſi veritas à clericis non po-
11 teſt haberi,hoc caſu poterit conuinci per laicos. † Et facit ẽt quod voluit Do.An.in c.tertio loco. de probationib. vbi dixit,quòd licèt domeſtici repellantur à teſtimonio,l.etiam.& l.parentes.C.de teſti.c.repellantur.de accuſa.cum ſim.tamen admittuntur ſecundùm eũ,quando veritas aliter haberi non poſſet.quod etiam voluit Ioan.And.in addi.Specu.in titu.de teſte.§.j.verſ.quid ſi olim.in addi.incip. idem Guido de Suza. & Abb.in c.cum in tua. de ſponſa. quod etiam voluit Dom. Franc.Are.in conſi.13.incip.viſo diligenter.in 11.colum. vbi
12 no.loquitur.† Et adduci poteſt no. verbum Bald.in conſilio ſuo 302.incipien.proponitur.in 2.colum.in 2.volu.vbi dixit, quòd vbi de peritia artis debet reddi teſtimonium, non ſufficit vnus teſtis,ſed requiruntur plures,vt in Auth. de non alie. §.vt neque.in verbo,architectis.& in l.ſemel. de re mili. li.12. in verbo,medicis.& in l.j.in verbo,omnes vel duæ.ſ.de vent. inſpic.& in l. hac edictali. §. mobilium.in verbo,arbitros.C. de ſecun.nup.Iſtud eſt verum,ſecundum Bald. ibi, vbi plures haberi poſſunt ad probandum talem rem, ſecus autẽ ſi vnus tantùm poteſt haberi, quia tunc ille admittitur, ne veritas pereat. exemplum ponit in medicis deponere debentibus ſuper vulnere,an ſit mortale,necne. allegat, quæ habentur in
13 l.1.§.fi.ſ.de verbo.obligatio. † Et facit optimè ſingu.verbum. Hoſti.& Ioan.And.in c.j.de teſti.cog.vbi dixerunt, ꝙ aliquæ ſunt perſonæ,quæ inuitæ non compelluntur ad teſtificandũ, de quibus in l.4.ſ.de teſti.attamen tales perſonæ poſſunt etiã compelli ad teſtificandum,quando aliter veritas haberi non poteſt,quia non eſt anguſtãda facultas probationum.l. quoniam. C. de hereti. & iſtud dictum pro ſingulari refert & ſequitur Ludo.Rom.in ſing.ſuo 396.incip.tu habes in l. 4. &c.
14 quod eſt nòt.in propoſito.† Et facit etiam in aſg.illud,quod dicitur;videlicet,quòd teſtamentum factum tempore peſtis cum minori numero teſtium valet, & per eos probatur, & hoc quia veritas aliter haberi non poſſet de ipſo teſtamẽto. Ita voluit Bart.in l.j.ſ.de bon.poſ.ex teſta.mili. & in l.cunctos populos in 9.colum.ver. ad prædictorum confirmationem. C.de ſum.Tri.& fide Catho.& Bal.in l.fina.C.de teſt.& idem videtur tenere Ang.in Auth.de non alie.in §.quod autem.& Ludo.Rom.in l.3.§.ſinautem.ſ. ad Sylla. & Domi.Alexan.de Imo.in l.ſcriniarijs.in 2.colum.C.de teſt.mili.& in conſi. ſuo 70.incipien.viſo conſilio.aliàs in 7.colum.in 2.vol.& in conſ.
15 176.incip.viſo themate. 3. colum. † Pro quibus facit elegans dictum Ange.in repet.l.ſi vacantia.in 7.colum. ver. ex prædictis.C.de bo.vac.lib.10.vbi dixit, quòd ille qui eſt creatus tabellio

bellio,licèt nondum ſit matriculatus, poteſt tamen tempore peſtis teſtamenta vel inſtrumenta conficere. & idem voluit ipſe Ang.in l.conficiuntur.§.codicillis.ſ. de iure codicil. & Paul.de Caſt.in l.caſus.C.de teſta.quem refert Dom.Alex. in dicta l.ſcriniarijs.in 2.colum.C.de teſta.mili.& in dicta l.fi.
16 in 2.col.C.de teſta.† Et ſubdit Angel.in d.§. quod autem, in Authentica de non alie.quòd ſi ſtatuto cauetur,quòd nullus contractus factus per minorem valeat niſi ſint de eo rogati duo Notarij, contingit quòd in ciuitate propter aliquem caſum non reperitur niſi vnus,dicit quòd tali caſu ille ſolus poterit conficere tale inſtrumentum & valebit. pro quo alleg. tex.in d.l.fina.in fi.C.de teſta. quod dictum refert & ſequitur Ioan.de Ana.in c.ſignificaſti.el 2.in 8.col.de hom.pro quo dicto videtur mihi tex.apertus in d.Authenti. de non alie. in §. neque.in ver.ſi vnum ſolum ciuitatis habeat, &c. quem tex. ibi ſummè not.Barto.& illum etiam no.idem Bart.in prooe. ff.in fi.prin.pro quibus etiam faciunt dicta per Ange.in auth. omnes peregrini.C.communia de ſucceſ.& per Pau. de Caſ. in l.nutritoribus. eo.tit.& per Dom.Fel.in c. quoniam cōtra. de proba. in 24. col. & pro prædictis etiam facit optimè tex. quem non memini me vidiſſe ab aliquo allegatum in hac materia,in Auth.de inſtrumen.caute.& fide.in §.vt autem.in verſic.teſtium multorum copia, &c. & faciunt optimè dicta per omnes ſcrib.in l.1.§.fi.ſ.de verbo. obliga. & dicta per me in repe.l.fi.C.de proba.in 4.char.& in conſi.meo,incip. vocē meam exaudi Domine.in 4.charta. vbi latè loquutus ſum in materia iſta,adducēdo quàmplura alia,vbi videas. Et per iſta expedita ſunt textualia.igitur venio ad gl.quæ clara eſt, nam arguit contra iſtum tex.de tex.in l.1.C.eod.vbi habetur,ꝙ ſeruus non poteſt torqueri contra dominum,ſed hic dicitur,ꝙ imò poteſt etiam in cauſa pecuniaria,ergo.quapropter gloſ. ſoluit & dicit, quòd iſte tex. loquitur contra alium tertium, non autem loquitur cōtra dominum,vel dicit, quòd ſoluas, vt habetur in dicta l.1.C.eod.vbi glo.ponit tres ſolutiones ad hanc l.poſtea glo.iſta adducit pro hac l.tex.in l.ſerui.ſ.de teſt. & in l. 1. in fi. C. de iura. cal. Et ex iſtis expedita eſt l. iſta in ſui prin.ſequitur modò.§.ex quibus cauſis, &c.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Teſtis,qui non debet examinari,examinatus non facit indicium.*

§.Ex quibus cauſis.

Et hoc intendit. Teſtis, qui non debet examinari,ſi ſit examinatus,eius dictum nō probat, nec facit indiciū.
1 hoc dicit vſque ad §. de eo. † Nota dictum in ſummario, ꝙ teſtis qui non debet examinari,examinatus nō facit indiciū. ſed plura videntur iura contraria,quæ non adduco, & aliter non examino iſtum articulum, ſed vide, quæ ſatis dixi circa hoc in l. 1.in §.diuus Antoninus.in j.colum. ſ.eod. & aliquid etiam dixi in ſing.meo 198.incip.teſtis,qui non debet examinari.& quia iſte §.eſt ſatis clarus, & alia not. non colliguntur ex eo,ideo aliter ſuper ipſo non inſtabo,cum etiam gl.ſit clara.Ideo ſequitur §.de eo,qui in inſulam.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Seruus deportatus non poteſt torqueri contra priorem dominum.*

§. De eo, qui in inſulam

Iſte §. ſecundùm gloſ. &
1 Barto. poteſt legi tribus modis, † ideo non poteſt commode ſummari. attamen ſecundùm magis communem intellectum ſic poteſt ſummari. Seruus deportatus non poteſt torqueri contra priorem dominum.& ſtatuliber in cauſis pecuniarijs torqueri nō poteſt, licèt ſecus ſit in criminalibus. hoc dicit.Et dicit Barto.quòd hic text. non poteſt intelligi, quòd ſeruus illius,qui fuit deportatus, non poſſit contra eum examinari, quia eſſet contra text.in l.1.§.idem Nummio.ſ. eod. vbi habetur quòd ſeruus damnati torquetur contra eum, iō non procederet. Et ideo dicit,quòd poteſt figurari caſus, ꝙ ſeruus,non dominus,fuit deportatus,& tunc non poteſt torqueri cōtra dominum,vt hic.quam lecturam approbat Bart. per l.extraneo.in §.finali.infra eod. Dicit etiam, quod tertio modo poteſt poni caſus & dubitari, an deportatus in inſulā poſſit vt ſeruus torqueri?& dicit quòd non. & hāc lecturam approbat Dy. ſecundùm Barto.hic,dicens, quòd hæc lectura poteſt eſſe etiam bona.Alia hic non occurrunt. gl. etiam eſt clara. Ideo ſequitur nota l.de minore.

SVMMARIVM.

1 ☞ *In crimine læſæ maieſtatis examinatur in teſtem minor cum tortura.*

2 *Si per ſtatutum conceditur abolitio delinquentibus, non comprehenduntur delinquentes in crimine læſæ maieſtatis.*

3 *Socius criminis admittitur in teſtem contra ſocium in crimine læſæ maieſtatis.*

4 *Committens crimen læſæ maieſtatis efficitur inteſtabilis.* *Intellectus l.manifeſtæ turpitudinis.ff.de iureiurando.*

5 *Crimen læſæ maieſtatis non committitur per non ſubditum.*

6 *In crimine læſæ maieſtatis damnatur memoria defuncti.*

7 *Condemnatus de crimine læſæ maieſtatis non poteſt appellare.*

8 *Capitalis inimicus non admittitur in teſtē in crimine læſę maieſtatis.*

9 *In crimine læſæ maieſtatis non proceditur ad torturam,niſi præcedentibus indicijs.*

10 *Qui non debet torqueri,tortus facit indicium.*

11 *Minor 14.annis,tanquam reus & principalis,torqueri non poteſt.*

12 *Iudex inferens terrorem reo,fingens velle eum mori facere:ſi ex tali terrore verè moriatur ipſe reus,an iudex teneatur,& qua pœna.*

13 *Ex inſolitis inducitur præſumptio fraudis.*

14 *Super inſolitis non defertur iuramētum in ſupplementū probationis.*

15 *Obligatus ſub pęna tenere ſtratam ſecuram,intelligitur de vſitata.*

16 *Argumentum ab inſolitis, valet.*

17 *In delictis lata culpa æquiparatur dolo.*

18 *Quoties ſtatutum imponit pęnam perſonalem pro homicidio, vt quia dicat,occidens occidatur:ſi occidens occiderit doloſè & ex propoſito,non habebit locū pęna ſtatuti:ſed aliter debebit mitius puniri.*

19 *Statutum puniens aliquem præſumentem,& ſic notans dolum & temeritatem,non ligat hominem ſimplicem cōtrauenientē ſine dolo.*

20 *Vbi requiritur dolus,lata culpa non punitur vt dolus:tamen lata culpa omnino punitur.*

21 *Tempus indeterminatum ſtat in arbitrio iudicis.*

22 *Dictum minoris in criminalibus,eſt ipſo iure nullum.*

23 *Dictum impuberis non facit indicium ad torturam, ſed ſolum ad inquirendum,quod limita.nu.24.*

25 *Mulier quandoque teſtificatur in criminalibus.*

26 *Laici in criminalibus quandoque contra clericos teſtificantur.*

27 *Domeſtici quandoque teſtificantur.*

28 *Impuberes quandoque delictum probant.*

29 *Confeſſio extra iudicium facit indicium ad torturam: ſed non habet locum in confeſſione minoris.nu.30.*

31 *Confeſſio extraiudicialis vbi eſt veriſimilis,facit plenam probationē, etiam in criminalibus.*

32 *Confeſſio extraiudicialis licèt non ſit ſufficiens ad condemnationem, ſed tantùm ad torturam, attamen poterit puniri confitens extra ordinem,tanquam de delicto ſe glorians,arbitrio iudicis.*

33 *Minori accuſato vel inquiſito de crimine debet dari curator,aliàs confeſſio ſua & proceſſus contra eum factus, eſt nullus,niſi fuerit datus vel conſtitutus procurator. nu.34.*

35 *Minor in delictis atrocioribus nunquam admittitur ad reuocandam ſuam confeſſionem.*

36 *Minor,an & quando excuſetur a delicto.*

37 *Minor,an excuſetur a dolo præſumpto.*

38 *Minor,quomodo pro delicto puniatur.*

39 *Minor,an poſſit mulctari vel excommunicari.*

40 *Minor delinquens in minori ætate, an poſſit de tali delicto puniri ipſo effecto maiore.*

41 *Pupillus,an poſſit exhæredari.*

42 *Satutum an valeat quòd ex ſola contumacia poſſit quis banniri, vel ad mortem condemnari.*

43 *Minor quatuordecim vel vigintiquinque annis, an poſſit accuſari vel alios accuſare.*

De minore.

Et hoc intendit. Minor in criminalibus non examinatur in teſtem etiam cum tortura, niſi in crimine læſæ maieſtatis, quia in tali crimine omnes torquentur.Item ſeruus filij non torquetur cōtra patrem,nec econtra ſeruus patris contra filium.hoc dicit
1 vſque ad §.tormenta,&c.† Ex hoc tex.nota dicta in ſummario,quòd regulariter minor in criminalibus non torquetur, quod tamen fallit in crimine læſæ maieſtatis, quod crimen multa ſpecialia habet,vt patet hic, & in toto titu.ſ.ad legem Iul.maieſta.& C. eod. ad legem Iul.maieſta.& in l.1.C.de fal. mone.cum ſimil.
2 † Et ideo dixit Ang. in diſputatione incip. exorta guerra.quem refert Dominus Alex.in l.1.ſ. ad legem Iul. maieſt. quòd ſi per ſtatutum conceditur abolitio delinquentibus, non comprehenduntur delinquentes in crimine læſæ maieſtatis, de quo mentionem feci ſ. in l.j. in prin. in 3.char.pro quibus faciunt dicta per Innocen.& alios in c. cùm omnes.de conſtitu.& quæ dixi in d.l.j.in prin. ſuprà eo. & ſingu.meo 164. incipien. nemo debet ſe ſubmittere, &c.
3 † Et facit etiam dictum Specul.in titu.de accuſa.in §.1.verſic. item repellitur,quia fuit ſocius,&c.vbi dicit,quòd ſocius criminis admittitur contra ſocium in crimine læſæ maieſtatis, licèt aliàs ſit ſecus,vt dixi ſatis latè in l.j.in §.diuus Antoninus. in j.char.ſ.eod.Et facit etiam,quod voluit idem Specul. in d. titu.

titu.in d.§.j.ver.item quòd eſt frater. vbi dicit, quòd licèt frater non poſſit accuſare fratrem vel ſororem criminaliter de magno crimine capitali, vt ibi per eum, tamen hoc fallit in crimine læſæ maieſtatis.allegat tex.in l.penult.C.de accuſa.Et ſubdit etiam Specul.vbi ſuprà,in ver.item ꝙ eſt mulier, &c. quòd mulier poteſt accuſare quem de crimine læſæ maieſtatis,licèt regulariter mulier non admittatur ad accuſandum, vt ibi per eum. Et ſubdit ibi in ver. ſeq. idem eſſe in pupillo vel in pubere, quia cũ authoritate tutoris fortè accuſare poterunt de crimine lęſę maieſtatis,ſecundùm eum ibi.Et ſubdit etiam ibi,in ver.item excipitur quòd eſt miles, idem eſſe in milite, qui poterit accuſare in crimine læſæ maieſtatis, licèt aliàs regulariter non poſſit, vt ibi per eum. Et dixit ipſe Specul.in titu.de actore.in §.j.in 10.col.in ver. item quòd cõmiſit, &c. quòd propter crimen læſæ maieſtatis quis repellitur ab agendo.Et dixit ipſe in tit.de proba.in §.j.ver.decimo. quòd in crimine læſæ maieſtatis teſtes vtriuſq; partis admit-
4 tuntur. alleg. tex.in l.fallaciter.in fi.C.de abolitio.† Item ille, qui committit crimen læſæ maieſtatis,non poteſt facere teſtamentum,ſed efficitur inteſtabilis.ita dixit Specu.in titu.de inſtru.edi.in §.compendioſè.in verſ.14.allegat tex.in l.penul. C.ad legem Iul.maieſt.ſed melior eſt tex.ad hoc in l.fi.illius tituli.& idem dixit ipſe Specul. in titu. de iudic.§.j.in verſic. eſt etiam alia petitio,&c.circa fi.allegat tex.in l.quiſquis.C.ad le-
5 gem Iul.maie.[† Adde in hoc crimine læſæ maieſtatis,quòd tale crimen non committitur per non ſubditum,ſecundùm
6 Bald.in conſi.ſuo 388.incip.cùm ciuitas,&c.in 3. volu.] † Facit etiam glo.multum no.in §.per contrarium.Inſtitu.de hæred.quę ab inteſt.defe.quę voluit,quòd licèt regulariter poſt mortem quis non poſſit accuſari,vt habetur in l.1.C. ſi reus, vel accuſ.mor.feu.& in l.de qua re.§.1.ff.de iudi.cum ſimil.tamen hoc fallit in crimine læſæ maieſtatis, nam in tali crimine memoria defuncti poterit accuſari, & damnari. & illam glo.dicit ibi ſingul.ad hoc Ange. de Are.& Ioan. de Imo. in c.quoniam frequenter.vt lite non conteſ.& in l.ſi defuncto. s̄.de publi.iudic.de qua glo.etiam facit mentionem Ang. de Aret.in tracta.malefic. verbo, *che hai tradita la tua patria*. in 3. char.in verſic. & bene aduertas. vbi videas in materia omni-
7 no addi.Dom.Aug.Ari † Item condemnatus de crimine læſæ maieſtatis non poteſt appellare,ſecundùm Ang.Aret.qui plura ponit in tracta.malefi.in ver præſente Caio & appellante.in 2.char.verſi.& no.per d.l.non tantùm,&c. Alia & ſpecialia habet crimen lęſæ maieſtatis,quæ colligi poſſunt ex tex.& gloſ.& ex dictis Doctorum in l. quiſquis.C.ad legem Iuliam maieſt.& etiam ex dictis Ang.de Are.in tracta.malefic.in verbo, *che hai tradita la tua patria*. in 2.char.in verſic.quæro,quis poſſit accuſare, &c. & in addi.ibi poſita,vbi videas omnino. & per Dom.Lau.Cal.in conſil.ſuo 2.in 14.colum.in princip. [Adde etiam hic vnum ſpeciale,quod habet crimẽ læſæ maieſtatis,quod ponit Socin.in conſi.266.incip. in cauſa. in 18. col.verſ.poſtremò non omitto,&c.vbi omnino videas,&c.]
8 † Sed teneas menti in materia iſta;videlicet, quòd licèt iſtud crimen ſit enorme & enormiſſimum, in quo ſolennitates iuris vt plurimum ſunt remiſſæ,vt patet ex ſupradictis,& in d. l.quiſquis. attamen licèt omnes admittantur ad teſtificandũ in tali crimine,non tamen admittitur inimicus capitalis, nõ obſtãte ipſa enormitate criminis,tex.eſt,quem ad hoc Doc. allegant pro ſingulari,in c.per tuas.de ſymo.vbi habetur,ꝙ in crimine ſymoniæ,& ſic in crimine excepto, non admittitur inimicus capitalis,ergo nec in crimine læſæ maieſtatis, quod dicitur crimen exceptum, vt habetur in c. ſi quis cum militibus.6.q.1.& voluit Spec. in titu. de accuſatore.in vlti. colum. circa med.& glo.in c.j.in vlti.glo.de teſti.in 6.Et quòd inimicus capitalis non admittatur in teſtem in crimine læſæ maieſtatis,tenuit etiam Bart.in l.in quæſtionibus. s̄. ad legem Iul. maieſta. & Specu. in titu. de accuſatore.§.2.in vltimis verbis. & Ludo.Rom.in l.ſi verò.in §.de viro.in 22.colum.ver.quintadecima,&c.ff.ſolu.matrimo.de quo etiam per Dom.Abb. in c.inquiſitionis.in §.tertiæ.de accuſa.& per Bald. in l. in his. in §.j.in fi.ff.ſolu. matrimo. Et licèt Doctores reputent illum tex.in d.c.per tuas.ſingularem ad hoc,tamen dico,quòd non eſt ſingularis, ſed ſimilis eſt text. quem ad hoc ibi ponderat Abb.in c.cùm P.Manconella de accuſa.& hoc voluit Barba. ibi,& Ang.in l.qui accuſare.s̄.de accuſa.vbi alleg.ad hoc Spe. in d.titu.de accuſ.§.j.de quo etiam per Bar.in l.præſcriptione. in 11.colum.in verſic.tertium exemplum.C.ſi contra ius, vel vtil.public.de quo dixi ſuprà in l.j.§.præterea,in prin.s̄.in hoc titu.Et ſic per iſta potes limitare hunc tex.in verſi.ſed omnes omnino, &c. quia imò non omnes admittuntur,nam non admittũtur inimici capitales,vt dixi,ergo iſte tex. patitur hãc limitationem,ſeu reſtrictionem,&c.† Secundò etiam aduertas,quòd licèt (vt dixi) iſtud crimen læſæ maieſtatis ſit crimẽ exceptum & enorme, attamen in ipſo crimine vel in proceſſu ipſius non proceditur contra aliquem ad torturam, niſi præcedentibus indicijs. Ita probatur in l. ſi quis alicui.& ibi glo.Cy.Bald.& Saly.C.ad leg.Iul.maieſt.ita dixit Ang.de Are. in tracta.malefi.in verbo,*che hai tradita la tua patria*. in primis verbis.& Angel.in l.fallaciter.in fi. C.de aboli. de quo videas etiam ibi in addi.de quo etiam dixi s̄.in l.j.in prin.in 4.char.s̄. eo. Alia notabilia non colliguntur ex iſto tex.ideo venio ad dicta per Barto.Et oppono,ꝙ imò minor torqueatur,vt habetur in l.j.§.impuberes.s̄.ad Sylla. ſed hic dicitur cõtrarium. ergo ſolue,ſecundùm Barto.quòd minor non torquetur ea tortura,qua torquentur maiores, ſed debet ferula vel habena cedi,vt in contrario.& not.ſuprà de his,quib. vt indi. & s̄.
10 ad Syllanian.† Quærit poſtea Bar. mouens vnam quęſtionẽ; videlicet, ad quid aliquo caſu torquetur minor in cauſa criminali,cùm non poſſit eſſe teſtis,vt l.in teſtimonium.s̄.de teſti.in quo reſpondet & dicit, quòd non torquetur vt faciat plenam probationem,vel ſemiplenam, ſed vt faciat indiciũ. Et ſic dicit Bar.quòd hic erit caſus,vbi ille qui non debet torqueri,tortus tamen faciet indicium,de quo remittit ſe ad dicenda per eum in l.maritus.infrà eod.Circa quod vide, quæ dixi ſuprà in l.j.in §.diuus Antoninus.in princip.s̄.eod.vbi de
11 hoc dixi.ideo hic aliter non inſiſto.† Et quia hic tractatur de minore 14. annis circa criminalia, ideo non incongruè hic quæri poteſt de aliquibus circa materiam ipſorum minorũ. Et primò quæro,an minor 14.an.non tanquam teſtis,ſed tãquam reus & principalis poſſit torqueri? In quo dicas quòd non,ſecundùm Ang.de Are.in tracta.malefi.in verbo, fama publica.in 16.char.verſi.ſextò quæro.nam ſecundùm eum,& etiam ſecundùm Bart.hic,talis minor debet terreri, vel ferula cędi,vt habetur in d.l.j.impubes.& in l.excipiuntur.eod.tit. & per glo.& Bald.in l.fi.C.de his,quib. vt indig. de quo dixi s̄. eod.in l.edictum.enumerando perſonas, quæ torqueri non poſſunt.pro quibus faciunt dicta per ſcriben.in l.j.C.ſi aduer. delic.& quòd talis minor non poſſit torqueri,ſed terreri, & ferula vel habena cędi,firmat Ioan.de Ana.in ca.1. in penult. colum.de delict.puero.& Dom.Paris de Put.in ſuo tract.ſyndic.in 101.char.in vlti.colum.circa fi.& Guido de Suza.in tracta ſuo de quæſtioni.& tormen.in j.colum. verſic. excipiuntur.& Gandi.in tracta. ſuo malefic. ſub Rubri. de quæſtio. & tormen.in j.colum.in verſi.hęc quæſtio. & Dom.Franc.Bru. in ſuo tract.de indi.& tortu.in 8.char.in 1.& 2.colum.vbi per iſtum tex.infert no.verbum dicens,quòd in crimine læſę maieſtatis minor torqueri poteſt tanquam maior, & fidẽ facit in dicto crimine.pro quo etiam facit l.nullus. C. ad leg. Iuliã maieſta.Ex quo dicit,quòd ſi ex forma ſtatuti minor 14. annis habilitaretur ad teſtificandum,quòd hoc caſu poſſet torqueri ipſe minor. & idẽ dicit de quolibet inhabili, & minus idoneo de iure communi,quod dicit fore notandum.
12 † Modò conſequenter quæro, communis opinio eſt, vt volunt Docto.in dictis locis,quòd minor 14.annis non poſſit torqueri,ſed terreri.pro quo faciunt dicta per Bal.in l.obſeruare.in j.colum.C.quor.appel.vbi dixit, quòd qui non poteſt torqueri,poteſt terreri.Sed pone,iudex habet minorem 14.vel 15.annis in fortijs,& contra eum habet indicia maleficij ſufficientia ad torturam,ſed ipſum non vult torquere,ſed vult eum terrere, & ideo fingit ipſum velle ſuſpendi facere vel decapitari,& facit eum conduci vſque ad furcas,vel ad locum iuſtitiæ, dicendo quòd ſibi dicat veritatem, aliàs quòd faciet ipſum mori,ſi propter talem errorem mortis, quam credit ſtatim paſſurum moriatur,an iudex ipſe teneatur pœna mortis? In qua notabili quæſtione mihi videtur primò dicendum,quòd ſic.nam quando reus moritur in tormẽtis, iudex tenetur pœna mortis,vt ſatis latè dixi,diſtinguendo tamen ſuprà in l.in quæſtionis.in 1.char.In contrarium tamen facit, nam iudex poteſt fingere ſe velle facere illud, quod nõ vult facere,vt inueniat veritatem.text.eſt not.in c. afferte. de præſump.quem tex.ad hoc alleg.gl.in l.j.§.j.de dolo. pro quo facit,quod voluit Bart.infrà in §.plurium.in prin.vbi dicit, ꝙ pro veritate habẽda, poteſt iudex fingere ſe velle facere reo criminis, quod non vult,vt videat quem actum faciat reus, qui examinatur, & qualiter ſe gerat, quam dicit eſſe ſubtilẽ diligentiam cognitionis.Item pro hac parte facit,quia cõtra ipſum minorem erant indicia ſufficientia ad torturam,& ſic poterat ipſum torquere moderatè, quo caſu ſi fuiſſet mortuus,non teneretur de morte ſua,vt dixi in d.l.quæſtionis. & fictio eſt minor quàm tortura, quia tortura eſt maior pœna quàm vtriuſque manus abſciſſio,vt dixi in l. diuus Pius. in 1. colum.s̄.eod.Ideo videtur dicendum, quòd non tenetur Iudex hoc caſu de morte ipſius rei minoris. Ita etiam firmat in hac quæſtione adducens prædicta Domi.Pari.de Put. in ſuo tracta.ſyndic.in 110.char.in vlt.& in penult.ibi verſi. ſequitur

modo

modo not.quæſtio. Et adducit quandam facti contingentiã
relatam ab And de Iſer.in §.publici latrones.in tit.de pace te
nen.quam ego retuli in l.j.in penul.colum.ſ.in hoc tit. & alia
quamplura adducit.& vltimo loco adducit aliam contingẽ-
tiam facti.nam dicit, quòd Rex Ladislaus inquiri fecit con-
tra quendam Comitem regni, & contra eius filium de pro-
ditione,& facto proceſſu ꝑ iudices magnæ curiæ,inter quos
iudices erat vnus iudicum,videlicet Frater Ioannes de Capi-
ſtrano,qui retulit Regi, quòd Comes erat damnandus pęna
decapitationis.& quòd filius erat innocens & liberandus,at-
tamen Rex iuſſit Comitem decapitari,& filium non decapi
tari,ſed ſententialiter fictè condemnari ad mortem,& dein-
de ad ſupplicium duci cum patre,& decapitato patre,libera-
re filium,& decapitato patre,tunc filius præ timore pęnæ il-
licò mortuus eſt, propter quod frater Ioannes de Capiſtra-
no tunc ſecularis,& iudex magnæ curiæ exiſtens,conſcientia
motus,ꝙ innocentem condemnauerat, licèt fictè & ex cau-
ſa talis condemnationis mortuus fuerat,adiuit Regem,& re
nunciauit officio , nolens amplius ſeruire Dominis tempo-
ralibus, ſed Deo, & intrauit religionem ſancti Franciſci; &
fuit vir magnificæ religionis & mirę ſanctitatis,vt notum eſt
omni populo. Et ego ſimiliter tempore adoleſcentiæ meæ
recordor audiuiſſe à quibuſdam ſenibus fide dignis,ꝙ tem-
pore iuuentutis eorum hic Bononię fuit quidam ciuis ha-
bens vnum filium inter alios improbum & vitijs plenũ, quẽ
ipſe pater nec minis,nec percuſſionibus poterat illum redu-
cere ad bene & honeſtè viuendũ,tandem fecit illum capi &
carcerari,& obtinuit à ſuperioribus ciuitatis, vt faceret eum
fictè decapitari,quo obtento, iſte pater fecit hunc filium ad
mortem cõdemnari & eum fecit ligare cum manibns poſt
terga,& fecit illum duci per loca publica & conſueta, per q̃
ducuntur illi,qui vadunt ad ſupplicium;tandem cùm fuit ad
locum iuſtitiæ,ordinauit magiſtro iuſtitiæ, vt non decapita-
ret eum,ſed admenando ictum ſolitum admen ri in decapi
tando hominem,non tangeret ipſum filium, nec illa inſtru-
menta ferrea,quæ ipſe habebat ſuper collum,ſed illis intactis
admenaret ictum in terris,quo facto volebat ſibi facere gra-
tiam. Tandem miniſter iuſtitiæ poſuit ipſum genibus flexis
& inclinauit caput ſuum ſub ferro, & accepit malleum li-
gneum & admenauit in terris & non tetigit ipſum, & tunc
pater dixit,ſum contentus rogatu amicorum facere tibi gra
tiam vitæ,& vocauit ipſum filium dicens,quòd ſurgeret, ſed
reperit ipſum filium mortuum eſſe ex timore,adeò ꝙ pater
incępit flere & exclamare. ſed certè fuit vna beſtia ille pater,
non cogitando quòd hoc euenire poterat. Et ſic ex ſupradi-
ctis videtur dicendum,quòd iudex in quæſtione ꝑdicta non
teneatur de morte talis rei territi, ſi moriatur ex tali timore.
Mihi autem videtur contrarium eſſe verius, nam ipſe iudex
dedit cauſam huic morti, & qui cauſam morti dat,mortem
dediſſe videtur.l.qui occidit.ſ.ad leg.Aquil.cum multis ſimil.
nam nihil intereſt,an quis occidat,vel mortis cauſam ꝓbeat,
vt eſt exemplum in l.nihil intereſt.ſ.ad legem Corne.de ſica.
& facit c.decætero.de homi.& in 50.diſtin.c. ſi quis viduam.
Et non obſtant allegata ſuprà in contrarium.

Et primò non obſtat tex.in c.afferte.de præſumpt. quia li-
cèt Salomon fecerit portare gladium & ſimularet velle diui
dere puerum, attamen per hoc non inferebatur alicui talis
timor,qui inferret mortem alicui, à communiter acciden-
tibus, nam ex morte filiorum matres raro vel nunquam ex
dolore moriũtur, ſed ex timore mortis propriæ bene ſępius
homines moriũtur.nec etiam ille filius, qui debebat diuidi,
poterat terreri, nec expaueſcere, licèt tractaretur de eo in-
terficiendo,quia erat in cunabulis,& nihil penitus de morte
cognoſcebat,ergo ille text.non habet obſtare.Nec ſimiliter
habet obſtare, quod dicit Barto.& alij, videlicet quòd iudex
poteſt fingere ſe velle facere illud,quod tamen non vult fa-
cere vt inueniat veritatem, quia fateor,hoc eſſe verum, dũ-
modò non faciat talem fictionem, quæ mortem cauſet vel
indicat. poſſet enim fingere verbis & ordinamentis facere
velle reum ſuſpendere vel decapitare per actus remotos ab
ipſa ſuſpenſione vel decapitatione,non autem per actũ pro-
pinquum,adeò quòd quilibet fortis & conſtans homo per-
terreretur,ex quo poſſet ſequi mors,& ita ciuiliter ſunt intel
ligenda verba Bart.& aliorum dicentium,quòd iudex poteſt
fingere ſe velle facere illud, quod non vult. Nec etiam ob-
ſtat illud,videlicet, quòd iudex ipſe habens indicia ſufficiẽtia
poterat facere torqueri reum,& tortura eſt maior pęna quã
abſciſſio vtriuſque manus,&c.Quia reſpondeo, quod Iudex
magis debebat facere eum torqueri moderatè, & ſi fuiſſet
mortuus, reus ipſe non teneretur, ſed inferendo ſibi talem
timorem ex quo ſequitur mors,tenetur de ipſa morte.& ra
tio diuerſitatis eſt,quia quando reus moderatè tortus mori-
tur in tortura,non tenetur ipſe Iudex,quia adhibuit tormen
tum conſuetum & ſolitum,vt in ſimilibus, ſed inferendo ti-
morem mortis,de quo ſuprà,tenetur,quia adhibuit tormẽ-
tum inſolitum & inuenit nouam viam & inſolitum modũ
extorquendæ confeſſionis.Ideo nimirum ſi debet teneri de
13 morte ſequuta. † Iura enim abhorrent inſolita, cùm ex illis
inducatur præſumptio fraudis. glo. eſt in l. ſi quis ſub condi-
tione.ſ.de condi.inſti. quæ dixit, quòd ex renunciationibus
inſolitis & non conſuetis, præſumitur inſtrumentum ſuſpe-
ctum.quam glo.pro not.allegauit Bald.in c.tertio loco. in 6.
colum.de proba.& Bald.in c.quia veriſimile de præſump. &
in l.emptione.C plus val.quod agitur.vbi dicit per illam glo.
ꝙ ex verbis ſuperfluis & inſolitis,inſtrumentum præſumitur
vſurarium.quod dicit notandum eſſe contra vſurarios.& de
illa glo.etiam facit feſtum Bal ibi in d.l.ſi quis ſub conditio-
ne.& eam etiam ad hoc alleg.Io.de Ana.in c. cùm tu.in pen.
colum.de vſur.& Bald.in l.etiam.in 2.colum.C. de execu. rei
iudi.& Ludo.Roma.in conſi.ſuo 423.incip. pro pleniori. in
fi.verbis.& in conſi.520.incip.circa propoſitam,&c.in 3.col.
& Bald.in addi.Specul.in titu.de ſen.in penul.char.in ver. inc.
contra fugitiuum.& illam glo.ad hoc etiam alleg.Barb. in re
pet.Rubri.de fide inſtrum.in 17. char. in vlti. col. vbi adducit
etiam in ſimili gl.in l.cùm allegas.C.de vſur. quæ ſecundùm
eum dicit,quòd ſi in contractu celebrato per vſurarium ap-
ponatur pœna inſolita, licèt aliter non appareat de vſuraria
prauitate,tamen præſumitur contractus vſurarius,intantum
quòd non admittitur probatio in contrarium. Item illam
gloſ.in d.l.ſi quis ſub conditione.ad hoc alleg. Domi.Alex.in
conſi.ſuo 269.incip.circa præſentis,&c.in fi.1.colum.& Petr.
de Ancha.in conſi.ſuo 258.incip.ſi prædicta ſententia. circa
fi.& Bald.in conſ.ſuo 183.incip.punctus,&c.in fi.in 3. volum.
& Do.Barth.Cępo.in tracta.ſuo de ſimula.contrac.in 7.char.
in 3.colum.& Barba.in conſi.ſuo 70.incip.viſo puncto. in 5.
col.ver.octauò faciat.in 3.vol.& ibi in conſi.72.incip.præſens
cõſultatio,&c.in j.col.& in cõſi.76.inci.viſo pũcto.in vlti.col.
in eo.volu.Et licèt Doct.allegent illam glo.pro ſingulari,atta
men habes conſimilem in c. ſignificauit.extrà de cenſi.in gl.
in verbo,interdixit,&c.in fi.quam glo.ad hoc allegauit Ioan.
de Ana.in d.c.cùm tu.de vſur. Et pro dictis gl. optimè faciũt
dicta per Bal.in l.3.C.plus valere,quod agitur. & per Do. An.
Card.& Ioan.de Imo.in c.ad noſtram de empt. & vendi. vbi
dicunt,quòd ſi in inſtrumento venditionis dicatur,vendidit
& tradidit verè,& non per fraudem vſurarum,quòd propter
clauſulam inſolitam præſumitur cõtractus vſurarius.de quo
14 per Barba.in dictis ſuis conſilijs. † Et ideo dixit multum not.
Bald.in l.j.in verſi.item ex hoc.C.qui & aduerſ.quos. quòd ſu
per inſolitis non defertur iuramentum in ſupplementum
probationis.quod etiam voluit ipſe in c.j.§.ſacramentum.de
conſue.rec.feu.& in ca.j.§.præterea. quid ſit inueſti.Cum er-
go inſolita ſint ſuſpecta, & interpretentur cõtra facientem,
ergo ita erit in caſu noſtro, in quo iudex vſus eſt nouo tor-
mento & nouo, ac inſolito modo extorquendi confeſſio-
nem, & inueniendi veritatem. Et quòd hoc caſu ipſe iudex
teneatur de morte ipſius rei, poſtquàm non ſeruauit modũ
conſuetum inueniendi veritatem, ſed adhibuit tormentum
& modum inſolitum,adduco in ſimili notab.doctri.Bar.per
illum text.in l.j.C.de curſu publ.lib.12.vbi dicit,nota optimũ
tex. contra conductores equorum ad vecturam, qui percu-
tiunt equum,vt ambulet cum ligno vel fuſte,& ſi ex hac per-
cuſſione equus deterioratus eſt vel mortuus eſt,nam tali ca-
ſu ipſe conductor tenetur ad emendationem damni, ſecus
autem ſi eum percuſſiſſet cum calcaribus, & ſic cum inſtru-
mento ſolito ad percutiendum equos,quia ſi eſſet tũc mor-
tuus vel deterioratus, non teneretur ad emendationem dã-
ni.& iſtud dictum approbat ibi Ange.& Ioan.de Ana.in c.ſi-
gnificaſti. el 2. in 15.colum. de pręſcript. Et facit not.dictum
Barto.in l.qui fiſcales.C.de nauic.lib.11.vbi dicit,quòd reper-
tus cum rebus prohibitis duci in via inuſitata & inſolita,prę
ſumitur illas portare contra deuetum.& eum ſequitur Ioan.
de Ana.in c.ſignificauit.in vlt.colum.de Iudæis. & dicit Bald.
in l 2.ad fi.C.de nau.fęno. quòd ſi vecturales omittunt viam
ſolitam cauſa fraudandi gabellam, periculum eſt eorum.

15 † Et dixit Barto.in l.j.ſ.de his,qui deiece.vel effud.quòd do
minus obligatus ſub pęna tenere ſtratam ſecuram, intelligi-
tur de vſitata.ideo non tenetur de ſpoliatione facta tranſeũ-
ti per Alpes inuſitatas,per illum text. in verſi.dummodò per
eam vulgo iter fiat,&c.& adde etiam Barto.in l.2.C.de curſu
pub.lib.12.vbi etiam repetit illud, quod dixit in d.l.qui fiſca-
les; videlicet, de eunte cum rebus prohibitis per loca inſoli-
ta.& vide etiam per Salyce.in l.cùm proponas.quæ eſt l.2. C.
de nau fęno.quæ omnia refert & ſequitur Dom.Felyn.in ca.
16 olim. in 3. colum. de except. [† Adde hic circa hanc mate-
riam

riam ſoliti vel inſoliti,quòd valet argumentum à ſolitis,ſecũ
dùm doctrinam ſing.Bal.quam refert & ſequitur Soc.in cõſ.
46.incip.cùm in præſenti, &c. in 4. col.] Ita ergo dicendum
puto in caſu noſtro, quòd ipſe iudex teneatur de morte rei,
eo quia non adhibuit ſolitum modum torquendi,& inſtru-
mentũ deputatũ ad torturam, ſed vſus eſt modo & inſtru-
mento inſolito, & ideo debebat cogitare hoc euenire poſ-
ſe, & de ſeipſo facere coniecturam. nam pauci reperiuntur
etiam magni & conſtantis animi, qui in ſimilibus non effi-
ciantur pallidi & exangues. Ideo dico,ipſum iudicem puniẽ
dum eſſe non obſtantibus in contrarium adductis. Sed an
ſit puniendus pęna mortis vel alia pęna extraordinaria? Cre-
do quòd pęna extraordinaria arbitraria iudici, citra mortẽ
ſit puniendus, nam magis tali caſu iudex videtur eſſe in cul-
pa,quàm in dolo, cùm videatur voluiſſe habere veritatem à
17 reo ſine tormento,& ſine afflictione eius perſonæ.† Et quã-
do homicidium,ſeu aliud delictum committitur ſine dolo,
tunc committens illud non tenetur pœna mortis, imò nec
etiam ſufficit quòd occidẽs ſit in lata culpa, quæ in ſimilibus
pro dolo non accipitur. text. eſt in l.lege.ſ̃.ad leg.Cornel.de
24 † Vltimò circa prædictam regulam, quòd probationes non ſunt ſumẽdæ de domo rei, nec etiam de domo accuſatoris, vt dixi,adde caſum valde notabilem in l. Lucius Titius.§.de conditio.& demonſt.quem tex.dixit ſingularem Bal.in l.hęc ſententia.C.de ſent.quæ ſine certa quantita.& Ludo.Roma. in rubr.de arbitr.in 5.col.uerſ.& vnum ſcias.& in eadem col. verſ.pone 13.&c. Et per iſta redditur expeditus iſte §.ideo ſequitur bonus §.plurimum.

SVMMARIVM.

1 Reus criminis tenetur ore proprio, & non per procuratorem reſpondere interrogationibus ſibi fiendis.
2 Teſtis, an poſſit deponere per ſcripturam.
3 Iura loquentia in accuſatore, habent locum in teſte.
4 Intellectus l.Theopompus.ff.de dote prælegata.
5 Idem operatur vox viua, & vox mortua.
6 Monitio nuncij ad aliquẽ in præſentia iudicis,habet vim peremptorij.
7 Teſtimonium factum per ſcripturam licèt non probet, facit præſumptionem.
8 Mutus, an poſſit deponere per ſcripturam.
9 An ſtetur dicto patris vel matris de ætate filij.
10 Notarius non poteſt ſine præſentia iudicis recipere dicta teſtium in cauſis criminalibus.
11 Probationes ſunt fiendæ iudici.
12 Notarius non poteſt etiam de conſenſu partium recipere teſtes ſine præſentia iudicis, nulla facta ſibi commiſſione.
13 Notarius non põt recipere iuramenta teſtiũ ſine commiſſione iudicis.
14 Notarius non poteſt dare acta parti petenti ſine commiſſione iudicis.
15 Notarius poteſt examinare teſtes ſine præſentia iudicis, quando per iudicem fieri non poteſt.
16 An Notario committi poſſit examinatio teſtium.
17 Et an coram eo produci poſſint inſtrumenta, probationes, vel iura.
18 Relatio nuntij poteſt fieri ſoli Notario.
19 Solus iudex ſine Notario, an poſſit examinare teſtes.
20 An Notarius poſſit eſſe rogatus de commiſſione ſibi facta.nu.22.
21 Non creditur nuntio de commiſſione ſibi facta.
23 Notarius,an poſſit ſine iudice recipere reſponſionem poſitionum.
24 Notarius non poteſt ſcribere vacillationem, vel trepidationem teſtis, ſine mandato iudicis.
25 Quando contra imputatum non ſunt alia indicia,trepidatio,pauor,& variatio dant indicia ad torturam,quod limita nu.26.
Cautus iudex facit ſcribere in actis variationem & trepidationem examinati.
27 Fama, an faciat indicium ad torturam. nu.29.30.
28 Maior eſt probatio indiciorum quàm famæ.
31 Quando res poteſt eſſe de pluribus ciuitatibus, ſemper debet eſſe de ciuitate propria illius, de quo agitur.
32 Promittens dare fideiuſſorem,intelligitur promiſiſſe eum dare in ciuitate, in qua promiſit, & de hominibus illius ciuitatis.
33 Stante ſtatuto quòd puniatur acrius occidens ciuem quam forenſem, ſi occidatur homo incognitus, in dubio præſumitur ciuis.
34 Statutũ dicens,quòd vnus ſubditus teneatur pro alio, dẽt intelligi de debitis cõtractis intra territorium illius ciuitatis,& non extra.
35 Teſtator ſi relinquit centum eccleſiæ, nec declarat de qua, intelligitur de eccleſia, cuius eſt parochianus.
36 Quotuplex ſit fama. Quid ſit fama.
37 Quot homines faciant famam.
38 A quibus perſonis debet oriri fama.nu.110.
39 Quo tempore debet oriri fama.
40 Fama,qualiter probetur,& quomodo debeant dicere teſtes volentes probare famam.nu.41.42.
43 Teſtis deponens ſuper fama debet nominare,à quibus audiuit,nec requiritur quòd nominet omnes, ſed ſatis eſt quòd nominet aliquos, & ab alijs de quibus non recordatur.
44 Famæ probatio non vitiatur,licèt teſtes deponentes dicant ſe à diuerſis hoc ſciuiſſe, diuerſis temporibus & diuerſis locis.
45 Fama, quòd poteſt probari negatiuè.
46 Quando probata eſt fama affirmatiuè & negatiuè, ſtatur dignioribus teſtibus, & ſi ſunt teſtes æquales, ſtatur illi famæ, quæ proceſſit ex veriſimilioribus præſumptionibus.
47 Fama ſi probatur diuerſo tempore,puta maleficium factum vno tempore,& fama innocentiæ alio tempore, ſtatur vltimæ famæ.
48 Teſtis examinatus ſuper articulis,ſuper quibuſdam dixit ſe ſcire, & ſuper quibuſdam non, & ſuper articulo de fama dixit, quòd erat publica vox & fama, ad quæ referatur.
49 Fama, an faciat plenam, vel ſemiplenam probationem.nu.51.
50 In cauſis breuioribus & modici præiudicij, fama facit plenam probationem.num.54.
52 Statutum,quòd in certis caſibus ſufficiat probare maleficium per publicam vocem & famam, intelligitur de fama, quæ habet originem ex probabilibus caſibus.
53 Fama non diuiditur inter ſimplicem & publicam.
55 Fama iuncta cum ſemiplena probatione, non facit plenam probationem in criminalibus.
66 Idem in cauſa matrimoniali.
57 Vbi agitur de infringendo matrimonio, teſtes debent eſſe omni exceptione maiores.
58 Si occiſus eſt Seius à Titio,& nullus teſtis adſit, ſi tamen ſunt teſtes de inimicitia & de vibratione gladij contra illum facta à Titio, & teſtes de fuga ipſius Titij, & de publica voce & fama, probatum eſt maleficium.
59 Licèt non ſit plenè probatum delictum,tamen ſufficit quod de eo ſit publica vox & fama in loco.
60 Fama in antiquis facit plenam probationem.nu.62.
61 Fama in antiquis habet vim notorij.
63 Fama facit probationem in his, quæ ſunt difficilis probationis.nu.67.
64 Teſtis deponens in materia de ſui natura certitudinaliter non cognoſcibili, probat.
65 Teſtis deponens quòd aliquis occiderit vel vulnerauerit aliquem ad ſui defenſionem ſuo credere, probat.
66 Si teſtis dicit ſe ſcire pro certo, quòd talis eſt filius talis, quòd ſuſtentatur eius dictum.
68 Tortura, quomodo probetur.
69 Intereſſe probatur per coniecturas, probatur etiam per iuramentum offenſi.num.70.
71 Ad intentandum remedium c.reintegranda. 4.q.3. ſufficit probare titulum per famam.
72 Ad iuſtificandam præſcriptionem,ſufficit probare titulum per famã.
73 Vbi tractatur de peccato euitando fama plenè probat.
74 Iuriſdictio, conſuetudo,mala fides probatur per famam. nu.75.76.
77 Fama probat pactum de retrouendendo.
78 Confinia,mors,ſufficientia,virtus,nobilitas,& qualitas hominis,probatur per famam.nu.79.80.81.82.
83 Fama publica cum aliquibus adminiculis, probat quem eſſe vſurarium manifeſtum.
84 An valeat ſtatutum epiſcopi, quòd per ſolam famam quis probetur vſurarius,remiſſiuè.
85 An in cauſis ciuilibus fama ſemiplenè probet.
86 An & quando in ciuilibus fama coniungatur cum alia probatione, ad plenam probationem faciendam.
87 Teſtes de auditu ſimul cum fama, an probent.
88 Quando agitur de crimine ciuiliter, fama cum alia probatione non ſufficit.
89 Caſu,quo fama poſſit coniungi cum alia probatione, debet eſſe in ſuo eſſe perfecta, aliàs non probat.
90 Indicium debet probari per duos teſtes.nu.95.
91 Quando probata eſt bona & mala fama alicuius,quæ præualeat.
92 Teſtes ſpecialiter examinati ſuper mala fama alicuius, præferuntur teſtibus generaliter deponentibus de bona fama.
93 Fama, per quot teſtes probetur.
94 Solus teſtis deponens de fama,nõ facit probationem,nec ſemiplenam, nec indicium.
96 Teſtes deponẽtes ſup fama, vel notorio, interrogati quid ſit fama, vel notoriũ,dicunt ſe neſcire,an probet, & ſi reſpondeat diffiniendo famam vel notorium,dicentes ſe didiciſſe talem diffinitionem à producente eos,vel ab eius aduocato, præſumuntur ſubornati nu.97.

98 *Iudex ſe informat de fama ſine ordine iudiciario.*
99 *Fama ad hoc vt ſuppleat defectum alterius probationis, debet probari per teſtes diſcretos & bonæ famæ, non autem per mulierculas & homines viles.*
100 *Appellatione famæ, intelligitur de legitima.*
101 *Statutum faciens mentionem de procuratore vel de mandato, intelligitur de ſolenni.*
102 *Statutum loquens de bannito, intelligitur ſemper de rite bannito.*
103 *Appellatione probationis, intelligitur de plena & legitima probatione.*
104 *Verba ſunt capienda in potiori & digniori ſignificato.*
105 *Legatum factum eccleſiæ, cui eccleſiæ ſit legatum.*
106 *Appellatione ſententiæ, intelligitur de diffinitiua.*
107 *Stante ſtatuto quòd à ſententijs non poſſit appellari, intelligitur de diffinitiuis tantùm. nu. 109.*
108 *Statutum arctans iudicem ad diffiniendam cauſam intra menſem, intelligitur per ſententiam diffinitiuam.*
111 *Fama excuſat à pœna talionis.*
112 *Item à præſumpta calumnia.*
113 *Fama excludit ignorantiam.*
114 *Exiſtente fama in cauſa vſurarum, defertur iuramentum in ſupplementum probationis.*
115 *Fama confirmat confeſſionem, quæ aliàs non eſſet ſufficiens.*
116 *Fama elidit indicium exiſtens contra accuſatum vel inquiſitum.*
117 *Fama nunquam operatur tantum, quod excludat operationem in contrarium.*
118 *Laicus licet non admittatur in teſtem contra clericum in cauſa criminali, tamen admittitur ad probandum famam contra ipſum clericum.*
119 *Ad incurrendum pęnam reſpectu ſcientiæ, ſufficit ſcire per famam.*
120 *Notitia, quæ habetur per famam, eſt iuſta cauſa diminuendi pęnam contrafacienti.*
121 *An fama probet aliquid eſſe notorium.*

§.Plurimum quoque.

Et hoc intẽdit. Ad veritatem criminis inueniẽdam, iudex debet conſiderare, qua voce, quo ſermone, qua conſtantia, qua trepidatione reſpõdeat reus, & cuius famæ & opinionis ſit. h. d. vſque ad §. in cauſis.

1 † Ex hoc tex poſſumus notare, ꝙ reus non poteſt reſpondere iudici per procuratorẽ, etiam bene inſtructũ, quia præſentia perſonæ & cognitio vocis requiritur. & licèt quando reus eſt carceratus poſſit pro eo procurator interuenire, vt in l. pen. §. ad crimen. s̃. de publi. iud. iſtud eſt verum ad alios actus, non autem ad reſpondendum interrogationibus fiendis reo per iudicem ſuper ipſo delicto. ita optimè probatur
2 hic, in verbo, vox ipſa, cum verbis ſequentibus. † Ex quo etiã dici poteſt eadem vel ſimili ratione, quod teſtis non poteſt deponere per ſcripturam, vel per procuratorem, quia iudex ſimiliter habet videre, qua voce, qua trepidatione, vel cõſtantia, loquatur & deponat teſtis. ita probatur in c. primates. ibi, canonicè examinatos. 2. q. 1. & in c. à nobis. extra qui ma. accuſ. poſ. & in c. relatum. 5. q. 2. & in c. tua. de coha. cler. & muli. & in c. teſtes. 3. q. 9. & in c. per ſcripta. 2. q. 8. & no. Spe. & Ioan. And. in tit. de teſte. in §. nunc tractãdum. verſ. quid de muto. D. Ant. Abb. & alij in d. c. à nobis. q mat. accuſ. poſ. & D. Anto. in c. fi. in fi. de teſti. cog. & Bal. in l. iuriſiurandi. C. de teſtib. & Pet. de Anch. in c. fi. in pen. col. verſ. ſexto no. de re iudi. in 6. & ſentit Bal. in rub. C. de teſt. & faciunt dicta per Inn. in c. ea noſcitur. & ibi hr̃ per Moder. de his, quæ fiunt à præla. ſine conſen. cap. & ponit Saly. in d. l. iuriſiurandi. & Doc. in c. de teſtib. extra de teſti. Barba. poſt alios, in c. licet in beato. de accu. Et facit in ſimili tex. in c. quem pœnitet. de pœni. diſt. 1. vbi dr̃, quòd nullus debet confiteri per ſcripturam. Sed contrarium tenet, ſcilicet ꝙ poſſit deponere per ſcripturam, tenet Bar. in l. Theopompus. s̃. de dote præleg. dicens per illum text. quòd teſtis poteſt deponere per ſcripturam, ſi tamẽ iudex vult ipſum audire, loqui poteſt, & eum ſequit̃ Bal. in d. l. iuriſiurandi. Sed tu tamẽ teneas primam opi. quia contra dictum Bart. & ſequac. eſt text. in d. c. teſtes. & in alijs iuribus ſuperius alle.
3 † Et licèt aliqua iura de prædictis loquantur in accuſatore, tamen hoc non refert, quia iura loquẽtia in accuſatore, habẽt locum in teſte, vt voluit glo. no. in l. is, qui iudicio. s̃. de accuſ. quam dixit ſing. Barba. in c. 1. de accuſ. pro qua optimè facit glo. in d. c. à nobis. qui ma. accu. poſ. Et pro prima opin. facit etiam ratio iſtius tex. videlicet, quia iudex debet videre, qua trepidatione, quo vultu, &c. deponat teſtis, vt etiam habetur per Spec. in titu. de teſte. §. nunc tractandum. verſ. cauere autem, &c. & hinc eſt quòd dicitur, tu magis ſcire potes, &c. quæ omnia melius cognoſcere poterit iudex audiendo te-
4 ſtem in voce, quàm in ſcriptis. † Ad d. l. Theopompus. reſpondeo, quòd ille Polianus non fuit teſtificatus in figura iudicij, vt ibi colligitur ex litera in verſiculo, Polianus à marito iuratus, &c. ideo nimirum ſi in caſu illo potuit deponere per ſcripturam. Vel potes aliter dicere & reſpondere, ꝙ illud ibi procedit, quia ibi ille Polianus fuerat approbatus à teſtatore, & poterat quomodocunq; deponere. Vel tertiò potes dicere, ꝙ illa l. Theopompus, loquitur de eo qui propriè nõ erat teſtis, ergo nimirum ſi potuit deponere per ſcripturam.
5 † Pro opi. tamen Bar. & ſequac. videtur tex. in l. non figura. s̃. de act. & oblig. & in c. vbi periculum. §. nulli. de elect. lib. 6. & in l. item apud Labeonem. in §. conuitium. s̃. de iniur. & glo. in c. cõſtitutionem. in ver. participatione. de ſent. excom. in 6. & tex. in c. 1. de noua for. fide. in vſib. feu. in verbo, non pandam, vel per quod pandatur, faciam. & tex. in c. qui in aliquo. 51. diſt. & c. perlectis. 25. diſt. in quib. iuribus habetur, ꝙ idem operatur vox viua, & vox mortua. pro quibus faciunt dicta per Lud. Rom. in conſ. 378. incip. quo ad primum, &c.
6 † Et faciunt dicta per Bal. in l. 2. C. quomodo & quando iud. vbi dixit, ꝙ ſi nuntius in præſentia iudicis monet aliquem ad comparendum, ꝙ talis monitio habet vim peremptorij. qđ dictum ſequitur Barba. in rubr. de fide inſtru. in 2. char. & in c. cõſuluit. de offi. deleg. in 7. char. in 1. col. & faciunt dicta per D. Ant. in c. cum cauſam. de iuram. calum. vbi dicit hoc idẽ, ſ. ꝙ idem operatur vox viua, & vox mortua. Et faciũt dicta per Doct. in l. 1. in prin. s̃. de verb. oblig. Sed tu reſponde, ꝙ dicta iura loquunt̃ in alijs caſibus valde diuerſis à teſtimonio reddendo, in quibus non eſt bonũ argumentũ de vno ad aliud. l. Papinianus exuli, s̃. de mino. ideo teneas primam partẽ, ma-
7 ximè in cauſis criminalib. † Scias tamen, ꝙ licèt tales depoſitiones factæ per ſcripturam non probent per iura præallegata, tamen faciunt præſumptionem, ſ̃m D. Anto. in c. cum in eccleſijs. in 2. col. de maio. & obe. quod dictũ referunt quidã Mod. in c. à nobis. qui ma. accu. poſ. An autem teſtis poſſit deponere per procuratorem. vide tex. & ibi D. Anto. & alios, in c. licet ex quadam. in 1. col. in verbo, proprio iuramẽto. extra
8 de teſti. & gl. in c. vt circa. de elect. lib. 6. & ibi Archid. † Limita tamen prædicta non procedere in muto, quia ſi ſcit ſcribere, poterit deponere per ſcripturam, ſ̃m Spe. in tit. de teſte. in §. nunc tractandum. verſ. quid de muto. & volunt Docto. in
9 pleriſque locis, ſuperius allegatis. † Et ſcias, ꝙ vnus eſt caſus, in quo magis probat teſtimonium factum per ſcripturam, quàm teſtimonium viuę vocis, qui caſus eſt in patre quo ad filium ſuper ętate ipſius filij, ſi de ea diſputetur, nam in tali caſu magis creditur ſcripturæ patris vel matris, quàm eorũ viuæ voci. ita dixit D. Ant. in c. ex literis. de trãſac. quod dictum ſequitur Barba. in d. c. ex literis. licèt ibi Io. de Imo. velit reprobare D. Anto. & malè. Et an & quando ſtetur dicto patris vel matris de ętate filij ſui, dixi aliquid in l. 1. §. ad quæſtionem, in
10 1. char. s̃. eod. tit. † Item vltra præmiſſa videtur mihi ex verbis iſtius tex. poſſe inferri, ꝙ Notarius non poſſit recipere dicta teſtium, ſiue eos examinare ſine præſentia iudicis, & hoc maximè in criminalibus cauſis; nam, ut dicit hic tex. iudex debet uidere, qua uoce, qua trepidatione, &c. deponant teſtes. & hoc etiam probatur in cle. 1. de offic. & poteſt. iudi. deleg. & ibi hoc voluit gl. & idem uoluit Bal. in rub. de contro. inueſti. in 2. col. & facit tex. in authen. apud eloquentiſſimum. C. de fide inſtru. & ibi Doct. & facit, quod dixit Spec. in tit. de teſte.
11 in §. 1. in 22. col. uerſ. item, ꝙ eſt criminalis. † Pro quibus facit, quod dr̃, ꝙ probationes ſunt fiendæ iudici, ut in l. quinquaginta. s̃. de proba. & habetur in l. eos. & in l. ſi quando. C. de teſti. de quo dixi s̃. in l. 1. in prin. in 2. char. ſuprà in hoc titu. & in repeti mea. l. fi. C. de probat. in 52. charta. Et facit glo. no. in l. iubemus. C. de liber. cau. quæ dixit, quòd confeſſio facta coram tabellione abſque præſentia iudicis, non præiudicat. & dicit etiam ibi Saly. ꝙ ſi talis cõfeſſio fieret coram iudice ad hoc vt præiudicet confitenti, debet fieri iudice ſedente pro
12 tribunali. † Et dixit fortius Bal. in tit. de pace Conſtan. in uer. ſecundum mores & leges illius ciuitatis, ꝙ etiam tabellio nõ poteſt de conſenſu partium ſine præſentia iudicis recipere dicta teſtium, nec iuramenta, nulla facta ſibi commiſſione
13 per iudicem. † Et dixit idem Bal. in addi. Spec. in tit. de teſte. in ult. col. uerſ. nunquam reperitur, &c. ꝙ nunquam reperitur ꝙ Notarius poſſit recipere iuramẽta teſtium ſine cõmiſſione iudicis. allegat glo. in l. hac conſultiſſima. in §. fi. C. de teſta. & ſubdit ibi Bal. idẽ eſſe in inſtrumento vel cõfeſſione, quia nec etiam Notarius poteſt illam recipere ſine commiſſione iudicis. allegat glo. in d. l. iubemus. quam dicit eſſe ordinariã. Et ſubdit ibi Bal. ꝙ recipere pertinet ad iudicẽ, ſcribere uerò ad tabellionem. Et faciunt etiam dicta per Bal. in d. l. hac conſultiſſima. ubi per illam glo. ibi dicit, ꝙ ꝓbationes nõ poſſunt
14 fieri Notario, ſine mandato iudicis. † Et faciunt etiam dicta ꝑ Bal. in l. is, apud quẽ. in prin. s̃. de eden. ubi dixit, ꝙ Notarius non põt dare acta parti illã petenti ſine cõmiſſione iudicis,

quod etiam voluit ibi Pau. de Caſt. pro quibus omnibus fa-
ciunt optimè dicta per glo.in c.prudentiam.in ver.nuntium.
de officio deleg.& quæ dixit ibi Barba.in 7.char. in 2.col.&c.
Et prædicta nō ſolum habent locum in cauſis criminalibus,
ſed in cauſis ciuilibus, quia etiam in illis probationes debent
fieri iudici,nec poſſunt recipi à Notario ſine pręſentia vel cō
miſſione iudicis,ſecundum gl.in d.l.hac conſultiſſima.& hoc
ibi volunt Doct.ſequendo illam gl.ad quod etiam facit gl.in
l.curent.s̃.de teſti.& in d.l.iubemus. & eſt bonus tex.ſm vnā
lecturā gl.in l.ſolam.C.de teſt. de quo per Bar.in l.admonen-
di.in 14.col.verſ.quid ſi dictū teſtis, &c. ſup.de iureiur.& per
Bal.in d.l.iubemus.& in l.pręcipimus.ver.no. tex.C.de appell.
& per Bal.in authen.quę ſupplicatio.C.preci. Impera.offe.&
per Bal.in c.1.§.item ſacramenta.de pace iura.fir.in pen.col.&
per Bal.in tit.de pace Conſtan.verſ. ſecundum mores,&c. &
per eundē in c.ſi qui teſtium.in 1.col.de teſti.& in c.qm̃ con-
tra. in 14.col.de probat. & ibi per alios.& per Petr. de Anch.
in c.præſentium.in §.teſtes.in 1.col.de teſti.in 6. vbi refert Io.
And.reprehendere iudices committētes Notarijs examina-
tionem teſtium, quia debent eos examinare in propria per-
ſona.& dicit Bal.in l.1.in 9.col.verſ.ſed quid eſt iſte actus,&c.
C.qui accu.non poſ.quòd Notarius actorum non poteſt ali-
15 quid de iudicialibus ſcribere ſine mandato iudicis. † Scias ta-
men,ꝙ iſta concluſio,ꝙ Notarius non poteſt examinare te-
ſtes ſine præſentia iudicis, limitari poteſt, niſi talis examina-
tio per iudicem fieri non poſſet,quia in tali caſu poterit fieri
per Notarium,ſm Bar.in d.l.admonendi.s̃.de iureiur.quem
ſequitur Ludo.Rom.in l.ſi verò.in §.de virò.s̃.ſoluto matr.in
penult.col.in verſ.quartò probatur,&c. & Do.Anto.in c.fi.in
16 8.col.de iureiur.& Bal.in dictis locis. † Limitari poteſt & ſe-
cūdò,niſi iudex talem examinationem cōmiſiſſet Notario,
ſm Bal.Ang.& Pau.de Caſt.in d.l.hac cōſultiſſima. in §.pe.qđ
verbum intellige,ſi talis commiſſio ſit facta ex cauſa,aliàs ſe-
cus,& iſta eſt communis cōcluſio,licèt in hoc Doctores ſint
varij.de quo vide per Bart.& Bal.poſt gl. in l.ſcire oportet, in
§.oportet.s̃.de excu.tut.per Bart Bal.& Saly.in auth. apud elo
quentiſſimum.C.de fide inſtru. Bal. & Ang.in l.iudices,eo.ti.
Bal.& Salyc.in l.nec honore. C. de epiſco. & cleri. Imo. in l.ſi
quis ex ſignatorib. ſup.quemadmod.teſtamen. aper. Abb.in
d.c.qm̃ contra.in 20.colum.de proba. & in c.cum cauſam.in
pen.col.de teſti.glo.in cle.1.de offi.delega.& eſt bonus tex.in
c.2.de iudi.in 6.& vide Specu.in titu.de teſte.in §.nūc tractan
dum.in 2.col.& per Bal.in Margari.ſua,in verbo,teſtis.in ver.
teſtium examinationē. de quibus omnibus vide etiam per
Dom.Fely.in c.cauſam,in vlt.charta, de teſtib.

17 † Et an generaliter Notario committi, vel corā eo produ
ci poſſint inſtrumenta,probationes vel iura. vide Doc.maxi-
mè Bal.& Pau.de Caſt.in d.l.hac conſultiſſima. §.fi.Moder.in
l.2.C.de eden.Ang.in l.præcipimus.in prin.in 2.col.& ꝑ Bart.
in l.præcipimus.§.in his autem.C.de appel.Inn.in c.cum con
tingat.de offic.deleg.Spec.in titu.de cita.§.1.verſ. ſed pone, ꝙ
iudex Bal.in l.geſta.in vlt.col.C.de re iud.Bal. in l.ſi ea.in 2.no.
C.qui accu.non poſ.Bald. in l.ſi quis ſe.C.qui accu. non poſſ.
Bal.in d.l.2.C.de eden.Bald.in l.inſtar. C.de iure fiſ.lib.10.in 4.
col.D.Ant.in c.fi.in 5.col.de fide inſtru.Bart. in d.authen.quæ
ſupplicatio.& ibi vide Bal.& Bart. in l.eos.C.de appel.Pet. de
Anch.in c.cordi.in 5.col.in verſ.10. no.de appel. in 6. Et quia
Doctores,vt dixi, ſunt varij, & varij, ideo tu potes dicere pro
concordia,ꝙ inſtrumenta & probationes, in quorum ꝓdu-
ctione requiritur cauſæ cognitio, cum fieri debeant parte ci
tata.l.iudices.C.de fide inſtr.l.ſi quando.C.de teſti.non pote-
runt produci ſoli Notario per iura allegata per Ang. in l.ſi
finita.in §.Iulianus.s̃.de dam. infe. ſecus autem in his,quæ nō
requirunt cauſæ cognitionem,quia cum in his non requira-
tur partis præſentia,nec eius citatio,vt dixit glo. in l.2.§.ſi cau
ſa cognita.s̃.de bono.poſ.titu.generali. quam dixit ſingularē
Bal.in l.ne quicquam.in §.vbi decretum. s̃.de offic. proconſ.
& in rub.C.qui admitti.meritò in talibus poterit fieri produ
ctio ſoli Notario cauſæ, & ita obſeruat communis practica.
18 † Hinc eſt,ꝙ relatio nuntij poteſt fieri Notario, & valet,licèt
non fuerit facta iudici,quia nō requirit cauſæ cognitionem.
ita voluit Bar.in d.l.ſi finita.in §.Iulianus.s̃.de damno infecto.
Et ſcias circa hanc materiam,ꝙ Notarius non poteſt deferre
iuramentum in litem parti,niſi iudice præſente & mandāte,
ſecundum Bar.in l.videamus.§.deferre.ſup.de in litem iur. &
Dom.Anto. in c.in tuis.in fi.1.col. verſ. quid ſi teſtis. extra de
19 teſti.vbi videas. † Quid autem econtra,an ſolus iudex ſine ta-
bellione poſſit examinare teſtes? Vide Dom.Anto.in c.cum
cauſam.il primo,in 2.col.verſ.quæro,an ſolus.extra de teſtib.
& Moder.in d.c.quoniam contra falſam.

20 † An autem caſu, quo iudex committit examinationem
teſtium Notario,vel receptionē iurium,poſſit ipſemet No-
tarius eſſe rogatus de tali commiſſione ſibi facta per iudicē?
Dicas ꝙ non, ſecundum Bal. in l.iuriſiurandi.in verſ.quæro,
vni teſti.in vlt.col.C.de teſti.& in l.iudices.ī fi. C. de fide inſtr.
& Abb.in c.fraternitatis. in fi. de cleri.non reſi. vbi dicit hoc
eſſe dictum Docto.in d.c.qm̃ contra.& idem tenet Angel.in
Authen. vt ſponſa. largi.in §. & hoc inſuper. in 4.col.& idem
Ang.in conſ. ſuo 194. pro quo facit,quod notat Imola poſt
Bar.& Ang.in l.pupillares. s̃.quemadmodum teſta.aperian.
21 † Et facit,quod no.in ſimili Do.Anto. in c.cum parati. de
appel.in pe.col.vbi dicit,ꝙ licèt credatur nūtio de citatione,
non tamen ſibi creditur de commiſſione ei facta de citādo,
22 niſi aliter appareat. † Et hanc partem,ſcilicet ꝙ Notarius nō
poſſit eſſe rogatus de ꝯmiſſione ſibi facta, tenet apertè Hoſt.
in d.c.qm̃ contra. & Io.And. in regula, cum quid vna via. de
reg.iur.in 6.in mercu.in prin.de quo etiā vide omnino Ang.
qui not.loquitur in repe. l.ſciēdum. in 1.col.s̃.de verb.oblig.
& Salyc. in d.l.apud eloquentiſſimum. vbi reprehendit Bart.
in l.hæc ſententia.s̃.de teſta.tut. qui tenuit contra communē
opinio.ſ.ꝙ Notarius poſſit eſſe rogatus de cōmiſſione ſibi
23 facta. † Quid autem in reſponſione fienda poſitionibus per
partem, an ſolus Notarius poſſit recipere talem reſponſio-
nem abſq; iudice? Dic vt per Doct. in dictis locis. Et iſta om-
nia quaſi ad literam retuli in repe.mea l.fi.C.de prob.in 52.&
53.char.Modò vltra prædicta notat etiam Bart. ex iſto textu,
in verſ.qua quis conſtantia & trepidatione loquatur, &c. ꝙ
conſtantia & trepidatio indicant aliquid iudici. Et dicit Inn.
dicere in c.quoniam contra.de proba. quod ille, qui exami-
nat teſtes,debet facere eorum trepidationē vel inconſtantiā
in actis ſcribere dicendo, Talis teſtis talia dixit trepidando &
balbutiendo.ad quod alleg. Spec. in tit.de teſte.ſed dicit non
recordari de §.tu dicas,ꝙ hoc dixit in §.nunc tractandum, in
24 ver.hoc autem ſcias, &c. † Sed tu, dicas, ꝙ niſi iudex mandet
Notario, ꝙ hoc ſcribat; quòd aliter ipſe Notarius de capite
ſuo hoc non poſſet ſcribere,ſecundum Spe. vbi ſup. & idem
etiam vr̃ velle Bal.in l.3.in prin.s̃.de teſti.vbi dixit,ꝙ iudex de-
bet ſcribi facere modū vacillationis teſtium. & allegat Inno.
in d.c.quoniam contra.pro quibus faciunt dicta per Bald. in
l.nullum.circa prin.in verſ.ſed quæro,&c. C.de teſti.vbi dixit,
ꝙ Notarius non debet dicere ꝙ teſtis vacillabat, ſed ꝙ iudex
dicebat ipſum vacillare.& ꝙ hoc debet ſcribere præſente te-
ſte.alleg. Inno. in d.c.qm̃ contra.de quo etiam per Specu. in
d.verſ.hoc autem ſcias,&c. Et vide etiam Bal. in l.qui falſa vel
varia.in apoſtil.s̃.de teſti. vbi dicit, ꝙ iudex debet facere ſcri-
bere vacillationē & modum, aliàs ſi Notarius ſcriberet ſine
mandato,nihil probaret, allegat Inno. in d.c.qm̃ contra.pro
quibus etiam faciunt dicta per Bal.in diſpu.ſua, incip. accuſa-
tus de vi turbatiua.in pen.col.& per Bar.in Marga.ſua,in ver-
bo,teſtis.in verſ.teſtis,quando uacillat,&c. Et vide Bart.in l.3.
in fi.princ, s̃.de teſti. vbi ſimiliter dicit, ꝙ iudex debet facere
ſcribere vacillationem,quę ſibi vr̃,& quę non videtur Nota-
rio.& facit etiam,quod voluit ipſe Bart. in l.Lucius. in fi.s̃.de
his,qui no. infa. & per Dom.Ant. in c.cum cauſam.il primo,
in 8.col.in verſ.dubium eſt,&c. de teſti.& per Bal.in l.præſby
teri.la prima,circa prin.C.de epiſc.& cler.de quo dixi in repe.
25 mea l.fi.C.de proba.in 44.char.† Vlterius dicit etiam Bar.hic,
ꝙ ex iſto tex.ſatis poteſt inferri, ꝙ vbi alia indicia extrinſeca
non præcedunt ex eo ꝙ reus facit coram iudice loquendo
trepidè,pauendo,& variando,poteſt tunc iudex habere indi-
cia ſufficientia ad torturam. Et ideo dicit, ꝙ iudex examina-
tor reorum debet eſſe cautus,& facere eius vel eorum dicta
ſic varia & diuerſa ſcribi in actis,& etiam faciat ſcribere trepi
dationem & ſimilia,ne ei poſſit dici ꝙ fecit ponere reum ad
torturā,non præcedentibus indicijs,&c. Circa quod tu ultra
Bart.dicas,ꝙ iſtud no.uerbū Bart. hic refert & ſequitur Ang.
de Are.in tract. maleficio. in uerſiculo, fama publica præce-
dente.in 17.char.in uerſ.nono quæro,&c. ubi dicit,ꝙ quādo
iudex præcedētibus indicijs torquet aliquem, & uno ſermo-
ne ipſe reus dicit unum, alio ſermone dicit aliud uariando,
ꝙ tunc iudex non parcat calamo, ſed faciat ſcribere omnes
uariationes, & omnia quæ dicit, nam tunc dicit ipſe,ꝙ ſæpe
& ſępius etiam alijs indicijs nō ſuperuenientib.iudex poterit
eum in tortura repetere.ad quod allegat Bar.hic,& dicit hoc
eſſe bene notandū,qa hoc multoties fecit ſibi honorē, dum
fuit aſſeſſor.Et tu ultra eū dicas,ꝙ idem uoluit Bar. in l.fin.in
2.col.inf.in hoc tit.& Lud.Rom. in conſ.ſuo 8. incip.uiſo fa-
cto, &c. circa prin. de quo dixi in ſing.meo 103.inci.varietas
26 in teſte,&c. † Prædictā tamen doctrinā limita,niſi iudex tor-
queret reū iniuſtè & ſine indicijs,nā tunc ſi bene milies uacil
laret,non eſſet talis uacillatio ſufficiens indicium ad torturā,
per glo.ſing.in l.penul.inf.in hoc tit.de qua ibi dicemus Deo
duce. ita dixit Dominus Auguſt. Ari.in addit.ſuis ad Ang.in
d.uer. fama publica. in uerſ. nono quæro. ubi etiam ſubdit,
inquan-

inquantum Bar.hic dicit,ꝙ trepidatio vocis,vacillatio, & in-
conſtantia facit indicium, aduertendum eſſe, quoniam Bal.
in l.præsbyteri.C.de epiſco.& cleric. videtur velle, ꝙ illa ſola
non faciant indicium, niſi alia concurrant arbitrio iudicis,
quod etiam videtur eſſe de mente Bar.in d.l.fin.inf.eo. vbi vr̄
velle,ꝙ alia omnia copulatiuè concurrant,dum dicit, ex vo-
ce,trepidatione, & inconſtantia. de quo dixi etiam in repet.
mea l.fi.C.de probat.in 82.char.& vide Do.Alex. in conſ.ſuo
63.incipien.breuiter,omiſſis &c. in primo vol.vbi plura dicit
27 de teſte vario vel vacillante,vbi videas. † Notat vlterius Bart.
hic ex iſto tex.in ver.cuius ęſtimationis, &c. ꝙ glo. exponit,
id eſt famæ,duo. Primum,ꝙ fama alicuius facit indiciū con-
tra eum ad torturam.circa quod attende, quia non credo,ꝙ
hoc ſit verum,ꝙ fama de per ſe ſola faciat indicium ſufficiēs
ad torturam, & hoc tenet Ioan.And.in addi. Spec. in titu.de
proba. in §. videndum .in verſ.13. iuxta finem illius addit. &
Bal.in l.milites.C.de quæſt.ſequens Cyn.in l.fi.eo.tit.& Dom.
Ant.in c.veniens.il primo,in 4.col.extra de teſtib. & Ang. de
Aret.in tractatu ſuo maleficiorum.in verbo,fama publica.in
ver.& an fama.& idem tenet Bal.in addit.Spec. in tit.de ſent.
in vlt.col.& D.Alex.in conſ.ſuo 5.in 2. col. in primo volu. &
hanc partem firmat etiam Ioan.And.in addi. Spec.in titu.de
noto.crimi. §.fama. ſuper verſ.caſus.in fi. addit. ibi poſitæ.vbi
dicit,quòd de iure fama non facit indicium ad torturam,ta
men de factoſeruatur contrarium. & ꝙ de iure non faciat
ſufficiens indicium,patet ſecundum eum, per tex.in l.prima,
in prin.& in l.vnius.§.1.in hoc titu.& in l.milites. C.eo.titu.&
in l.ſicut.in fi. C. de fal. quę iura probāt vnum indicium non
ſufficere ad torturam,ponunt enim ſemper plurale;oportet
ergo aliud indicium concurrere cum fama, puta inimicitiā,
vel ꝙ ſe iact uit facturum eſſe vel feciſſe, vel aliud tale. ita ad
literam dicit Ioan.And.in dicta addit. quem refert & ſequi-
tur D.Anto.in c.tertio loco.in penult.col. de proba. & iſtam
credo magis communem opinionem & ęquiorem, quam
ſequor;de quo etiam videas Abb in c.1. in fi. de purg. cano.
per Imo.in l.fi.in vlt.col.s̄.de hæredi.inſtituen. per Bal. in cōſ.
ſuo 276. incip. tex.in quo, &c. in primo vol. in 1.col. & per
Bald.in c.1.in §.iniuria.de pace iuramen. firman. in 6.col. per
Bar.in l.fi.inf.in hoc tit.per Abb.in c. cum in contemplatio-
ne.extra de reg.iur.per Dominic.poſt glo.in c.nullus.in fi.24.
diſt.per Bal.in l.ſi quis ex argētarijs.§.1. s̄.de eden. per D.Ant.
& alios in c.cum oporteat.de accuſ.in 12.col. per Abb.in c.j.
extra de depoſi.per Bal.in l.3.§.eiuſdē. s̄.de teſtib. in ſuis addi.
vbi dixit,quòd vbi eſt varia opinio gentium, tunc fama non
eſt ſufficiens indicium ad torturam.de quo etiam per Pet.de
Anchar.in conſ.ſuo 254.incip.in quæſtione præsbyteri Caro
li.vbi tenet,quòd fama non ſit ſufficiens indicium ad tortu-
ram.de quo etiam vide per Do. Auguſt. Ari.in addit.ſuis ad
Ang.in tract.maleficiorum.in verbo,fama publica. in 6.char.
☞ in additio.ſuper ver.& an fama, &c. [Vide Iaſo.in repetitio.
l.admonendi.in 89.col.de iureiuran.& Cataldi. in ſuo tracta.
ſyndica.in verſ.542.inci.adde,quia ſæpe, &c. vbi latè loquitur
in hac materia. & Bal. omnino in conſ.275.incipien. ad eui-
dentiam.in prin.2.col.in 1.volu. & vide Iaco. de Belui. in ſua
practica iudiciaria cauſarum crimi.ſub rub.de qnæſt.& quali
28 tate tormento.in 9.colum.] † Et dixit hic Dom. Alexand. in
penult.apoſtilla,ꝙ fama etiam non probat aliquem eſſe cri
minoſum, quia maior eſt probatio indiciorū, quàm famę.
allegat nota.per Imo.in c.ſicut.de ſymo.& per Bal.in l.cūctos
populos.in 5.col.C.de ſumma Trinita.& fide cathol. Et tene
menti ſingulare verbum Bal.in hac materia, videlicet, quòd
ſi fama eſt adeò nuda,ꝙ nulla habet argumenta per ſe,& per
talem famam ſi quis torqueretur & perſeueraret in confeſ-
ſione,talis confeſſio non valeret.Ita ſingula.dixit Bal.in conſ.
ſuo 275.incipien.ad euidētiam præmitto, &c. in primo vol.
vltra prin.allegat pro hoc l.maritus. in hoc titu. & l.non tan-
tum.ff.de appell.& no.per Dyn.in l.2.§.1.s̄.de excuſatio. tuto.
29 quod eſt ſingu.not.in hac materia. †Hanc tamen concluſio-
nem & communem ſententiam, quòd fama non faciat de
per ſe ſufficiens indicium,limita non procedere, nec locum
habere in vehementi fama, quia talis vehemens fama facit
☞ indicium ſufficiens ad torturam. [Vide in reperto. meo ad li
teram A.in 15.char.in 6.notab.] Ita ſingulariter dixit Bart.in
conſ.ſuo 191.incip.Domino Paci de Burgo ſancti Sepulchri
legum Doctori,&c. quem refert & ſequitur Bal.in conſ.131.
incip.viſis dictis articulis,&c. in 2.col.in 2.vol.& voluit etiam
D Alex.in l.fi.in hoc tit.in 3.addit.& Bal.in c.1. in §.iniuria. in
6.col.de pace iuramen.firman.in verſ. ſed nunquid ex tali cō
feſſione,& voluit D.Felyn.in c.veniens.in 5.col. de teſtib.pro
quib.faciunt,quæ dixi in ſing.meo 205.incip.vehemens opi-
30 nio.& in ſing.meo 97.inci.fama ſola,&c. †Item limita etiam
prædictam concluſionem, videlicet, ꝙ fama non facit ſuffi-
ciens indicium ad torturam.hoc fallit niſi conſtet, ꝙ ipſa fa-
ma habuerit originem ab honeſtis perſonis, nam tunc bene
facit indicium ſufficiens.Ita videtur tenere Bal. in c.1.§.item
ſi vaſallus.de cōtrouer.inueſti.in vlt.col.& idem voluit Salyc.
in l.ea quidē.poſt Bal.ibi, in materia famæ. C. de accuſ.quod
ēt vr̄ probari ex tex.in c.qualiter. il 2.de accuſ. & in l.miles.in
§.mulier.& quod ibi voluit Bar.s̄.de adulter.de quo etiā dixi
in repetit.mea.l.fi.C.de probat.in 80.char.poſt princ.Et ideo
inquantū Bar.hic dicit,ꝙ facit indicium ad torturam, tu po-
tes ſaluare Bart.dicēdo,ꝙ ipſe intelligit ſeu loquitur de vehe-
menti fama,vel de fama quę habuit ortum ab honeſtis viris,
vel de fama iuncta cum aliquo alio adminiculo, non autem
loquitur de fama ſola de per ſe.de quo etiam per Ang.Aret.
in tract.ſuo maleficiorum,in verbo, necnon ad querelam.in
14.char.in verſ.quæro,an accuſator,&c. & ibi D.Auguſt.Ari.
in ſuis addi.adducit plures alios tenentes hanc partem in hac
quæſt.de quo articulo vide etiam Do.Parid.de Puteo,in ſuo
tractatu ſyndica.in 98.char.in verſ.an fama, &c. vbi inter alia
dicit ibi in fi.ꝙ vehemens fama facit indicium ad torturam.
& allegat Bal.vbi ſuprà,& D.Franc.Bru.in ſuo tract.de indi.&
tortu.in 4.char.verſ.an fama publica,&c. vbi ipſe ſimiliter af-
firmat illud, ſcilicet vehementem famam facere ſufficiēs in-
dicium ad torturam.Quæ autem dicatur vehemens fama,re
linquitur arbitrio iudicis,ſm Bar.in d.conſ.191.incip.Domi-
uo Paci de Burgo ſancti Sepulchri, &c. No. vlterius Bart.ex
iſto tex.in verbo, in ciuitate ſua eſt,&c. ꝙ quando eſt conſi-
deranda vel attendenda fama alicuius, illa eſt cōſideranda in
31 illa ciuitate,de qua eſt ille,cuius fama conſideratur.†Et ſic al-
legari poteſt,ꝙ quando vna res poteſt eſſe de pluribus ciuita
tibus,ſemper debet eſſe de ciuitate propria illius de quo agi-
tur,& ſic quando verba poſſunt verificari in ciuitate propria
vel aliena,debēt verificari in ciuitate ꝓpria. Ita optimè pro-
batur ex iſto tex.ſm Bar.Circa quod ego dico, ꝙ aliqua in ſi-
mili adduci poſſunt in hoc ꝓpoſito.& primò adduci poteſt,
quod voluit Bar.in l.2.C.de anno.ciui.lib.11. vbi dixit, ꝙ ſi ex
diſpoſitione legis vel ſtatuti, vel ex diſpoſitione teſtatoris
certæ eleemoſynæ ſunt diſtribuendæ pauperibus, ꝙ debent
diſtribui pauperibus de ciuitate illa, ubi eſt ordinata ipſa di-
ſtributio,& illud dictum refert & ſequitur Barba. in c.ſi pro-
32 ponente.de reſcrip. † Et adduci poteſt etiam tex.in l.fideiuſ-
ſor.in §.ſi neceſſaria.s̄.qui ſatiſdare cogātur. per quē textum
dixit ibi Bart.Bal.Ang.Rapha.& Pau.de Caſt.ꝙ ille,qui ꝓmit-
tit dare fideiuſſorem, intelligitur promiſiſſe dare eum in ci-
uitate, in qua promiſit & de hominibus illius ciuitatis. Et
ſubdit Do.Alex. in d.§.ſi neceſſaria. ꝙ pro hoc ipſe conſultus
aliàs reſpondit in facto. Titius uendidit domum emptori in
hac ciuitate Bononiæ, & inter eos fuit actum, ꝙ uēditor de-
beret pretium cōuertere in emptionem prædiorū, uolebat
ille Titius emere prædia in alieno territorio, quàm Bono-
nienſi, dicit D.Alex.ſe dixiſſe,ꝙ non poterat,attento ꝙ con-
uentum fuerat, ꝙ dicta prædia emerētur pro cautione dicti
emptoris.& hoc per illum textum, quod eſt no.in practica,
33 quia quotidie fiunt ſimiles ꝯctus. † Et ultra prædicta etiam
adduci poteſt, quod uoluit Ang. in l.ſi cum exceptione. §.in
hac.s̄.quod metus cauſa.ubi dixit, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ punia-
tur acrius occidens ciuem q̄ forenſem, & occidatur homo
incognitus,quod in dubio præſumitur ciuis, per text. in l.1.
& ibi Bar.inf.ad municipales. pro quo faciunt dicta per ſcri-
bentes in rub.s̄.ſoluto matr. pro quibus etiam faciunt dicta
per Lud.Roma.in cōſ.ſuo 260.incip.in ꝓpoſito caſu.in uerſ.
ſecundo,q̄a inter.Et faciunt dicta per Bal. in l.fi.in fi.C.ſi à nō
cōpet.iudice.& ꝑ Bar.in hoc §.in 6.col.uerſ.quæro, quid ſi di
cit teſtis.& faciunt ēt dicta ꝑ D.Alex.in conſ.ſuo 104.incip.ꝙ
ſtatutum loquēs,&c. ante finem. in 1.uol. & per Bal.in c.1.in
34 2.col.in uerſ.itē nota, ꝙ bona, &c. de pace tenen. † Et faciūt
dicta ꝑ D.Fely.in c.cauſam,quæ.in 13.col. de reſcri. & ī c.qm̄.
circa mediū.de officio iud.ord.& ꝑ Io.de Imo.in cōſ.ſuo 80.
inci.in caſu præmiſſo, &c. circa mediū. ubi dicit, ꝙ ſi ſtatutū
dicit,ꝙ unus ſubditus teneatur ꝓ alio, debet intelligi de de-
bitis ꝯctis intra territoriū illius ciuitatis. ad quod allegat Bar,
in trac.repræſal.in 4.q.primæ quæſt.princip. & Bal.in l.1.C.ne
filius pro patre. Et conſuluit ipſe Io. de Imo. in d.conſ.opti-
mis rationib.& iuribus, ꝙ ſtatutū obligans patrem ad debi-
ta filij,non compræhendit debita ꝯcta extra illam ciuitatem,
ꝙ nota pro ſtatuto mercantiæ hic Bononiæ, quo ita cautū
eſt.& faciunt dicta ꝑ Ang.de Are. in trac.ſuo maleficiorū.in
35 uerbo,de Bononia.in 2.uerſ.ubi uideas per te.†Et faciūt opti
mè dicta per Bart.in l.Plautius.in §.fi.ff.de condi.& demonſt.
ubi dixit per illum tex.ꝙ ſi teſtator dicit, relinquo cētum ec-
cleſiæ, nec declarat de qua, intelligitur de eccleſia, cuius eſt
parochianus.ad quod etiam allegat notata per Cyn. in l.1.in
5.q.C.de ſacroſ.eccleſ. & Spec. in titu.de inſtrumen.editio.§.

nunc verò. verſ.ſed quid ſi teſtator. Item allegat etiam. l.nul-
li.C.de epiſco.& cleri.& l.ſi quis ad declinandam.& §.ſi in no
mine.in Authen.de eccleſia.titu. Dicit tamen, ꝙ iſta non ha-
bent locum in accuſatione. Nam ſi Peruſinus accuſat aliquē
in curia Peruſij,& dicit maleficium eſſe factum in villa Mar-
tini,nec adijcit,comitatus Peruſij, certè non valet talis accu-
ſatio, quoniam plures ſunt villæ ſancti Martini per diuerſas
mundi partes, & etiā quia lex iubet expreſsè apponi nomen
ciuitatis.l.libellorum.ſup.de accuſ. Nec obſtat ille tex.d.l. Plau
tius.§.fi. ſecundum Bar. ibi, quia loquitur in vltimis volunta-
tibus,in quibus fit benignior interpretatio, ſecūdum volun-
tatem defuncti. Vlterius Barto. hic ingreditur materiam fa-
mæ,& plura examinat circa ipſam materiam ,& ferè omnes
ſcribētes loquentes de fama ſe referunt,& remittunt ad Bar.
hic,tanquam ad carocium huius materiæ. Ego ſimiliter exa-
minabo quàm plura in hac materia, nō tamen referam om-
nia dicta per Bart.hic,ſed etiam aliqua vltra dicta per eum re
36 feram. † Ideo attende diligenter. Bar. hic ponit primò,quo-
tuplex ſit fama , & dicit illam eſſe duplicem , nā vna eſt fama
hominis,alia eſt fama inter homines . Item dicit, quòd fama
hominis dicitur in bona parte , & in mala parte dicitur infa-
mia.de quibus hic latius per eum . Ponit poſtea diffinitionē
famæ dicens,quòd fama eſt communis opinio voce manife
ſtata ex ſuſpitione proueniēs. Item ponit vnde dicatur fama,
& ſubdit quòd fama & cōis opinio,& communis æſtimatio
ſunt idem.de quibus hic latius per eum,quem nō refero bre
uitatis cauſa. [Et in hac materia famæ vide Bald. in conſ. ſuo
245.incipien.fama viciniæ.in 3.vol.& in verſ.non obſtat.in 3.vol.& vide
plura ſingula.dicta in hac materia famæ,per Iaſ.in repeti.l.ad-
monendi.in 89.col.] Sed tu adde etiam Bal.in conſ.275.inci.
ad euidentiam,&c. in 2.col.in 1.vol. vbi dicit, quòd fama de-
bet eſſe ſolida,inconcuſſa,creſcens,non vaga,non leuis,& nō
cōtraria. Ponit etiam , in quo loco debet eſſe fama alicuius,
& an requiratur fama totius ciuitatis, vel ſolum viciniæ.
37 † Quærit etiam Bar.quot homines faciūt famam ? In quo
poſt multa dicit,ꝙ maior pars ciuitatis,caſtri,burgi, vel villæ,
ꝙ etiam ipſe declarat aliter, quem videas . & vide etiam per
Abb.in c.inquiſitionis.§.quæſiuiſti.de accuſat. & Salyc.in l.ea
38 quidem.in materia famæ.C.de accuſat. † Quærit vlterius ipſe
Barto.à quibus perſonis debet oriri fama ? & dicit, quòd de-
bet habere originem à fide dignis perſonis,non autem à ma
liuolis vel ſuſpectis . ad quod allegat plura iura.de quo vide
per Saly.in d.l.ea quidem. & vide tu c.cum in iuuentute . de
purga.cano & vide Do. Alex.hic in ſuis apoſtil.& in hoc §.
39 † Quærit etiam poſt prædicta ipſe Bart. quo tēpore debet
oriri fama? In quo videtur concludere, ꝙ fama poſſit habe-
re originem tempore commiſſi delicti,& etiam poſtea ante
accuſationem & poſt accuſationem,ſecundum ꝙ manifeſta
tur cauſa,ex qua populus vel vicinia in ſuſpitionem & credu
litatem deducitur , quod dictum vocatur fama. de quo ipſe
Bar.ponit plura exempla, & vltra eum circa hunc articulum
videas tu etiam Salyc. in d.l.ea quidem. in materia famæ. in
verſ.quæro,an fama,&c. C.de accuſ.vbi tenet ꝙ ſufficit,ꝙ fa-
ma ſuperueniat accuſatione pēdente,de quo etiam vide per
40 Bal.& Io.de Imo.in l.is poteſt.ſ.de acquir.here. † Quærit vlte
rius Bal.qualiter probabitur fama? In quo dicit primò,quòd
ſufficit eam probari per duos teſtes,qui dicant maiorem par
tem populi hoc ſentire.ad quod alleg.glo.in l.3. in §.eiuſdem
quoque.ſ.de teſtib. ꝙ tamē ipſe modificat aliquibus modis,
de quibus videas hic per eum. Sed in hoc, quomodo probe-
tur fama,& quid debeant dicere teſtes volentes probare fa-
mam,vltra Bar.hic, [vide Alex. in conſ.138. incip.viſa copia.
in 2.col.in 6.vol.& ibi in conſ.212.incip. ponderatis.in 5.col.
& in repert.meo,in litera T.22.char. in 2. not. & Alexand. in
conſ.2.incip.viſo proceſſu.in 5.col.in 7. vol. & ibi in conſ.24.
incip.circa proceſſum.in 2.& 3.col.& in conſ.35.incip.conſi-
deratis,&c. in 2.col.& vide omnino Alex.in conſ. 101. incip.
ſuper primo.in 7.col.in eo.7.volum.& ibi in conſ.123. incip.
viſo &c. in penult.col.] vide Salyc.in d.l.ea quidem. C. de ac-
cuſ.in materia famæ. & Bart.in d.l.3. ſ.de teſtib.Bald.in addit.
Spec.in titu.de ſenten.in vlt.col.verſ.illud etiam no. D.Anto.
in c.veniēs.de teſti.Bal.in c.ſuborta.vltra med. de re iudi. Do.
Ant.in c.cum cauſam. de proba.circa fi. Do.Alex.conſ.72. in
8.col.circa fi.in 1.volum.quod incip.inſpecto diligenter, vbi
plura,& plures allegat,& vide etiam Alex. in cōſilio ſuo 100,
incipien.ſuper primo.in 6. col.in fi. & in conſ.94.incipien. in
cauſa & lite vertēte.in vlt.colum.in 2. volum. & in conſ.211.
quod incip.viſis & diſcuſſis.& Ioan. de Ana.in conſ.ſuo 1.cir
ca vltimam col. & Alex. in conſ.294.incip. in cauſa vertente.
in 2.col.& in cōſ.364. incip. in cauſa appellationis. in 6.col.&
in conſ.369.incip.in cauſa.in 2.col & in conſ. 464. incip. viſo
proceſſu.in 1.col.& in conſ.419.incip.viſis, in 2.col.& in cōſi-
lio 150.incip.in cauſa & lite.in 5.col.poſt med. in 5.volum.&
41 D.Alexan.hic, & D.Felv. in d.c.veniens.de teſti. † Et prædicti
Doc. omnes videntur cōcludere , ꝙ teſtes volentes probare
famam,debēt dicere ꝙ audierunt illud,de quo dicunt, ꝙ eſt
fama à maiori parte populi , aliter deponēdo non probarēt
famam,de quo etiam per Bal.in conſ.ſuo 280.inci.ad euiden
tiam præmittendum eſt,quis dicatur vſurarius, &c. in 4.col.
in 6.vol.& in conſi.ſuo 323.inci.vtrum dictus,&c. poſt med.
in 1.vol. Et ſubdit Bar.hic, ꝙ debes eſſe cautus tu,qui vis pro-
bare famam per teſtes , vt facias ꝙ teſtes dicant, quòd eſt pu-
blica vox & fama. & interrogatus , quomodo ſcit, debet re-
ſpondere , quia publicè dicitur per ciuitatem à maiori parte
populi huius ciuitatis,caſtri,vel villæ. Et ideo dicit ipſe, ꝙ ſi te
ſtis diceret ꝙ eſſet publica vox & fama , non probaret aliud
dicendo,quia tali caſu non reddit cauſam per aliquid, quod
percipiatur ſenſu.non enim dicit ſe audiuiſſe à maiori parte
42 populi,ſed ſolùm dicit,ꝙ hoc dicitur. † Et idē dicit ipſe Bart.
eſſe,ſi teſtis dicit,ꝙ audiuit publicè dici,nam hoc non ſufficit
ad probandum famam , quia hoc poteſt eſſe , ꝙ vnus homo
publicè dicebat , non tamen per hoc ſequitur, ergo hæc eſt
fama publica.debent ergo dicere teſtes volentes probare fa-
mam, ꝙ illud audiuerunt publicè dici à maiori parte homi-
num huius ciuitatis,caſtri,vel uillæ, aliàs non probarēt famā.
Tu adde ꝙ idem tenet Bart. in l.tertia. §.eiuſdē quoque.ſ.de
teſti.& l.Labeo.ſ.de ſup.leg. Sed cōtrariū firmat Bal. in c.præ-
terea,extra de teſti.ubi reprobat opin. Bar.hic. & in dictis lo-
cis dicit,quòd ſatis eſt probata fama, quando teſtes dicunt ſe
audiuiſſe publicè dici.& idem tenet Bal. in l. hæredes palam.
in prin.ſ.de teſta.& in l.teſtium.in fi.C.de teſti.ubi dicit, ꝙ ita
etiam conſuluit Dyn. de quo etiam plenius uideas hic per
D.Alex.in apoſtil.ſuis,qui alios plures Docto.allegat ſup hoc
43 paſſu.& finaliter uidetur tenere contra Bart.hic.† Quærit ſuc
ceſſiuè Bar.hic ultra prædicta,ſi teſtes prædicti examinati ſup
fama interrogati ſint,à quibus perſonis audiuerūt illud dici,
de quo deponunt,an debeant ſuper hoc reſpondere? Et dicit
ꝙ Innoc.tenet ꝙ ſic, cum fama debeat habere originem ab
honeſtis perſonis,& ſi tales perſonæ non nominarētur, non
poſſet ſciri , an talis fama haberet originem ab honeſtis per-
ſonis.alleg.hoc uoluiſſe Inn.in c.qualiter & quando.de accu.
& Specu. in titu. de inquiſi.in §.nunc tractemus.uerſ.quid ſi
ille negauerit.circa fi.illius uer.ubi ſecūdum eum ponit uer-
ba Innoc. ad literam. & ſubdit ipſe Bart.ex hoc,quod ſi teſtis
neminem nominaret à quo audiuiſſet, ſed diceret ſe non re
cordari à quo audiuerit,eius teſtimoniū nō ualeret, & ideo
teſtis debet nominare aliquem, & poſtea dicere,& audiui ēt
à pluribus alijs,de quibus non recordor , nam non debet de
his omnibus recordari, cum labilis ſit memoria hominum.
l.peregrè.ſ.de acquir.poſ. [Limita tamē hoc,niſi eſſent mul-
ti teſtes,qui taliter deponerent,quia probarent, licèt non di-
cerēnt,à quibus audiuerunt. Ita dixit Rapha. Cuma.in conſil.
ſuo 68.incip.in præſenti q. &c. in 2.colum.& in materia vide
Alex.conſ.101.inci.circa primum.in prima colum. in 6.uol.]
Tu autem ſecundum Do.Alex.hic,in hoc adde Salv. in d.l.3.
§.eiuſdem.ſ.de teſti.idem tenentem.& Bar.in l.diffamari.cir-
ca princip.C.de inge.manu.& adducit etiam Saly.in dicta l.ea
quidem.in materia famæ, ubi dicit ſecundum eum , quod ſi
teſtis non eſt interrogatus,à quibus audiuit,ꝙ tunc ſufficit ſi
dicat audiuiſſe à maiori parte populi.de quo etiā per Dom.
Alexan.in d.§.eiuſdem.de quo etiam uide per Raph. Cuma.
in conſ. ſuo 68. incip. in præſenti quæſtio. in 2.col.poſt med.
& in conſ.77. incip.uiſis libellis, &c. in ſecunda colum. Item
ipſe Dom.Alex.adducit etiam hic Innoc.in c.cum oporteat.
de accuſ. ubi dicit, quòd teſtis deponens ſuper fama, debet
etiam nō interrogatus reſpondere, à quibus audiuit,alias nō
probat,quia non ſtat in arbitrio teſtis iudicare, an ille perſo-
næ ſint graues, à quibus audiuit. & idem tenet ibi Io.And.in
c.cum oporteat. dicens ita ſeruari.quod etiam uoluit Abb.
in c.cū cām.de teſti. & Ang. in d.l.ea quidē. & dicit ipſe Do.
Alex.ꝙ poteſt de hoc aſſignari ratio,uidelicet, quia teſtis de-
bet deponere ea,quæ ſunt perceptibilia intellectu,ēt nōn in-
terrogatus,ut in c.cām.de teſti.ubi ꝑ Inn. & per Bar. in l.ſolā.
C.de teſti.ubi latius per Bal. ſed ꝙ aliquis ſit uir grauis & fide
dignus, ꝑcipitur intellectu,ergo. Itē ultra prædicta hāc partē
ēt firmauit Bart. in trac.ſuo de teſte, de quo ēt latius hic per
44 D.Alex.alia plura alleg. † Aliam ēt dubitationem format hic
Bar.quærens, quid ſi teſtes diuerſi dixerunt ſe à diuerſis hoc
ſciuiſſe,quia unus nominat aliquos,alter nominat alios? Vel
quid ſi ipſi diuerſificant in loco, qa unus dicit ſe audiuiſſe in
platea,alius autem dicit in burgo? Vel quid ſi diuerſificant in
tēpe , quia unus dicit ꝙ audiuit tali die , alius dicit audiuiſſe
alio die ? In quo dicit ipſe,quòd dictum talium teſtium non
uitiatur,nec probatio.alleg.l.ob carmen.in fi.& ꝙ ibi not.ſu-
pra

pra de teſti.& Inn.& Spec.in locis ſuperius alleg.Et hanc partem,ꝙ teſtes ſingulares probent famam, firmat Dom. Alex. in conſi.ſuo 51.incip.viſo & diſcuſſo,&c.in 3.colum.in 1.volu.vbi refert Barto.hic,& alios in locis ſuperius allega.

45 † Vltra præmiſſa quærit etiam Bar.vtrum fama poſſit probari negatiuè,vt puta Titium non feciſſe? In quo dicit ꝙ ſic, nec tunc dicor probare negatiuam, ſed affirmatiuam, ſcilicet quòd publica vox & fama eſt, Titium non feciſſe. alleg. quæ habentur in l.arbiter.ſupra de proba.

46 † Dubitat poſtea, quid ſi eſt probata fama ab vna parte affirmatiuè,& ab alia parte negatiuè: tunc dicit ſtandum eſſe teſtibus dignioribus: vel ſi teſtes eſſent æquales,ſtatur illi probationi, ſeu illi famæ, quæ præceſſit ex veriſimilioribus præſumptionibus. alleg. in arg. l. ob carmen.ſuprà de teſti. in fi. cum ſua glo.& no.per Spec. & Inno. in locis præalleg. & per Spec.in tit.de noto.crimi.in §.fama.& quod not.in c.cum in tua.extra de ſponſa.Et ad prædicta,ſecundùm Dom.Alexan. hic,vide Bal.in l.prima.ſupra de teſta.Barto. in l.in ſumma. in §.Labeo.in fi.ſupra de aqua plu.arc.& alios, quos hic ipſe refert in apoſtil.& latius per eum in conſi. ſuo 143. incip. quo-
47 niam abundè.in vlti.col. in 2. volu. † Quærit etiam Bar. pone probata eſt fama commiſſi maleficij vno tempore ab vna parte,ab alia parte eſt probata fama innocentię alio tempore,quæ fama præualebit? In quo dicit, quòd præualet vltima fama.ad quod alleg.caſum in l.ſecunda,circa prin. ſupra quis or.in bo.poſſeſ.ſeruetur. Dicit poſtea, ꝙ ſi probata eſt fama cõtraria diuerſorũ locorum,vt puta in caſtro comitatus,vbi cõmiſſum eſt maleficiũ,eſt fama ꝙ ſic, in ciuitate iſta eſt fama quod nõ,cui ſtabitur magis? In quo dicit inſpiciendã eſſe qualitatem teſtium, & cauſas ex quibus fama proceſſit. Sed ſi omnia eſſent æqualia, putat ipſe Bar. quòd tales probationes ſibi inuicem derogent,& neutri adhibeatur fides, arg.d. l.ob carmen.in fi.& l.ſcripturæ.C. de fi. inſtrumen. & c. licet. de proba.de quo etiam per Specu.in tit.de inquiſi.§.nunc tractemus.verſicu.quid ſi ille negauerit. circa fi.illius verbi.

conſilio ſapientis,quòd intelligitur de diffinitiua, nõ autem
de interlocutoria.alleg.glo.in d.§.biduum.quam doctrinam
ſequutus eſt Lud.Rom.in l.ſi quis mihi bona. §.penult.ſuprà
108 de acqui.hæred.† Et dixit no.Bar.in l. dicere. ſuprà de arbitr.
ꝙ ſi ſtatutum arctat arbitrum ad finiendum cãm intra men-
ſem, quòd intelligitur per ſententiam diffinitiuam, & ideo
non ſufficeret tũc abſoluere partes ab obſeruatione iudicij.
de quo per eum in l.generali.C.de decurio.lib.x. & per Bald.
in l. iuſiurandum & ad pecunias. §. fina. ſuprà de iureiuran.
109 † Et dicit Dominus Card.in c.vt debitus.in fi.de appel.quòd
ſtatutum prohibens appellare à ſententia, intelligitur à diffi-
nitiua,& ita dicit conſuluiſſe Bal.in ciuitate Piſtorij.& voluit
Dom. Philip. de Peruſio poſt Abb. in c. paſtoralis. in 6. q.de
appella.ꝓ quibus etiam faciant dicta per Abb. in c. ſuper eo.
il 2.de appel.& per Mathe. in not.ſuo 103. inci.no.quòd hoc
vocabulo,& per Imol.poſt Card.in c. quod facit. in 2.col.de
elect.& per Cardi.conſi.74.incip. Titius nunc ſunt, &c. in fi-
ne ſecundi dubij.& per gl.in l.qui vltimo.infrà de poe. & per
Bar.in extrauagan.qui ſint rebelles.in ver.rebellando.in j.col.
& per Pau.de Caſt.in conſi.183.incip.in cauſa.in 3.col. & per
Ange.in l.j.circa medium.ſuprà de inoffic.teſta.& per Dom.
Alex.in conſi.l.incip.viſis actis,&c.in 2. volu. & faciunt, quæ
latè dixi in conſi.meo 47.incip. in cauſa appellationis, &c.in
1.char.vltra medium.quę omnia adde ad corroborationem
dicti Bar.volentis,quòd appellatione famæ, intelligatur de le
110 gitima.† Et teneas menti, quòd quando conſtaret, famam
habere ortum à perſonis inhoneſtis,tunc oportet quòd ſup-
pleatur per cauſas & veriſimilitudines: ſecus autem vbi con-
ſtaret famam habere originem à perſonis honeſtis,quia tũc
ſufficit ad hoc vt dicatur fama etiam ſi nulla coniectura vel
indicium adducatur ſecum,ſecundùm Barto.hic in 3. & 4.q.
quod etiam voluit Bal.in l.ea quidem.in penult.col. & ibi Sa
ly.in 5.q.C.de accuſa.& Bal.in c.j in §.rurſus.de controuer.in
ueſti.& in l.teſtium.circa med.C.de teſti. & voluit Do. Fely.
in d.c.veniens.in 7.col.vbi vltra prædicta dicit, quòd hoc pro
batur in c.qualiter.in §.debet,& in c. inquiſitionis.in fi.de ac-
cuſa.vbi in probatione famæ non requiritur, niſi quod ha-
beat originem ab honeſtis perſonis. de quo etiam per Bart.
in l.miles.in §.miles.per illum tex.ſuprà de adulte. Reſtat mo
do pro complemento huius §.& huius materię deuenire ad
effectus famæ, & ſcire quid operatur fama. Et ideo dico, ꝙ
111 fama eſt magni effectus,& plura operatur.†Primò enim ex-
cuſat à dolo,& à pœna talionis,ſecundùm Bar.in l. cùm qui-
dam.in §.quod dicitur.ſuprà de acquir.hæred.ante finem.Et
idem ipſe voluit in l.fina.ante finem,ſuprà de hęre.inſtituen.
[Vide Bal.in conſilio 187. incip. quia conſuetudo. in fine.in
4.volum.] Et Bal.in additio.Specula.in titu.de accuſa. verſic.
ſed an fama. pro quo facit, nam fama publica dicitur iuſtus
error.l.miles.in §.mulier.ſ. de adulte. & voluit Ang. in tract.
malefic.in uerbo,necnon ad querelam.in 14.char.verſi.quæ-
112 ro,an accuſator.† Item fama excuſat accuſatorem non pro-
bantem à præſumpta calumnia.ita inquit Bar. in l.2.in fi.C.ſi
ſer.vel lib.lib.10.& voluit Alex.poſt Bar.in l.j. ſuprà ad Turpil
lia.& Bal.in l.qui non probaſſe.C.de calum. & Ioan. Andr.in
Specul.de abolit.§.fina.verſic.ſed pone,C.accuſauit Bar.Bald.
& Ange.in l.athletas.§.calumniator. ſuprà de infa. Dominus
Fely.in c.cùm contingat.in 2.colum. de reſcript. Quibus po-
teſt addi dictum Bal.in l.pignus.in princ. C.de pigno.acti.vbi
dixit,quòd ſi eſt fama quod tutè iri poteſt ad certum molen-
dinum,& homines loci accedunt, & incurſu hoſtium capta
ſunt animalia & frumentũ, quòd excuſantur à culpa.ex quo
dicto,dicit Barba.in c.cùm contingat.de reſcrip.ſe conſuluiſ-
ſe ad excuſationem paſtorum, qui fræti fama ſaluicõductus
hoſtium, amiſerunt armenta aliena expoſita paſcuis & de-
prædata.de quo latius per Dominum Fely. in d. c. cùm con-
113 tingat.† Item fama excludit ignorantiam, ſecundùm Cardi.
114 in conſilio 114.incip.dico,Petrum non audien. † Adde vlte-
rius,quòd fama operatur alium effectum, nam exiſtente fa-
ma in cauſa vſurarum, defertur iuramentum in ſupplemen-
tum probationis.caſus eſt ſingul.ſecundùm vnam lecturam,
115 in c.ex literis.extra de iureiuran.† Item operatur etiam fama
alium effectum,nam confirmat confeſſionem,quę aliàs per
ſe non eſſet ſufficiens.ita dixit Abb.antiquus in c.tertio loco.
de præſumpt. quem refert & ſequitur Bal. in margarita ſua,
116 in verbo,fama.in penul.ver.&c.† Item fama elidit indicium
exiſtens contra accuſatum vel inquiſitum, ſecundùm Bal.in
l.fi.C.de proba.in vlti.col.& Ang.in l.milites.C.eod.de queſt.
117 † Sed ad vnum aduerte, quòd licèt fama habeat plures effe-
ctus,tamen nunquam ipſa fama operatur, vel poteſt tãtùm,
quòd excludat probationem in contrarium contra ipſam.
ita no.Innoc.in c.ſollicitè.de reſtitu.ſpolia.quem refert & ſe-
118 quitur Bal.in margarita ſua,in verbo,fama.in 2.ver.† Teneas
menti etiam vnum,quòd licèt laicus cõtra clericum non ad-
mittatur in teſtẽ in cauſa criminali,vt habetur in d. c.ueniẽs.
el 1.de teſti.& 2.q.7.c.laicos.& ibi gl.& c.ſeq.& voluit Specu.
in tit.de teſt.§.1.ver.item quòd eſt laicus, &c. & Abb. in c.de
cætero.de teſti.cum ſimil.tamen laicus admittitur cõtra cle-
ricum ad probandam famam contra ipſum clericum. Ita di-
xit Dom.in c.tam literis.in vlti.col.de quo latius dixi in repe.
mea l.fin.C. de probatio. in 9. char. poſt med. & in ſingulari
119 meo 98. incipien. laicus contra clericum, &c. † Item ſcias,
quòd ad incurrendam pœnam reſpectu ſcientię,ſufficit ſcire
per famam,vt habetur per gl.& Bar.in l.1.in fi. ſuprà de rece-
pta.& in l.omnes.C.de agri.& cenſi. lib. 11. Et ad hoc vt quis
debeat credere ſe excommunicatum,ſufficit certificatio per
famam certam.Ita habetur in c.illud.de cleri.excom.mini.Et
dixit Bal.in l.falſus.in 11.col.ver. illud eſt notandũ. C. de furt.
quòd iuſta credulitas cum fama, habetur loco verę ſcientię,
ſi conſonat veritati.alleg.l.cùm quidam.§. quod dicitur ſ.de
acqui.hæred.Et ideo ſuccedit ex iſtis illud dictum Do. Cardi.
in dicto conſi.94. inci.dico Petrum non audiendum. quem
ſuprà proximè retuli, dicentem, ꝙ ignorantiam excludit fa-
120 ma.† Aduertas tamen,quòd iſta notitia,quæ habetur per ſo
lam famam,eſt iuſta cauſa diminuendi pœnam contrafaciẽ-
ti,vt eſt tex.repu.ſingu.in d.c.illud.de cleri.excom. mini.in fi.
ibi,cum eo miſericordiam facientes,&c. quem tex.alleg.ad
hoc Dom.Fely.in d.c.cùm contingat.in 2.vel 3.col. de reſcri.
121 † Poſtremò,an fama probet aliquid eſſe notoriũ,vide Spec.
in tit.de probatio.§.j.verſic.hoc etiam. & ver. illud autem.Et
ſi agenti opponatur excommunicatio, an poterit talis excom-
municatio probari per famam cum vno teſte? vide Archid.
in c.ſi teſtes.§.item ſæpe.4.q.3.vbi tenet,quòd non.alleg.text.
in c.ſciant cuncti.3.q.8.& vide Dom.An.in c. prudentiam.in
§.ſexta.in fi.4.col.ver. 10.an ſufficiat.de offic.deleg.& quæ ha-
bentur in c.pia.de except.in 6.

Et vltra omnia ſupradicta in hac materia, ſi vis videre alias
quæſtiones in hac materia famæ, generaliter & remiſſiuè lo-
quendo,vide Bal.in conſi.122.incip.proponitur.in 1.volum.
poſt principium.& in conſi.276.incip.tex.in quo,&c.per to-
tum.in 1.vol Alex.in conſi.150.incip. in cauſa & lite. quaſi ꝑ
totum conſi.in 5.volu.& Dom.Fran.de Are.in conſi. 13. in-
cip.viſo diligenter.in 8.col.& in conſi. 113. incip. in cauſa &
quæſtione.in 1.col.& Pau.de Caſt.in conſi. 175. incip. ſuper
primo.vltima col.Io.de Ana.in conſi.59.incip. viſa inquiſitio
ne.in penul.col.vbi no.loquitur. Do.Alex. in conſi. 419.inci.
viſis.in 2.col.Lud.Ro.conſi.424.incip.circa propoſitum, &c.
circa fi.Dom.Anto. & alios in d. veniens.de teſti.& in c.cùm
cauſam.de proba.& ſcrib.in c.1.de appel.& in c. præterea. de
teſti.Gemi.in c.1.§.1.in princ.vlti.col.de vſur.in 6.Abb.in c.1.
de purg.cano.Bar.in l.cum quidam.§. quod dicitur. ſupra de
acquir.hæred.Doct.in c. inter dilectos. de fide inſtru. Bald.in
conſi.180.incip. ad euidentiam præmittendum eſt, quis di-
catur vſurarius,&c.in 6.vol.Pau.de Caſt.conſi.197. incip.viſa
inquiſitione.in 1.col.& Dom.Fran.Are.in conſi.13.& in cõ-
ſi.15.& in conſi.73.& in conſi.61.& in conſi. 122. & in conſi.
164.& vide plura,quæ dixi in materia famæ, in repe. mea l.fi.
C.de proba.in 54. & 55. charta. vbi plura propoſui. Et ex iſtis
redditur expeditus iſte verè famoſus. §. quò ad tex. & etiam

cuo ad gl.quia vnica glo.quæ eſt in ipſo §. clara eſt, &nihil
obſcuritatis habet ſolum alleg.concordantias ad hunc text.
inquantum dicit, famam ſeu æſtimationem reorum inſpi-
ciendā eſſe,& ideo non eſt opus ſuper gl.aliter inſtare. Ideo
ſequitur §.in cauſis quoque, &c.

SVMMARIVM.

1 *Probationes non ſunt ſumendæ de domo aduerſarij.*
2 *In cauſa liberali torquetur ille, de cuius ſtatu quæritur.*

§.In cauſis quoque. Et hoc intendit In libe-
rali cauſa non poteſt tor
queri ille,de cuius ſtatu quæritur.h.d.Ex hoc tex nota,quod
probationes non ſunt ſumendæ à reo contra ſe in fauorem
1 actoris.& ſic poteſt allegari,quod† probationes non ſunt ſu
mendæ de domo aduerſarij.concordat tex.in §.tormenta.in
hac l.circa quod vide,quæ ibi dixi.Alia not.hic non colligun
2 tur.† Venio igitur ad glo.vnicam.Et pro expeditione huius
glo.arguo contra tex.de teſti.in l.quoties.C.eod.& in l. cum
ſuper.C.de rei vend.& de l.quicunque.§.fi.& l.cum ſeruum.
C.de ſer.fugi.in quibus habetur,quod in cauſa liberali ſeruus
torquetur,& ſic ille,de cuius ſtatu agitur,& ſic contra hunc
tex Item contra hunc tex. arguo etiam de tex.in l.ea,quæ.C.
de libe.cauſa.vbi ſimiliter dicitur, quod in cauſa liberali ſe-
ruus torquetur,ergo contra hunc tex. Quapropter gloſ ſol-
uit faciendo quatuor caſus dicens , quod contraria pri-
mo loco adducta loquuntur , quando eſt controuerſia de
ſeruo per rei vendicationem , nam tali caſu habent locum
contraria item ſol.contrarium d.l.ea,quæ.& dicit , quod illa
non obſtat,quia loquitur, quando agitur de poſ. ſerui. Sed
tex.iſte loquitur, quando agitur de proprietate , & ſic non
obſtat,& hoc modo etiam ſoluit iſtud contrarium glo. in
d.l.ea,quæ. Item contra iſtum tex.etiam poteſt opponi , ſe-
cundum glo.de tex.in l.fi.C.eo.& in l.hæreditarij.ſuprà eod.
in quibus ſimiliter habetur, quod ſeruus in cauſa liberali tor
quetur.Soluit glo.quod illa iura loquuntur, quando agitur
peti.hæredit.ſed text.noſter non loquitur,quando agitur de
proprietate ſerui,vt dixi.Subdit poſtea gloſ.quod exceptis ſu
pra dictis caſibus ſi de alia re ſit quæſtio circa liberalem cau-
ſam,ſeruus non torquetur alle l.hoc quod placet.C.eo.item
dicit poſtea gl.quod nec etiam ſeruus torquetur,ſi de alijs re
bus non hæreditarijs quæſtio ſit,licèt dubius ſit , cuius ſit ſe-
ruus hæreditarius.alleg.l.ex libero.§.fi.infra eo.Poſtea glo.di
cit,verius eſſe, quod habetur in l. ex libero §.fin. infra eod.&
iſti.§.hodie ſunt correcti per tex.d.l.fi.C.eod.de quæſtio.quæ
ſo. magis placet glo. Ideo eam teneas. Ex quibus redditur
expeditus iſte §. & per conſequens l.iſta nota. ſequitur l.
etiam ſi redhibitus.

SVMMARIVM.

1 *Seruus emptus,licèt ſit redhibitus,debet reuerentiam emptori,adeò quod contra eum non poteſt deponere.*
2 *Reuerentia alicui debita ex aliqua cauſa,eidem etiam debetur ſublata illa cauſa.*
3 *Ceſſante cauſa,an & quando ceſſet effectus,nume.9.*
4 *Immunitas conceſſa alicui propter numerum liberorum,an expiret ſi aliqui eorum moriantur.*
5 *Mater,quæ erat tutrix filiorum,ſi tranſiuit ad ſecundas nuptias, & ſic fuit priuata tutela filiorum: ſi poſtea ſoluatur tale ſecundum matrimonium,an poſſit reaſſumere tutelam filiorum.*
6 *Mater tutrix filiorum,ſi aſſerit ſe velle nubere,& facit alium tutorem dari filijs,poſtea autem non vult nubere, ſed vult reaſſumere tutelam,an poſſit.*
7 *Si maritus incipit vergere ad inopiam, & vxor faciat ſibi conſignare dotem : poſtea maritus efficitur diues , an ceſſet talis conſignatio.*
8 *Satiſdatio de iudicio ſiſti,ab illo qui immobilia non poſſidebat : licet poſtea incipiat immobilia poſſidere,tenet ſatiſdatio.*
10 *An ille, qui deſinit eſſe domeſticus , poſſit teſtificari pro olim domeſtico.*
11 *Licèt quis pro vxore fratris ſui teſtificari non poſſit : tamen ſecus eſt,ſi efficiatur vidua.*
12 *Statutum de compromiſſo fiendo inter affines,non habet locum finita affinitate.*
13 *Pater licèt poſſit vendere filium propter neceſſitatem famis, tamen ſi pater facta tali venditione peruenit ad pinguiorem fortunam,filius poteſt agere contra patrem,vt eum redimat.*
14 *Locator poteſt compellere conductorem relaxare domum conductam quando vult eam reficere:ſed an illa refecta poſſit conductor cogere locatorem ad retradendum ſibi dictam domum.num.15.*
16 *Scholaris,qui promiſit ſcribere librum,factus rector ſtudij, an poſſit compelli ad ſcribendum dictum librum.*

Etiam ſi redhibitus. Et hoc intendit. Olim
ſeruus, non poteſt tor-
1 queri contra olim dominum. h. d. † No. ex hoc tex. quod
ſeruus emptus, licèt ſit redhibitus , debet reuerentiam em-
ptori, adeo quod contra eum non poteſt deponere.concor
dat l ſeruos. C.eo.& l.fruſtra.C.de ſen.paſ.& l.fin.infrà de de-
cu.& l.vnius.in §.ſeruus.& l.extraneo.§.fi. infrà in hoc tit. cū
ſimil.alle.per glo in d.l.ſeruos. Poteſt etiam allegari iſta lex
ad hoc videlicet,quod nedum pro domino præſenti,ſed nec
2 pro præterito ſeruus poteſt torqueri . † Item poteſt etiam
allegari iſte tex. quod reuerentia debita alicui, eidem etiam
debetur remota , ſeu ſublata, vel ceſſante cauſa reuerentiæ.
Ita optimè probat iſte tex.concordat tex.in d.l.ſeruos. C.eo.
& in d.l.fi.infra de decu. cum alijs ſ̃.alle.facit etiam tex. in l.ſi
quis in graui.ſ̃.ad Sylla.pro quo etiam facit gl.in c. accedens.
50.diſt.quæ dixit,quod licet clericus ſit degradatus , attamen
eum percutiens cadit in excommunicationem & idem vo-
luit gl.in c.dictum.81.diſt.pro quibus faciunt plura notabilia
dicta,quæ poſui in ſing.meo 107.incip. priuilegium dignita-
tis,&c.& in alio ſing.meo 179.inci.viget communiter ſtatu-
tum per Italiam,&c.in quibus latè loquutus ſum.Et faciunt
etiam notabilia verba D.Fel in c.eam te.in 9.col.ver. infide-
3 litas præcedens.de reſcrip.vbi videas. † Noto etiam ex hoc
text. quod ceſſante cauſa, non ceſſat effectus. ita optimè
probat iſte tex.licet regula ſit in contrarium,vt patet in c.cū
ceſſante.de ap.& in d.l.adigere,in §.quamuis.ſ̃.de iu.patro. &
in l.generaliter C.de epiſ.& cle.cum concordan.ibi in glo.al-
leg.Ex quo dico,quod dicta regula non eſt ſemper vera, vt
hic patet,quod etiam patet in d l.ſeruos.C.eo.& in d.iuribus
ſimilib.ſ̃.allega.patet etiam in l.1.§.ſexum.& ibi glo.ſ̃.de po-
4 ſtu. † & conſtat ex doctrina Ioannis Andr. in regula, decet,
de reg.iu.in 6.vbi dicit,quod ſi eſt conceſſa alicui immuni-
tas propter numerum 12.liberorū , & aliqui poſtea ex dictis
filijs moriantur,quod tamen non expirat ipſa immunitas .
quam doctrinam refert,& approbat Ioannes de Imo.in cōſ.
77.incip.viſis ac ponderatis,&c.circa fi.de quo etiam per Bal.
in conſi.101.inci.verba Domini,&c.in 3.vol.& per Do.Alex.
latè in l ſi cum dotem.in §.ſi maritus.ſ̃.ſoluto matrim. & per
5 Bar.& Alex.in l.2.in §.non ſolum.ſ̃.de excu.tu. † Patet etiam
hoc ex not.D.Cy.& Ang.in authen.matri & auiæ.C.quando
mu offi.tute.fun.poteſt.vbi dixerunt,quod ſi mater, quæ e-
rat tutrix filiorum tranſiuit ad ſecundas nuptias,& ſic fuit pri
uata tutela filiorū,ſi poſtea ſoluatur tale ſecūdum matrimo-
nium per mortem ſecundi viri , an tunc poſſit reaſſumere
tutelam filiorum ? & dicunt quod non. ex quibus patet, ꝙ
6 ceſſante cauſa,non ceſſat effectus. † Et facit etiam,quod vo-
luit Bal.in l.cum ancillis.in vlt.col. circa princ. C. de incœſt.
nupt.vbi videtur tenere,quod ſi mater erat tutrix filiorum ,
& aſſeruit ſe velle nubere , & facit alium tutorem dari filijs,
poſtea autem non vult nubere,ſed vult reaſſumere tutelam
an poſſit? & videtur tenere,quod non.de quo etiā per Bal.in
l.omnē.C.ad Tertullia.& in l.imperialis in fi C.de nup. & in
7 §.interdum.Inſti.de cura.vbi per ſcrib. † Et facit nota. verbū
Pau.de Caſt.in l.pluribus.in §.1.ſ̃.de verb.obl.vbi dixit, quod
ſi maritus incipit vergere ad inopiam,& vxor facit ſibi conſi
gnare dotē,poſtea maritus efficitur diues,an ceſſabit talis cō
8 ſignatio? & dicit ꝙ non.† Idem etiam dicit in cautione præ-
ſtita de iudicio ſiſti,ab illo qui non poſſidebat immobilia ,
nam licèt poſtea incipiat poſſidere immobilia,non vitiatur
ſatiſdatio.de quo ibi latius per eum.& vide omnino Bal. in l.
vbi adhuc.in pe.col.C.de iure do & Bal.in l.affinitatis.in fi.C.
cōia de ſucceſ.Et per iſta apparet, quod dicta regula non eſt
ſemper vera.Veruntamen ad hunc text. poſſet reſponderi,
& dici,quod hic tex.non obſt.quia licèt ceſſet cauſa,attamen
non ceſſat in totum,imò remanent reliquiæ reuerentiæ.pro
9 quo facit optimè tex.in d.l.fi.infra de decur.† Et ſi vis funda-
mentaliter videre,quando ceſſante cauſa ceſſet effectus,vide
Doct.& maximè D.Card.Alex.in d.c.cum ceſſante. de appe.
vbi faciunt differentiam inter cauſam finalem,& impulſiuā.
& vide D.Alex.in l.ſi cum dotem.§.ſi maritus.ſ̃.ſolu. matr.&
10 Bal.in d.l.generaliter.C.de epiſco.& cleri. † Vlterius hæc lex
poteſt induci ad quæſtionem,videlicet,an ille qui deſinit eſ-
ſe domeſticus alicuius,poſſit pro eo teſtificari ? & hic tex. fa-
cit,quod non.Attamen Doct.& maximè Saly. in dicta l. ſer-
uos.C.eo.in hoc dubio dicit,quod aut ſumus in caſu,in quo
apud ipſum olim domeſticum remanet reuerentia,vt in ſer
uo manumiſſo,vel filio emancipato,& tunc licet non ſit do
meſticus,tamen non poteſt teſtificari,vt hr̄ in l.ſeruos.la 1.C.
eo.ti.&in l.1.§.ſeruus.ſ̃.in hoc tit.Sed vbi debita reuerētia nō
re-

remanet,tunc poteſt teſtificari pro olim domeſtico,qa in to
tū ceſſat cauſa prohibitionis,ergo merito ceſſat effectus. de
quo etiam ſatis latè dixi s̃.in hoc tit.in l.1.§. idem Nummio.
& in l.etiam.C.de teſti. Et pro hac parte facit, quod voluit
Bal.in l.cui eorum.in §.affinitates. s̃.de poſtu.vbi per illū tex.
11 dixit,quod † licet quis pro vxore fratris viuentis non poſſit
teſtificari,tamen ſecus eſt ſi efficitur vidua, quia abſoluta eſt
tunc affinitas,& amoris vinculum.alleg.ad hoc glo.quam di-
cit ſingularem,in l.ſed hoc ita.s̃.de re iudic.quam etiam di-
12 xit ſingul.ipſe Bald. in c.in literis.extrà de teſti. † Item ſubdit
etiam Bal.in d.§.affinitates.quod ſtante ſtatuto, quod inter
affines fiat compromiſſum,quod non vendicat ſibi locum
finita affinitate,ideo dicit,quod quondam vxor fratris, non
dicitur amplius affinis,& cum ea non cogetur frater mariti
quondam facere compromiſſum,quod dicit vidiſſe in con-
tingentia facti.pro quibus etiam faciunt dicta per Spe. in tit.
de iudi.deleg.in §.ſupereſt videre in verſi.quid ſit ſocius,&c.
vbi durante ſocietate non poteſt dari iudex ſocio,aliàs po-
teſt recuſari, vt ſuſpectus,ſecus tamen dicit eſſe finita ſocie-
tate,quia tunc poterit eſſe iudex olim ſocij.quod dictum re-
fert,& ſequitur Albe.de Roſa.in d.l.cui eorum.in d.l.affinita
tes.quę omnia ſumunt robur & vires a dicta regula,ceſſante
cauſa.pro qua hic ſuccinctè, & incidenter addo aliqua nota
13 bilia dicta ſummariè loquendo. Et primò,† quod licet pater
poſſit vendere filium propter neceſſitatem famis,vt in l.2.C.
de patr.qui fil.diſtra.tamen ſi pater facta tali venditione per-
uenit ad pinguiorem fortunam,filius tunc poteſt agere con
tra patrem,vt eum redimat,quia ceſſat inopia, quæ fuit cau-
ſa venditionis dicti filij,ideo debet reſcindi talis venditio. Ita
dixit multum notanter Bal.in c.ex reſcripto.ad finem. de iu-
reiu.quem refert,& ſequitur D.Fely. in c.cum dilecta.in 27.
col.ver.Fallit octauo.extrà de reſcri.& dixi in ſing.meo 101.
14 incip.pater. † Adduco etiam,nam dominus poteſt compel-
lere conductorem,quando vult reficere domum, vt habet
15 in l.ædem.C.loca.† ſed an illa refecta poterit conductor co-
gere locatorem ad retradendum ſibi dictam domum? Dic
quod ſic,ſecundum gl.quam ibi ſummè not.Bar.in l.ſi duo.
in §.cum inquilinus.s̃.vti poſſid.quam gl.pro ſing.alleg.Lud.
Rom.in ſing.ſuo 235.incip.tu habes.& D.Fran.de Cre.in no
16 tabili ſuo 72.incipien.tu ſcis,&c.† Adduco notabile verbum
Pau.de Caſt. in l.nec patronus. C.de ope.lib.vbi dicit, quod
aliàs Iaco.But.hic Bononiæ obtinuit,quod quidam ſchola-
ris ſcriptor promiſit ſcribere librum,quo ſtante talis ſchola-
ris fuit factus rector ſtudij,& ſic propter illam dignitatem nō
potuit compelli ad ſcribendum dictum librum,ſed poſtea fi
nito officio,fuit conuentus & compulſus ad ſcribendum di
ctum librum.de quibus doctrinis dixi in l. qui filios. C. quæ
res pign.oblig.non poſ.vbi videas.& vide etiam D.Felyn.po-
nentē plura notabilia dicta in hac materia in c.quæ in eccle-
ſiarum.in 10.colu. de conſti. Et ex iſtis remanet expedita lex
iſta, & gl.claræ ſunt.Ideo ſequitur l.ſi quis ne quæſtio.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio oppoſita prius examinanda eſt,quàm cauſa principalis.*
2 *Iudex procedens ad vlteriora,videtur tacitè pronunciare excepta nō obſtare.numero 75.81*
3 *Vbi tractatur de præiudicio irreparabili,recedimus à regulis iuris communis.*
4 *Ante omnia legitimanda eſt perſona, etiam in iudicio ſummario. numero 5.154.*
6 *Filiusfamilias non poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris,etiam in iudicijs ſummarijs,& executiuis.*
7 *Confeſſus licèt non poſſit opponere de non ordine iudicij: tamen poteſt opponere de non legitimatione perſonæ.*
8 *Stante ſtatuto,quod contra ſententiam non poſſit opponi aliqua exceptio,poterit tamen perſonarum exceptio opponi.*
9 *Licèt ex forma ſtatuti,vel inſtrumenti ad inſtantiam creditoris poſſit capi debitor præcedente citatione:tamen hoc fieri non poteſt ad inſtantiam ceſſionarij,quia prius de ceſſione & eius viribus diſcuti oportet, citato debitore.*
10 *Mulier licèt habeat obligata,& hypothecata bona mariti pro dote,et præferatur habentibus anteriorem hypothecam: attamen ipſa mulier non poterit impedire creditores mariti petentes ſe mitti in tenutam bonorum mariti,niſi primò agat cōtra virum,& legitimet creditum ſuum,& petat dotem ſibi aſſignari aliqua iuſta cauſa.*
11 *Iudex ex officio ſuo poteſt petere,vt comparens in iudicio nomine alterius oſtendat mandatum,& legitimet perſonam.*
12 *Iudex ex officio,etiam parte non opponente,poteſt repellere teſtem non idoneum.*
13 *Prius eſt legitimanda perſona iudicis,quàm partium.*
14 *Exceptio ſuſpitionis iudicis debet ante omnia opponi.*
15 *Recuſatio iudicis debet præmitti ante alias exceptiones dilatorias.*
16 *Exceptio impediens litis ingreſſum,debet opponi in exordio litis.*
17 *Iudex ſi pronunciat ſe iudicem competentem, & à tali pronunciatio. non ſit appellatum,an legitimata ſit perſona ſua.*
18 *Sententia iudicis,in qua pronunciauit ſe iudicem competentem, non nocet parti, quin etiam non poſſit impugnare perſonam iudicis, quando talis pronunciatio fuit facta abſente parte.*
19 *Sententia lata per iudicem ſuper competentia ſui, non nocet vero iudici.*
20 *Qui opponit exceptiones dilatorias coram iudice,dicitur in iudicem conſentire,& per conſequens perſonam ſuam legitimare.*
21 *Opponens exceptiones dilatorias cum proteſtatione,quod non intendit in iudicem conſentire,niſi quatenus teneatur & expoſtulat ordo iuris,non præiudicat ſibi in iure recuſandi iudicem.*
22 *Per dationem fideiuſſoris de iudicio ſiſti,non videtur quis in iudicem conſentire.*
23 *Idem dicas in eo,qui ſatiſdat de parendo mandatis curiæ.*
24 *Fideiubens coram iudice,vt reuocet tenutam quam paſſus eſt ex primo decreto,non poteſt poſtea forum illius iudicis declinare.*
25 *Non perdit declinatorias iudicij,qui perdit declinatoriam iudicis.*
26 *Iudex delegatus ante præſentatum reſcriptum delegatorium, poteſt recuſari coram delegante.*
27 *Exceptio recuſationis iudicis concernens defectum naturæ, poteſt opponi poſt litem conteſtatam.*
28 *Per conſtitutionem procuratoris ad reſpondendum coram iudice,quis non videtur legitimare perſonam iudicis.*
29 *Exceptio reddens iudicium retro nullum,poteſt quandocunque opponi,nume.49.*
30 *Petens copiam libelli,non dicitur in iudicem conſentire.*
31 *Per mandatum legitimatur procurator.*
32 *Interpellans aliquem nomine alterius, debet perſonam ſuam legitimare.*
33 *Faciens citare aliquem ad iudicium, licèt ſit inhabilis, videtur eius perſonam approbare.*
34 *Clauſula,ſi tua putaueris intereſſe,an habilitet inhabilem citatum.*
35 *Criminoſus ſpecialiter vocatus ad iudicium ad inſtantiam electi,admittitur non obſtante crimine.*
36 *Approbans aliquem, non poteſt idem poſtea improbare.nu.37.38. 39.40.vbi plura notabilia.*
42 *Ignorantia probatur per iuramentum.*
43 *Exceptio inhabilitatis perſonæ ſemper poteſt opponi.*
44 *Cautela ad opponendum in iudicio contra filiumfamil.*
45 *Quilibet præſumitur viuere centum annis.*
46 *Allegans minorem ætatem,debet illam probare.*
47 *Exceptio,tu es filiusfamil.eſt dilatoria.num.49.*
48 *Iuris præſumptio,quando eſt pro allegante aliquid, ipſe allegans releuatur ab onere probandi.*
50 *Exceptio dilatoria nouiter orta poſt lit. conteſta. poteſt opponi poſt lit conteſta.*
51 *Exceptio executionis eſt dilatoria.*
52 *Quæ de nouo emergunt,nouo indigent auxilio.*
53 *Pater non poteſt exhæredare filium,qui commiſit cauſam ingratitudinis,ſi poſtea ingrediatur religionem.*
54 *Iudæi filius veniens ad fidem Chriſti,non poteſt exhæredari à patre, licet antea commiſerit cauſam ingratitudinis contra eum.*
55 *Propter cām ſuperuenientem,poteſt quis licitè recedere à iuramēto.*
56 *Per ſuperuenientiam liberorum,reuocatur donatio facta à patre eo tempore quo non habeat filios.*
57 *Qui calumnioſè differt tempore habili aliquid facere,vel producere, non auditur poſtea volens illud facere,vel producere.*
58 *Stante ſtatuto,quod reus non poſſit opponere aliquam exceptionem vel defenſionem contra inſtrumentum,vel eius executionem:ſi tamen actor qui petit executionem inſtrumenti non liquidi habuerit aliquam dilationem ad probandum,vel liquidandum aliquid circa ius ſuum: tunc durante tali dilatione poterit ſimiliter reus probare, & allegare contra ipſam liquidationem, non obſtante dicto ſtatuto.*
59 *Procuratori in abſentia conſtituto non acquiritur officium procurandi pro conſtituente quo ad exercitium, niſi ipſe procurator de hoc fuerit certificatus pnr literas domini conſtituentis eum, vel per nuntium ſpecialem ipſius domini,nec ſufficit hoc caſu ſi per quendam tertium fuerit de hoc certificatus.*
60 *In contractibus qui ſolo conſenſu perficiuntur quando fiunt inter abſentes,requiritur nuntius,vel epiſtola contrahentis.*
61 *Donatio ſi fiat abſenti non eſt perfecta,niſi donans mittat nuntium, vel epiſtolam donatario ad notificandum talem donationem: nec ſufficit,quod tertius hoc nuntiet donatario.*
62 *Denuntiatio quando eſt de ſubſtantia,debet ab illo fieri,qui habet poteſtatem denuntiandi,nu.65*
63 *Annullatio conſtituti Bononienſis,& annullatio practicæ Notariorum dictæ ciuitatis.*
64 *Regulariter quis non poteſt duplici officio fungi.*
66 *Minimè ſunt mutanda quæ interpretationem certam habuerunt.*

67 Con-

67 Conſuetudo municipij non tollit iura priuatarum perſonarum.
68 Malæ conſuetudines neque ex longo tempore, neque ex mala conſuetudine confirmantur.
69 Conſuetudo quando eſt contra ſubſtantiam actus, numquam validatur actus prætextu conſuetudinis quantumcunque ſit antiquiſſima.
70 Mala conſuetudo quantumcunque longeua & ab omnibus obſeruata, non tamen debet obſeruari.
71 Conſuetudo, quando contradicit iuri diuino, naturali, vel gentium, non dicitur conſuetudo, ſed quædam vſurpatio.
72 Ab obſeruantia non præſcripta, conſuetudines, ſeu diſpoſitiones recipiunt interpretationem.
73 Iudex quando eſt interlocutus, perſonas eſſe legitimas: tunc non poteſt aliquid obijci contra perſonas, niſi hæc facta ſint in abſentia partis: quia tunc poterit opponi non obſtante tali pronunciatione. nu.77.78.
74 Ad hoc vt contra procuratorem tuum non poſſit aliquid opponi, conſtituas eum procuratorem tuum coram iudice ſedente pro tribunali, præſente aduerſario tuo.
76 Licèt ex forma ſtatuti contumax habeatur pro confeſſo, tamen requiritur declaratoria iudicis.
79 Confirmatio ſuperioris non ſupplet defectum iuris naturalis.
80 Quando in re confirmabili eſt vitium non purgabile ab ipſo confirmante, ſuperioris confirmatio ſupplet omnem defectum.
82 Exceptio defectus iuriſdictionis oppoſita coram iudice contra ipſum iudicem, non reijcitur per proceſſum ad vlteriora, ſed requirit expreſſam pronunciationem.
83 Vbi iudex funditus caret iuriſdictione, nõ videtur validare iudicium per proceſſum ad vlteriora.
84 Exceptio, tu non habes mandatum, ſemper poteſt opponi quando iudex non pronunciauit mandatum procuratoris eſſe legitimum.
Intellectus l. licèt. C. de procur.
85 Solennitas mandati non præſumitur ex diuturnitate temporis.
86 Qui emit ab aliquo tanquam à procuratore alterius, præſumitur ſemper malæfidei, niſi appareat de mandato illius.
87 An per taciturnitatẽ partis, inducatur legitimatio perſonę inhabilis.
88 Si in cauſa criminali compareat procurator, & nõ fuit ei oppoſitum, an valeat iudicium.
89 Si ea quæ non poſſunt fieri per procuratorem fiant, an valeant ſi non opponantur.
90 Multa fieri non debent, quæ tamen facta tenent.
91 Probationes quæ debebant fieri intra certum tempus, ſi factæ ſunt poſt illud tempus & ſint admiſſæ parte non opponente, valent & tenent.
92 Religioſus ſi executus fuerit voluntatem teſtatoris non impetrata nec obtenta licentia, & hoc non fuerit oppoſitũ, valet & tenet id quod per eum actum eſt.
93 Clericus ſi fideiuſſit & non fuit ei oppoſitum, valet fideiuſſio.
94 Miles ſi interuenerit in iudicio tanquam procurator, & non fuerit ſibi oppoſitum, valet iudicium.
95 Captus pro ſuſpecto non poteſt opponere incompetentiam iudicis. quod limita. nu.97.
96 Delegatus ab inferiore à principe etiam poſt lit. conteſt. non poteſt realiter citare.
98 Contumax non poteſt allegare incompetentiam iudicis.
99 Iudex maleficiorum quandoque poteſt dare tutorem.
100 Caſus in quibus legitimatio perſonæ non requiritur: ſed quilibet admittitur. nu.101. cum pluribus ſequentibus.
126 Ad hoc vt occidens bannitum gaudeat beneficio ſtatuti permittentis bannitum poſſe impunè occidi: debet occidere bannitum ex veris probationibus delicti, non autem bannitum ex contumacia.
127 Inhabilis ſemper reputatur habilis, & admittitur vbi actus tendit ad bonum publicum.
128 Quando confiteor me debere aliquid Titio in præſentia alicuius recipientis dictam confeſſionem nomine & vice ipſius Titij: ſi ille non habet mandatum: & etiam non ſit tabellio, ſi tamen poſtea Titius ratum habet, ei prodeſt talis confeſſio.
129 In caſibus in quibus quilibet admittitur ſine mandato, non admittitur mulier, pupillus, vel alius qui veriſimiliter neſciret rem diligenter tractare.
130 Quælibet qualitas appoſita in lege, ſtatuto, reſcripto, contractu, libello, accuſatione, vel inquiſitione, debet probari vt legitimetur perſona, aliàs non valet quod agitur.
131 Si fit inquiſitio, vel accuſatio de crimine tanquam commiſſo tali tempore vel loco, & probetur de alio tempore vel loco: debet ſequi abſolutio, licèt ſit probatum crimen.
132 Si ſtatutum punit delictum commiſſum in ſtrata: & inquiſitio dicit delictum commiſſum in via, inquiſitus non poterit puniri.
133 Conducens equum ad vecturam, dicit equum conductum mortuum in itinere diuino iudicio, & probat equum quem equitabat in itinere mortuum eſſe diuino iudicio, per talem probationem non erit liberatus à ſolutione equi.
134 Si reus accuſatus eſt quod interfecit Titium: ſi probatur quòd hoc fecit per alium, accuſans ſuccumbet, & reus debet abſolui.
135 Si facta eſt accuſatio de vulnere cum cicatrice: & probatum ſit vulnus ſimpliciter, accuſator ſuccumbet.
136 Stante ſtatuto quòd certum quid probetur per teſtes bonæ opin. & famæ, erit neceſſe probare bonam opin. teſtium productorum, aliàs non fiat probatio.
137 Si ſtatutum punit abducentem mulierem honeſtam bonæ conditionis, vitæ, & famæ, quòd iſtæ qualitates erunt probandæ ad hoc vt abducens mulierem puniatur pœna ſtatuti.
138 Procurator alicuius forenſis producens inſtrumentum mandati factum in partibus remotis, an legitimet eius perſonam per tale inſtrumentum: & an ſit dare modum per quem tale inſtrumentum indubitanter probet. nu.141.
139 Inſtrumentũ præſumitur etiã tale quale apparet in prima ſui figura.
140 Inſtrumentum dicitur probatio probata, & veritas euidens non probanda.
142 Qui habet penes ſe acta cauſę vel iura partis, præſumitur conſtitutus procurator ab ea.
143 Vxor dans inſtrumenta marito, videtur ſibi concedere adminiſtrationem rerum ſuarum quæ continentur ſub illis inſtrumentis.
144 Literæ teſtimoniales an faciant plenam fidem. nu.150.151.
145 Caſus in quibus creditur vni teſti tantum.
146 Si producitur ſcriptura Hebræi coram iudice Chriſtiano qui neſcit legere talem literam: tunc ſtabitur dicto vnius Hebræi, qui ſciat legere illam literam.
147 Creditur ſacerdoti fide digno ſi dicit mortuum dediſſe ſibi licentiam de reuelanda confeſſione ſua.
148 Non teſtimonijs, ſed teſtibus eſt credendum.
149 Iudex an poſſit iudicare ſecundum dicta teſtium ſingularium.
152 Mandatum an probetur per literas credentiæ.
153 Ante omnia eſt legitimanda cauſa.

Si quis ne quæſtio. Et hoc intendit. Exce-
ptio præiudicialis ante
torturam diſcutienda eſt.h.d.Vel ſic. articulus emergens de-
bet prius diſcuti antequam deueniatur ad cauſam principa-
1 lem.h.d. Caſus,&c.† No.ex iſto tex.quòd prius eſt examinan
da exceptio oppoſita quàm ipſa cauſa principalis.de quo ta-
men artic. an & quando except. oppoſita ſit examinanda
prius quàm in cauſa principali vlterius procedatur, vide Bar.
in l.ait prætor.in princip. ſ.de mino.& in l.intra vtile.eo.titu.
poſt med.& Barto.in l. de qua re.ſ.de iudic.in princ. & in l.2.
in §.ſi publico.ſ.de adul.& per Innoc.in c. inter. de elect. per
Archid.in §.ſpatium.in fi.3.q.4.& per Hoſt. in ſumma, in tit.
de ord.cogni.in §.1.in 1.colum.verſic. ſed an de incidenti. &
per Cano.in c.ſuborta.de re iudic.
2 † Et teneas menti, quòd licèt iudex procedens ad vlterio
ra videatur tacitè pronuntiare excepta non obſtare, vt habe
tur in l.2.§. ſi dubitetur. ſ. de iud. quia proceſſus ad vlteriora
habet vim declarationis,vt ſingulariter voluit Ang. de Aret.
in tract.malefic.in verbo,qui iudex videns quòd inquiſiti nõ
comparent. in 5. char. in ver. quæritur tamen, &c. ſed licèt
hoc eſſet tutius. vbi dixit,ꝙ ſtante ſtatuto, quòd contumax,
habeatur pro confeſſo, ꝙ tamen quando reus eſt cõtumax,
requiritur delatoria iudicis ſuper hoc quòd ſit contumax,
ſecundùm Barto. in l. eius qui delatorem. infra de iure fiſci.
Doct.per illum tex.in c.cum ſecũdum.§.fi.de hære.lib.6.cum
ſimil.attamen ſi iudex poſt contumaciam ipſius rei de deli-
cto condemnet ipſum reum, & ſibi imponat pęnam à ſtatu
to limitatam,vr̃ tacitè declaraſſe ſuper ipſa contumacia,& ꝙ
ipſe habitus fuerit pro confeſſo.alleg.quæ habentur per Bar.
in l.ſtipulatio.in §.fin.ſ.de ope.no.nunc.& alia, de quibus ibi
per eum.& faciunt optimè dicta per Paul.de Caſt.in cõſi.27.
inci.viſa appellatione.in 3.col. & dixi aliquid in authen. agri-
cultores.circa fi.C.quæ res pig.ob.poſ.tamen ſecus puto eſſe
in caſu noſtro,& in ſimilibus,in quibus tractatur de præiudi
cio irreparabili,vt in hac lege, in qua tractatur de illatione
torturę,quę eſt irreparabilis,poſtq̃ fuit illata,& ſic ſimilibus.
& ideo in talibus caſibus credo,ꝙ ſit neceſſaria declaratio iu
3 dicis expreſſa, & non ſufficiat tranſitus ad vlteriora. † Et ad
hoc dicendum moueor,quia vbi tractatur de præiudicio ir-
reparabili,recedimus à regulis iuris cõis. quod patet. nã licet
quis nõ poſſit appellare à grauamine futuro in iudicialibus,
quia non grauatus nõ appellat ab interlocutoria,vt habetur
in c.ante ſententiam.& in c.non ita.2.q.6. [Vide Nellum in
trac.banni.in 4.par.1.tempo.in 5.q.poſt medium.] & voluit
Bar.in l.Titia.ſ.de accuſa.in 5.col. & Do.Ant.in c. ex parte.in
penult.col.ſ.eod.& habetur latè per Cano.in c.vt debitus.ex.
de appella. tamen iſtud fallit, vbi tractatur de præiudicio ir-
reparabili,vt puta ſi pronuncatur quis torquendus. nam li-
cet nondum ſi tortus, poterit appellare ne torqueatur. Ita
habetur in l.ſi quis prouocatione.C.de appel.& per Do.Car.
Alex.in d.c.vt debitus. in 19. col. de appel. vbi ad hoc etiam

alleg.not.per Barto.in l.2.infrà de appel.recip. pro quibus fa-
ciunt not.verba Bal.in d.l.ſi quis prouocatione,&c.quem vi
de. de quo præiudicio irreparabili vide dicta per Dominum
Fely.in c.cùm ſuper.in penult.col.de re iud.& in c. cùm inter
priorem. in 8.col.de except.& per Ang.de Aret.in tract.ma-
lefic.in ver. & dictus Titius ſe defendendo . in 1. char. in vlti.
ver.incip.dixi,&c.poſt princip.vbi ponit not.verbum . & per
eundem Do.Fel.omnino in c.ſignificauerũt. in vlti.col.poſt
medium.de except.& in d.c.cùm ſuper. in 4.col.ante mediũ.
4 † Vlterius no. ex hoc tex. quòd ante omnia legitimanda eſt
perſona.Ita optimè probat iſte tex. inquantum no. vult, ꝙ
poſſit procedi ad quæſtionem antequam cognitum ſit, an
talis qui petitur torqueri,ſit ſeruus vel liber. ad idem eſt tex.
qui ſemper ad hoc allegatur,in l.ſi quæramus. ſuprà de teſta.
& in l.quidam referunt. ſuprà de iure codi. & in l. ſi crimen.
C.qui accuſ.non poſ.& ibi Doct.& in l.liber.C.de peti. hære.
& in l,cum ij.§.in perſonarum.ſ.de tranſact.& in l.licèt.C. de
procura.& in l.non ignorat.C.de fruct.& lit.expen.& in c. in
primis.2.q.j.Et circa iſtud no.plura adduci poſſunt, quæ aliàs
pro maiori parte dixi & accumulaui legẽdo dictam l.ſi quæ-
ramus. ſed quia ibi minus ordinatè proceſſi , & etiam quia
hæc lex breuis eſt & modicam materiam & difficultatem ha
bet , & quia etiam materia iſta legitimationis perſonarum
vtilis & valde practicabilis eſt , tam in ciuilibus , quàm in cri-
minalibus , & tam in eccleſiaſticis cauſis , quàm in profanis,
ideo his omnibus attentis ſtatui materiam iſtam hic plenè
ponere,& eam ad legentium vtilitatem reducere quàm me
lius potero.idcirco attende , quia fortè non te pœnitebit le-
5 giſſe , quæ in hac materia adduxero . † Primò igitur dico , ꝙ
iſtud nota. ſcilicet , quòd ante omnia legitimanda eſt perſo-
na,poteſt ampliari aliquibus modis . & primò,quòd hoc nõ
habet locum ſolùm in iudicio plenario , ſed etiam habet lo-
cum in iudicio quãtumcunque ſummario , in quo ſumma-
rio iudicio ante omnia eſt legitimanda perſona . ita notãter
dixit Bal.in l.3.in 15.col.ver.8.ſtudeat.C.de edicto diui Adria.
tollen.ad quod alleg.l.Titia.ff.ſoluto matrim.& glo.in l.1 . in
§.ſed ea.ſ.de ven.in poſ.mitten.& alia,de quibus ibi per eum.
& idem Barto.in tract.ad reprimendum.in verbo, figura iu-
dicij.& Bal.in l.3.in §.idem.ſ.ad exhiben.& Do.Alex.in conſi.
6 ſuo 59.inci.viſo proceſſu,&c.in 2.col.† Pro quo facit,nam fi-
liusfamilias non poteſt ſtare in iudicio ſine conſenſu patris.
l.fi.in §.neceſſitatem.C.de bo.quæ libe.quod non tantum ha
bet locum in iudicijs plenarijs, ſed etiam in iudicijs ſumma-
rijs & executiuis, in quibus etiam requiritur talis conſenſus .
Ita dixit Bald.in l.ne quicquam.in §.de plano.verſic. ſed nun-
quid.ſ.de offi.proconſul.quod etiam patet ex notatis per gl.
in l.3.in §.ſed vtrum.in verbo,inuito patre.ſ. de mino. & vo-
luit Do.Alex. in conſi.59. incip. viſo proceſſu.in 2.colum.in
7 2.vol.quod no.† Poteſt etiam ampliari hoc notabile,ſeu re-
gula iſta;videlicet,quòd adeò eſt verum hoc,quòd ante om-
nia legitimanda eſt perſona,quòd licèt confeſſus non poſſit
obijcere de non ordine iudicij,vt voluit Innocen.quem om
nes ſequuntur ibi in c.qualiter & quando.el 2.de accuſa.& in
c.per inquiſitionem.de elect.& Abb.anti.in c.Piſanis.de reſt.
ſpol.& Bald.in l.edita.in 5.col.verſi.ſed pone,quòd reus.C.de
eden.& Bald.in l.1.circa finem.ſ.de iuriſdict.om.iudic. & ple
nè dixi in ſingulari meo 201.incip. in confeſſum. tamen po-
teſt obijcere de non legitimatione perſonæ in iudicio. Ita
not.dixit Bald.in l.fina.in 2.colum.verſicu.quæro,quomodo
iudex.C.de fideicommiſ.libert.quod dictum refert & ſequi-
tur Do.Fely.in c.qualiter & quando.in §.licet autem.de accu
8 ſa.in 2.col.verſi.& ideo dixit Bal.&c. † Poteſt etiam alio mo-
do ampliari dicta regula; videlicet, quòd adeò verum eſt, ꝙ
ante omnia legitimanda eſt perſona,quòd ſtante ſtatuto, ꝙ
contra ſententiam nulla poſſit opponi exceptio, tamen po-
terit opponi exceptio perſonarum non obſtante ſtatuto
prædicto , vt puta quòd ipſa ſententia fuerit lata contra pu-
pillum,prodigum,furioſum,& ſimiles: & etiam contra per-
ſonam iudicis.Ita multum notab. dixit Ioan. Andr. in addi.
Specul.in titu.de ſenten.& his,qui eam ſequuntur.in §.vt au-
tem,in princ.in addi.incip.facit l.j.ff.de confir.tut.pro quo fa
cit l.minor. ſ. de procur. Et hoc dictum pro not. refert & ſe-
quitur Petr.de Ancha.in conſi.166.incipien.viſis diligenter .
in fi.1.col. & idem etiam voluit Barto. in l. 1. in §. & parui. ſ.
quod vi,aut clam.& Salyc.in l.ita pudor.C.de adult. & Bal. in
addi.Spec.in titu.de procur.in 2.colum.in ver. aliud eſt oppo
nere.de quo dixi in l.2.in 3.colum.C.de execu.rei iudic.vbi vi
deas.& addas prædictis Dom.Felyn.in c.paſtoralis.in fi.3.col.
de except.vbi dicit,quòd prohibitus excipere , adhuc tamen
poteſt excipere de incompetentia iudicis.per glo.not. & or.
in Clemen.j.de cauſa poſ.& propric.& plures ſimiles gl.alleg.
de quo ego latè locutus ſum in ſingulari meo 10. incipien.

9 tu ſcis,quòd exceptio,&c.† Adde etiam pro ampliatione hu
ius regulæ,quòd ante omnia legitimanda eſt perſona, quòd
licèt ex forma ſtatuti vel inſtrumenti ad inſtantiam credito-
ris capi poſſit debitor nulla præcedente citatione, tamẽ hoc
nunquam fieri poteſt ad inſtãtiam ceſſionarij , quia prius de
ceſſione & eius viribus diſcuti oportet citato debitore. Ita
no.inquit Bald.in l.per diuerſas.in 10.q.C.mand.vbi alleg.no.
per Innoc.in c.quia V.de iudic. quod dictum refert & ſequi-
tur Dominus Alexan.in conſi.95.incipien. viſis proceſſibus.
in 4.colum.in 2 volum. & in conſilio ſuo 443. incipien. viſis
narratis,&c.in 2.colum.& Lud.Rom.in conſi. 142. incipien.
quòd ceſſionarius. circa fin. pro quo dicto faciunt dicta per
Bald.in l.j.in fi.verbis.C.de iur. & fac. ignoran. de quo dixi in
10 ſingulari meo 26.incip.licèt ex forma ſtatuti,&c.† Et in ſimi-
li etiam adduci poteſt, nam licèt mulier in inſtrumento do-
tali habeat expreſsè obligata & hypothecata bona mariti ꝓ
dote,& præferatur habentibus anteriorem hypotecham,iux
ta ea quæ habentur in l.aſſiduis.C.qui potio.in pigno.hab.&
in l.1.ſ.ſoluto matri. attamen ipſa mulier non poterit impe-
dire creditores mariti,petentes ſe mitti in tenutam bonorũ
mariti,niſi primò agat contra virum , & ſic legitimet perſo-
nam ſuam quò ad creditum ſuum , & petat ſibi dotem aſſi-
gnari aliqua iuſta de cauſa, puta quia maritus vergat ad ino-
piam , & ſuper hoc fuerit ſecuta ſententia declaratoria iudi-
cis.Ita ſingulariter dixit Bar.in conſi.ſuo incip.quæritur,vtrũ
per viam retentionis,&c.& Pau.de Caſt.referens eũ in conſ.
ſuo 216.inci.in cauſa,quæ vertitur,&c.in fine.de quo feci mẽ
tionem in authen.agricultores.C.quæ res pign. ob. non poſ.
& in l.1.in 12.col.C.de execu.rei iudic. dum dictos titulos le-
gi.[Adde hic,quòd hanc opinionem & illud conſi.Bar. ſecu
tus eſt etiam Pau.de Caſt.in l.2.in princ.in 1.cõlum.ff. ſoluto
matri.pro qua faciunt optimè dicta per Cyn.poſt glo ibi in l.
vbi adhuc.C.de iure do.in 11. q. & ibi Bald. vbi dicunt,quòd
licèt mulier in dote habeat plura priuilegia , tamen non po-
teſt agere hypothecaria cõtra tertios poſſeſſores , niſi primò
fecerit excuſſionem in bonis mariti. quam doct. videtur
approbare Bald.nouel.in tracta.de dotib.in 8.parte.in penul.
priuileg.licèt ipſe in eodem tract. de dotib. in 7. parte. in 24.
priuileg.conetur impugnare conſ.Bar.& malè,iudicio meo.
vide tamen omnino , quæ ego dixi in ſing. meo 274.incip. li
cèt regulariter.& vide omnino,quæ dixi in ſing.meo 405.in-
cip.ius ſibi dicere,&c.& Soci.in conſi.ſuo 111.incip.viſa, &c.
11 in 2.col.in 3.vol.] †Item & vltra prædicta dico,quòd adeò eſt
vera hæc regula,quòd ante omnia eſt legitimanda perſona ,
quòd etiam hoc poterit facere iudex ex officio , etiam parte
non petente,nam poterit ipſe iudex petere,vt comparens in
iudicio nomine alterius oſtendat mandatum , ne iudicium
poſtea reddatur nullum,ſeu deluſorium.ita dixit glo.not.in
c.1.in verbo,abſentia.de elect.in 6.& gloſ. iuncto tex. in l. ita
demum.in j.glo.C.de procura.quam glo. ad hoc alleg. Ang.
in l.inter quos.in §.quod ſi ei.ſuprà de damno infec. & illam
glo.in d.c.1.alleg.ad hoc,& eam ſequitur Abb.in c.dilecti. in
1. col. de iu. de quo tamen articulo remitto me ad dicta per
Barba.in c.cauſam,quæ.in 3. & 4. colum. de iudic.vbi latè lo-
quitur. & ad dicta per Dominum Alex. in conſilio ſuo 201.
incip.viſis dubitationibus.in penult.colum.& ad no.per Lu.
Roma.in conſi.ſuo 170.incipien.ſciebat Romanus,&c.& in
conſ.291.incipien.in re præſenti &c.Et pro iſtis faciunt dicta
per Do.Felyn.in c.nulli.circa me.de accuſa. vbi dixit , quòd ſi
accuſatus in odium ſui non poteſt repellere accuſatorem,ꝙ
hoc tamen poterit index ex officio ſuo.& allegat ibi gloſ. &
glo.in c.alicui.2.quæſtione 7.& in c.quærendum. 2. quæſt. 7.
12 † pro quibus etiam adducit no.dictum Innocen.in c. intima
uit.de teſtib.vbi dixi,quòd iudex ex officio , etiam parte non
opponente,poteſt repellere teſtem non idoneum.quod di-
ctum refert & ſequitur Ludo.Roma.in Rubr.de arbit.in 10.
colum.& Do.Anto.in c.bonæ.el primo. in 7.col. de poſtula.
præla.& in c.cùm dilectus.in 10.colum. de conſuetu.& mul-
ta alia not.dicta adducit Do.Felyn.in dicto c. nulli.de quibus
13 ibi per eum.† Scias etiam circa hanc materiam legitimatio-
nis perſonarum,quòd prius eſt legitimanda perſona iudicis,
quàm perſona partium , quia fruſtra legitimaretur perſona
partium,quando iudex eſſet incompetens , vel inhabilis , vel
ſuſpectus,vel quando iuriſdictio ſua aliquo medio,vel ex ali-
qua cauſa poſſet elidi,& ideo ante omnia legitimanda eſt ꝑ-
ſona iudicis.ita dixit Bald.in l.fina. C. de iudic. vbi in materia
iſta inter alia dicit , quòd licèt ſit de neceſſitate iudiciorum ,
quòd ante omnia legitimentur tres perſonæ,ſcilicet iudicis,
actoris , & rei , vel eorum procuratorum , quia in iſtis con-
ſiſtit figura iudicij , vt in l. quidam referunt . ſuprà de iure
codic l. & in l. non ignorat. C. qui accuſa. non poſ.attamen
iſtorum trium prius debet interuenire legitimatio perſonæ
iudicis,

ıudicis, quàm legitimatio perſonarum litigantium . & ideo
dicit,quòd rectus ordo iudicij eſt,quòd prius opponatur cō-
tra iudicem,quàm contra litigantes.ad quod alleg. Barto.in
l.quidam conſulebant.s̃.de re iudic. Et ſubdit etiam ipſe Bal.
14 in d.l.fin. quòd † idem eſt dicendum de exceptione ſuſpitio-
nis iudicis, quia talis exceptio ſuſpitionis iudicis debet ante
omnia opponi,quando ıudex eſt competens, ſed eſt ſuſpe-
ctus parti.& circa iſta idem firmat Bald. in l.2.verſic. extra gl.
quęro.s̃.ſi quis in ius voc.non ierit.idem etiam firmat Barto.
in l.non videtur.la 2.s̃.de iudic.& ibi dicit Bal.quòd inter ex-
ceptiones declinatorias,quę reſpiciunt iudicium,ordo eſt vt
primò proponatur,ſeu diſcutiatur,quod attinet ad iudicem.
Et dixit Angel.in l.ſed & ſi ſuſceperit. in j. colum. s̃. de iudic.
15 quòd † recuſatio iudicis debet præmitti ante alias dilatorias.
16 † Et dixit Bar.in l.eleganter.in §.ſi quis poſt.s̃. de condi.inde.
quòd exceptio impediens proceſſum ne inchoetur, debet
opponi in exordio litis.quæ omnia magis ordinatè ponit D.
Felyn.in c.ınter monaſterium . in 3. colum. de re iudica. vbi
etiam alia plura tangit circa hanc materiam.& ponit etiam,
an exceptio recuſationis poſſit opponi vſque ad lit. conteſt.
etiam ab eo, qui prius oppoſuit dilatorias? de quibus etiam
vltra adducta per Dominum Fely. vide per Dominum Ab-
batem in conſi.ſuo 94.incipien.in cauſa,ſeu quæſtione. in 2.
colum.& vide quæ dixi in dicta l.ſi quæramus.in 2.char. s̃.de
teſtamen.Item circa hanc materiam etiam ſcias,quòd perſo
na iudicis & partium legitimatur duobus modis.vno modo
expreſsè,alio modo tacitè. Expreſsè legitimatur perſona iu-
dicis,quando partes approbant ipſum iudicem, vel eius iu-
riſdictionem prorogant,vt habetur in l.j.s̃.de iudic.& in l. fi.
s̃.de iuriſdict.omnium iudicum.cum ſimilib.

17 † Legitimatur etiam perſona iudicis expreſsè,ſi ipſe iudex
interloquendo pronuntiat ſe iudicem competentem, & à
tali pronunciatione non appelletur intra tempus appellan-
di.Ita habetur per omnes in c.cùm olim.el 2. de offic. deleg.
& ibi Barba.in 8.colum. alleg.ad hoc illum tex.& c.j. de ordi.
cogni.& c.paſtoralis.& c.ſuper literis.de reſcript.& c.cùm ſu-
per.de officio deleg.quod etiam dicit procedere,dato quòd
ılle non ſit iudex,per c.ex parte.cum ibı nota.extrà de reſcri.
Et ideo ſecundùm eum, Lapus in c.j.de reſcript.ın 6.dat cau-
telam, quòd iudex impetratus ante omnia pronuntiet ſe iu-
dicem competentem; quo caſu ſi ab illa ſententia non ap-
pelletur, tranſit in rem iudicatam. vnde poſito quòd reſcri-
ptum impetratum fuiſſet ipſo iure nullum,vt quia fuiſſet im
petratum ab excommunıcato,vel à procuratore reuocato,
tamen poteſt cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio,& ſi pronun-
tiat ſe competentem & non appelletur,& tranſeat in rem iu
dicatam,poterit procedere ſuper principali, ſed ſi non face-
ret talem pronunciationem, iudicium eſſet ipſo iure nullū.
quod dicit ipſe Barb.eſſe ſingulare,ſecundùm Dominū Car-
dinalem ibi.pro quo ſecundùm eum,faciunt quæ voluit Do
minus Anto.in c.ſuper literis.de reſcrip.& glo.in c.j.& in c.di
ſpendia.de officio delega.in 6.ita reſidet ipſe Barba. in dicto
c.cùm olim.el 2.de offic.delega.in 8.col.Et idem dixit Ange.
in l.j.in princ.C.ſi à non competen.iudi. & Dominus Phili.
de Peruſio in c.ſi duobus.in 15.colum. de appellat.& Pet. de
Anchara.in conſilio ſuo 192. incipien. in auxilium veritatis.
18 in fi.j.colum. vbi videas. † Tu autem addas, quòd hæc dicta
Barba.& aliorum ſupra allegatorum ſunt vera, niſi talis pro-
nunciatio iudicis eſſet facta in abſentia partis, quia tunc ei
non noceret,& ea non obſtante poſſet adhuc pars impugna
re perſonam iudicis. ita dixit Bald. & Ange. per illum text.
in l. non idcirco. §. cum poſtea. s̃. de iudic. pro quo videtur
text.in l.cum non iuſto.s̃.de collu. detegenda. & faciunt no-
tata per Ioan.Andr.poſt Innocen.in c.ſuper literis. de reſcri.
& in c.j.de procura.in 6.& nota.per Cyn.Barto.Bald.& Ang.
in l.licèt.C.de procura.& per Bald.in l.falſus.in penul. colum.
C.de furt.& per Dom.Alexand.qui prædictos refert in conſi.
ſuo 80.incipien.examinato proceſſu. in 2. colum. in 2. volu.
quod eſt ſingulariter notandum ad limitationem prædicto-
rum.de quibus etiam per Dom.Fely.in c.paſtoralis.in 5. col.
19 de except.† Non omitto vnum circa hanc materiam; vide-
licet,quòd ſententia lata per iudicem ſuper competētia ſui,
non nocet vero iudici.ita not.Barto.in l.præſcriptione.in vl.
colum.verſi.an autem iſta pronunciatio, &c.C.ſi contra ius,
20 vel vtilitatem publicam.† Tacitè autem multis modis legiti-
matur perſona iudicis. Nam ille, qui conteſtatur litem, vel
qui opponit exceptiones dilatorias coram iudice, dicitur in
iudicem conſentire,& per conſequens perſonam ſuam legi
timare.Ita dixit Barto.in l.ſi conuenerit.s̃.de iuriſd.omnium
iudic.ad hoc allegat Innocen.in c. inter monaſterium. de re
iudic.& idem tenet Bal. in dicta l.ſi conuenerit.dicens,quòd
per quemcunque actum quis conſentiat in iudicem,videtur
renuntiare priuilegio declinatorio fori,& alleg. Innocen.in
dicto c.inter monaſterium.& Bart.in l.quidam conſulebant.
de re iudicata.idem etiam firmat Doctorum magiſt.& præ-
ceptor meus Dominus Felynus in c. inter monaſterium. in
2.colum.de re iudic.Attamen iſtud de opponente exceptio-
nes dilatorias ipſe ibi limitat & reſtringit pluribus modis. Et
primò,quando inſimul proponuntur exceptiones dilatorię,
& recuſatio iudicis, nam tali caſu talis opponens exceptio-
nes dilatorias non videtur approbare tacitè perſonam iudi-
cis,etiam ſi vltimo loco opponatur, ſeu ſcribatur recuſatio
iudicis in ſchedula exceptionum.Ita dixit Baldus in dicto ca.
inter monaſterium.quod etiam firmat Angel. in l. ſed & ſi
ſuſceperit. in 1. colum.ſuprà de iudic. pro quo faciunt dicta
per eundem Ange.in Authen.de exhibend.reis.in §.j.in j.co-
lum.verſicu.per hoc dicebam,&c.vbi inquit,quòd licèt recu
ſatio iudicis debeat eſſe prima, tamen ſi ſcribitur in fine alia-
rum exceptionum, ſubintelligitur in animo eſſe prima. &
alia plura adducit ipſe Dominus Felynus in dicto cap. inter
monaſterium. in 4. colum. quæ hic tranſcribere nō expedit.
Secundò limitat dicens, quòd quando exceptiones dilato-
riæ præcedentes recuſationem ſunt declinatorię concernen
tes iuriſdictionem iudicis, vt incompetentia & ſimiles non
impediunt recuſationem poſtea proponendam, ſecundùm
Ioannem Andræam,Dom.An.& Abb.in dicto ca.inter mo
naſterium.vide latè ibi per ipſum Dominum Felynum.Ter-
tiò limitat dicens, quòd diſputans ſuper exceptionibus dila-
torijs prouocatus ab aduerſario eas opponere,non præiudi
cat ſibi in iure recuſandi iudicem.ita dixit Abb.in dicto cap.
inter monaſterium.in ſexta oppoſitione. quod intellige, vt
ibi per Dominum Felynum notabiliter loquentem.

21 † Quartò limitat, quòd opponens exceptiones dilatorias
cum proteſtatione, quòd non intendit in iudicem conſenti
re,niſi quatenus teneatur & expoſtulat ordo iuris, non præ-
iudicat ſibi in iure recuſandi iudicem.ita dixit Bal.poſt alios,
in dicto capitu.ınter monaſterium.allegat rationem dicens,
quòd ratio huius eſt,quia expreſſa proteſtatio tollit tacitum
conſenſum. quod etiam tenet Bald. ſecundùm eum, in di-
cta l.fina.C.de iudic.& Specula.in titu. de aduoca. in §. ſequi-
tur verſicu. item ſecundùm Vbertum, &c. & idem tenuit
Bald.in l.non videtur.la 2.ſuprà de iudic. Et ſubdit Dominus
Felyn. vbi ſuprà, quòd oportet quòd in tali proteſtatione
neceſſariò addantur illa verba;videlicet, niſi quatenus tenea-
tur. alias eſſet fatuus taliter proteſtans, ſecundùm Innocen.
in cap.Cumana. de electio. in verſicu. fina. quem ſequuntur
plures Doctor. quos dicit ordinaſſe ipſe Dominus Felynus
in cap.cum M.Ferrarienſis.in 41.columna. verſiculo, quinta
concluſio, &c. de conſti. Attamen Paulus de Caſtro in d. l.
non videtur, tenet quòd ſi non eſſet autoritas Innocen. va-
leret dicta proteſtatio ſine illa additione, quia mens prote-
ſtantis re vera eſt ita demum declinare iuriſdictionem, ſi il-
le non eſt iudex, aliàs non.

22 † Scias tamen & teneas menti in hac materia,quòd quàm
plures ſunt actus à parte facti ante iudicem, per quos non le
gitimatur,nec approbatur tacitè perſona iudicis. Et primus
eſt per dationem fideiuſſoris de iudicio ſiſti, per quam quis
non videtur in iudicem conſentire,ſecundùm Barto. in l. ſi
conuenerit.ſupra de iuriſdict.omn. iudıc. quia in tali fideiuſ-
ſione ſubintelligitur, niſi ex iuſta cauſa iudex recuſetur. Ita
etiam probatur in authen. offeratur. C. de lit.conte.vbi poſt
ſatiſdationem datur tempus ad deliberandum. & idem te-
net Ang.in d.l.ſed & ſi ſuſceperit.vbi dicit, quòd actus factus
ex neceſſitate,vt eſt datio fideiuſſoris,vel datio ſportularum,
non infert conſenſum in iudicem. quod etiam voluit Bal.
in l.Gallus.§.j.ſupra de liber. & poſthu. quem refert & ſequi-
tur Dom.Paris de Puteo in ſuo tracta.ſyndi. in 94. charta. in
princip.& voluit etiam Bald.in d.authentica,offeratur. & in
cap.j.in 1.columna extrà de iudic.& in l.1.in princip. in 3.co-
lumna, ſupra ſi quis in ius voca.non ierit.& in l.2.C.de bonis
23 autoritate iudi. poſ. † vbi idem dicit in eo, qui ſatiſdat de
parendo mandatis iudicis,quia per hoc non renuntiat priui
legio fori, cùm ſubintelligatur conditio, ſi de iure tenetur.
Sed Innocen.in dicto cap.inter monaſterium.intelligit hoc,
quando quis ſatiſdat iuſſus à iudice, quaſi ſecus ſit ſi ſponte.
& ita firmat Ioannes de Imo.in d.l.quidam conſulebant. re-
ſtringens prædicta, dummodò iſte ſciret ſe non teneri liti-
gare ibi, quia non videtur cadere alia coniectura, niſi quòd
conſenſerit. l. ſi cum aurum. ſupra de ſolu. ſecus ſi erraſſet
in iure, putans ſe teneri, qui error in dubio non præſumi-
tur, niſi in perſonis, quas iuris ignorantia excuſat. & ſequi-
tur ibi hoc Alexan. in vlti. colum. quæ omnia refert Domi-
nus Felynus in dicto capitu. inter monaſterium. in ſexta
columna. ſubdens, quòd cùm quidam ruſticus non ſuppo-

ſitus Capitaneo Piſano præſtitiſſet ſatiſdationem de paren-
do mandato ipſius,reſpondit ipſe Dominns Felyn. in facto,
quòd adhuc poterat allegare incompetentiam iudicis, quã-
uis ſponte ſatiſdediſſet,quia putabat ſe ſubditum, & excuſa-
batur ignorantia iuris.l.fina.ſuprà de iur.& fac. igno. & dicit,
24 quòd ita fuit obtentum.† Vnum tamẽ nota.dignum teneas
menti,quòd licèt per ſatiſdationem factam coram iudice qs
non videatur in iudicem conſentire, adeò quòd non poſſit
poſtea opponere declinatoriam, vt dixi; attamen hoc fallit
in illo,qui ſatiſdat coram iudice,vt reuocet tenutam, quam
paſſus eſt ex primo decreto,iuxta c.quoniam frequenter.ex-
trà vt lite non conteſta.nam talis in odium ſuæ contumaciæ
facta tali ſatiſdatione, non poterit vlterius forum iudicis de-
clinare.Ita ſingulariter dixit Ang.in l. eum, qui in poſſeſſio-
nem.ſ̃.de priuile.credi.per tex.in l.de die.ſ̃.qui ſatiſ.cog. & in
l.ſi fini ta.in §.item videamus.cum glo. ſ̃. de damno infecto.
vbi idem tenet Ange.& Ioannes de Imola.quos refert & ſe-
quitur Dominus Felyn.in c.inter monaſterium.in 6.colum.
de re iudi.attamen vide Moder.maximè Dom.Albertum de
Cataneis, in d.l. ſi cum venerit. in penult. colum. & ibi ad-
didi.[Et quæ dixi in ſing.meo 227.incipien.per dationem.]
25 † Item ſcias etiam, quòd poſito, quòd per tacitum conſen-
ſum quis perdat declinatoriam iudicis, non tamen perdit
alias declinatorias iudicij.Ita dixit Bald.in c.exceptionem. in
vlti.colum.extrà de except.niſi procedat ad actum, qui non
compatitur ſe cum aliqua declinatoria.& hoc per text. ſing.
in l.ſed & ſi ſuſceperit.per quem tex.dicit ibi Barto.quòd qui
conſentit in iudicem prorogando eius iuriſdictionem, non
per ſimplicem prorogationem, ſed faciendo alium actum
coram eo,non poteſt etiam ante litem conteſta. pœnitere.
quod eſt nota.dignum, ſecundum Bald. ad quod vide Alex.
26 in d.l.ſi cum venerit.† Scias etiam, quòd iudex delegatus an-
te præſentatum delegatorium poteſt ipſe delegatus recuſa-
ri coram Papa, vel alio dante talem delegatum, ſecundùm
Domini.in c.iudex.in vlt.colum.extrà de offic.deleg. in 6. al-
27 leg.Fede.de Senis in conſi.ſuo 12.† Aliud etiam ſcias, quòd
ſi exceptio recuſationis iudicis concernit defectum naturæ;
vt puta,quia iudex eſt mutus,furioſus,infans,& ſimilis, quòd
talis exceptio poteſt opponi etiam poſt litem conteſt.Ita di-
xit Archi.Io.de Fantu.& Domini.de ſancto Gemi. in ſum.3.
q.7.& Barto.in l.quidam conſulebant.ſ̃.de re iudi.& Ang. in
l.cum prætor.ſuprà de iudi.& Lud.Rom.in rub.de arbi. in 7.
28 colum.& Innoc.in c.ſciſcitatus.de reſcri.† Item teneas etiam
menti,quòd per conſtitutionem procuratoris ad reſpondẽ-
dum coram iudice,vel ad diſputãdum ſuper exceptionibus,
quis non videtur legitimare perſonam iudicis,& in iudicem
conſentire.Ita dixit Dom.An.in c.1.in 15.colum.verſic.nota
primò,&c.de iudi.per tex.in c.fin. de dilatio.Ioan.de Imo.ta-
men tenet contrarium in d.c.1.de iudi.& reſpondet ad text.
in d.c.fi.de dila.de quo per Dom.Feli.in d.ca.inter monaſte-
rium.in 6.colum.verſic.nona declaratio,&c.vbi videtur tene
29 re opin.Ioan. de Imo. † Teneas etiam menti,quòd licèt per
litis conteſt.quis videatur in iudicem conſentire,vt ſuprà di-
xi; tamen, quando iudex inquirit in caſu prohibito, poteſt
hæc exceptio opponi contra proceſſum,etiam poſt litẽ con
teſtatam, quia iſta exceptio reddit iudicium retro nullum.
Ita voluit Iaco.Bu.& Bald.in l.licèt.C.de procur.& idem etiã
no.ipſe Bald.in l.2.ſupra ſi quis in ius voc.non ierit.dicens, ꝙ
exceptio,quæ infert iuriſdictionem funditus nullam,poteſt
quandocunque opponi, quia cum litis conteſtatio non va-
luerit,dicitur ſemper eſſe in principio iudicij.quod multum
not.Dom.Alex.in l.1.in §.ſublata.in 2. colum. ſuprà ad Treb.
ad quæ etiam vide Bald.in l.fina.C. de exceptio. & in l.1. in 3.
colum.verſicu.vlti.not.C. ſi à non comp. iudi. & facit etiam
ad hoc regula,non præſtat.de reg.iur.in 6.cum ſi.
30 † Vltimò teneas etiam menti, quòd petens copiam libelli
producti ab aduerſario,non conſentit in iudicẽ. l. non vide-
tur.la 2.ſuprà de iudi.quia ſecundùm Barto.ibi, ex hoc non
concluditur, quòd iudex aliquid faciat, ſed vult deliberare.
ita etiam tenet Dom.Fel.in d.c.inter monaſterium. vbi in 5,
& 6. colum. ponit omnia proximè adducta, & ſatis meliori
ordine,vt videri poteſt. Et aduertas,nam licèt proceſſus ad vl
teriora habeat vim interlocutoriæ, vt videatur repellere ex-
ceptionem oppoſitam,vt habetur in c.ſuborta.de re iudi. &
voluit gl.2.in princ.in cle.fin.de appel.Iſtud tamen fallit, niſi
oppoſita ſit exceptio defectus iuriſdictionis corã iudice cõ-
tra ipſum iudicem,nam talis exceptio non reijcitur per pro-
ceſſum ad vlteriora,ſed requiritur pronunciatio expreſſa.Ita
dixit gl.in verſi.proceſſus. in fi.in c.diſpendia.de reſcr. in 6. &
in c.2.in verbo,quorum.eo.ti. quas gl. referunt & ſequuntur
Scrib.in plurib.locis,quos refert Dom. Feli.in d.c.ſuborta.in
5.col.vbi latè loquitur circa hãc materiam,quem vide oĩno,
[Vide Soc.in conſi.ſuo 99.inci.ſereniſſimus,&c.in pe.col. in
31 3.vol.& Decium in conſi.276.incip.in cã. in 3. col.] † Modò
iſtis viſis circa perſonam iudicis, videndum eſt aliquid circa
perſonam partium litigantium. Et ideo ſcias,quòd etiã per-
ſona litigantium legitimatur expreſsè & tacitè,expreſsè legi-
timatur per mandatum ſolenne factũ procuratori,& ſic ta-
lis procurator habet perſonam expreſsè legitimam,vt habet̃
in toto ti.ſ̃.de procu.& ſ̃.man.& C.de procur. & extrà eo.cũ
hoc tamen, ꝙ de ipſo mandato fiat fides parti,ſi cauſa requi
ſierit.ar.l.ſi quis inficiatus,& ibi voluit Bar.ſ̃.depoſi. & voluit
32 Bar.in l.j.in fi.ſ̃.de eo,per quem fa.erit.† Et faciunt dicta per
glo.& ibi per Bar.in l.qui in alterius.infra de reg.iur.& ꝑ Bar.
in l.ſi ex legati cauſa,in fi.ſ̃.de verbo. obliga. vbi dixit,quòd ſi
fiat interpellatio minori ex obligatione patris vel alterius &
non ex ſua,vel ſi interpelletur tutor, debet reddi certus per
oſtenſionem inſtrumentorum, vel alio modo, alias talis in-
terpellatio non noceret,alleg.dicta l.ſi quis inficiatus.& l.no-
men.C.quæ res pig.obli.poſ.& Cle.cauſam.de elect.pro qui-
bus etiam faciunt dicta per Barto. in l. j. in 11.q.ſ̃.de ope.no.
nuncia.& per Bal.in quæſtione ſua,incip. accuſatus de vi tur-
batiua.in 5.char.& in c.ex parte decani.de reſcrip.& in conſi.
ſuo 327.inci.Titius.in 3.volum. Vel etiam expreſsè legitima-
tur perſona litigans per fideiuſſionem de iudicato ſoluẽdo,
ſi loquimur in defenſore rei, vel per fideiuſſionem de rato,
ſi loquimur in actore,vt habetur in l.1.C.de ſatiſdando. & in
l.2.C de conſorti.eiuſ lit.& in §.penult.Inſtit.de ſatiſdat. cum
33 ſimi.† Tacitè autem etiam legitimatur perſona litigantium,
maximè perſona rei,vno modo videlicet, quando actor fa-
cit ipſum reum aliàs inhabilem citari in iudicio,nã tunc pro-
uocando eum ad iudicium, videtur eius perſonam approba
re & legitimare, adeò quòd non poterit poſtea eius per-
ſonam impugnare.Ita dixit Ioan.de Ana in ca. intelleximus.
in 7.col.ver.nec obſtat, ſi dicatur.extrà de adult.& idẽ firmat
Lud.Ro.in repe.Rub.ſ̃.de arbi.in 9.char.in fi.3.col.in verſi.an
ſicut. [Vide Dom.Phili. Decium in conſi.146.in 4.& 5.col.]
34 † Niſi, ſecundùm eum ibi, in citatione ſit appoſita clauſula,
compareas ſi tua putaueris intereſſe,quia per talem clauſulã
inhabilis citatus,nõ videtur habilitatus. allegat ad hoc doctri
nam Bal.in l.libertus à patrono.ſ̃.de in ius voc.quod etiã vo-
luit Bal.in l.fi.C.de edic.diui.Adria.tollen. in 14. colum. & in
l.ſi ſuſpecta.ſ̃.de inoffi.teſtamento.& voluit Ludo.Roma.in
l.de pupillo.in prin.ſ̃.de oper.noui nuncia.& Cępo.in caute-
la ſua 205.inci.ſi facis.quod etiam voluit Pau.de Caſt.& Ro.
in l.1.in 6.colum.ſ̃.de arbit.& Do.Fely.in c.ſuper his.in 8.col.
35 extrà de accuſa.† Et facit dictum Domini.in c. vt circa. §. j.in
5.col.de elect.in 6.vbi dixit, quòd criminoſus ſpecialiter vo-
catus ad iudicium ad inſtantiam electi admittitur, non ob-
ſtante crimine.allegat ad hoc glo.in c.exhibita.in verſicu.ex-
communicationem.de iudic.pro quo etiam faciunt not.di-
cta per Do.Felyn.in c.cùm inter priorem.in 8.colum.ante fi.
de except.vbi videas.& facit etiam pro prædictis, quod dixit
Dom.Alexan.in conſi.ſuo 242.incipien.viſo proceſſu.&c.cir
ca finem.vbi dixit,quòd ille,qui contrahit vel compromittit
cum aliquo,videtur eum approbare pro idoneo.& allegat l.
qui cum alio.infrà de regu.iur.& in l.3.ſ̃. de fideiuſ. & l. inter
36 cauſas.in §.abeſſe.ſuprà manda.† Et facit,quod voluit Bald.in
l.ſi quis teſtibus.C.de teſtib.vbi dixit,quòd ſi produxi inſtru-
mentum manu cuiuſdam Notarij aliàs inhabilis, videor ap-
probare, adeò quòd ſi poſtea contra me producatur aliud
inſtrumentum manu eiuſdem Notarij, non potero illum
Notarium vt inhabilem repellere, ex quo videor eum ap-
probaſſe. [Vide Alexan.in conſilio 133.incipien. ſtantibus.
in 5.colum.circa finem.in 7.colum.]
37 † Et facit dictum Bal. quem ibi ſequitur Ioan. de Imo. in
l.qui teſtamento.ff.de teſtamen.vbi dixit, quòd ſi approbaui
perſonam legatarij in fauorem teſtamenti, in quo ſum hæ-
res inſtitutus,non poſſum poſtea eum repellere, ſi voluerit
deponere pro ſuo legato. Ad quod etiam facit dictum Bal.
in l.data opera.in 15.colum,C. qui accuſa. non poſ. vbi dixit,
38 † quòd ſi feci citare aliquem in teſtem in iudicio,non pote-
ro amplius eius perſonam reprobare. quod etiam voluit
Bald.& Imo.in l.ad teſtium.§.conditionem.ſuprà de teſtam.
Et illud,quod dixit Ioan de Ana,in dicto ca. intelleximus.de
adult, voluit Bald.in l. 2. in 15, colum. C. de edicto diui Adr.
tollen.vbi dixit,quòd ille,qui facit citare aliquem aduerſariũ
ſuum ad iudicium, videtur eius perſonam approbare, adeò
ꝙ non poteſt poſtea illum reprobare.& idem dixit Bart.in l.
cum mulier.in 2.col.ſ̃.ſolu.matri.& Bart.in l. de pupillo,in §.
ſeruo,ſ̃.de oper.noui nuncia.& Bal.in l.2.in fine.ſ̃. de pact. &
Bald.in l.1.§.Offilius. ſ̃.ne quis eum, qui in ius voc. & in l. ob
maritorum,C.ne vx. pro mari. & in l.quinquaginta.ſuprà de
excuſa. tuto. Bald. & Ange. in l. ſi ſuſpecta. ſuprà de inoffic.

teſtamen.

teſtamen.& in c.cùm inter.in 3.colum.de electio.& Bal.in c.
teſtimonium.in fi.de teſtib.Bald.in c.in nomine Domini. &
in c.de teſtibus.extrà de teſti.Ange.l.filiusfam.§. ad defenden
dum.ſ.de procura.& Ioann. de Anania,in dicto cap. intelle-
ximus.in 11.col.de adulte.& Innocen.in c.cùm inter.de exce
ptio.quem ibi ſequitur Dom.An.& Doct.in l.1.in §.cùm di-
citur.& in §.hæc ſtipulatio.ſ.ſi cui pluſquàm per legem Falc.
& Dominus Anto. in cap. exhibita. in antepenult.colum.de
iudi.Dom.Bartho.Cępo.in cautela 205.incip.ſi facis.vbi ſing.
40 loquitur. Et facit † etiam, nam creditor recipiens fideiuſſo-
rem minus idoneum,videtur eum approbare, & ſibi præiu-
dicat,adeò quòd non poteſt petere vlterius ſibi caueri,vt ha
betur in l.3.in fi. ſuprà de fideiuſ. & not.in l.inter cauſas. in §.
abeſſe.ſuprà man.& eſt tex.in l.ſi is,à quo.§. fina. ſ. vt in poſ.
leg.& voluit Dom.Alexan.in conſi.ſuo 60. incip. conſidera-
tis.in 1.colum.in 5.vol.& faciunt dicta per me in repet.rubri.
ſ.de fideiuſ.in 2.q.vbi quaſi omnia ſupradicta poſui.& faciũt
etiam dicta per Dom.Alexan.in conſi.ſuo 242.incipien. viſo
proceſſu,&c.in 2.colum.Et de hoc articulo,an quis poſſit ve
nire contra illud, quod ſemel approbauit, vide vltra omnes
Do.Feli.in c.capitulum ſanctę Crucis.in 13.colum. cum plu-
41 ribus colum.ibi ſeq.de reſcrip.† Iſtud tamen quod dixi,quòd
faciens citare ad iudicium perſonam inhabilem,videtur eius
perſonam approbare,ideò quòd illam non poteſt poſtea im
pugnare;limita, niſi faciens citare ignoraret defectum, pro-
pter quem citatus poſſet repelli, quia tũc etiam poterit per-
ſonam ſuam impugnare,non obſtante tali citatione,Ita no.
dixit Dom.Felin.in cap.ſuper his.in 8.col. de accuſa. ad quod
alleg.c.nulli. de electio.in ſexto. & in c. Paſtoralis. de except.
42 † Et ſubdit,quòd probatur ignorantia ſua hoc caſu per iura-
mentum ſuum,per gloſ.in c.propoſuiſti.8. diſtinct. pro quo
latè dixi in conſilio meo 51.incipien.ſuper articulo.in 5.char
ta. poſt princip. Limita etiam prædicta multum ſubtiliter &
egregiè,vt per Dom.Philip.de Peruſio,in c.ex parte.in 2.col.
verſi.infertur. extrà de app. ad quem in totum me remitto,
ne lõgior hic ſim.Scias modò vlterius, quòd regula huius le-
gis ſcilicet,quòd ante omnia ſit legitimãda perſona,eſt mul-
43 tum vtilis.† Nam exceptio inhabilitatis perſonæ poteſt ſem-
per opponi, ſecundùm Bald. in l. tutor.§ 1.ſ.de iureiuran.&
Dom.Anto.in c.noſtra.de procu. & Ludo. Roma. in conſi.
288.incipien.in caſu propoſitæ conſultationis.in fi.& de hoc
eſt tex.in c.in noſtra.vbi per Docto. de procu. & in l. licèt. C.
de procu. ad quod etiam faciunt ſingularia verba Do. Alex.
in conſi.ſuo 417.incipien.circa id,&c. quaſi per totum conſi
lium. Quod verbum intellige tam de perſona litigantium,
quàm de perſona iudicis,imò etiam hoc videtur magis pro-
cedere in perſona iudicis,quia etiam poſt tres ſententias cõ-
formes nedum ante ſententiam poteſt opponi contra iudi-
cem exceptio proueniens ex defectu iuriſdictionis, vt eſt gl.
ſing.in cle.j.de ſequeſt.poſſeſ.& fruc. de qua latiſſimè loquu-
44 tus ſum in ſingu.meo 10.incipien.tu ſcis, &c. † Conſtat etiã
de vtilitate huius regulæ aliter, nam quandoque per non le-
gitimationem perſonæ fouens iuſtam cauſam, etiam quò
ad merita ipſius cauſæ ſuccumbit. Quòd poteſt oſtendi. Tu
ſcis, quòd filiusfami. non poteſt eſſe in iudicio ſine conſen-
ſu patris.l.fin.§.neceſſitatem.C. de bonis, quæ liber. [De hac
quæſtione vide Gandi.in tracta.maleficio.ſub rubri.de filiuſ-
fami.in j.colum.verſic.ſed quid erit,&c.] Modò pone,quòd
ego litigo cum aliquo,& timeo quòd ſententia veniat con-
tra me & in eius fauorem. Ideo antequàm feratur ipſa ſen-
tentia dico ego, Domine iudex iſte proceſſus eſt nullus, eo
quia iſte aduerſarius meus eſt filiusfami. & non poteſt ſtare
in iudicio ſine conſenſu patris,vt in dicto §.neceſſitatem. ſed
ipſe ſtetit in iudicio ſine conſenſu patris, ergo proceſſus eſt
nullus,& per conſequens peto vt pronuntietis iſtum proceſ
ſum eſſe nullum,aliàs aliter pronuntiando,ſententia per vos
ferenda erit nulla.

Nec obſtat, ſi pars aduerſa replicaret & diceret, imò ego
non ſum filiusfami.quia pater meus iam pluribus annis mor
tuus eſt.Ego autem dico;amice,iſtud non eſt verum,& circa
45 hoc præſumptio eſt pro me quòd pater tuus ſit viuus,† quia
quilibet præſumitur viuere centum annis. l.fi.C.de ſacroſan.
eccle.Aduerſarius autẽ his auditis dicit,ego probabo, quòd
eſt mortuus,tunc reſpondeo & dico,tu non potes hoc pro-
bare amplius,quia ſumus extra tempus probatorium, quod
iam elapſum eſt, & ſumus in deciſorijs. hoc caſu pars aduer-
ſa ſuccumberet, etiam ſi haberet ſeu foueret iuſtam cauſam
circa merita ipſius cauſæ. Ita multum ſingu. dixit Ange. in l.
ſed & ſi de ſua.per gloſ.ibi,ſuprà de acqui.hæredi.& idem te-
net Dom.Bartho.Cępol.in caute.ſua 119.incipien.quis in du
bio præſumitur eſſe filiusfam.Sed Pau.de Caſt.Ioan.de Imo.
Rapha. & Ludo. Roma. in dicta l. ſed & ſi de ſua, reprobant
hoc dictum Ange.dicendo,quòd licèt quis pręſumatur viuę
re centum annis, tamen non ſequitur quòd talis filius ſit fi-
liusfamil. ratio, quia poteſt eſſe emancipatus, vel poteſt eſſe
filius naturalis, qui non eſt in patria poteſtate, vt habetur in
l.filium diffinimus.ſuprà de his,qui ſunt ſui,vel alie. iuris.
46 † Præterea dicunt,allegans minorem ætatem debet illam
probare.l.ſi minorem.C.de in integr.reſtitu.mi.& not. Bart.
in l.de ætate.ff.de mino.Ita eodem modo allegans quem eſ-
ſe filiumfam.pro fundamento ſuo illud probare tenetur,nõ
aduerſarius.Item etiam dicunt contra Ange.quòd ex quo li
tigauit cum eo tanquàm cum patrefami. pro eo præſumi-
tur,argumento eorum,quæ not.in l.inter quos.in §. 1. ſuprà
de dam.infec.& in l. Pomponius. in §. rati. ſuprà de procur.
47 † Præterea dicit etiam Pau.de Caſt. quòd talis exceptio,tu es
filiusfami.eſt dilatoria,ergo debebat opponi ante litem con
teſta.l.ita demum.C.de procura. & per iſtas rationes Docto.
prædicti reprobant doctri. Ange. Sed Domi. Bartho.Cępol.
in dicta ſua caute. 119. ſequitur doctri. Angel. & dicit quòd
ad contraria adducta per Doctores poteſt reſponderi,& pri-
mò ad illud, quòd filius poteſt eſſe emancipatus, & ſic non
ſub poteſtate patris.Reſpondet quòd emancipatio in dubio
non præſumitur tanquàm qualitas extrinſeca,vt habetur in
l.quæcunque,ſuprà de publi.cum ſimi. Item non obſtat etiã
illud, quòd poteſt eſſe filius naturalis, & ſic non ſuppoſitus
patriæ poteſtati,vt habetur in dicta l.filium diffinimus. quia
hoc non præſumitur,ex quo ſapit delictum,vt not.in l.in cõ-
48 cubinatu. ſuprà de concubi.† Nec obſtat etiam ſecundùm
eum, illud quod dicunt Docto. videlicet, quòd ille qui alle-
gat aliquid affirmatiuè, vel negatiuè ad ſuam intentionem
fundandam, debet illud probare, ſicut dicitur in allegante
maiorem vel minorem ætatem, quia illa regula non proce-
dit, quando iuris præſumptio eſt pro allegante, vt in caſu
noſtro,quia tunc non tenetur probare,vt not.dixit Barto.in
l. illa ſtipulatio, ſi calendis. ante finem. ſuprà de verborum
obligatio.& eſt text.in l. ab ea parte. ſuprà de probatio.& in
cap. bona fides. extrà depo. & habetur in l. omnes. in §. Lu-
cius. ſupra quem Franciſc.Cremo. [Quando iuris præſum-
ptio eſt pro allegante aliquid,ipſe allegans releuatur ab one-
re probandi.vide etiam ſuprà in l. prima.§. ſi quis dicatur. in
quinta colum. & vide ſingula. verbum Soci. in conſilio ſuo
66.incipien.fruſtra, &c. in quinta colum. poſt princip. & ibi
omnino in ſeptima colum. in fi.] Nec obſtat argumentum
de allegante ætatem,quia non ſufficit; quoniam in his, quæ
tempore mutantur, vt eſt minor ætas, non ſufficit probare
fuiſſe in præteritum,ſecundum Bart.in d.l.de ætate. ſuprà de
mino.ſed in his, quæ ſolo curſu temporis non mutantur de
momento ad momentum, vt quòd quis ſit filiusfami. non
mutatur ex momento temporis breui, ergo dicta in mino-
ri ætate,non obſtant,& ſic per iſta concludit ipſe Do. Barth.
vbi ſupra,quòd dictum Ang. ſit verum, & quòd dictum ſuũ
poſſit ſuſtineri, maximè ſi aduerſarius litigans in principio
iudicij facit proteſtationem contra aduerſariũ dicens, quòd
non intendit litigare cum ipſo, niſi ſi & inquantum habeat
legitimam perſonam comparendi in iudicio. Et per hanc
proteſtationem tolleretur illud,quod dicebant prędicti Do
ctores contra Ange. ſcilicet quòd ex quo litigauit cum illo
tanquam cum patrefamilias,ſibi præiudicauit, vt vlterius nõ
poſſit dictam exceptionem, quòd eſt filiusfami. opponere.
Et ſic per iſta videtur, quòd non obſtantibus oppoſitis pro-
cedat dictum Ange.& ſubdit Dom. Alexan. in dicta l. ſed &
ſi de ſua.quòd illa reſponſio data à Doctoribus contra Ang.
videlicet, quòd poſtquàm litigauit cum illo tanquàm cum
patrefamilias,videtur eius perſonam approbaſſe, nõ obſtat,
quia tales reſponſiones tendunt ad hoc, ſcilicet, vt eo caſu,
quo filius non poſſit eſſe in iudicio ſine conſenſu patris, &
litigatum fuerit cum eo tanquàm patrefamilias, non poſ-
ſit opponi exceptio quòd ſit filiusfami. ſed Ange. loquitur
in alio caſu, ſcilicet quando actus prohibetur fieri cum fi-
liofami. puta contractus, & producitur contractus, qui di-
cebatur celebratus à filiofami. non interueniente conſen-
ſu patris vel propinquorum, prout requirebatur, tunc An-
gel. vult quòd aduerſarius poſſit dicere contractum nul-
lum. Item reſpondet etiam ad illud, quod ſpecialiter dixit
ipſe Pau. de Caſt. in dicta l. ſed & ſi de ſua. videlicet, quod
iſta exceptio dilatoria, quæ debet opponi ante lit. non con-
teſta. l. ita demum. C. de procur.cap.inter monaſterium. de
49 re iudic. cum ſimi. † Quia iſta exceptio licèt videatur dila-
toria,tamen quia perimit totum iudicium,& eum reddit re
tro nullum,poteſt quandocunque opponi.l.licèt.C. de pro-
cura. cap. pia. de except. in 6. Ita dicit Specu. in titu. de acto-
re.in §. primo, verſicu. ſed ſi præſentem. & in titu.de excep.
§. dicto. verſicu. quid de illa. Sed iſta exceptio, tu es filiuſ-

 famil.

famil. & non potuiſti eſſe in iudicio ſine conſenſu patris,red dit iudicium retro nullum,vt in d.l.fi.§.neceſſitatē. C. de bonis,quæ libe.ergo poterit ſemper opponi, & alia etiam dicit Do.Alexan.in d.l.ſed & ſi de ſua.de quibus ibi per eum.Et vltimo loco ipſe videtur impugnare Do. Ang. ibi. Sed eius argumenta tolluntur per ea,quæ ſupra dixi;videlicet, quòd qs non tenetur probare illud quod allegat,vel quod eſt fundamentum intentionis eius,quando pro dicto ſuo eſt præſumptio iuris, & ſic videtur ſtādum eſſe omnino opinioni Ang. allegatis in contrarium non obſtantibus,vt dixi. Attamē mihi videtur,& ſi minimus ſim,quòd dictum ſeu cautela Ang. non habeat obſtare, adeò quòd per talem oppoſitionē debeat ille,cui obijcitur , tu es filiusfami. ſuccumbere, etiam ſi talis oppoſitio fiat in tempore deciſorio. Et hoc dico procedere,quia actor ſeu ille cui obijcitur hoc, poterit etiam tempore deciſorio teſtes producere & examinare, cùm iſte ſit nouus articulus, ſuper quo quis non prohibetur etiam in tēpore non probatorio teſtes producere. ita ſingulariter dixit Spec.in titu. de actore . in §.j.in verſicu.quid ſi poſtquàm eſt productioni teſtium renuntiatum.alleg.l.per hanc.C.de tempo.appel.& c.fraternitatis.extrà de teſti.& l.admonendi.ſ.de iureiuran. & l.de ętate.§.ex cauſa. ſ. de interro. actio. Et huic deciſioni plura deſeruiunt, & pro ea plura adduci poſſunt.

50 † Et primò adduci poteſt,nam clarum eſt in iure,quòd exceptio dilatoria debet opponi ante lit.conteſta. c. inter monaſterium.de re iudi.l.peremptorias.C.ſen.reſcin.non poſ.l. ita demum.C.de proc.cum ſimi & vtrobique per Docto. attamē ſi talis exceptio nouiter oriatur, poterit opponi poſt lit. conteſta.Ita habetur in c. Paſtoralis.& ibi Docto.de excep.& in l.ſi mulier diuerterit. & in l. rei iudicatæ. in princip.ſ.ſolu. matri.& in l.ſiue autem.in §.j.ſ.de rei ven.& voluit glo. & volunt Docto.in c.exceptionem.de excep.& ſcriben.omnes in l.peremptorias.& in d.l.ita demum.& in c.inſinuante.de officio deleg.& in d.c.inter monaſterium.& voluit Barto.in d. l.excuſantur.in §.munerum.ſ.de excu.tut.& Imo.in c. propoſuiſti.de foro competen.& Salice.in l. error. C. de iur. & fac. igno.& Docto.& per gloſ.ibi,in l.qui procuratorem . in §. ſi quis omiſerit.ſ.de procur.de quo latius dixi in l.1.in §.ſi quis

51 vltro.in 3.char.ſ.in hoc titu.† Item etiam pro doctrina Spec. facit optimè,nam exceptio excuſſionis eſt dilatoria,vt habetur in d.l.peremptorias.& in d.cap.inter monaſterium. & ſic debet opponi ante lit.conteſta.per iura prædicta . attamen ſi prius facta fuit excuſſio contra debitorem principalem,& ipſo non reperto ſoluendo creditor velit agere contra fideiuſſorem,vel contra extraneos poſſeſſores, & interim ſuperueniant bona de nouo debitori principali, poterit ipſe fideiuſſor vel tertius poſſeſſor,contra quem agitur , de hoc excipere & petere quòd de nouo fiat excuſſio contra ipſum debitorem principalem.Ita dixit ſingulariter Petr. & Cy. in auth. præſente.C.de fideiuſ.in pe.q.& Bald.in d.l.peremptorias . in vlt.col.& Bal.& Pau.de Caſt.in l.fi.in §.1.ſ.ſi cer.pet.Ita etiam voluit Dom. Alexan.in conſi. ſuo 100.incipien. diſcuſſis, &c. in penul.colum.in 5.volum.vbi ſubdit, quòd etiam plus dixit Ray.in d.authen.præſente.& Iac.de Bel.in d.l.fina.§.1.ſ. ſi cer. peta. quòd etiam quando dicta bona ſuperueniſſent principali debitori lite iam conteſtata contra tertium poſſeſſorē, quòd adhuc ipſe tertius poſſeſſor poterit iſtam exceptionē excuſſionis opponere , quia exceptio etiam dilatoria ſuperueniens reo lite iam cōteſtata,prodeſt ipſi reo,per d.l.ſi mulier diuerterit.cum alijs ſuperius allegatis.pro qua etiam opi. Ray.ipſe Do.Alexan.allegat alia iura,de quibus ibi per eum .

52 † Et ratio dicti Specu.& aliorum, quæ adduxi , eſt regula illa vulgata;videlicet,quòd quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio,vt habetur in dicta l.de ætate.in §.ex cauſa.& in d.c.Paſtoralis.de except.& in l.planè.ſ. vt in poſ. leg. & in d. l. 1.in princ.ſ.de ven.inſpi.& in c.cæterum.de iura.calum. cum ſimi.Et propter iſtam regulam multa cōceduntur,quæ aliàs non concederentur , vt patet in multis iuribus & doctrinis ac exemplis Doctorum.Et primò patet ex tex.in c. pe.de cle. non reſcin. vbi habetur , quòd ex noua cauſa ſuperuenienti

53 reuocatur priuilegium . † Item patet ex tex. in c.non liceat. 19.q.vlti.vbi dicitur,quòd ſi filius commiſit aliquam cauſam ingratitudinis contra patrem , propter quam poſſet ipſe pater eum exhæredare,quòd ſi poſtea talis filius ingrediatur religionem , non poterit exhæredari vigore dictæ ingratitudinis antea commiſſæ.& idem etiam dixit glo.in l.fin.in verbo, quaſi ingratum.C.de epiſco.& cleri.& probat tex. & ibi gloſ. clarius,in Authen.de mona.in princip. [Vide Dom. Nellum in tracta.banni.in ſecunda parte ſecundi temporis,in 16. q.]

54 † Et idem eſt in filio Iudæi veniente ad fidē Chriſti,quia non poterit exhæredari tunc à patre,licèt antea commiſerit cauſam ingratitudinis contra eum , propter quam potuiſſet exhæredari ab eo.Ita dixit Hoſtien. & alij poſt eum,& maximè Dom.Feli. in c. Iudæi.il 2.extrà de Iudæ. Item patet etiam ex tex.c.cùm inter P.Gaufredi.de renun.& in c.quemadmodū.

55 de inreiur. vbi † propter cauſam de nouo ſuperuenientem quis licitè poteſt recedere à iuramento , de quo etiam in ca. clericus.eod.titu.& in l.fin.ſ.qui ſatiſd.cog.& in l.fi.C.de non nume.pecu.& in l.fin. infrà ad muni. in quibus iuribus habetur,quòd in qualibet diſpoſitione etiam iurata, ſubintelligitur clauſula,rebus ſic ſtantibus,& aliquo de nouo nō ſuperueniente.quod etiam voluit Bart.in l.1. in §. & poſt operis.ſ. de ope.noui nuncia.& Bal.in c.cùm M.Ferrarienſis.in 5.col. de conſtitu.& Federi.de Senis in conſilio 281. incip. ſtatuto

56 cauetur.† Item patet etiam ex tex.in l.ſi vnquàm.C.de reuocan.donatio.vbi per ſuperuenientiam liberorum reuocatur donatio facta à patre eo tempore , quo non habebat filios. Item patet etiam ex tex.l.cùm acutiſſimi.C.de fideicommiſ. & in l.ex facto.in princ.ſ. de vulga. & pupilla. Et alia plura & plura adduci poſſent,quæ breuitatis cauſa omitto,de quibus dixi plenè in d.l.1.§.ſi quis vltro.in 3.& 4.colum.ſ.in hoc titu. Item vltra prædicta contra dictum Ang.in d.l.ſed ſi de ſua. & quòd non iuuetur talis allegans illum,cum quo litigauit eſſe

57 filiumfam.facit optima ratio.† Nam ille qui differt producere inſtrumentum,vel aliquod ius ſuum,vel opponere aliquā exceptionem vſque ad finem iudicij tanquàm illud faciens dolosè & calumniosè,vt fatiget vel excludat aduerſariū, non debet audiri,ſecundùm Dom.Feli.latè loquentem in c.ad audientiam.il 2.de reſcrip.in 11.& 12.col.& in c.j.in princip. de excep.de quo dixi ſatis amplè in l.patre vel marito.in vl.char. ſ.in hoc ti.& in l.iudices.vbi videas.C. de fi. inſtrumen. Ita in caſu quæſtionis Ange.dicen.puto,quòd iſte non debet audiri in fine iudicij, opponens illud quod poterat opponere in principio , & in tempore habili ad probandum incumbentia ipſi parti,imò ſi aliter diceremus , eſſet contra regulam illam,quòd nemo debet ex dolo ſuo commodum reportare, iſte autem dolosè & calumniosè opponens hoc in fine iudicij,faceret ſuccumbere aduerſarium, & ſic reportaret com-

58 modum ex dolo ſuo,quod non eſt dicendum . † Item contra doctri.Ange. facit , nam licèt quando ille opponit , ꝙ aduerſarius ſit filiusfamilias, & quòd nō potuit ſtare in iudicio ſine conſenſu patris,ſit extra tempus probatorium,& ſic hac de cauſa videatur dicendum,quòd non poſſit ille probare ſe non eſſe filiumfa.attamen puto quòd poterit etiam illo tēpore hoc probare. Et ad hoc dicendum me mouet in ſimili illa not.doctrina;videlicet,quòd ſtante ſtatuto,quòd reus nō poſſit opponere aliquam exceptionem vel defenſionem cōtra inſtrumentum vel eius executionem, ſi tamen tutor qui petit executionem inſtrumenti non liquidi habuerit aliquā dilationem ad probandum vel liquidādum aliquid circa ius ſuum , tunc durante tali dilatione poterit ſimiliter reus probare & allegare contra ipſam liquidationem & concernentia illa,non obſtante ſtatuto prædicto.Ita not.admodum dixit Bald.in l.ſi cauſam.in vlt.col.C. de execu.rei iudi.quod dictum pro valde not.refert & ſequitur Do.Io.Bapt.de ſancto Seueri.in repet.l.admonendi.in 5.char.in 3. colum. in fi.ſ.de iureiur.de quo latius dixi in ſingu. meo 168. incip. æqualitas ſemper ita in ſimili mihi videtur dicēdum,quòd in illo tempore,in quo licitum eſt parti opponere aduerſario,quòd eſt filiusfamilias,ita eodem tempore liceat ipſi parti probare & docere hoc non eſſe verum , maximè vt æqualitas in iudicijs ſeruetur,quæ ſeruanda eſt,vt in c.1.de re iudic.in 6.& in l.qui accuſare. C. de eden. cum alijs allegatis per me in dicto ſing. meo 168. Et per iſtas rationes & per alia plura iura ſuperius allegata remaneo in hac concluſione,quòd illa doctrina ſeu cautela Ange.non procedat.Fateor tamen , quòd vt omnia prædicta tollantur & ceſſent, bonum & ſecurius eſt vti regula huius legis & ſimilium ; videlicet,quòd ante omnia legitimetur perſona , quo facto non poterunt opponi tales exce-

59 ptiones.† Conſtat etiam de vtilitate legitimationis perſonæ & huius regulæ alio exemplo . Nam tu ſcis, quòd abſens poteſt conſtitui procurator.l.1. de procura.attamen ipſi procuratori in abſentia conſtituto non acquiritur officium procurandi pro conſtituente quò ad exercitium,niſi ipſe procurator de hoc fuerit certificatus per literas domini conſtituētis eum , vel per nuntium ſpecialem ipſius domini , nec hoc caſu ſufficit , ſi per quendam extraneum , ſeu tertium fuerit de hoc certificatus . ita multum not. Barto. in conſilio 73. incipien.quæritur vtrum procurator . vbi ad hoc alleg. gloſ. in l. conſenſu. ſuprà de actio. & obliga. [Vide Domi. Nico. Mil.in reper.ſuo,in verbo,procurator.in verſi. procurator ſi non eſt certificatus.] Et idem voluit Paul. de Caſt. in dicta l. 1.in 1.colum.ſuprà de procura.& in l. furioſus . circa fi.ſuprà de iudi.vbi in iſtis locis ipſe Pau.de Caſt.dicit , quòd ita conſuluit

ſaluit Barto.ſed non exprimit aliter conſilium Bart.ad quod
etiam ipſe Pau.de Caſt.alleg.Spec.in ti.de procu.in §.j.in ver.
quid ſi procuratorium.cum ver.ſeq.& Archid.in c.2.de pro-
cu.lib.6.& glo.in clemen.j.eodem titu.& etiam alleg.Bald.in
l.falſus.in 8.col.verſic.circa tertium. C.de fur.& in l.licèt.C.de
procura.Sed tu vltra Pau.de Caſt.dicas,quòd illud conſilium
Bart.etiam ad hoc refert & ſequitur Dom.Franc. de Aret.in
conſi.ſuo 68.incip.excellentiſſime Domine,&c.in 2.colum.
in verſicu.præterea dicit, &c. Item hoc videlicet, quòd pro-
curatori in abſentia conſtituto non acquiratur officium vel
exercitium procurationis,niſi de ſua cõſtitutione fuerit cer-
tificatus per nuntium vel per epiſtolam domini,tenet etiam
Bald.in l.de ſtatu,in princip.ſ̃.de teſta. & Bald. in l. eius,qui in
prouincia.in 2.colum.verſicu.ſed dubitatur.ſ̃.ſi certum peta.
& Bald.in l.j.in 15.colum.verſicu.pone,Peruſij &c.C.de con
feſ.Bald.in l.licèt.in j.colum. in verſic. quartò nota.C.de pro-
cur.Ioan.de Imo.in clemen.j.in 8.colum.de procu.Barto. in
l.ſi pupilli.in §.item ſi procura.ſuprà de nego.geſt.& Gem.in
ca.ſi is,qui.in j.colum.verſicu.quæro,an valeat actus. de pro-
cura.in 6.Ludo.Rom.in l.abſenti.ante fi.ſ̃.de dona.Et faciũt,
quæ habentur per Doct.in c.ſuper eo.il 2.de appe.& per Do.
Franc.de Aret.plenius in conſi.ſuo 68.incipien. excellentiſſi-
me Domine,&c.in j.& 2.colum.vbi dicunt, quòd non valẽt
geſta à iudice delegato antequam ipſe habuerit literas ſuæ
60 delegationis.† Item & vltra Bart.in d.conſi.ſuo 73.& Pau. de
Caſt.in dicta l.j.ſ̃ de procur.quòd etiam non ſufficiat, ſi pro-
curator talis in abſentia cõſtitutus ſit certioratus à quodam
extraneo vel tertio, ſed requiratur ad hoc nuntius vel epiſto
la domini conſtituentis.hoc probat expreſsè glo.no.in l.nec
ambigi.C.de donat.quam ibi communiter ſequuntur Doc.
nam vt ſcitis,donatio poteſt fieri abſenti.l.abſenti.ſ̃.de dona.
& d.l.nec ambigi.& quia eſt contractus,qui conſenſu perfici
tur, requiritur interuentio nuntij vel epiſtolæ, vt requiritur
in alijs contractibus,qui conſenſu perficiuntur. patet in l.cõ-
ſenſu.ſ̃.de actio.& obliga.& in l.1.in fi.ſ̃.de contrahen.empt.
& in l.qui autem.§.fin.ſ̃.de conſti.pec.in l.Labeo.ſ̃.de pac.in
61 c.ex parte.de conuer.coniu.in c.clerici.qui cle. vel vo. † Et iõ
ſi aliquis facit donationem abſenti, & vnus extraneus vel ter
tius non deputatus nuntius, ſed ex ſuo motu proprio volun
tatem donatoris à ſe intellectam ipſi donatario declarauit,
tamen per hoc non eſt perfecta donatio. Ita dixit gl.multum
not.in d.l.nec ambigi.C. de dona. quam ibi communiter ſe-
quuntur Doct.ergo eodem modo erit in conſtitutione ꝓ-
curatoris facta abſenti, cum etiam conſtitutio procuratoris
ſolo conſenſu fiat,& illam glo.ad hoc pro not. allegauit Lu-
do.Roma.in conſil.ſuo 295.incipien. donatio patris, &c. in
princip.vbi etiam ſubdit,quòd hoc non ſolùm habet locum
ſi ipſa donatio fiat in priuata ꝑſona abſente, ſed etiam ſi fiat
in pauperes abſentes,& conſequenter in piam cauſam. ad ꝙ
allegat glo.quam dicit ordi.in l.illud. C. de ſacroſanct. eccle.
quam veram eſſe dicit Ioan.Andr.ſecundùm eum, in addit.
Specu.in titu.de inſtru.edi.in §.nunc verò aliqua.in addi.ma-
gna,quæ incip.conſtat quod tenet inſtitutio pauperum, &c.
& illam glo.in dicta l. illud.ad hoc etiam refert Salice. in d.l.
nec ambigi.vbi dicit, quòd etiam hanc partem firmat Cy. in
d.l.illud.& in d.l.nec ambigi.& reſpondet ad gloſ.ipſe Salice.
quæ ſecundùm eum,videtur contrariari in l.penult. ſuprà de
iureiuran.quæ tamen gloſ.contrarium non videtur tenere,
ſi bene inſpiciatur.

Sed ego vltra Ludo.Roma.Paul.de Caſt.& omnes alios al
lego ad hoc alias glo.in terminis;videlicet,in dicta l.prima in
fi.ſuprà de contrahen.emptio.Nam text.ibi dicit,quòd con-
tractus emptionis & venditionis ſolo conſenſu perficitur,&
poteſt fieri inter abſentes, interueniente tamen nuntio vel
epiſtola.Sed quærit ibi glo. pone, facta eſt emptio & vendi-
tio inter abſentes, quam venditionem notificauit quidam
tertius extraneus emptori abſenti,an tunc talis contractus &
venditio dicatur perfecta? & dicit ibi gl.quòd non,ſed quòd
ad eius perfectionem requiritur ſpecialis nuntius vel epiſto-
la alterius ex contrahentibus,ſcilicet venditoris. ecce ergo ꝙ
ibi eſt glo.not.ad hoc,quam nemo Docto. allegauit. Aliam
gloſ. allego ſimiliter ego ſolus ad hoc; videlicet,in l.nomen
quoque.C.quæ res pigno.obliga.poſſ.vbi text.dicit,quòd no
men debitoris poteſt pignori obligari per creditorem,& fa-
cta obligatione non poteſt talis debitor ſoluere primo cre-
ditori ſuo,dummodò fuerit ſibi proteſtatum, vel denuntia-
tum per ipſum ſuum creditorem, cui fuit pignoratus, nec
etiam ſufficit,ſi talis certioratio vel proteſtatio fiat ipſi debi-
tori per alium, ſed opus eſt vt hoc fiat ſpecialiter per ipſum
creditorem,cui talis debitor fuit aſſignatus vel pignori obli-
gatus.Ita dicit glo.fi.in d.l.nomen.Ergo ex prædictis conclu-
dendum videtur in q.prędicta,quòd erit neceſſe ſi conſtitui-
tur procurator in abſentia,quòd iſtud ſibi notificetur ꝑ nũ-
tium proprij domini conſtituẽtis,vel per eius epiſtolam,nec
ſufficit quòd iſta notificatio fiat ſibi per aliquem tertium vel
extraneum, & ſi talis notificatio non fiat tali procuratori in
abſentia conſtituto per nuntium,vel per epiſtolam domini,
dicit ipſe Pau.de Caſt.in dicta l.1.ſ̃.de procura. quòd tali caſu
ſequitur magnus effectus; videlicet, quòd ſi talis procurator
fuit in lite & non fuit ſibi oppoſitum, quòd oſtenderet de
mandato, & lata fuerit ſententia contra eum, non nocebit
domino, poſito quòd poſſit doceri quòd ipſum conſtituiſ-
ſet procuratorem,& eodem modo ſi aliquid fecit in eius fa
uorem,non prodeſt ſibi.ad quod allegat Specu.in d. titu. de
procu.§.1.verſicu.quid ſi procuratorium.& Archid. in d.c.2.
de procura.in 6.& glo.in d.clem.j.eod.titu.pro quibus etiam
faciunt dicta per Io.de Imo.in l.qui in domini.ſ̃.de teſtam.&
ibi per Dom.Franc.de Aret.& per Bal.in l.eius,qui in prouin
cia.ſ̃.ſi cert.peta.& per Dom.Feli.in c.ſciſcitatus.in 8.& 9.col.
cum ſequen.de reſcript. vbi aliqua ſimilia ponit. Patet ergo
etiam ex hoc euidenter de vtilitate huius regulæ, quòd ante
omnia legitimanda ſit perſona,nam in caſu prædicto ſi legi-
tima fuiſſet perſona, omnia eſſent valida, quæ ſunt inualida
per prædicta.Sic ergo cautus ille, contra quem comparet ꝓ-
cutor,vt bene videat eius mandatum, & ſi mandatum ſit fa-
ctum in abſentia ipſius procuratoris cõſtituti, videat vtrum
ipſe procurator taliter conſtitutus habuerit nuntium vel epi
ſtolam à domino conſtituente,aliàs ſi notitiam habuerit ab
extraneo vel à quodam tertio,faciat legitimare perſonam ta
lis procuratoris, vel per nouum mandatum, vel per interlo-
cutoriam iudicis, vel aliter,aliàs fruſtra laboraret per prædi-
62 cta iura & doctrinas,quod eſt not. † Et pro iſtis etiam faciũt
dicta per Innocen.in c.cùm in iure. de officio. delega. & per
Bald.in c.1.in 9.colum.ibi,Item quando,&c.de mili.vaſal.qui
contu.eſt.vbi dixit,quòd quando denunciatio eſt de ſubſtan
tia,non ſufficit à quolibet fieri,ſed debet ab illo fieri, qui ha-
63 bet authoritatem denuntiandi.† Et ex doctr.& glo.prædictis
infero ad vnum ſingu.& perpetua memoria dignum, per ꝙ
deſtruitur & in totum annullatur communis practica Nota
riorum,procuratorum, & aduocatorum huius almæ ciuita-
tis Bononiæ,mihi patriæ, &c. Nam quotidie paſſim Notarij
faciunt quaſdam obligationes,quæ vulgariter nuncupantur,
conſtituto, quæ obligatio ſiue inſtrumentum propriè dici-
tur inſtrumentum guarentigiatum confeſſionatum, ſecun-
dùm Bal.in l.etiam.in 1.colum.C.de execu.rei iudi. & fit hoc
modo; videlicet, quia vnus Notarius vocat coram eo credi-
torem & debitorem,& coram eis ſcribit de conſenſu & vo-
luntate ſua hoc modo;videlicet,conſtitutus talis,puta Titius
in præſentia Sempronij creditoris ſui & mei Notarij confi-
tetur ſe debitorem eſſe dicti Sempronij in centum ex cauſa
mutui, vel ex alia cauſa, quæ centum promittit ſibi dare &
ſoluere hinc ad annum proximè venturum, & caſu quo nõ
dederit illo tempore,ex nunc,prout ex tunc,& econuerſo,ip
ſe Titius debitor conſtituit & ordinauit ſuos procuratores
omnes & quoſcunque procuratores & Notarios ciuitatis
Bononiæ ad ciuilia deputatos abſentes tanquàm præſentes
ad confitendum debitum prædictum & ad accipiendũ præ-
ceptum de grauando eum realiter & perſonaliter,quo ſtan-
te elapſo termino deſtinatæ ſolutionis ipſe Sempronius cre
ditor,ſeu Notarius qui fuit de hoc rogatus,vocat vnum No
tarium,vel vnum procuratorem Bononiæ, & facit quòd ta-
lis Notarius vel procurator tanquàm procurator Titij con-
fitetur debitum prædictum in præſentia duorum vel trium
teſtium,quo facto facit eleuare ſeu extrahere præceptum au
thenticum de pignorando,vel de grauando, vel de carceran
do dictum Titium, poſtea vigore talis præcepti facit illum
debitorem pignorare,vel capi & carcerari.Nam hoc caſu ip-
ſe Titius carceratus debet relaxari, & pignora ſibi ablata de-
bent ſibi reſtitui.Ratio eſt,quia iſta nulliter proceſſerunt,nã
dictus Notarius ſeu procurator,qui confeſſus eſt debitum il
lud tanquàm procurator ipſius Titij, non potuit in præiudi-
cium dicti Titij confiteri dictum debitum,cùm fuerit ab ip-
ſo Titio conſtitutus procurator in eius abſentia,& non fue-
rit ex poſt certificatus de tali conſtitutione,ſeu mandato ſibi
facto per nuntium ſpecialem ipſius Titij,vel per eius epiſto-
lam,quo caſu non fuit tali procuratori aliquod ius quæſitũ,
vel aliquid poſſet facere contra ipſum Titium, vel in eius vti
litatem,vt requiritur per iura prædicta.ſ̃.relata. quod eſt not.

Tẽne menti perpetuò hanc doctri. quia in totum de-
ſtruit dictam practicam Bononienſium, & in contingen-
tia facti faciet tibi magnum honorem, & etiam poteris
plura lucrari, & hæc eſt conſideratio mea noua, quam ali-
bi non inuenies vſque in præſentem diem. Nec huic di-
cto habet obſtare ſi diceretur, quòd imò debent omnia

val ere,quia iſte procurator, cui confeſſus fuit tale debitum,
poterit de mandato ſibi facto certificari à Notario, qui fuit
rogatus de tali conſtituto & mandato facto tali procuratori
abſenti,quia videtur eſſe nuntius ſpecialis domini conſtituẽ
tis,quo caſu ſufficit,vt in dictis iuribus. Quia reſpõdeo,quòd
hoc non eſt verum,nam ipſe Notarius quando fuit rogatus
de tali conſtituto & mandato,nihil fuit ſibi circa intimatio-
nem fiendam procuratori in abſentia conſtituto iniũctum,
vel mandatum.Ideo ſi hoc intimauit tali procuratori,hoc fe
cit de capite ſuo tanquàm tertius,quod non ſufficit, vt in di-
ctis iuribus. Item exceſſit fines mandati ſibi facti ad ſcriben-
dum,non ad intimandum,ideo non valent geſta per eum,c.
cùm dilecta.extrà de reſcrip.l.diligenter.ſ. man. Item ſatis eſt
ipſi Notario facere officium ſuum,& non ſimul officiũ No-
64 tarij & nuntij,† cùm regulariter quis non poſſit duplici offi-
cio fungi,vt in clemen.2.de re.ec.non alie.& l.Domitius La-
beo.ſ.de teſta.cum concor.ibi in gl.allegat. & eſt bonus tex.
in l.ſi plures.ſ.de pact.Nec etiam vltra prædicta habent obſta
re prædictæ concluſioni & conſiderationi meę plura argu-
menta & plura iura adducta in contrarium multum ſubtili-
ter per Ludo. Roma. in conſilio ſuo 295. incip. donatio pa-
tris,&c.quia ſi bene adducta per eum conſiderentur,loquũ-
tur in diuerſis caſibus,ex quibus non infertur. l. Papinianus
exuli.ſ.de mino.cum ſimi.& loquuntur in caſibus,in quibus
iura non reperiuntur in contrarium, vt reperiuntur in caſu
65 conſtitutionis procuratoris,& ſic non obſt.† Sed magis ſpe
cialiter reſpondendo adductis per eum dico. Primò non ob
ſtare tex.in l.item veniunt.in §.petitam.il 2.in verſi.à quo de-
nuntiatum eſt,&c.ſ.de peti.hære.vbi dicit,quòd ſenatus non
exigit à quo denuntiatum ſit,dummodò ſit denuntiatũ,&c.
Quia ibi lex non exigit magis vnam perſonam quàm aliam
ad denuntiandum, ſed contenta eſt denuntiatione facta à
quocunque.Sed ſecus eſt in caſu noſtro,quia iura ſpecialiter
requirunt ad denuntiandum procuratori in abſentia conſti
tuto ſpecialem nuntium, vel epiſtolam domini conſtituen-
tis,ergo non obſtat.Nec etiam obſt.tex.in l.fi.ſuprà de ſpon.
quem ipſe Ludo.Roma.alleg.contra concluſionem meam,
vbi text. dicit in ſponſalibus conſtituendis parum refert, an
per ſe,vel per nuntium vel epiſtolam, an per alium hoc actũ
ſit.Quia ibi ille text.expreſsè vult,quòd tertius non ſolũ con-
trahens ipſemet vel nuntius vel epiſtola poſſit hoc facere, ꝙ
ſecus eſt in caſu noſtro in quo aliquis tertius non admitti-
tur,ſed nuntius vel epiſtola domini conſtituentis, & ideo fa-
cilis eſt reſponſio.Nec etiam habet obſtare text.in l.fina.C.ſi
quis alte. vel ſi. quia reſpondeo eodem modo ſcilicet ꝙ lex
illa non reſtringit ſe tantùm ad nuntium vel epiſtolam, ſed
vltra procedit concedendo quòd illa notificatio poſſit fieri
à tertia perſona,quod totum contrarium eſt in caſu noſtro.
Nec ob.l.cum ſeruus.ſ.de verbo.obliga.quæ dicit,quòd non
eſt curandum à quo res fiat,dummodò fiat,quia ibi text.ge-
neraliter loquitur de omni perſona,& ſe non coarctat,quia
non loquitur in caſu, in quo iuris diſpoſitio requirat nuntiũ
vel epiſtolam tantùm, ſed loquitur in alijs caſibus, in qui-
bus ſatis eſt,quòd fiat intimatio ſeu notificatio à quocunq;,
ideo dicta per eum non habent in aliquo obſtare.
66 † Nec ſimiliter obſtat illud,quod dicunt quidam procura
tores Bononienſes ægrè ferentes,quòd hæc ſua practica cor
ruat in totum ex iuribus & doctrinis ſupra per me adductis.
Nam dicunt,quòd imò valet captura perſonæ debitoris, vel
pignoratio facta vigore talis confeſſionis talis procuratoris
in abſentia conſtituti, qui non fuit de hoc certificatus per
nuntium vel per epiſtolam domini, quia dicũt quòd iſta eſt
antiqua practica & conſuetudo Bononiæ obſeruata per plu
ra & plura tempora,ideo debet valere,vt in toto tit.de con-
ſue. Et minimè mutanda ſunt, quæ interpretationem certã
ſemper habuerunt.l.minimè. ſ. de legi. cum ſi. Quia ego re-
ſpondeo & dico,quòd imò nulla eſt,nec dici poteſt eſſe con
ſuetudo Bon.de hoc, ſed benè fortè dici poteſt, quòd adſit
quædam abuſio ſeu corruptela,quæ tamen non valet,nec va
lidat talem actum,vt habetur in c.mala conſuetudo. 8.diſtin.
& in c.cùm venerabilis.de conſue.& in c. cùm decorem. de
vita & honeſta.cleri.& in c.inter dilectos.de exceſſi. prælato.
Et quòd ſit quædam abuſio vel corruptela,patet,quia eſt cõ-
tra prædicta iura,glo.& doctrinas,quinimò etiam ſi dici poſ-
ſet conſuetudo,etiam non haberet obſtare,quia non habet
requiſita in conſuetudine vt operetur vires conſuetudinis,
ſecundùm tex.in c.fin.de conſuetudi.& ſecundùm gloſ. not.
& or.in c.fruſtra. 8. diſt. Et quòd non habeat requiſita in ipſa
conſuetudine,patet,quia non eſt rationabilis,vt requirit tex.
d.c.fin.de conſuetu.Et quòd non ſit rationabilis,conſtat eui
dẽter,quia vnus extraneus,qui neſcit aliquid penitus de obli
gatione ſeu debito iſtius debitoris, quem ipſe debitor etiã
134 ſeu locati & conducti ad vecturam. † Item pro prædictis ēt
optimè facit.Nam ſi aliquis accuſat aliquem,quòd interfecit
Titium,& poſtea probat quòd hoc fecit per alium, accuſans
ipſe ſuccumbet,& proceſſus erit nullus.ita ſingulariter & mi
rabiliter dixit Io.Mona.in regula,qui per alium. de regu. iur.
in 6.de quo dicto facit feſtum Bald.in c.1.§.iniuria.in vlt. col,
in verſi.pone,accuſo te.de pace iuramento firm.& D. Felyn.
in c.mulieris.in pen.colum.de ſenten. excom. & dixi in ſing.
135 meo 187.incip.qualitas appoſita , &c. [† Et adde hic Ange.
☞ in l.prætor.in §.docere.ſ.vi bo.rap.vbi dicit , quòd ſi facta eſt
accuſatio de vulnere cum cicatrice , & probatum ſit vulnus
ſimpliciter,quòd accuſator ſuccumbet , & vide Decium in
conſi.256.incip.in cauſa inquiſitionis.in vlt.col. & Iaſ. in l.pe.
in §.in eum.in 2.col.ff ne quis eum,qui &c.] vbi etiam ſubiū
xit pro hoc optime facere,nam quotienſcunq; ſtatutum ſeu
lex diſponit in aliquo caſu,exprimendo aliquam qualitatem
ipſius legis vel ſtatuti,tunc agens ſeu fundans ſe ex tali ſtatu-
to debet articulare & probare qualitatem ipſius legis vel ſta-
136 tuti. † & ad hoc allegaui Ange.in l.vel negare,ſ.quemadmo-
dum teſtamenta aper. vbi dixit,quòd vbicunq; optima opi-
nio teſtium eſt cauſa inductiua plenæ probationis,quæ aliàs
plena non eſſet,tunc de plena & optima opinione ipſorum
teſtium eſt articulandum & probandum . vnde dicit , quòd
cum ſtatutum Bononiæ diſponat quòd ad probationē mor
tis alicuius,qui extra territorium deceſſit, ſufficit probatio ꝑ
tres teſtes optimæ opinionis & famæ,quod hoc caſu ſi quis
velit probare mortem alicuius qui deceſſit extra territoriū,
& illam probet per tres teſtes,quod tamen non erit probata
mortis,niſi probetur illos teſtes deponentes eſſe optimę opi
137 nionis & famæ. † Et idem dixit Ange.in l.1.in §.ſi quis ne-
get.ſ.quemadmodum teſtamenta aperiantur . quem refert,
& ſequitur Dom.Alex.in conſi.ſuo 82.incip.in cauſa verten-
te.in 3.col.in j.vol.& illud dictum Ange.in d.l. vel necare . re-
fert & ſequitur Dom.Bartho.Cœpo. in conſi. ſuo 58. incip.
Eran.in vlt.col.verſi.poſtremò,&c.vbi conſuluit, quòd ſi ſta-
tutum punit abducentem mulierem honeſtæ vitę,bonæ cō-
ditionis & famę,quòd iſtæ qualitates erunt probandæ adhoc
vt abducens mulierem puniatur pœna ſtatuti , aliàs ſi tales
qualitates non erunt probatæ,non poterit abducens cōdem
nari,etiam ſi ſit confeſſus talem mulierem abduxiſſe, de qua
loquitur ſtatutum. de quo latius dixi in dicto ſing.meo 187.
incip.qualitas appoſita,vbi videas. Pro quibus omnibus ēt
faciunt dicta per Alex.in conſi.ſuo 199.incip.viſo & diſcuſſo.
in 3.col.in 2.vol.& in conſi.24.in c.animaduerſis , &c. in pri-
mis verbis,in 2.vol.& per Pau.de Caſt.in conſi.ſuo 207.incip.
ſuper primo dubio,&c.circa prin.& per D. Fran. de Aret. in
conſi.ſuo 82.inc.factum,ſuper quo.in pen.col.& Pet. de An-
cha.in conſi.255.inc.ſuper primo quæſito . circa princ. & in
conſi.33.inc.in hac cauſa,quia Ludouicus. in fi primæ colu.
& Ang.de Are.in trac.maleficio.in verbo,qui iudex addidit.
verſi.quid ſi per adiectionem.& Ludo. Roma in conſi. ſuo
167.incip.Antonius accuſatus,&c.ante fi.per Ludo.Rom.in
conſi.110.inc.quæſtio conſultationis,&c.in princ. & per Pet.
de Anch.in conſi.409.inc.probata tanta viri ſæuitia, &c. in fi.
& per Bald.in l.matrem.in 1.col.C.de probatio.& per Ange.
in conſi.194.inc.viſis proceſſibus.in pen.col.per Abb.in cōſi.
42.inc.ex multis agitatis.in 2.col.& per Ang.in conſ.ſuo 123.
incip.viſo libello,&c.in j.col.& per Salyc.in l ſi quando C.vn
de vi.in verſi.quæro quartò,ſtatuto cauetur,&c.& faciunt ēt
optimè,quæ dixi in conſi.meo 38.incipiente,in cauſa verten
te, &c.in j.char.vbi videas. Et faciunt etiam not. dicta per D.
Fely.in c.licet cauſam.in pe.char.in 2.colum.& ibi in princ 3.
col.de proba.& in c.in præſentia.in 6.col.eo.titu.& in c.audi-
tis.in pe.col.de præſcri.& in c.ita quorundam. de Iudæ. & in
c.accedens.el j.in 3.col.vt li.non conteſt. & per Bal.in conſil.
316.inc.præſuppoſito ſtatuto.in 2.col.verſi. veniendum eſt ,
&c.in 4.vol. Tene menti prædicta,quia non ſunt vana , nec
138 vulgaria in materia ſua. † Quæro vlterius poſt prædicta
de not.q.vidimus ſuprà, quòd perſona procuratoris dicitur
eſſe legitimata,quādo ipſe procurator oſtendit mandatum
manu Notarii rogatum & ſcriptum cum ſolemnitatibus re
quiſitis à iure,modò pone,quidam forenſis de longinquis
partibus habet debitores quàmplures in hac ciuitate , quos
vult

vult aſtringere & exigere,& contra eos agere iudicialiter, & nolens perſonaliter huc venire, ipſe conſtituit procuratorẽ in ciuitate ſua,de quo mandato facit confici publicũ inſtrumentum manu authentici Notarij,& cum tali inſtrumento mandati mittit huc talem procuratorem per eum conſtitutum,an hoc caſu talis procurator per oſtenſionem talis mãdati dicatur ſufficienter legitimaſſe eius perſonam adeo ꝙ non poſſit repelli? Circa quam dubitationem reperio Doc. diſtinguentes hoc modo,videlicet,ꝙ aut procurator qui ꝓducit tale inſtrumentum,eſt homo malæ famæ & conditionis,& non facit fidem tale inſtrumentum, nec creditur eſſe ſcriptum ab authentico Tabellione vt cõuenit,aut talis producens tale mandatum eſt perſona bonæ famæ,& tunc ſtabitur tali inſtrumento,& faciet fidem.ita dixit Spec.in ti.de inſtrum.edit.in §.reſtat.in verſi.ſed quid ſi producitur.dummodò tale inſtrumentum non ſit abolitum, nec cancellatum. quod dictum refert Car.in clem.1.de procuratori.in 4.col.in verſi.3.quæro,&c.& aliquid etiam vltra hoc adducit.ſed Pau. de Caſt.iudicio meo,magiſtralius loquens in conſi.ſuo 206. incip.videndum eſt vtrum fides &c. dico quod circa prædictam dubitationem tres fuerunt opiniones.prima fuit,ꝙ cũ producitur inſtrumentum in longinquis partibus factum ꝓ illum,cuius notitia nõ habetur,& qui negatur eſſe Notarius, & teſtes etiam ibi deſcripti ſunt ignoti,tunc ſi producens tale inſtrumentum eſt homo bonæ famæ, qui non conſueuit committere falſitates, & inſtrumentum ſit in bona & publica forma,non abolitum,nec cancellatum, ꝙ iudex debet illi fidem adhibere non obſtante contradictione partis, niſi ille qui negat illum eſſe Notarium hoc probet. & hoc dicunt probari,Inſt.de inuti.ſtipula.in §.item verborum. & §. ſi ſcriptum.& de fideiuſſo.in §.fina.& in Authen.de inſtru. cau. & fide.in §.apparet autem.& hanc opi.tenet ibi Azo in Sũma, ſecundùm Pau.de Caſt.in d.conſ.206. & dicit ꝙ idem tenuit Franc.Tigri.conſulendo,aliàs ſi ſecus diceremus,eſſet procedere in infinitum,ſi producens habet neceſſe probare illum Notarium,quia ſi produceretur inſtrumentum,Notarius ſimiliter negaretur,quòd ille qui fecit illud eſſet Notarius, & ſic nunquam poſſet probari Notarius per inſtrumentum, quod eſſet iniquum. Secunda fuit opinio,quod iudex nullam fidem debeat adhibere tali inſtrumento,niſi producens probet illum eſſe Notarium, quia teſtimonia documentorum debent eſſe nota,vt C.vbi de ratioci.agi oportet.l.2.in fi. vnde ſicut non creditur ignotis ſigillis, ita nec ignoto Notario,arg.extra de cler.peregri.c. 1. & 2.& quod ibi per Innoc. & per eundem de fi.inſtrum.in c.1. Tertia opinio fuit, vt diſtinguatur. Nam aut ille contra quem producitur tale inſtrumentum negat illum eſſe Notarium,& tunc oportet,ipſum probare Notarium per teſtes,vel per inſtrumentum tabellionatus,vel quòd ita publicè ſe gerebat,arg.ſ.de ritu nup. l.qua in prouincia.§.diuus.aut non negatur, & tunc ſi quidẽ agatur de magno præiudicio, & ille contra quem producitur ſit abſens,debet iudex illi inſtrumento adhibere fidem, recepto tamen prius iuramento à producente, quod inſtrumentum ſit verum,& à publica perſona factum,arg.tex.in §. ſi verò moriantur.& in §. ſi verò nihil.in Authen. de fide inſtrum. Præſumitur enim pro producente, quòd non ſit immemor ſuæ ſalutis, & quòd non committat falſitatem,vt in c.ſcimus.1.q.7.aliàs ſi agitur de modico præiudicio, vel pars ſit præſens,indiſtinctè illi ſtatur.argum.eius,quod notatur in d.c.2. de cler. peregri. per Innocen. Et iſta ſunt formalia verba Pau.de Caſt.in dicto conſi.ſuo 206. Et ibi dicit,quòd ipſe tenet hanc diſtinctionem,quæ ſecundùm eum videtur colligi ex dictis Spec.in tit.de inſtrum.edit.in dicto § reſtat.in ver. ſed quid ſi producitur.& verſi.& ſcies.& in verſ. illud autem. Pro quo etiam dicit benefacere,quod alibi dicunt Cano.qđ decreto electionis ſit fides adhibenda, ſi non apparet cõtradictor,aliàs ſecus,vt no.de dolo & contu.c.cum olim. & per Ioan.And.in c.cupientes. de elect.lib.6.ita reſidet Pau.de Ca. in dicto ſuo conſi. 206. Et iſtam diſtinctionem etiam refert Barba.in repe.rub.de fi.inſtrum.in 30.char.& allegat Card.in dicta clemen.1.de procura.& Pau.de Caſt. in dicto conſ.ſuo Mihi autem magis placet prima opi.per iura & rationes allegatas in ea,& maximè per vltimam rationem, quæ eſt quod ſi aliter diceremus,eſſet producere in infinitum, quia dato quod produceretur inſtrumentum tabellionatus Notarij,q confecit illud inſtrumentum procur. vel mandati, ſimiliter poſſet illud negari,& ſic pars eſſet grauata laboribus & expẽſis,& tamen indebitè ſuccumberet,quod eſſet contra omnẽ iuſtitiam & æquitatem,vt de ſe patet. & ideo mihi videtur tenenda dicta prima opi.ſcilicet quòd credendum ſit dicto inſtrumento in bona & publica forma producto,& non abolito,nec cancellato, & producto per perſonam bonæ opi-

139 nionis & famæ. † Et pro iſta opin.adduci poteſt illud ſatis vulgatum, quòd inſtrumentum præſumitur eſſe tale, quale apparet in prima ſui figura, ſecundùm Bal.in c.1.in §.ſi inſtrumentum.de no.feu.vbi dicit, quòd nedum duæ præſumptiones oriuntur ex inſtrumento publico, ſcilicet quòd ſit verũ & ſolẽne,ſed etiam oriuntur ad hoc duæ probationes. alleg. l.cum precibus,C.de prob.& no.in l.iuriſgentium.in §.quod ferè.ſ.de pact.& quòd inſtrumentum præſumitur tale,quale apparet in ſui figura,tenet Bald.in c.1.in princ.de feu.dato in vic. legis commiſſoriæ.allegat dictã l.cum precibus. & l.emptione.C.plus valere,quod agitur.& c.nauiganti de vſur. pro quibus faciunt etiam dicta per eundem Bal.in l.quamuis. C. ſi quis alteri,vel ſibi. & in l.ab Anaſtaſio. & in l. per diuerſas. C.mandati.& facit c.illo vos.de pig.& faciunt dicta per Barb. in conſi.ſuo 70.incip. viſo puncto.in 2.col.circa fi.in 3.vol.& per eundem in conſi.22.incip.viſo puncto,&c.in 4.volu. vbi
140 plura adducit. † Et facit etiam, nam inſtrumentum dicitur probatio probata, & veritas euidens non probanda, ſecundùm Bal.in l.quoties.in vltimis verbis.C.de iudi. & Bal. in l.2. in 1.colu.C.quando fiſ.vel priuatus.& in l.pupillus.C.de vſur. pupil.& Socy.in conſi.ſuo 12.inc.quoniam in præſentiarum. in vlt.col. [& voluit Dom.Philip.Decius in conſi. 118. incip. viſo,&c.in 1.col.& in conſi.183.incip.in controuerſia, &c. in princ.& in conſi.36.in 1.col.]& dixit Do.An.in c fin.de libel. obla.quòd illud,quod apparet ex inſtrumento, dicitur eſſe certum,& idem dixit Barto.in l.1.in prin.verſ.venio ad quæſtiones.ſ.de oper.no.nun.& Bal. in l. intereſt. C. de ſolu. Pro quibus etiam faciunt dicta per Bal.in l. 1. in fi. primæ colum. ſ.de procura.& per Ioan.de Ana.in conſi.ſuo 97.incipiente, in cauſa iſta,&c.in prin.vbi inter cætera dicit,quòd nihil aliud quæritur,niſi quod dicat inſtrumentum.allegat l.finalem. C. de falſa cauſa adiecta leg.& faciunt etiam dicta per Do.Alex. in conſi.ſuo 37.incip.viſo & oportunè,&c.in 6.col.in 2.volu. vbi dicit,ꝙ illud,quod conſtat per publicum inſtrumẽtum, dicitur manifeſtum.allegat c.cum olim.de verbo.ſign. & l.fi. cum glo.C.de rebus cre.& Bar.in d.l.1.ſ. de ope.no.nun.& faciunt dicta per Ioan.And.in addi.Specu.in tit.de procurator. in §.ratione autem formæ.in additione incip.videtur autor. vbi ſimiliter dicit,ꝙ inſtrumentum publicum dicitur probatio probata.allegat §.ſinautem.Inſti.de ſatiſda. Et faciunt etiã optimè not.verba Dom.Fely.in c.licet cauſam. in 8. colu. de proba.in verſi.nota.11.vbi plura iura ad hoc allegat,&c. Et
141 iſta videtur mihi æquior opinio alijs. † Sed poteſt quæri, vtrum ſit dare modum, per quem tale inſtrumentum indubitanter probet tale mandatum? In quo dicas,quòd ſic, ſecundum Ange.in Auth.de tabellionib.in prin.in 3.colu. ver. nota inſtrumentum. vbi dicit,quòd ſis cautus,cum facis contractum cum aliquo forenſe,& inſtrumentum habes mittere in partes extraneas, vt ſemper facias dictum inſtrumentũ ſcribi per publicum tabellionem,& poſtea ſubſcribi per tres tabelliones honeſtos,& ſignare illud eorum ſignis,vt nõ poſſit negari dictum inſtrumentum eſſe ſcriptum manu tabellionis.ita dicit Ange.vbi ſuprà,& illud dictum refert & ſequitur Barba.in repe.rub.de fide inſtrum.in 30.char.in 3. col.

Sed parcat mihi Ange.& Barba.iſte modus & cautela ſua nihil valet,ratio eſt, quia ille, contra quem producitur tale inſtrumentum ſcriptum à tabellione, & ſubſcriptum à trib. tabellionibus,ita poterit negare illos qui ſubſcripſerunt eſſe tabelliones, ſicut poteſt negare tabellionem, qui ſcripſit inſtrumentum eſſe tabellionem, ergo nihil operabitur dicta ſubſcriptio dictorum trium tabellionum.

Sed mihi videtur,quòd duo ſint modi & cautelæ meliores vt adhibeatur fides dicto inſtrumento mandati facto per publicum & authenticum Notarium in partibus remotis. Primus enim modus eſt, vt conſtituens eum procuratorem in dictis partibus det ipſi procuratori cõſtituto ipſum inſtrumentum mandati, item & ſimiliter det ſibi acta facientia ad illam cauſam, in qua ipſum cõſtituit procuratorem,& ſi adhuc non eſt incæpta,det ſibi iura ſua ad illud litigium facientia. Nam per oſtenſionem actorum vel iurium domini ad cauſam facientium, coadiuuabitur fides ipſius inſtrumenti mandati,quod plenè probabit mandatum non obſtantibus negationib.partis aduerſæ negantis illum,qui ſcripſit inſtru-
142 mentum mandati,non eſſe tabellionem. † Et ad hoc dicendum moueor,quia ille,qui habet penes ſe acta cauſæ, vel iura partis,præſumitur conſtitutus procurator ab ea.ita dicit glo.no.in l.fi.& ibi Docto.C.de pact.conuent.& voluit Doct. in c.coram dilecto.de offic.deleg.idem firmat Bar.in l.3. in §. cauſæ.ſ.de Carb.edicto.vbi dicit,ꝙ hoc no.in dicto c. coram dilecto.per Inno.& per Doct. in l.1.C.de procura.& in l.non ſolum §.qui alieno.ſ.de procur.& idem dixit Bart.in l.vulgò. ſ.de adminiſtra.tuto.& Io.de Imo.in clem.1. in 7. colum. in

princ.

princ.de procura.& Ange.de Are. Inſtit.de ſatiſda.in §.ſinau-
tem.in fi.& volunt Moderni in §.ſed iſtæ.Inſti.de actio. [Vi-
de in ſimili,quæ dixi circa hanc materiam in repeti. mea l.fi.
in 82.char.verſi.vlterius quæro.C.de proba.per vnam chartã
ibi.& vide Abb.in conſi.ſuo 7.incip.tam circa primum.in 3.
colum.in 3.vol.& Socy.in conſi.ſuo 63.inc.in cauſa. in 1.col.
143 in 4.vol.] † Et dixit Bal.in l.Labeo.in §.1 ſ.de pact. ꝙ ſi vxor
dat inſtrumenta marito,videtur ei concedere adminiſtratio
nem rerum ſuarum,quæ continetur ſub illis inſtrumentis.&
dicit ad hoc eſſe glo.ſingularem in d.l.fi. de pact. conuen. &
iſta eſt communis opinio , quòd per traditionem actorum
vel iurium quis videtur conſtitutus procurator , & admitti-
tur tanquam procurator, ſaltem cum cautione de rato,licèt
etiam aliqui Docto.in prædictis locis teneant, quòd etiam
ſine cautione de rato.& latè per Barb.in dicto c.coram.de of
ficio deleg.in 2.& 3.col. Si ergo talis conſtitutus procurator
habeat inſtrumentum mandati factum in longinquis parti-
bus,& etiam habet acta cauſæ apud ſe,vel iura partis,admitte
tur indubitanter tanquam procurator ſi eſt perſona bonæ
famæ,quia fides Notariatus, quæ deficiebat in ipſo manda-
to ſuppletur per exiſtentiam actorum, ſeu iurium partis,
quæ ſunt penes ipſorum procuratorem, vt ſupra, conſti-
tutum in remotis partibus . Et pro hac concluſione fa-
ciunt optimè dicta per Bald. qui propriè decidit hunc ca-
ſum in l.ſi qua per calumniam,in fine.C. de epiſc. & cler. vbi
dixit,quidam Theutonicus venit ad ciuitatem Peruſij portãs
quoddam inſtrumentum procuræ,dicens ſe eſſe procurato
rem illius, de quo fit mentio in procuratorio, aduerſarius
autem dicit,tu non es illa perſona,nec cognoſco te,quęritur
quid iuris? Dicit ibi Bald.quòd determinatur per illam legẽ,
quòd licèt ſit ignotus,tamen ex quo portat illud inſtrumen-
tum,præſumitur illa perſona,de qua fit mentio in illo inſtru
mento,arg.illius l.& ſecundùm Cyn.etiam hanc pręſumptio
nem coadiuuat, quia habet inſtrumenta principalia penes
ſe,ideo præſumitur ſuper mandato. allegat glo. quam dicit
ſingularem,in dicta l. fina. C. de pact. conuen. quæ allegatur
ſecundùm eum ad hoc,per Guil.in l.poſtquàm.C.de pac. ec-
ce ergo ex hac doctrina Bal. quòd iſte modus per me tradi-
tus erit optimus ad imponendam fidem inſtrumento pro
curæ facto in longinquis partibus & illam doctrinam Bal.in
d.l.ſi qua per calumniam.refert & ſequitur Abb.in d.c. corã.
de officio delega.in 4.col.in ver.& vnum no.& Dom. Barth.
Cœpo.in conſi.ſuo 11.incip.caſus,&c.in prin 3.col.& Dom.
Fely.in c.1.in 10.col.in prin.extra de teſtib.Et idem tenet An
gel.licèt non alleget Bald.in l.comparationes.in fi. C. de fide
144 inſtrumen. † Alius etiam modus ſeu cautela, per quam da-
bitur plena fides tali inſtrumento procuræ facto in longin-
quis partibus, & ſic legitimabitur perſona illius procuratoris
illud producentis, videlicet,quòd talis portans tale inſtrumẽ
tum de longinquis partibus,portet ſecum literam vnam offi
cialis loci,vbi eſt factum tale inſtrumentum,quæ dicitur lite-
ra teſtimonialis,quæ habeat ſigillum ſuum & alia requiſita,
in qua ipſe officialis faciat fidem de tabellionatu,moribus &
vita illius Notarij,qui fecit dictum inſtrumeutum procuræ,
hoc modo dabitur plena fides ipſi inſtrumento mandati fa-
cto in longinquis partibus, quia talibus literis teſtimoniali-
bus datur plena fides,ſecundùm Bal.in l. comparationes. in
penul.colum.vbi etiam per Ange. de fide inſtrum. & Bal. in
l.cum quædam puella.in prin.ſ.de iuriſd.omn.iud. de quo ẽt
per Inno.& Dominum An.in c.ſi ſcripturam. de fide inſtru.
& ibi per Dom.Fely.in 6.colum.& dixi in repeti. mea rub.C.
de proba.materia literę priuatæ,& iſte modus & cautela pra
cticatur per totam Italiam,imò quaſi per totum orbem. &
hoc modo ceſſabunt omnes oppoſitiones,quæ fierent con-
tra ipſum inſtrumentum, vel contra perſonam tabellionis,
& ſic erit legitima perſona illius procuratoris comparentis
vigore talis inſtrumenti & mandati. Nec huic modo ſeu re
medio habet obſtare illud,quod dixit Pau.de Caſt.in d.conſ.
206 incip.vtrum fides,&c.ante medium.vbi dixit, quòd talis
litera teſtimonialis officialis loci, vbi factum eſt tale inſtru-
mentum procuræ,non roborat,nec fidem præſtat tali inſtru
mento procuræ,vt ſupra in longinquis partibus facto.& hoc
quia dicto vnius,quocunq; præſidali honore fulgeat,nõ cre-
ditur,vt 4.q.3.§.vnius verò. & de teſt.c.cum à nobis. & 6. q.2.
in §.quod autem.& in c.quod placuit.& C.de arbi.l.ne in ar-
bitris.Item dicit,quòd talibus literis teſtimonialibus, cũ ſint
narratiuæ de eo,quod non pertinet ad officium iudicis, &
cum agitur de magno præiudicio,non creditur.allegat in ar-
gum.l.fina.C.ſi per vim,vel alio modo.& notata per Guil.de
Cu.in l.ſi qua per calumniam,in fi.C.de epiſco. & cle. & per
Archi.expreſsè in c.vt circa.de elect.in 6.& per Innocen.in c.
1.de fide inſtrum.circa fi.& in c.cum à nobis.de teſti. per Io.
And.in c.poſt ceſſionem.extra de proba.Subdit etiam,quòd
non teſtimonijs,ſed teſtibus credendum eſt,vt in l.3.ſ. de te-
ſti. in §.idem diuus. Item dicit,quòd non debet plus credi li-
teris alicuius,quàm eius viuæ voci, vt in Authen. de teſti. in
§.ſi quis.cum hoc autem quod iſte iudex teſtificat non perti
net ad officium ſuum,non enim ad hoc eligitur poteſtas.itẽ
magnum præiudicium importat. Præterea dicit ipſe Pau.
de Caſt.ibidem.nec de Poteſtate vel officiali,nec de ſuo ſigil
lo notitia habetur,cũ ſit in valde remotis partibus,ergo non
datur ſibi fides,etiam vbi de modico præiudicio ageretur,
ſed requirerentur literæ,vel ſigna plurium,vt argu.c.cum di-
lecti.de accuſa.ita formaliter dicit Pau.de Caſt.in d.conſ.ſuo
206.incip.vtrum fides,&c.in 2.col.in verſi.ſed nunc eſt viden
dum,&c.& ſic ipſe concludit indiſtinctè,quòd dicta litera te
ſtimonialis non præſtat fidem inſtrumento facto in longin-
quis partibus. Pro quo facit etiam dictum Innoc.in ca.poſt
ceſſionem.de proba.quem refert & ſequitur Bal. in l.ſi quá
per calumniam.in 2.col.in verſi.ſed pone,Epiſcopus &c.vbi
dixit, quòd non creditur literis teſtimonialibus epiſcopi in
iudicijs. Sed profectò mirandum eſt de Pau.de Caſt. cui te
net hanc partem contra iuſtitiam & æquitatem, imò ſi velle
mus ſequi eius opinionem,ſequerentur plura inconuenien
tia,& inter cætera ſequeretur,quod ille qui eſt creditor in lõ
ginquis partibus,& non poteſt propter infirmitatem vel ſe-
nectutem accedere perſonaliter ad locum debitorum ſuo-
rum perderet creditum ſuum,quod eſſet iniquiſſimum, nã
ſi vera eſſet doctrina Pau.de Caſ.non eſſet dare viam vel mo
dum vt poſſet probari mandatum factum in longinquis par
tibus,& ideo mihi non placet dictum ipſius,tum propter ini
quitatem quam continet,tum etiam quia videtur cõtra ius.
145 † Et reſpondendo dictis per eum dico, quòd non obſtat
primò illud,quod ipſe dicit,videlicet quòd non creditur di-
cto vnius quocunq; honore præfulgeat,vt in iuribus per eũ
allegatis. Quia iſtud eſt verum regulariter,ſecus autem, quã-
do ſumus in caſu valde difficili,quod quaſi ſapit impoſſibili-
tatem,vt in caſu iſto,quando forenſis portat inſtrumentum
mandati de longinquis partibus cum litera teſtimoniali, nã
difficile & quaſi impoſſibile eſt vt habeat aliũ teſtem, quàm
illum officialem qui repræſentatur mediante litera ſua.nam
in tali caſu debet ſufficere teſtimonium talis officialis,quod
facit mediante dicta eius litera teſtimoniali,arg.eorum, quæ
habentur in l.1.in §.fi.ſ. de verbo.oblig.vbi habetur,quod ſta
tur dicto vnius ſolius interpretis,quando plures haberi non
poſſunt. Et videmus etiam plures alios caſus, in quibus ra-
tione neceſſitatis vnus teſtis,etiam in nulla dignitate conſti-
tutus,plenè probat.patet in l.Theopompus.ſ. de dote præle.
in l.ſed ſi quis ex ſignatoribus.ſ. quemadmo. teſt. ape. Item
alius eſt caſus in l.ſi quis decurio. C. de fal. Alius caſus eſt in
Authen.de fi.inſtrum.in §.ſi verò moriantur. Alius eſt in ca.
nouit. de iudic. vbi vni ſoli teſti creditur de denunciatione
euangelica. Et bene facit in Authen. vt præpo. nomen Im-
pera. in §.illud.vbi eſt caſus,quòd quando reperitur quædam
ſcriptura Gręca,quæ non intelligitur,quòd ſtatur dicto & ex
146 poſitioni vnius interpretis Græci. † Ex quo tex.dicit ibi ſin-
gulariter Ange.quòd ſi producatur ſcriptura Hebræorũ co-
ram iudice Chriſtiano,qui neſciat legere talem literam, ꝙ
de intellectu & importantia illorum verborum ſtabitur di-
cto vnius Hebręi,qui ſciat legere dictas literas,ſecundũ Ang.
ibi,per illum tex.quod etiam tenet Bar.in d.l.1.§.fi.ſ. de verb.
obliga.& Bal.in l.ſi directas.C.de man.teſtamen.& in l. com
parationes.C.de fide inſtrum.in verſi.venio ad 6.q.& Bald.in
proœ.ff.orum.in princ.in 3.col.in verſic. ſed an credatur vni
perſonæ.& Bar.in l. 1.C.de ponderato.auri.lib.10.& in l. fi. ſ.
ad leg.Cor.de ſica.& in l.1.in princ. ſuprà de ven. inſpi. & in
authen.hoc ſi debitor.C.de pigno.& Dom.Abb.in c.propo-
ſuiſti.de proba.& Dom.Alex.in conſi.ſuo 178.incip.viſa ſcri-
ptura.in vlt.col.in 2.volu.& hos caſus & alios etiam ponunt
Docto.in d.l.1.§.fi.ſuprà de verbo.obliga.& in c. veniens. ex-
tra de teſti.& in l.iuriſiurandi.vbi ego poſui.C.de teſti.& dixi
aliquid de iſtis caſibus in l.1.§.idem Cornelio. in fi. ſ. in hoc
147 titu. † Quibus addo præſentialiter alium caſum, nam cre-
ditur ſacerdoti fide digno,ſi dicit mortuum,ſeu morientem
dediſſe ſibi licentiam de reuelanda confeſſione ſua, ita dixit
Lappus allega.ſua 94.quæ incipit,mulier in confeſſione.quã
doctrinam refert & ſequitur Dom.Fely.in c.veniens. el 2. in
9.col.in fi.de teſti.pro quo etiam ipſe ibi adducit dicta p Io.
Cal.in conſi.25.inc.teſtator habens filios,&c.& ſic patet non
eſſe verum illud quod dicit Pau.de Ca.quòd vnus teſtis quo-
cunq; præſidali honore præfulgeat,non probat: quia,vt dixi,
illud eſt verum regulariter,ſecus autem, quando imminet
neceſſitas,quòd aliter res probari non poteſt,vt in caſu nro.
Non obſtat illud,quod ſecundo loco dicit ipſe Pau. de Caſt.
videlicèt,

videlicet,quòd non creditur talibus literis teſtimonialibus,
quia ſunt narratiuæ de eo,quod non pertinet ad officium iu
dicis,& cum agitur de magno præiudicio,non creditur eis,
&c.Quia reſpondeo,ꝙ imò tales literæ non ſunt narratiuæ,
ſed imò ſunt diſpoſitiuæ. quod patet,nam dicitur in eis com
muniter hoc modo in principio earum. Vniuerſis & ſingu-
lis præſentes inſpecturis fidem facimus & atteſtamur,nos ta-
lis Poteſtas talis ciuitatis,qualiter talis Notarius,qui fecit tale
mandatum,eſt publicus & authenticus Notarius talis ciuita-
tis,& ita ibi publicè tenetur & reputatur,&c. Ideo non eſt di
cendum, quòd ſint narratiuæ.

Nec obſtat,ꝙ hoc non ſpectat ad officium iudicis,quia di
co,ꝙ hoc non eſt verum,ꝙ non pertineat ad officium ſuũ,
ſi non ex iuriſdictione ordinaria & neceſſaria,ſaltem ex iuriſ
dictione voluntaria & ex generali & antiquiſſima conſuetu
dine totius Italiæ ad eũ pertinet, aliàs deueniremus ad illud
inconueniens,ꝙ nunquam poſſet probari aliquod inſtrumẽ
tum in longinquis partibus factum,nec ei fidem imponere,
quod non eſt dicendum.Multa enim ſunt,ad quæ non tene
tur iudex ex neceſſitate officij,ad quæ tamen tenetur ex ho-
neſtate & ex longa conſuetudine, vt puta non tenetur ſcri-
bere iudici alterius territorij, vt exequatur ſententiam latam
in ſua iuriſdictione,attamen de honeſtate & ex conſuetudi-
ne tenetur. de quo per Docto.in l.à diuo Pio.§.ſententiam.
de re iudi.& l.fi.ſ.de iuriſd. omn. iudic. & dixi in ſingu. meo
138.incip.iudex vnus territorij,&c.
148 † Non obſtat etiam illud,quod dicit ipſe Pau.de Caſt.vide
licet,ꝙ non teſtimonijs,ſed teſtibus eſt credendum, quia il-
lud eſt verũ,vbi teſtes & teſtimonia pariter haberi poſſunt,
ſecus autem vbi teſtes haberi,& examinari oretenus nõ poſ-
ſunt,quia tunc ſtãdum eſt teſtimonijs, ne veritas pereat,arg.
l.quoniam.de hæreti.in fi.cum ſi. Non obſtat etiam illud qđ
dicit,quòd non debet plus credi literis alicuius, quàm eius vi
uæ voci,&c.quia reſpondeo, quòd nolo quòd magis creda-
tur voci mortuæ,quàm voci viuæ ipſius prætoris,ſed ei viuo
plenè crederetur,quando non poſſet haberi alius teſtis,argu.
dictæ l.1.§.fi.ſuprà de verb. ob.& aliorum ſupra allegatorum.
ergo ſimiliter eſt credendum voci mortuæ,& quod credere
tur eius viuæ voci, facit vt dixi in anguſtia probationis, quia
non poteſt res aliter probari,quàm eo modo.Item concur-
rit dignitas perſonæ ipſius officialis, quæ in probationibus
149 multum operatur.† Et ideo multum ſing.dixit Pau.de Caſt.
in l.admonendi.ſuprà de iureiur. & in l.Lucius. ſuprà de his,
qui no.infa.in ſuis recollectis Florẽtinis. quòd licèt teſtes ſin-
gulares non probent, iuribus vulgaribus, ſi tamen teſtes ſin-
gulares ſint ita nobiles & digni, quòd iudicem adducant ad
indubitatam fidem, quod tunc iudex non debet curare de il
la ſingularitate,ſed ſecundùm eos debet iudicare, & illud di-
ctum Pau.de Caſt.refert & ſequitur pro valde not.& ſingula
ri Dom. Io. Baptiſta de Cacialu.in repet.d.l.admonendi.in 7.
char.in ſecunda colum.& Domi.Fran.Bru.in tracta.de indic.
& tortura.in prima char.in 3.colum.circa prin. pro quo facit
optimè,quod voluit Dom.Fely.in c. quia veriſimile. in prin.
vltimæ col. de præſump.de quod dixi latius in ſing.meo 113.
inci.vulgatũ & tritum eſt,&c.vbi videas.attenta ergo dignita
te ipſius officialis,crederetur eius viuæ voci,& attenta ẽt diffi
cultate probationis,ita ergo credatur eius voci mortuæ,&c.

Non obſtat etiam illud,quod dicit Pau. de Caſt. videlicet,
quòd non cognoſcitur ſigillum, nec perſona illius officialis
in loco, vbi producitur inſtrumentum procuræ & litera te-
ſtimonialis,ergo.Quia reſpondeo, quod iſtud nõ refert, ſed
illa tamen litera,& illud ſigillum præſumitur, quòd quis no-
mine alterius ſcripſerit, vel ſigillauerit alieno ſigillo, & ſic ꝙ
commiſerit falſum. l. non omnis. in §. à Barbaris. infra de re
milit.l.meritò. ſ. pro ſocio.cum vulg.Et ſic ex iſtis omnibus
apparet, quod dictum inſtrumentum factum in longinquis
partib.vnà cum litera teſtimoniali officialis loci, vbi factum
eſt inſtrumentum fidem faciens de tabellione,&c.plenè pro
bat.& ideo ita ſeruatur per totam Italiam,imò & per totum
orbem, vt quotidie videtur, & ita ſemper & hactenus ſerua-
150 tum eſt. † Et pro hac concluſione, quòd credatur dictis lite-
ris teſtimonialibus,facit optimè dictum Innoc. in c.poſt ceſ-
ſionem.de proba.vbi dixit, quòd creditur literis Epiſcoporũ
ſigillatis in extraiudicialibus, quod dictum refert & ſequitur
Bal.in margarita ſua,in litera C.in 6.col.verſicu. creditur lite-
ris epiſcoporum.Et faciunt dicta per Bar. in l.ſi publicanus.§.
de rebus. ſupra de publica. vbi dixit, quòd literæ officialium
plenè probant,etiam ſine teſtibus.& idem tenet Abb.in c.cũ
151 à nobis.extra de teſtib.† Et quòd literis teſtimonialibus ſigil
latis officialium credatur,tenet Cyn.in l. exigendi. C. de pro-
cura.& in l.ſi qua per calumniam.C.de epiſco.& cle.& Bar.in
l. ſi procuratorem abſentem. & ibi Angel. ſupra de procur.
Imo.in c.ſi cautio.de fide inſtrumen.Bal & Saly. in l. compa-
rationes. C. de fide inſtrumen. Bal.in l. cum quædam puella.
ſupra de iur.om.iudi.Bar.in l.Lucius. ſupra de fideiu. Et dixit
Bal.in l.pacta nouiſſima.in vltima col.de pact. quòd literæ iu-
dicũ ſigillatæ eorum ſigillo, fidem faciunt. pro quibus facit
tex.in l.prohibitum.C.de iu.fiſ.lib. 10. & in l. ea quidem. C. ſi
mancip.ita fue.alie.vt manu.& ibi glo.in verbo,contineat,&
faciunt dicta per Dom.Alex.in dicta l.ſi publicanus.in §.de re
bus,ſupra de publi. & ſic tu habes duo remedia ad faciendũ,
quòd adhibeatur fides inſtrumento facto in longinquis par-
tibus, & plenè probet mandatum,& communiter per eum
legitimetur perſona procuratoris illud inſtrumentum pro-
ducentis. Poſſes etiam adhibere alium modum, quem aliàs
ego adhibui, videlicet, quando producitur inſtrumentum,
vel longinquis partibus ſcriptum & ſuſceptum manu alicu-
ius tabellionis, in quo continetur mandatum factum alicui
cum ſigno ipſius Notarij,& cum alijs requiſitis, nam tunc ſi
pars aduerſa negat tale inſtrumentum eſſe manu illius Nota
rij ſcriptum,& illum eſſe Notarium, &c.cautela eſt & reme-
dium, quòd perquiras per ciuitatem & locum illum vbi res
agitur,& videas inuenire aliquos forenſes illius ciuitatis, cu-
ius ille eſt Notarius, qui ſcripſit tale inſtrumentum, & tunc
facias illos examinari ſuper legalitate dicti Notarij, & etiam
deponant illud inſtrumentum eſſe ſcriptum manu illius No
tarij,& ſignatum eſſe ſuo ſolito ſigno, ſi habent notitiã iſto-
rum, ſinautem non habent plenam notitiam ipſius literæ &
ipſius ſigni, tunc ſaltem deponant ſuper legalitate Notarius
ſui, quia raro inueniuntur homines eiuſdem loci, qui non
habeãt notitiam de exercitio & miniſterio hominum eiuſ-
dem loci, & hoc modo etiam coadiuuabitur illud inſtrumẽ
tum,& faciet plenam fidem de mandato, quod in eo conti-
netur, & ſic etiam legitimabitur perſona procuratoris. tene
152 menti prædicta. † Poſſet etiam in hac materia legitimatio-
nis perſonarum quæri de vna quæſtione,videlicet,ſi vnus cõ-
paret coram iudice,& non habet mandatum aliquod alicu-
ius,ſed ipſe aſſerit ſe eſſe procuratorem Titij, & ad hoc oſtẽ
dendum portat literas credentiæ ipſius Titij directiuas iudi-
ci,in quibus continetur, quòd ipſe Titius rogat iudicem vt
velit præſtare illi nuncio ipſius literæ eandem fidem de om-
nibus,quæ ipſe nuncius nomine ſuo exponet, quam præſta-
ret ipſi Titio ſi præſens eſſet,vtrum hoc caſu ſi dicit ſe procu
ratorem ipſius Titij debeat ſibi credi, & ſic an per tales lite-
ras credentiæ probetur mandatum? In quo non loquar de-
ciſiuè,ſed tantùm remiſſiuè propter breuitatem, cum iã plu-
ra & plura dixerim in hac materia,ideo de hac quæſtione vi-
de per Bar.magiſtraliter loquentem in l. Lucius Titius. ſ. de
fideiuſ.Bal.in l.fi.in princ.C.quod cum eo.Bal.in rub.C.de cõ
ſtit.pecu.in pen.colum.Bald.in addi.Spec.in tit.de ſolu.in ver-
bo,mercator,&c.Bal.in c.fraternitatis.de cle.non reſi.Bald.in
l.1.C.de conſtitu.Princ.Bal. in l. quicunq;. in §.1.ſ.de inſtito.
Bal.in l.multum intereſt.in 7.col.C.ſi quis alteri,vel ſibi.Bald.
in c.ex parte.in 6.col.de reſcrip.& in c.cum contingat.in fi.de
reſcrip.Abb.in c.Romana.in 9.colum.de appel.& Doc.in l. ſi
mei cauſa.ſ.commo.Dom.Alex.in d.l.Lucius.ſ.de fideiuſ.
153 † Poſtremò vltra omnia ſupradicta in hac materia legitima-
tionis,teneas etiam menti,quòd quandoq; nedum eſt legiti
manda perſona litigantium & iudicis,ſed etiam aliquãdo eſt
legitimanda cauſa ante omnia. Exemplum eſt in cauſis cri-
minalibus,nam in illis iudex non poteſt contra reum proce-
dere, niſi primò & ante omnia conſtet delictum eſſe cõmiſ-
ſum,& ſic niſi ante omnia legitimetur cauſa ipſa. Et ex hoc
videmus,ꝙ inſurrexit practica per totam Italiam,quod ſi fit
notitia iudici maleficiorum de aliquo homicidio, furto, vel
ſimilibus delictis,ſtatim primò & ante omnia mittunt mili-
tem & Notarium ad inſpiciendum cadauer mortui, & ad
ſcribendum vulnera,vel ad videndum fracturam capſæ, vel
apothecæ,vel parietis,vel ſimilia,ipſe iudex ſi primò non legi
timaſſet cauſam ipſam hoc modo,non poſſet modo aliquo
procedere contra ipſum reum per inquiſitionem,ſaltem ad
tormenta.ita dixit Tancre.de Cor.in compendioſa ſua,in 7.
quæſtio.alleg.ad hoc bonum text.in l.1.in §.illud autem,ſ.ad
Sylla.vbi Bal.videtur hoc ſentire.& idẽ tenet ibi Lud. Roma.
& Bar.in l.fi.in 1.col.infra in hoc tit.& idem etiam firmat ip-
ſe Bar.in l.1.ſ.de teſtam.mili.pro quo facit l.1.C.vbi cauſa fiſc.
& tex.in d.l.ſi queramus.ſ.de teſta.& tex.noſter hic. Et idem
voluit Ange.de Are.in tract.malefi.in verbo,fama publica.in
18.char.verſic.18. tu iudex, &c. vbi ponit practicam, quam
ſuperius dixi, ſcilicet de iudice maleficiorum mittente mili-
tem & Notarium maleficiorum. & hanc partem etiam fir-
mat Bald. in addit.Specu. in titu. de ſent. in 18. colum. in fi.
vbi dixit, ꝙ ſi quis confitetur ſe hominem occidiſſe & eum
proieciſſe in mari, tamen ſi non conſtat de corpore mor-
tuo,

tuo, ille qui confeſſus eſt homicidium, non poterit occidi,
nec puniri de homicidio, ſaltem niſi probetur per famam, il-
lum fuiſſe mortuum. quod etiam firmat ipſe Bal. in l. cum p-
batio. ſ. de proba. in ſuis additio. & in auth. ſed nouo iure. C.
de fur. & Bald. in addi. Specu. in tit. de confeſ. in 2. col. ver. Ti-
tius confitetur. de quo etiam ſatis latè dixi in conſi. meo 40.
incip. ſummi redemptoris. in vlt. char. de quo etiam habetur
per Dom. Franc. Brunum in tract. ſuo de indic. & tortura. in
9. char. in 3. colu. & dixi etiam latius ſupra in l. 1. in princ. in 1.
154 char. in hoc titu. † Vltimò circa hanc materiam dico, ꝙ
contra hunc tex. & ſimiles, & hanc regulam, ꝙ ante omnia
eſt legitimanda perſona, & primò de perſonis quærendum
eſt, &c. opponi poteſt de tex. in l. cum hi. in §. vult igitur. ſuprà
de tranſac. vbi text. dicit, ꝙ primò quærendum eſt de cauſa,
ſecundò de modo, poſtea de perſonis, & ſic eſt ibi tex. ꝙ vlti-
mo loco, & non ante omnia, quærendum eſt de perſonis, &
ſic ibi eſt tex. de directo cõtra hunc tex. Quare pro ſolutione
dici poſſet, ꝙ ille eſt caſus ſpecialis. vel dici poſſet, ꝙ primò &
ante omnia quærendum eſt de perſonis. hoc eſt verum, quã-
do natura cauſæ hoc patitur, ſecus autẽ ſi natura cauſæ aliud
expoſcit, quia tunc peruertitur ordo huius regulę, vt patet in
dicto §. vult igitur. & ita pro nunc reſpondebam ad allũ tex.
attamen cogitabitis pro alijs reſponſionibus. Et ex iſtis fi-
nem facio materiæ huius regulæ, quod ante omnia legitimã
da eſt perſona. Verum eſt quòd poſſem in ipſa materia for
mare alias quamplures dubitationes, quas omittere ſtatui,
cum ex ſupradictis ſatis onerata fuerit hæc regula & materia
iſta, quam hic reducere volui, quia ipſa regula probatur in
hoc tex. & etiam quia lex iſta aliam materiam non continet
& in ea aliquid boni non dicitur. Teneas ergo menti quæ di
xi, quia indubitanter ex ipſis recipies honorem & vtilitatem.
Sequitur l. certo pretio.

S V M M A R I V M.

1 *Torquendus præſumitur deteriorandus.*

Certo precio. Et hoc intendit. Cum petitur
torqueri ſeruus, debet æſtimari,
& tñ debet domino dari, quantum ipſe ſeruus deterioratus
1 eſt. hoc dicit. caſus not. huius legis. † Nota dictum in ſum-
mario. Item no. ꝙ torquendus præſumitur deteriorandus,
nam aliàs ante torturam non fieret æſtimatio ſerui, niſi eſſet
præſumptio quòd deterioraretur, & iſta præſumptio eſt iu-
ſta & rationabilis, per argumen. à communiter accidẽtibus,
nam quilibet tortus poſt torturam patitur (ſaltem in cõiun
ctione Lunæ) in brachijs, ſeu in tergo, vt intellexi à quàmplu
ribus & diuerſis, qui paſſi ſunt torturam. Alia notabilia hic
non colliguntur, & materia huius legis latius tractatur per
Barto. & Ange. in l. ſi poſtulauerit. in princ. ſuprà de adulte. ad
quam glo. & Bart. hic ſe remittunt, ideo videas dicta per eos
ibi, & tex. glo. & Docto. in l. 3. C. de adulte. Et glo. hic nihil ha-
bent, ideo ſequitur l. ſtatuliber.

S V M M A R I V M.

1 *In imponendis pœnis ſtatuliber pro libero habetur. nu. 3. & 4.*
2 *Diſpoſitio huius legis, an habeat locum in delictis.*
5 *Si laicus committit delictum, quo commiſſo ingreditur religionem, à quo iudice puniatur, & qualiter cognoſcatur an fecerit ſe clericũ in fraudem, vel non. nu. 6.*
7 *Alienatio facta ſtatim ante commiſſum delictum, an valeat.*
8 *Procurator ſi poſt iniunctum ſibi mandatum de emendo certum prædium, poſtea illud ſimpliciter emat, tunc videtur illud emiſſe prætextu mandati præcedentis.*
9 *Sententia lata per iudicem in breui tempore dicitur fulminatoria & non valet, etiam ſi ſit bene lata. nu. 12.*
10 *Præcipitata voluntas iudicis, eſt nouerca iuſtitiæ.*
11 *Conſilium repente datum, eſt ipſo iure nullum.*
13 *Non valet contractus minoris, quando tutor vel curator ſtatim poſtquam factus eſt tutor vel curator, interponit authoritatem in tali contractu.*
14 *Stante ſtatuto, quòd mulier vel minor non poſſit ſe obligare ſine authoritate iudicis, quòd non ſufficit quòd iudex authoritatem ſuam interponat, niſi in inſtrumento contineatur quòd adhibuit cauſæ cognitionem, & quòd reperit illum contractum cedere in vtilitatem eorum.*
15 *Si venditur animal, quod moritur intra triduum, habet locum redhibitoria ad precium.*
16 *Conſiliarius, qui ſcit aliquod ordinamentum circa venditionem frumenti, & ipſum vendit ante publicationem dicti ordinamenti, publicato ordinamento poterit reſcindi talis contractus.*
17 *Si dubito mihi moueri quæſtionem ſuper fundo & eum alieno, poſtea ſtatim mihi mouetur quæſtio ſuper dicto fundo, talis venditio reuocatur tanquam doloſa.*

Statuliber. Et hoc intendit. Statuliber pro deli-
cto non vt ſeruus, ſed vt liber puniẽdus
eſt. hoc dicit. Vel ſic. In imponendis pœnis ſtatuliber pro li-
1 bero reputatur. h. d. † No. ex hoc tex. dictum in ſummario,
videlicet quòd licet euẽtus libertatis in ſtatulibero ſit dubius
& incertus, tamen in pœnis imponendis reijcitur talis dubi-
tatio & incertitudo, & pro libero habetur & reputatur. con-
cordat tex. in l. moris. in §. ſi. infrà tit. 1. & l. 1. eo. tit. & ſ. ſi ex no
xali cauſa agatur. l. fi. & hæc lex, iudicio meo, congruentius ſi-
tuata fuiſſet ſub tit. infra de pœ. quam ſub iſto de quæſtioni-
bus, quia loquitur ſolùm de pœna imponenda, non autẽ de
quæſtione habenda, & ideo plura ponit ad materiam huius
2 legis Bar. in l. 1. infrà ti. j. de pœ. † Et teneas menti, ꝙ iſta lex &
ſimiles habent locum in delictis, quia ſi deliquit ſtatuliber in
pœna ſibi imponenda, reputatur pro libero, ſecus autem eſt
in contractibus, quia in illis nõ habet locum lex iſta. patet, nã
ſi ſtatuliber contrahit, non poterit ex tali contractu conue-
niri ſuperueniente libertatè, vt in l. j. C. an ſeruus ex ſuo facto.
quod eſt notandum pro limitatione huius legis & ſimilium.
& hãc limitationem ponit D. Alex. in d. l. fi. in fi. ſ. ſi ex noxali
cauſa agatur. Alia no. non colliguntur ex hac litera, ideo ve
3 nio ad oppoſitiones & contraria. † Et primò contra hunc
tex. poteſt inſtari de tex. in l. ſtatuliber à cęteris. in prin. ſ. de ſta
tuliber. vbi dicitur, quod ſtatuliber in publicis iudicijs puni-
tur vt ſeruus, ſed hic dicitur, quòd punitur vt liber. ergo ſol-
ue, ſecundùm glo. in d. l. ſtatuliber à cæteris, videlicet, quod il-
la lex loquitur in ſtatulibero, qui deliquit antequam eſſet ſta
tuliber, ſed tempore quo erat in ſeruitute, hic autem deliquit
tempore quo erat ſtatuliber, nimirum ſi hic punitur tanquã
liber, in cõtrario autem tanquam ſeruus. & hanc ſolu. appro-
bat hic gl. remittens ſe ad dicta per eam in d. l. ſtatuliber à cę-
4 teris. † Item contra iſtum tex. opponit etiam gl. de tex. in l.
1. in §. quid tamen. ſuprà ſi quis teſt. liber eſſe iuſ. fue. vbi dixit
tex. quòd ſi ſtatuliber deliquerit in hæreditate teſtatoris, ꝙ
vt ſeruus debet coerceri, & non vt liber & ſic contra iſtum
textum. Solue ſecundum glo. ibi, quod loquitur ille text. de
coerctione fienda à domino, non autem de punitione fien-
da per iudicem, ſed hic loquitur de punitione fienda per iu-
dicem, & ſic non habet obſtare. & hanc ſolutionem ſimili-
ter approbat glo. noſtra hic, remittens ſe ad ea, quę dixit in d.
5 l. 1. in §. quid tamen. † Expeditus de textualibus & glo. modò
circa materiam huius legis quæri poteſt de not. & quotidia-
na quæſtione, videlicet. Quidam laicus exiſtens in ſtatu laica
li commiſit delictum quo commiſſo ingreditur religionẽ,
qua pœna, & à quo iudice ſit puniendus, an pœna laicali &
per iudicem laicum, an verò pœna eccleſiaſtica, & per iudicẽ
eccleſiaſticum? In qua quæſtione Barto. in l. 1. infrà de pœ.
refert plures Docto. examinaſſe ipſam quæſtionem. & ipſe
finaliter venit ad hanc diſtinctionẽ, videlicet, qđ aut talis de-
linquens fecit ſe clericum in fraudem, & tunc allegatio ſua,
quòd eſt clericus, ſibi non prodeſt, ſed debet puniri per iudi-
cem laicum. alleg. l. ſi maritus. in §. legis. ſuprà de adult. & l. hos
accuſare. circa princ. ſuprà de accuſatio. Aut eſt certum quòd
fecit ſine fraude, & talis allegatio clericatus prodeſt ſibi, vt
non poſſit puniri per iudicem laicum. allegat d. l. hos accuſa-
re. §. hoc beneficio. ſ. de accuſa. Aut eſt dubium, an hoc fece-
rit in fraudem necne, & tunc ſi erat accuſatus vel diffamatus
de crimine, præſumitur hoc feciſſe in fraudem. allegat l. fi. in
princ. ſuprà de bonis eorum, qui ante ſenten. ſibi mortem
conſciue. vbi etiam ipſe Barto. ponit nota. dictum. & allegat
etiam l. ſi adulter. §. ſi eo tempore. ſuprà de adulter. Si autem
non erat diffamatus vel accuſatus, tunc non præſumitur fe-
6 ciſſe in fraudem. † Et ſubdit ibi Barto. quòd caſu, quo appa-
reat de fraude, quòd non poterit puniri per iudicem laicum
niſi primò degradetur ab epiſcopo ſuo. allegat l. qui cũ vno.
§. reus. infrà de re mili. & authen. clericus. C. de epiſcopis &
clericis. & ſubdit etiam, quòd prædicta habent locum etiam
ſi efficiatur clericus poſt ſententiam latam. allegat text. cum
glo. in l. ſi quis poſtea, ſuprà de iudic. & l. cum quædam puel-
la. ſuprà de iuriſdict. omnium iudicum. quod tamen dicit
non procedere, quando talis clericus eſſet tractus ad cle-
ricatum à ſuperiore. allegat l. qui autem, in princip. ſ. ſi quis
cautio. & l. iuriſperitos. ſuprà de excuſatio. tuto. & l. tutor
petitus. C. eod. titu. & l. prætor, infrà de excuſa. mune. & l.
idem Vlpianus. ſuprà de excuſa. tuto. ita reſidet Barto. in d.
l. 1. infrà tit. 1. & in hac qõne. Idem vr̃ tenere etiam ipſe Bar. in
d. l. hos accuſare. §. benefi. & in l. ſi adultera. in §. & eo tp̃e. ſ. de
adult. vbi in iſtis locis ſe remittit ad dicta per eum in hac qõ-
ne, in d. l. 1. infrà de pœ. & idẽ tenet ipſe Bar. in l. ſi quis poſtea.

ſuprà de re iudica.& in l. cum quædam puella, ſ. de iuriſdictio.omn.iud. & in l.pen.ſ.ſi ex noxali cauſa aga.& idem tenet Bal.in l.officiales.C.de epiſcopis & cleri.vbi not.loquitur & in l.ſi quis decurio.C.de fal.& in auth.cauſa, quæ fit cum monacho.C.de epiſcopis.& cleric.& in l.crimen, C.de ordi. cogni.& in l.1.C.an ſeruus ex ſuo facto. & idem videtur tenere in additioni.Specu.in titu.de reo.in verſi.ſi lite pendente,&c.&idem tenet Albericus de Roſ.in 4.parte ſtatu.in quæſtio.91.incipien.ſubijcio etiam.&c.vbi ſingulariter examinat hanc quæſtionem.& idem tenuit Bal.in l.pen.ſ.ſi ex noxa.cauſa aga.& Bal.& Ang.in dicta l.ſi quis poſtea,ſuprà de iudic.& Alberi.de Roſ.in dicta authen.cauſa,quæ fit cum monacho. & Bal.Ang.& Pau. de Caſtro,poſt glo.in l.nemo poteſt,ſ.de leg.1.de qua quæſtione vide etiam per Bald.& alios in c.at ſi clerici.in 5.col.extrà de iudic. & per Bal.in c.cum non ab homine.in 3.col.eod.titu.& in c.cum acceſſiſſent.in fi.de probatio.& in c.quia veriſimile.in fi.de præſump.& per Abb.in c. propoſuiſti.in 3.col.de iudic.& per Ioan. Andr. latè in c.1.de obliga.ad ratioci.& per Bal.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de cõſtitu.& per Petr.de Ancha.in regula,ea quæ. in 12. quæſtio. de reg.iur.in 6.& per Cyn. in d. authenti.cauſa, quæ fit cum monacho,& per Moder.in dicta l.cum quædam puella.& vide etiam per Pet.de Ancha.in diſputatione ſua, incip. laicus quidam.per Cardi in c.perpendimus.de ſenten. excommunica.per Alber.de Roſa.in 1.parte ſtatu.q.41.Gemi.in c. 1. de cle.coniuga.in §.fi.& per Ange.de Aret.in lib.maleficiorum. in verbo,comparent dicti inquiſiti,& in termino defenſionis,in verſ.quid autem ſi opponatur,&c.& per Old.in conſi. ſuo 4.incip.laicus,&c.Bal.in l.affinitatis.in fi.C.communia de ſucceſſi.& per Dominum Bartho.Cœpo.in conſi.ſuo 11.incip.caſus talis eſt,&c.in 4.col.& communiter Doct. in dictis locis tenent diſtinctionem Bar.in d.l.1.infra titu.1. quam ſimiliter ſequor addens vnum, videlicet, quod inquantum Bar.in d.l.1.infra de pœn.in hac q.dicit,quòd quando eſt dubium,an reus fecerit ſe clericum in fraudem,&tunc aut erat diffamatus de crimine,& tunc præſumitur feciſſe in fraudẽ,
6 aliàs ſecus. † Tu dicas,quod etiam alio modo poterit præſumi & cognoſci,an fecerit ſe clericum in fraudem, vel non. & hoc cognoſcitur ex hoc,videlicet ex interuallo temporis à die commiſſi delicti & ingreſſus religionis, vel aſſumptionis ordinis clericatus.Nam ſi commiſſo delicto ſtatim efficiatur clericus,vel ingrediatur religionẽ,præſumitur hoc feciſſe in fraudem.ita ſentit Bal.in d.l.officiales.C.de epiſ.& cle. pro quo facit tex.in l.ſi ventri.in §.fi.ſ.de priuil.cred. & quod ibi voluit Bal.vbi no.dixit, ꝙ ſi aliquis,puta Titius, loquatur ad aurem Seij,& ſtatim ipſe Seius cõmittit homicidium, ꝙ præſumitur ꝑ breuitatẽ temporis,ꝙ Titius dederit conſiliũ Seio ad committendũ tale delictum.[Hoc dictũ Bart.reprobat Bal.in conſ.220 inc.in q.D.Melani.in 1.col.in 3.vo.]quod et voluit Bal.in l.1.C.de ſer.fug.& in l.multum.C.ſi quis alteri,vel ſibi.& idem tenet D.Alex.in conſi.ſuo.69.incip.& viſo
7 facti,&c.in 2.col.in 2.vol. † Et facit, quod voluit Bal.in l. poſt contractum.ſ.de donatio.vbi dicit,quod ſi aliquis alienat bona ſua,& poſt talem alienationem incontinenti committit homicidium,quod tali caſu propter breuitatem temporis talis alienatio bonorum dicitur facta in fraudem,& poterit reuocari.quod etiam voluit ipſe Bar.in d.l.ſi ventri.§. fi. quem refert & ſequitur D.Alex.in conſi.ſuo 314.incip.viſo inſtrumento.in vlt.col.& faciunt dicta per Io.de Ana.in conſi. ſuo
8 23.in prin. † Et ideo dixit D.Alex.in d.conſi.ſuo 314. in vlti. col.quod ſi procurator poſt iniunctum ſibi mandatum de emendo certum prædium,poſtea illud ſimpliciter emat, ꝙ videtur emiſſe prætextu mandati præcedentis.ita dicit vidiſſe Bar.& Ang.per illum tex.in l.qui in aliena.in §.is,qui putauit.ſ.de acq.hæred.& alia iura ibi allegat ad hoc.& etiam allegat Bar.in l.his,qui. in §.vnde quæritur.ſ.de manumiſſionib. & Ang.in l.pignori.per illum text.in §.fi.ſ.de vſuc. Idem etiã dicit velle Bal.in l.ſi patruus.in 2.col.C. communia vtriuſque iudi.vbi dicit ipſe Bal. ꝙ ſi actum erat inter Titium & Seium ꝙ Titius emeret fundum nomine communi, poſtea Titius ſimpliciter fundum emit,præſumitur emiſſe nomine communi,prout prius antea inter eos erat conuentum.& ſubdit ibi D.Alex.quod idem not.Bar.in l.Titium.& Meuium.§.altero ſ.de adminiſt.tuto.adducit etiam ibi D.Alexan. dictum Bar.in l.triticum.ſuprà,de verbo.obligatio.vbi dixit,quod ſi mutuaui tibi 10.poſtea reperitur, quod per ſtipulationem promiſiſti mihi 10.quod præſumitur quod iſte ſequens contractus ſtipulationis fuerit factus occaſione præcedentis mutui,per illum tex. & per text.in l.ſi diuortio. eod.titu.& dicit quod hoc nota.Bar.in l.conceptum.in fi.ſuprà de adimen.
9 lega.† Et vltra prædicta etiam adduci poteſt, quod voluit tex.& glo.in cap.ponderet.50.diſtinct.vbi dicit Dominic.de Sancto Gemi.quod ſi iudex qui habito proceſſu incontinẽti fert ſententiam,dicitur talis ſẽtentia fulminatoria,& nõ valet propter breuitatem temporis.quod dictum refert, & ſequitur Barb.in c.ſuper quæſtionum.§.intentionis.in 4. col. de offic.delega.& in conſil.470.incip. ſcripſit eccleſiaſticus, &c.in pe.char.in vlt.col.quod conſilium inſertum eſt inter conſilia D.Alex.& in ordine.470.quod dictum Gemin. in c. ponderet.& ſimilia dicta limitata multum nota,vt ego limitaui in repetitione mea rub. ſupra de fideiuſſo.in 5.q. [Vide omnino Catal.in tractatu ſyndicatus.in 128.verſi.incipiente, adde quod licet poteſtati,&c.Soc.in conſi.87.incip. penſatis his, per totum.in 4.vol.& in conſilio 121.incip.in cauſa &c. in 4.&5.col.in 3.vol.Alex.conſi.213.incip.viſis.in fine,in 7.vo
10 lumi.] † Et facit optimè pro dicto Geminia. nota. verbum Cardina.in clement.paſtoralis.in §.verum.in principio,de re iudica.vbi dixit,quod præcipitata voluntas iudicis eſt nouerca iuſtitiæ.&dicitur apud prudentes,quod repentinæ,ſeu immaturæ reſponſionis comes,eſt pœnitentia. & dicit Barba. in d.§.intentionis.quod illud idem, quod dixit Dominicus in d.c.ponderet.voluit Bart. in l.prolatam, in fine. C.de ſent. vbi pro hoc allegat caſum in c.tum ex literis, de in integ.reſtitutione.& alleg.etiam ad hoc tex.in l.ius alimentorum. §. ſed ſi non cõſtat,ſ.vbi pupil.educa.debeat.& idem dixit Pau. de Caſt.in conſi.ſuo 198.incip.ſuper hoc puncto, &c. in vlti. col.& Pet.de Ancha.in conſi.ſuo 188.incipien.viſis,&c. poſt
11 prin.† Pro quo faciũt dicta perDominum Ant.in cap.ſi pro debilitate.de offi.delega.vbi dixit,quod ſi conſultor repente conſulat, conſilium eſt nullum ipſo iure. quod dictum refert & ſequitur D.Alex.in d.l.prolatam.& illud dictum Bart. in d.l.prolatam,refert & ſequitur Dom.Ant.in c.2. de re iud. & in c.poſt electionem.de conceſ.præb.& in capit. veſtra.de coha.cler.& mu.& Pet.de Anch.in c.1.de re iud.in 6.& Imo. in c.cum Bartoldus,de re iudicata.Et facit,quod dixit Iacob. Butric.in d.l.prolatam.vbi dixit,quod laudum latum præcipi
12 tanter,& ſic in modico tempore,eſt nullum.†Quinimò etiã talis ſententia & tale laudum,de quo ſuprà,eſt nullum, etiã ſi ſit bene lata vel latum.ita dixit Bar.in l.is, apud quem.in 1. col.C.de eden.quod dictum refert & approbat Barba.in c.ſuper quæſtionum.§.intentionis.in 4.col.de officio deleg. ſed illud improbat ipſe Barba. in c.cauſam, quæ.in 6. charta.verno.ibi,ſi literarum,&c.de reſcrip. Quæ omnia tamen limita & reſtringe,vt dixi in repet.mea rub.ſupra de fideiuſſori.in
13 dicta quæſtio.5. vbi omnino videas. † Et vltra prædicta ad iſtud propoſitum adduci poteſt,quod ſingula.voluit Petrus de Ancha.in conſi.82.incip.viſis diligenter actis,&c.vbi dixit, quod ſi eodem momento temporis,quo quis eſt deſignatus curator minoris per decretum iudicis,præſtita ſit authoritas in certa obligatione minoris per ipſum curatorem datum,& interpoſita ſit authoritas,ſeu decretum iudicis,quod tamen non valebit actus,quia non interuenit cauſæ cognitio ipſius curatoris interponentis authoritatem ex modicitate,vel breuitate temporis,quæ cauſæ cognitio in ſimilib.interuenire debet. [Vide Alexand.in conſi.45.incipiente,viſis in vlt.col. in 6.vol. Et illud conſi. Pet. de Anchara.refert & ſequitur Dominus Alexan.in conſi.ſuo 217.incipi. viſis verbis. in vlt.col.& Barba. in conſi.ſuo incip. ſcripſit Eccleſiaſticus, &c. quod eſt inter conſilia Domi. Alexand. in ordine meo.470.in vltima col.& idem dixit ipſe Pet. de Anchara. in conſi.35. incipiente,viſa quadam petitione.in 1.col & in cõſil.ſuo 115.incipien.ſecundum ordinem,&c.in 2. columna.
14 [† Et facit optimè ad prædicta nota.verbum Pauli de Caſtro in l.cum hi. §.ſi prætor. ſuprà de tranſacti. vbi dixit, quod ſi ſtatutum dicit,quod mulier,vel minor non poſſit ſe obligare ſine authoritate iudicis,quo d tunc non ſufficit, vt iudex authoritatem ſuam interponat,niſi in inſtrumento contineatur,quod adhibuit cauſæ cognitionem, & quod reperit illum contractum cedere in vtilitatem eorum, uel inſtrumentum ipſum non valere, quod eſt multum not. quia communiter talia verba non apponuntur in inſtrumentis de quo latius per ipſum Paulum de Caſtro,in dicto.§. ſi prætor.quem vide Domi.Felyn.in c.eccleſia Sanctæ Mariæ. in 8. q.9. colu.de conſtitutioni.& ibi etiam in 14.colum.ubi latè loquitur de hac cauſæ cognitione.& uide omnino Pau. de Caſtro in conſil. 91. incipiente, ſuper eo,&c.per totum. & vide Iaſ.in l.ne quicquam.in §. ubi decretum. nu.69.de offi-
15 cio proconſu.] † Adde etiam prædictis Ioan. Andræ. in additionib.Specu.in tit de emptione,& uenditione.in §.ſciendum. in additio. incipien. de illo, qui ſimpliciter. ubi dixit, quod ſi uenditur animal,quod moritur intra triduum,& ſic intra modicum tempus,quod habet locum redhibitoria ad pretium.quod dictum refert, & ſequitur Ioan. de Imolà in l.ſi quis cum aliter. ſupra de uerb. obligationi. & in l 2.in 3. col.

col.verſi.& ſi dubitatur.C.de reſcin.vendi.& in l.1.in penul.
colum.C.de ædil. acti.& Ioan.de Ana.in c.prætere a. in vlti.
16 colum.de cleri.percuſ. † Et facit etiam optimè nota.deciſio
Barto. in l.contra legem.ſ.de leg.vbi dixit,quod ſi aliquis eſt
magnus homo in aliqua ciuitate, & eſt de aliquo conſilio,
in quo fit ordinamentum,quod non poſſit vendi corbes
frumenti,niſi pro decem,& antequam tale ordinamentum
publicetur,ille talis magnus homo & de conſilio vendidit
frumentum ſuum pro maiori quantitate quam non vendi
diſſet publicato ordinamento,qua venditione facta incon-
tinenti ſit proclama,quod non poſſit vendi corbes frumen-
ti,niſi decem.dicit ibi Bar.quod talis venditio poterit retra-
ctari tanquam ſit facta in fraudem propter modicum tem-
poris interuallum inter venditionem,& publicationem il-
lius ordinamenti.& idem etiam voluit Bar.in l.quæro,ſuprà
de actio.emp.& Bal.in l.2.C.de pericu.& commo.rei ven. &
Ludouicus Romanus in conſilio 285. ſecundum ordinem
meum ,quod incipit,nunquid ſi ſum magnus dominus,&c.
vbi pro hoc dicto allegat tex.in l.ſi vina,alias,ſi quis vina.ver-
planè.ſ.de pericu.& commo.rei vendi.& idem etiam voluit
Cynus in l.fraus.ſ.de leg.& Paul. de Caſt. in l.1.in §.1.circa fi-
nem,ſuprà de actio.empti.vbi ad hoc allegat Cynum in d.l.
17 fraus. † Item & pro prædictis etiam adduci poteſt,quod vo-
luit Odofre.quem refert & ſequitur ibi Bal. in l. quoties. C.
de rei vend.vbi dixit, quod ſi dubito mihi moueri quæſtio-
nem ſuper domo & eam alieno,deinde ſtatim mihi moue-
tur quæſtio ſuper ipſa domo,quod ex breuitate,vel modici-
tate temporis præſumitur dolus ex parte mei vēdentis,adeò
quod talis venditio reuocatur per titulum de alienatio-
ne iudic.mutandi cauſa fac.quod eſt etiam de mente Bar. in
l.qui petitorio.ſ.de rei vend.& Bar.in l.2.in §.fin.ſ. de aliena-
tio.iudic.mutan.cau.fac.& Ang.in l.ſi autem.§. .ſ.de rei ven
di.Pro quibus faciunt dicta per Inno.in c.dilecti,extra de ex
ceptio.& per Bal.in l.is,qui reipublicæ.ſ.ex quibus cauſis ma
ior. per Dynum in regula,poſſeſſor.de reg.iur. in 6. per Bald.
in l.Fulcinius.§.penulti.ſuprà ex quibus cauſis in poſſe.catur.
& per Paulum de Caſtro,in conſi. 91.incipiente, ſuper eo ,
&c.de qua materia dixi latiſſimè in repetitione mea l. fina.
C.de probatio.in 71.charta.& in repetitione rubricæ,ſ.de fi-
deiuſſo ri.in 5.q.& vide nota.verbum Barba.in c. ab excom-
municato.in 2.col.de reſcrip.& vide latè dicta per Domi.Fe-
lyn.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ. in 8.colum. de conſtitutioni.
& ibi etiam per 6.col.ſequentes, vbi omnino videas. & vide
omnino,quæ dixi in d.repetitione.l.fi.C.de probatio.in 14.
q.extraordinaria.& ex iſtis redditur expedita lex iſta, ideo ſe-
quitur l.ex libero homine.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis varius vel vacillans in cauſa ciuili , an poſſit torqueri. numero 2.*
2 *Liber homo productus in teſtem,an & quando poſſit torqueri.*
3 *An viles homines admittantur in teſtes ſine tortura.nu.4.& 6.*
5 *Magiſtratus,vel poſitus in aliqua dignitate.depoſito officio torqueri non poteſt.*
7 *Pauper an poſſit eſſe teſtis.*
8 *Facultates & dignitates non valent tantum,quantum boni mores , & fidelitas.*
9 *Teſtes inhabiles probant,ſi ſunt rogati à partibus.*
10 *Teſtis non citatus,qui vltro ſe offert,eſt ſuſpectus,& non probat.*
11 *Teſtis veniens de longinquo,præſumitur citatus.*
12 *Cautela ad euitandam vacillationem teſtium.nu.14.15.*
16 *Teſtis ſi primo dicit vnum , poſtea aliud, poſtea reuertatur ad primum,an probet.*
17 *Si teſtis dicit primò ſe non recordari,vel neſcire,poſtea iterato productus deponit ſuper eo,an probet,quod limita.nu.18.*
19 *Variatio,an admittatur in Doctoribus.*
20 *Licet epiſcopus ſcribat alicui tanquam canonico,tamen poteſt poſtea cum negare canonicum,& referre ſibi quæſtionem canonicatus.*
21 *Deus eſt mutabilis & variabilis.*
22 *Sapientis eſt mutare conſilium.*
23 *Aduocatus poteſt allegare vnam legem ad vnum propoſitum,& cras dicere quod illa non facit ad illud.*
24 *An & quando liceat teſtibus variare,& quomodo debet ſcribi variatio ipſorum nu.25.& qui ſint effectus huius varietatis,vel vacillationis,remiſſiuè.nu.27*
26 *Variatio appellatur iniquitas.*
28 *Si teſtis dixit primo vnum , poſtea dicit contrerium, neutri dicto ſtandum eſt.*

Ex libero homine. Et hoc intendit. Liber
homo non vacillans nō
poteſt torqueri,alias ſecus.hoc dicit ſecundum Barto.vſque
ad §.de minore. Ex hoc text.no.dictū in ſummario,quia alia
1 nota.hic non colliguntur. † Quærit hic Bart. vtrum ex cau-
ſa ciuili teſtis vacillans poſſit torqueri ? In quo reſpondet
poſt glo.hic , quod ſic, & hoc per text.in l. diuus.in c.reſpon
ſo. ſupra eod.quod intellige procedere tantum in ſeruis, ſe
cus autem eſt in liberis per tex.in d.l.diuus.in §.fin.& hoc vo
2 luit Bar.in d.l.diuus.in princ.& ibi dixi. † Quærit vlterius hic
Bar. generaliter,an liber homo productus in teſtem , poſſit
torqueri ? In quo ipſe diſtinguit hoc modo,videlicet,quod
aut ſunt liberi homines poſiti in dignitate clericali , & iſti
non poſſunt torqueri , ſed aliter de falſo puniuntur. alleg.
l.præsbyteri.C.de epiſcop.& cleric.de qua dignitate clerica-
li,vide quæ copioſè dixi in repetitione mea rubri. ſ. de fide-
iuſſor.in 12.quæſt.vbi videas.aut ſunt alij poſiti in dignitate,
vel nobilitate & officio ſeculari,& iſti poſſunt torqueri prò
teſtimonio in vno caſu tantum,ſcilicet quando vacillant,&
ſic quia offendūt aures iudicis,vt in l.nullum,in principio.C.
de teſtib. Quidam ſunt teſtes in dignitate non poſiti,& tunc
ſi ſunt diuites & bonæ opinionis, non poſſunt torqueri,niſi
in duobus caſibus.Primus eſt,ſi vacillant,vt hic ſecundus eſt
ſi conuincuntur de mendacio,eo ipſo quod aſſerant ſe non
inter fuiſſe negotio,de quo agitur,& ab alijs conuincuntur,
quod interfuerunt,vt in l.vnius.§.teſtes.infra eo.tit.
3 † Quidam vero ſunt liberi homines, viles artifices facientes
viles artes,obſcuri,& ignoti. & dicit Bart.quod iſti forſan,ſe
cundum quoſdam,nunquam admittuntur,niſi cum tormē
tis.allegat Authen.de teſtibus.in §.ſi verò ignoti. & §. ſi verò
huiuſmodi.& ibi glo.quod etiam dicit tenere Azo. in Sum-
ma.C.de teſtib.Poterat etiam ad hoc allegare gloſſam, quæ
hoc expreſsè tenet in c.per tuas.de ſymon.in gloſſa,in verbo
adminicula.& gloſſa in c.cum P.in 1.gl.de accuſa. hoc tamē
dictum non placet ipſi Bart.per l.diuus.in §.fi.ſ.eo vbi depor
tatus in inſulam,& etiam ſtatu liber , non torquentur ſicut
alij homines,& conſtat illos eſſe viles & obſcuros. Præterea
dicit Barto.& tex.in d.§. ſi vero ignoti. quod ad hoc vt tor-
queantur duo requiruntur.primò,quod ſint viles & ignoti.
Item,quod tentent corrumpere veritatem,& tunc poſſunt
torqueri.Et ideo concludit ipſe Barto.quod iſti viles homi-
nes admittuntur ad teſtimonium ſine tortura, non tamen
eis adhibetur tanta fides,ſicut alijs,vt in l.2.& 3.ſupra de teſti.
4 † Poſſunt tamen tales torqueri in aliquibus caſibus. primò ;
ſi vacillant vt hic,& in d.§.ſi vero ignoti. Item ſi conuincan-
tur de mendacio,vt l.vnius.in §.teſtes.infra eod.Item , quan-
do ſponte vadunt ad dicendum teſtimonium,vt in d.§.ſi ve
rò feſtinantes.& probatur in §.hi qui.5.q.5.ita reſidet Barto.
hic. Circa hunc paſſum , circa quem mihi videtur quod ali-
qua addi poſſint.Et primò inquantum Bart.dicit quod qui-
dam ſunt teſtes poſiti in aliqua dignitate , vel in aliquo offi-
cio ſeculari , & tunc tales ſi vacillant poſſunt torqueri &c.
iſtud dictum mihi videtur non.eſſe verum,nec viribus ſubſi
ſtere duabus rationibus.Primò,quia officialis durante offi-
cio regulariter conueniri non poteſt.l.pars literarum.ſ. de
iudic.l.2.ſ.de in ius vocan.c.prohibentur.2. q. 1. volunt Do-
ctores.in c.legebatur.de maio.& obedien. ſi ergo non po-
teſt conueniri,quomodo poterit citari ad teſtimoniū ferē-
dū:& ſi in eo vacillat quō poterit torqueri? Certè iſta non
5 videntur compatibilia. † Secūda eſt ratio,quia magiſtratus,
ſeu poſitus in aliqua dignitate nedum durante officio , ſed
etiam depoſito officio non poteſt torqueri in memoriam
priſtinæ dignitatis,vt eſt tex in l.nihil.C.eod. de quæſtionib.
&in l.ſi quis.decurio.C.de fal.& habetur in l.milites,C.eo.de
quæſt.& ibi Bar.refert ſe habuiſſe in facto,ad quod etiam al-
legat tex.in l.diuo Marco.eo.ti.pro quibus facit no.doctrina
Mar.de Fano,quam refert & ſequitur Franciſ.Tigri.in l.fi.in
fra de decurionib. quæ omnia latius & copioſius retuli ſu-
pra in l.edictum.in principio.in vlt.colum.in hoc titulo.& in
ſingula.meo 107.incipiente,priuilegium dignitatis.& in ſin
gu.35.incipiente,ille qui nunquam.& in ſingula. 169. quod
incipit, viget communiter ſtatutum. &c. Ex quibus omni-
bus mihi videtur quod Bar.malè loquatur,cum officialis,vel
alius in dignitate poſitus nō poſſit torqueri,nedū durāte offi
cio & dignitate , ſed etiam finito officio & dignitate.Item
6 † inquantum Bar.hic in dicta ſua diſtinctione reprobat di
cens,quod teſtes viles facientes viles artes , obſcuri & igno-
ti , non admittuntur ſine tortura.adde, quod contra prædi-
ctos & pro opinione Barto. quod immo tales admittan-
7 tur ſine tortura . facit † Nam teſtis pauper admittitur
& probat,dummodo aliter ſit fidelis & honeſta perſona. ita
dixit tex.elegans in Authen.de teſti.in §. ſancimus. & voluit
Specu.in titu.de teſte.in §.1. in 7. charta. in vltima colum.
in verſicu.item quod eſt pauper,&c.vbi dicit,quod pauper

tas non eſt de genere malorum,& ſubdit,quod ſi pauperes,
& ignoti & ſimiles repellerentur,ſequeretur quòd multi ſan
cti viri,qui ſunt pauperes,& carent proprio, repellerentur,
quod non eſt dicendum. [† Adde hic quod facultates & di-
gnitates non valent tantum,quantum boni mores & fide-
litas.textus eſt in l.ſcire.§.cum reliquis.ff.de tut.& cura.dat,ab
his.& facit optimè l.ſuſpectum ff.de ſuſpect.tu.vbi dicitur, ꝙ
pauper & fidelis non dicitur ſuſpectus,ſed ille qui habet ma-
los mores.Item adde,quod paupertas non arguit vitium in
hoīe ita dicit Ang.in §.nouiſſimè,Inſt.de ſuſpect.tut.& dixit
Bald.in c.penu.de probationi.quòd meliores ſunt boni mo
res,quàm nobilitas,& pauper non dicitur vilis perſona,ſi ha-
bet bonos mores,ſecundum Bald.in l. ſi humilem. C. de in-
ceſt.nup.]Et hanc partem tenet Dominus Franciſcus de Are
tio,in conſilio 13.incipien.viſo diligenter, &c. in 10. colum.
verſi.ex prædictis,&c. vbi allegat prædicta,& ſubdit ſe fateri,
quod paupertas diminuit fidem teſtis quo ad hoc,vt ſi teſtes
pauperes concurrant cum alijs teſtibus, alij eis præferantur.
& dicit ſe ita intelligere l.3.in prin. ſ̃. de teſtib. & quod not.
Barto.in hac l ex libero.in principio. Ex quibus verbis habes
declarare,limitare,& reſtringere dictum Bartoli hic, volens
quod teſti pauperi diminuatur de fide eſſe verum , quando
concurrit cum alijs teſtibus ditioribus,& in cæteris æquali-
bus:ſecus autem,quando non concurrit cum alijs,quod no.
pro quibus optimè faciunt dicta Bal.in l.2.C.de teſtib.& per
Lud.Romanum,in conſi.420.quod incipit,præſuppoſita.cir
9 circa medium.† Et tene menti, quòd tanto magis procedit
hoc,ſcilicet quòd pauper & vilis homo faciens vilem artem
& ſimiles,admitterentur, ſi eſſent rogati à partibus, nam te-
ſtis inhabilis probat,ſi eſt rogatus a partib.gl eſt ſingula.in §.
& licet.in Authent.de teſtib.in verbo,etiam ſupplicijs.quam
ſequitur Bald.in l.parentes.C.de teſti.& in c.in nomine Do-
mini.in 1.col.de teſtibus.& Barto.in l.ad teſtium.§.1.ſupra de
teſtam.& Domi.Alexan.in conſi. 278. incip. ponderatis ver-
bis.in vltimis verbis de quo latius dixi in ſing.meo.92. incip.
10 licet teſtis ſit inhabilis. † Item circa vltimum dictum Barto.
hic,inquantum dicit,quòd teſtis pauper,vilis & ignotus,& ſi-
miles,poteſt torqueri, quando eſt varius , vel conuictus de
mendacio,vel quando ſponte vadit ad teſtificandum. dicas
circa hoc vltimum,quòd ratio eſt,quia ille qui ſe ingerit,tan
quam ſuſpectus eſt repellendus, argu.l. vxori.§.1.ſ̃.de falc.&
ibi per Bar.& in l.quæ omnia.ſupra de procu. & facit c.quali
ter,de elec.ita dixit Abb.allegando prædicta in c.cum in tua.
in 1.nota.de ſponſa.& voluit gl.in l.poſt legatum.in §. his ve-
ro.& ibi Bar.ſupra de his,quibus vt indig. quam ad hoc alle-
Ludo. Roma.in conſi.420.incip.præſuppoſita,&c.vbi etiam
allegat hoc voluiſſe Spec.in tit.de teſte.in §. qualiter.verſi.vo
lens,&c.& Dominos de Rota,in deciſione 754.de quo etiã
per Domi.Anto.& alios in c.2.de teſti.& per Barto.in l.4.ſ̃.de
teſtib.& in l.libertorum.C.de teſtib.& in authenti. præsbyte
ros.C.de epiſcopis,& clericis.& per D.Alexan.in conſi.68.in-
cip.viſo & diſcuſſo,&c.in 7.colum.in 2.vol & per Pet. de Sa-
xo.in c.bonæ.de elec.quem refert & ſequitur Dom.Anto.in
11 c.1.extra de iud.† vbi dixit,quod ille qui venit de longinquo
ad teſtificandum,non præſumitur ſponte hoc facere , ſed in
dubio præſumitur citatus ad hoc.& per Bal.in cap.1.in §.por
rò.in titu.quæ fuit prima cauſa beneficij amit. & per Bald.in
l quoniam liberi. C. de teſti. & ibi dixi alias. Expeditis dictis
12 per Barto. vltra † eum ſi vis ſcire,an & quando teſtis varius ,
vel vacillans debeat torqueri,videas Inno.&alios in c.cum in
contemplatione.de regu.iur.& Dyn.in regula, ſine culpa. de
regu.iur.in 6.Cyn.in l.fi.C.eod. de quæſtioni. Paul.de Leaza.
in commento c.grauis.de depoſito Bal.in l.milites.C.de quę
ſtioni.Bal.in l.3.C.de adulte.D.Anto.in c.cum in tua. de teſti.
Bal.in c.1.in ti.quid ſit inueſti. Bal.in l.nullum.& ibi Saly.C.de
teſt. Ang.in conſi.275.inci.quædam Domina Margareta. D.
Alex.in conſi.63.quod incip.omiſſis, &c. in 1. volum.& per
Ludo Roma.in conſi.505.incip.cum teſtis,&c.in fi.& Petr.
de Ancha.in c.de teſtibus.eod.titu.Bar.in l.eos.in 2.reſponſo.
ſ̃.de fal.Pet.de Ancha.in cle.2.de teſtib.Doc.in c. veniens. ex-
trà de teſtib.& Matthæ.de Matth.in nota.ſuo 195.inci. nota,
quod in ſubſidium,&c.& Domi.Alex.in conſi.11. incip. cir-
ca primum,&c.in 1.vol.vbi inter cætera dixit,quod teſtes re-
13 probati à iure, non ſunt examinandi ſine tortura. † Et ideo
ne teſtes vacillent,& ne contrarium aſſerant eius, quod pri-
mo dixerunt,& ſic ne cõtra eos deuenitur ad torturam pro
veritate habenda,cautela eſt quando ſemel depoſuerunt, &
iterum ſuper eodem facto,vel ſuper eiſdem capitulis produ
cuntur,quod dicant,dico & depono per omnia,prout alias
dixi,& refero me ad illud ꝙ alias in præſenti cã, vel articulo
dixi.Nam talis depoſitio admiſſa per iudicem, idem opera-
tur,ac ſi ipſe teſtis expreſſè & ſpecificè depoſuiſſet in vltima
examinatione illud,quod in prima continetur.l.qui liberis.
§.teſtamento,ſ̃.de bo.poſſeſ.ſecundum tabu. l.tribunus. §.1.
&l.quærebatur.ſ̃.de teſta.mili.voluit Bar.in l.eos.ſ̃.de fal.Pet.
de Anch.in cle.de teſti.ad fin.de teſti.& D.Alex.in conſil. 61.
incip.viſo proceſſu,&c.in 2.vol.& in conſi.183.inci.viſo pro-
ceſſu.in 6.col.& D.Ant.in c.cum in tua.in fi.de teſti. & ſic cũ
hac reſponſione euitabit ipſe teſtis contrarietatem & peri-
culum torturæ. [Vide Flor.in l.1.in 2.col.ff.de teſtibus.]† Vel
14 dicas,quod etiam ipſe teſtis poterit, ſi de nouo producatur,
dicere,ſatis per ſupradicta per me reſponſum eſt. ita colligit
ex tex.in l.fundi Trebatiani.ſ̃.de vſufru.leg.quem tex. ad hoc
allegat Bal.in l.ſolam,in fi.2.col.C.de teſti.& Bal.in addi. Spe.
in titu. de poſitionibus. in 2. colum. in verſicu. qui ſemel.
15 † Quod tamen tu limita & intellige eſſe verum , niſi iudex
haberet teſtes ſuſpectos,quia tunc ipſi teſtes iterum produ-
cti & examinati non poterunt dicere,ſatis per ſupradicta re-
ſponſum eſt,&c.ſed debebũt iterũ & de nouo deponere.ita
not.dixit Bal.in l.1.in §.editiones.in fi.1.col.ſ̃.de eden. & in l.
16 fi.C.de teſtib.in fi.verbis.† Sed iuxta prædicta dubitari poteſt
quid ſi teſtis iudicialiter examinatus primò dicat vnum , po-
ſtea aliud,poſtea reuertatur ad primum dictum,vt puta ſi di-
cat,vidi Titium vulnerantem Caium in domo,imò in ſtrata
imo in domo,an iſto caſu probet? Vide de hoc ꝑ Spe. in tit.
17 de teſte.§.1.ver.quid ſi dicit,vidi hic,&c.& ibi Io.And.† Et in
materia iſta vacillationis teſtiũ ſcias ꝙ ſi teſtis ſemel ꝑductus
dixit ſe neſcire,vel non recordari , modò iteratò productus
deponit ſuper ipſomet negotio,ſuper quo primò dixit ſe ne
ſcire,vel non recordari,an hoc caſu valeat eius dictũ? In quo
dicas ꝙ ſic,nec reputatur varius,vel vacillans.hoc voluit glo.
in c.cum cauſa,quæ inter œconomum.in gl.2.extrà de teſti
bus.& hoc probat tex.ſing.ſecũdum Bal.in c.1.in §.notandũ.
in tit. de not. feudo.Et idem voluit Ang.in l.qui tabularum.
per illum tex.ſ̃.de fur.& Lud.Rom.in l.qui bona. §.ſi quis ſti
pulatus.ſ̃.de damno infecto.& idẽ voluit Bald.in c.dudum,il
ij.in 13.col.de electi.& in rubrica de controuer.inueſti. in 2.
col.& Bald.in titu.quid ſit inueſti. in c.1.§.1.col.& Lud. Ro-
ma.in conſi.505 inci. cum teſtis & D.Alex.in conſi.56. inci-
18 pien.viſo proceſſu. in 3.colum. in 2. volum. † Quod tamen
limitat Bald. eſſe verum,niſi ipſe teſtis ſit locutus cum parte,
quia tunc non admittitur,ſi primo dixit ſe nihil ſcire, uel ſe
non recordari.Ita dixit Bal.in dicta rubrica de controuer.in-
ueſt.& Ludouicus Rom.in dicto conſil.505.vbi ponit etiam
ad hoc alias limitationes,& ſentit Bald.in l.præsbyteri,la 1. in
1.col.C.de epiſcopis & clericis.Si autem non ſit locutus cum
parte,bene admittetur,quia præſumitur,quod modò melius
recordetur,quàm tempore,quo fuit interrogatus, pro quo
facit,quod dixit Angel in conſil.308.incipien.factum tale eſt
19 Chriſtophorus Petri , &c.in 3. columna † Et facit optimè ,
quod dicit Bal.in l.de tutela.circa medium.C.de in integ. re-
ſtitu.mino.& ibi Doctores.vbi dicit eſſe doctrinam pro Do-
ctoribus,qui vna die conſulunt vnum, & alia die conſulunt
aliud,vt non reprehendantur, tanquam fortè tunc melius
informati ſentiant,ſeu teneant vltima vice.Et idem dixit An
gel.in l.Labeo ſ̃.de ſerui.ruſtic.præd.per gl.ibi ſing.quæ dicit,
quod Iuriſconſulti etiam quandoque variant. dicit tamen
Bal.in d.l.de tutela.quod talis varietas in Doctore eſt eru-
beſcenda, tamen per hoc non dicit, quod ſit reprobanda.
quod dictum refert, & ſequitur Domi.Anton. in cap. fina.
20 extrà de confeſſ.† Et faciunt dicta per Bald.in c. ne innita-
ris.de conſtitu.circa finem,& per eundem Bal.in l.iubemus.
C.de lib.cauſa.vbi dicit,quod licet epiſcopus ſcribat alicui tã
quam canonico,tamen poteſt poſtea eum negare canoni-
cum,& referre ſibi quæſtionem canonicatus. pro quo facit
gl.ſingu.in auth.item poſſeſſor.C.qui potio. in pig. habean.
quæ dixit,quod licitum eſt confitenti,vel neganti venire cõ-
21 tra dictum ſuum, in alio tamen iudicio, † Et faciunt dicta ꝑ
Arch.in c.ſtatutum.de reſcrip.in 6.vbi dixit, Deum eſſe mu-
tabilem,ſeu variabilem,& hoc probat bonis rationibus.& al
legat illud quod ipſe dixit, Penitet me feciſſe hominem.pro
quo facit illud,nouit Deus mutare ſententiam , ſi tu noue-
ris emendare delictum.in qua materia vide etiam tex. in l 2.
22 circa princi.ſupra quis or.in bono.poſ.ſerue. † Et facit illud
quod dicimus,quod ſapientis eſt mutare propoſitũ, c. cum
ceſſante. de appella. vbi iudex reuocat ſuam interlocuto-
riam male latam. & facit c. qualiter & quando il primo, de
23 accuſat.& ibi glo.& cap.magnæ 22 quæſt.4. †. Et quod no.
Bal.in l.vnica C.de confe.& quod dixit Dominus Antonius
in c.uenerabilis in 10. colum.de except. ubi loquitur de ad-
uocato, qui poteſt allegare unam legem ad unum propoſi
tum, & cras dicere quod illa non facit ad illud. & facit gloſ-
ſa in Authen.de trien.& ſemiſ. in gloſſa magna, in princip.
quam in propoſito allegat Bartol. in Authentica item
poſ-

24 poſſeſſor.C.qui potiores in pignore habeantur.† An autem
& quãdo liceat teſtibus variare.vide Bar.in l.quicquid aſtrin
25 gendæ.ſ.de verb.oblig.circa finem.† Et ſcias,quod hoc caſu
quo teſtis variet,ſeu vacillet,Notarius nõ dẽt ſcribere vacilla
tionẽ, ſeu varietatẽ,q̃ ſibi vr̃, ſed q̃ vr̃ iudici,& eã dẽt ſcribere
mandato iudicis,ſecundum Spe.in tit de teſte.§. nunc tractã
dum.ver.hoc autem ſcias,&c. Et idẽ videtur velle Bal. in l.3.
in prin.ſ.de teſtib.de quo dixi ſupra late in l. de minore.in §.
plurimum.in 2.char.ſ.in hoc tit. vbi videas omnino. & vide
ẽt,quæ dixi in hac materia ſatis late in repetitione mea l.fi.C.
de probatio.in 44.char.[† Adde in hac materia varietatis, ꝙ
26 variatio appellatur iniquitas.tex.in l.ſi quis.& ibi gl.C.de reb.
27 credit.& in l.fi.C. de modo mul.] † Qui autem ſint effectus
huius varietatis,vel vacillationis,videas no.verbum Bar. in d.
§.plurimum.relatum ab Ang.de Are.in tract. ſuo maleficio-
rum.in verbo,fama publica in 17.char.in verſi.nonò quæro,
&c.quæ oĩa poſui in §. plurimũ. & melius in ſingulari meo
28 103.incip.varietas,&c.† Et ſi teſtis in eo.iudicio ſup eodẽmet
facto,primo dixit vnum,poſtea dicit ꝯrium, tali caſu cui di-
cto ſit ſtandum? Dicas quod neutri dicto ſtandum eſt,maxi
me ſi nullam cauſam aſſignet, quare contrarium dixit eius,
quod primo dixerat.ita probatur in l. 1. ſ. de teſti. & in l. qui
falſa,vel varia.eo tit.& in c.cum eccleſia Sutrina.de cauſa poſ
ſeſ.& proprie.& habetur in c.ſi teſtis.4.q.3.in verſ.qui falſa.&
habetur in c.ſuper his.de pẹn.& facit c.pura.3. q. 9. & hoc te-
net Spe.quem ibi ſequitur Io.And.in tit.de teſte.§.1. ver. itẽ
quod teſtes ſunt varij.& verſi.quid ſi idem teſtis.ad quod al-
legat c.ſolicitudinem.de appella in fine.& l.cum precum. C.
de libera.cau.Et per iſta remanet expedita lex iſta in ſui prin.
ſequitur §.de minore quoque.

SVMMARIVM.

1 *Minores quatuordecim annis torqueri non poſſunt. num.2.*

§. De minore quoque.

Et hoc intendit. Minor 14. annis
non auditur in teſtem contra aliquem cum tormentis, nec
ſine tormentis,maximè ſi contra illum aliqua alia argumen-
1 ta non concurrunt.hoc dicit. † No.dictum in ſummario.itẽ
nota hic pulchram rationem,quare minor ætas repellit mi-
norem à teſtimonio ferendo cum tormentis,vel ſine.Nam
aſperitas tormentorum operatur,vt talis minor non exami-
netur cum tormentis.item ætas ipſa minor etiam operatur,
vt non examinetur in teſtem contra aliquem,quia talis ætas
minor reddit eos ſuſpectos ad facilitatem mentiẽdi.Alia no
2 ta.hic non colliguntur. † Opponit Bart.contra iſtum tex.de
l.1.§.impuberes.ſ.ad Syl.vbi habetur,quod minor etiam tor
quetur.Soluit,quod minor non poteſt torqueri, vt ex eius
dicto aliquis condemnetur vt hic,ſed vt ex eius dicto ſuma-
tur indicium ad veritatem inquirendam.& dicit quod bene
minor poteſt ferula,vel habena cẹdi.allegat gl.in l.talis. C. ad
Sylla.ſed corrupte allegat,debuit allegare tex.in d.l.1.§. impu
bes.ſ.ad Syllania.& gl.quæ allegat bonum tex.in l.1.C.de cur-
ſu publico.lib.12.Et poſſent hic plura dici & examinari circa
materiam minoris 14.annis,quæ omitto,quia iam in tali ma
teria dixi in dicta l.de minore.in princip.ſuprà in hoc titulo,
ad quæ me refero,ne replicem idem per idem.Et per hæc ſit
expeditus iſte.§.quia gl.ſunt claræ,ideo ſequitur.§.cum qui.

SVMMARIVM.

1 *Extraneus præſtans beneficium ſeruo habetur loco domini.*

§. Eum, qui vendicanti.

Et hoc intendit. Seruus non po-
teſt torqueri contra illum,qui pro eo ſatiſdedit de iudicio ſi
ſti,vel de iudicato ſoluendo,vel pro eo aliter cauit, quia hoc
1 caſu pro domino habetur.h.d. † Nota,quod extraneus præ-
ſtans beneficium ſeruo,habetur loco domini, adeo ꝙ talis
ſeruus non poterit contra eum torqueri, quod habet æqui-
tatem in ſe.Alia notabilia hic non colliguntur,nec Bar. legit
hunc.§.quia clarus eſt.Venio igitur ad gl.quę ſatis claræ ſunt.
nam gl.primo in verbo,cauit.exemplificat iſtum tex. in cau-
tione de iudicio ſiſti,vel de iudicato ſoluendo.allegat textũ,
Inſtit.de ſatiſd.in prin.quod optimè notandum videtur iux-
ta textum.Glo.fin.primo allegat in ſimili,l.pen.ſ. qui ſatiſda.
cogan.poſtea arguit contra iſtum tex.de l.fi.C.eod.vbi habe-
tur,quod ſerui hæreditarij torquentur etiam ſi relicta ſit ſibi
libertas, vt ibi dicitur,ſed hic dicitur contrarium,ergo.Glo.
iſta ſoluit.Primò,quod iſta lex corrigitur per illam.Secundò
dicit,quod hic loquitur text.cum de alijs rebus quàm de hæ-
reditarijs erat controuerſia,ſed in d.l.fina.loquitur de rebus
hæreditarijs,ſuper quibus erat controuerſia. Ideo nimirum
ſi poſſunt tunc ſerui torqueri.de qua materia etiam habetur
in l.hæreditarij.ſuprà eodem. Alia hic non dicuntur, ideo
ſequitur l.repeti.

SVMMARIVM.

1 *Reus,an & quando poſſit repeti in tortura.num.2.3.4.6.7.8.10.*
11.12.13.14.16.18.25.
5 *Leuis tortura,non dicitur tortura.*
9 *Iudex ponens aliquem indebitè ad torturam,qua pẹna puniatur.*
15 *Reus non debet vltra tertiam vicem torqueri.*
17 *Qui ſponte confeſſus eſt delictum,an poſſit reuocare talem confeſſionẽ*
19 *Quando maleficium eſt liquidum per probationes, malè facit iudex ponere reum ad torturam,immo tenetur. ipſe iudex in ſyndicatu. numero 33.*
20 *An ex indicijs indubitatis poſſit reus ad mortem condemnari nu.23.*
21 *Si teſtes dicunt vidiſſe Titium & Seium rixantes,& quod viderunt aliquem ipſorum inferentem vulnus alteri,ſed quod ſedata rixa viderunt vnum ex eis vulneratum,certè ex hoc reſultat indicium indubitatum,ex quo deueniri poterit ad condemnationem.*
22 *Ex pluribus indicijs reſultat plena probatio.*
24 *Quando quis damnatur ex præſumptionibus,tunc non debet ſibi imponi vera pẹna,ſed alia mitior.*
26 *Indicia indubitata,quæ ſint.*
27 *Caſus,in quibus quis ex confeſſione propria non poteſt condemnari pẹna mortis.nu.28.29.30.*
31 *Reus ſi fatetur delictum,& dicit,quod Titius fuit eius ſocius in tali delicto: poſtea ductus ad banchum iuris negat illud delictum commiſiſſe, an illa prima confeſſio faciat indicium ad torturam contra Titium.*
32 *Confeſſus delictum poteſt poni in carcerem ſolummodo propter hoc, vt manifeſtet conſocios & mandatorem.*
34 *Reus habens contra ſe indicia,ſi fuit tortus,& ſemper negauit,an ſtante ſua negatione debeat abſolui,vel relaxari.nu.36.*
35 *Iudex antequam relaxet reum,quid facere debeat.*
37 *Intra quantum tempus à die confeſſionis reus debet duci ad banchum iuris ad perſeuerandum.*
38 *Confeſſio facta coram denunciatore,facit indicium ad torturam contra confitentem.*
39 *Reus de ſe confeſſus non poteſt contra alios torqueri.nu.42.*
40 *Caſus,in quibus reus poteſt interrogari de conſocijs.*
41 *Accuſatus de furto,contra quem ſunt indicia, an ſit torquendus, vt alia furta confiteatur.*

Repeti.

Et hoc intendit. Semel tortus,iterũ põt repeti
in tortura;& reus,q confeſſus eſt de ſe, nõ põt
torqueri contra alios.hoc dicit hæc l.not.& allegabilis. cuius
materiam plenius examinat Bar.in l.vnius.in §.1.infrà eo.ſed
ego hic materiam ipſius tractare ſtatui,cũ magis habeatur re
curſus ad hãc l.in materia repetitionis torturæ,q̃ ad d.l.vnius.
1 §.1.infra eo.† Nota primò ex l.iſta,ꝙ tortura ſemel adhibita
poteſt repeti & de nouo adhiberi,quod quando eueniat &
2 procedat,& quomodo intelligatur,videbimus inf. † Nota ẽt
ꝙ reus de ſe confeſſus non poteſt contra alios torqueri, ſeu
interrogari,de quo etiam aliqua dicam infra vltra ea,quæ de
hac materia dixi ſuprà in hoc titulo,in pluribus locis.alia no-
tabilia hic non colliguntur. Modò operæ pretium eſt vide-
re & examinare hãc materiã repetitionis torturæ, quæ mul-
tum quotidiana eſt & vtilis.Et ideo circa hanc repetitionem
torturæ,q̃ plurimi Doctores tractauerũt in pluribus locis,be
ne mihi videtur pro eius intelligentia fore diſtinguẽdũ hoc
modo videlicet,cum quæritur,an & quando reus poſſit re-
peti in tortura,& tunc dicas quod aut quærimus de reo qui
fuit tortus extantibus,ſeu præcedentibus indicijs legitimis,
& nihil confeſſus eſt,aut de eo,qui ſimiliter legitimis indi-
cijs præcedentibus tortus fuit,& confeſſus eſt delictum, ſed
poſtea non perſeuerat in tali ſua confeſſione, ſed ductus ad
banchũ iuris ad ratificandũ dicit ſe non commiſiſſe dictum
delictum,& quod illam concluſionem quam fecit,in qua di
xit ſe commiſiſſe dictum delictum, illam fecit & illud dixit
propter torturam,& acerrimum dolorem, quem ipſe tunc
patiebatur,vt ſæpiſſimè dicunt torti,quando ducuntur ad bã
3 chum iuris ad ratificandum.† Si loquimur de primo, ſcilicet
de reo qui præcedentibus indicijs & ſeruatis ſeruandis fuit
tortus & nihil confeſſus eſt, an poſſit iterum torqueri. & di-
cas breuiter,& ſubſtantialiter loquendo,quod aut tortus ex
primis indicijs fuit competenter aut ſufficienter tortus,aut
leuiter,& minus competenter & ſufficienter.primo caſu ſi
fuit ſufficienter tortus & nihil confeſſus eſt, tunc ſi ſuper-
ueniunt noua indicia validiora primis, & tunc repetuntur
4 tormenta,per tex. in l.vnius.§.1.infrà eodem. † Si verò non

fuit ſufficienter tortus ſecundum qualitatem iudiciorum cō tra eum habitorum,ſed leuiter fuit tortus, tunc dicas, quod poteſt repeti in tormentis etiam nouis indicijs non ſuperue
5 nientibus.† ita dixit Bal.in l.2.C.quorum app.non recip. vbi dicit,quòd leuis tortura non dicitur tortura, argu. l. ob quæ vitia §.fi.ſ.de ædil.edic.& quod tormentum propriè dicitur magnus dolor corporis,vel magna afflictio,per nota.in c.cū in contemplatione.de regu.iur.in nouella.& idem dixit Catal.in tract.ſyndicatus.in verſi.160.incip.adde quod torqueri
6 non poteſt.† Et hanc partem, quod ſufficienter tortus non poſſit iterum torqueri,niſi ſuperueniāt noua indicia,tenuit Iaco.de Are.Cy.& Dy.in l.fi.C.eo.de quæſtio.& Rayn.& Bar. in d.l.vnius.§.1.infra eo.& dicit ibi Bar.quod licet iſta ſint vera de iure, tamen de conſuetudine non ſeruantur, ſed quæ
7 ſtio repetitur toties, quoties iudici videtur. † Subdit etiam ipſe ibi, quod quando apparent contra reum indicia leuia, & non multum manifeſta, nec multum vrgentia, quæſtio nō debet repeti.Quandoque autem contra reum apparent indicia manifeſta,& euidentia,& multum vrgentia, tunc ſi in prima tortura reus ſtat durus,& nihil dicit,poterit iterum torqueri,per hanc l.quæ eſt ita intelligenda,& per d.l. vnius. §.1.& exponit illum tex.in verſi.euidentioribus argumentis.
8 de quo ibi per eum. † Item hanc partem videlicet,quod ſufficienter tortus non poſſit iterum torqueri,niſi ſuperueniāt noua indicia fortiora primis,tenuit Bal.in conſi.ſuo 276.inc. tex.in quo,&c.in 1.vol.& Io.And.in c.cum in contemplatione.de reg.iur.in antiquis.& Bal.in l.milites.C.eo. de quæſtio. Ang.in d.l.ſi quis in grauí §.ſi quis moriens,ſ. ad Syllania. & Sal.in l.2.ante fi.C.de cuſtod.reorum.& Dyn.in tract.de quæſtionibus.ver.quid ſi aliquis fuit ſemel tortus,&c.& Bal.in c. 1.in §.iniuria.in 8.col.de pace iuramen.firman.in vſibus feudo.in verſi.quæro,vtrum ſemel tortus,&c.& Paulus de Caſt. in conſi.ſuo 197.incip.viſa inquiſitione,&c. in vlti.colum. & Ange.de Aret.in tractatu ſuo malefi.in verbo, fama publica. in 15.char.in verſi.3.quæro,&c.vbi ſubdit,quod iſta opi. Bar. & aliorum eſt notanda contra aliquos crudeles iudices, qui quotidie torquent, & tormenta repetunt, & de nouo alia indicia non habent,quoniam tenentur in ſyndicatu,quia nō
9 poſſunt illos in tormentis repetere. † Et dicit,quod ex hoc Bal.in l.decuriones.C.de quæſtioni.dicit,quod illa l.eſt in argumen.quod de quacunque tortura,quam iudex facit dolo malo & ſine cauſa,ſit pęna capitis. quod etiam dicit notaſſe Bal.in l.1.C.de priua.carce.quod dicit bene fore conſiderandum à iudicibus Dicit poſtea ibi ipſe Ange.quod Dynus in ſuo tractatu de quæſtionib.ver.quid ſi aliquis,&c.dicit quod aſſeſſores hoc ex conſuetudine non ſeruant,ſed ipſe ibi dicit quod iudicio ſuo malè faciunt.Et pro iſtis faciunt no. verba Cy.in l.fin.C.eod.vbi dixit,quod aſſeſſores,qui repetunt tormenta ſine nouis iudicijs,vel ſine nouis argumentis,non ha
10 bent nec Deum,nec leges præ oculis. † Item hanc opi.quod ſemel tortus iterum non poſſit torqueri non ſuperuenientibus nouis indicijs,videtur tenere Albertus Gandin. in ſuo tractatu malefi.ſub rub.de quæſtionibus & tormentis, in 4. col.in verſi.item quæro,pone quod ſemel ſit habita,&c. vbi dicit,quod licet aſſeſſores,qui auidi ſunt honoris, obſeruant vt repetant quæſtionem ſine nouis indicijs,tamen dicit ipſe quod de iure hoc fieri non poteſt ſine nouis indicijs,& dicit hanc eſſe communem opinio.Doct.ſubdit tamen quod aſſeſſores obſeruantes contrarium in practica poſſunt defenſari per tex.in Auth.vt iudi.ſine quoquo ſuffra.in §. oportet. qui tex.tamen fortè hoc non probat,&idem etiam quaſi ad literā dixit Gui.de Suz.in tractatu ſuo de tormētis,in 3.char. in.ver.ſed pone,ꝗ fuit &c.& ibi D.Lud.Bol.in addi. & idem tenet Abb.in c.cum in contemplatione.in ver.7. quæritur, &c.de reg.iur.& idem in effectu poſt multa ad materiā iſtā adducta,tenet D.Paris de Puteo in ſuo tractatu ſyndicatus,in 100.char.in 2.col.de quo etiam per D.Frā Brunum in tractatu ſuo de indicijs & tortura in 13.char.in 4.col.cum ſeq. vbi no.loquitur.& finaliter hæc eſt communis omnium opinio ꝗ leuiter tortus poteſt repeti in tormētis,vt ſufficienter torqueatur,ſed ſi fuit ſufficienter tortus & nihil confeſſus fuerit,tunc non poterunt repetere tormēta, niſi ſuperueniant noua indicia fortiora primis,& ita ſeruandū eſt in practica, qa iſta opinio eſt æquior & ſuſtentabilior, & magis iuri cō
11 ſona.† Quo aūt ad ſecundū caſum,ſ.quando reus præcedentib.legitimis indicijs fuit tortus,& cōfeſſus eſt delictū,ſed poſtea ductus ad banchū iuris ad ratificandum audito Notario maleficiorum dicente ſibi(vt moris eſt)audias confeſſionē tuam,quā feciſti,cum fuiſti tortus,& ſi vera ſunt,quæ dixiſti illa ratifica & confirma,ſi autem nō ſunt vera,dicas illa nō eſſe vera,quia hic tractatur de vita tua,tunc electa ſibi confeſſione ſua,ſi dicit quod talis ſua confeſſio non eſt vera, ſed eā fecit,& confeſſus fuit illud ex vi torturæ,vel aliorum tormētorum,an hoc caſu poſſit repeti in tormentis, vt perſeueret in tali ſua confeſſione.Et in hoc aduertas, quia iſte caſus ſæpiſſimè euenit in facto, & ego pluribus & pluribus vicibus habui dum fui rector & officialis in pluribus & diuerſis partibus Italiæ,& videtur mihi primo dicendum quod aut poſt talem negationem ſuperueniunt noua indicia, & tunc iterum poterit torqueri,& iſtud clarum eſt,arg.eorum,quæ dicta ſunt ſupra,in proxi.articu.Aut nulla ſuperuenerunt noua indicia,& hinc pendent leges & prophetæ.Et hoc caſu dixit Bal. in l.in bonæfidei.in 3.col.in ver.item quæro de cōfeſſione,&c.C.de iureiuran.& ſic quia ex prima ſua confeſſione remanet ſemiplena probatio,vt voluit gl.ſecundum eū, in l.2.C.de cuſtod.reorum.& ideo dicit, quod niſi ipſe reus reuocans talem ſuam confeſſionem probet contrarium, compellitur perſeuerare in d.ſua confeſſione.pro quo adducit,quod no.Inno.in c.per inquiſitionem.de elect.Sed idem Bal.in l.2.C.de cuſtod.reo.aliter in hoc in arti.dicit videlicet ꝗ quando in confeſſione quis non perſeuerat tacitè,vel expreſsè,ſed reuocat eam,tunc ſi ſunt aliqua indicia facientia pro reuocatione,admittitur reuocatio.alleg.l.1.§. ſi quis vltro.ſ.in hoc tit.Si autem indicia faciunt contra eum,non admittitur reuocatio,quia vbicunque poteſt quis cogi confiteri,non admittitur reuocatio,ſed iſte poteſt cogi confiteri,ergo fortius poteſt cogi perſeuerare in cōfeſſione.vbi autem nulla indicia apparent pro vel contra,tunc videtur ꝗ iſta reuocatio confeſſionis ſponte facta non procedat, niſi error allegetur & prohibetur,vel non ſtaret per allegātem, ſed ſtaret per iudicem quo minus probaretur,vt l.de ætate.§. fin. ſ. de interro.acti.& facit,quod not.in l.ictus fuſtium,ſ.de infa. Ita dicit Bald.in d.l.2.C.de cuſto. reo. Et hæc dicta Bal.in iſtis duobus locis refert & approbat D.Fran.Brunus in dicto ſuo tractatu de indicijs,& tortura,in 13.cha.in 3.col.vbi dicit, ꝗ iſta diſtinctio Bal.eſt elegans.& dicit ꝗ ita debet intelligi, ꝗ no.ipſe Bal.in l.fi.C.de probat.& concludit ipſe D.Fra.ꝗ hoc caſu poterit cogi reus per repetitionem tormentorū in ſua confeſſione primo facta perſeuerare. & idem etiam tenet Ang.de Are.in trac.maleficio.in ver.cōparuerunt dicti inquiſiti & negauerunt totum,in 2.col.in prin. & idem tenet D. Alex.hic,in ſuis apoſtillis.& D.Paris de Puteo in tractatu ſuo ſyndica.in 18 char.in 2.col.ver.viſo de repetitione. vbi refert Bar tenere contrarium in ſuo tractatu de quæſtionib. circa prin.ſed reſpondet ad dicta per Bar.ibi,& vide etiam eundē D.Paridem in eo.trac.in 100.char.in 2.& 3.col.vbi plura allegat.[Vide Gandi.in tract.malefi.in tit.de quæſtionib.in 5.col.
12 verſi.ſed pone,quod aliquis ſit in tormentis.] † Et pro iſta opi. quam ſequor,quod vigore dictæ primæ confeſſionis poſſit reus repeti in tormentis ad perſeuerandum in ſua confeſſione,vltra Doc.facit duplex ratio.prima eſt,quia nō poſſumus dicere ꝗ talis reus primo confeſſus poſtea negans nō ſit varius & vacillās.Sed variatio,ſeu vacillatio eſt ſufficiēs indiciū ad torturā de per ſe,vt dixi late ſ.in l.de minore.in §. pluriū. in 3.char.& in l.ex libero.in fi.prin.ſ.eo.& in ſingu.meo 103. incip.varietas.ergo tanꝗ ſuperueniens nouum indiciū cōtra
13 ipſum reū ſemel confeſſum poterit iterū torqueri.† Alia ēt rō cōcurrit videlicet,quia ſi diceremus ꝗ cōfeſſus delictū in tortura præcedentibus legitimis indicijs, & poſtea ductus ad banchum iuris ad ratificandum negaret,& tunc non poſſet repeti in torturis,ſequeretur quod rarò vel nunquam punirentur rei,& vt plurimū furca ſtaret in viduitate,quia quilibet fur & reus alicuius criminis ſciens non poſſe vlterius torqueri negaret,dicendo inter ſe,iam paſſus ſum dolorem & torturam,quam pati debeo,ſi nego,ſum ſecurus & tutus à periculo mortis Certe omnes ſic facerent,& delicta remanerent impunita,quod non eſt tolerandum.nemo enim inueniretur qui ſciens ſe moriturum ex confeſſione, & ratificatione ſua,iterum confirmaret eius confeſſionem, ſi ſciret ſe nō poſſe amplius torqueri & hac de cauſa multi & multi ſunt rei,qui cognoſcentes ſe iterum debere torqueri, ratificant eius cōfeſſionem,ꝗ minime facerent ſi nō poſſent iterum torqueri.imò qui aliter faciunt,nō timent torturam, & experti ſunt alias plura tormenta, vt multi reperiuntur. Et ego recordor alias,dum eram officialis Ducis Mediolani, ꝗ habui quendam ribaldum in manibus pro furto,qui in tortura confitebatur,poſtea.ad banchum iuris omnia negabat. & ego ſemel dixi ſibi,quare decreuiſti velle toties repeti in tormentis,nonne eſſet tibi melius affirmare illud,quod confiteris tortura,quam velle toties affligi in tormentis? Qui ribaldus reſpondit mihi & dixit, Domine melius eſt mihi millies torqueri in brachijs,quam ſemel in gula, nam multi inueniuntur medici,qui ſciunt aptare oſſa brachiorum, & illa ad priſtinum locum reducere, ſed nullus inuenitur medicus

cus,qui ſciat aptare gulam,& eius oſſa.Ideo ego malo altia-
ri à milite veſtro in tortura, quam pedibus meis aſcendere
ſcalam furcarum Item dicebat,quare non poſſum ad ban-
chum iuris,vbi eſt periculum, & importantia vitæ meæ ſic
vertere mihi linguam ad dicendum non , ſicut ad dicendũ
ſic,cum tantus ſit mihi labor dicendo, non, ſicut dicẽdo,ſic
& tot literæ ſunt in vno verbo,ſicut in alio. Profecto erat ri
baldus in excellentia, attamen fuit mihi neceſſe eum libera-
re,quia nunquam voluit ad banchum iuris ratificare illud,
quod dicebat in tortura & indicia non erant nimis vrgen-
tia. Et ideo ex iſtis rationibus iunctis cum alijs dictis Docto-
rum remaneo in hac concluſione,ꝙ reus,qui præcedentib.
legitimis indicijs confeſſus eſt delictum,ſi poſtea in tali con-
feſſione non perſeuerat, quod iterum poſſit repeti in tor-
mentis, vt ratificet ſuam confeſſionem . Iſtis modo viſis o-
pus eſt examinare aliquas notabiles quæſtiones circa mate-
riam huius legis. Et ideo ego quæro de tali dubio. Reus fuit
14 poſitus † ad torturam præcedentibus indicijs,qui confeſſus
eſt commiſiſſe delictum,de quo inquiſitus eſt,poſtea debi-
to tempore ductus ad banchum iuris ad ratificandum , ne-
gat illud,quod confeſſus eſt,quo ſtante vigore dictæ ſuæ cõ
feſſionis & aliorum,quæ ſuprà dixi, iterum fuit tortus, qui
in tortura iterum confeſſus eſt delictum , poſtea reductus
ad banchum iuris ad ratificandum,iterum negat,tale delictũ
commiſiſſe,& iterum poſitus ad torturam confitetur, po-
ſtea ad banchum iuris iterum negat,an hoc caſu poſſit vlte-
rius torqueri, & tali caſu quæ ſint partes iudicis? In quo re-
perio Dominum Parid. in dicto ſuo tractatu ſyndicatus,
in 108.cha. in 3.colum.dicentem,ſe hunc caſum habuiſſe de
facto,& finaliter ipſe talem reum liberauit à tortura cum
cautione tamen fideiuſſoria,& inter cætera dicit,quod con-
feſſio erronea etiam ſæpius repetita poteſt reuocari. l. 1.C.
de erro.cal.vbi dicit Bal.quod etiam ſi non ſit reiterata , po-
teſt infringi probato contrario,l.cum falſa.C. de iuris, & fa-
cti ignorantia. Et adducit Bal.in l.vnica,in 5.col.verſic.ſed nũ
quid intelligitur.C.de confeſ.vbi dixit,quod confeſſioni fa-
ctæ in tormentis legitimè illatis ſtatur,ſi perſeuerat in ea,niſi
indicia,per quæ fuit tortus, fuiſſent leuia , quæ non faciant
præſumptionem,quia non ſtatur illi confeſſioni, niſi perſe-
ueret in ea,per glo.d.l.1.& l.1.§. diuus.ſ.in hoc titu.& reus ip-
ſe videtur perſeuerare eo ipſo quod non reuocat , quia iſte
non eſt iuſtus metus eo,quod iudicis authoritas operatur,ꝙ
factum per talem metum valet p̃p executionem iuſtitiæ.l.3.
ſ.quod metus cauſa. Et ſi appellat,intelligitur tacitè reuoca-
re,vt not.infrà de appel.l.creditor.§.iuſſus.ſecundum Bal.ibi.
qui plus dixit, quod ſi prima confeſſio eſſet in iudicio ratifi-
cata,repetitis tormentis emanaſſet,eſſet ſicut prima vulnera
ta,& etiam maiori vulnere,quia ſemel tortus cõpetenter,ite
rum non debet torqueri, niſi noua indicia ſuperueniant p̃
hanc l.repeti. & confeſſioni eius,qui confitetur falſum, nõ
debet ſtari,quia eſt cõtra naturam veritatis,vt in l. 1.§. ſi quis
vltro,ſ.in hoc tit.& infrà de appe.non tantum. ſecundũ Bal.
in d.l.1.C.de confeſ.Ita ad literam dixit D.Paris in dicto ſuo
15 tractatu,in char. 108. in 3. col. & ibi alia plura dicit. † Sub-
dens,quod talis reus non debuit vltra tertiam vicem torque
ri,per notata per Angel.in l.fi.C.eo.de quæſt.vbi dixit, quod
ſi teſtis examinatus & varius ac tortus vnum dixit,deinde re-
petitus dixit aliud, debet examinari per torturam, quia non
ſtabitur primo dicto, nec ſecundo,ſed tertio debet repeti,&
ſtabitur illi dicto,in quo perſeuerabit,tanquam vero, per gl.
in d.l.fi.C.de quæſt. in verſi.alij. Principalis enim examinatur
per torturam,vt teſtis,& parificantur.l.penu. & ibi Barto. in-
fra eo. Et adducit etiam Paulum de Caſtro in conſi.ſuo 197.
incip.viſa inquiſitione,circa finem.vbi dixit,quod torquens
vltra tres vices diuerſis temporibus immoderatè procede-
ret,argu.l.fideicommiſſa.§.ſiquis decem.ſ.de leg.3. Et reſpon
det ipſe D.Paris in loco præallegato,quod in caſu noſtro nõ
poteſt dici,quod ſuperuenerint noua indicia , ſcilicet ipſam
confeſſionem,quia tortus, & confeſſus eſt,& deinde per il-
lam confeſſionem poſitus eſt ad torturam , deinde propter
ſecundam confeſſionem eſt tortus iterum,quod ſecunda in
dicia,per quæ quis reperitur tortus,debent eſſe diuerſi gene
ris à primis,argu.no.in l.per hanc.C.de temporib. appellatio.
& tenet Bar.in l.vnius. in princip.infra in hoc titulo.& in tra-
ctatu de quæſtionib.& iſta omnia ad literam refert D. Paris
in d.ſuo tractatu. & poſtea ſubiungit quandam facti contin
gentiam,per quam iterum confirmat,quod talis pluries tor
tus non poteſt vlterius torqueri,licet pluries confeſſus fuerit
delictum. Et iudicio meo,melior ratio eſt illa, vt euitetur in-
finitas, & maximè in tormentis. de qua infinitate euitanda
plura dixi in repetitione mea rubricæ ſupra de fideiuſſorib.
16 in 9.quæſt.vbi videas , † Quæro etiam vlterius de alia q.vi-
delicet, Aliquis ſponte abſque tortura , vel metu confitetur
delictum tale commiſiſſe,poſtea pœnitentia ductus negat il-
lud feciſſe,an hoc caſu poſſit cogi per torturam perſeuerare
in tali confeſſione ſua? In quo diſtinguendum puto hoc mo
do,videlicet,quod aut iſte reus hanc confeſſionem fecit in
iudicio , aut extra iudiciũ, ſi illam fecit in iudicio, aut eſt ve
riſimilis,probabilis,& poſſibilis,vt dixi ſupra in l.1.in §.ad quę
ſtionem.& tunc non eſt opus alia ratificatione,ſed poteſt cõ
demnari, cum in confeſſum nullæ ſint partes iudicis, niſi in
condemnando l.proinde.ſuprà ad leg. Aquil.l.ſi confeſſus.ſ.
de cuſto.reo.l. qui ſententiam.C.de pœn. cum ſimi. de quo
dixi in ſingu.meo 201.incip.in confeſſum,&c. Aut ipſe reus
hanc confeſſionem huius maleficij fecit extra iudicium , &
tunc non poterit condemnari,ſed poterit torqueri, vt perſe
ueret in tali ſua confeſſione,quia confeſſio extra iudicium
facta,facit indicium ad torturam, vt habetur per gl.in l. capi-
te quinto,ſ.de adul.de qua dixi ſuprà,in l.de minore.in prin.
in 9.col.ſ.eo. Si autem aliquis confiteatur delictum impoſſi
bile,vel improbabile,vel non veriſimile,tunc talis ſua confeſ
ſio,ſiue ſit facta in iudicio,ſiue extra iudicium,non præiudi-
cat confitenti ad condemnandum,nec ad torturam.de qui-
bus confeſſionibus dixi ſ.in l.1.in §. ad quæſtionem. in hoc
tit.& ibi poſui plura exempla,quæ videre poteris circa tales
17 confeſſiones reorum,&c. † An autem talis,qui ſponte con-
feſſus eſt delictum,poſſit poſtea reuocare talem ſuam con-
feſſionem prætextu erroris? vide ſ.in l.1.§.ſi quis vltro.in 18.
col.in hoc titu.& D.Pari.de Puteo in ſuo tractatu ſyndicatus
18 in cha.102.in 2.col.verſ.teſtis fuit tortus, &c. † Quæro vlte-
rius,quid ſi reus præcedentibus contra eum indicijs indu-
bitatis confeſſus eſt in tortura commiſiſſe delictum , poſtea
ad banchum iuris negauit, an poſſit cogi iterum cum tor-
tura ad perſeuerandum in confeſſione ? In quo dicas, quod
iſta quæſtio & dubitatio pendet ab illa q.videlicet,an ex indi
cijs indubitatis quis poſſit condemnari ad mortem. nam ſi
poteſt condemnari,quia talia indicia habeantur pro plena
probatione,non opus erit alia tortura, ſed ex illa confeſſio-
ne poterit condemnari, imo etiam ſine illa confeſſione
per tex.in l.qui ſententiam.C.de pœ.vbi habetur,quod quã-
do iudex habet probationes maleficij,non debet curare de
confeſſione rei,ſed poteſt ipſum condemnare.quod etiam
voluit Bal.expreſsè in c.ad noſtram.de probat. circa fi.verſ.&
nota,&c.& in l.1.in fi.C.de iuramento calum.& D. Alex.in l.
vnius.in §.reus.infra eo.de quo dixi in ſing. meo 108. incip.
19 aliàs fui interrogatus.† Et ideo dixit Angel. in l. & ſi certus,
ſ.ad Sylla.quod ſi maleficium eſt liquidũ per probationes,
malè facit iudex ponere malefactorem ad torturam , & tali
caſu tenebitur in ſyndicatu.de quo latius dixi ſuprà in l.1. in
20 prin.in quarto requiſito,in hoc titu. † Videamus ergo hoc
videlicet,an ex indicijs indubitatis poſſit quis ad mortem cõ
demnari ? In quo reperio iura & Doc. fuiſſe varios , nam ꝙ
poſſit condemnari, eſt tex.formalis in l.ſi qui adulteri. C. de
adult.& ibi Doct.& facit c.afferte,de præſump.& facit in arg.
l.fi.C.arbi.tute.& tex.in l.antiquæ.C.ad Velleia.& l fi.ſ. quod
metus cau.& c.is,qui.de ſponſa.& c. quia veriſimile. de præ-
ſump.& hoc etiam probat tex.in c. excommunicamus. in fi.
de hær.& in l.indicia,C.de rei vend.& in l fi.C.de proba.& in
c.ſciant cuncti.2.q.8.& hanc partem etiam tenet Spec. in tit.
de probatio.in §.videndum.in verſi. 13.& ibi clarius & aper-
tius Ioannes And.in add.& Bar.in l.2.ſ.de fur.& Ang.de Are.
in tractatu maleficiorum.in verſi.comparuerunt dicti inqui
21 ſiti,& negauerunt totum.in 3.colum.† Item pro hac parte fa
cit optimè,quod voluit.Sal.in l.fi.C.de probatio.vbi dixit, ꝙ
ex iſtis indicijs indubitatis põt deueniri ad cõdemnationẽ, &
ponit exemplum de duobus rixantibus adinuicem,in qua ri-
xa vnus percutitur & vulneratur,& teſtes examinati dicunt,
ꝙ non viderunt,quando fuit facta talis percuſſio,ſed viderũt
eos adinuicem rixantes,& ſtatim dimiſſa rixa viderunt, ꝙ il-
le erat percuſſus , & vulneratus. dicit ꝙ certè ex hoc reſultat
indiciũ indubitatũ,ex quo deueniri poteſt ad condemnatio
nem.& iſtud dictũ refert,& ſequitur D. Frã. Brunus in dicto
ſuo tractatu de indicijs,& tortura,in 5.char.in 3.col.poſt me-
dium.& ibi etiam ponit quàmplura exempla de indicijs in-
dubitatis.de quo etiam dixi in ſingulari meo 288.inci. dixi ti
bi,&c.[Vide tamen Ang.in l.ſi quis alicui.C.ad leg.Iul.maie-
ſta.]& faciunt dicta per Io.de Imo.in l.fi.ſ.de hæredib.inſt. &
per Bal in d.l.fi.C.de proba.& in l.neque natales.in 1.col. eo.
tit.& in l.quicunque.C.de ſer.fugit.in vlt. col. & in l. milites.
C.eo.de q.& per D.Paridem de Puteo in ſuo tracta. ſyndi. in
22 char.95.in 4.col.cum ſeq.† Et facit dictum Bal. in l. excipiun-
tur. ſupra ad Syllania. vbi dixit,quod ex multis indicijs reſul-
tat plena probatio , etiam ad condemnationem capitalem,
etiam contra impuberem . & facit etiam dictum Baldi in

l.non eſt veriſimile.ff.quod metus cauſa.vbi dixit,ꝙ ex pluri-
bus indicijs, vel argumentis vehementibus poteſt in cauſa
criminali iudicari.& faciunt dicta per Bal.in l fin ff.de officio
☞ proconſu.[Vide Do.Philipp.Decium in conſi.163.incipien-
23 te,in cauſa.in vltima columna.] † Sed contrariam partem, ſ.
quod quis non poſſit ex indicijs indubitatis condemnari,te
nuit expreſsè Albertus Gandi.in ſuo ſolenni tractatu malefi-
ciorum,ſub rubrica de præſumptionibus,& indicijs indubi-
tatis,ex quibus condemnatio poteſt ſequi,&c.in 1.que.&ibi
circa finem dicit,quod omnes Doctores,qui erant Bononię
tempore ſuo,& etiam alibi,dixerunt,& cōcluſerunt pro hac
parte,ſcilicet quod ex indicijs indubitatis non poſſit ſequi
condemnatio.& ita etiam dicit ſe vidiſſe vbique practicari,
quod talia indicia ſic vrgentia non ſufficiunt ad condemna-
tionem pœnæ corporalis,ſed duntaxat pecuniariæ, & iudi-
cio meo,ipſe ibi melius & copioſius examinat hanc quæſtio
nem omnibus alijs.quod dictum ſuum refert , & ſequitur
Pau.de Caſt.in conſil.ſuo 197.incip.viſa inquiſitione. in vlti.
col.in princip.vbi ſubdit,quod propter iſtud dictum Alberti
Gandini non eſt diu,quod quendam defendit à pœna capi-
tali,contra quem erant ita fortia,& indubitata indicia,quod
animus & intellectus non poterat credere quod alius feciſ-
ſet illud homicidium,quàm ipſe,& ideo dicit concludendū
eſſe in benigniorem partem,ſcilicet in abſoluendo,cum cri
mina deducta in inquiſitione non ſint probata per ſponta-
neam confeſſionem,nec per teſtes neceſſario concludentes
vt ibi latius per eum . Et illud dictum Alber.& Pau. de Caſt.
refert & approbat D.Barto.Cępo.in conſi.ſuo 6 incipiente ,
veritas.in 3.col.& hanc partem etiam tenet Ang.in d l.2.ff.de
furt.vbi reprehendit Barto.ibi,& dicit,quòd ex præſumptio-
ne violenta nemo poteſt damnari criminaliter , maximè ad
mortem,ſed bene ad torturam.Idem etiam tenet Imo.in l.
fi.ff.de hæred.inſtituen.& Ange.de Aret.in ſuo tractatu ma-
leficiorum.in verbo,fama publica.in 2.charta.in verſi.quæro
an vnum indicium.& Dom.Auguſti.ibi in additionibus , &
Matthe.in notabili ſuo 123.incipen.nota,quod præſumptio
violenta.& hanc partem etiam approbat Ioannes And.in ad
ditio.Specu.in titu.de probationib.in §.videndum.in verſic.
13.ſuperius allegato.licèt ibi circa principium illius additio.
dixerit contrarium,& hanc partem etiam cum pluribus li-
mitationibus firmat,Dominus Franciſcus Brunus in tracta-
tu ſuo de indicijs,& tortura.in 5. charta. in 4. colum. circa fi-
nem. de quo dixi latius in rubrica. C. de probat. in materia
☞ probationis,quæ fit per præſumptionem.vbi videas.[Et vide
Dominum Philip.Decium conſi.175.incip. in cauſa. in vlti.
24 colum.] † Et pro ſupradicta opin. facit optimè illud, videli-
cet,quod quando aliquis damnatur ex præſumptionibus ,
tunc nunquam debet ſibi imponi vera pœna delicti, ſed alia
mitior,vt voluit Inn.in c.quia veriſimile.de præſump. quod
dictum pro valde not.referunt & ſequuntur Docto.in c.af-
ferte.eod.tit.& Bal.in l.non eſt veriſimile.ff.quod metus cau
ſa.& in c.1.in fi.quibus modis feud.amit.& idem voluit Bald.
in l.eius.§.1.in fi.ff.de teſta.& Domi.Abb.in c.auditis.in ante-
penul.colum.de præſcrip. & idem dixit not. Pau. de Caſt. in
conſi.ſuo 197.præalleg.incipiē. Viſa inquiſitione.& illud di-
ctum Innocen.etiam ſequitur Domi.Anto.& Abb.in cap.
quanto.de præſump.& c.conſtitutus.de teſt.& Oldra.in con
ſil.192.incipien. viſo diligenter.& voluit Specu.in tit.de præ
ſump.in §.ſpecies.verſi.in ſumma.& Pet.de Ancha. in regu-
☞ la,ſemel malus.in 9.col. [Adde hic,quæ dixi in reperto.meo
in litera C.in 25.char.in 3.nota.& vide Alex.in conſil.188. in-
cipien.viſo.in vlti.colum.in 7.vol.]de reg. iur.in 6.& Abb. in
c.at ſi clerici.in 7.colum. de iudi. & in c. 2. de cohabi. cleri.
& mulie. & Bal.in l.fi.C.de proba.& in rubri. de officio de-
lega.in penul.colum.& Domi.Fely.in c. qualiter & quando
il ſecondo,in §.ad corrigendos. in 7. colum. in fi. de accuſa.
Et illud dictum Innocen. etiam refert & ſequitur Domi.
Bartho.Cœpo.in conſi.ſuo 6.incipien.veritas,&c.in 3.col.&
in conſi.ſuo 27.incipien.requiſitus.in vlt.col.& in conſil.ſuo
34.incip.ſi vnquam.in 4.char.in 2.col.& in conſi.ſuo 39.inci-
pien.Baptiſta,&c.in 3.col. pro quo dicto facit optimè glo. fi.
in c.inter ſollicitudines.de purga. cano. & faciunt dicta per
Bald.in l.præsbyteri.in penul.colum.C.de epiſco.& cleri. vbi
dicit,quod quando iudici non liquet de falſitate teſtis,ſed ſu
ſpicatur de eo,tunc debet ſententiam temperare,cum pro-
cedat ex ſola ſuſpitione,quæ ſuſpitio ſola non ſufficit,ad con
demnationem.quod etiam voluit Dominicus in c. habuiſ-
ſe.in primo nota.33.diſtinct.&,faciunt optimè pro iſtis,quæ
ego dixi in conſilio meo incip.non auferas de ore meo ver
bum veritatis Domine,&c. circa medium . Nec huic con-
cluſioni habet obſtare tex.in d.l.ſi qui adulterij. C. de adulte.
qui magis videtur ſtringere contra hanc concluſionem ,
quia ibi Imperator approbat illud indicium, & præſumptio
illa habetur pro plena probatione, ergo.Item nec etiam ob
ſtat alia ratione,quia ille text.loquitur in adulterio , & ſic in
delicto,quod plenè ſeu directè, nec per teſtes nec per inſtru
menta probari poteſt. Ideo in eo talia indicia , & præſum-
ptiones habentur pro indubitatis probationibus, nimirum
ſi poteſt tunc ſequi condemnatio in illo caſu. ſecus autem
eſt in alijs delictis,quæ plenè poſſunt probari , quia in illis ex
indicijs indubitatis non poteſt deueniri ad condemnatio-
25 nem,vt ſupra dictum eſt.† Stante ergo hac concluſione pro
vera,quod ex indicijs indubitatis non poteſt quis condem-
nari ad pœnam corporalem,dico in quæſtione propoſita,ꝙ
ſi reus inquiſitus de crimine,de quo vertitur pœna corpora-
lis,confitetur præcedentibus indicijs indubitatis , & dicit ſe
commiſiſſe delictum,vel contenta in inquiſitione eſſe vera
ſi poſtea ad banchum iuris negat,& non vult perſeuerare in
tali ſua confeſſione,quod hoc caſu poterit propter eius con
feſſionem,vt dixi ſupra repeti in tortura,vt cogatur perſiſte-
re in dicta ſua confeſſione.Secus autem eſſet,quando de de-
licto veniret imponenda pœna pecuniaria,quia cum tali ca
ſu ex indicijs indubitatis poſſit quis condemnari, non debe
bit iterum torqueri,ſed poterit condemnari,quia ſatis eſt eſ
ſe probatum maleficium ad hoc vt poſſit ſequi condemna-
tio abſque eo quod etiam exigatur confeſſio rei,per text.in
l.qui ſententiam.C.de pœn.& per ea,quæ dixi in ſingu.meo
26 108.incip.aliàs fui interrogatus.† Quæ autem ſint indicia in-
dubitata,vide Doc.in dictis locis,maximè Albertum Gandi.
in dicto tractatu,& Angelum de Aret. Domi. Franciſ. Bru.
& Do.Paridem in dictis locis. vbi ponunt plura exempla &
plures reſtrictiones,& limitationes circa ipſam materiam.&
videas etiam per Dom.Pari.de Puteo,in dicto ſuo tractatu,
27 in cha.102.in 4.col. † Et poſtquàm data occaſione dixi tibi
concludendo,quod habens contra ſe indicia indubitata, nō
poteſt ex ipſis condemnari ad mortem,decreui etiam , licèt
aliquantum extra materiam propriam huius legis, antequā
vlterius proſequar,dare tibi aliquos alios caſus,in quibus qs
non poteſt propter probationem, vel confeſſionem ſuam
condemnari pœna mortis,licet pro delicto de quo inquiri-
tur,veniat imponenda pœna mortis.Et vt ſupra vidiſti, pri-
mus eſt caſus in eo, qui habet contra ſe indicia indubitata.
28 † Secundus eſt,quando quis damnatur ex præſumptionibus
vt dixi allegando Inn.& alios in c.quia veriſimile.de præſum-
29 pt. † Modò dico,quod tertius eſt caſus in illo qui confitetur
delictum incidenter & non principaliter,nam talis non po-
teſt puniri pœna mortis,ſecundum Bar.in l.ſi confeſſus.ff. de
cuſto.reo.& Imo.in c.fi.in pen.col.de confeſ.de quo latius di
xi in l.1.in prin.circa fi.ff in hoc tit.& in d. l. 1. §. diuus Anto-
30 ninus.in 2 col.ff.eo. † Quartus eſt caſus in eo, qui confitetur
commiſiſſe homicidium ad ſuam defenſionem , nam licèt
per talem confeſſionem ſit fundata intentio curiæ inquirē-
tis,ſecundum Bar.in l.Aurelio.in §.idem quæſijt.ff. de libera.
lega.& per alios,quos reduxi in ſingulari meo 185.inci.con-
feſſio inquiſiti,&c.attamen ſi de homicidio non conſtat ali
ter,niſi quia reus captus,& inquiſitus dicit,Interfeci ſeu occi
di ad meam defenſionem,& ſuam defenſionem non pro-
bat,tamen per hanc ſuam confeſſionem non punitur pœna
mortis.ita ſingula.dixit D.Abb.in c. auditis. circa vlti. col. de
præſcrip.quem ibi ſequitur D.Felyn.dicens hoc eſſe dictum
ſingulare,& alibi non reperiri,& quod apud practicos aduo
catos eſt in ſolenni cultu.& idem dixit ipſe in c. ſignificaſti
il 2.in pen.col.de homici.& iſtud dictum etiam ſequitur D.
Alex.in l.non ſolum.in §.ſciendum.ff.de ope.no.nun.de quo
latius dixi in dicto ſingulari meo 185.incip.confeſſio inquiſi
31 ti,&c. † His viſis,quæro pur circa materiam huius legis, qui-
dam reus inquiſitus de quodam maleficio præcedentibus le
gitimis indicijs contra eum tortus fuit ſeruatis ſeruandis ,
qui confeſſus eſt delictum,de quo inquiritur commiſiſſe,&
dicit quod Titius fuit eius ſocius ad tale delictum commit-
tendum,poſtea ductus ad banchum iuris,dicit ſe non com-
miſiſſe dictum delictum,ſed illud dicit confeſſum eſſe pro-
pter torturam,& repetitus in tortura propter ſuam confeſ-
ſionem,vt ſupra dixi,perſeuerat in negatione, an hoc caſu
vigore primæ ſuæ confeſſionis poſſit dictus Titius poni ad
torturam tanquā contra eum talis confeſſio faciat indiciū
ad torturam? Et loquor de delictis, de quibus quis poteſt in
terrogari de conſocijs,in quo primò videretur dicendum,
quod poſſet poni ad torturam vigore dictæ confeſſionis fa
ctæ per reum,in quo dixit ipſum Titium fuiſſe eius ſocium ,
& ratio eſt,quia ſi vigore illius confeſſionis reus ipſe poteſt
iterum torqueri,vt ſupra,ergo ita videtur etiam,quod poſſit
vigore eiuſdem confeſſionis torqueri ipſe Titius accuſa-
tus de ſocietate criminis. Attamen hac ratione non ob-

ſtante

ſtante ꝑriam partem credo veriorem. ratio eſt, quia non eſt eadem ratio dictæ cõfeſſionis contra ipſum Titium, quæ eſt contra ipſum reum, nam dicta confeſſio contra reum facit nouum indicium, vt ipſe poſſit repeti in tortura, vt dixi ſup. ſed non facit aliquod indicium contra ipſum Titium, niſi veſtiatur cum ratificatione & perſeuerantia rei, ſed cum non perſeuerauerit in ea, dr̃ nuda, & non nocet ipſi Titio, & ideo non poterit torqueri ex ea, quia tanquam acceſſoria corruit corruente confeſſione rei, in qua non perſeuerauerit, ſed ſemper poſt primam confeſſionem negauit, arg. regulæ, acceſſorium. de reg. iur. in 6. cum ſimilibus. Et teneas menti, ꝙ reus confeſſus delictum poteſt ſine nouis indicijs repeti in tormentis vt manifeſtet mandantem, ſ͠m Ang. in l. & ſi certus. ſ. ad Syllania. [habui in facto pluries. † Vide D. Lud. Bol.
32 in cõſ. ſuo 8. in 4 col. in prin. & vide Ang. de Are. idem tenentem in tractatu maleficiorum. in verbo, Sempronium mandatorem. in 2. col. verſ. & bene nota, &c. & vide in eo. tractatu, in verbo, fama publica. in 14. char. in verſ. quæro aliqs, &c. vbi dicit, ꝙ confeſſus delictum poteſt poni in carcerem ſolummodo propter hoc vt manifeſtet conſocios & mandatorem. vide Dominum Philippum Dec. in conſ. ſuo 189. incipien. lętatus ſum. in 6. col. vbi refert & ſequit̃ Ang. in d. l. & ſi certus. & vide omnino Bal. in Margarita ſua, in ver. cõfeſſio. in 2. verſ. & inf. in l. vnius. in §. cognitorum. in 14. col. & vide Flo. in l. ait lex. in §. Iulianus. il ſecondo. ff. ad leg. Aquiliam. & vide plures caſus, in quibus reus de ſe confeſſus poteſt interrogari de conſocijs, quos ponit Iacobus de Belui. in ſua practica iudiciali cauſarum criminal. ſub rubr. de quæſtionibus
33 & qualitate tormẽtorum. in 11. col.] † Quæro vlterius, iudex habet probationes maleficij, an poſſit hoc non obſtante ponere reum ad torturam vt extorqueat confeſſionem ab eo de dicto maleficio, & hoc vt poſtea à condemnatione facta poſſit appellare tanquam confeſſus & cõuictus? In quo Bal. in l. 1. in fi. C. de iuramento calum. vr̃ tenere, quod ſic. & maximè in enormibus delictis, in quibus licitum eſt iura träſgredi. & dicit ꝙ ita ſeruant iudices, ſed contrariũ tenere videtur Ang. in l. & ſi certus. ſuprà ad Syllan. de quo vide Bal. in l. milites. C. eo. de quæſt. & Ang. in tractatu ſuo de quæſt. & D. Ale. in l. vnius. in §. 1. inf. eo. & Doct. poſt Io. And. in c. cum in contemplatione. de reg. iur. & D. Paris de Puteo, in tract. ſuo ſyndica. in char. 100. in 3. col. circa princ. & quæ dixi in ſingulari
34 meo 262. incip. quod potui. † Quæro vlterius, quando reus fuit tortus ſufficienter & ſemper negauit & contra eũ erant plura indicia, an hoc caſu debeat abſolui & relaxari? In quo dicas quòd iudex debet eum reponere in carceribus, & videre ſi poteſt habere noua indicia, & ſi noua indicia ſuperue-
35 niant, poteſt iterum torqueri, vt ſ. dictum eſt. † Si autẽ non ſuperueniunt noua indicia, debet aſſignare terminum accuſatori, ſi proceditur per viam accuſationis, ſi autem proceditur per viam inquiſitionis, debet aſſignari terminus denunciatori, vel ei ad cuius requiſitionem fuit captus reus, ꝙ intra talem terminum debeat probaſſe & produxiſſe quicquid vult & poteſt contra talem reum, aliàs elapſa dicta dilatione, ſi non fuerit aliquid de nouo adductum uel probatũ, ipſum relaxabit. [Vide D. Pari. de Puteo, in tractatu ſyndica. in 51. char. in 2. col. verſ. iudex inquirens, &c. & Alex. in l. 2. §. ſi publico. in 14. apoſtil. ff. de adulter.] Ita dicit Ang. de Aret. in tractatu maleficiorum. in verbo, fama publica. in vlt. col. vbi dicit, ꝙ eſt bona cautela, ꝙ in relaxatione rei iudex faciat apparere in actis torturã eſſe adhibitam ꝯ ipſum reum cum moderamine, ſ͠m quod indicia habita demonſtrabant, & ideo quia fuerunt purgata bene indicia non repertum culpabilẽ, iudex mandauit eum relaxari, & dicit hoc notari per Bart. in l. fi. in prin. inf. in hoc tit. quod dicit eſſe menti tenendum, ne iudex aliter faciendo teneretur in ſyndicatu. quæ dicta refert & approbat Do. Fran. Bru. in dicto tract. ſuo de indic. & tortura. in 13. char. in 2. col. Et ibi ſubdit, ꝙ ſi iudex indebitè & iniuſtè torſit aliquem, vtatur hac cautela in relaxatione torti, videlicet, ꝙ blandis ſuaſionibus faciat ipſum confiteri ꝙ fuit legitimè tortus, & de hoc faciat rogare Notariũ, & hoc modo non tenebitur in ſyndicatu, ad quod allegat Cataldinum in tractatu ſuo ſyndica. in tertio verſ. & in ſeq. & dicit ipſe Dom. Franc. ꝙ Catald. vbi ſ. dicit ꝙ hoc vidit practicari. [De quo vide etiam per Gandinum in tractatu maleficiorũ.
36 ſub rubr. de quæſt. & tortu. in 4. col. verſ. quid ſi tortus.] † Et de hac quæſt. an tortus non confeſſus debeat relaxari & abſolui, vide etiam Salyc. in l. ea quidem. C. de accuſ. & in l. qui adulteri. C. de adulterijs. & in l. quiſquis. C. ad leg. Iuliam maieſtatis, & communis practica totius Italiæ apud peritos ius dicentes eſt, vt in tali caſu accipiant fideiuſſores à reo de ſe præſentando ad mandatum curiæ, & dicant in mandato relaxationis, Talis reus carceratus relaxetur pro nunc, &c. de qua etiam quæſtione vide D. Pari. in tracta. ſyndica. in 108. charta. in 4. colum. verſ. & licèt Bart. &c. & in eo. tract. in 110. char. in 2. colum. verſ. quidam latro famoſus, &c. in princip.
37 † Poſſet etiam hic quæri de alio dubio, cum hic tractetur materia repetitionis & perſeuerantiæ cõfeſſionis, intra quãtum tempus iudex à die torturæ debeat duci facere reũ confeſſum in tortura ad banchum iuris ad ratificãdum? De quo dixi. ſ. ſatis latè in l. 1. in §. diuus Seuerus. ſ. eod. Ideo hic nõ repeto. de quo etiã videas per D. Pari. de Puteo in tractatu ſuo
38 ſyndica. in char. 103. in 2. col. in fi. † Et teneas menti etiam in materia huius. l. ꝙ confeſſio facta coram denunciatore, facit indicium ad torturam ꝯ confitentem, & etiam operatur vt teneatur perſeuerare in illa confeſſione coram iudice, ſ͠m Ang. Aret. in tractatu maleficiorũ. in verſ. necnon ad denunciationem, in quinta charta. in verſ. quæro, an confeſſio. Et ad hoc allegat Innoc. in c. at ſi clerici. de iud. Et per iſta redditur expedita. l. iſta in ſui princ. Sequitur modò verſ. is, qui de
39 ſe, &c. ex † quo no. quòd ille, qui de ſeipſo confeſſus eſt, non poteſt torqueri cõtra alios. quod tamen limita, niſi eſſemus in delictis, in quibus non poteſt interrogari de conſocijs, nã in talibus delictis poterit torqueri contra alios. Iſta poſui ſatis latè in l. 1. §. diuus Antoninus. ſ. in hoc tit. & ideo remitto me ad ea, quæ ibi dixi plenè, vbi etiam poſui quæ ſint delicta,
40 de quibus reus poteſt interrogari de conſocijs. vide ibi. † Et vltra ea, quæ ibi dixi, vide Dominum Pari. in d. ſuo tract. ſyndica. in 102. char. in 2. col. verſ. an ſtetur dicto torti, &c. vbi ſatis latè loqtur in hac materia, & inter cætera ponit quatuor caſus, in quibus tortus interrogatur de alijs. primus caſus eſt in latronibus qui de ſe & de ſocijs interrogantur, & de mandatoribus. alleg. l. diuus. ſ. de cuſtodia reorum. & l. pen. C. de pœn. quæ nihil facit. alius eſt caſus, ſ͠m eum, in crimine falſæ monetæ, vt hr̃ in l. 1. C. de fal. mone. alius eſt caſus in l. fina. de malef. & alia alleg. de quibus ibi per eum. & hos caſus & alios ponit glo. in l. fi. C. de accuſa. de quibus vide etiam Barto. hic. Et dicit poſtea, ꝙ hoc caſu tales inculpati poterunt torqueri vigore illius inculpationis, quia illa faciet indicium ad torturam cõtra eos. quod tamen limita & declara, vt ibi per eum. [An autem & quando quis poſſit interrogari de ſocijs, de quibus non ſunt indicia? Vide Flor. in l. ait lex. in §. idem Iulianus. il ſecondo. ff. ad leg. Aquil. & Alex. in conſ. 132. incipien. ſtantibus. in pen. col. in 7. volum.] Et ad materiam huius. §. vide Ludo. Roma. in conſ. 53. incip. indicium &c. in fi. & Do. Alex. hic in ſuis apoſtil. ad Bar. & Doct. maximè Ioan. de Imo.
41 in c. 1. de confeſ. † Et quærit poſtea Do. Paris de quotidiano dubio videlicet, accuſatur aliquis de furto, contra quẽ ſunt indicia, an ſit etiam torquendus, vt alia furta confiteatur, de quibus nulla ſunt indicia? In quo dicit ꝙ non de iure, quia quò ad alia furta, nulla præcedunt indicia & ſine indicijs nullus debet torqueri. C. de fal. l. ſicut. & ſ. in l. 1. in prin. in hoc tit. & in l. maritus. inf. eo. dicit tamen, quòd de conſuetudine Italiæ ſeruatur contrarium, præſertim in furtis, quæ magis frequentantur. quæ conſuetudo ſ͠m eũ, poteſt iuuari per l. non omnis. §. à barbaris. inf. de re mili. & per l. congruit. ſ. de offic. præſid. & alleg. etiam Bar. in tract. ſuo de quæſt. [Vide Cardi. in conſ. 45. incip. vr̃ eſſe, &c. in fi.] Subdit poſtea, ꝙ ſi tortus confiteatur alia delicta, de quibus indicia non præceſſerunt, ſibi non præiudicat, ſed debet nouus proceſſus inchoari, ſ͠m Innoc. in c. 2. de cõfeſ. & And. de Iſer. in quadam extrauaganti. Ita ipſe reſidet. Tu autẽ dicas, ꝙ ipſe D. Paris habuit iſta ab Alberto Gandi. licèt eum taceat in ſuo tractatu malefi. ſub rub. de quæſtio. & tormentis. in ver. ſed quid de quæſtione quæ quotidie occurrit de facto. & ab Ang. de Are. in tracta. malefi. in verbo, fama publica. in vlt. col. vbi Do. Ang. Are. in addi. ſuis dicit, ꝙ talis conſuetudo nõ valet tanquam irrationabilis, & contra tex. c. fi. de conſue. & l. 2. C. quæ ſit longa cõſue. nam opus eſt, ſ͠m eum, ꝙ prius conſtet de delicto anteq̃ ad torturam procedatur, per tex. in l. 1. §. illud autẽ. ſ. ad Sylla. & iſta omnia refert D. Fran. Bru. in tract. ſuo de indicijs & tortura. in 13. char. in 2. vol. vbi ſubdit ſe putare prædicta poſſe concordari hoc modo, videlicet, ꝙ aut contra reũ proceſſit diffamatio generalis de illo crimine, videlicet, ꝙ eſt magnus latro, & tunc ſit laudabilis illa conſuetudo, ꝙ de alijs interrogetur propter diffamationem, per d. §. à barbaris. Aut nõ præcedit talis diffamatio, & tunc ſecus, vnde iudex diſcretus debet aduertere ad qualitatẽ perſonæ. Ita reſidet D. Franc. Bru. vbi ſuprà, quæ diſtinctio ſatis placet pro concordia prædictorũ. Et ex iſtis remanet expedita lex iſta quò ad textualia.
42 † Venio ad glo. vnicam, pro cuius expeditione arguo cõtra hunc tex. de tex. in l. prius. ſ. ad Sylla. vbi dicit tex. quòd prius familia de ſe interroganda eſt, & ſi confiteatur, poſtea interroganda eſt quo mandante, & ſic de alijs. ſed hic dicitur, ꝙ confeſſus de ſe non debet de alijs interrogari, ergo gl. ſoluit & di-

& dicit, ꝙ contrarium non obſt. quia hoc eſt ſpeciale in caſu d.l.prius. poſtea glo. excipit aliquos caſus, in quibus quis poteſt confeſſus de ſe, interrogari de ſocijs. quæ habentur per gl.in l.fi.C.eo. de quæſtio.ſequitur l. extraneo quoque.

SVMMARIVM.

1 *In cauſa adulterij ſeruus contra dominum torquetur. nu.2.3.*

1 **Extraneo quoque.** † In cauſa adulterij ſeruus contra dominum torquetur, ſecus autem eſt in cauſa ſtupri. hoc dicit princip. huius. l.vſque ad §. de quæſtione. No. dictum in ſummario, quia alia notabilia hic non colliguntur. Et materiam huius legis in hoc princ.tractaui poſt glo. in l.de inceſtu. ſ.eo.Ideo
2 circa eam hic aliter non inſiſto. † Glo.1.hic alleg.pro cõcord. l.1. C.eo.& glo. ibi alleg.plures alias concor.poſtea glo.dicit idem eſſe & locum habere in ſtatulibero quod in ſeruo, vt torqueatur in cauſa adulterij, ſicut ſeruus. alleg. tex. in l.edi-
3 ctum.in §.fin. ſupra in hoc titu. † Glo.2.ſimiliter clara eſt, & alleg.pro concor.l.de inceſtu.& l.ſequentem. ibi.ſupra eo.Et ſic ex iſtis remanet expeditum iſtud princip. quia ab aliquo non legitur. Ideo ſequitur.§.de quæſtione.

§. De quæſtione. Hæc litera prolixa eſt,tamen breuem habet materiam. Et hoc intendit iſte §.In quæſtione ſuppoſiti partus vel filiationis,ſerui hæreditarij torquetur.h.d. vſque ad §.de ſeruo. No.
1 dictum in ſummario. † Item no.ſecundum Bar.quòd ſeruus communis torquetur pro vno domino contra alium dominum,quod facit ad quæſtionem ſecundum eum,vtrũ aliqua coniuncta perſona poſſit eſſe teſtis pro perſona ſibi coniuncta contra aliam perſonam eque ſibi coniunctam?& dicit videri ꝙ ſic,per iſtum text. & per l.hoc placet.C.eod.& dicit ꝙ de hoc vr̃ tex.in l.non ſolum.§.1. ſ. de ritu nup.& ad hoc etiã
2 alleg.Spec.in tit.de teſte.in §.1. † Tu vltra Bar dicas quòd pro opinio.ſua poteſt adduci glo.in c.cum R. canonicus. de offi. deleg.& glo.in c.poſtremo.de appella & no. dictum Bal. in d.l.1.ſ.vbi pupil.edu. debeat. vbi dicit, ꝙ licèt nemo compellatur inuitus acceptare compromiſſum, vt hr̃ in l.3.in §. tam etſi. ſ.de arbi. tamen fallit, niſi ſit coniuncta perſona vtrique litiganti,quia tunc poteſt cogi. quod dictum refert & ſequitur D.Franc.de Cre.in notabili ſuo 59.incip.nemo cogit &c. & faciunt dicta per Bald. in l.2.in fi. C. ne liceat poten. & per D.Franc.de Are.in cõſ.82. quod incip. factum ſuper quo &c. in 2.col & ꝑ Pau.Caſt.in l.1.C.ne liceat poten vbi refert contingentiam facti hic Bononiæ.& faciunt dicta per D.Fely. in c.cum oporteat.in 4.col.de accuſa.in verſ.tertio limita,&c.& per Barba.in c.cauſam,quę.in 2 col de offi.deleg.& quæ ego dixi in l.2. in 7.char.in 1.col.C.de teſtib.& vide etiam quę dixi circa hanc materiam in l. 1. in §. cum quis latrones. in fi.§.in
3 hoc tit. † Vlterius,quia iſte tex.hic dicit,quem cæteri filij non eſſe fratrem ſuum cõtendunt, &c. vr̃ ꝙ hic tractetur de probanda fraternitate,& ſic neceſſaria filiatione aliquorũ. Ideo non ab re poſſet quæri, quomodo hæc filiatio probetur. In quo dicas ꝙ quandoq; tractatur de probanda quaſi poſſeſſione filiationis,& quãdoq; de probanda filiatione. de quibus vide plenè poſt alios Docto.Alex.in conſ.51. incip.viſo & diſcuſſo.in 1.& 2.col.cum ſeq.in 1.vol.& per eundem in conſilio ſuo 90.incip.in cauſa & lite &c. in 1.col.2. vol.& in conſilio ſuo 369.incip.in cauſa vertente.in pen. col. & Bar. in tract.de tyrannide.in pen.col.& Abb.in conſ.106.inci. ex proceſſu & actitatis &c in 1.vol.& quæ ſatis latè dixi in l.1.in §.ad quæſtio
4 nem.ſ.eo. † Expeditus de textualibus venio ad glo.primam quæ clara eſt, nã dicit ꝙ hæc quæſtio ſuppoſiti partus ſit per accuſationem falſi. & alleg. bonum text. in l.qui falſam. in §.accuſatio.ſ.de fal.& l.1. C. de fal. & allegat etiam in ar.l.4.in §.duæ. ſ. de Carbo. edic. De qua quæſtione ſuppoſiti partus vltra glo.hic,dicas ꝙ etiam hr̃ in l.licet.ſ.de Carbo. edicto. & in l.deducta. in §. hæreditatem. ſ.ad Trebel. & in l.lege.§.1.ſ. de fal.& hr̃ per Spec.in tit.de accuſatore. in §.1. in vlt.char.in 2.col.in verſ.item ꝙ lapſi ſunt 20.anni,&c. & ibi per Io.And. & hr̃ etiã in c.officij.extra de pœni. & remiſ.& ibi vide Abb. poſt alios,& in l.ſuper ſtatu. C. eo. de quæſtio.& in d.l.1.in §. ad quæſtionem.ſ.eo. Aliæ gl.ſunt claræ.Ideo ſeqt̃.§.de ſeruo.

SVMMARIVM.

1 *Sublata ſeruitute remanet reuerentia ſerui erga dominum.*

§. De ſeruo. Et hoc intendit.Olim ſeruus non torquetur,ꝯ olim dominum, etiam ſi ipſe ſeruus dicat ſe miniſtrum fuiſſe facinoris commiſſi.h.d.
1 † No.ex iſto tex.ꝙ ſublata ſeruitute, remanet reuerẽtia ſerui erga dominum,adeò ꝙ contra eum interrogari non poſſit, & ſic in memoria primæ ſubiectionis, vel dominij. de quo dixi latè in ſingu. meo 107. incipiente, priuilegium dignitatis,&c. & in alio ſingu.meo 179.incip. viget communiter ſtatutum.& in l.etiam ſi redhibitus.in prin.ſup.in hoc titu. Alia notabilia hic non colliguntur. Ideo venio ad glo. pro cuius expeditione arguo cõtra hunc tex.de tex.in l.1.§.idem Nummio.ſup.eo.vbi dr̃,ꝙ olim ſeruus torquetur contra olim dominum.gl.ſol.& dicit ꝙ illud quod hic dr̃,non habet locum econtra,quia hic tex.loquitur in ſeruo dãnato, ſed ſecus eſſet in domino damnato, quia tunc ipſe olim eius ſeruus poſſet contra eum torqueri.poſtea glo.alleg. aliquas concordãtias Alia hic non dicuntur. Ideo ſequitur l.vnius facinoris.

Vnius facinoris. Et hoc intendit. Quando plures rei pro eodẽ crimine ſunt torquendi, incipiendum eſt à timidiore, vel à iuniore.h.d.& materiam huius prin. habuiſtis plenè. ſ. in l.1.in princ.in hoc tit.Ideo me remitto ad ibi dicta.ſequitur. §.reus.

SVMMARIVM.

1 *Animus & corpus, quomodo dicatur in tormentis durare.*

§. Reus. Et hoc intendit. Superuenientibus nouis indicijs,reus tortus poteſt repeti in tormentis, maximè ſi in tormentis durauit animus & corpus, hoc dicit
1 vſq; ad §. in ea cauſa. † Et quomodo dicatur animus & corpus durare in tormentis,vide hic per Bar.& materiam huius §.hic non examino,quia eam plenè ſatis examinaui. ſ.eod.in l.repeti. Ideo ad ea, quæ ibi dixi, me remitto, ne idem per idem ſæpius repetam.ſequitur. §.in ea cauſa.

SVMMARIVM

1 *Non poteſt contra aliquem deueniri ad torturam indicijs non præcedentibus.*
2 *Non ſufficit dicere, ſed illud quod dicitur debet probari.*
3 *Actore non probante, reus debet abſolui.*
4 *Licèt reus confiteatur defectum ſui iuris, tamen ſi actor non probat de iure ſuo, reus debet abſolui.*
5 *Si reus aſſumpſit in ſe onus probandi & non probauit,tamen non debet ſuccumbere, ſi actor non probauerit intentionem ſuam.*
6 *Magis fauendum eſt reo quàm actori.*
7 *Stante paritate teſtium, ſtatur deponentibus in fauorem rei.*
8 *Teſtimonium mulierum præfertur teſtimonio virorum,quando mulieres deponunt pro reo,& viri pro actore.*
9 *Licèt teſtes actoris aliquantulum ſint digniores teſtibus rei,tamen iudicandum eſt pro reo.*
10 *Maior iuſtitia requiritur in actore quàm in reo.*
11 *Limitatio legis, manifeſtæ turpitudinis.ff. de iureiur. remiſſiuè.*

§. In ea cauſa in. Et hoc intẽdit. Sine indicijs nõ facilè deueniendum eſt contra reum accuſatum ad torturam, ſed accuſator debet accuſationem ſuam probare.hoc dicit vſque ad §.teſtes.
1 † No.primò ex iſto tex.quòd regulariter non poteſt cõtra aliquem deueniri ad torturam, niſi contra eum præcedant indicia.quod fallit,ſecundum Bar.in caſu.l.prius.ſup.ad Sylla. vbi illi de familia torquentur alijs indicijs non præcedentib. quando dominus reperitur interfectus, nec ſcitur a quo.qui caſus eſt ſpecialis,ſecundum glo.& Doc.ibi. & tu vltra Barto. dicas,ꝙ alij ſunt caſus,in quibus deuenitur ad torturã contra aliquem indicijs non præcedentibus, de quibus per gloſ. in c.quæſtionem.12.q.2.& per Bald. in l.quicunque.C. de ſeruis fugi.& per dominũ Fran.Bru. in ſuo tract. de indicijs & tortura.in 9.char. uer. 5. principaliter quæritur &c. de quo etiã dixi in ſingu.meo 117.incip.ad torturam &c. & ſupra in hoc
2 tit.in l.1.in prin. † No. etiam hunc tex. ad illud vulgare videlicet, ꝙ non ſufficit dicere, ſed illud quod dr̃,debet probari. de quo dixi latè in l.1.in §. ſi quis dicatur, in princ. ſupra hoc
3 titu.vbi videas. † Poteſt etiam iſte tex. allegari ad illam regulam, videlicet, quòd actore non probante,reus debet abſolui,ita probat iſte tex.hic in ver.vt id quod intendit comprobet &c.concor.l.qui accuſare. C. de eden. l.ab ea parte. & l.ei qui.ſupra de proba.l.nimis graue. C.de teſti.& tex.in c.vnico.
4 extra vt eccle.benefi.cum multis ſim. † Circa quam regulam non omitto aliqua vtilia.& primò quòd hæc regula adeò eſt vera,quòd dixit ſing.Compoſtel. in c.mandatum. de reſcrip. ꝙ ſi reus confitetur defectum iuris ſui in beneficio, actore tamen non probante,nõ poteſt in illa inſtantia priuari dicto beneficio,ex quo actor non docuit ad ſe pertinere.quod dictum refert & approbat D.Fely. in c.lator. in 7.col.de excep. vbi dicit,ꝙ iſtud dictum ſequitur Spec.in tit.de actio.& petitione

tione §.ſuper actionibus. verſ. ſed quid ſi reus. & Domini de Rota in antiquis deciſio. in titulo, vt lite pen. in 5.deciſ. & in titu.de exceptio.in 7.deciſio. & Archid.in c.multi. in 1.col.2. q.1. & Ioannes de Imo.poſt Butrium in c.vnico,in 6.colum. verſiculo,quandoque verò actore non probante, &c. vt eccle. benefi. Abb. in c.cum ſuper. in 3.col. verſic. extra glo.de cauſa poſ.& proprie. & in diſputatione ſua incip. Titius, &c. in 21.col.verſ.ſed nunquid iudex.& Lud.Roma.in conſ.347. incip.quò ad articulum,&c. in 2.col.& Abb. in c.ex conqueſtione.in antepen.col.de reſti.ſpo.Et alleg.etiam ipſe D.Fely. vbi ſupra,Dominicum poſt Ioan.And.in c.vnico. in 1.col.de eo,qui mitti.in poſ.lib.6.vbi dicunt,ꝙ confeſſio rei in benefi
5 cialibus.ſuper defectu ſui tituli,non confert ius actori.† Item pro dicta regula vltra prædicta facit etiam notabile dictum Saly.in l.2. C. de prob.vbi inqt, ꝙ ſi reus in ſe aſſumpſit onus probandi,licèt non probauerit,tamen ſi actor non probauerit,non debet per hoc ſuccumbere.& alle. gl.in l.circa.ſup.de
6 proba.vbi videas Bar.& Alex. † Et ratio prædictorum poteſt eſſe,quia regulariter magis fauendum eſt reo quàm actori, vt habetur in l. Arrianus.ſ.de actio.& oblig.& in d.l.qui accuſare.& in alijs locis ſuperius alleg. & ideo dixit Bal. in d.l.qui accuſare,circa fi.quòd ſtante paritate probationum, iudican
7 dum eſt pro reo.† Et dixit Do.Alex.in conſ.136.incip.in cauſa & lite,&c. in vlt.col.in 2.vol. ꝙ ſtante paritate teſtiũ, ſtatur deponentibus in fauorem rei,alleg. ad hoc no.per Innoc. & alios in c.in noſtra.de.procur.& Ioan.And. in c.præſentium, de teſti.in 6.in glo.& in c.ſi duo. de procur. eo.lib.& Spec.in titu.de confeſ.in §.poſtremo.verſ.ſed pone,feci.& Bald. poſt Cyn.in l.1.in antep.col.verſic.ſed pone,quæro,duo ꝓcurato. C.de confeſ. Et vltra D.Alex.dicas tu, ꝙ idem dixit Lud.Roma.in conſi.156.incip.honorande Domine,&c. in princ.vbi no.loquitur circa hanc materiam.& Spec.in tit.de teſte,in §. poſtquã verſ.porro,circa fi. pro quib. faciũt dicta per Gemi. in c.cupientes.§.ſi verò.ver.no.iſtam gl. de elec.in 6. & ꝑ Bal. in c.1.in §.ſacramentum.in 2.col.verſic. reuertamur. de conſuetu.recti feu.& per Pet.de Anchar.in cõſ.134. incip.primo
8 inquirendum.in princ.† Et facit, quod voluit Belenzinus in c.forus.de verb.ſignif.vbi inquit, ꝙ dictum Abb.ibi dicentis, ꝙ teſtimonium maſculorum, præfertur teſtimonio fœminarum. [Idem dixit Bal.in conſ.121.incip.quis melius,&c. in 2.vol.& Alex.in conſ.236.incip.perſpectis, in 6.vol.] hoc ipſe limitat,niſi teſtimonium fœminarum tẽdat in fauorem rei, & teſtimonium virorum in fauorem actoris, quia hoc caſu præfertur teſtimonium mulierum teſtimonio virorum. ad quod mouetur per glo.illam ſingularem in c.clerici. 81. diſt. [Et idem dixit D.Fely.in c.quoniã. vlt.verbis. de teſti. & vide Corſetum in not.ſuo,in verbo,teſtis, in 6.no. & ibi omnino
9 in 9.not.] † Et facit etiam pro prædictis, quod voluit Abb.in c.ad noſtram.de proba.vbi fortius dixit, videlicet, ꝙ licèt teſtes actoris ſint aliquãtulum digniores teſtibus rei, ꝙ tamen iudicandum eſt pro reo.ad quod alleg. no. in c.eccleſia. el ij. extra de electio.& in c.in noſtra.de teſtib. & glo. in d.c.cleri-
10 ci.81.diſt. † Et prædicta procedunt eo quia maior iuſtitia requiritur in actore,quàm in reo,ſm Bald.in l.fi.in 3. col. circa med.C.de edicto diui Adria. tollen. [Vide Decium in conſ. 302.incip.& pro tenui.in pen. col. poſt princ. & in conſ.221. inci.in cauſa,in 3.col.ad fi.& Alex.in conſ.30. incip. ex allegatis,&c. in vlt.col.in 7.vol.]Et pro iſtis facit etiam,quod voluit Bal.in c.fin.quo tempore miles.allegando Inno. in c.ſolet.de ſent.excom.dicens, quòd vbi actor nihil probauit, nõ poteſt
11 iudex aliquid mandare reo. † Et ideo ex ſupradicta regula,ꝙ actore non probante, &c. & ex alijs ſupradictis doctrinis limitatur l.manifeſtæ turpitudinis. ſ. de iureiur. vt latè dixi in ſingu.meo 83.incip.in ore vulgi,&c. vide tamẽ ad materiam dictæ regulæ glo.in c.cum ad ſedem.in verbo, cum pertinentijs. de reſtit. ſpol. & Alex.in conſ.292.incip. viſo proceſſu. in col.2.& Pet.de Anchar. in conſ.298. incip.efficacibus,&c. in pen.col.& quæ ego dixi in l.1.C.de probat.Alia no.non colliguntur ex iſto tex. & vnica tamen eſt hic gloſſella expoſitiua. Ideo ſequitur. §. teſtes.

SVMMARIV.

1 *An & quando dictũ vnius teſtis faciat indicium ad torturam.*
2 *Duo teſtes ſingulares non coniunguntur ad faciendũ vnum indicium.*
3 *An in his indicijs, quæ requiruntur ad torquendum teſtem, debeat adhiberi illa diſputatio circa indicia quæ requiruntur ad torquendum reum.*

§. Teſtes torquendi Et hoc intẽdit. Teſtes negãtes ſe interfuiſſe negotio cui interfuerunt, ſuper hoc torqueri poſſunt. hoc dicit vſq; ad §.iudex. No.ex hoc tex.dictum in ſummario. Et generalius loquendo,an & quãdo teſtes ſint torquendi. dixi poſt Bar. in l.ex libero, in princ. ſupra in hoc titu. Quærit hic Bar.dicitur in hoc tex.niſi cũ facto interueniſſe dicuntur,&c. à quo iſtos teſtes debet dici interueniſſe facto vt ſit locus torturæ? & dicit ꝙ hoc debet dici ab alijs teſtibus, vt infra l.proxi.tunc quærit ipſe Bart. vtrum ſufficiat hoc dici ab vno tantum teſte? & dicit ſe credere ꝙ ſic, ſi ille vnus teſtis ſit dignior iſto,qui ſe interfuiſſe negabat. & rationem allegat, dicens hoc eſſe verum, quoniam vnus teſtis facit ſufficiẽs indicium ad torturam,vt ipſe pollicetur dicere in l.maritus.infra in hoc tit. [De hoc arti.vide Gandi.in tract.malefi.ſub rubri. de quæſtio. & tormen.in 8.col.verſi. item quid ſi maleficiũ.]
1 † Sed tu circa hoc dictũ Bar.videlicet,ꝙ vnus teſtis facit indicium ad torturam,non intelligas hoc indiſtinctè eſſe verum & procedere,ſed ſolum eſſe verũ & procedere, quando tractamus de probando vnum indicium propinquũ ſeu immediatum ipſi maleficio,tunc enim vnus teſtis integer ſolus facit indicium ad torturam, ſecus autem quãdo tractamus de probando vnum indicium remotum & mediatum ipſi maleficio. [Vide Alex.in conſ.238. incip. viſo proceſſu.in 2.col. verſic.ex his apparet,&c.] Vtputa ſecundum Doct. quando repertus eſt homo mortuus in vna domo, & viſus eſt exire vnus de illa domo cũ gladio ſanguinolento,vel quando fuit factum furtum in vna domo, & viſus fuit exire vnus cũ vno fardello ſub mãtello, tunc qa talia ſunt indicia remota ipſius maleficij,debẽt ꝓbari neceſſariò per duos teſtes,aliàs depoſitio vnius teſtis ſuper talibus non facit indicium.ita voluit gl. ſingula.apud omnes in l.fi.C.famil.erciſ.quã Bar.ibi multum exclamat ad hoc.idem etiam voluit Bart.per illam glo.in l.fi. infra in hoc titu.& in l.admonendi.in 11. col. ſ.de iureiur. & Cyn.in l.3.C.ad legẽ Iuliam maieſt.Bal.in l.2.in 1.col. C. quo. app.non reci. & in conſ.192. incip. an mandatarius,&c. ante fi.in 5.vol.& in l.ſi quis ex argentarijs. §.quod ſi plures.ſup.de eden.& Ang.in l.fin.ſ. quod metus cauſa.& in Auth.de teſta. imperfec.in princ.in 2.col.in verſ.& no.diligenter.& Salyc.in l.fi.C.eo.de quæſt. [Vide Alex.in l.fi.in antepen. verſ.incip.in verſ.quæro,qualiter probari debet, &c. infra in hoc titu.] & Ang. de Are. in lib. maleficiorum. in verbo,fama publica.in 2.char.in verſ.quæro,qualiter probatur indicium. & Inno.in c.ſicut.el primo,de ſimo.& Dom.Alex.in conſ.18. incip.viſo proceſſu.in vlt.col.in 1.vol.& in conſ.224. ſecundum ordinẽ meum, incip. viſo proceſſu, &c. in 2.col. & in conſ.ſuo 150. incip. in cauſa & lite.in vlt.col. in 5.vol. & in conſ.355. incip. ſentio in dubium reuocari, &c. circa medium.& D.Bartho. Cepo.in cõſ.45.incip.Lucius,in 3.char. in vlt.col. de quo dixi etiam latè in conſ.meo incip.in cauſa magiſtri Ioannis Ferrarienſis,&c. in 10.char. quem magiſtrum Ioannem liberaui à
2 morte propter ſupradictas doctrinas.teneas menti. † Et ſcias etiam circa hanc materiam, ꝙ vbicunq; ad probandũ vnum indicium, ad cuius probationem requiruntur duo teſtes, vt quando tractatur de probãdo indicium remotum, vt ſuprà dixi,& tunc contingat fieri probatio per vnum teſtẽ de vno indicio,& ſimiliter de alio fiat probatio per vnum alium teſtem, tunc tales duo teſtes tanquam ſingulares non iunguntur ad faciẽdum vnum indiciũ perfectum, quia unũquodq; de per ſe eſt imperfectum. [Vide ſ.in l.de minore. in §. plurium.in 17. col. uerſ. & bene aduertas] & ita notanter dixit Bal.in l.ſi quis ex argentarijs. §.j. ſ. de eden.quem refert & ſequitur Dom.Alex.in conſ.179.incip.in cauſa Angelorum. in fi.2.col.quod etiam dicit patere ex nota.per D.Ant.in c.licèt. de teſti.quod etiam uoluit D.Alex.in conſ.292.inci.uiſo proceſſu cauſæ,&c. in 3.colum.& in conſ.355.incip.ſentio in dubium,&c. in fi.2.col.ubi etiam ſubdit, quòd ita intelligit Bal. glo.in l.2.ſup.de excu.tuto.per l.1.C.qui nu.tute. & idem etiã firmat ipſe Dom.Alex.in conſ.128.incip.ponderatis narratis. ubi etiam dicit,ꝙ hoc uoluit Bald.in l.ſpadonem. §.quarta.ſ. de excuſa.tuto.& in l.iuriſiurandi.C.de teſtib.& Ioan. Calde. & Anto.de Butr. in c.ueniens. el primo, de teſti.& Nicol. de Neapo.in l.2.in princ.ſ.de excuſa.tuto. & Petr.de Anchar. in conſ.277.incip.uiſa diligenter,&c.pro quibus etiam facit ſecundum eum,quod habetur in c. licet cauſam. de probat. & in l.ob carmen.§.fi.ſupra de teſti.quibus etiam addas tu,ultra adducta per Dom.Alex.quæ dixit Pet. de Anchar.in conſilio 278.incip.ex prædicta,&c. in 2.col.& Ludo.Roma.in cõſ.91. incip.uiſis ac percunctatis,&c. in ult.col.ubi plura nota.adducit in iſto propoſito. † Adde hic Bald.in rubrica, de contro. inueſti.in prima col.ubi dicit, quòd ſi eſſent duo teſtes ſingulares non conſentiẽtes in unum rei finem,qui eos produxit, non diceretur aliquem teſtem habere, & eis nulla fides adhiberetur.quod eſt not.]
3 † Vlterius quærit Bart. hic, utrum in iſtis indicijs, quæ requi-

requiruntur ad torquendum teſtem, debeat haberi illa diſputatio, quæ habetur circa indicia quæ requiruntur ad torquendum reum, quam poſuit ipſe Bar. in l. cuſtodias. ſup. de publi. iudi. in quo ipſe reſpondet, quòd quædam veniunt examinanda pro tortura teſtis, quæ cauſam principalem, de qua agitur, non tangunt, vtputa an ſit ſeruus, &c. & in iſtis debet haberi talis diſputatio. Quædã autem ſunt indicia, quæ cauſam principalem tangunt, & tunc circa iſta non debet haberi talis diſputatio cum aduocatis, ſed committitur iudici, ita debet intelligi hic, & quod habetur inf. l. pxima. & in Auth. de teſti. in §. ſi verò ignoti. & C. de teſtib. in l. nullum. ita reſidet Bar. hic. Ex quib. remanet expeditus hic §. quò ad textualia. Venio modò ad vnicam glo. quę eſt ſatis clara, nam dicit, ꝙ duo exiguntur ad hoc vt teſtes poſſint torqueri, ſcilicet ꝙ dicantur interfuiſſe negotio, de quo agitur. Item & quòd vacillent. alleg. l. ex libero. ſ. eo. & l. preſbyteri. C. de epiſco. & cler. & §. ſancimus. in Auth. de teſti. & ſic glo. iſta nil difficultatis habet. Ideo ſequitur. §. iudex.

SVMMARIVM.

1 *In cauſa ingenuitatis ad tormenta perueniri poteſt.*

1 §. Iudex cum de fide † Et hoc intendit. In cauſa ingenuitatis ad tormenta perueniri poteſt, hoc dicit vſque ad §. ſeruo. & cõcor. l. ſuper ſtatu. C. eod. vbi tractatur materia huius. §. plenius quàm hic, ideo videas ibi, quia hic alia non dicuntur. ſequitur. §. ſeruo, qui vltro &c.

SVMMARIVM

1 *Teſti ſponte deponenti & non citato, non creditur.*
2 *Teſtis non citatus qui vltro ſe offert, præſumitur inimicus & non probat.*
3 *Teſtis citatus præſumitur deponere compulſus.*
4 *Teſtis comparens in iudicio, an præſumatur citatus.*
5 *Comparens in termino, an præſumatur citatus.*
6 *Qui ſe ingerit, ſuſpectus eſt.*
7 *Indicium quandoque ſumitur contra aliquem, qui primò dicitur vidiſſe ſeu inueniſſe maleficium.*
8 *Salus dominorum non eſt committenda arbitrio ſeruorum. nu. 13.*
9 *Obligatus facere eleemoſynam nomine alterius, poteſt eam facere ſibijpſi, ſi eſt in neceſſitate euidenti.*
10 *An ille, qui deſinit eſſe domeſticus, poſſit teſtificari ꝓ olim domeſtico.*
11 *Teſtis domeſticus, ſi ſit receptus ignorante aduerſario ſuam inhabilitatem, dictum ſuum non inducit præſumptionem.*
12 *Non creditur ſeruo vltro ſe offerenti, & aliquid deponenti contra dominum.*
14 *Seruus debet reuerentiam domino, etiam ſi ſit alienatus ab eo.*

§. Seruo, qui vltro. Et hoc intẽdit. Non creditur ſeruo vltrò ſe offerenti, & aliquid deponenti contra dominum, nec ſalus dominorum committenda eſt ſeruis. Item ſeruus quondam domini in memoriam prioris dominij, contra olim dominum interrogari non poteſt, hoc dicit vſque ad §. ſeruus.

1 † Nota primò ex iſto tex. ꝙ præſumitur contra ſe offerentem & non citatum, & ideo dicimus, quòd teſti ſpõte deponenti & non citato, non creditur. ita dixit gl. in l. præsbyteri. C. de epiſ. & cleri. quam ad hoc allegat Ang. in l. quæ omnia. ſ. de procur. licèt illa glo. mihi hoc non dicat. & hanc partem tenet glo. Bart. & alij in l. poſt legatum. in §. his verò. ſupra de his, quibus vt indig. & eſt tex. & hoc ibi tenet Iacob. de Bel. in Authen. de teſte. in §. ſi verò ignoti. idem tenet Bal. in apoſtilis, in l. 3. circa princ. ſ. de teſti. & Bart. & alij in l. libertorum. C. de teſti. & Bal. in l. quoniam liberi. eo. titu. & in d. l. præsbyteri. in fi. 1. col. & Bal. in l. alia. circa fi. C. de his, quibus ut indig. & in l. 2. C. de bonis aucto. iudi. poſ. Et Ideo dixit Bart. in auth. qui ſemel. in vlt. colum. verſ. ex prædictis apparet. C. de probatio. quòd dictum teſtis non citati non nocet. & faciunt dicta per Bar. in l. vxori. in §. primo. ſup de fal. & per D. Flo. in l. quoties.
2 §. fin. circa finem. ſup. de proba. † Et pro iſta opinione facit ratio. nam teſtis, qui vltro ſe offert, & non citatus deponit, præſumitur inimicus. hoc probat tex. ſecundum vnum intellectum, quem ibi ponit Abb. in c. cum P. Manconella. extra de accuſa. de qua materia vltra prædicta, an valeat dictum teſtis non citati, ſed ſponte deponentis, vide Dom. Anto. & alios in c. 1. de teſtib. Abb. in c. cum in tua. circa princip. de ſponſa. Salyc. in l. 2. circa medium. verſ. ex his ſume. C. de aboli. Bal. in d. c. 1. in fi. 4. colum. de iudi. Ludo. Roma. in conſilio 420. incipien. præpoſita quæſtio, &c. Docto. in c. ex literis. per illum tex. de reſtitu. in integ. text. & ibi Ang. in l. ait prætor, la prima, in princip. ſupra de iureiur. c. ſtatutum. §. pro ferẽdo teſtimonio. & ibi Dominicum, de reſcrip. in 6. tex. in l. quæ omnia. & ibi Barto. ſupra de procur. Alber. de Roſa. in l. nec honore. C. de epiſco. & cleri. Dom. Ant. in c. 2. de teſtib. Barba. poſt alios in c. meminimus. in vlt. colum. de accuſa. Dom. Alex. in conſilio 68. incip. viſo & diſcuſſo, &c. in 7. colum. in ſecundo volu. & vide diſtinctio. Bart. in d. l. poſt legatum. in §. his verò. cum quo videtur concordare Abb. in d. c. cũ in tua. extra de ſpõſa.

3 † Et prædictis adde Bal. in l. libertorum. C. de teſtib. ubi dixit, quòd quando teſtis eſt citatus, præſumitur deponere cõpulſus. & dicit quòd tũc etiam teſtis dicitur volens, ſi ſuam excuſationem non allegat. ad quod ipſe alleg. in argum. l. ſi filius. ſ. ad Macedo. & dicit quòd ita voluit Iacob. de Bel. in Auth. de teſti. in §. penult. & idem firmat Saly. in dicta l. libertorum. & ego ibi dixi legendo. pro quibus etiam vide Bald. in conſilio 488. incipien. Ioan. in quinta colum. verſicu. non obſt. l. 3. in quarto volumine.

4 † Sed iuxta prædicta de vno dubitari poteſt, an teſtis comparens in iudicio præſumatur citatus? de quo videas, remiſſiuè loquendo Dom. Anto. in c. primo, de iudi. Ludo. Roma. in l. ſciendum. in 6. quæſt. ſupra de verborum obligat. ubi refert & ſequitur Petr. de Saxo. in c. bonæ. de elect. quem etiam refert & ſequitur Dom. Anto. in d. c. 1. de iudi. in 5. colum. & Lud. Roma. in l. prima, ſuprà de in ius vocan. & Barba. in c. ex literis. de in integrum reſtitu. qui dixit, quòd teſtis veniẽs de longinquo ad iudicium, non præſumitur ſponte venire, ſed citatus, vtputa ſi huc Bonon. veniret vnus Florẽtinus, vel Ferrarienſis, vel alius forenſis ad teſtificandum, nam talis nõ præ
5 ſumitur ſponte veniſſe, ſed quod fuerit citatus. † Et adde etiã hic Bal. in l. 2. in 2. colum. C. quomodo & quando iud. in verſ. porrò. vbi dixit, quòd ſi quis comparet in termino, præſumitur citatus & nõ fortuitus. alleg. Archid. hoc voluiſſe in c. propoſuiſti. 82. diſtinct. & idem tenet Ludo. Roma. in d. l. ſciendum. in 6. quæſt. ſupra de verborum obligat. vbi alleg. hoc voluiſſe Bald. in d. l. 2. & in l. prima. ſupra de in ius vocan. & in l. 2. ſupra de condi. & demonſtra. de quibus omnibus latè etiam dixi in repetitio. mea l. fi. C. de proba. in 42. charta. poſt princ. & vide etiam Dom. Felyn. in c. cum oporteat. in 2. colum. de
6 accuſa. † Modò redeundo ad tex. noſtrũ dico, quòd iſte text. optimè poteſt allegari ad illam regulam videlicet, quòd ille qui ſe ingerit, ſuſpectus eſt, ita probat tex. in verſ. vltro. cõcordat tex. in l. quæ omnia. ſupra de procur. & in l. fin. & ibi glo. ſ. de offic. præto. & in l. ſemper. infra de iure immunitatis. in §. conductores. in fi. & ſupra de falſ. l. vxori. §. qui ſe. & in l. ſi quemquam. C. de epiſco. & cleri. cum cõcor. in glo. ibi alleg. quæ regula ſeruit ad multa. & poſſent poni plura exẽpla, quę breuitatis cauſa omitto.

7 † Vnum tamen dico pro ampliatione huius regulæ videlicet, quòd adeò eſt vera regula iſta, quòd qui ſe ingerit, ſuſpectus eſt, quod dixit Domi. Paris de Puteo in tractatu ſuo ſyndica. in 99. char. in ſecũda col. poſt med. ꝙ indicium aliquando ſumitur contra aliquem, qui primò dicitur vidiſſe ſeu inueniſſe maleficium ſeu occiſum, & contra aliquem, quia valde ſollicitat in curia, & petit quòd maleficium inquiratur, de quo ad eum nihil ſpectat. Et refert tẽporibus ſuis bis occurriſſe de quodã, qui dixit inueniſſe occiſum & hoc curię denunciauit, & ipſe eum occiderat. Et ſimiliter refert, ꝙ quidã occiderat conſocium, & ſæpius ueniebat ad curiã importunè ſollicitãdo vt occiſor reperiretur, qui fuit captus vt ſuſpectus, & finaliter repertum eſt quòd ipſe occiderat. Et prædictorum omnium ratio eſt regula iſta, videlicet, quòd ſe ingerẽs ſuſpectus eſt. quam regulam & iura ſuperius allegata potes adducere ad prædictas doctrinas & facti cõtingentias, vt ſupra relatas à dicto Domino Paride in dicto loco, licèt ipſe
8 ad ea nihil alleget, &c. † Vlterius habes notare ex iſto tex. in verſ. neque enim oportet, &c. quòd ſalus dominorum non eſt cõmittenda arbitrio ſeruorum. & huius ratio poteſt eſſe illud vulgare prouerbium, quod dici ſolet videlicet, quod nunquam fuit ſeruus qui dilexerit dominum, excepto vno qui dominum interfecit. ad quod faciunt dicta per Ang. in l. ſi quis ſeruo. ſup. de ſolu. attamen glo. hic dicit, quòd ſerui ſecundum iura debent ſalutem dominorum anteponere ſaluti ſuæ, per tex. in l. prima. §. iuxta. ſupra ad Syllania. contrarium tamen probatur in l. præſes. C. de ſerui. & aqua. pro qua faciunt quàmplura nota. iura adducta per Lud. Roma. in l. ſi
9 verò, in §. de uiro. in 39. fallentia. ſupra ſolu. matr. † Et faciunt dicta per Domi. Fely. in c. cæterum. in penult. colum. de offic. ord. ubi dicit, quòd obligatus ad faciendum eleemoſynam nomine alterius, poteſt eam facere ſibijpſi, ſi eſt in neceſſitate euidenti. ad quod alleg. quàmplures Doct. & Theologos, de quibus ibi per eum, qui omnes fundant ſe ex ratione d. l. præſes, & ſi. C. de ſerui. & aquæ. uidelicet, quòd prima charitas

ri

ritas incipit à ſeipſo. & idem tenet Do. Maria. Soci. in conſilio 11. incip. circa præſentem, &c. in 2. colum.

Vltimò no. etiam ex iſto tex. quòd olim ſeruus nõ poteſt contra olim dominum teſtificari in memoriam prioris dominij, pro quo concord. tex. in l. extraneo. in §. de ſeruo. ſ. eo. & l. etiam ſi redhibitus. eod. titu. & de hoc dixi in dictis locis & in aliquibus ſingularibus meis, quæ ibi refero. Ideo hic ali-
10 ter non inſiſto, nec alia nota. hic colliguntur. † Dicit tamen Bart. hic, quando iſte tex. facit in arg. ꝙ ille qui fuit domeſticus alicuius, non poſſit in cauſa eius examinari & eſſe teſtis, licèt deſierit poſtea eſſe domeſticus. de quo tamen ſe remittit ad ea, quæ ipſe dixit in l. 1. in §. ſi ſeruus. ſ. in hoc ti. vide quę ibi dixi, & etiam quæ dixi in d. l. 1. in §. cum quis. ſ. in hoc titu. Addas tamen hic dicta per Spec. in tit. de teſte. in §. 1. in 7. col. in verſ. quid ſi tempore, quo &c. vbi quærit ſi tempore, quo teſtis tulit teſtimonium, erat domeſticus, nunc autem non eſt, an valeat eius dictum? & primò arguit quòd ſic, poſtea adducit in contrarium l. teſtium. §. primo. ſup. de teſt. & hanc partem firmat ibi Ioan. And. in additio.

11 † Et adde etiam aliud dictum eiuſdem Spec. in d. §. primo, in verſ. ibi, anteriori. inci. quid ſi teſtis domeſticus, &c. vbi dicit, quòd ſi teſtis domeſticus eſt receptus ignorante aduerſario, quòd eſſet domeſticus, tũc dictum eius non inducit præſumptionem, vt ex eo deferatur iuramentum. allegat Iacob. Bal. ita tenuiſſe arg. c. at ſi clerici. de iud. & per iſta ſunt expedi-
12 ta textualia huius. §. † Venio igitur ad glo. primam in verbo, vltimo. quæ exponit hũc tex. & intelligit quòd hoc caſu non creditur teſtimonio ſerui contra dominum, quando vltro ſe offert & deponit ſine tortura, ſecus autem innuit gl. ſi deponeret cum tortura. & allegat l. ex quibus. ſupra de in ius vocan. ſed corruptè allegat, quia in illo titulo nõ eſt aliqua l. quæ eo modo incipiat, ſed voluit allegare text. in l. diuus. in §. ex quibus. ſuprà in hoc titu. poſtea dicit glo. quòd idẽ erit etiam ſi talis ſeruus, qui vltrò ſe obtulit voluntate domini examinetur, & allegat bona iura. allegat enim l. quos prohibet. ſupra de poſtu. & l. 2. §. ſed quia. C. de iuramen. calum. & l. filiusfamilias. in §. veterani. ſ. de procur. & alleg. etiam l. ſeruos. C. de teſtibus. & l. ſeruos. C. eo. de quæſt. ſed prima tria iura melius faciunt. pro quibus etiam faciunt, quæ dicam infra in §. ſeq.

13 † Glo. 2. in verbo, committi. dicit approbando tex. quòd ſalus dominorum non debet committi arbitrio ſeruorum. licèt dicit glo. contrarium videretur, cum ſerui debeant ſalutem dominorũ ſaluti propriæ anteponere, & allegat d. l. 1. §. iuxta.
14 ſ. ad Syllania. † Glo. vlti. in verbo, in memoriam, alleg. concordan. ad hoc videlicet, quòd ſeruus debet reuerentiam domino, etiam ſi ſit alienatus ab eo, & vlterius non ſit in eius dominio, & hoc in memoriam prioris dominij. de quo dixi in d. l. etiam ſi redhibitus. ſuprà in hoc titu. & ſic eſt expeditus iſte. §. ſequitur. §. ſeruus.

SVMMARIVM.

1 *Quoties in vtilitatem alicuius aliquid eſt à iure prohibitum, non conceditur, nec permittitur etiam volente eo, in cuius vtilitatem prohibitum fuit.*
2 *Baruarij prohibiti accipere certum quid à debitore pro pignore, non poſſunt etiam illud accipere à debitore illud dare volente.*
3 *Medicus ſalariatus de publico, non debet petere præmiũ ab infirmis.*
4 *Prohibitum dare propter publicum bonum, prohibitum eſt recipere à ſponte dante.*
5 *Ante omnia legitimanda eſt perſona.*
6 *Qui non poteſt contra vnum interrogari, non poteſt etiam pro eo ſimiliter interrogari.*
7 *Sæuitia patris quandoque prodeſt filio, & idem dicas in ſæuitia domini quò ad ſeruum. nume. 8.*

§. Seruus nec ſi à domino.

Et hoc intendit. Seruus non poteſt torqueri contra dominum, etiam ſi à domino oblatus ſit ad tormenta, & cũ tractatur de ſeruo alicuius torquendo, primò inquirendum eſt de dominio, hoc dicit
1 vſque ad §. cogniturum. † Item no. ꝙ conſenſus domini non operatur vt ſeruus ſuus contra eũ poſſit torqueri, & ſic optimè probat iſte tex. quòd quoties in vtilitatem alicuius aliqd eſt à iure prohibitum, nõ conceditur, nec permittitur etiam volente eo, in cuius vtilitatem prohibitum fuit. ita optimè probat iſte tex. ꝑ quo facit in argũ l. quos prohibet. ſ. de poſtulan. & l. filiusfamilias. §. veterani. ſ. de procur. & l. 2. §. ſed qa.
2 C. de iuramen. calum. † Et ſic facit iſte text. ad quæſtionem, quam alias tetigi in l. ſtipendia. C. de executio. rei iud. vbi plura poſui, quæ prohibẽtur à lege accipi pro pignore à debitoribus per baruarios vel executores. ſed pone, quòd ipſi debitores talia prohibita accipi pro pignore ſponte & vltrò dant baruarijs vel executoribus, an tunc liceat ipſis talia prohibita accipere? & certè non: quia talis prohibitio intelligitur etiã ipſis debitoribus volentibus. ita probat tex. no. in l. vnica. C. de ſalgamo hoſpitibus non præſtando. lib. 12. & tex. in l. fi. §. 1. C. de re milita. lib. 12. & in l. 1. circa finem. C. de rap. virgin. & in l. ſpem. C. quæ res pigno. ob. poſ. & facit. l. commodus. ſ. de re iudi. & c. dilectus. el ij. de ſymo. [Vide omnino Iaſo. in l. 1.
3 in 2. col. in verſ. & quid ſi maritus. C. de lega.] † Et faciũt optimè dicta per Do. Felyn. in c. tua nos. in vlt. col. circa medium. de homicid. vbi dicit reprobando Angel. in l. archiarij. C. de profeſ. & medi. lib. 10. quòd medicus ſalariatus de publico, non debet petere præmium ab infirmis, ſecundum Barto. in d. l. archiarij. ꝙ nec etiam poterit præmium conſequi à ſponte dare volentibus. licèt Ang. ibi teneat contrarium & male, ſm eum. ſubdit etiam ipſe D. Fely. in d. c. tua nos. ꝙ Notarius ancianorũ ſalariatus de publico, nihil poteſt accipere etiam à ſponte dante. alleg. hoc voluiſſe Bar. in l. munerum. §. fi. inf. de reg. iur. & alleg. rationem dicens, ꝙ ratio eſt, quia quando à pluribus capit, inducitur conſuetudo, quòd quis erubeſcit
4 non dare. † Et faciunt etiam dicta per eundem Dom. Felyn. in c. 1. in fi. de ſymo. vbi dicit quòd prohibitum dare propter publicum bonum, prohibitum eſt recipere à ſponte dante. alleg. ad hoc glo. in l. inuitus. §. fi. inf. de reg. iur. & dicit quòd idem tenet Bal. in auth. ſed hodie. C. de epiſco. & cleri. & glo. in c. ſtatutum. §. fi. de reſcrip. in 6. & c. exigit. cum glo. de cenſi. eo. lib. & faciunt etiam optimè dicta per Do. Felyn. in c. cum M. Ferrarienſis. in 12. col. verſ. & in propoſito eſt tex. & c. de conſtitu. & dicta per D. Bartho. Cępo. in conſ. 13. incip. ſtante quodam, &c. in 5. col. ad quæ etiam uide Petr. de Anchar. in conſ. 272. incip. de titulis, &c. & vide quæ dixi in d. l. ſtipendia. C. de execu. rei iudi. & vide bonam glo. ſupra in §. præcedenti. & Lapum alleg. ſua. 37. incip. ſtante conſtitutione. Vlterius no. ex hoc tex. quòd quando torquendus eſt aliquis ſeruus, qui dicitur eſſe alicuius domini. primò inquirendum eſt de
5 dominio. † Et ſic optimè poteſt allegari iſte tex. ad illam regulam, quod ante omnia legitimanda eſt perſona. cõcor l. ſi quæramus. ſ. de teſta. de qua materia dixi plenè in l. ſi quis ne quæſtio. ſ. in hoc tit. ideo hic aliter circa hoc non inſiſto. Alia no. hic non colliguntur, & glo. etiam ſunt claræ. nam prima glo. dicit, quod ſicut ſeruus qui ad tormenta oblatus eſt, non poteſt tamen contra ipſum dominum interrogari. ita dicit
6 glo. nec pro eo alleg. l. ſeruos. & l. pridem. C. eod. titu. † Et ſic no. ex iſta glo. quòd teſtis qui contra aliquem nõ poteſt examinari, nec etiam poterit in fauorem ipſius examinari vt ſeruetur equalitas, vt patet in d. l. pridem. vbi ſeruus in cauſa domini actiuè & paſſiuè repellitur, quod profecto habet æquitatem. Glo. in verbo, inquiri, clara eſt. nam alleg. concor. ad hoc, ꝙ primo inquirendũ eſt de dominio, antequàm ſeruus
7 torqueatur. † Expeditis glo. ego dicebam vnum videlicet, ꝙ pater, & dominus, & filius, & ſeruus in vno caſu vident̃ equiparari, nam habemus tex. ſingulariter in l. milites agrum. in §. deſertorem. ſ. de re milita. ꝙ ſi filius qui commiſit delictum, eſt præſentatus iudici per patrem, debet iudex parcere ipſi filio, ne videatur pater duxiſſe filium ad ſupplicium, vt dixi ſ. in l. 1. §. ad quæſtionem. in hoc tit. circa finem. Ita eſt in ſeruo ducto ad iudicem & oblato per dominum ad tormenta; qa tamen hoc caſu torqueri non debet, & ſic ſicut ſęuitia patris
8 ducentis filium ad iudicem non nocet ipſi filio, † ita nec ſęuitia domini ducentis & offerentis ſeruum ad torturam, non nocet ipſi ſeruo vt torqueatur. Puto tamen, quòd principalis ratio in hoc caſu non ſit iſta, ſed ſit propter reuerentiam domini, cui reuerentiæ non videtur dominum poſſe renunciare, quia non tantum vnius domini intereſt habere reuerentiam à ſeruo, ſed etiam publicè intereſt dominorum venerari à ſeruis, vt de ſe patet, ideo propter hanc publicã vtilitatem dominus non potuit renuntiare huic fauori ſuo, qđ in priuatis rebus eſt ſecus, vt in l. ſi quis in cõſcribendo. C. de pact. cum ſimilibus. Et per iſta redditur expeditus iſte §. ideo ſequitur. §. cogniturum.

SVMMARIVM.

1 *Latrunculator debet certiorare reos de die, qua vult eos audire & examinare ſuper crimine.*
2 *Non tenetur iudex impendere officium ſuum non poſtulatum.*
3 *Tenetur magiſtratus, qui non dedit tutorem vel curatorem minori.*
4 *Si per ſtatutum imponitur pœna iudici adminiſtranti iuſtitiam, cum iuſtitiam non adminiſtrat, an in pœnam incidat.*
5 *Habens dilationem ſoluendi à Principe, tenetur ſatiſdare de ſoluendo finito termino dilationis, aliàs non gaudet commodo dilationis.*

6 Sta-

9 *Statutum mandans fideiuſſores præſtari, aliàs annulletur actus, intelligitur ſi fuerit petitum.*

7 *Iudex condemnans partem ſuccumbentem in expenſis, quãdo non habuit iuſtam cauſam litigandi, punitur.*

8 *Statutum dicens quòd cauſa committatur conſilio ſapientis, intelligitur ſi petatur per partes.*

9 *Si fratres debent ſtare ſimul & bona communicare ſub pęna impoſita à teſtatore, ſi vnus non communicauit bona, ille qui non communicauit ex quo ad hoc non fuit interpellatus vt communicaret vel conferret, non dicitur fuiſſe in mora conferendi, & pœnã non conferentis pati non debet.*

10 *Statutum diſponens cauſam appellationis debere committi per priorem intra tres dies ſub pœna, intelligitur ſi petitum fuerit.*

11 *Interpellatio debet fieri à parte, cui mora prodeſſet.*

12 *Venditor non cadit in pœnam, quam promiſit emptori de eo defendendo in caſu euictionis vel litis motæ, ſi lis fuit mota vel res euicta, & eum non defendit.*

13 *Pœna vbicunque apponitur facto negatiuo, quis non incurrit pœnam niſi præceſſerit monitio.*

14 *Super non petitis iudex non dicitur ſedere.*

15 *Petens 10. & probans de 20. non debet conſequi niſi 10.*

16 *Si vna cauſa eſt deducta in libello, & probatur de alia, non poteſt obtinere agens.*

17 *Sententia debet ferri ad inſtantiam partis, aliàs non valet.*

18 *Dies interpellat pro homine.*

19 *Licèt probationes & defenſiones per reos ſint fiendæ legitimo & congruo tempore, probatio fieri poterit vſque ad ſententiam, ſi lex vel ſtatutum vlterius procedat, apponendo aliquod verbum, per quod denotetur mentem iuris latoris fuiſſe, quòd etiam vlteriori tempore poſſit fieri probatio. nu. 89.*

20 *Generalitas reſtringitur ad habilia.*

21 *Statutum, quòd inſtrumenta habeant executionem paratam, intelligitur de inſtrumento liquido.*

22 *Statutum quòd quodlibet compromiſſum à quocũque factum debeat inſinuari vel regiſtrari ad cameram ſeu in archiuo publico, aliàs tale compromiſſum inde ſequutum ſit nullum, non habet locum in compromiſſo facto ex neceſſitate teſtamenti paterni inter fratres ſecreto modo in eorum domo.*

23 *Verba, quicunque & quocunque, operantur, vt amplient ſignificatum verbi cui adiunguntur.*

24 *Stante ſtatuto, quòd quilibet admittatur ad accuſandũ, etiam inhabiles admittentur.*

25 *Statutũ dicens quòd ſyndicus teneatur denuntiare quodlibet maleficium, tenetur etiam denuntiare maleficia non punibilia.*

26 *Appellatione maleficiorum, non veniunt maleficia impunibilia.*

27 *Lata culpa, an æquiparetur dolo.*

28 *Infinitas eſt euitanda.*

29 *Ius offerendi quando competit alicui per modum cuiuſdam facultatis, nunquam poteſt præſcribi.*

30 *Verba, toties quoties, quid importent.*

31 *Prohibitio alienationis facta à teſtatore non excedit quartũ gradum, niſi aliter à teſtatore ſit dictum.*

32 *Tranſactio non extenditur ad incognita, niſi verba tranſigentium hoc importent.*

33 *Promittens aliquem non moleſtare, non prohibet moleſtare de iure.*

4 *Si pater facit legatum filiabus ſuis in caſu viduitatis, filiæ poterunt habere illud legatum in omnibus ſuis viduitatibus.*

35 *Reis criminis dandus eſt terminus defenſionis ſuæ faciendæ, aliàs dicerentur oppreſſi.*

36 *Defenſio ſeu terminus ad eam faciendam per aliquod ſtatutum tolli non poteſt.*

37 *Defenſio eſt de iure naturali.*

38 *Si furioſus vel dormiens inſultat aliquem, inſultatus poterit pro eius defenſione eos impunè occidere.*

39 *Princeps non poteſt tollere, nec dare ea, quæ ſunt iuris naturalis.*

40 *Exceptio contra perſonam iudicis proueniens à iure naturali, poteſt ſemper opponi.*

41 *Contra defectus iuris naturalis non cadit diſpenſatio iudicis.*

42 *Clauſula, ſupplentes omnem defectum, non purgat defectus iuris naturalis.*

43 *Exceptio inhabilitatis orta à iure naturali, poteſt opponi poſt litem conteſtatam.*

44 *Papa non poteſt tollere defenſionem introductam à iure naturali.*

45 *Statutum dans iuriſdictionem contra indefenſum, eſt iniuſtum.*

46 *Princeps de plenitudine poteſtatis non poteſt tollere defenſionem in cauſa criminali.*

47 *Defenſio non eſt deneganda diabolo.*

48 *Defenſio poteſt fieri poſt publicatum proceſſum.*

49 *Quilibet admittitur ad probandũ innocentiã inquiſiti, vel accuſati.*

50 *Defenſio concernit publicam vtilitatem.*

51 *Pater pro filio, dominus pro ſeruo, abbas pro monacho, epiſcopus pro clerico, dominus pro vaſallo, ciuitas pro ciue, admittuntur ad plenam defenſionem.*

52 *Frater poteſt deponere pro fratre quòd fecit homicidium ad ſuam defenſionem.*

53 *Teſtis deponens quòd aliquis occiderit vel vulnerauerit aliquem ad ſui defenſionem ſuo credere, probat.*

54 *Feciſſe ad defenſionem probatur per coniecturas.*

55 *Reus, cui non aſſignatur terminus defenſionis, poteſt appellare ab hac denegatione.*

56 *Peccat, qui non ſe defendit ſi poteſt.*

57 *An reus criminis poſſit renuntiare defenſionibus ſuis. nu. 60.*

58 *Nemo eſt dominus membrorum ſuorum.*

59 *Vbi agitur de pœna corporali, nemo poteſt fideiubere pro alio.*

61 *Reus licèt ſit relaxandus fideiuſſoribus, tamen non debet relaxari, quando ſponte confeſſus eſt crimen.*

62 *Appellans ſi renunciat appellationi, videtur fateri ſe malam cauſam habere.*

63 *Pro furibus inſignibus iudex non debet pati aliquem aduocare.*

64 *Aſſaſſinus, qui per pecuniam hominem offendit, poteſt renuntiare defenſionibus & dilationibus ſuis.*

65 *Iudex contra aſſaſſinum poteſt procedere ex mero officio ſuo.*

66 *Clericus aſſaſſinus, an poterit puniri per iudicem ſecularem.*

67 *Aſſaſſinus poteſt ſine alijs indicijs torqueri, vt indicet mandantem.*

68 *Magnates propter proditionem & enorme delictum, poſſunt furca ſuſpendi.*

69 *In generali ſermone remiſſionis delictorum, nunquam compræhenditur crimen falſi.*

70 *Propter enormitatem delicti, licitum eſt iura tranſgredi, & recedi à regulis iuris.*

71 *Propter eminentem ſcientiam hominis licitum eſt iura tranſgredi.*

72 *Propter enormitatem criminis quis poteſt ſuſpendi, & poſtea beſtijs ſubijci.*

73 *Fama defuncti damnatur propter enormitatem criminis.*

74 *Poteſt quis sbadachiari & duci ita sbadachiatus ad mortem, propter enormitatem criminis.*

75 *Clericus faciens atrociſſimum delictum, pōt ſine degradatione puniri.*

76 *Filius committens enormẽ cauſam ingratitudinis, poteſt exhæredari.*

77 *Propter enormitatem delicti, poteſt procedi die feriato.*

78 *Pœna mortis differtur propter eminẽs artificium, & magnã virtutẽ.*

79 *Licèt leges, vel ſtatuto cautum ſit, quòd fur non debeat furca ſuſpendi, poterit fur furca ſuſpendi, ſi fecerit vnicum furtum valde magnum.*

80 *Licet interficere furem nocturnũ, ubi imminet periculum magnę rei.*

81 *Corpora malefactorum famoſorum poſſunt poſt mortem eorum ſuſpendi.*

82 *Monachus, qui in eius vita pecuniam tenebat tanquam propriam, poſt mortem ſuam debet ſepeliri extra cœmiterium.*

83 *Propter atrocitatem delicti ſæpe vnus punitur pro alio.*

84 *Vbi latro deprehenſus eſt, ibi poteſt ſtatim furca ſuſpẽdi propter enorme crimen.*

85 *Repertus in flagranti crimine, poteſt ſine proceſſu condemnari.*

86 *Clericus repertus in flagranti crimine poteſt occidi, nec occidens incurrit canonem, ſi quis ſuadente. 27. q. 4. & tali caſu poteſt etiam capià laico. nume. 87.*

88 *Intellectus ad tex. noſtrum in verbo, adeo vt propterea differantur & proferantur cuſtodię.*

§. Cogniturum. Et hoc intendit. Iudex debet
dare parti terminũ ad faciendum ſuam defenſionem, licèt poſſet fieri defenſio ſine ter-
1 minis. hoc dicit, ſ'm Bar. † Vel ſic, ſecundum me, Latruncula-
tor debet certiorare reos de die, qua vult eos audire & exa-
minare ſuper crimine, vt poſſint iura & defenſiones ſuas
parare. Et defenſio petita per reos criminis quocũq; tempo-
re non eſt eis deneganda. hoc dicit vſq; ad §. cuſtodiæ. No. ex
iſto tex. ꝙ iudex nõ debet inopinatè & ex abrupto procede-
re in cauſa criminali, ſed debet notificare reo diem, quo vult
eum audire & examinare, vt poſſit iura ſua præparare & ꝓcu-
ratorem & aduocatũ ſuum inſtruere, ne fortè ſi ſine tali ter-
mino & notitia ꝯ eum procederet deficeret in probationi-
bus & defenſionibus ſuis, & ſic indebitè condemnaretur.

No. etiam ex iſto tex. ibi, poſtulante reo. ꝙ quocunq; tem-
pore admittendæ ſunt defenſiones reorũ, dummodo iſtud
ab eis petatur, ſecus autem ſi hoc non ſit petitum, quia tunc
imputet ſibi reus quare hoc non petijt, & ſic iſte tex. facit ad
multa, & aliqua ẽt adduci poſſunt ad iſtud propoſitũ. Et pri-
mò facit pro dicto Abb. in c. pen. in pen. col. extra de iudi. vbi
dixit, quòd vbi iudici imponitur pœna, ſi cauſam non expe-
diat intra inſtantiam, ꝙ intelligitur quòd committatur pœ-
na, ſi pars petat & inſtet apud iudicem quòd cauſam ipſam
expediat, aliàs non cadit in pœnam ſi dictã cauſam non expe-
2 dierit intra tẽpus inſtantiæ, & alleg. rationem ipſe Abb. † di-
cens, ꝙ non tenetur iudex impendere officium ſuum non
poſtulatum, per l. 4. §. hoc autem iudicium. ſup. de dam. infe.

& quod

& quod ibi in ſimili no.Bart.& in l.properandum.C.de iudi.
& alleg.etiam glo. in ſimili, in c.fin. de reſcrip. & idem tenet
Barba.in rub.extra de accuſa.in 1.col.ad quod alle. etiam tex.
in l.fi.in verbo,ſumma ope.de tempo. app.& alia de quib.ibi
per eum.idem etiam dixit ipſe Barba.in c.conſuluit. in 4.col.
de offic.deleg. [Vide Alex.in conſ.24.incip.viſo. in 6.volum.
3 & in reperto.meo,in litera I.in 16.char. in 4.not.] † Et ꝓ iſtis
etiam facit bonus tex.in l.1.in §.magiſtratibus. ſ̃.de magiſtra.
conue.vbi dicitur,quòd magiſtratus,qui non dedit tutorem
vel curatorem minori tenetur. quod verum eſt, dicit text.ſi
interpellatus fuit, aliàs non. item vltra prædicta pro iſtis fa-
ciunt dicta per D.Catal.in tract.ſyndi.in verſ.42.incip.adde ꝙ
ſi iudex.vbi idem firmat,vt ſupra dictum eſt de iudice, qui te
netur expedire proceſſum intra tantum tempus ſub pœna.
quod non cadit in pœnam, ſi non expediuit, quia pars hoc
non petijt,nec apud iudicem inſtetit.& alle.plura, de quibus
ibi per eum.idem dixit Bal.in conſ.61.incip. ſuper contentis.
in 6.volum.& Barba.in repe.rub. de fide inſtru. in 23.char. in
1.col.Et idem tenet ipſe Barba.in c.de cauſis. de offi. deleg.in
6. col. & in conſ.32. incip. viſo præſentis conſultationis pun-
cto,&c. in 1.col. in 3.vol. vbi plura iura & doctrinas alleg. ad
4 hoc. † Et facit,quod voluit Ioan.Cald.in conſ.3. in titu.de pę.
vbi dicit,quòd ſi per ſtatutum imponitur pœna iudici admi-
niſtranti iuſtitiam,cùm iuſtitiam non adminiſtrat, an in pœ-
nam incidat? & dicit quòd non, quando per partem nõ fuit
petitum,alleg.d.l.4.§.hoc autem iudicium. ſ̃.de dam.infec.&
l.1.§.fi.ſ̃.de magi. conue. & illud conſilium licèt ſit poſitum
inter conſilia Ioan.Cald.tamen fuit Franc.de Rampo.vt ap-
paret ex ſubſcriptione dicti conſilij. [Negligens non dicitur
in mora,niſi fuerit interpellatus. vide Alex. hoc limitantem
in conſ.157.incip.viſo themate.in 1.col.in 6.vol.& vide om-
nino Corſetum in not.ſuo,in verbo,prohibitio,&c. & in ver
bo,pœnam.in verſ.incip.quidam fuit occiſus,&c.]
5 † Item pro prædictis optimè facit glo. multum ſolennis
in l.vniuerſa.C.de preci.Impe.offe.vbi tex.dicit,quòd habens
terminum ſeu dilationem ſoluendi à Principe,tenetur ſatiſ-
dare de ſoluendo finito termino dilationis,aliàs non gaudet
commodo dilationis.& glo.ibi dicit hoc eſſe verum, ſi talis
ſatiſdatio petatur à creditore,aliàs ſecus.
6 † Et dicit ibi Pau.de Caſt.in fi.per illam glo. ꝙ quando lex
vel ſtatutum mandat fideiuſſores præſtari,alias annullat actũ,
puta dicit quando forenſis agit contra ciuem, teneatur præ-
ſtare fideiuſſores de expenſis ſoluendis, aliàs non valeat pro-
ceſſus. modò pone quòd forenſis egit contra ciuem & non
præſtitit talem fideiuſſionem, quia non fuit petitum, oppo-
nitur quòd proceſſus eſt nullus.dicit Pau. de Caſt.ibi in con-
tingentia facti dixiſſe hoc non eſſe verum, ſi non fuit petita,
& quòd pars aduerſa dicebat contrariũ, ſcilicet ꝙ illi incum-
bebat hoc onus;& ꝙ hanc fideiuſſionem debebat offerre, ſi
volebat admitti.& dicit ipſe, ꝙ illa gl. ibi iuncta tex. facit pro
eo,quod ipſe dicebat ſcilicet, ꝙ valeat talis proceſſus,licèt nõ
fuerit data talis ſatiſdatio,quando non fuit petita.pro quo di
cit bene facere l.peto.§.fratre.ſ̃.de leg.2. ibi dum dicit, ſi cau-
tio non fuerit poſtulata. [Idem dixit Do.Fran. de Are.in c.2.
in 2.col.circa princ.extra de accuſa.] & dicit etiã facere,quod
habetur in iuramento calumniæ, ꝙ niſi præſtetur, non valet
proceſſus,nam hoc eſt verum,ſi fuerit petitum,aliàs ſecus.al-
leg.nota.in l.2.in §.ſed quia veremur.C.de iura. calum.& eo.
tit.c.1.lib.6. Et dixit ipſe Pau.de Caſt.in d.l.peto. in §.fratre.in
fi. ꝙ illum tex. aliquando ipſe allegauit ad quæſtionem ſtatu-
ti dicentis, ꝙ appellãs vel petens reſtitutionem, debeat caue-
re cum fideiuſſore de reſtituendis expenſis, & aliter proceſ-
ſus factus non valeat, quæritur ſi cautio non fuit petita, nec
eam obtulit,ſed in cauſa proceſſit,vtrum proceſſus ſit nullus?
& dicit ꝙ ille text. facit ꝙ non. & ꝙ ſtatutum debet intelligi
ſi fuit petita & non præſtita. Nam vſufructuarius non facit
fructus ſuos, niſi cautionem præſtiterit de vtendo arbitrio
boni viri.& tamen ſi ſciente & patiente proprietario vſus eſt
non præſtita cautione, facit fructus ſuos.alleg.not.in l.vxori.
ſupra de vſufruc.leg.per Bar. [Vide Soci.in conſ.133.ꝓfecto.
in prima col.& ibi omnino in vlt.col.in fi.vbi omnino vide.]
Et illam doctrinam Pau.de Caſt.in d.§.fratre. refert & ſequit̃
Do.Fely.in c.ſi autem.in 4.col.de reſcrip.& Do.Alex.in conſ.
443.ſecundum ordi meum. Facit etiam ad prædicta glo.iun-
cto tex. in l.de pupillo. §. qui procuratorio. ſ̃. de oper. noui
nũcia.vbi tex.dicit, ꝙ qui procuratorio nomine alicuius nun
ciat nouum opus, ſi non ſatiſdat eam rem dominum ratam
habiturum, nũciatio omnimodo remittitur. & gl.ibi ſubdit
hoc eſſe verum, ſi talis ſatiſdatio petatur à parte, aliàs ſecus.
7 † Adduci etiam poteſt, nam iudex ſi non cõdemnat partem
ſuccumbẽtem in expenſis, quando non habuit iuſtã cauſam
litigandi punitur,per tex.in l.non quicquid.§.1. ſ̃.de iud. hoc
tamẽ eſt verum,ſi hoc petitum fuerit per partem ab ipſo iu-
dice,aliàs non.ita dixit Bar.in d.l.non quicquid.§.1.circa prin.
de quo latius ibi per eũ. Et adduci etiam põt ad iſtud propo-
ſitum,quod voluit Pau.de Caſt.in conſ. 168. incip.videtur ꝙ
dictus,ubi dixit, ꝙ fideiuſſor qui tenetur præſentare aliquem
intra certum terminum ſub pœna, non cadit in pœnã ſi in-
tra illud tempus illum non præſentauit,quia de hoc non fuit
8 requiſitus.† Et facit etiam,quod voluit Do.Alex.in conſ.122.
incip.viſo proceſſu.in vlt.col.in 2.vol. ubi dixit, ꝙ ſi ſtatutum
dicit, ꝙ cauſa comittatur conſilio ſapientis, intelligitur ſi pe-
tatur per partes.alleg.gl.in d.c.fi.de reſcri.& alia,de quibus ibi
per eum. & idem ipſe dixit in conſilio ſuo 82. incip. in cau-
ſa vertente.in pen.colum.Et illam gl.in d.c fi.de reſcrip.notat
Abb. in c.auditis. in fi.de procur. & in c.cum ſit generale. in
2.col.de fo. comp.& in c.fi.in antepen.col.verſ.circa vltimũ.
de do.& contu. & ibi D.Ant. in 22.col. & Abb.in c.ſignifica-
uerunt.in 4.col.de excep.& in c.licet cauſam.in 6.col.de ꝓba.
& Do.Alex. in l.properandum. in §. ſinautem alterutra.C.de
9 iudi,vbi videas. † Addi etiam poteſt prædictis,quod multum
notanter dixit D.Alex.in conſ.ſuo 334. incip. circa primũ. in
2.col.vbi inquit, ꝙ ſi fratres debent ſtare inſimul & bona cõ-
municare ſub pęna impoſita à teſtatore, ſi vnus non cõmu-
nicauit bona, ille qui non cõmunicauit ex quo ad hoc non
fuit interpellatus vt cõmunicaret vel conferret, non dicitur
fuiſſe in mora conferendi, & pœnam non conferentis pati
non debet.ad quod alleg. l.ſi quis filius. §.ſtipulatio. ſupra de
colla.bo.pro quo dicit facere.l.2.§.quod ait prætor. ſ̃. quorũ
lega,& l.1.§.non exigit.ſ̃.ut in poſ.leg. & c.licet. vbi Bal.in tit.
ſi de feu. fue. con. inter dominum & agna. & bonam glo.in
c.cupientes.in §.ſi verò.in glo.incip. ſed an tenetur conferre.
de elect.in 6.& hoc etiam voluit Bal.in l.1 in prima columna
verſ.hic occurrit dubium. C.ne liceat in vna eademque cau-
10 ſa,&c. † Adde etiam prædictis Ang.in conſ.ſuo 140.quod in
cipit,quidam Matthæus,&c. ubi dicit, ꝙ ſtatutum diſponens
cauſam appellationis debere cõmitti per priores intra tres
dies ſub pœna, intelligitur ſi petitum fuerit.& eum ſequitur
Alex.in l.de pupillo.in §.ſi quis ipſi prætori. in 2.col. de oper.
noui nuncia.& in conſ.ſuo 19.incip.uiſo proceſſu.in 4.col.in
1.vol.& D.Felyn. in c.ſi autem.in 3.col.de reſcrip.pro quibus
etiam faciunt dicta per Do.Felyn.in c.prohibeas. in ſecunda
col.de magiſt.vbi dixit, ꝙ ſtatutum puniens priores non deci
dentes cauſam app.certo tempore, intelligitur ſi pars inſtite-
rit.allegat hoc uoluiſſe Ang.in conſ.138.incip. ſtatuto ciuita-
tis Caſtelli, &c. Adduci etiã poteſt ad prædicta, quod voluit
Ang.in l.venditioni. circa princip. C.de uſucap.pro emp.ubi
dicit, quòd illa lex facit pro bannitis, qui non debent audiri
ex forma ſtatuti.nam ſm eum,hoc intelligitur ſemper,dum-
modo hoc dicatur & opponatur à parte.& dicit hoc voluiſſe
Ioan.And.in c.ſtatutum.de reſcrip.in 6.& ibi etiam dicit ipſe
11 Ang.aliud in propoſito,de quo ibi per eum. † Et adde etiam
D.Franc.Areti.in conſ.ſuo 94.incip.conſideratis.in 4.colum.
verſ.tertio ſicut,&c. vbi dicit, ꝙ licèt conditio debeat imple-
ri quamprimum poteſt, debet tamen præcedere interpella-
tio partis,cui mora prodeſſet.allegat plura, de quibus ibi per
12 eum. † Facit etiam ad prædicta.Nam ſi venditor promiſerit
emptori eum defendere in caſu euictionis vel litis motę ſub
pœna, ſi moueatur lis emptori ſub tali re empta & euincat̃,
uenditor non cadit in aliquam pœnam ſi eum nõ defendit,
eo quia non fuit ad hoc requiſitus per emptorem, etiam ſi
ipſe venditor ſciuerit litem fuiſſe motam ipſi emptori. ita
dixit no. Pau. de Caſt.in l.1. §.1. in fi. ſ̃.de actio. emp.& idem
dixit Abb.in conſ.144. incip. in quæſtione, quæ uertitur &c.
in 2. col. in ſecundo volum. quem refert & ſequitur D.Fely.
in c.ſi autem.in 4.colum. de reſcrip. & idem uoluit Barto.in
l.non ſolum.in §.morte. ſ̃.de operis noui nũcia. & probatur
in l.denunciaſſe.circa prin.& ibi Bar.ſ̃.de adult.& voluit Spe.
in titu.de emp.& ven.§.fi.ad fi.& D.Anto.& Card. & Petr.de
Anch.in c.fi.de emptio.& uenditio. & Ang. in l.in executio-
ne.in prin.ſ̃.de uerb. obligat. & Ang. & Imo.in l.cũ ex cauſa.
eod.tit.& Ioan.de Imo. in c.cum inter uniuerſas. de electio.
Bart. & Rapha.in l.2.§.fin. ſ̃.ſolu.matrimo.Ang.in l.ſi rem.§.
quolibet tempore.ſ̃.de euictio.Petr.de Anch.in clemen.cau
ſam.in 15.notab.de elect.Abb.in c.fi.de emp.& venditio.Bal.
in c.1.ſi de feu. uaſal. fue.interpel. quos omnes ad hoc refert
D.Fely.in c.cum M.Ferrarienſis.in 24.col. de conſtitu. ubi ẽt
allegat aliquos tenentes ꝯrium.Et finaliter pluribus adductis
tenet, ꝙ in caſu prædicto requiratur interpellatio ſeu denun
ciatio ipſius emptoris. & hoc ideo procedit, ſm eum, quia
cum iura requirant hanc interpellationem ſeu denũciatio-
nem fieri ipſi venditori, & hoc requiratur pro forma, ideo
non ſufficit ipſum uẽditorem eſſe certum de lite mota, niſi
certioretur per ipſum emptorẽ, & ita notat expreſsè, ſm eũ,
Dyn.

Dyn.in regula,eum qui.de regu.iuris.in 6.& Bar.in d.l.denunciaſſe. cuius doctrinam ad hoc propoſitum notat Abb. in d. c.fi.de empt.& venditio.ita dicit Dom. Felyn. in d.c. cùm M. Ferrarienſis.in 24.col.Et pro omnibus ſupradictis doctrinis adduci poſſunt plura iura.primò tex.in c.1. ibi,ſi fuerit requiſitus.de ſenten.excommunic.in 6.& in c.1.ad fin.ibi, ſepultorum corpora ſi petantur.de ſepultu.in 6.& tex.in c.cùm perſonæ.§.1.ibi, à locorum ordinarijs requiſiti. de priuileg. in 6. & glo.in c.cupientes.§.1. in verbo, contingentibus. de elect. in 6.quæ iura allegat Dom.Fely.in d.c. ſi autem. in 4. colum. de reſcrip.Tu vltra eum dicas, quòd pro dictis doctrinis etiã facit tex.in l.fi.verſicu.litigatoribus admonentibus.C.vt intra certum tempus quæſtio ciui.terminetur & tex. in l.pen. eo. tit.verſic.ſi petantur.& tex.huius.§.in verſi.reo poſtulante.

13 † Facit etiam pro prædictis no. verbum Innoc. in c. extirpandæ.§.qui verò.de præben.vbi dixit, quòd vbi pœna ponitur à iure pro negligentia,& ſic pro culpa negatiua, tunc requiritur interpellatio ſeu monitio ad hoc vt quis incurrat illam pœnam,vtputa ſi dicatur, ſi poteſtas non fecerit deſcribere familiam,puniatur, vel quicunq; non fecerit reſidentiã ſit priuatus,&c.quia tunc requiritur monitio, ſecus autẽ vbi pęna imponitur pro facto affirmatiuo,vtputa ſi dicatur,quicunq; intrauerit talem locum,vel furtum fecerit, nam tunc non requiritur monitio,ſed ipſo facto pœnam incurrit contraueniendo,c.de multa.de præben. c. ſi quis ſuadente. 17.q. 4.& ratio eſt,ſecundùm eum:quia non facta latent,facta verò patent.ita dicit Inno.in dicto c. extirpandæ. quod dictum refert & ſequitur Domi.Fely.in c.ſi autem.in 2. colum.de reſcrip. cum aliquibus limitationibus datis huic dicto ꝑ Alex. quem ipſe refert in l.ita ſtipulatus.in 3 colum. ſuprà de verb. oblig. Et illud dictum Innoc. extollit Cardi. in conſi. ſuo 56. incipiente,reuerendus.aliàs,dum reuerendus, &c. vbi dicit, ꝙ lex vel ſtatutum loquens de negligentia non præfigendo tempus, nunquam habet locum, niſi præcedat monitio. ad quod allegat Innoc.in d.c.extirpandæ.alia, de quibus ibi per eum.quem refert Domi.Fely.in d.c.ſi autem.& vide Bald.referentem illud dictum Innoc.in pluribus locis,& etiam alios referentes eum,quos ponit Domi.Alex. in dicta l. ita ſtipulatus.in 3.col.de verb. obl. Sed vltra Do. Alex. ibi videas tu etiã Io.de An.referentem & ſequentem illud dictum in c.3.in vlti.col.extrà de rapto.& ibi adducit aliqua de his, quæ dixit D. Alex.in d.l.ita ſtipulatus. licèt de eo ipſe Do. Alex. non faciat mentionem.& illud dictum Inno. etiam commemorat Barba.in c.prohibeas.in vlt.colum.de magiſt.vbi ſimiliter allegat quamplures Doct.referentes & approbantes illud, attamen ipſe finaliter ibi videtur improbare Inno.& ſimiliter vide D. Fely.in d.c.prohibeas. in fi.primæ col. vbi multum magnificit illam doctrinam Inn.& ſimiliter allegat quàmplures Doctores illam referentes & ſequentes,quam doctrinam ipſe limitat ibi, vt latius ꝑ eum videre poteris. Et vltra prædicta ad materiam iſtam videas etiam Ang. in Auth.de eccleſiaſti.tit. in §.ſi quis autem pro redemptione,&c.vbi ponit aliqua no.

14 dicta.† Et ſeruit etiam prædictis regula illa videlicet,quòd ſuper non petitis iudex non dicitur ſedere, vt habetur in l.ſi ex teſtamento.ſuprà de exceptio.rei iudic.& in l.prima, & 2.C. ſi à non compe.iudic.& in l.non diſtinguemus.in §. de offic. & in §.fi.ſ.de arbitr.& in §.ſi cum dies.in §.plenum.eodem titu.& in c.cùm dilectus.de arbit.& in c.P.& G. de officio dele

15 ga.† Et ideo dixit gl.ſingularis in l.verbum,oportere.infrà de verb.ſigni.quòd petens 10.& probans de 20.non debet conſequi niſi.10.quod etiam dixit Bal.in c.1. in 3. col. de mill. vaſal.qui contu.eſt.vbi allegat d.l.verbum,oportere.

16 † Pro quo faciunt optimè dicta per Bal.in c.ante fi.de conten. inter dominum & me. de portio. feu. & quæ habentur in §.ſi minus.Inſtit.de actio. Et ideo videmus, ꝙ ſi vna cauſa eſt deducta in libello, & probatur alia, non poteſt obtinere agens.l.habebat.in princip.ſ.de inſtito.& notat Innoc.in c.ex parte abbatiſſæ.de priuileg.& Bar.in l.1.in princip. ſ.de eden. & Spec.in tit.de teſte.§.1.verſi.ſed pone, egi. & Bart.in l.certi conditio. §. ſi nummos. ſ. ſi certum peta.& not. Cano.in c. examinata.& in c.dilecti.de iudi.& Dom.Alex. in conſi. 162. incip.viſo proceſſu,&c.in 2.col.circa fi.in 2.vol.vbi refert prædictos Doct.ad hoc.Idem voluit Do. Alex. in conſi. ſuo 150. incip.in cauſa & lite vertente, &c. in pe. col.in 5.vol. de quo vide,quæ dixi in ſing.meo 272.incip.in hac inclyta.

17 † Et ad ſuperius dicta facit etiam,quod voluit Bal.in l. 1. C. vt quæ deſunt aduocatis partium.vbi dixit,ꝙ ſi abſentib.partibus ſit lata ſententia,nec apparet ad cuius petitionem, talis ſententia ipſo iure non valet.quod dictum refert & ſequitur Pet.de Ancha.in conſilio ſuo 160.incip viſis diligenter, &c. in 1.colum.& voluit glo.& Doct. in l. properandum.in prin. in gl.magna.C.de iudic.& ponit Bal.in conſilio ſuo 61.incip. ſuper contentis,&c.in 6.vol.Et hinc ſumpta occaſione inſurrexit practica procuratorum,nam dicunt iudici, quãdo ſunt pro parte actoris,Domine iudex, peto ſententiam ferri in tali cauſa,&c.†

18 Vltimò tene menti circa materiam videlicet,ꝙ ille qui tenetur ad aliquid faciendum ſub pœna,ad hoc vt cadat in pœnam, debet interpellari.nam poſſet aliquis ſubtiliter opponere & dicere, ꝙ imò non requiritur aliqua interpellatio.ſed cadit in pœnam,ſi non facit id, ad quod tenetur ſine alia interpellatione.ratio eſt, quia dies interpellat ꝓ homine,vt habetur in l.magnam.C.de contrahen. & committenda ſtipula.& in c.potuit.de loca.& gl. in c. cupientes. in §. ſi verò.in verbo,contempſerint.de electio. & habetur in cle. quia contingit.in verſic.annis ſingulis.de religio. dom.& habetur per Alex.in l.ſi mora. in 2. colum. ſuprà ſolu. matri. & Pet.de Ancha.in conſi.230.incipien.prima facie videtur,&c. ergo ille, qui tenetur ad aliquid faciẽdum intra tale tempus, debet illud facere ſine aliqua interpellatione,quia ille terminus, ſeu illud tempus interpellat ꝓ homine. Tu reſpondeas, ſecundùm Domi.Fely.in c.ſi autem.in 3. col. in fi. de reſcrip. vbi dicit,quòd illa regula videlicet, quòd dies interpellat pro homine, procedit in actibus extraiudicialibus, ſecus autem in iudicialibus, ſeu in actibus expediendis per iudicem, nam tunc non currit tempus,niſi à die partis interpellantis. ita dicit ipſe Domi.Fely.in d.c. ſi autem. vbi etiam hoc limitat aliquibus modis,de quibus ibi per eum,qui in dicta materia latè loquitur,& etiam in d.c.ſtudeas.de magi.in 2.colum.

19 † Modo redeundo ad tex.huius noſtri §. dico quòd ex ipſo tex.in verbo,quocunq; tempore.iuncta gl.habemus notare, quòd licèt ꝓbationes & defenſiones regulariter per reos ſint fiendæ legitimo tempore & congruo in tempore probatorio,iuxta ea quæ habentur in l.prolatam.ſ. de ſenten. attamen iſtud fallit, niſi lex vel ſtatutum vlterius procedat apponendo aliquod verbum,per quod denotetur,mentem iuris latoris fuiſſe,quòd etiam vlteriori tempore poſſit fieri ꝓbatio,quia tunc probatio poterit fieri vſq; ad ſententiam.ita optimè probat iſte tex.in d.verbo, quocunq; tempore.coniuncta glo.quæ dicit, vſq; ad ſententiam: quod voluit etiam Dom.Bartho.Cępo.in conſi.ſuo 73.incip.multa poſſent,&c. in fi.vbi plura allegat. [Et Gandi. in ſuo tractatu malefic. ſub rubr.de homicidiarijs.in 2.col. in princi. vbi allegat hunc tex. vide Bal.in l.reos.in 8.colum.in verſic.breuiter credo, &c.C. de accuſa.& vide Corſe.in no.ſuo,in verbo,denuntiatio.]

20 † Ex quo poſſumus etiam notare, ꝙ licèt verba generalia debeant reſtringi ad habilia,vt habetur in l.vt gradatim. infrà de mu.& hono.& in l.1.C.de ſacroſan.eccle.vbi glo. & Doct. & gl in l.2.C.vbi de ratio.agi oportet.vbi tex.dicit,à quocunque.& glo.ibi exponit,ſcilicet idoneo.& facit glo.in l.1.C.de fide inſtru.vbi tex.dicit,quibuſcunq;.& glo. ibi exponit,ſcilicet idoneis.ad idem eſt glo.in l vnica.C.vbi conue.qui certo loco dare promiſ.vbi tex.dicit, alio loco. & glo. ibi exponit, ſcilicet idoneo.ad idem eſt gl.in §.diſponat. in Auth. de nup. & in l.qui autem.in glo.fina.ſ. de conſtitu. pecu. [Vide Iaſo. in l.fideiuſſor.§.prætor ait.ſ.qui ſatiſ. cogan.& in §. in perſo-

21 nam.in 9.colum.Inſtitut.de actio.]† Pro quibus glo.& opin. facit,quod no.Barto.in l.non putauit.in §.non quæuis. ſuprà de contrat.b.& in l.4.in §.condemnatum. ſuprà de re iudic. vbi dixit, quòd ſi ſtatutum dicit, quòd inſtrumenta mittantur executioni, reſtringitur talis generalitas ad inſtrumenta liquida tantùm.idem voluit Barto.in l.diuus Traianus. ſuprà de teſtamen.mili.& in l.non ignorat. C. qui accuſa. non poſ. & in l.1. §. 1. ſuprà quod vi, aut clam.& voluit Ioan Andr.in additio.Specu.in titu.de prola.ſententiæ.in §.vt autem.in ad di.inci.cauſa hæc.& Bal.in l.ſi cauſam.C.de execu.rei iudic.& Saly.in l.ita pudor.C.de adulte.& idem eſt de mente Bar. per illum tex.in l.proinde.§.notandum.ſupra ad legem Aquil.& in l.1.in fi.C.de ſenten.quæ ſine certa quantitate. & Bald.in l. cùm teſtamento.in fi.C.de manu.teſta. & in l. apertiſſimi.C. de iudi.pro quibus faciunt dicta per Barto.in l. creditores.C. de pigno.act.& in l.1.in fi.ſ.de lega.2.& in l.1.infrà iudi. ſolu. & in l.2.C.de ſenten.ex pericu.recit.& per Pau.de Caſt.in cõſi.275.incip.viſis & ponderatis.in 1.colum.& per Bart.in l.1. in prin.ſ. ad legem Iul.maieſta.& per Bal.in l.1.ſ. de lega. 2.& in l.1.ſ.de eden.& per Lud.Rom.in conſ.ſuo 120. incip.circa primum.in prin.& in conſi. ſuo 202. incip. allegationes Doctoris,&c.circa fi. & in conſi. ſuo 262. incip.idem mihi concludendum,&c.& in conſi. 119.incip.in propoſita conſultatione.in 1.col. de quo etiam dixi iſta accumulãdo in l. 1. poſt primam char.ſ.de annu. leg. de quo etiam latè & magiſtraliter per Do.Io.Baptiſt. de ſancto Seueri. in repe. l. omnes populi.in 28.char.quaſi per totum.ſ.de iuſtit.& iure. & per Do. Felyn.quem vide in rub.de præſcrip.in pen.col. in prin. Et videas etiam omnino D.Fely.in c.cauſam,quæ.in 14. col.de reſcrip.

ſcrip. Attamen talis generalitas non reſtringitur ad habilia, ſed etiam compræhendit inhabilia, quando in lege vel in ſtatuto ſunt appoſita aliqua verba, per quę demonſtratur quòd intentio diſponentis fuit, quòd etiam inhabilia compræhenderentur, vtputa apponendo verbum, quandocunq;, vt hic, vel quocunq; modo, vel ſimilia. Ita optimè probatur hic. & tantò magis hoc procedit hic, quia res ipſa ſeu ſtatus cauſæ hoc importat. nam, quia in cauſis criminalibus tractatur regulariter de præiudicio irreparabili, ideo nimirum ſi probationes, & defenſiones ſunt admittendæ quocunq; tempore
22 vſq; ad ſententiam. † Et pro ſupradictis facit optimè notabile cõſilium excellentiſſimi iuris interpretis, Domini Ant. de Burgos Hiſpani, mihi fratris maioris honeſt. quod ipſe proximis diebus fecit in ciuitate Florentiæ in queſtione non leuis nec modici, ſed imò magni & maximi valoris, in quo plures Doctores ſe ſubſcripſerunt, & ego vna cum eis, in quo ipſe conſuluit, ſtatuto ciuitatis Florẽtiæ cauetur, quòd quodlibet compromiſſum factum in ciuitate Florentiæ à quocunque debeat inſinuari & regiſtrari ad cameram ſeu in archiuo publico, aliàs tale compromiſſum & laudum inde ſecutum ſit nullum, quo ſtante pater veniens ad mortem inſtituit filios ſuos hæredes, & ſubiunxit, quòd volebat & grauabat ipſos filios ſub pœna priuationis certæ partis hæreditatis, quòd de oĩ & quacunque lite vel controuerſia, quæ inter eos occurret, eam deberent compromittere in quendam Antonium, & ſtare laudo & deciſioni ſuæ, &c. hoc ſtãte poſt mortem teſtatoris iſti fratres deuenerunt ad plures lites & differentias inſimul, quas compromiſerunt in Domino Antonio, ſed nõ fuerunt inſinuata talia compromiſſa & regiſtrata in archiuo publico, vt cauetur ex forma ſtatuti. dubitabatur, an talia compromiſſa & lauda inde ſecuta eſſent valida? & videbatur dicẽdum quòd ſic, quia talia compromiſſa hoc modo facta ex neceſſitate teſtamenti paterni & inter ipſos fratres ſecreto modo in eorum domo, non videntur compræhendi in tali ſtatuto, ſed ſolùm contineri & compræhendi videntur compromiſſa facta ſponte inter extraneos, vel etiam inter coniunctos, non aſtrictos tamen compromittere magis in vnum quàm in alium.

Sed contrarium conſuluit ipſe Dom. Anto. dicens ꝙ imò talia etiam compromiſſa compræhenduntur ſub ipſo ſtatuto, & hoc propter illa verba ſtatuti, videlicet, quodlibet compromiſſum, &c. & ad hoc mouebatur pluribus rationibus & iuribus. & inter cætera dicebat, hoc videlicet, ꝙ verba generalia licèt reſtringi debeant ad habilia tantum, tamen hoc fallit niſi in lege, ſtatuto, vel diſpoſitione ſint appoſita aliqua
23 verba apta compræhendere etiam inhabilia. †Et ponit exemplum in verbis, quicunq;, & quocunq;, & ſimilibus. quæ verba operantur & ampliant ſignificatum verbi, cui adiunguntur, vt etiam extendatur ad latiſſimum ſignificatum. allegat doctrinam Barto. in l. generali. in §. vxori. ſuprà de vſufructu lega. quæ communiter ſecundùm eum approbatur, & eam approbat & commendat Card. Alexan. in c. ſi Romanorum. 19. diſtinct. in 2. col. pro quo faciunt, ſecundùm eum, dicta per Dom. Alexan. & Franc. de Aret. in l. 1. ſuprà de lega. 1. vbi dicunt, ꝙ iſta generalia verba & vniuerſalia recipiunt reſtrictionem datam ab alijs iuribus, aliàs non, ſed ſicut generaliter loquuntur, intelligenda ſunt. quod videtur firmare Bart. ſecundùm eum, in l. omnes populi. in 6. quæſtione princ. ſ. de iuſtitia & iure. Item adducit etiam magis in ſpecie Gemi. in c. 2. §. 1. in prin. arg. illius tex. de re. eccle. non alien. in 6. vbi dixit, Statuto cauetur quòd de quolibet contractu ſoluatur gabella, ꝙ hoc caſu etiam ſoluetur de recognitione, quam quis facit de tenendo rem ab aliquo. quod dictum ibi ſequitur Do. Philip. Francus, & tamen conſtat quod non eſt propriè contractus, quia non eſt vltro citroq; obligatorius. pro quo etiam faciunt, ſecundùm eum, dicta per Bald. in rubr. C. qui accuſ. non poſſ. dum loquitur de ſtatuto dicente, quòd quilibet poſſit accuſare.

☞ [Ad ea, quæ dicuntur in hac colum. vide Socy. in conſil. ſuo 95. incipien. capiendo primum, &c. in vltima colum. poſt princ. & vide omnino in contrarium Ioan. de Imo. in conſil. ſuo 84. incip. viſa locatione, &c. per totum. & omnino Iaſ. in l. 2. in §. prætor ait. in 2. colum. ſ. qui ſatiſda. cogan. & in reper.
24 meo, in litera S. in 7. char. in 7. not.] † Sed vltra præmiſſa adducta per eum in d. conſil. ego dico, quòd iſte tex. iuncta glo. poteſt optimè ad illud propoſitum adduci. Item etiam adduci poteſt quod voluit Bal. in l. ita pudor. C. de adulte. vbi dixit illud idem, videlicet, ꝙ ſtãte ſtatuto ꝙ quilibet admittatur ad accuſandum de maleficio, ꝙ hoc caſu etiam infans & alij inhabiles admittentur. quod dictum ſequitur Petr. de Anch. in c. 1. in 14. q. princ. de conſt. & Io. Bapt. de ſan. Seue. in l. omnes populi. in 29. char. in 1. col. ſ. de iuſti. & iure. & idẽ tenet Barb.
25 in rubr. extrà de accuſ. in 1. col. † Et facit etiam dictum Bal. ſuper ſtatutis. in verbo, capere. verſiculo, ſtatutum ꝙ homines, &c. vbi dixit, ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ ſyndicus villæ teneatur denunciare quodlibet maleficium, quòd hoc caſu propter talem generalitatem ſyndicus tenebitur denunciare etiã maleficia non punibilia. quod etiam voluit Bar. in l. 1. in §. accuſationem. ſ. ad Turp. & Ang. in l. fi. §. fi. ſ. de pub. & Pet. de Anch. in clem. præſenti. in 1. col. de cenſi. & Bart. in l. ſi quis in graui. in 3. col. ver. 4. quæro. C. de accuſa. & hoc probat tex. & ibi voluit Bal. in l. 2. C. ne fiſ. vel priuatus. & Ludo. Rom. in d. §. ſi maritus. & Ang. de Are. in tract. maleficiorum. in verbo, necnon ad denuntiationem. in 1. char. ver. quæro an iſte denunciator &c. & in eodem verbo, in 7. char. in ver. quid ſi ſtatuto cauetur, ꝙ ſyndicus. & in eodem verbo, in vlt. char. ver. quæro, vnũ maleficium fuit commiſſum caſu, &c. ☞ [Adde hic, ꝙ idem tenet Bal. in l. data opera. in 4. col. C. qui accuſ. nõ poſ. & vide D. Nellum in tracta. banni. in 3. parte 2. temp. q. 55. inc. incipiam de aliquibus.] Et licèt prædicti omnes Doct. non loquantur in ſtatuto ponente illud verbum, quodlibet maleficium, tamen loquuntur per verba ſtatuti indefinita, vt quia dicit ſtatutum, ꝙ ſyndicus teneatur denunciare maleficia, &c. ꝙ idẽ videtur importare, quia indefinita æquipollet vniuerſali, vt habetur in l. pluribus. ſ. de leg. 2. & in c. ſolitę. de maio. & obe. cum ſimilibus. & tamen contrarium deberet eſſe, videlicet, quod dictis caſibus ſyndicus non caderet in pœnam non de-
26 nunciando maleficia non punibilia, † quia talia maleficia non compræhenduntur appellatione maleficiorum, vt dicit Abb. in c. 3. in 2. nota. de homic. & D. Fely. in c. quæ in eccleſiarum, in 5. col. de conſt. Sed hoc operantur illa verba ampliatiua, videlicet, quilibet, vel quicunq;, & ſimilia, ideo nimirum ſi ſyndicus tenetur, etiam ſub pœna talia maleficia etiam impunibilia denunciare, &c. Item & vltra prædicta adduci põt, quod no. dixit Saly. in l. ſi ſerui veſtri. C. de noxal. vbi poſt ſuã quandam magiſtralem diſtinctionem dicit, ꝙ ſi ſtatutum dicit, ꝙ quilibet cuiuſuis cõditionis poſſit teſtari, ꝙ tale ſtatutũ non reſtringetur ad habiles tantùm, quia illa verba, cuiuſuis conditionis, non patiuntur reſtrictionem, & ideo etiam inhabiles compræhendentur. Similiter etiam dicit, ꝙ ſi ſtatutũ dicat, Quicunq; occiderit quouis modo, vel cauſa, ſiue qualitercunq;, decapitetur, tunc quilibet occidens decapitabitur, nec fiet diſtinctio, vtrum dolo vel culpa quis occiderit, vel ẽt ſe defendendo, licèt quando ſtatutum dicit ſimpliciter ꝙ occidens occidatur, ſit intelligendum & reſtringendum in illo tantùm qui doloſè occiderit, non autem in illo qui culpoſè
27 occiderit, † quia lata culpa non æquiparatur dolo in pœna perſonali, & vbicunq; ſtatutum imponit pœnam perſonalẽ, ſubintelligendum eſt, ſi doloſè, vt habetur in l. lege Corne. ſ. de ſica. ☞ [Vide Iaſo. in l. fideiuſſor. §. prætor ait. ff. qui ſatiſd. cogan. & eundem omnino, & non omittas, in l. non dubium. in 9. col. ver. & iuxta hoc infert, &c. per totam colum. C. de legi. Alex. in conſi. 35. inc. viſo themate. in 3. colu. in 6. vol. & in conſi. 201. inc. viſo themate. in 3. col. in 7. vol.] & voluit Barto. in l. 1. ſ. ſi quis teſta. liber eſſe iuſ. fue. & in repe. l. quod Nerua. ſuprà depoſiti. & Bal. in l. data opera. in 5. col. C. qui accu. non poſſunt. & ibi Pau. de Caſt. & etiam hoc voluit ipſe Pau. de Caſt. in l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugi. & in l. 1. ſuprà de leg. & in l. & ſi ſeuerior. C. de infam. de quo etiam per Do. Ioan. Baptiſt. de ſancto Seue. qui prædicta ponit in ſua repe. l. omnes populi. in 37. char. in 2. & 3. colum. ſuprà de iuſtit. & iure. vbi etiam plures alios adducit hoc tenentes. de quo etiam ego latius dixi in conſilio meo, incip. ſummi cœli Deus aperiat mentem & os meum, &c. in 3. char. & Dom. Alexan. in conſ. ſuo 109. incipien. viſis, & vt oportet, &c. in 2. char. in 1. volu. & per Dom. Fely. in c. ſedes. in 11. colum. de reſcrip. ☞ [Vide Iaſo. omnino in l. in actionibus. in 6. & 7. colum. ff. de in litem iu-
28 ran.] † Item vltra prædicta etiam facit, nam habemus regulam in iure, quòd infinitas eſt euitanda, vt eſt tex. in l. fideicommiſſa. in §. ſi quis decem. ſuprà de lega. 3. & in l. boues. in §. hoc ſermone. infrà de verbor. ſignifica. & in l. inter ſocerum. §. fina. ſuprà de pact. dota. & in l. cùm pater. §. pater certam. ſ. de lega. 2. de quo dixi latè in repe. mea rubr. de fideiuſ. in 9. quæſtio. Attamen talis regula fallit, niſi verba contractus vel diſpoſitionis ſint apta ad infinitatem importandam, quia tunc admittitur infinitas. exemplum poteſt poni, quando in diſpoſitione ſunt poſita verba, toties quoties opus fuerit, nam tunc admittitur infinitas, quia natura verborum hoc importat. ita probatur in l. ſi ita ſtipulatus à Seio, & ibi per Barto. poſt glo. ſuprà de fideiuſſo. Et idem etiam eſſet dicendum in verbis, quandocunque, vel quotieſcunque, quia ſimiliter talia verba ſunt apta ad infinitatem, ſecus ſi non ſunt apta ad compræhendendum infinitatem. ita dixit Do. Alexan. l. in conſi. ſuo 145. incipiente, quoniam abundè, &c. in fi.

primę col.in 2.vol.vbi ſubdit hoc eſſe verum,etiam ſi ex mul
tiplicatione actuum multiplicari poſſet damnum vel inte-
reſſe,vt probatur in dicta l.ſi ſtipulatus.ſecundùm Io.de Imo.
ibi, qui hoc exemplificat in dictione, quandocunque, quia
tunc toleratur infinitas ex mente diſponentis. Idem etiam
eſt de mente Bar.ſecundùm Dom.Alexan.d.conſilio,in l.qui
bona.§.fi.ſuprà de damno infec.vbi dicit, ꝙ ſi loquimur de
infinitate numeri, puta de multiplicatione præſtationis, &
tunc dicit quòd ſi verba diſponentis ſunt expreſsè apta ad in-
finitatem, toleratur infinitas.allegat.l.in annalibus.C.de lega.
29 & dictã l.ſi ita ſtipulatus.& l.ſi duo.§.fina.ſ.de arbitr. † Item
etiam pro prædictis facit optimè quod voluit Bart.in l. cùm
notiſſimi.in fi.princ.C.de præſcr.30.vel 40.anno.vbi dixit, ꝙ
ſi ius offerendi competit alicui per modum cuiuſdam facul-
tatis,vt puta ſi debitor poteſt quandocunq; vult offerre de-
bitum creditori & pignus reluere.tunc iſta facultas non po-
teſt vnquam præſcribi, nec tolli. de qua quæſtione vide etiã
Bald.in c.1.in fi.de feu.dato in vicem leg.commiſſ.Bald.in l.li-
cet.C.de iure delibe.Bar.in l.pignori,ſ.de vſuca.Ang.in d.l.cũ
notiſſimi.Bar.in l.1.ſ.de condi.ex lege.in 2.col.Imo.& Rom.
in l.quandiu,ſ.de acquir.hæred.Imo.in c.quoniam frequen-
ter.in glo.fi.vt li.non conteſt.Bal.in c.cùm non liceat.de prę-
ſcript.in princ.Ang.in §.actionum.in 15.char.Inſti.de act.An
ge.in conſi.55.incip.Guil.&c.Abb.in c.fin.in 21.col.vt li. non
conteſta. Ange.in conſi.241. incip. ad hæreditatem Domini
Bernardi, &c. [Vide Bal.in conſi.ſuo 292.incip. ſuper eo. in
1.col.in 3.vol.] Et facit dictum Ioan.And.in c.non eſt,de con
ſuetud.in 6.vbi dixit,ꝙ illa,quæ ſunt in mera voluntate,conti
nent infinitatem,& non ſunt præſcriptibilia.de quo etiam ꝑ
Dom.Fely.in rubr.de præſcript.in vlt.char.in 2.colu.in fi.& in
c.cùm acceſſiſſent.in 13.col.ver.2.declaratur,&c.de conſti. &
in c.conſuluit.in 1.colum.de Iudæis.vbi plura alleg.Item pro
iſtis etiam facit tex.ſecundùm Dom.Alex.in d.conſ.ſuo 145.
ctus ſolennitatis non nocet,maximè per gloſſam 2.in c. cùm
non deceat.in glo.2.& in c.ſi poſtquàm. ſecundo reſponſo.
12 de electio.in 6. † Item etiam ad prædicta faciunt dicta per
Petr.de Anchar.in conſi.ſuo 225.incipiente, iſte Dominus
executor,&c.in 2.col.vbi dicit,quod ex quo merus executor
non tenetur citare partem, vt per Doctores in clement. 1.
de officio delega. ſi tamen citat, non efficitur mixtus, quia
iſte error in actu non neceſſario non vitiat. allegat bonum
tex.in c.bonæ.el 1.de electio. quem etiam not. ibi Abbas in
13 6.colum. † Et faciunt etiam ad prædicta, dicta per Dominũ
Abbatem in d.c.bonę.in 6.colum.vbi inquit,ꝙ ſi in cauſa eſt
oblatus libellus ineptus,non habet eam irritare,vel vitiare, ſi
erat talis cauſa,in qua de neceſſitate non exigebatur libellus.
allegat no.in d.l.vinum.§.ſi certum petat. Facit etiam,nam ſi
peto fundum,quem dico ad me pertinere iure dominij &
propono actionẽ,probato dominio debeo obtinere, quia
ſi non expreſſiſſem nomen actionis, proceſſiſſet iudicium,
ergo idem ſi expreſſiſſem & ineptè. ita dixit Barto.in l.1.§.de
eden.& Innoc.in c.examinata.de iudic.& Ioan.And.in addi.
Specu.in titu.de actione,ſeu petitione.in §.ſequitur.ver. hoc
14 quoq;. † Et faciunt etiam, quæ dixi in repetitio.l.fina. C.de
probat.in 38.char.vbi videas.faciat etiam ad prædicta, nam ſi
aſſumptus vt arbitrator procedit primò vt arbiter, poſtea vt
arbitrator, proceſſus tenet, quia poterat ꝓcedere prout ſibi
videbatur,& peruertere ordinem aliàs non neceſſarium, iõ
non vitiatur actus.ita notabil.dixit Dominus Ant.in c. Quin-
tauallis.in 8.colum.de iureiuran.& Bal.in l.3.§.de teſtam.mili.
& Spe.in tit.de arbit.§.fi.verſicu.quid ſi compromiſſum.
15 † Facit etiam bonus tex.in l.3.§.de teſtam.mili. vbi habetur,
ꝙ ſi miles voluit teſtari ſecundum ius commune ad quod
non tenebatur,ꝙ ſi peccet in ſolennitate, tamen teſtamen-
tum valet,& faciunt quæ dixi aliàs in l.contrahitur.§. de pign.
& dicta per D.Fely.in c.qualiter & quando.el 1.in 2.& 3.col.
de accuſat.& in c.inter dilectos.in 3. colu. de fide inſtrumen.
16 † Ex quibus omnibus poteſt limitari glo.apud Docto.ſingu.
Inſtitu.de obligat.in glo.ſuper verbo, ſecundum. quæ dixit,
quòd ſentẽtia lata ſuper libello inepto eſt nulla, vt procedat
& locum habeat in cauſis,in quibus de neceſſitate requiritur
libellus, ſecus autem in illis, in quibus non requiritur,quia ſi
in talibus interueniat & minus legitimè, non vitiabitur ſen-
tentia per prædicta. [Ad illam glo.vide Card.Alexan. in c.di-
lecto.in 6.colum.in verſi.20.extra de appellat.quam glo.limi-
ta non procedere in confeſſum,ſecundùm Bal.in l.1.§.in ini
tio.circa finem.ff.de officio præfecti vrb.& in l.2.in fi. C.de re
iudic.& Dom.Fely.in c.qualiter & quando.§. licèt autem. in
1.colum.verſi.& dicit Bal.&c.de accuſat.& vide Bal.in l.fin.in
1.& 2.col.C.de fideicommiſſ.liber.] Et illam glo.in dicto ver
bo, ſecundum.in fi.ad hoc dixit vnicam & ſolitariam in mũ-
do Bal.in l.actori.C.de rebus credit. & Bal. dixit eam ordina-
riam in l.exceptionem.in 3.colum.C.de proba.& in l.licèt.in
3.colum.C.de procurat.& illam dixit ſingularem Do. Alexã.
in conſi.ſuo 79.incipiente,perfectis verbis.in fine 1. col. in 2.
volum.vbi etiam plures allegat, & illam etiam dixit ſingula-
rem Ange.de Aret.ibi,ſcilicet Inſtitu. de obligat. in princ.in
pen.colum.circa fi. & idem voluit Bald.per illum textum,in
l.fin.in verſi.nihil egit.§.de liberis & poſthu.& faciunt,quæ di
xi in repetitio.l.fina.C.de probat.in 59.charta. vbi videas.& in
ſingulari meo 119.incipiente,ineptitudo, &c. Et hanc limi-
tationem ad dictam glo.ponit Dom.Alexan.in l.vinum.in fi.
verbis.§.ſi cer.peta. & allegat aliqua, de quibus ibi per eum.
17 † Aduertas tamen, quia contra prædicta, ſcilicet ꝙ vbi actus
poteſt expediri ſine certa ſolennitate, ſi illa ſolennitas inter-
ueniat minus legitimè,actus non vitiatur. faciunt quàmplu-
ra adducta per Dom.Fely.in c.cùm ordinem. in 1.& 2.colu.
de reſcrip. vbi primò adducit ibi doctrinam Doctorum di-
centium,quòd vbi non eſt neceſſaria mentio ordinum, ſi
tamen fiat mentio ordinis & in ea erretur, non valet impe-
tratum.Item adducit Innocen.in c.fina.de procuratorib. vbi
dicit,quòd ſi in actu,in quo non requirebatur de neceſſitate
autoritas ſuperioris,tamen fuit poſtulata à non habente po
teſtatem illam interponendi,non valet actus. & eum ſequi-
18 tur ibi Abb.in 3.colum.ver.nunc deſcendo. † & allegat Bart.
in l.edita.in 4.colu.C.de eden. vbi dixit, quod licet expreſſio
cauſæ non ſit neceſſaria in libello parte non opponente, vt
in l.fi.C.de annali exceptio. tamen ſi cauſa ſit expreſſa & ine-
pta vitiat,vt peto decem,quia Rex eſt in Francia.propter glo.
in l.2.§.circa.§.de doli except.& ſequitur Do.Ant.in c.dilecti.
in 4.col.de iudic.& Bal.in d.l.edita. in repetitio. Padua. in 17.
col.& ibi Alex.in 6.colum.verſi. ſimiliter nota.& voluit Bart.
19 in l.1.in prin.§.de eden. † Adducit etiam ad hoc, nam licèt
iudex nõ teneatur exprimere cauſam in ſententia. c.ſicut.de
re iudica.tamẽ ſi exprimit & ineptam vel falſam,vitiatur ſen-
tentia,vt per Innoc.& alios in c.præſentia.de renunciat.cum
ſimilib.ſimiliter nomen actionis,licèt omiſſum non vitiet li
bellum.c.dilecti. de iudic tamen ſi exprimatur actio inepta,
nec exprimatur alia cauſa,libellus reijcitur.ca.examinata. de
20 iudi. †Adducit etiam Dominos de Rota in antiquis deciſio.
41.in ti.de reſcr.vbi dicunt, ꝙ licèt de iure non ſit neceſſaria
expreſſio valoris in impetratione beneficij,vt in gloſ. 5. poſt
prin.in clem.j.de præb.tamen ſi exprimitur falſus valor,vitiat
impetratio.de quo dicit dixiſſe in c.ad aures.ver.2.conclu.de
reſcrip Adducit etiam aliquas regulas iuris,de quibus ibi per
eum.item prædicta omnia pro hac parte adducit etiam ipſe
D.Fely.in c.qualiter & quando.in prin.3.col.de accuſat.Item
adducit etiam in dictis locis glo.in clem. conſtitutionem. in
verbo,de nouo.in fi.de elect. quæ dixit, ꝙ melius eſt tacere,
quam minus perfectè loqui.Tu etiam vltra eum vide Barto.
in l.actor.in 3.col.§.rem ratam haberi. vbi dicit, quòd vbi iu-
dex interponit decretum in aliquo actu, in quo non eſt de
ſubſtantia,tamen ſi talis iudex qui interpoſuit decretum erat
excommunicatus,vitiatur ille actus de quo feci mentionem
in repetitio.mea l.fina.C.de probat.in 39.char.& faciunt opti
mè dicta per Ange.de Aret.in tracta.maleficiorum.in verbo
de anno præſenti.in verſicu.ſecundò quæro, &c. & ibi in ad-
21 ditio. in princip. † Et facit etiam dictum Bal.in l.2.in verſi.
decimò quæro. C. de ſeruitu. & aqua. vbi dixit, aliquis vadit
ad iudicium pro reuocatione precarij, an ipſo iudicio pen-
dẽte poſſit illum, cui conceſſit precario poſſidere,expellere?
& dicit quòd non, quia ex quo elegit viam iudicij, videtur
meticuloſus,& ad viam facti redire non poterit,per l.de pu-
pillo. §.meminiſſe. ſuprà de operis noui nunciat. & argum.
l.ſi mulier.§.fina. ſuprà quod metus cauſa. & quod nota. in l.
22 ſecunda.C.de iure emphyteu. † Item facit etiam ſingula-
re verbum Dom. Guliel. de Cuneo, in l. admonendi. ſuprà
de iureiuran. vbi dixit,quod ſi quis petit iuramentum deferri
aduerſario caſu quo iudex nolebat eum deferre,tamen
ex quo pars voluntariè petijt tale iuramentum deferri ad-
uerſario, non poterit poſtea reſcindere ſententiam ex no-
uis probationibus ſuperuenientibus. quod dictum refert
& ſequitur Barbat. in conſilio 63. incipiente, viſo pun-
cto,&c.

ĉto,&c.in 3.colum.in 3.vol.de quo etiam dixi in ſingul.meo
23 213,incipiente,viam &c. † Et facit etiam, nam ſi ex pacto li-
cet conductori recedere à contractu poſt menſem quando-
cunq; voluerit,niſi fuerint ſibi ſeruata quædam promiſſa , il-
lud quandocunq;,debet limitari & intelligi,niſi poſt mēſem
fecerit,per quem videatur ab illa facultate receſſiſſe,vtputa ſi
peteret ſibi adimpleri promiſſa,ita ſingulariter dixit Saly. in l.
commiſſoriæ,in fi.C.de pact.inter empto.& vendit.quod di-
ctum pro aureo & ſingulari refert & ſequitur Dom. Fely. in
c.ſedes apoſtolica,in 11.col.in verſi.faciat. extra de reſcrip.de
quibus duobus dictis dixi in ſingu.meo 213.incip. viam , &c.
24 † Sed pro concordia prædictorum poſſumus dicere ſecun-
dùm Dominum Fely.in d.c.cum ordinem.in 1.col.ꝙ proxi-
mè dicta & ſimilia videntur caſualia.ſeu ſpecialia & habentia
in ſe ſpecialem rationem , vnde ex ipſis non eſt ſumenda re-
gula,imò regula videtur ſumenda in oppoſitum, vt patet in
primis dictis in cōtrarium allegatis , nam in caſibus proximè
adductis ſi ſolennitas non neceſſaria non fuiſſet attentata ,
actus carebat vitio,& non conſtabat ad inepta voluntate agē
tis,in qua erat de ſubſtantia actus,quod eſſet apta, & ſi nō ex-
primebatur,præſumebatur apta. Modò cum per ineptam
expreſſionem illa intentio,quæ de ſubſtantia requirit aptitu
dinem,ſit patefacta ineptè,vitiat actum, per regulam c. cum
ſuper,de offic.delega.videlicet,quod potui,nolui &c.vnde di
cit glo.in clement.conſtitutionem.in ver.de nouo. de elect.
quòd plus nocet inepta locutio quàm ſilentium , etiam vbi
loqui non eſt opus,& ita loquuntur omnes doctrinæ & de-
ciſiones proximè allegatæ. Item ſubdit quòd lex non audit
volentem probare contra id, in quo eſt præſumptio iuris &
de iure.c.is qui.de ſponſalib.tamen ſi is,pro quo præſumitur,
confitetur contrarium in materia ab eius poteſtate depen-
dente,admittitur probatio talis confeſſionis , vt vult glo. &
Doctores in authen.ſed iam neceſſe. C. de donatio.ante nu-
ptias.& Innocen.in c.quia pleriq;.extra de immunitate eccl.
cum ſimilib.quod eſt ſolum ex ea ratione, quia patefit defe-
ctus in ſubſtantialibus,ſine quibus lex non toleraſſet actum ,
ſed ipſum tolerabat præſumens pro eius validitate , cui non
opponebatur de euidenti contrarietate. Et dicit , ꝙ abſque
ſpecialiori reſpōſione ad prædicta potes videre per te , quod
omnia reducuntur ad id,quod eſt dictum.ita reſidet ipſe D.
Felinus in d.c.cum ordinem. in 1. colum. circa concordiam
prædictarum doctrinarum & iurium cōtrariorum ſuperius
25 relatorum. † Sed idem Dom.Felyn.in d.c.qualiter & quan-
do,il 1.in 3. col.verſic. ſed poſſet.ita diſtinguit.circa præmiſſa
venit ad hanc diſtinctionem,videlicet,quòd aut ordo vel ſo-
lennitas concernit per omnia fauorem partis,& tunc atten-
datur,an pars opponat per illum textum,aut ordo eſt gene-
raliter datus à lege,& vltra hoc lex aliquando habet actū pro
perfecto,ſiue ille ordo ſeruetur,ſiue non,quia non præſum-
ptiuè,ſed certitudinaliter eſt contenta de eo, quod geritur ,
non obſtante ſolennitate ſiue omiſſa , ſiue bene , ſiue male
ſeruata,& tunc quia non nititur præſumptioni, ſed figit pe-
dem,dato quòd in aliquo abundanti erretur, non vitiabitur
actus,& ita dicit procedere. l. 1. C.de rei vxor.actione . cum
alijs primo loco adductis. aut lex diſponit, non curando
de ſolennitate , quia præſumitur abſq; illa actum rectè fieri,
& tunc ſi erratur in attentando ex abundanti illam ſolēnita-
tem,actus non valet,quia præſumptio legis tollitur,ex quo ꝑ
talem peruerſionem apparet de inordinata mente gerentis,
ita procedunt ſecundo loco adducta. allega. poſt gloſſam in
dicta auth.ſed iam neceſſe. & Innoc.in d.c.quia pleriq;. & ita
26 reſidet. † Poſſet fortè melius & breuius dici circa hoc vltra
eum videlicet,ꝙ aut ſolēnitas,quæ non requirebatur in actu
interueniens , eſt talis naturæ vel potentiæ , quòd alterat vel
reddit actum incertum,& tunc inualidat ipſum actum quaſi
de neceſſitate. Aut non eſt talis naturæ vel potentiæ,& tunc
non habet immutare vel inualidare ipſum actum , & iſta di-
ſtinctio fortè eſt verior & iuri magis conſona. Attamen co-
gita,quia negari nō poteſt,quin iſte articulus non ſit dubius
27 & incertus,&c. † Scias vltra Do.Fely.& alios, quòd quotieſ-
cunq; velles has dubitationes euitare , & velles adhibere ali-
quam ſolennitatem minus legitimè in actu, quæ tamē in eo
de neceſſitate non requireretur,& per hoc non velles,quòd
actus redderetur nullus,cautela eſt notabilis , quòd tu facias
proteſtationem,quando tu adhibes illam ſolennitatem ne-
ceſſario non requiſitam,& dicas quòd tu proteſtaris , quod
per illam ſolennitatem,quam illi actui fiendo vis adhibere ex
abundanti & ad vberiorem cautelam vrbanius agendo , ꝙ
per hoc tamen non intendis præiudicare ſeu renunciare iu-
ri tuo iam tibi quæſito , & potentiæ iam tibi ex forma legis
vel ſtatuti vel contractus acquiſitæ,nam tunc per talem pro-
teſtationem ſi poſtea adhibes in actu aliquam ſolennitatem
non neceſſariam,quę minus legitimè ſit facta & adimpleat,
tunc non vitiabitur actus vigore dictæ proteſtationis . ratio
eſt,nam clarum eſt,quòd proteſtatio ſeruat ius proteſtanti.l.
ſi fideiuſſor.§.1.ſ.qui ſatiſdare cogātur.c.cum M.Ferrarienſis
de conſtit.cum ſim.facit quod in ſimili dicitur in c. ſollicitu
dinem.de app.vbi dato quòd ſi ego appellaui à iudice & de-
mum redeam ad iudicem,videar renuntiare appellationi ab
ipſo interpoſitæ,vt in c. gratum.de officio deleg.cum ſim.ibi
in glo.alleg.tamen ſi adeo iudicem ipſum cum proteſtatio-
ne,ꝙ non intendo renuntiare appellationi , ipſa proteſtatio
iuuabit me & potero vtrunq; facere, vt in c. ſollicitudinem.
28 de app.vbi eſt caſus de hoc not. †Nec obſt.ſi diceretur,Ami-
ce aduertas , nam iſta proteſtatio eſt contraria facto , ergo
non iuuat proteſtantem,per id quod habetur in c.ex ore.de
inſti.& in c.peruenit.de app.& in d.c.cum M.Ferrarienſis. &
in l.ſi extraneus.ſ.de acquir.hæredit.cum ſimilib.Quia reſpō-
deo,quòd imò non eſt contraria facto.Imo eſt ad reſeruatio
nem iuris ſibi competentis,& valet,vt in c.Cumana.de elect.
cum ſim.in glo.ibi allega.& in c.1.quod me. cau.& in ca. Lo-
tharius.21.diſtin.& in l.ſi debitor.§.1.ſ.quibus modis pig. vel
hypotheca ſoluitur. & in l.Neſennius, ſuprà de negoc. geſt.
29 † Et quòd dicta proteſtatio non ſit contraria facto , facit in
ſimili,quod habetur in c.ſi iudice.de app.in 6.in gl.in verbo ,
teneris.vbi ſi compareo coram iudice à quo appellaui à gra-
uamine illato per eum,& volo probare grauamen , vt reuo-
cet illud,dicit quòd non dicor renuntiare appellationi,quia
facio actum tendentem ad fortificationem appellationis in-
terpoſitæ,& actum tendentem ad vnum & eundem finem
cum appellatione,ita in propoſito in dictis doctrinis,nam il-
la ſolennitas minus legitima tendebat ad fortificationem iu
ris primò quæſiti , ergo non ſunt contraria , ideo meritò eſt
30 admittenda. † Pro quo facit in ſimili, quod dixit Barto. in
l.conſentaneum.C.quomodo & quando iu.in vlt.col.in ver.
quæro ſecūdò,ſi aliquis.& Bal.in l.ignorare.C.de reſti.mili.&
Pet.de Anch.in c.1.de eo, qui mit.in poſſ.rei ſer.cau.vbi dixe
runt, ꝙ ſi feci capi debitorem meum,& poſtea petam me
immitti in poſſeſſio.bonorum ſuorum,quòd debeo admit-
ti,quia iſta duo remedia tendunt ad eundem effectum , &
vnum non eſt contrarium alteri.& illam doctrinam Bart.in
d.l.conſentaneum. & aliorum proximè allega.refert & ſequi
tur Dom. Alexā. ponens hac cautelam,& alia proximè dicta
ad literam in conſi ſuo 477.incip.in cauſa Strazarolorum.in
penul.col.ſed tu vltra eum dicas,quòd idem quod dixit Bart.
in d.l.conſentaneum.firmauit Arch.in rubr.de eo,qui mit.in
poſſeſ.rei ſer.cauſa.in 6.& Bal.in l.1.in §.fi.in penu.colum. ſ. ſi
quis ius dicen.non obtem.vbi pro hoc etiam dicit fore bo-
num tex.in c.quoniam frequenter.§.fin.extrà vt lite non cō-
teſta. & idem tenet Pau.de Caſt.in l.4.in §.ait prætor,circa fi-
nem,& ibi.in §.ſequen.ſ.de re iu. vbi alleg.Bar.in d.l. conſen-
taneum . idem etiam firmat ipſe Pau. de Caſt.in l.qui legati.
per illum tex.C.vt in poſſeſſio.lega.& ibi alleg.quàmplura iu-
ra ad hoc, & reprobat tenentes contrarium : idem etiam ex-
preſsè tenet ipſe Pau.in l. ſi Stichum. in §. idem Celſus , ſ. de
noua.vbi etiam alleg.Bar.in d.l.conſentaneum,& tex.in l.1.in
§.quid ergo,ſ.de ventre inſpic.& Archid.ſuper d.rubr.de eo,
qui mitt.in poſſeſ.lib.6.quem etiam alleg.in alijs locis.ſ.alleg.
& idem tenet Ange.in l.qui reſtituere.in vlt.col. in verſic. in
glo.in fi.&c ſ.de rei vendic.& Abb.in c.prout. in vlt. colu. de
dolo & contuma.& idem tenet Ang.in l.aduerſus.C.de acti.
&obligat.& Cardinalis Alexand.in c.dilectis,in 2.col.verſicu.
notatur ex tex.ibi,propter quod,&c.de ap. & Dom. Alexan.
in d.l.4.§.ſi ex conuentione,ſuprà de re iudica. pro qua opi
nione facit optimè glo.in Authen.de fideiuſſor.in prin. quæ
incipit, quid ſi pignus.quam gloſſam dixit ſingul. Bal.in l.qui
legati.C.vt in poſſeſ.lega. Et faciunt etiam dicta per Bal. in
l.ſancimus.in 3.col.C.de iudic. & in l.1.in vlt.col.C.de prohi.
ſequeſtra.pe.& per Bald.in auth.quæ ſupplicatio. C. de preci.
Impe.offe.& in d.l.qui legati.& dicta per Ang.in l.nemo car-
31 cerem.C.de exact.tribu.lib.11.circa tertiam colum. [† Item
in materia iſta adde not.verba Bal. in cap.contingit.in 6.col.
de dolo & contuma. vbi dicit , quòd captura rei non liberat
fideiuſſorem , ſed dicit quòd imò vterque poteſt capi . ad
quod alleg.l.hæres à debitore. §.quod ſi ſeruus. & ibi Barto.
ff.de fideiuſſor.& allegat rationem dicens, quòd licèt ſit de-
uentum ad capturam , non tamen eſt ſatisfactum . & idem
dicit econtra, videlicet , quòd ſi primò eſt captus fideiuſſor,
poteſt etiam capi reus , nec iuuatur reus , ſi fideiuſſor appel-
lat à captura,vt in l.creditor.ff.mandati.in princip.vbi eſt glo.
ſingula.de quo latius ibi per eum, quem vide.Dom.Philipp.
Dec. in conſil.12.in 3.colum. poſt princip.& in l. creditor. ff.
ſi certum peta.]
32 † Et facit,quod voluit Bal.in c.dilectus.in 2.colum. de appel.
vbi

vbi dixit, ꝙ carcer non ſoluit debitum, ſed burſa. & faciunt,
quæ habentur in l.cum fundum.in fi.ſ. quod vi, aut clam. &
in c.paſtoralis.de cauſa poſſeſ.& proprie. vbi ſi primò egi rei
vendi.& poſtea volo agere poſſeſſorio & in ipſo procedere,
admittor,quia vt dicitur ibi, maximè in gl.d.l.cum fundum.
iſtæ petitiones compatiuntur,& non aduerſantur,ideo me-
ritò admittuntur. Ita in propoſito in dictis doctrinis cùm
prædicta ſimul compatiuntur & non aduerſentur & tendũt
ad vnum finem,admittentur cum dicta proteſtatione,& ſic
actus non vitiabitur propter ſolemnitatem minus legitimè
interuenientibus. pro quibus etiam faciunt, quæ dixi legen-
33 do in l.1.in 4.col.ſ.de ann.legat. † Et tantò fortius prædicta
proteſtatio operaretur prædictum effectum,ſi ipſi proteſta-
tioni non contradiceretur per partem, per id quod dixit gl.
& Doct. in c. Cumana.de elect.in ver.proteſtatione.& glo.
in l.ſi fideiuſſor.ſ.qui ſatiſd.cog.in verbo, recuſare. quæ vult,
ꝙ quando ille,contra quem fit proteſtatio tacet, ſibi præiu-
dicat. quod etiam voluit ibi Ang. & Lud. Rom. qui ad hoc
alleg.gloſ.in l.fin.in §.ſi prædixerit.ſ.nautæ caupones ſtabula.
34 † Facit etiam pro prædictis, quod dicitur de reſponſione fa-
cta libello,quando reſpõdet reus cum proteſtatione, quòd
per illam reſponſionem non intendit litem conteſtari.nam
ſecundùm communem opin.Barto.& aliorum in l. 1. C. de
litis conteſt.& in c.1.de litis conteſt.& Matth.in not. ſuo 64.
incip.nota cautelam.ipſa proteſtatio operatur,quòd licèt li-
tigetur, non tamen dicitur lis cõteſtata ad præiudicium pro
teſtantis, quia ipſa proteſtatio ſeruauit ius ipſi proteſtanti:
35 † quia, vt dicit Abb. in d.c.1.de litis conteſt. illud, quod dici-
tur, proteſtatio contraria facta non releuat proteſtantem,
eſt verum,quando ordinatur ad tollendum factum, cùm fa
cta non poſſint haberi pro infectis, ſed vbi ordinatur ad tol-
lendum mentem à facto, tunc bene operatur proteſtatio.l.
Labeo.ſ.de ſup.leg.l.obligationum ſubſtantia.ſ. de actio. &
oblig.& idem tenet Specu.in tit. de litis conteſt.§.1.verſic.il-
lud. Ita dixit Dom.Alexand.in d.conſi.477.incipiente,in cau
ſa Strazarolorum.in pen. ſeu vlt. colum. Ita in caſu noſtro
iſta proteſtatio operabitur, ꝙ quando actus poteſt fieri ſine
ſolennitate aliqua,ſi tamen adhibeatur talis ſolennitas cum
tali proteſtatione, non vitiabitur actus, ſi talis ſolennitas in-
36 teruenìat minus legitimè. teneas menti prædicta. † Poſſes
etiam adhibere aliam cautelam vel alium modum, quando
velles ad vberiorem cautelam adhibere ſolennitatem actui
faciendo, quæ de neceſſitate non requireretur, & velles ꝙ
actus ille valeret etiam ſi talis ſolennitas minus legitimè in-
teruenìret in ipſo actu. nam deberes dicere, quando petis
adhibere dictam ſolẽnitatem, quòd per hoc nõ vis te aſtrin-
gere neceſſariò ad faciendum non neceſſaria. Nam per ta-
lem clauſulam eris releuatus, adeo quod ſi interueniat po-
ſtea in actu fiendo ſolennitas minus legitima, quæ non erat
neceſſaria,actus non erit nullus,ſed valebit vigore dictæ clau
ſulæ. Ad quod dicendum moueor argu. eorum, quæ dixit
Barto. in l.diuus Adrianus.ſ. de re iudica. poſt Ioan. And. in
c.licet cauſam.de proba.vbi dixerunt, quòd licèt producens
libellum in eo appoſuerit plura ſuperflua & inepta, petens
ſibi ius & iuſtitiam miniſtrari, ſuper eis non tenebitur. ta-
mẽ ad probationem illorum,ſi in ipſo libello poſuerit clau-
ſulam, non aſtringens ſe ad probandum nõ neceſſaria, quia
per talem clauſulam ſaluatur, vt illa impertinentia ſuperflua
vel inepta ſibi non noceant. Idem etiam dixit Barto.in l.cir
ca.ſ. de probatio. vbi ſe remittit ad dicta per eum in dicta l.
diuus.& Bald.in l.propter litem §.j.per illum textum.ſ.de ex-
cuſa.tuto.& Ange.in l.edita.in fi.C.de eden.& Ioan. de Imo.
in l.ſi cum nulla.ſ. de iudi. de qua clauſula habetur etiam per
Domi. Ant.in c.dilecta,in antepe. colum. de iudi. & per An-
gel. in dicta l.propter litem.in §.1. & per Bald. in l. non ideo.
C. de lib. cau. vbi ponit nota. verbum circa dictam clauſu-
lam. & Bald. in l.moribus. circa medium.C.de his, quibus vt
indig. & per Domi. Anto.in cap. 2. in penult. colum. de re-
ſcrip. & per Dom. Alexan.in conſilio 265. incipien. in cauſa
& lite. in penultima colum. & per Domi. Felyn. in dicto c.
licet cauſam. in penultima colum. & per Card. Alexan. in c.
debitus.in 20,colum. in ver.circa tertium, &c. de probatio.
& per Dom. Auguſt. Arim. in addi. ſuis ad Angel. in tracta.
malefic.in verbo, de anno præſenti.in tertia additio. Et per
iſta redduntur expedita textualia huius.§. Venio ad glo.vni-
cam, quæ ſatis clara eſt, nam dicit quod in caſu huius.§.po-
teſt procedere iudex oblato libello in ſcriptis & depoſito,
& etiam poteſt procedere ſine oblatione libelli in ſcriptis.
ad quod dicit facere.l.leuia.ſupra.de accuſa.& l.fina.C. de cu
ſto. reo. poſtea dicit gloſ. hunc. §. intelligendum eſſe in cu-
ſtodibus, qui captos afflixerunt, quoniam ſuper huiuſmodi
afflictionibus, ſeu percuſſionibus poſſunt tales cuſtodire
non ſolum pro tribunali ſedente iudice, ſed etiam de plano
ſine ordine iudiciario audiri, & abſolui, vel condemnari. &
alleg.pro hoc tex. in l.1.in §.fin.C.de cuſtodia reor. Et ſic per
iſta redditur expeditus iſte.§.vna cum tota hac lege, ideo ſe-
quitur.l.is cui.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Statuliber vt ſeruus torquetur, niſi iuuetur aliorum quæſtionibus.*

1 **Is, cui fideicommiſſa.** Et hoc intendit. † Statuliber vt ſer-
us torquetur,niſi iuuetur aliorum quæſtionibus, quia tunc
vt liber torquendus eſt. hoc dicit. Ex iſto tex. alia nota. non
colliguntur,niſi ea,quæ dicta ſunt in ſummario. Et gloſ.vni-
ca huius l.clara eſt, ideo aliter non eſt opus inſtare in ipſa le
ge,ideo ſequitur nota.l.maritus,&c.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Teſtimonium ſolius teſtis non eſt ſufficiens ad probandum.nu.2.*
3 *Filius liberti non eſt idoneus teſtis.*
4 *Quando cauſa eſt ciuilis,& familiaris,& in ea agitur de priuato intereſſe,non poteſt procedi ex indicijs ad torturam.*
5 *Condemnatus vigore confeſſionis factæ in tormentis legitimis indicijs non præcedentibus & ſine perſeuerantia,debet appellare,aliàs valet ſententia.*
6 *Dictum vnius teſtis idonei,quod faciat indicium ad torturam. nu.9.*
7 *Iuramentum in ſupplementum probationis non eſt deferendum ei, qui ſemiplenè probauit,quando ipſe non poteſt ſcire veritatem.*
8 *Indicia non confirmant torturam.*
10 *An teſtis,qui non debet examinari, examinatus faciat indicium.*
11 *In criminalibus teſtium laicorum,an faciat indicium contra clericos.*
12 *Iuramentum in ſupplementum probationis,an habeat locum in cauſis criminalibus.*
13 *Iuramentum non defertur in ſupplementum in matrimonialibus, nec etiam in beneficialibus.nu.14.*
15 *Statutum loquens de damno,non habet locum in furto.*
16 *Iuramentum poteſt deferri in cauſa criminali, in qua agitur de pœna pecuniaria,vel in cauſa criminali ciuiliter intentata.*
17 *Aeſtimatio rerum furtiuarum in criminalibus,quod non probetur iuramento.*
18 *In iuramento deferendo pars eſt citanda.*
19 *Iuramentum debet deferri cauſa cognita.*
20 *Iuramentum in ſupplementum probationis,quo tempore poſſit deferri nu.21.22.23 24.*
25 *Si ſtatutum arctat affines ad compromittendum, non poterit hoc peti publicatis teſtibus & re iam liquidata.nu.26.*
27 *Quando eſt concluſum in cauſa, perinde eſt per omnia, ac ſi eſſet iudicatum.*
28 *Exceptio procuratoria in criminalibus non poteſt opponi poſt concluſum in cauſa.*
29 *Iudex ſuſpectus non poteſt recuſari poſt concluſum in cauſa.*
30 *Idem eſt ſententiam eſſe latam, vel eſſe concluſum in cauſa,in confiſcatione bonorum.*
31 *Exceptio excõicationis non poteſt opponi poſt concluſum in cauſa.*
32 *Poſt cõcluſum in cauſa nõ poteſt aliquid de facto,vel de iure allegari.*
33 *Conſilium ſapientis non poteſt peti poſt concluſum in cauſa.*
34 *Non admittitur iuramentum de veritate ſiue de calumnia poſt concluſum in cauſa.*
35 *Poſt concluſum in cauſa non admittitur exceptio orta poſt concluſionem cauſæ.*
36 *Semel periurus,ſemper præſumitur periurus. nu.37.38.42.43.*
39 *Semel bonus, ſemper præſumitur bonus.*
40 *Iuramentum vilium perſonarum nullum habet pondus, & quaſi pro nihilo reputatur.*
41 *Limitatio c.quamquam, de vſur.lib.6.*
44 *Periurus non poteſt ſubire iuramentum honoris,ſed ſolum oneris.*
45 *In caſibus, in quibus ſolet ſtari iuramento alicuius, non ſtatur ſi eſt perſona ſuſpecta.*
46 *Captus licèt ſit relaxandus fideiuſſoribus ex forma legis,vel ſtatuti, tamẽ ſi aliàs aufugit de carceribus,nõ erit relaxãdus fideiuſſorib.*
47 *Monachi non tenentur recipere monachum,qui aliàs bis fugit de monaſterio.*
48 *Statutum loquens de rapiente mulierem,non habet locum in rapiente mulierem ſolutam,quæ aliàs ab alio fuit carnaliter cognita.*
49 *Raptus mulieris non cõmittitur in muliere nupta inhoneſtè viuente.*
50 *Iuramentum in ſupplementum probationis nõ defertur vſurario, nec ei contra quem eſt vehemens præſumptio quòd dicat falſum, num. 51.*
52 *Item nec ſpurio.*
53 *Iuramentum calumniæ,an deferatur in criminalibus.*

Maritus.

Maritus. Et hoc intendit. Teſtis, qui non debet examinari propter patris reuerentiam, examinatus non facit indicium, nec probationem. hoc dicit, ſecundùm Bar. Caſus, &c.
1 † No. ex hoc tex. primò, quòd teſtimonium ſolius teſtis non eſt ſufficiens ad probandum. concor. l. vbi numerus. ſ. de teſti. & c. veniens. & c. licet. extra de teſtib. & l. iuriſiurandi. C. de teſti. Et teſtimonium vnius nec iuſtificat, nec condemnat, vt habetur in c. admonere. 33. q. 2. & voluit Specu. in titu. de teſte. in §. reſtat. ver. licèt autem.

2 † Attamen iſta regula fallit in multis caſibus, in quibus vnus teſtis probat, quorum caſus triginta ponit Spec. in tit. de teſte. in §. reſtat. ver. hoc tamen fallit. ſed alios caſus ponit Dom. Felyn. in c. veniens. in ſeptima col. ver. in glo. fina. extra de teſti. vbi plura notabilia more ſolito adducit, & alium ẽt caſum ſimilem ponit ipſe in c. licet vniuerſis. in fi. eo. titu. de teſti. ad quem me remitto, de quibus etiam dixi in l. 1. in §. idem Cornelio. ſuprà in hoc titu.
3 † Nota etiam ex iſto tex. quòd filius liberti non eſt idoneus teſtis, quia poteſt reuocari in ſeruitutem, vt dicit glo. hic, per tex. in l. fin. C. de lib. & eorum lib. & habetur in l. ſecunda, eod. titu. Et ſic poſſumus notare, ꝙ licèt filij liberti ſint ingenui, tamen præſtant reuerentiam patrono patris, licèt non tantam ſicut pater. quod etiã dixit glo. in dicta l. fi. C. de libe. & eorum. lib.
4 † Item no. etiam ex iſto tex. quòd quando cauſa eſt ciuilis & familiaris, & in ea agitur de priuato intereſſe, non poteſt procedi ex indicijs ad torturam. ita ad hoc allegat Bald. hanc legem in conſi. 281. incip. factum tale eſt, quidam &c. in 4. volum. Et hoc videtur habere rationem in ſe, quia ſi in tali cauſa ciuili quis poſſet torqueri, ſequeretur quòd magis affligeretur in pœna imponenda veritate reperta. Nam in cauſa ciuili veritate reperta quis non poteſt condemnari niſi pœna pecuniaria, ſed ſi inquirendo poſſet torqueri, & magis eſſet afflictus in inquirẽdo, cum quælibet pœna corporalis etiam minima, ſit maior quacunque pecuniaria, vt l. in ſeruorum. inf. de pen. ergo. de quo tamen vide Dom. Parid. in ſuo tracta. ſyndi. in 108. char. in 1. col. ver. an in cauſa, &c. & quæ dixi in l. diuus Pius. in prin. ſuprà eo.
5 † Item allegatur iſte tex à Bald. ꝙ condemnatus vigore confeſſionis factæ in tormentis legitimis indicijs non præcedentibus & ſine perſeuerantia, debet appellare, aliàs ſi non appellat, valet ſententia. ita dicit Bald. fore hic caſum in addit. Spec. in tit. de appel. in 2. col. ver. confeſſus in tormentis. hoc tamen mihi nõ videtur hic probari, niſi dicamus hoc probari in verſi. rectè prouocatum. nam ſi ſententia fuiſſet inualida, nõ opus erat prouocatione, ſed q̃a fuit valida, ab ea fuit appellatum.
6 † Expeditus de not. oppo. ſequendo ordinẽ Bar. & dico, quòd videtur, ꝙ debuerit huic actori deferri iuramentum in ſupplementum, quia habebat pro ſe vnum teſtem, vt habetur in l. in bonæ fidei. C. de iureiur. & in l. admonendi. ſ. eo. de iureiuran. Solue, ꝙ ideo non fuit huic marito delatum iuramentum, quia non poterat ipſe ſcire veritatem de negocio, quia agebat ex perſona alterius, & de eo ꝙ erat factum eo abſente, vt dicit glo. quæ ſolutio ſatis placet Bart. attamen dicit quòd alia etiam eſt ſolutio, videlicet, ꝙ hic loquitur in criminalibus, ſed contraria loquuntur in ciuilibus. Tertia eſt ſolutio & verior, videlicet, ꝙ verum eſt quòd ex dicto vnius teſtis defertur iuramentum in ſupplemẽtum, quãdo teſtis eſt idoneus, ſed filius liberti non eſt idoneus, quia poteſt reuocari in ſeruitutem, vt in d. l. fi. C. de liber. & eorum liber. ideo ex eius dicto nõ potuit deferri iuramentum huic marito.
7 † Et ex prima ſolutione habes notare ex iſto tex. cõiuncta gl. 1. ꝙ licèt regulariter deferendum ſit iuramentum in ſupplementum probationis ei, qui pro ſe habet vnum teſtem, hoc tamen fallit in illo, qui non poteſt ſcire veritatem rei, vt hic, quod eſt notandum pro hæredibus & ſuccedentibus in ius alterius, quia talibus non erit deferendum iuramẽtum in ſupplementum, dato ꝙ pro ſe habeat vnum teſtem. tene menti, quia ſæpe contingit in facto. [Vide Alex. in cõſil. 39. incipien. vertitur. in vlt. col. circa fi. in 5. volum.]
8 † Secundò oppo. Barto. poſt glo. dicens, ꝙ imò videtur ꝙ dicto vnius ſtetur, vt habetur in l. non omnis. §. à Barbaris. ſ. de re mili. & in l. Theopompus. ſ. de dote prælega. Soluit, ꝙ ſtatur dicto vnius vt faciat indicium, non vt faciat probationem. Sed contra hanc ſolutionem iterum inſtat dicens, ſi vnus teſtis facit indicium, ergo debuit hic perueniri ad quæſtionem ancillæ, quia pro ſe habuit vnum teſtem. Gloſſa dat plures ſolutiones, ſed veritas colligitur ex duabus, ſecundùm Bar. videlicet, ex prima & vltima, nam hic fuit reprobata quæſtio propter duo. Primò, quia torta fuit ancilla contra dominum. Secundò, quia non præcedebat indicium, & illud quod dicitur, ꝙ vnus teſtis facit indicium, eſt verum in teſte idoneo, ſed hic non erat idoneus teſtis, quia erat filius liberti, & poterat reuocari in ſeruitutem, vt iam dixi. Item ſoluit etiam alio modo poſt gl. videlicet, ꝙ hic fuit prius habita quæſtio, poſtea examinatus fuit teſtis, & ſic indicium ſecutũ fuit torturam, non autem eam præceſſit, & indicia ſequentia non confirmant quæſtionem ſeu torturam præcedentem. Sum modò expeditus de oppoſitione, ideo venio ad quæſtiones.

9 † Et primò Bar. hic dicit, quòd vnus teſtis facit indicium ad torturam, & allegat gloſſam in l. quiſquis. inf. ad legem Iuliã maieſtatis. & quæ habentur in l. in bonæ fidei. C. de iureiur. & in l. admonendi. ff. eod. Quæro ego, an hoc ſit verum ſemper & indiſtinctè? In quo dicas, ſecundùm Docto. quòd hoc reſidet in pectore iudicis, nam poſſent eſſe plura indicia valde leuia, quæ non ſufficiunt, & poteſt eſſe vnum ſolum vrgens, & valde demonſtratiuum, quod ſufficeret ad torturam. Ita dixit Angelus de Are. in tract. maleficiorum. in verbo, fama publica. in verſicu. quæro, an vnum, & Dom. Paris in tracta. ſyndicatus, in 103. char. in vlti. col. & in eodem tract. in 108. char. in 1. col. in quibus locis allegat plures Doct. hoc tenentes, & vide eundem circa hoc dubium latius loquentem in d. ſuo tracta. in char. 105. in 1. col. in verſicu. an ad torturam inferendã, &c. & ibi latè ponit plura genera indiciorũ. Et circa hoc non magis me extendam, quia vt (vt puto) latius circa hoc loquar infrà, in l. fi. vbi Bart. ſpecialiter ponit hanc queſtionẽ, & dixi aliquid etiam circa hoc, in l. 1. §. idem Cornelio. ſ. eo. [Vide ſuprà in l. de minore. in §. plurium. in 5. col. ante fin.]
10 † Quærit vlterius Barto. an teſtis, qui non debet examinari, ſi ſit examinatus, faciat indicium? In quo facit quandam diſtinctionem, quam per te videas, & circa hanc dubitationem nõ inſtabo aliter, quia eam tetigi ſatis plenè in l. 1. in §. diuus Antoninus. ſ. eo. & in repet. l. fin. C. de proba. in 8 . char. & in ſingu. meo 178. inci. teſtis, qui non debet examinari, &c. de quo articulo vltra dicta in dictis locis, vide Alex. in conſil. 24. incipien. animaduerſis, &c. in vlt. char. in 2. col. in fi. in 2. volum. & Docto. in c. in literis. extra de teſtib. & in c. 2. eod. tit. & Dom. Alex. hic in apoſtillis.
11 † Et teneas etiam menti not. caſum, in quo teſtis, qui non debet examinari, examinatus facit indicium. Nam vt ſcis, laicus contra clericum non admittitur in teſtem in cauſa criminali, vt habetur in c. veniens. il 1. de teſti. & 2. q. 7. c. laicos. & ibi glo. & voluit Spec. in tit. de teſte. §. 1. verſicu. item quòd eſt laicus. & Io. And in c. prælatis. de homic. in 6. cum ſimilib. Attamen ſi laicus examinatus ſit contra clericum in criminali, eius dictum faciet indicium ad torturam contra eum. Ita ſingulariter dixit Abbas in c. decætero. extra de teſtib. & ibi Dom. Feli. quod dictum refert & ſequitur D. Alexan. hic Pro quo facit, quod voluit Bar. in l. fin. ſ. de in litem iuran. vbi dixit, quòd quotieſcunque probatio plenè ꝓbat in ciuilibus, in criminalibus facit indicium ad torturam. ſed clarum eſt, quòd in ciuilibus teſtimonium laicorum plenè probat contra clericum, ergo in criminalibus facit indicium, de quo etiam dixi in ſingula. meo 98. incipiente, laicus contra clericum, &c.
12 † Quærit poſtea Bar. an in cauſis criminalibus ſit locus delationi iuramenti? In quo dicit quod glo. hic tenet quòd non. ſed contrarium tenet gl. in l. 3. circa prin. ſ. de iureiuran. & C. de iureiur. l. in bonæ fidei. ſed ipſe Bar. poſtea non attentis dictis gl. venit ad vnam diſtinctionem longam, quam non refero breuitatis cauſa, ſed eam videas per te ipſum. Sed vltra Bar hic de articulo, [vide in practica mea in 20. charta. in fi.] vide etiam eundem Bar. in l. eum, qui. §. in popularibus. ſ. de iureiur. & in l. admonendi. eodem titu. & Bar. in l. lege Cornelia. §. hac. ſupra de iniur. & Bal. in l. iudices. C. de iudic. & in l. in bonæ fidei. C. de rebus credit. Bal. in l. fin. in princ. C. ſi minor ſe maio. dixer. & Bar. in l. fin. ff. de in litem iuran. & tex. Abb. & alios in c. fina. de iureiur. & Dom. Alex. hic, & Petr. de Anchar. in c. mediatores. in verſic. tertiò nota. de teſtib. libro ſexto. & Docto. in dicto c. tam literis. extra de teſtib. Et cõmunis Doctorum opinio eſt, quòd in cauſa merè criminali criminaliter intentata, non deferatur iuramentum in ſupplementum probationis, & hoc propter tex. l. fi. C. de probat. pro quo facit tex. in l. Lucius Titius. ff. de condi. & demonſt. vbi etiam in cauſa filiationis non defertur iuramentum in ſupplementum probationis, ergo à fortiori in criminali criminaliter intentata.
13 † Pro quibus etiam facit, nã in cauſa matrimoniali, in qua dicitur agi quaſi de ſtatu hominis, non defertur iuramẽtum, quemadmodum in cauſis criminalibus. Ita probatur ex nota. per gloſſam & Docto. in c. mulieri. de iureiur. & ex nota. per Docto. in c. fin. eod. tit. & per Bal. in l. in bonæ fidei. in 1. col. C. de reb. credi. & voluit D. Alex. in conſilio ſuo 144. incipiente, quoniam abundè, in 2. col. in 2. volumi. [De hoc vide etiam Gandin. in ſuo tractatu maleficiorum. ſub rubri. de tranſ. & pact. in maleficijs. in 9. colum. verſic. quæritur, nunquid.]
14 † Nec etiam tale iuramentum defertur in ſupplementum in cauſis beneficialibus, q̃a ſunt cauſę graues. Ita dixit Bal. in dicta l. in bonę fidei. in 1. col.

quanto

quanto ergo fortius nõ debet deferri in cauſa criminali, vbi
15 de maiori præiudicio agitur. † Facit etiam pro prædicta cõ-
cluſione, nam ſtante ſtatuto, quòd de damno dato ſtetur ſa-
cramento damnum paſſi, hoc caſu ſi ſit commiſſum furtum
alicui, non ſtabitur eius ſacramẽto, cum furtum ſit merè cri-
minale, licèt in furto inſit damnum. Ita dixit Bal. in l. nauta. §.
quæcunque. ſuprà nautæ caupones ſtabularij. & in l. ait præ-
tor. in princip. ſuprà de iureiuran. & Albericus de Roſa. in 2.
parte ſtatut. quæſtio. 63. incipiente, Item quæro aliam, &c. vl-
tra medium. vbi plura iura allegat pro hac parte. Et idem fir-
mat ipſe Alberi. in l. 1. in §. occiſorum. ſuprà ad Syllanianum.
& Do. Alex. in l. 2. ſuprà de damno infec. & Bald. in l. ſi ſeruus
ſeruum. in §. ſi oliuam. ſuprà ad legem Aquiliam. & Domi.
Alex. in conſilio ſuo 167. incipiente, requiſitus vt breuibus,
&c. de quo etiam per Hoſtien. in ſumma, in titu. de damno
da. §. quando locum habeat. in princi. pro quibus eſt bonus
textus in l. ſi tutor reipublicæ. in §. fina. ff. de tutel. & rationi-
bus diſtrahen. de quo tamen vide Do. Barthol. Cępol. in con
ſi. ſuo 18. incipien. ſtatutum Vincentiæ, &c. in 2. col. de quo di
16 xi etiam ſuprà in l. de minore. in §. tormenta. in princ. † Scias
tamen, quòd prædicta non habent locum in cauſa crimina-
li, in qua agitur de pœna pecuniaria, vel in cauſa criminali ci
uiliter intẽtata, quod idem ſunt, nam in tali cauſa poteſt de-
ferri iuramentum in ſupplementum probationis. ita probat
textus in l. in bonæ fidei. verſic. in cæteris. & ibi hoc tenet gl. 2.
C. de rebus cred. & iureiuran. Idem tenet Iacob. de Rauen.
Cy. & Ang. ibi per illum textum, & per l. fallaciter. C. de abo-
lit. vbi dicit Angelus, quòd illa gloſſa debet intelligi in reo,
aliæ verò gl. quæ dicunt in criminalibus non eſſe deferendũ
iuramentum, intelliguntur in actore ſeu accuſatore, quia ꝑ
iuramentum non poteſt perficere ſuas probationes, & reus
in criminalibus non debet condemnari, niſi ex probationi-
bus luce meridiana clarioribus. l. ſciant cuncti. C. de probat. l.
vbi. C. de falſ. & idem tenet Bal. in l. 3. §. fin. ſuprà de iureiur. &
Hoſtienſ. & Dominus An. in c. fin. in antepenultima col. de
iureiur. quos refert & ſequitur Dominus Alex. dicens hanc
eſſe magis communem opinionem, à qua non eſt receden-
dum in conſilio 96. incipiente, viſo proceſſu. in prima col. in
1. volum. & ibi dicit, quòd ita propriè loquitur gl. iuncta tex.
in hac l. maritus. & gloſſa in l. 3. poſt principium. ff. de iureiur.
& quod ita intelligitur opinio Bart. approbantis illas glo. &
17 gloſ. in c. tum literis. de teſtib. † Sed quæri poteſt poſt prædi-
dicta, pone quòd ſtatutum imponit pœnam pecuniariam
pro delicto, puta pro furto, & illam imponit ſecundum qua-
litatem & valorem rei ſubtractæ, vt puta dicit, fur puniatur
in decem pro re furto ſubtracta, ſed ſi res valeat vltra decem
fuſtigetur, an hoc caſu poſſit accuſator probare æſtimationẽ
rei per iuramentum? In quo Bartol. in l. fin. ſuprà de in litem
iuran. tenet quòd non, quem ibi ſequitur Domi. Alex. repro
bans opinionem tenentium contrarium, de quo ibi latius ꝑ
18 eum. † Modò ego quæro in caſu, in quo poteſt deferri iura-
mentum in ſupplementum probationis, an debeat neceſſa-
riò pars citari, ſi non eſt præſens? In quo dicas quòd ſic, aliàs ſi
deferretur tale iuramentum parte abſente & non citata, nõ
valeret. Ita dicit Dom. Alex. in conſilio ſuo 122. incipiente, vi
ſo proceſſu. in vltima colum. in ſecundo vol. vbi ad hoc alle-
gat l. in bonæ fidei. in ver. cauſa cognita. C. de rebus credit. &
ibi per illum textum dicit Angel. cautum debere eſſe aduo-
catum, vt faciat tale iuramentum deferri parte præſente vel
citata. Idem tenet Bal. in c. primo. in 5. colum. de controuer-
ſia inueſtitu. & voluit Dominus Ang. l. certum. in §. ſi quis ab-
ſente. per gloſſam ibi, ſuprà de confeſſis vbi ſubdit, quòd ſi eſ
ſet data dilatio vtrique parti, vt moris eſt, ad probandum &
probatum habendum, per omne genus probationis, & am-
bæ partes eſſent monitæ per iudicẽ, vt ſingulis diebus & ho-
ris intereſſent ad videndum omnes probationes in cauſa fiẽ-
das, tunc bene poſſet iudex tale iuramentum deferre, etiam
abſente aduerſario, quia non dicitur abſens, ex quo eſt moni
tus, quod dixit eſſe no. & idem dixit Dominus Io. Baptiſta de
ſancto Seueri. in repetit. l. admonendi. in 22. char. in 2. colum.
ſuprà de iureiu. vbi firmat hanc partem, licèt contrarium vi-
deatur inferre Pau. de Caſt. in conſi. ſuo 220. incipien. conſi-
19 deranda ſunt verba, &c. † Item ſcias etiam, quòd tale iuramẽ
tum, quod petitur deferri in ſupplemẽtum probationis, de-
ferri cauſa cognita, non autẽ ſine cognitione. Idem dixit Bal.
in c. 1. §. fi. in fi. de ſucceſſione fratrum. vbi inquit, quòd in de-
latione iuramenti in ſupplementum probationis iudex de-
bet habere æquitatem ante oculos, quia talis iuramenti dela
tio magis initiur æquitati quàm rigori, & ideo dicit, quòd
in tali delatione iuramenti non eſt procedendum ex abru-
pto. pro quibus etiam faciunt dicta per Docto. in c. iuramen
20 tum. extra de iureiuran. † Iſtis viſis modò operę pretium eſt
quærere in caſu, in quo iuramẽtum poteſt deferri in ſupple-
mentum probationis, quo tempore iſtud poſſit peti & de-
ferri, videlicet, an in tempore probatorio, vel in tempore de
21 ciſorio, vel etiam poſt concluſum in cauſa? † Circa quod ve-
nit diligenter aduertendum, quia iſte articulus quotidie cõ-
tingit in facto, & maximè in cauſis ciuilibus. In quo primò
ſcias, ꝙ tale iuramentum in ſupplementũ probationis abſq;
eo quòd pars illud petat deferri. poteſt tamen à iudice etiam
parte non petente. Ita notabi dixit Bal. in l. actor. in princ. C.
de probationib. & Dom. Alexan. in conſi. ſuo 53. incipiente,
in cauſa vertente inter Michaelem, &c. in 4. colum. in primo
volumi. vbi ad hoc allegat l. vbicunque. iuncta gl. ſuprà de in-
terrogatio. & dicit, ꝙ hoc etiam poterit facere iudex poſt
concluſionem in cauſa, & adducit D. An. dicentem ſe conſu-
luiſſe pro hac parte, in c. primo. de iudic. per c. cùm Ioannes.
de fide inſtrum. & per c. per tuas. de teſtib. & ꝑ l. generaliter. §.
primo. C. de reb. credit. quod etiam ſecundùm eum voluit
22 Io. de Imo. in d. c. primo. de iudic. † Sed quò ad partes, quan-
do tale iuramentum peti debeat deferri, vt per iudicem de-
ferri poſſit, videndum eſt in quo Doctores ſunt varij, nam
Bartolus, in l. admonendi. in vltima colum. ſuprà de iureiur.
tenet, quòd tale iuramentum in ſupplementum non poſſit
peti, niſi ante concluſionem in cauſa, ſecus autẽ poſtquàm
eſt concluſum in cauſa, quia tunc poterit vlterius peti. idem
tenet Dominus Bal. in c. 1. in §. item ſi vaſallus. de controuer-
ſia inueſtitu. in vltima col. & Innoc. in c. paſtoralis, de cauſa
poſſeſſio. & proprietat. & tenent communiter Doctores in
c. cùm Ioannes. de fide inſtrum. & Bal. in l. 2. §. de iureiur. & in
l. in bonæ fidei. in prima col. C. de iureiuran. & in l. generali-
ter. eodem titu. in prin. vbi etiam vide Bar. & idem tenet Lu-
douicus Romanus in conſilio ſuo 255. incipiente, quò ad pri
mum, quis melius, &c. in fine. & Dom. Paulus de Caſtro, in
conſilio ſuo 96. incipiente, viſo quodã proceſſu agitato For-
liuij, &c. in fin. verbis. pro quibus facit tex. in l. in cõtractibus.
23 in §. illo videlicet. C. de non numerata pecu. † Contrariam au
tem ſententiam, ſcilicet quod tale iuramentũ poſſit peti de-
ferri etiam poſt concluſum in cauſa, tenuit expreſsè Domi.
An. in c. 1. extra de iudic. vbi aſſerit ſe ita conſuluiſſe, per c. cũ
Ioannes. de fide inſtrum. & per alia iura allegata ibi per eum,
& idem tenet Dominus Ioannes de Imo. in c. 1. de iudic. &
Dom. Alex. eos referens in conſilio ſuo 53. incipiente, in cau
ſa vertente inter Michaelem, &c. in quarta col. & Bal. in dicta
l. in bonæ fidei. in vlt. col. vbi non tamen indiſtinctè, nec gene
raliter loquitur, ſed dicit quòd in aliquibus cauſis etiam poſt
concluſum in cauſa defertur iuramentum in ſupplemẽtum
probationis, & hanc opinionem tenet Ang. in l. in contracti
bus. in fi. C. de non numera. pecu. & in l. generaliter. C. de reb.
24 credi. † Teneas tamen primam opinionem, quæ eſt magis
communis & probabilior & verior. patet, nam quando lex
dat beneficium alicui ſimpliciter diſtinguendo tempora, in-
telligitur beneficium denegatum publico proceſſu. gl. in l. ſi
rem. §. quolibet. ſuprà de euict. quæ dixit, quòd licèt poſſit fie
ri denuntiatio litis motæ venditori quolibet tempore, vt ibi
in tex. tamen talis denuntiatio non poterit fieri poſt conclu
25 ſum in cauſa. † Et ideo dixit Bal. multum ſingul. quòd ſi ſtatu
tum arctat aliquos ad compromiſſum, non poterit peti pu-
blicatis atteſtationibus & re iam liquidata. ita dixit Bal. in l. 1.
ſuprà de tranſact. & Pau. de Caſt. in l. fi. C. de compenſat. Idem
firmat Dominus Lanfrancus Brixienſis in ſuo tracta. de arb.
in vltimo verſ. vbi plura iura & plures rationes adducit, & D.
Franciſc. de Are. in conſi. ſuo 101. incip. in cauſa Georgij, &c.
poſt medium. vbi refert & ſequitur Bal. in d. l. 1. ſuprà de tran
ſact. Idem etiam tenet Dom. Alex. in conſ. ſuo 82. incipiente,
in cauſa vertente. in 4. colum. in primo volu. & in conſi. ſuo
62. incipiente, viſa facti nouatione. in vlti. colum. in 2. volum.
26 † Et ideo dixit not. Pau. de Caſt. in conſi. ſuo 75. incipien. ꝙ
in cauſa appellationis. quòd ſi ſtatutum arctat affines ad com
promittendum, tale compromiſſum non poterit peti in cã
appellationis, quem refert & ſequitur Domi. Alex. in conſi.
ſuo 216. incipiente, videtur prima conſideratione dicendũ.
in 4. col. in fi. & faciunt dicta per Ludouic. Roman. in l. præ-
tor. §. de operis noui nuntia. & per Barbat. in c. fi. de iuramen-
27 to calum. † Et faciunt dicta per Bal. in l. error. C. de iuris & fa-
cti ignorantia. in 4. colum. vbi dixit, ꝙ quãdo eſt concluſum
in cauſa, perinde eſt per omnia ac ſi eſſet iudicatum, & idem
voluit Dominus An. in c. auditis. de procuratoribus. & Bart.
in l. ſi mater. in §. eandem. in fi. verbis. ſuprà de excep. rei iudi.
& Bald. in auth. iubemus. C. de iudic. & ibi Ange. & Salicet. &
Dominus Ludouicus Roma. in l. ſi Titius. ſuprà de verb. ob.
& D. Angel. de Aret. in §. appellantur. in 4. colum. Inſtit. de ex-
cep. pro quibus faciunt dicta per D. Abbatem in c. primo. in
prin. extra de excep. & facit glo. in d. l. ſi rem. §. quolibet tem-
pore.

pore.quam pro ſingulari allegat Bal.in l.fi.C de vſu.rei iudic.
28 † Et facit tex.in l.quãuis indubitati.C. ad leg. Iuliam de adult.
vbi habetur ſecundum vnam lecturam, quòd exceptio pro-
curatoria in criminalibus non poteſt opponi poſt conclu-
29 ſum in cauſa.† Et facit optimè, quod voluit Ioan. Andr.in c.
cùm dilectus.extrà de ordine cognit.vbi dixit, quòd licèt iu-
dex ſuſpectus poſſit recuſari,vt in c.ſuſpitionis. de officio de-
leg.cum ſimilib.non tamen poteſt recuſari vt ſuſpectus poſt
concluſum in cauſa, quod intellige tamen & reſtringe, niſi
ſuſpitio ſuperueniſſet poſt concluſum in cauſa,quia tunc po
terit recuſari,argumen.c.inſinuante.de officio deleg.de quo
30 ibi per Doctores. † Et faciũt etiam ad prædicta dicta per Bal.
in l.prima.in 2.colum.C.ne ex deli.defunct.vbi dixit,quòd pa
ria ſunt in confiſcatione bonorum ſentẽtiam eſſe latam, vel
31 eſſe concluſum in cauſa.† Et facit,quod voluit Domi. Cardi
nalis in clemen.1.in 1.colum.poſt princip.de excep.vbi dixit,
quòd exceptio excommunicationis nõ poteſt opponi poſt
concluſum in cauſa, quod dictum tamen cõmuniter repro-
batur à Docto.de quo vide Dom.Feli.in c.ſignificauit.in pe-
nult.col.ver.dum poſtea,&c. de excep.& in c. exceptionem,
ibi ſequenti.Et facit,quod voluit Bal.in c. fi. de probationib.
vbi dixit, quòd poſt concluſum in cauſa nihil poteſt allegari.
Et facit,quod voluit Dominic.de ſancto Geminiano, in c. 1.
in vltima col.de confeſſ.in 6.vbi dixit, quòd poſt concluſum
32 in cauſa,non poſſunt produci poſitiones.† Et facit,quod vo-
luit Bal.in d.c.paſtoralis.in 2.col.vbi dixit, quòd poſt conclu-
ſum in cauſa non poteſt aliquid de facto, vel de iure allega-
ri,ſecundum Innoc. ibi. vnde dicit, quòd ſi poſt concluſum
in cauſa producuntur conſilia ſapientum & magnorum Do
ctorum,iudex non debet facere iſta conſilia poni in actis.
33 † Item ſubdit ibi Bald. quòd licèt poſſit ex forma ſtatuti peti
conſilium ſapientis,tamen poſtquàm eſt concluſum in cau-
ſa,non poteſt peti.Item dicit, quòd tunc non debet dari ali-
qua dilatio ad allegandum, quia concluſio eſt vltimum ver-
bum ſcriptum vel probatum,argumen. C. de fide inſtrum.l.
contractus,& illud eſt vltimum, poſt quod nihil ſequitur, vt
34 in l.qui duos.ſuprà de rebus dub.† Item pro prędictis adduci
poteſt,quod voluit gl.valde notabil.in c.ex literis.extra de iu-
reiuran.quæ dixit, quòd poſtquàm eſt concluſum in cauſa,
non admittetur iuramentum de veritate, ſiue de calumnia.
35 † Et dixit Io.Andr.in c.paſtoralis.de excep. quòd poſt conclu
ſum in cauſa non admittitur exceptio orta poſt concluſio-
nem cauſæ, quod tamen non affirmo propter plura contra-
ria,quę adduci poſſent.Item ad prędicta adduci poteſt,quod
voluit Io.de Imo.poſt alios in c. fi. de conſtitutionib. vbi di-
xit,quod ſi emanauit conſtitutio diſponens, quòd tale quid
habeat locum in cauſis pẽdentibus, quod talis diſpoſitio nõ
habebit locum in cauſa, in qua iam concluſum eſt in cauſa.
Et pro hac parte etiam adduci poſſent quàmplura alia, quæ
adduci poſſent Andr.Barba.in d.c.paſtoralis. in ſua repetitio.
quæ per te videre poteris,& videas etiam dicta per Dom.Fe-
lin.in c.cùm te.in 3.colum. de re iudicata. & quæ ego adduxi
in repetitione mea l.fina.C.de probatio.in illa quæſtione,an
in cauſa criminali concludatur in cauſa. Et ſic per iſta reſtat
firma concluſio,quòd in cauſis, in quibus poteſt deferri iura
mentum,illud petendum & deferendum eſt ante concluſio
36 nem in cauſa. † Modò quæri poteſt ſucceſſiuè in caſibus, in
bus tale iuramentum poteſt deferri,vtrum indiſtinctè omni
qb. deferatur? In quo dicas quòd nõ,nam regula, quæ habet
quòd iuramentum in ſupplementum probationis defertur
ſemiplenè probanti,fallit in aliquibus perſonis. Primò enim
fallit in litigante, ſeu in illo qui aliàs iurauit falſum, nam tali
periuro non defertur iuramentum in ſupplementum pro-
bationis,quia ſemel periurus, præſumitur iterum falſum iu-
rare,& ideo perdit beneficium iurandi.Ita dicit textus, & ibi
gl.in c.paruuli.22.q. 5. & voluit gloſſa in l. qui cum vno. in §.
ignominia. ſuprà de re milita. & gloſſa in l. Lucius. ſuprà de
his,qui notantur infamia.& in l.3.in §.lege. ſuprà de teſtibus,
& gl.in l.Caſſius.ſuprà de Senator. & gloſſa in c.p tuas.in ver-
bo,adulterij.extra de ſymo.& probat textus, vbi hoc volunt
& firmãt Doctores in c.ex parte.de teſtib.& tex.in c.teſtimo-
nium.eodem titulo. Et voluit Dominus Ludouicus Roma-
nus,in repetitione l.admonendi.ſuprà de iureiur.vbi dixit,ꝙ
ille qui ſemel fuit periurus, perdit beneficium probandi ali-
quid per iuramentum. Et ideo dixit Dominus Bal.in authẽ-
tica,ei qui.in princ.C.de bonis authoritate iudic.poſſiden,ꝙ
ille, qui fuit releuatus à ſatiſdatione per iuratoriam cautio-
nem, perdit illud priuilegium, ſi ſemel præſtitit iuratoriam
cautionem,& poſtea fuit periurus, quod dictum refert & ſe
quitur Dominus Felynus in c. ex parte. in ſecunda colum.de
37 teſtib.† Et hanc partem, quòd ſemel periurus perdat priuile-
gium iurandi,voluit Dominus Federicus de Senis, in conſi-
lio ſuo 23.incipiente,Titius electus.& in conſi. ſuo 255. inci-
piente,Dominus Alex. in quibus conſuluit, quòd ſi clericus
conuentus in iudicio actione depoſiti negat depoſitum iu-
rando,ſi probatum fuerit depoſitum, conuincitur de periu-
rio, & in alia cauſa repelletur à iuramento. ad quod allegat
Inn.in c.qualiter & quando.il 2.de accuſ. & illud cõſilium Fe
derici 23. refert & ſequitur Do. Abb. in c. ex parte. in 2. col.
de teſtib.& in c.at ſi clerici.in princ.in 16. col.de iudic. & Io.
de Ana.in c.cùm oporteat.in pe.col.de accuſa.& Do. Fely.in
38 d.c.ex parte.in fi.2.col. † Item hãc partem, ꝙ ſemel periurus
perdat priuilegium iurandi,tenuit Barbat.in c. 1. in 3.col.de
accu.& in repe.c.teſtimonium.in 13. char. in 2.col.de teſtib.
Pro quo facit qđ voluit Ang.in l.qui iudicio. ff.de accuſ. vbi
dixit, ꝙ ſi ex forma ſtatuti debet credi accuſatori damni dati
vel alterius criminis,tamen non credetur,ſi ipſe denuntiator
vel accuſator ſit infamis infamia facti.Et ibi ſubdit, ꝙ cũ hæc
quæſtio occurriſſet in facto tempore ſuo,quòd ita fuit iudi-
catum. [† Et in hac materia regulæ,ſemel malus, adde ꝙ illa
39 regula habet locum econuerſo,vt ſemel bonus, ſemper præ-
ſumatur bonus.& ideo dixit Bal.in conſi.ſuo 111. incip.qui-
dam nomine Riſtorus de Cortono,&c.in 5.vol. ꝙ vbi habi-
tantes in domo erant conſueti eſſe vigiles,ſi alia indicia con-
tra eos non apparent, non tenentur de incendio, licèt aliàs
incendium præſumatur ortum culpa inhabitantium, qđ di-
ctum pro nota.refert & ſequitur Dom.Alex.in l.ſi quis ex ar
gentarijs.in §.prætor ait.in vlt.col.ff.de eden. & idem dixit gl.
in regula,ſemel malus.ſcilicet quòd ſemel bonus,ſemper prę
ſumitur bonus, & illud conſilium Bal. etiam refert & ſequi-
tur Alex.in conſil.50.incip.viſis.in fi.verbis,in 1.vol.]
40 † Et pro prædictis faciunt notabilia verba Bal. in auth. cui
relictum.in 3.col.verſic.attende.C.de indi. viduita. tollen.vbi
dixit, ꝙ ſtatur iuramẽto,ſeu iuratorię cautioni illius,qui non
poteſt propter eius paupertatem dare fideiuſſorem, ꝙ tamẽ
dicit ſecus eſſe in eo, qui non inuenit fideiuſſorem propter
eius doloſitatem & corruptos mores, nam ſecundùm eum
non debet credi iuramẽto illius, cuius mores ſunt corrupti.
allegat aliqua iura, ſubdens ꝙ iuramentum vilium perſona-
rum nullum habet pondus,& quaſi pro nihilo reputat apud
bonos & graues [Ad materiam vide Soci.conſil. 136. incip.
præſtantiſſime.in pe.colum.& Docto.in c.fi.de iureiu.]
41 † Et ſubdit etiam ipſe Bal. ibi, ꝙ ſi vſurarius manifeſtus fe-
cit cautionem, & poſtea interpellatus non ſeruauit eam, ꝙ
perinde eſt ac ſi nunquam cauiſſet,ꝙ dicit eſſe not. dignum,
quæ doctrina eſt diligenter notanda ad limitationem.c.quã-
42 quam.de vſur. in 6. † Item ad prædicta etiam facit qđ voluit
Spec.in tit.de inſtru.edi.in §.inſtrumentum.in 7.col.in verſi.
quid ſi aliquod inſtrumentum, &c.in fi. & faciunt dicta per
Dom.Alex.in conſi.ſuo 264.incip.in cauſa.in 4.col. vbi dixit,
ꝙ non creditur teſti,qui aliàs dixit falſum, & fuit periurus.al-
legat c.teſtimonium.de teſti.& gl.in c.in noſtra.eo.ti. & Inn.
in c.fraternitatis.extrà de hæreti.& Bal.& alios in l. ſi ex falſis.
C.de tranſactio.Bal.in rubri.de controuer. inueſti. & in l.fin.
in 4.oppoſitio.C.de edicto diui Adria. & alia allegat, de qui-
43 bus ibi per eum.† Item facit etiam ad prædicta, nam clarum
eſt,quòd an inſtrumentum ſit de nouo repertum,necne,ſta-
tur iuramento eius,qui illud producit,vt voluit Bar. & Doc.
in l.admonendi. ſuprà de iureiur. & habetur in c. paſtoralis.
de excep.attamen hoc limitat Ludo.Roman.in d.l.admonẽ
di.fore verum & locũ habere, dummodò ille qui taliter vel-
let iurare non eſſet aliàs periurus, quia tunc non ſtaretur iu-
44 ramento ſuo,per d.c.paruuli.† Nam periurus non poteſt ſu-
bire iuramentum honoris,ſed ſolum oneris,vt voluit glo.in
d.c.paruuli.& no.in c.cùm in tua.de iudic.& voluit Abbas in
c.intelleximus.in penultima quæſtio. de iudic. per textum in
c.cum in eccleſijs. de maioritate & obedien. vnde iurabit de
calumnia.& fidelitatem domino ſuo,& ſimilia præſtabit,ſe-
cundùm Domi.Felinum in c.per tuas. il 1. ante finem. de ſy-
mo.& cum hac opinione tranſeunt Moderni in c. fin.de iu-
reiuran.& Dominus Felin.in c.ex parte.in prima col. in fi.de
45 teſtib.† Item prædictis addi poteſt glo. notabilis in clem.pri-
ma.de teſtib.quę vult,quod in caſibus,in quibus ſolet ſtari iu
ramento alicuius,non ſtatur,ſi eſt perſona ſuſpecta.quã gloſ-
ſam ad hoc allegauit Ioan. Baptiſta de ſancto Seuerino, ſe-
quens hanc partem in repetitio.l.admonendi.in 7.colum.in
princ. ſuprà de iureiuran.vbi dicit,quòd pro iſta parte etiam
faciunt dicta per Bald.in l.non hoc.C.vnde legitimi.
46 † Adduci etiam poteſt ad confirmationem prędictorum
glo.ſingul.in l.lege Cornelia.ſuprà ad Syllanianum, quæ pro
bat,quòd licèt quis ſit relaxandus fideiuſſoribus, ſi eſt deten-
tus pro aliquo delicto, ſi tamen aliàs aufugit de carceribus,
non erit relaxandus fideiuſſoribus,ſed erit carcerandus & di
ligenter cuſtodiendus, quia per illam fugam, quam aliàs fe-

cit,

eit,amiſit beneficium l.1.§.de cuſto.reorum. & illam glo. ad hoc refert & ſequitur Ange. de Are.in tracta. ſuo maleficiorum. in verbo, fama publica.in 13. charta. in verſicu. quartò notandum eſt.vbi pro hoc etiam allegat ea,quę habentur in l.quis ſit fugitiuus.§.de edil.edicto.Et dixit Ludou.Rom.in l. lege Cornelia.ꝙ illa glo. ibi non fuit conſiderata ab aliquo, tu tamen vide ibi Bal.qui eam ponderauit,de quo etiam per Bal.in l.nemo deinceps.C.de epiſco.audien.in fi. Facit etiam ad prædicta,quod voluit Pau.de Caſt.poſt Bal.ibi,in l.1.C.de probationi.vbi dixit,quod ille qui ſoluit alicui vſuras, poteſt repetere ab eo illas vſuras, licèt non probet illas ſibi ſoluiſſe, ſi tamen probat quòd ille aliàs erat ſolitus mutuare ſub vſuris,& recipere ſeu exigere tales vſuras,quod eſt not.ad quod allegat hoc voluiſſe Ioan. Andr. in c. quàmquàm.de vſur.in
47 nouella.† Et facit etiam quod voluit Hoſtien.in c.cum in eccleſijs.de maior.& obedien.vbi dicit,quòd monachi non tenentur amplius recipere monachum, qui aliàs bis fugit de monaſterio,quod dictum refert & ſequitur Domi. Felin.in
48 c.ad abolendam.in 1. col. de hæreti. &c. † Nec omittendum puto in hac materia ſingul.dictum Pau.de Caſt.in conſi.305. incipien.viſo dicto ſtatuto.vbi conſuluit,ꝙ ſtatutum loquẽs de rapiente mulierem ſolutam,puniatur pœna capitis,quod tale ſtatutum non habebit locum in rapiente mulierem ſolutam,quæ aliàs ſemel ab alio fuit tacta,vel quam alius oſculatus eſt,quia tunc non præſumitur rapta per vim cõtra eius voluntatem,cùm aliàs ſemel voluntariè alteri conſenſerit.
49 † Pro qua doctrina faciunt dicta per Dominum Albericum de Roſate,in tertia parte ſtatutorum. quæſt.32.vbi dicit vnà cum Dy.quòd raptus mulieris non committitur in muliere nupta inhoneſtè viuente, & quòd talis rapiens eam non punitur pœna capitis,aliàs ſic,licèt aliàs eam cognouiſſet,quod eſt no.& de illo conſilio Pau.de Caſt.303.feci aliàs memoriã in ſingulari mẽo 74.incipiente,tu habes regulam,&c.vbi plura notabilia adduxi in hac materia.& in repetitione mea rubricæ,ſuprà de fideiuſſorib.in 22. quæſt. vbi videas omnino, & videas Dominum Felin.in c.paſtoralis.in 11.colum. verſi. limita ſecundò. de exceptionib. & in c. primo. in prima col. de officio ordinarij.Et vide Dominum Bal.in l.1. in fine.C.ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti.quem refert & ſequitur dominus Ioannes de Anania,in c.ad falſariorum.in decima col.de crimine falſi.vbi dixit, quòd ex præcedentibus oritur coniectura doli contra aliquem.& vide Dominum Fel.in c.ſignificaſti.il primo.verſic.ſed fallit primò.de homicid.& vide Dominum Ludoui.Roman.in conſilio ſuo 54.incipiente, viſis &c.circa finem.vbi plures glo.& iura allegat ad propoſitum. & vide glo.in c.quæſtioni.in penul.glo. de appellat. & Cacialupum,in repetitione l.admonendi.in 7.colum.de iureiur.& vide etiam,quæ dixi in repetitione mea l fin. C. de probat.in
50 10.charta.in fine.vbi plura adduxi in materia iſta.† Item ſcias etiam, quòd tale iuramentum in ſupplementum probationis non defertur vſurario.Ita dixit Dominus Bal.poſt Cynũ, in l.in bonæ fidei.in prima columna,de iureiur.& Dominus Alex.in l.admonẽdi,ſuprà de iureiu. in vltimis verbis.de quo dixi in ſingu. mẽo 273. incipien. notiſſimum eſt, &c.
51 † Item nec etiam tale iuramentum non defertur ei, contra quem eſt vehemens præſumptio, quòd dicat falſum. Ita dixit Ludou.Rom.in conſi. ſuo 481. incip. præſentis dubitationis,&c. in fi. allegat glo. in l. 1. C. qui & aduerſus quos.& idem voluit ipſe Ludou. Roma. in conſilio 91.incip. viſis ac percunctatis,&c.in pe.colum.pro quibus facit c.ille, qui hominem.22.q.5.& c.qui exigit.ibi ſequens. & faciunt not.verba Dom.Fely.in c.apoſtolicæ.in 2. colum. de except. & quæ habentur in cap.clericos.de coha. cleri. & mulie.& dicta per
52 Bal.in l.ambiguitates.ante fi.C. de indi. vidui. tol.† Item nec tale iuramentum defertur ſpurio, vt dixi ſatis latè in ſingu. mẽo 273.incipien.notiſſimum,&c.vbi etiam poſui de vſura-
53 rio,vt ibi videre poteris.† An autem in criminalibus, in quibus non defertur iuramentum in ſupplementum probationis, vt dixi ſupra, deferatur iuramentum calumniæ, vide Bal.in c.1.in 2.colum.de iura.calum.& Spec. in tit. de iuram. calum.in §.ſequitur videre.in princip.verſi.quid de cauſa criminali.&c.& Bar.in l.prima.C.de iuramen. calum. Plura alia dici poſſent circa hanc materiam iuramenti,quæ omitto,cũ materia iſtius legis non patiatur,ſed ſolùm dixi prædicta propter glo.hic poſitam,quæ dicit, quòd iuramentum non defertur in ſupplementum in criminalibus cauſis, & ſic prædicta non fuerunt impertinentia. Ex quibus omnibus reſtat expedita lex iſta, ſequitur modò l. pe. quæ incipit, Quæſtionis habendæ,

SVMMARIVM.

1 ☞ *In notorijs ordo eſt, ordinem non ſeruare.*

2 *In notorijs iudex poteſt mandare pœnam imponi reo ſine aliqua condemnatione.*

3 *Confeſſio facta per reum in tormentis ſine indicijs non præiudicat, etiam ſi ſit ratificata.nu.10.11.13.14.*

4 *Nemo cogitur ſe ſubmittere torturæ,nec etiam quis ſponte poteſt ſe ſubijcere torturæ,nu.5.*

6 *Poteſtas torquendi eſt meri imperij.*

7 *Si iudex non præcedentibus indicijs,& non ſeruatis ſeruandis torquet volentem,non excuſatur à pœna.*

8 *An ſit audiendus accuſator,quando non habet teſtes de delicto,& offert ſe velle ſtare in tortura cum reo.*

9 *Citatus ad ſubeundam torturam,qui non venit,habetur pro confeſſo, & ponitur in banno.*

12 *Metus torquendi intelligitur durare,vbicunque durat eadem torquendi poteſtas.*

15 *Idem operatur in habitu potentia,ſicut in actu.*

16 *Si maritus verberauit vxorem,quia nolebat conſentire contractui ſiẽdo: ſi poſtea ex interuallo talis mulier conſentiat, præſumitur per metum conſentire.*

17 *Idem operatur tempus datum ad appellandum, quod operatur ipſa appellatio.*

18 *Percutiens aliquem dum eſt in actu percutiendi, dicitur pro ſua defenſione feciſſe.*

19 *Idem operatur probabilis ſuſpitio tormentorum, quod ipſorum illatio.*

20 *Poſtquàm quis ſcit ſe poſſe compelli per iudicem ad gerendum actum,non minus dicitur coactè facere,licèt ſponte faciat.*

21 *In crimine læſæ maieſtatis indicia debent præcedere torturam, aliàs reus non poteſt torqueri.*

22 *Iudex habens liberum arbitrium in criminalibus,non poteſt ponere reum ad torturam non præcedentibus indicijs.*

23 *Si iudex ponit aliquem ad torturam non præcedentibus indicijs, ex hoc oritur præſumptio violentiæ contra iudicem.*

24 *Non valet confeſſio facta per tormenta repetita, quæ repeti non debuerunt.*

25 *Data inualiditate confeſſionis factę in tortura indicijs non præcedentibus,omnia deinde ſecuta ſunt nulla.*

26 *Quando citatio non tenuit,omnia inde ſecuta corruunt.*

27 *Si fama eſt adeo nuda,quod nulla habeat pro ſe argumenta,& per talem famam quis torqueretur & perſeueraret in confeſſione, talis confeſſio non valeret.*

28 *Confeſſio inualida facta in tortura legitimis indicijs non præcedentibus,non validatur per indicia ſuperuenientia.nu.41.52.*

29 *Si teſtes deponunt & poſtea iurant, non valet eorum dictum.*

30 *Donatio cauſa mortis facta per filiumfa.ſine conſenſu patris,non validatur per ſuperuenientem conſenſum patris.*

31 *Stante ſtatuto,quod mulier non poſſit obligari ſine conſenſu propinquorum,aliàs non valeat contractus:ſi mulier contrahit ſine conſenſu propinquorum,licèt poſtea ipſi propinqui ratificent, non valebit contractus.*

32 *Laudum latum non præcedente compromiſſo,non poteſt ratificari per partes, & an poſſit ratificari à partibus antequàm feratur. numero 33.*

34 *Sententia lata per iudicem,ſecundum conſilium ferendum per conſultorem,eſt nulla.*

35 *Matrimonium contractum inter inhabiles,an validetur ea inhabilitate ceſſante.*

36 *Si matrimonium eſt contractum in caſu prohibito,licet ſuperueniat diſpenſatio,filij ante nati non erunt legitimi.*

37 *Si inimicus recipiatur de facto in teſtem contra inimicum, licet poſtea ſuperueniat reconciliatio inter eos, non reconualeſcit teſtimonium.*

38 *Delegatus excommunicatus tempore impetrationis,licèt ſit abſolutus tempore acceptationis,non valet delegatio.*

39 *Procurator excommunicatus tempore conſtitutionis, licèt tempore acceptationis mandati ſit abſolutus, mandatum eſt ipſo nullum.*

40 *Si bannitus prohibetur eſſe de prioribus,oportet quod ſit abſolutus à banno tempore quo imbuſſulatur, non autem ſufficit, quod ſit abſolutus tempore quo extrahitur de buſſulo.*

42 *Quamuis teſtamentum excommunicati ſit nullum, ſi excommunicatus abſoluitur,eius teſtamentum reconualeſcit.*

44 *Si data alicui licentia faciendi molendinum in flumine publico:ſi ille habeat iam factum molendinum,poterit illud retinere virtute illius conceſſionis,vel licentiæ.*

45 *Licentia conceſſa epiſcopo,vel abbati, vt poſſit facere teſtamentum de redditibus feudorum,extenditur etiam ad teſtamentum antea factum.*

46 *Si Papa mandat prouideri alicui in certo loco de prima vacatura, poterit illi prouideri de illa, quæ vacabat ante dictam prouiſionem Papæ.*

47 *Legatum factum pro B.maritanda,& eſt iam maritata tempore teſtamenti,debet habere legatum.*

48 *Procurator habens mandatum ad ſubſtituendum, ſi ſubſtituat vnum, qui antea ſine mandato egerat, videtur ratificare iam geſta per ipſum.*
49 *Pater ſi facit legatum filiæ, quæ remanebit vidua, compræhendit etiã filiam quæ ante teſtamentum erat vidua.*
50 *Statutum dans præmium capienti bannitum, habet locum in eo, qui iam cepit bannitum.*
52 *Statutum prohibens fæminis certa genera veſtium, intelligitur etiam de ueſtibus antea factis.*
53 *Non ſtatur confeſſioni factæ in tormentis, niſi primò talis confeſſio fuiſſet facta extra iudicium.*
54 *Confeſſio ratificata ad banchum iuris cum iuramento non præcedentibus indicijs, an reconualeſcat vigore talis iuramenti. numero. 60.67.71.*
55 *Confeſſio facta extra iudicium cum iuramento, plenè probat.*
56 *Confeſſio facta abſente parte cum iuramento, plenè probat.*
57 *Confeſſio ſine cauſa iuramento firmata, plenè probat.*
58 *Contra confeſſionem teſtatoris in teſtamento iuratam, non poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ.*
59 *Statutum diſponens ſuper prohibitione certi actus, non habet locũ ſi in tali actu interuenit iuramentum.*
60 *Licèt Papa non poſſit tollere ius quæſitum alteri à iure naturali ſine cauſa, tamen vbi tale ius venit tanquam acceſſorium ad ius eccleſiaſticum, in quo Papa habet pleniorem poteſtatem, poteſt ſublato principali etiam ſolo verbo tollere acceſſorium, quòd aliàs de per ſe non tolleret.*
61 *Propter acceſſorium vitioſum poteſt principale totum redhiberi.*
63 *Iudex ſi ſimpliciter in ſententia dicit, condemno te ut reſtituas rem, intelligitur etiam condemnare in fructibus, qui de iure ueniunt.*
64 *Conſtitutio precarij appoſita in inſtrumento eſt nulla, & nihil operatur annullato ipſo inſtrumento principali.*
65 *Si non valet proceſſus, nec etiam valet confeſſio in eo facta.*
66 *Vbi reſcinditur conuentio principalis, reſcinditur pœnalis, & quælibet acceſſoria.*
68 *Confeſſio coacta, vel facta per metum, etiam ſi ſit iurata, non valet.*
69 *Iuramentum metu extortum, an & quando obliget iurantem.*
70 *Iuramentum non confirmat contractum ipſo iure nullum.*
72 *Reus criminis, an teneatur reſpondere cum iuramento interrogationibus ſibi fiendis.*
73 *Iuramentum non eſt deferendum ei, quem ueriſimile eſt deierare & falſum dicere.*
74 *Confeſſio iurata, an poſſit reuocari.*
75 *Caſus, in quibus deuenitur ad torturam ſine indicijs.*

Quæſtionis habendæ Et hoc intendit lex iſta multum famo
ſa, quæ habet plures lecturas, ſecundum glo. & Bart. Ex con-
feſſione facta in tormentis non præcedente indicio quis nõ
damnatur. hoc dicit lex iſta, ſecundum magis communem
lecturam & intellectum. No. ex iſto tex. dictum in ſumma-
rio. Item nota, quòd in cauſis criminalibus indicia debent
præcedere torturam, & ſic nemo debet damnari ordine iu-
ris non ſeruato, nam vbi maius eſt periculum, ibi cautius eſt
1 agendum. c. vbi periculum. de elect. lib. 6. cum ſi. † Quod non
haberet locum in notorio crimine, quia ex ipſo notorio ne
dum reſultant indicia, ſed probatio plena, & in notorijs or-
do eſt, ordinem non ſeruare, ſecundùm Bal. in c. ad noſtram.
2 il 3. de iureiuran. † Et ideo dixit Abb. in c. ſuper his. de pœn. ꝙ
in delicto notorio iudex poteſt mandare pœnam imponi
reo ſine aliqua condemnatione, & dicit hoc voluiſſe Innoc.
in c. ex parte. il 1. de verb. ſignificatio. quod etiam voluit ipſe
Abb. in d. c. ad noſtram. & Barbat. in c. euidentia. in fi. de accu
ſa. de quo dixi in rubr. C. de proba. in materia notorij. Nec ẽt
hoc haberet locum in famoſo delinquente, per ea quæ dixi
ſuprà eod. in l. vnius. in §. cogniturum. vltra medium. vbi vi-
deas. [Et in hac materia notorij vide no. verbum Gemi. in
c. 1. §. fi. in fi. de conſtitutio. in 6. quem refert & ſequitur Soc.
in conſil. 22. incipiente, præſtantiſſime, &c. in vltima col.]
3 † Nota etiam ex iſto tex. ſecundùm aliam lecturam, quòd ex
confeſſione facta in tormentis quis non damnatur, & ſecun
dùm iſtam lecturam exponitur tex. iſte, in verbo, habendæ,
ideſt habitæ, ſecundùm glo. & Bart. hic, qui dicit, quòd iſta le-
ctura licèt ſit vera in ſe, vt in l. 1. §. idem Dynus, ſuprà eod. ta-
men violat tex. & ideo ipſe Barto. tranſit ad aliam lecturam,
ſecundùm quam ſummaui hanc legem, videlicet, quòd intel
ligatur iſte tex. in verbo, habendæ, ideſt habitæ ſine indicio,
& tunc dicit, quòd ex confeſſione facta in tormentis ſine in
dicio quis non damnatur. & iſta lectura eſt not. ſecundùm
Bart. quam ipſe dicit intelligere nedum in confeſſione facta
per reum, ſed etiam in confeſſione ſeu teſtificatione facta à
teſte, quia eadem ratione non valebit indicio non præceden
te, quod etiam dicit ipſe Bart. procedere, etiam ſi reus in tali
4 confeſſione perſeueret. † Datur & tertia lectura huic tex. vi-
delicet, vt intelligatur, quòd ſi ille qui non vult venire ad ſub
eunda tormenta, propter hoc non debet damnari. pro qua
facit, nam nemo cogitur ſe ſubmittere torturæ, vt habetur in
l. 3. C. ad legem Iuliam maieſt. & in l. fin. C. de accuſat. imò ſi
quis vellet ſponte ſe ſubmittere tormentis, non poſſet, quia
nemo eſt dominus membrorum ſuorũ, vt in l. liber homo.
ff. ad legem Aquil. de quo dixi in ſingulari meo 164. incipien
5 te, nemo debet, &c. † Et ideo dixit Dom. Franciſc. Bru. in tra-
cta. ſuo de indicijs & tortura. in 16. char. in prima col. in prin.
quòd ſi aliquis ſit inculpatus de crimine & dicit, Domine iu
dex ego non commiſi tale crimen & offero me velle ſtare
torturæ, ponatis me in tortura, quòd licèt iſte ſit vna beſtia,
attamen Poteſtas non poteſt eum ponere ad torturam, niſi
præcedant indicia. & hoc per rationem d. l. liber homo.
6 † Item etiam, quia poteſtas torquendi eſt meri imperij, vt l.
defenſores. C. de deſen. ciui. & tenet Guil. de Cun. in l. impe-
rium, ff. de iuriſdict. omn. iud ſed ea, quæ ſunt meri imperij,
non poſſunt pacto priuatorum concedi. l. priuatorum. C. de
iuriſdict. omn. iudi. Item & tertiò facit, quia non poteſt quis
committere alteri, quòd ipſum percutiat, l. 1. §. vſque adeo. ff.
de iureiur. & tenet Domi. Bar. in l. penul. ff. de condi. ob turp.
cau. & in l. interdum, in §. qui furem, ff. de fur. licèt glo. ibi ſen-
tiat contrarium. Et ſubdit Dominus Franciſ. vbi ſuprà, quòd
licèt glo. & Bartol. loquantur, quando quis committit ſe tor
turæ in manibus priuati, tamen ipſe idem dicit, quando ſe
committeret in manu iudicis, quoniam vt iudex in caſu illo
torquere non poteſt, quia habetur vt priuatus, quando ali-
quid facit extra terminos iuris, vt habetur in l. prohibitum.
7 C. de iure fiſci. † Et propterea dicit ipſe Dominus Franciſcus,
quòd quando iudex in caſu prædicto torquet aliquem volẽ-
tem, non excuſaretur à pœna applicanda fiſco per prædicta,
ſed excuſaretur ab actione iniuriarum & ab ipſius intereſſe,
quoniam volenti non fit iniuria. l. 1. §. adeò, & ibi Barto. ff. de
iniur. & habetur per Bar. in l. quamuis. in fi. ff. de in ius vocan.
[Vide Gand. in ſimili, in tracta. maleficiorum, ſub rub. de pœ
nis reorum. in 7. col. ver. 1. quod incipit, item pone, fore &c.]
8 † Ex quibus, ſecundum Do. Franciſ. vbi ſupra, deciditur alia
quæſtio, quæ ſæpe occurrit, nam aliquis inculpat aliquem de
delicto, & quia non habet veras probationes, neque indicia
ſufficientia ad torturam, dicit, Domine Poteſtas, ponatis me
& ipſum ad torturam, quia hoc modo volo ipſum conuin-
cere de dicto delicto, an iudex ipſe ſeu Poteſtas poſſit hoc fa
cere? & dicit quòd multi ſunt fatui, qui putant hoc poſſe &
debere fieri, ſed ipſe dicit contrarium eſſe verius per ſupra-
dicta in perſona volentis, ergo multò fortius in perſona il-
9 lius, qui nolet. † Modò redeundo ad iſtam tertiam lecturam,
circa ea quærit Barto. de quæſtione, videlicet, Pone aliquis tã
quam reus citatus cõparet & dat fideiuſſores, & negat male
ficium commiſiſſe, poſt apparent contra eum indicia ſuffi-
cientia ad torturam, iudex non poteſt eum habere, quid fa-
ciet iudex? Hoc caſu glo hic dat remedium, ſcilicet quòd co-
gat eum captis pignoribus, & mulcta indicta, quod verum
dicit eſſe Bar. de iure communi, ſecundum quod ius abſens
non poteſt damnari etiam vbi eſt pœna pecuniaria, niſi de
maleficio conſtet. l. abſentem. inf. de pœn. Sed ſecundùm ſta
tuta terrarum, ſecundùm quæ abſens cõtumax habetur pro
confeſſo, dicit ipſe Bart. quod ſicut ante comparitionem ſi
fuiſſet contumax & pateretur ſe poni in banno, haberetur
pro confeſſo, ita quando citatus eſt, quod veniat ad ſubeun-
da tormenta & eſt contumax, & patitur ſe poni in banno,
debet haberi pro confeſſo. & hoc dicit probari in l. conſen-
taneum. C. quomodo & quando iudex. & in l. properandũ
in §. ſin autem reus. C. de iud. in quibus dicitur, quòd ſicut cõ-
tra contumacem ante litem cõteſtatam proceditur ad miſ-
ſionem in poſſeſſionem ex primo & ſecũdo decreto, ita po-
teſt procedi poſt litem conteſtatam, & ita dicit ipſe Bar. plu-
ries practicaſſe, quod dicit eſſe menti tenendũ, quia eſt mul-
tum notabile. ita reſidet Barto. hic. [De hac quæſtione vide
Gandinum in malefi. ſub rub. quid ſit agendum reo abſente
contuma. in 2. colum. verſicu. pone, quòd aliquis. & in dicto
tractatu ſub rub. quid agendum ſit reo præſente & non con
tuma. in 3. col. verſi. ſed pone, quod iſte.] Et inquantum glo.
hic, & Bar. dicunt, quod quando reus dedit fideiuſſores, & po
ſtea non vult comparere, quod iudex poteſt captis pignori-
bus ipſum cogere, addit Dom. Alex. hic, quòd plus dixit Bal.
in l. fin. C. de curato. furio, videlicet, quòd tali caſu debet capi
filius eius, quia veriſimile tunc eſt quòd comparebit & con-
fitebitur. c. afferte mihi gladium. de præſumpt. pro quo dicit
etiam facere, quod voluit Domi. Bart. in l. fina. §. primo, de
his, qui mortem ſibi conſci. & faciunt etiam dicta per Do-
cto. in l. qui in aliena. §. fina. ſuprà de acquiren. hæredi. Ego
autem dico, quòd in libro meo Bal. hoc non dicit in dicta l.
fina.

fi.C.de curato.furio. Et ideo fortè liber meus eſt corruptus,
vel Do.Alex hic corruptè allegat. ſed poſito ꝙ Bal. hoc dice-
ret, attamen malè loqueretur, cum de iure non reperiatur,
quod filius teneatur ad pœnam corporalem pro delicto pa-
tris nec econtra,& ideo non credo,quòd filius propter deli-
ctum vel contumaciam patris poſſit capi & carcerari, quia
ſaperet iniquitatem,ergo.Dicit etiam Do.Alex. hic, ꝙ aliud
poſſet eſſet remedium, quando crimen eſſet intentatum ci-
uiliter,ſ.poſſet procedi ad miſſionem in poſſeſſionem, ſicut
in ciuilibus,argumen.l.abſentem.inf.de pęn. de quo vide eũ.
10 † Modò redeundo ad textum huius legis dico, ꝙ iſte tex-
tus ſecundùm ſecundam lecturam coniuncta gl. ſemper al-
legatur pro ſingulari ad hoc, videlicet ꝙ confeſſio facta in
tormentis,indicijs non præcedentibus,eſt nulla, etiam ſi ra-
tificetur per ipſum reum,& etiam ſi poſtea ſuperueniant in-
dicia,ſecundùm gloſſam in l.maritus.ſ.eod. [Vide Do. Alex.
in conſil.19.incipiente,circa primum.in tertia col. in 7.vol.]
& hunc textum & gl.ſequitur Ang.in l.1.C.de confeſſ.& Bal.
in additio.Spec.in tit.de confeſſ.in prima col. verſi.an ex ſola
confeſſione,& Ang.in l.2. C. quorum appella. non recip. &
Matheſ.in notabi.ſuo 55.incipiente,nota quòd quotieſcun-
que,&c. & Ang. de Are. in tractatu maleficiorum.in verbo,
fama publica.in 4.char.in verſi.& aduertas,&c.Lud. Rom.in
conſi.ſuo 167.incipiente,Antonius accuſatus de adulte.in 2.
col.& Petr.de Anch.in clementina 1.de homic.Ang.Imo.&
Pau.de Caſt.in l.qui in aliena.§.Celſus.ſ.de acq.hære.& Bar.in
ſuo tractatu de quæſt.in 12.col.in verſi.quid ſi aliquis eſt tor-
tus legitimis indicijs non præcedentibus. & Saly. in l.2.C.de
cuſto.reor.in vlt.col.& Petr.de Anch.in conſi.ſuo 202.incip.
viſa inquiſitione facta in Philippum. de quo etiã dixi ſuprà
in hoc tit.in l.1.in prin.& in repetitio. mea l. fi. C. de probat.
in 23.char.de quo etiam per Io.de Imo. in c. fi. in fi. extrà de
confeſſ.& per D.Floria.in rub.ſ.de proba.& in l. emptorem.
eo.tit.vbi exclamat hunc textum, coniuncta glo. ad hoc,per
quem dicit ſe defendiſſe vnum à morte tempore Domini
Guezi.de Prato.de quo etiam per Dom.Felynum in c. quali
ter & quando.in §.licet autem.in 2.col.verſi.11.limita.de ac-
cuſat.& in c.ad noſtram.in 1.col.verſi.item inquantum, &c.
11 extra eo.de probatio.† Et per Dom.Catal. in tracta. ſuo ſyn-
dicatus,in ver.165.incipiẽte, Adde quod diximus in ſuperio-
ribus,&c.vbi exclamat contra iudices,vt de facili non prorũ-
pant ad torturam.Nam dicit, quòd vbi habita ſunt tormen-
ta, non præcedentibus indicijs, etiam ſi reus confiteatur, &
in confeſſione perſeueret,non eſt ſtandum ſuę confeſſioni.
& allegat Bar.hic.Et hoc,quod dicit de perſeuerantia,intelli-
git ipſe eſſe verum, ſi perſeuerat in tali confeſſione antequã
ſit repoſitus in priſtina libertate, quia tunc eſt præſumptio,
ꝙ ſicut illicitè torſit,illicitè faceret eum perſeuerare ſeu rati-
ficare metu tormentorum futurorum,argu.l.ſi cui.§. iiſdẽ.ſ.
de accuſat.Secus autem dicit eſſe,ſi reus fuiſſet poſitus in pri
ſtina libertate, & poſtea rediret ad iudicem & coram eo fa-
teretur delictum, nam tali caſu confeſſio ſua probaret & eſ-
ſet puniendus,vt habetur in l.1.C.de confeſſ.& facit l.penulti.
12 de condict.ob cau.† Et ſubdit,ꝙ hoc ſuadet ratio manifeſta,
quia intelligitur metus durare,vbicunque durat eadem tor-
quendi poteſtas.ad quod allegat Innocen.in c.1.quod metus
cau.& in c.cauſam matrimonij.de offi.delega.
13 † Et ideo,ſecundùm eum,dicit Ang.in d.l.qui in aliena.in
§.Celſus. ſ. de acqui. hære. ꝙ cautus debet eſſe aduocatus in-
quiſiti, qui confeſſus fuit ad banchum ſe maleficium com-
miſiſſe,vt faciat probari,quòd reus primò fuit tortus indebi-
tè nullis præcedentibus indicijs ſufficientibus ad torturam,
quia quouſque detentus fuit,idem metus tormẽtorum du-
rare præſumitur, ideo talis perſeuerantia ſeu ratificatio non
nocet ipſi reo.Ita reſidet Dominus Cataldin.in dicto ſuo tra
ctatu ſyndicatus.verſ.195.ſuperius allegato.Et idem dixit An-
ge.de Are.in dicto uerſic. & aduertas.vbi dicit,idem voluiſſe
Pet.de Anchar.in clem.1.de homic.per textum in c. 1. de ac-
cuſationib.lib. 6. Sed latius ſuper hoc loquitur ibi Dominus
Auguſti.Ari.qui refert ſe aliàs ex hoc adiuuaſſe quendam, q
vocabatur,vt ipſe,ſ.Auguſti.de Ari.& ibi refert Bal.& Salyce.
tenere contrarium & malè,& refert plures antiquos & mo-
dernos tenere hanc partem,& ſic contra Bald.
14 † Et ego atteſtor Deum iam propter hunc tex. & glo.eua
ſiſſe duos homines à pęna mortis hic Bono.vnus vocabatur
Petrus de Verona, qui inculpabatur furto ſubtraxiſſe quædã
vaſa argentea Reuerendiſſimi Cardinalis Mantuani,aliàs Bo
noniæ legati; & alius vocabatur magiſter Ioannes de Ferra-
ria, qui ſimiliter inculpabatur de quodam furto facto cuidã
ciui Bononienſi, in quibus caſibus cõſecutus fui maximum
honorem, quia tunc eram iuuenis, & etiam conſecutus fui
vtilitatem, poſtea etiam proximis ſuperioribus annis etiam
hoc habui in facto & obtinui in perſona cuiuſdam Petri Sel
larij de Mutina, nam prædicti omnes confeſſi fuerant deli-
ctum in tortura non præcedentibus indicijs, & poſtea ratifi-
cauerunt confeſſionem ſuam,quæ confeſſio ſibi non præiu
dicauit etiam ratificata,per prædicta.Et ideo in tot officijs,in
quibus fui,nunquam fui facilis ad torturam, niſi primò ha-
bitis indicijs & data copia reo cum termino competenti ad
illa purganda & ſeruatis alijs ſeruandis.Et vltra Dom. Augu-
ſtin.Ari.in dicta ſua addi.dicas,quòd idem tenuit Dom.Paris
de Puteo in tracta.ſuo ſyndica.in char.104.in 3.columna.ver
ſicu.datur regula,vbi idem dicit,quod dixit Dom.Catal.in lo
co ſuperius allega.de quo etiam per Dom.Alex.in conſ.ſuo
5.incipien.in cauſa inquiſitionis.in princ.in 1.volu.& in con-
ſil.179.incip.in cauſa Angelorum.in penultima colum. & in
conſ.ſuo 224.incip.viſo proceſſu inquiſitionis formatæ.in 2.
col.& in conſi.275.in 2.col.[Et Gandi.in ſuo tracta. malefic.
ſub rub.de quæſtio.in 5.col. verſi. item pone quòd quidam,
&c.] Et inquantum Ang.in d.§.Celſus,& Domi.Cataldinus
vbi ſuprà,& ſequaces dicunt,ꝙ ſi reus perſeuerat in cõfeſſio-
ne facta in tortura non præcedentibus legitimis indicijs an-
tequàm ſit poſitus in priſtina libertate,ꝙ talis confeſſio & p
ſeuerantia ei non nocet, quia præſumptio eſt, ꝙ ſicut eum
torſit indebitè,ita illicitè fecerit eum perſeuerare metu tor-
turæ,quia quouſq; detentus fuit, idem metus tormẽtorum
15 durare præſumitur.† Adde Domi. Pari.in tracta. ſuo ſyndic.
69.char.in 3.col.verſi.quidam fuit tortus,&c.in fi. vbi dicit,ꝙ
operatur potentia in habitu,quod operatur ipſa potentia in
actu.quod dicit probari in l.Labeo, ſ. de ſtatu libe. & in c.nõ
ſolùm.de appel.in 6. Ex quo dicit, ꝙ confeſſio rei conſtituti
in fortijs iudicis, dicitur facta metu tormentorum, cùm iu-
dex ſemper habeat poteſtatem & potentiam in habitu tor-
quendi ipſum reum. [Vide Socinum in conſi.ſuo 44.incip.
in præſenti,&c.circa principium.& vide etiam omnino An-
gelum in l.1.§.quæ onerandæ,ſuprà quarum rerum actio nõ
datur.vbi not.loquitur, vide Dominum Nellum in tractatu
bãnitorum.in quarta parte primi temporis, in tertia quęſt.]
16 † Et adde hic Barto. in l.penul.in vl.col. ff.de condictione ob
turpem cauſam.vbi dicit, ꝙ ſi maritus bene verberauit vxo-
rem,quia nolebat conſentire contractui fiendo, ſi poſtea ex
interuallo talis mulier conſentiat, præſumitur per metum
conſentire, quia donec durat in matrimonio illius viri,ſem-
per ille metus durare præſumitur.de quo etiam latius p Do-
minum Iaſonem,in §.quadrupli.in 10.col.Inſtit.de actionib.
& per Dominum An.qui hoc limitat in c.cauſam matrimo-
nij.in 2.col.de officio deleg.& vide Dominum Alex.in conſi
17 lio 191.incip.viſis.in 7.vol.† Sed tu,vltra Do.Par. adde ꝙ pro
hoc optimè facit gl. & quod ibi voluit Dominus Bar. & alij
in l.ex iudiciorum. ſ. de accuſat. quæ dixit,ꝙ idem operatur
tempus datum ad appellandum, quod operatur ipſa appella
tio,& illam gloſſam ſequitur Dominus Bal.& Imola,in l.qui
à latronib.§.1.ſ.de teſtamen.& Dominus Bald. in l.furti.in 2.
col.ſ.de his, qui notantur infamia. & in l. ſi is. in §.1.in 3.col.
C.ſi pendente appellat.& D.Bal.in c. cõſiderauimus.de elect.
& in c. quoniam contra falſam. in 24. col. extra de probat.
& Dominus Ioannes de Imola in l.defuncto.ſ. de public.iu-
dic.& Dominus Ang.in l.fi.C.ſi reus vel accuſa. mor. fuerit.
de quo etiam per Doctores in c. concertationi. de appellat.
lib.6.& voluit Dominus Bal.in l.addictos.poſt prin. C.de epi-
ſcopali audientia. vbi ad hoc etiam allegat gloſſam ſimilem
in l.1.infra nil nou.appellatione pendente. & idem firmauit
ipſe Dominus Bal.in l.poſt rem.in 2.col.ſ. de tranſact.& Bar-
ba.in conſi.ſuo 7.incipiente, viſis dubijs eleganter, &c. circa
penul.col.in 3.vol.& Oldr.in conſi.ſuo 18. incipien.circa pri-
mum.circa med.vbi pro hoc allegat bonum tex.in l.appella-
tione. C. de appellatio. & in l. vnica. ſ. nil nou. appell. pen-
den.& tex.in c.non ſolùm.de appellat. in 6. vbi tex. & glo.de
hoc. [Idem voluit Dom.Alex.in l.3.§. ſi ſeruus.in vlti. col. ff.
de acqui.poſſeſſ.& vide Corſe.in notab.ſuo 2.in verbo,appel
latio,&c.& in verbo,terminus.in 1.notabi.]
18 † Et facit optimè ad ſupradicta nota. verbum Bal. in l. ſi ex
plagis.in §.tabernarius.ſ.ad leg.Aquil. quem refert & ſequi-
tur Ange. de Are.in §.iniuria.in 1.col.in fi.Inſtit.ad leg.Aquil.
vbi dixerunt,ꝙ ſi percutio te antequàm tu percutias me, dũ
es in actu percutiendi me, ꝙ dicor tunc feciſſe ad meam de-
fenſionem, quod etiam voluit Ange. in l. queadmodum.ſ.
de inofficio.teſtamen.quem refert & ſequitur Dom. Anto.
Corſet.in not. ſuis, not. 1. in verbo, metus.quem vide.[Pro
qua doctrina eſt tex.apertus in l.3.C. ad leg. Cornel. de ſicar.
& hoc etiam expreſsè firmauit Ang.in l.1. circa fi. C. vnde vi.
vbi notab.loquitur.] Et idem dixit Ang.de Are. in tract. ſuo
maleficiorum.in verbo,& dictus Titius ſe defendendo, in 1.
char.in vlt.verſic.circa medium.vbi ſimiliter allegat Bar.in d.
§.taber-

§.tabernarius.& Bal.in l.1. C.vnde vi. Idem in effectu dixit D.
Alex.in conſi.ſuo 323.incip.in caſu prędicto.in 3.col.verſicu.
circa ſecundum,&c.vbi ad hoc allegat bonum tex.in l.nouiſ-
ſimè.verſic. quid ſi compulſum. ſuprà quod falſo tutore au-
19 to. † per quem textum dicit Dyn.ibi,quòd idem operatur ꝓ
babilis ſuſpitio tormentorum, quod ipſorum illatio. quod
etiam voluit Bal.in l.interpoſitas.C.de tranſact.& in c. 1.in §.
item ſacramenta.de pace iuram.firman. de quo latius per D.
Alex. vbi ſupra.pro quibus faciunt dicta per Bal. in conſi.ſuo
488.incipiente,Ioannes.in prin.5.col.in 4.volum.quem vide.
20 † Et faciunt optimè dicta per Petr. de Anchara. in conſil.
ſuo 158.incipien.rationes, quæ ſuperius, &c.vbi dicit, quòd
poſtquàm quis ſcit ſe poſſe compelli per iudicem ad geren-
dum actum,non minus dicitur coactè facere,licèt ſponte fa-
ciat, & dicit de hoc eſſe caſum in d. l. nouiſſimè. §.ꝙ ſi com-
pulſus.in verſi.ſi compulſus,aut metu ne compelleretur,&c.
& quod ibi not.Bal.de ſtatuto, quo cauetur, quod debitor
exitiorum compellatur ſoluere debita in communi,nam ta
li caſu ille, qui ſoluit ſine compulſione, dicitur nihilominus
ſoluiſſe compulſus, poſtquam legis ordinatio compulſiua
præcedebat.Et ſubdit etiam ipſe Petr.de Anchara. vbi ſupra,
quòd inſpicitur nocendi potentia, ſicut nocendi actus. & al-
legat l.Labeo.ſuprà de ſtatu liber.& c.Piſanis.de reſtitut.ſpo-
liat.ſic etiam appellatio in potentia id operatur,quod appel-
latio in actu,vt in c.nõ ſolùm.de appellat in 6.& facit c.maio
res, de baptiſ.Ita reſidet Pet.de Anch.in dicto conſi.ſuo 158.
& idem firmauit ipſe Pet.de Ancha.in conſi.ſuo 57.incipien
te,præmiſſa facti ſerie,&c.Et faciunt optimè, quæ ego latè di
xi in repetitio.mea.l.fi.C.de probat.in 66.& 67. char. vbi om-
nino videas,& in l.1.in prin.circa 4.char.ſuprà in hoc titu. Vl-
terius reuertendo ad hunc textum & gl & ad eius regulam,
quæ eſt,quòd confeſſio facta in tormentis, legitimis indicijs
non præcedentibus, non nocet confitenti,etiam ſi ſit ratifi-
cata,dico quòd hunc textum & hanc regulam poſſumus am
21 pliare. † Et primò, ꝙ hæc regula nedum procedit & locum
habet in minorib. criminibus, ſed etiam in maioribus & ex-
ceptis, vtputa in crimine læſæ maieſtatis, in quo nõ põt quis
torqueri,niſi præcedant indicia.iſte eſt textus notab.& ibi gl.
Cyn.Bal.& Saly.in l. ſi quis alicui. C. ad leg. Iul. maieſta.quod
etiam voluit Ang.de Are.in tracta. maleficiorum. in verbo,
che hai tradita la tua patria. in primis verbis.& Dominus Fran.
Bru.in tracta.ſuo,de indic.& tortu. in 9.char.in 2.col.poſt me
dium.licèt contrarium videatur innuere Bal.in l.quicunque.
in prin.vlt.col C.de ſeruis fugit.de quo dixi in repetitio.mea
l.fin.C.de probationib.in 77.char.& in l.1.in prin. uerſic.mo-
dò redeundo ad propoſitum.& in l de minore.in prin.ſuprà
22 eod.† Item amplia etiam hũc textum, quòd adeò verum eſt,
quòd iudex non poteſt torquere reum non præcedentibus
indicijs, quod hoc procedit etiam ſi ipſe iudex habet liberũ
arbitrium in criminalibus,quoniam nec tunc poterit aliquẽ
ponere ad torturam non præcedentibus indicijs, aliàs tene-
retur in ſyndicatu.Ita notabiliter dixit Pau. de Leaza.in c.gra
uis.de depoſito.& Dominus Alex.in l. filiusfamilias.in 5.apo
ſtil.ſuprà de donat.& idem dixit Gandinus in tracta. ſuo ma-
leficiorum.ſub rubri.de quæſtionib.& tormen.in vltima co-
lum.verſi.præterea ego quæro, &c. & in verſic. ibi ſequen.&
Dominus Paris de Puteo,in tracta.ſuo ſyndica.in 100.char.in
4.col.verſic. & adde quòd licèt iudex. & ipſe ibi ad hoc plura
23 allegat, quæ per te videas.Item † adde,quòd adeò eſt vera re-
gula huius legis,coniuncta glo.quod ſi iudex ponit aliquem
ad torturam non prçcedentibus indicijs,quod ex hoc oritur
præſumptio violentię in iudice,ſecundùm Dominum Alex.
hic in apoſtil.& Dominum Paridem in tractatu ſuo ſyndica.
in 104.charta.in 3.colum. verſicu.datur regula, &c.
24 † Et ſcias etiam, quòd ſicut cõfeſſio facta in tormentis nõ
præcedentibus indicijs non valet, ita reus confeſſus poſt tor-
menta repetita,quæ repeti non debuerunt,non poteſt ex ta-
li confeſſione condemnari,per hanc legem, cum gloſſa ſua.
Ita dixit Dominus Paris de Puteo, in d.ſuo tractatu ſyndicat.
in 100.char.in 3.col.ver.& ideo reus.quod eſt no. & adiungẽ
dum ad ea,quæ dicta ſunt ſuprà eod.in l. repeti.vbi eſt mate-
25 ria.† Vlterius amplia etiam iſtum textum,quòd nedum con-
feſſio torti ſine indicijs, vel cum indicijs minus legitimis nõ
valet,ſi in ea perſeuerauerit reus, ſed nec etiam non valet ip-
ſo iure,quicquid poſtea ſequatur.Ita dixit Dominus Paris,in
dicto ſuo tractatu ſyndicat.in 102.char.in 3.col.verſic.an con
feſſio torti,&c.allegat l.non dubium.C.de legib.& l.1.C.de fi
de inſtrum.& iure haſtæ fiſcal.li.10.& l.d uus.ff.de in integ.re
ſtit.& l.nominationes C. de appellat. & ibi Dominus barto.
25 † Pro quibus facit gloſſa notabilis in l. ſi accuſatoribus,in gl.
fin.C.de accuſat.quæ dixit,quòd ſi citatio non eſt legitimè fa
cta, proceſſus & ſententia & omnia inde ſecuta, ſunt nulla.

quam glo. refert & ſequitur Bald.in c.ſi clericus.in 1.colum.
de pace tenen.& in l.cum fratrem.in vlt.colum.C.de his,qui
bus vt indig [Et in conſi.ſuo 173.incip.præſuppoſito.in 3.vo
lum.& vide infra,eo.l.fin.in 4.colum.circa prin.] Pro qua fa
cit,quod voluit idem Bal. in authen. ſi omnes. C. ſi minor ſe
ab hæreditate abſtineat.vbi dicit, quòd vbi eſt vitium in cita-
tione,nunquam tenet proceſſus in prę iudicium abſentium.
quod limita,vt vbi per eum,& vide aliquid per Bal.in l.in mi
norum.C.in quibus cauſis in integ.reſti.non eſt neceſſ.
27 † Amplia iterum iſtum textum,cum glo.ſua, videlicet, ꝙ
nedum indicia debent præcedere torturam, aliàs non valet
confeſſio facta in tortura,vt hic, imò nedum indicia ipſa de-
bent præcedere, vt dixi, ſed etiam non debent eſſe leuia, ſed
vrgentia,aliàs confeſſio,quæ ſequeretur, non valeret.& hoc
dico argumento eius, quod voluit Bald.in conſilio ſuo 275.
incipien.ad euidentiam.in prima colum.in primo vol.vbi in
quit,quòd ſi fama,per quam quis torquetur, eſt adeò nuda,
quod nulla habet argumenta pro ſe, & per talem famam qs
torqueretur, vt perſeueraret in confeſſione, talis confeſſio
non valeret,ad quod allegat l.maritus.ſupra eodem,& l.non
tantum.infra de appellat & notata per Dominum Dyn. in l.
ſecunda.in §.1.ſuprà de excuſat. tutor.quod ꝑfecto eſt ſingu
28 lare verbum in materia huius legis. † Viſis modo dictis am-
pliationibus, ego quæro, pone quòd aliquis confeſſus eſt in
tortura indicijs non præcedentibus, deinde antequàm po-
natur in priſtina libertate ſuperueniunt indicia,an ex hoc cõ
ualidetur dicta confeſſio? In quo dicas, quòd non. Ita dixit
Bar.in l.maritus.in 1.col.verſi.item ſoluit glo.alio modo,&c.
poſt gloſſam ibi,ſuprà eo.Idem tenet Bal.poſt glo.ibi in l.fin.
C.de accuſat.in 1.col.in verſi.in glo.fallit, &c.vbi ad hoc alle-
gat glo.in dicta l.maritus.& idem etiam tenet Ange.de Are.
in tract.ſuo maleficiorum.in verbo, fama publica. in verſic.
quintò quæro,iudex torſit,&c. & ibi Domi. Augu.Arimi.in
additio.qui allegat hoc tenuiſſe etiam Bal.in l. ea quidẽ.C.de
accuſatio.& allegat etiam hoc tenuiſſe Ludo.Roma.in con-
ſi.ſuo 167.incip.Antonius accuſatus.in 1.col. & voluit Dom.
Alex.in conſi.ſuo 179.incipiente,in cauſa Angelorum.in vlt.
col.in ſecundo vol.Idem etiam tenuit Domi. Franciſ.Bru.in
tractatu ſuo de indicijs & tortura.in 12.charta.in 1.colum. Et
hoc operatur peruerſio ordinis, quia primò indicia debent
præcedere torturam, & nõ ſubſequi ipſam torturam, vt hic,
29 & iudiciarius ordo attendi debet.† Et ideo Cyn. in l. iuriſiu-
randi.C.de teſtib.dicit,quòd ſi teſtes primò deponunt, & po
ſtea iurant,non valet eorum dictum,quia de natura & de or
dine iudiciorum eſt,vt primò teſtes iurent, poſteà deponãt,
& idem tenet Domi.Anton.in c. per inquiſitionem.in verſi.
nota tertiò.de electio. de quo per Docto. in l.iuriſiurandi.C.
de teſtib.& per me latè in repetitio. l.fin. C. de probat. in 32.
charta.Et pro prædicta opinione,quòd confeſſio facta in tor
mentis,indicijs non præcedentibus,quæ non valet,non recõ
ualeſcat ſuperuenientibus poſtea indicijs, ego adduco aliqua.
30 † Et primò Bal.in l.ſi vxor.C.de condi.inſer.vbi dixit,ꝙ licèt fi
liusfamilias poſſit donare cauſa mortis cum cõſenſu patris.l.
tam is.§.filiusfamilias.ſuprà de donat.cauſa mort. tamen ſi fi-
liusfamilias donat ſine conſenſu patris, licèt poſtea pater rati
ficet,tamen non recõualeſcit talis donatio.quod dictum re-
fert & ſequitur Domi.Franciſ.de Crema,in notabi.ſuo 70.in
cipien.Donatio.Et dixit nota.Bal.in c. cùm conſuetudinis.ex
trà de conſuetud.in 2.colum. quòd pater non poteſt autora
ri filio donanti cauſa mortis poſt donationem factam etiã,
ſi donaret fratri in eadem poteſtate conſtituto. pro quo fa-
ciunt etiam dicta per Bal.in c. quoties. extra de pact. & dicta
per Oldrad.in conſi.ſuo 306 incipiente,quamuis pater. in 1.
col.& per Iacob.de Belui.in conſilio ſuo incipiente, Cicolus
Petri, &c. quod eſt inſertum inter conſilia Bal.in ordine 57.
in 5.volum.& per Bald.in conſ.ſuo 84.incipiente,verba libel-
li.in fi.2. col. in primo volum. & in conſi. 166. incipiente,ca-
31 ſus talis eſt,&c. in tertio vol. † Item ad prædicta adduco Bald.
in l.1.C.qui admitti.in antepenult.colum. verſic. extra quæri-
tur &c.vbi dixit,quòd ſtante ſtatuto,quòd mulier non poſſit
contrahere ſine conſenſu propinquorum, aliàs non valeat
contractus,quòd ſi hoc caſu mulier contrahit ſine conſenſu,
licèt poſtea ipſi propinqui conſentiant, tamen non valebit
contractus.quod dictum refert & ſequitur Barba. in repeti-
tio.rubricæ,de fide inſtrum. in 14. char. in vltima col. & in c.
cauſam matrimonij.in 1.col.vltimæ char.de officio deleg.&
in c.cùm in iure in 27.col. eod.titu. pro quo facit l.ſi filius.C.
de petitione hærędit.& idem in ſimili,dixit Dom. Alex.in cõ
ſil. ſuo 170. incipien. viſo proceſſu cauſæ. in vlti. colum. pro
quo allegat l.ſi filius.& l.eius,qui.in prin.ſ. de teſta.& l.ſi mi-
nor.ſuprà de ſeruis exportan.& c.1. de deſpõſa. impuber.lib.
ſexto.& not.per Bal.in c. fina. de ca. mona. & per Dy. in reg.
non

32 non firmatur.de reg.iur.in ſexto. † Et facit vltra prædicta, qđ egregiè dixit Bald. in titu. de pace Conſtantiæ. in verbo,ſententiæ quoque.vbi dixit,quòd laudum latum non pręceden te compromiſſo, nō poteſt ratificari per partes. quod etiam videtur de mente Salyc. in l. ſocietatem. in §. arbitrorum.in 15.quæſtio.ſuprà pro ſocio.& voluit Dom. Anto.in c.Quintauallis.vltra medium.de iureiur.& Petr.de Ancha. in d.c.canonum ſtatuta.in 14.quæſt.prin.in 12.colum. de conſtitu.& idem voluit Ludo.Roma.in l.1.in fine. ſupra de ferijs.vbi refert Bald.in dicto §. ſententiæ quoque. & idem voluit Ioan. de Imo.in conſ.ſuo 106.incipiente, in cauſa, quæ vertitur, & verſa eſt inter Chriſtophorum,&c. Et pro hoc dicto Bal. eſt bonus tex.quem ipſe allegat in d.§.ſententiæ quoq;. in c.examinata.de confirma.vti.vel inuti. vbi dicitur,quòd nō poteſt emologari laudū,ſuper quo non præceſſit compromiſſum. Pro quibus etiam faciunt dicta per Ludo.Roma.in conſilio ſuo 155.incip. præmiſſum laudum. vbi in terminis iſtis conſuluit,& dixit non refragari ſequens ratificatio ſeu emologatio laudi, quando non præceſſit compromiſſum. allegat dictum c.examinata.& Bald.in d.ver.ſnīæ quoque.quod etiam voluit idem Ludo.Roma.in conſilio ſuo 173. in fine. & Bal. in conſilio ſuo incipiente, cum plures. Quod tamen an ſit verum indiſtinctè,non affirmo, nec præſentialiter aliter examino,cum nō ſit materia noſtra, ſed me remitto ad Doctores in dictis locis,& ad Ioan.de Imo. in c.niſi eſſent.in ſecun-
33 da col.de præben.& ad Bal.in c.cum dilecta.de reſcrip. † & ad dicta per Bal.in l.fin.in fi.C.de contrahenda emptio. vbi inter cætera dicit, quod laudum non poteſt ratificari à partibus antequàm feratur, quod dicit voluiſſe Dyn. in conſilio ſuo incipiente, Ptolomæus,&c. quod etiam tenet Bal. in l.cum antea.in prima colum. C. de arbitr. de quo etiam per Ludo. Roma.in conſilio ſuo 241.in fi.primæ colum.& per Petr.de Anchar.in conſilio 254. incipien. videtur prima facie dicendum.in fi.& per Ioan.de Imo. poſt Ang.ibi,in l.ſciēdum. circa finem. ſupra de verb. obligat. & per Ang. in conſ.ſuo 295. incipiente, pro concluſione prædictorum. & Dom.Ang. in c.dilecti.de arbitr.per Abbatem in d.c.examinata. & per Pet. de Anchar.in conſ.ſuo 122.incipiente, vnus ex procuratori-
34 bus,&c. † Facit etiam,nam ſententia lata per iudicem ſecundum conſilium ferendum per conſultorem,eſt nulla,nec reconualeſcit ſuperueniente conſilio conſultoris.Ita dixit Dominus Alexander in conſilio ſuo 184. incipiente, viſo titulo quæſtionis,&c. in vltima colum.in ſecundo volum.vbi plura ad hoc adducit,quæ non refero breuitatis cauſa.Ita vltra prædicta pro hac parte,quòd habilitas ſuperueniens non validet actum à principio nullum, facit tex. in l.obligari.in §.tutor.ſ. de aucto.tuto.& tex.in §.tutor.Inſtitu.eod.titu.in quibus iuribus dicitur, quòd ſi auctoritas tutoris debet interuenire in ipſa celebratione actus, aliàs actus ſit nullus, ꝙ talis actus non recōualidatur,ſi fiat ſine auctoritate tutoris,licèt poſtea
35 talis auctoritas ſuperueniat. † Pro quibus optimè faciunt dicta per Ludo.Roma.in conſilio 509.incipiente,circa præpoſitam conſultationem. circa penult. colum. vbi pro hac parte,quòd habilitas ſuperueniēs non validet actum inualidum à principio propter aliquam inhabilitatem. allegat plura. & primò tex.in l.ſi quis in ſenatorio. & in l.ſi quis tutor. verſic. quid ergo.& in l.eos.ſupra de ritu nupt. & in l.1. in fi. C.ſi rector prouin.& in l.& ſi contra.C.de nupt.& in c.1. §. nec matrimonium.de deſpōſa.impuber. lib.ſexto. in quibus iuribus patet,quòd ſi matrimonium vel ſpōſalia ſunt nulla, qa inter inhabiles contracta propter defectū ętatis,vel propter aliam inhabilitatem legalem, ea inhabilitate ceſſante, vt puta quia ſuperueniat legitima ętas,ipſo iure non recōualeſcit, ſed neceſſe eſt oſtendere per ſigna aliqua, vel per verba,quòd contrahentes ipſi poſt inhabilitatis ceſſationem in eadem voluntate perſeuerent.Ita dicit Ludo.Rom. in d.conſ.ſuo 509. ſed ille textus in d.l.qui ſenatorio. ſi bene conſideretur, probat contrarium. Item allegat etiam Ludo. Roma. in d.conſi.ad hoc propoſitum.l.1.C.de contra.iudic. & l.fi.C.ſi maior fact. vbi videtur, quòd alienatio facta illi, qui præeſt alicui loco pro iure reddendo, non reconualeſcit ſuperueniente ceſſatione inhabilitatis. Ad idem etiam allegat. l.minor. ſ.de ſer. export.in verſic. nullius momenti eſt traditio, quàmquàm ea mente,&c, & c.ſi eo tempore.de reſcri.in ſexto. vbi habetur,ꝙ conceſſio facta per Principem nulliter, eo quia inhabili propter defectum ętatis, non reconualeſcit ex hoc ſolo ꝙ ſuperueniat legitima ętas.Item adducit etiam D.Lud.Rom. in d.conſ.tex.in l.inter ſtipulantem. §.ſacram. & l.continuus. §.idem iuris.Inſti.de inutili.ſtipula.in quibus habetur,ꝙ ſtipulatio rei ſacræ, vel rei ad publicum vſum deſtinatæ, quæ eſt nulla à principio, non reconualeſcit ceſſante inhabilitate, vt puta quia res effecta ſit nō ſacra, vel ad publicum vſum deſti-
nata,& alia iura & rationes adducit ibidem Lud.ad hoc,quæ
36 non refero breuitatis cauſa.† Sed vltra adducta per eum ego adduco no.verbum Bart. in l.eum,qui. aliàs incipit, Paulus.ſ. de ſtatu homin. vbi dicit, quòd ſi eſt contractum matrimonium in gradu prohibito tenet,ſi poſtea ſuperueniat diſpenſatio,tamen filij ante nati non erunt legitimi. Et idem tenet Bal.in c.1.in §.naturales.in vlt.col.ſi de feu. fuerit controuer. inter dom. & agn. & dicit ꝙ Cyn. in d. l.Paulus. refert,ꝙ iſta quæſtio fuit de facto in quodam de Vbaldinis. & idem clarius dixit Bal.in l.& ſi cōtra.C.de nupt. in verſ.nota ergo,&c.
37 Bal.in l.ex libera.C.de ſuis & legiti. † Et facit, quod voluit Io. And.in addi.Specu.in titu.de teſte.§.1. in 2.addit.vbi dicit, ꝙ ſi inimicus recipiatur de facto in teſtem contra inimicum,licèt poſtea ſuperueniat reconciliatio inter eos, nō tamen reconualeſcit teſtimonium. allegat glo. in Authen. de teſte.in §.ſi verò quis dicat.in verbo, non adſit. pro quibus etiam faciunt,quæ dixi in l.iuriſiurādi.in 2.charta. C.de teſtib. & dicta per Pau.de Caſt.in conſ.322.incip.ſuper primo videtur. vbi dicit,ꝙ ſententia nulla non reconualeſcit ex atteſtationibus poſtea receptis. quæ omnia quaſi ad literam retuli in repeti.
38 mea l.fi.C.de prob.in 32.& 33.char. † Et vltra ea, quæ ibi dixi, nouiter adduco no. per glo. in c.dilectus el ij. de præben. & Spec.in tit.de lega.§.fin. circa princ. vbi voluit, quòd ſi iudex delegatus eſt excōmunicatus tempore impetrationis, licèt ſit abſolutus tempore acceptationis, non valet delegatio.
39 † Et faciunt quod volunt Doct.in c.poſt ceſſionem.de ꝓbat. vbi communiter tenent, ꝙ ſi procurator erat excommunicatus tempore conſtitutionis, licèt tempore acceptationis mandati ſit abſolutus,tamen mandatum eſt ipſo iure nullū, per c.ſi eo tempore.de reſcrip. in 6. cum alijs per eos ibi alle-
40 gatis. † Item adduco etiam no.dictum Bal. in rub. C.de condictio.ob turpem cau.in vlt.q.vbi dixit,ꝙ ſi bānitus prohibetur eſſe de prioribus, oportet ꝙ ſit abſolutus à banno tempore quo imbuſſulatur,non autem ſufficeret, ꝙ eſſet abſolutus tempore quo extrahitur de buſſulo.& dicit ꝙ de hoc eſt caſus in d.c.ſi eo tempore.de reſcrip.in 6. & eſt optimus tex. in l.fratres.inf.de pœn. Et illud dictum Bal. refert & ſequitur Dom.Felyn.in c.poſt ceſſionem.in ſecunda col.de proba.& in c.cum dilectus. in 2.col. de accuſa. vbi aliqua adducit pro hac parte. [Vide D.Ioan.Crotum in l.filiusfamilias.in §.diui. in 50.col.ff.de leg.1.& Do.Alex.in l.fratres.inf.de pœn.Dom. Nellum in tract.bānito.in prima parte tertij tempo. in 17.q. & Soci.in conſ.99.incip.ſereniſſimus.in 5.colum. in 3.vol.& vide Flo.in l.in delictis.in §. ſi extraneus. ff. de noxalib.] Et ſic per iſta videtur in quæſtione propoſita, ꝙ ſi reus fuit tortus indicijs non pręcedentibus & confeſſus ſit crimen, quæ confeſſio eſt nulla vt hic, quòd talis confeſſio nō reconualeſcat, etiam ſi poſtea ſuperueniant indicia legitima poſt prędicta.
41 † Sed in contrarium, quòd immo talia indicia legitima ſuperuenientia conualident dictam confeſſionem pręcedentem,facit doctr. Ioan.Mona.in c.1.de rebus eccleſ.non alien. quem refert & ſequitur Pet.de Anch.in conſ.ſuo 121. incip. ex narratis in facto,&c. in fi.vbi dixit,quòd ſolennitas omiſſa à principio non reddit contractum ipſo iure nullum, quia ſuperueniens ex poſt facto firmat ipſum contractum primò
42 factum. † Et facit etiam,ſecundum Dom.Fely.in c.cum dilectus.de accuſat. in ſecunda col. conſilium Federici de Senis 139. vbi dicit, ꝙ quamuis teſtamentum excommunicati ſit nullum ipſo iure, ſecundum aliquos, per c.decernimus.de ſenten.excommu.in ſexto.tamen ſi excommunicatus abſol-
43 uitur,eius teſtamentum recōualeſcit. † Et facit etiam, quod voluit Ang.in diſputatione ſua incipiēte, Aſtenſis miles,&c. vbi dixit, ꝙ teſtamētum factum per manifeſtum vſurarium non præſtita cautione reſtitutionis vſurarum, reconualeſcit ſi poſtea præſtetur,quod dictum refert & ſequitur Do. Fely.
44 in d.c.cum dilectus.in 2.col. in princip. † Et faciunt dicta per Pau.de Caſt.in l.ſi quis filio. §.ſi irritum. per illum text.ſupra de inofficio. teſtamen. vbi dixit, ꝙ ſi iudex dedit licentiam alicui vt faciat molendinum in flumine publico, quòd ſi ille habebat iam factum, poteſt illud retinere virtute illius conceſſionis.Pro quibus etiam facit tex. & ibi Bal. in l.Lucius.in §.Lucius.ſupra de lib. & poſthu.& quod voluit Bal. in l.ſed ſi de ſua.in §.1.ſupra de acquiren.hæredit.& Bald.ſuper ſtatutis. in verbo,capere. in verſic.ſtatutum, quòd quicunque.vbi dicit, quòd ſi ſtatutum dicit, ꝙ quicunque ceperit bannitum, habeat centum, quòd habebit locum in illo, qui iam cepit
45 bannitum. † Et faciunt dicta per Alex. poſt Pau. de Caſt. in l.vt militibus.in princ.C.de teſtamen.milit. vbi dixit, quòd ſi Papa cōceſſit Epiſcopo vel Abbati,vt poſſit facere teſtamentum de redditibus beneficiorum, ꝙ talis licentia extenditur etiam ad teſtamentum antea factū. [Gratia Principis ſuper fiēdis extenditur ad iam facta ante gratiam. vide Decium in

conſilio 275.incipien.viſo tenore.in 3.colum. poſt princ.] &
faciunt dicta per Gemin.in c.vnico.in ſecunda col.in prin.de
exceſſibus prælato.in ſexto. vbi loquitur in ſimili de conceſ-
ſione facta per Papam Fratribus de obſeruātia hic Bononię,
46 vt poſſent ædificare eccleſiam in monte. Et † faciunt etiam
optimè dicta per Cyn.in l.vxori. C.quando dies legati cedat.
& per Bal.& Ang.per illum text.in l.Titius.in §. Lucius.ſupra
de libe.& poſthu.vbi dicunt,quòd ſi Papa mandat alicui pro-
uideri in certo loco de prima vacatura,quòd poterit illi pro-
uideri de illa, quæ vacabat ante dictam prouiſionem Papæ,
ſaltem ſi Papa ignorabat illam vacare.ad quod faciunt nota.
47 in clement.prima, de conceſſio. præben. † Et faciunt dicta
per Bal.in l.fin.in vlt.colum. C.de ſenten. ſine certa quantita-
vbi dixit, quòd ſi teſtator legat centum pro Berta maritan-
da,& ipſa iam erat maritata tempore teſtamēti,quòd tamen
debebunt ſibi illa centum,per l.ſi iam facta. ſup.de conditio.
& demonſt. & per l.antepenult. C. de inſtitutio. & ſubſtitu-
tio.ſub conditio. fact. quod dictum refert & ſequitur Alex.
in conſilio ſuo 146.incipien.in cauſa & lite. in 2.colum.in 5.
volum.vbi etiam refert Cyn.in d.l.vxori. [Vide Flor. in l.in
fideicommiſſi. in §.cum Polidius. ff.de vſur.ad fi. & Alexan.
latè loquentem in conſ. 95. incipien. repeti.in vlt. colum.in
ſeptimo volum.] Et ſubdit etiam ibidem, quod pro iſtis fa-
cit tex.in l.Iulianus.& quod ibi no.ſupra qui ſatiſd. cogan.vbi
habetur,quod ſi Titius ſine mādato meo egit contra te no-
mine meo, & à te pro me accepiſſet fideiuſſores iudicatum
ſolui,poſtea pendente dicto iudicio mandaui ſibi vt ageret
contra te,videor ratificare,quod antea fecit. Et ideo fideiuſ-
ſores, qui promiſerunt iudicatum ſolui,obligabuntur mihi.
48 † Et dicit quòd Domini de Rota deciſ. 443. incip. item fuit
dubitatum vtrum procuratores ad cauſam,&c. volūt, quòd
procurator habens mandatum ad ſubſtituendum, ſi ſubſti-
tuat vnum qui antea ſine mandato egerat,videtur iam ratifi
care geſta per ipſum, & allegat etiam ipſe Dominus Alex.in
dicto cōſ.alia ad hoc propoſitum, quæ breuitatis cauſa non
49 refero. Pro quibus etiam facit, quod voluit Pau. de Caſt. in
l.cum quidam.ſuprà de leg.ſecundo, vbi dixit, quòd ſi pater
facit legatū filiæ, quæ remanebit vidua, compræhēdit etiam
filiam,quæ ante teſtamentum erat vidua.& faciunt etiam di
cta per Pau. de Caſt. in l.Lucius Titius. ſuprà de leg.2. quem
omnino vide per Barba.in c.conſtitutus.in penult. & vlt.col.
50 de reſcrip. Et faciunt dicta per Bal.in l.ſi ita ſcriptum. §. fin.ſ.
de leg.ſecundo.vbi dicit, quòd ſi ſtatutum dat præmium ca-
pienti bannitum & præſentanti eum Poteſtati,comprehen-
dit etiam eum,qui cepit ante ſtatutum, & præſentauit poſt.
51 † Et faciunt dicta no.per Bal. in l.omnes populi. in 8 colum.
ſupra de iuſti. & iure.vbi dixit, ꝙ ſtatutum prohibens fœmi-
nis certa genera veſtium,intelligitur etiam de veſtibus antea
factis,quia nec eas poterunt portare. de quibus per D.Felyn.
in c.quoniam.in 12.colum.de conſtitu.& in c.conſtitutus.in
penult.col.verſicu. ſi ſcribitur. de reſcrip.& per me in repeti.
mea rubri.de fideiuſſo. in 35.colum. cum ſequen. Ex quibus
omnibus videtur dicendum, quòd habilitas ſuperueniens va
lidat actum inualidum ratione deficientis ſolennitatis. Et ſic
videtur in præmiſſa quæſtione, quòd ſi reus fuerit confeſſus
in tortura,legitimis indicijs non præcedentibus, attamen ſi
poſtea ſuperueniant legitima indicia,quòd talis confeſſio re
52 conualeſcat. Quid dicendum? † Ego dico, quòd dicta indi-
cia poſt dictam confeſſionem ſuperuenientia non habent
conualidare ipſam confeſſionem primo inualidam & nul-
lam,vt voluit Bar.in d.l.maritus.ſuprà eo.& alij,quos ſupra in
princ.huius quæſtionis allegaui pro hac parte.& iſta eſt com
munis opinio in quæſtione iſta. Et doctrinæ contrariæ ſupra
allegatæ non habent obſtare, quia materia iſta, an habilitas
ſuperueniens poſt actum inualidum validet ipſum,eſt mate
ria brocardica,ſecundum Dom. Felyn. in d. c.cum dilectus.
extra de accuſa.& in ea, propter diuerſa iura & diuerſas do-
ctrinas,non poteſt dari vera regula,attamen in propria que-
ſtione noſtra Docto.ſuperius allegati tenent,quòd talia indi
cia ſuperuenientia nō valident confeſſionem, vt ſupra inua-
lidam.& ita teneo. Et circa prædictam materiam & contra-
rietatem iuriū & doctrinarum videlicet,an habilitas ſuperue
niens validet actum a principio inualidum, vide Dom.Fely.
in d.c.cum dilectus.in prima,& ſecunda colum.de accuſ. qui
nititur concordare hanc contrarietatem diſtinguendo. Sed
ſuæ diſtinctiones & concordiæ in materia iſta mihi non ſa-
53 tisfaciunt,attamen videatis eum ibi. †Vlterius teneas ſemper
menti vnum ad materiam huius tex. & glo. videlicet, ꝙ licèt
indicia ſuperuenientia non habeant validare confeſſionem
inualidam, vt ſupra:attamen ſi reus confeſſus ſit delictum in
tormentis, indicijs non præcedentibus, licèt talis confeſſio
non valeat,tamen validatur ſi reperiatur ex poſt, quòd ipſe
aliàs ante torturam extra iudicium confeſſus fuerit illud deli
ctum commiſiſſe Ita colligitur ex gl.no. in l.capite quinto.ſ.
de adul.quam ad hoc pro not.allegat D.Alex.in additio. ſuis
ad Bar.in l.cum ſcimus.in vlt.additio.poſt princip. C.de agri.
& cenſi. lib.11. ꝙ eſt no. [Et iſta fuit doctrina Iaco. Butr.in
addi.ad tract.Gandi. in malefic. ſub rubr. de præſump. &
indi.indubita.in 2.col.in fi.in verſ.incip.nota tamen.]
54 † Quæro vlterius de quæſtione, quam aliàs vidi de facto
videlicet, pone quòd reus in tormentis adhibitis, legitimis
indicijs non precedentibus,confeſſus eſt delictum,poſtea ad
banchum iuris antequàm ſit poſitus in priſtina libertate ra-
tificat talem ſuam confeſſionem, quæ tamen non validatur
per dictam ratificationem,vt dixi ſupra, ſed vltra ratificatio-
nem & approbationem dictæ confeſſionis illam confirmat
cum iuramento,an hoc caſu talis confeſſio valeat,& an vigo
re talis iuramenti dicta cōfeſſio inualida reconualeſcat? Iſta
quæſtio ꝑfectò notab.eſt,& pro vtraq; parte poſſunt adduci
plura iura.Et primò pro parte,quòd talis ratificatio cum iura
mento validet dictam confeſſionem facit, nam iuramētum
validat actum inualidum, authen.ſacramenta puberum. vbi
per omnes ſcribentes. C. ſi aduer. vend. & habetur in c.cum
contingat.de iureiur.& in c.licèt mulieres.eod.tit.in 6.& per
Bart.in l.ſi quis pro eo. ſupra de fideiuſſ. & in l.ſi quis maior.
55 C.de tranſact.cum multis ſimi. † Et in ſpecie, ꝙ iuramētum
validet confeſſionem inualidam,patet in pluribus exemplis.
primò enim patet in confeſſione extraiudiciali,quæ regula-
riter non præiudicat confitenti quò ad plenam probationē,
vt habetur in l.capite quinto.ſ.de adulte. tamen ſi in tali con
feſſione interueniat iuramentum, præiudicat confitēti.Bart.
in l.cum quis decedēs.§.codicillis.ſupra de leg.3.& in l.Aure-
lius.§.fi.ſ.de libera.lega.& in l.Lucius. §.ſi quis.ſ.de leg. ſecun-
do,de quo per Doct. in l.1. C.de fal.cauſa adie.leg. & per Bal.
& Ang.in l.generaliter.in vlt.col.C.de nō nume. pecu. & per
Bal.in l.rationes.infra in hoc titu.& per Dom.Alexan.in apo-
ſtillis,in l.cum ſcimus.C.de agri.& cenſi.lib.11.in vlti.addi.vbi
refert Bart.in d.l.cum quis decedēs.§.codicillis.de quo etiam
per Bal.poſt Dominum Anto. in c.fi. de ſucceſſ.ab inteſtato.
56 † Patet etiā in confeſſione facta abſente parte, quæ licèt non
faciat plenam probationem,vt in l.certum. in §. abſente.ſ.de
confeſ.cum ſim.tamen ſi in tali confeſſione interueniat iura
mentum, plenè probat contra cōfitentem, ſecundum Ang.
in l.generaliter.in pe.ſeu vlt.colum. C.de non nume.pecu.&
voluit Pau.de Caſt. in conſ.ſuo 241. incip.primò videndum.
57 circa princip. de quo dixi in rubr. C. de probat. † Item patet
etiam. Nam confeſſio ſine cauſa non probat, & nihil opera-
tur.l.cum de indebito.§.fin.ſ.de probat.glo.in l.prima.in fi.ſ.
de interroga.actio. tamen hoc fallit in confeſſione ſine cau-
ſa iuramento firmata, quia dato quòd ſit ſine cauſa, probat.
Ita dixit ſingu.Ludo.Roma.in conſ.ſuo 373.in caſu propoſi-
to,&c. circa medium.verſicu.cæterum aduertendum. Idem
etiam firmat Dom.Ioan.Baptiſta de Cacialupis in repet.l.ad-
monendi.in ſeptima char.in princ.3.colum.ſuprà de iureiur.
ad quod allegat Bal.in duobus locis, quæ vide.de quo etiam
dixi in l.prima.in §.præterea.vltra medium. ſupra in hoc titu-
58 lo.& in rubr. C. de probat. in materia confeſſionis. † Faciat
etiam pro iſtis,nam confitens habuiſſe & recepiſſe,poteſt ta-
men opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ,vt ha
betur in tit.C.de non nume.pecu. Attamen hoc fallit in con
feſſione teſtatoris facta in teſtamento cum iuramento,nam
tunc contra eam non poterit opponi dicta exceptio. Ita di-
cunt Petr.& Cyn.in l.in contractibus.C.de non nume. pecu.
& Bald.in l.fin.in ſecunda colum. verſic. modo reuertor,&c.
C.de non nume.pecu.Et dixit etiam Bal. in auth. quod obti-
net. C. de probatio. quòd confeſſio teſtatoris iurata, etiam
ſi ſit negatiua, nocet hæredi. Facit etiam, nam iuramentum
validat actum, vt valeat melius quàm valere poteſt, vulgata
59 l.cum pater.§.filius matrem.ſuprà de lega.ſecundo. † Et facit
etiam, nam ſtatutum diſponens ſuper prohibitione certi
actus,nunquam habet locum, ſi in tali actu iuramentum in-
teruenit,vt patet in c.cum contingat.de iureiur.& hoc tenēt
communiter Canoniſtæ reprehendentes opinionem Bart.
in l.ſi quis pro eo. ſupra de fideiuſſo. nam contra eum tenet
Ioan.de Imo.Dom.Ant.Abb.& alij in d.c.cum contingat.&
Salyc.in d.auth.ſacramenta puberum.& Fulgoſius & Cuma.
in dicta l.ſi quis pro eo. & ibi etiam Pau. de Caſt. qui refert
pluries conſuluiſſe contra opinionē Bart.de quo per Domi.
Alexand.in conſilio ſuo 449. incipien. cum ſtatutum,&c. in
prima colum.& per Ioannem de Imo.in cōſilio ſuo 67. inci-
piente, in caſu, &c. & per Alexand. in conſilio ſuo 27. incip.
viſo libello, &c. in primo vol. Et faciunt etiam optimè, quæ
ego latè dixi in repetitione mea l. fina. C. de probatio. in
33. charta, cum ſequenti. vbi poſui plures caſus, in quibus

actus

61 actus ſeu contractus nullus validatur iuramento. † Sed pro parte contraria videlicet, quòd immo tale iuramentum non validet dictam cõfeſſionem inualidam. facit: nam iuramentum regulatur ſecundùm naturam rei, cui adijcitur. l.fi.C.de non nume. pecu. cum multis ſimi. ſed ſi confeſſio eſt nulla, quia eſt facta in tortura, indicijs non præcedentibus, ergo meritò iuramentum appoſitum ſuper ea debet eſſe nullum, & corruente ipſa confeſſione, quæ eſt principalis, debet corruere ipſum iuramentum tanquam acceſſorium, vt ar. regulæ, acceſſorium. de regu.iur. in 6. & in l.fin.ſuprà de conſtitu.
61 pecu. † Et ideò dixit multum ſingu. Innocen. in c.ſecundo, de voto. quòd licèt Papa nõ tollat ius quæſitum alteri à iure naturali ſine cauſa, tamen vbi tale ius venit tanquam acceſſorium ad ius eccleſiaſticum, in quo Papa habet pleniorem poteſtatem, poteſt ſublato principali, etiam ſolo verbo tollere acceſſorium, quod aliàs de per ſe non tolleret. quod dictum ſequitur ibi Dom. Anto. & Domi. Felyn. in c.quæ in eccleſia-
62 rum. in 16. colum. poſt mediũ. de conſtitu. † Et facit optimè tex. no. in l. ædiles aiunt. in princ. ſuprà de ædili. edicto. vbi habetur, quòd propter acceſſorium vitioſum poteſt principale & totum redhiberi. quem text. pro mirabili ad hoc allegauit Ang. de Aret. in §. in duplum. in tertia colum. in fi. Inſtitu.
63 de actio. † Et dixit multum egregiè Bald. in rubri. C. de fruct. & lit. expen. quòd ſi iudex in ſententia ſimpliciter dicit, condemno te vt reſtituas rem, intelligitur etiam cõdemnare in fructibus qui de iure veniunt, quod dictum pro valde no. refert & ſequitur Iaſon in §. omnium. in fi. Inſtitu. de actio. Et faciunt etiam, quæ dixi in ſingu. meo, incip. acceſſorium, & dicta per Ludo. Roma. in conſilio 269. incipien. non eſt dubium, &c. & in conſilio ſuo 449. incipiente, inquiritur cõtra
64 Iacobum. † Et vltra prædicta facit etiam. Nam conſtitutio precarij appoſita in inſtrumento, eſt nulla, & nihil operatur tanquàm acceſſoria annullato ipſo inſtrumento principali. [Idem dixit Alex. in conſilio 51. incip. perſpectis. in 3. colum. in 6. volum.] Ita dixit Bal. in l. ex teſtamento. C. de fideicommiſ. & Bal. per verbum, fortè. in c. primo. in §. ſi quis. in vlt. col. de feu. dato in vic. leg. cõmiſſo. & eſt de mente Bar. in l. quod meo. in princip. ſ. de acquir. poſſeſſ. & voluit Bald. in ſimili, in l. abſentis. C. ſi certum peta. in 5. colum. vbi dicit, quòd ſi non tenet contractus principalis, nec etiam valet præceptum guarentigiæ, vel confeſſio in eo poſita. quod dicit probari per text. in l. fi. ſuprà de conſtitu. pe. quod etiam voluit idem Bal. in l. etiam. in prima colum. C. de execu. rei iudi. & in l. in contractibus. in fi. princip. C. de non nume. pecu. & Ludo. Rom. in repetitio. l. ſi verò. in §. de viro. in 33. fallen. ſupra ſoluto matrimo. & idem dixit Ludoui. Roma. in conſilio ſuo 42. incip. viſis, quæ egregiè, &c. poſt princ. vbi pro hoc allegat glo. no. in l. ſi patronus. in verbo, Fauiana. ſuprà ſi quid in frau. patro. & in conſ. ſuo 115. inci. viſo compromiſſo, &c. ante fi. vbi ẽt allegat dictam gl. Idem etiam clarius & melius firmat idem Lud. Rom. in conſ. ſuo 246. incip. clariſſime aſſeſſor, &c. poſt princ. pro quibus faciunt no. verba eiuſdem Ludo. Rom. in cõſ. ſuo 449. incipiẽte, inquiritur cõtra Iaco. &c. & dicta per Petr. de Anchar. in conſilio ſuo 74. incip. viſo diligenter, &c. circa fi. & per Bal. in authen. ſiue à me. in fi. C. ad Velleia. Item hanc partẽ, quòd annullato inſtrumento ſeu contractu principali, ſit nullum precarium in eo appoſitum, & etiam confeſſio, firmauit Bald. in l. non dubium. in 9. colum. verſic. ſimiliter dico. C. de legi. & expreſsè Do. Alex. in conſilio ſuo 305. ſecundum ordinem meum, incip. lecto & diſcuſſo, &c. in 7. col. & in conſilio ſuo 82. incip. perſpectis his, &c. in 5. col.
65 in ſecundo volum. † Et faciunt etiam dicta per Bal. in addit. Specu. in titu. de confeſſ. in additio. incip. quandoq; proceſſus. vbi dicit, quòd quando proceſſus non tenet ratione incompetentiæ iudicis, non valet etiam confeſſio in eo facta. & faciunt etiam dicta per Domi. Anto. in c. cum inter nos. in ſecunda colum. de re iudi. & per Do. Bartholomeum Cępo. in conſilio ſuo 4. incip. viſa querela, &c. poſt prin. [Vide omnino Pau. de Caſt. in l. ſi ſtipulatus. in §. Chryſogonus. in 2. col.
66 verſicu. quartò nota. ſuprà de verb. obligat.] † Et faciunt dicta per Bal. in l. prima. in 4. colum. verſicu. quæro, vtrum iuramentum. C. de inoffic. donatio. vbi inter alia dicit, quòd vbi reſcinditur conuentio principalis, reſcinditur pœnalis & quælibet acceſſoria. de quo dixi in ſing. meo 17. incip. acceſſorium. & faciunt dicta per Barba. in conſilio ſuo 22. incip. viſo puncto. in 5. colum. in quarto volum. & quæ ego dixi in conſi. meo 25. incip. confundantur, &c. in penult. char. & in alio cõſilio meo 21. incip. impone Domine, &c. ante fi. & quæ latius dixi in l. fi. C. quæ res pigno. obliga. poſ. circa medium. [Vide ad materiam iſtam Soci. no. loquentem in cõſilio ſuo 65. incip. circa princip. &c. in antepenult. colum. & in conſilio 93. incipien. circa primum, &c. in 10. colum. poſt princ. Item adde hic Bal. in additio. Specu. in titu. de inquiſitio. in princip. vbi dicit, quòd ſi non valet denũciatio maleficij, non valet etiam inquiſitio propter eam emanata, quia corruente principali, &c. Item in materia iſta vide etiam Abba. in conſilio 38. incipiente, in quæſtione quæ ad præſens. in prima colum. & vide infra in l. ſequen. in princip. 4. colum. & Socin. in conſilio 78. incip. licèt. in 2. colum. in tertio volum. & in conſ. 79.
67 incip. ſi eſſemus. in 7. col. in fi. in 4. volum.] † Modò in propoſito dicendum eſt, quòd cum dicta principalis confeſſio ſit nulla & inualida, quòd nõ validabitur etiam propter dictum iuramẽtum acceſſorium ad eam, per prædicta. Ad quorum confirmationem etiam facit, quod dixi ſupra in hac l. videlicet, quòd ſicut non valet talis confeſſio facta in tortura, indicijs non præcedentibus, ita non valet ratificatio ipſius confeſſionis, quia eodem modo quo facta fuit confeſſio ipſa, ſcilicet per torturam & metu tormẽtorum, ita eodem modo præſumitur facta ipſa ratificatio & perſeuerantia, ita etiam eodem modo pręſumitur interpoſitum iuramentũ, & ideo
68 non valet. † Pro qua opinione facit optimè. Nam confeſſio coacta vel facta per metum etiam ſi ſit iurata, non valet, ſecundum Bal. in l. nec ſi volens. C. de libe. cauſa. vbi ſingu. dixit per illam l. quòd ſi Rex Francorum facit, aliquam ciuitatem confiteri ſuam eſſe & ſibi fidelitatem iurare, cum ſua nõ ſit, quòd talis confeſſio & iuramentum non valet. & idem dicit eſſe in Papa & in Imperatore, quia iſto caſu rediguntur ad iſtar tyranni. vnde dicit, ſi ciuitas Peruſina non eſſet eccleſiæ Romanæ, omnia inſtrumenta in contrariũ facta eſſent caſſa & irrita totaliter. qđ dicit ibi Bal. pro Deo nota & tene menti perpetuò. ad quæ etiam faciunt dicta per eundem in l. 2. in vltima colum. verſic. vlterius quæro, quid ſi per metum iura-
69 ui. C. quod metus cauſa. † Nec iſtis obſtat, ſi diceretur, aduertas, quoniam iuramentum metu extortum obligat iurãtem, vt habetur in c. ſi verò. de iureiuran. vbi glo. & Doct. ergo licèt præſumeretur, quòd iſte reus iuraſſet per metum, tamen valet tale iuramentum, & eum obligat. Quia reſpondeo, ꝙ iuramentum metu extortum obligat, quando actus, ſuper quo interponitur iuramentum per metum, non eſt nullus. Secus autem eſt, quando actus, ſuper quo interponitur iuramentum per metum, eſt nullus de ſe, & de natura ſui, quia tunc tale iuramentum metu extortum non valet. Ita ſingulariter dixit Dom. Philippus Franchus in c. quamuis. de pact. in 6. quod eſt notabile verbum. Ita in propoſito, cum in caſu noſtro confeſſio facta ſine indicijs ſit nulla & inualida, vt hic in tex. & gl. meritò iuramentum ſuperueniens, quòd eodem modo præſumitur meticuloſum, erit nullum & inualidum.
70 † Et pro illo dicto Domini Philippi ego adduco glo. ſingularem in auth. ſi qua mulier. in princ. C. ad Velleia. quæ dixit, quòd iuramentum nõ confirmat contractum ipſo iure nullum. & illam glo. dixit ſingulariſſimam ad hoc Ludo. Roma. in ſua repetitio. l. 1. ſupra de vſucap. in 3. char. in verſi. & adde duas no. cautelas, &c. [Vide Socin. in conſilio 77. incipien. in præſenti conſultatione. in ſexta colum. verſ. ſeptimo, &c. & Bauerium, in 30. priuilegio iuramenti.] & hoc etiam firmat Ang. in conſilio ſuo 160. incipien. pro deciſione quæſitorum. in ſecunda colum. pro qua glo. & Doct. faciunt optimè dicta per Ludo. Roma. in conſilio ſuo 12. incipien. viſo facto, &c. in ſecunda colum. & dicta per Ange. in cõſilio ſuo 178. incipien. viſis actis prædictis duo examinanda ſunt, &c. circa finem. Et illam glo. in dicta authen. ſi qua mulier. refert Pau. de Caſt. in conſilio ſuo 219. incipien. in cauſa, quæ vertitur, &c. licèt dicat eam ſolum procedere de iure ciuili, non autem de iure canonico. Et pro ea facit optimè glo. no. in l. emptione. C. plus valere, quod agitur. quæ dixit, ꝙ contractus ſimulatus, qui eſt nullus, non validatur iuramẽto. quam glo. ad hoc dixit ordinariam Lud. Rom. in conſ. ſuo 293. incip. præſuppoſito, &c. pro qua facit l. nõ dubiũ. in fi. C. de legi. Et faciunt dicta per eundem Lud. Roma. in conſ. 517. incip. in caſu. in pen. col. vbi dicit, ꝙ iuramentũ non validat ꝯtum infantis vel furioſi, qui de ſe eſt nullus, per l. obligationũ ſubſtantia. ſuprà de actio. & obligat. & faciunt dicta per D. Fran. de Aret. in conſ. ſuo 2. incip. intellecta. in 4. col. vbi videas. & Oldra. in conſ. ſuo 95. incip. ex forma, &c. in fi. & Bal. in conſ. ſuo 180. incip. caſus talis eſt, &c. circa fi. in 3. vol. & in eo. vol. in conſ. 166. incip. caſus talis eſt, &c. & Oldrad. in conſilio ſuo 164. incip. viſo priuilegio, &c. & per D. Alex. in l. ſi quis. §. cogentur. circa princ. ſ. de eden. & ꝑ Barb. in conſ. ſuo 22. incip. viſo puncto, &c. in 5. col. in 4. vol. & in conſ. ſuo 28. incip. viſo puncto, & his, &c. in fi. 3. col. in 3. vol. & in eo. vol. & in conſilio 33. incip. ad dubiũ, &c. in 2. col. poſt med. Et faciunt etiam dicta per D. Fely. in c. cum venerabilis. in 9. col. poſt med. de excep. & notabilia verba ſua in c. inter dilectos. circa med. de fide inſtru. quem omnino vide. & quæ dixit etiam Ange. de

Aret.Inſtitu.de obligat. in princip. in vlt.colum.verſicu.quid
plus eſt,&c. Et faciunt optimè dicta per me in conſilio meo
21,incip.impone Domine,&c.in penult.& vlt.char.& in alio
conſilio meo 25.incipien.confundantur omnes,&c.in pen.
char.poſt princip. & quæ dixi in l.2. C. de reſcin. vendi.in illa
quæſtione videlicet, an iuramentum poſitum in contractu
71 tollat remedium.d.l.ſecundę. † Ex iſtis omnibus remaneo in
hac concluſione, quòd talis confeſſio nulla & inualida facta
in tormentis, legitimis indicijs non præcedentibus, non validabitur,
etiam ſi in ea ſit appoſitum iuramẽtum per ipſum
reum tortum & confeſſum. pro qua cõcluſione facit, quod
voluit Bal.in l.vnica,in 15.colum.C.de confeſſ.vbi dixit,quòd
confeſſio minoris in criminalibus illegitimè facta etiã cum
iuramento non valet, quod eſt no. Tene menti prædicta,qa
non memini me vidiſſe ſupradictam quæſtionem ab aliquo
72 examinatam,nec etiam tactam. † Subſequenter modo quęro,
vtrum iudex in criminalibus debeat recipere aliquam reſponſionẽ
rei accuſati vel inquiſiti, niſi primò iuret ipſe reus
de reſpondendo veritatem? In quo Bart. in l.Marcellus.§.1.
ſuprà rerum amo.dicit, quòd in criminalibus reus nõ debet
reſpondere poſitionibus per verbum,credit;ſed quòd debet
per eius ſacramentum reſpondere per verbum veritatis. &
idem dixit Bartol. in l. inter omnes. in §. rectè. in fi.ſupra de
fur.quos refert & ſequitur Ang.de Aret.in tract. ſuo maleſiciorum.in
verbo, comparent dicti inquiſiti, & negauerunt
totum in primis verbis.& ibi Dominus Auguſt. de Arimi.in
additio. vbi dicit, quòd hoc etiam voluit Bald. in l.vnica, in
21.colum.C.de confeſ. de quo ibi latius per eum. Tu dicas,
quòd hoc idem voluit Bartol. in l.de ętate. §. nihil. ſuprà de
interroga.actio.& ſic iſta videtur communis cõcluſio, quòd
in maleficijs & ſic in criminalibus iudex non debet recipere
reſponſionem rei, niſi primò ipſe reus iuret dicere verita-
73 tem,&c. † Sed iſta opinio, & concluſio nunquàm mihi placuit,
nam videtur continere iniquitatem, & hoc per tex.no.
in c.clericos. extra de coha. cle. & mulie. vbi habetur,ꝙ non
eſt deferendum iuramentum ei, contra quem eſt præſumptio,
quòd abiuret. per quem tex. dixit Specu. in tit.de iuramento
calum.§. nunc dicamus.in princip.quòd in iuramento
calumniæ debet omitti de non petendis dilatorijs fruſtratorijs,
quoniam raro eſſet, quòd litigantes nõ eſſent periuri.
quod dictum ſequitur Abb.in c.primo, in quarta colum. de
iuram.calum.& Domi.Felyn.in c.primo, circa prin. de offic.
ord.vbi ſubdit etiam, quòd dixit Abb.in c.cæterum.in ſecunda
colum.eod.titu.non valere conſuetudinem, quòd exigatur
iuramentum calumniæ in calculo ſententiæ. nam ſi quis
reſpõdit falſum, vel petijt falſas dilationes, iurabit in fine contrarium,
ne puniatur.pro quibus facit tex. in l.ambiguitates.
C.de indicta viduit. & per illum tex. dicit ibi Bald.quòd non
debet dari materia deierandi, nec debet deferri iuramẽtum
☞ ei, quem eſt veriſimile deierare. [Pro qua opinione faciunt
optimè dicta per Bal.in l.1.in ſecunda colum.in verſic.oppono,
nam contumax, &c. C. quomodo & quando iudex. vbi
dicit, quòd in criminalibus non debet reus reſpondere criminoſis
poſitionibus, & ſicut inobediens in reſpondendo,
non debet haberi pro confeſſo, quia non poteſt de hoc imputari.
de quo ibi latius per eũ.] Sed cui dubium, quòd reus
in criminalibus, vt euadat vitam, iurabit falſum,non dico ſemel,
ſed milies & vltra, niſi eſſet aliquis ita bonæ conſcientiæ,
qui potius vellet mori quàm falſum iuramentum facere,
qui tamen homines his temporibus non inueniuntur,
immo nec ſemen eorum,& ideo cum tales rei criminis prę-
ſumantur deierare, non eſt ſibi deferendum tale iuramentum.
Et ideo dixit tex.no.in c.ille, qui hominem. 22. q. 5.&
in c.qui exigit,ibi ſequens,quòd ille qui hominem prouocat
ad iurandum, & ſcit eum falſum iuraturum eſſe,quòd vincit
homicidam, quia homicida corpus occiſurus eſt,ille animã,
immo duas animas, ſcilicet animam eius. quem iurare prouocauit,
& ſuam. pro quibus faciunt dicta per Dominum
Felyn.in c.apoſtolicæ.in ſecunda colum.verſicu.& pro prædictis,
&c. de except. Et facit etiam, nam non eſt iniungẽdum
alicui per iuramentum illud, quòd veriſimile ſit ꝙ non debeat
obſeruare, argum.c.ita ergo, & c.non eſt, 22.quæſt.1.&
c.ex tenore.de ſenten. excommu. & quod voluit gl. in dicto
c.clericos. Et facit, quod dixit Abb.in d.c.clericos.vbi inquit,
quòd eſſet prouidendum, vt ipſe pluries dixit, quòd ſcholares
non iurarent obedire rectori, quia de facili tranſgrediuntur
iuramentum, & incurrunt periurium, ſed potius eſſet
prouidendum de pœna contra inobedientes, ſicut facit Papa
in d.c.clericos. Et ideo ex iſtis mihi videtur, quòd Doctores
ſuperius allegati nõ rectè loquantur. Et hac de cauſa ego
milies, dum fui in officijs, accepi reſponſionem reorum in
criminalibus, & dum negarent,ego finxi velle eis deferre iuramentum
capiendo ſcripturam in manu dicendo: Iura ad
ſancta Dei Euangelia, te eſſe innocentẽ, & nihil ſcire de iſto
delicto, vt reſpondiſti iam, qui volentes iurare & extendentes
manum vt iurarent,ego retraxi ſcripturam, & nolui vt iurarent,
motus ex verbis d.c.ille,qui hominem,&c. & ſic mihi
videtur fiendum per iudices, ne detur cauſa & materia inue-
74 niendi periurium. † An autem caſu, quo eſſet facta confeſſio
cum iuramento, poſſet poſtea reuocari? Vide per Dom.
Felyn. in c.cum dilecti. in ſecunda char. in tertia colum. de
accuſa. & dixi latius in l.prima. §.ſi quis vltro.in penult. char.
75 ſuprà in hoc tit.vbi videas. † Vltimò pro complemẽto huius
legis non omitto vnum videlicet,quòd ſicut indicijs nõ præcedentibus
non poteſt reus torqueri, aliàs confeſſio eſt nulla,
ut hic, ita econtrario præcedentibus indicijs & ſeruatis ſeruandis
confeſſio valet.Attamen teneas ſemper menti vnum
caſum,in quo quis non poteſt torqueri,etiam indicijs pręce-
76 dentibus, qui caſus eſt in clerico. † Nam clericus non poteſt
torqueri, etiam ſi contra eum ſint indicia, niſi alias ſit diffamatus,
vel infamis. Ita ſingu. dixit Abb.antiquus in c.grauis.
extra de depoſito.& eum ibi ſequitur Pau.de Leaza. & eum
refert etiam & ſequitur Ioan.de Ana.in c.primo,circa 5.col.
de cler. percuſ. & Dominus Abbas in c. cum in contemplatione.
de reg.iur. & Barba. in c.ſi conſtiterit. de accuſ. in tertia
colum.& Dom.Alexan. in l.fi. infra in hoc titu.in apoſtillis.
verſ. veniamus ad indicia. & in l.milites. eod. titu. & illud
dictum Abb.antiqui refert & ſequitur etiam Dom. Felyn.in
c.veniens.in ſecunda colum de teſtib.& ibi dicit hoc dictum
eſſe ſingulare.& idem dicit Domi. Fely. in c.vniuerſitatis. de
ſententia excommunicationis. & in c.de hoc. in prima col.
verſic. ſecundò limita. de ſimo. & in c.cum oporteat.in pen.
colum. de accuſa. de quo latius dixi in ſingu. meo 55. incip.
aduertas ad vnum, &c. Teneas etiam menti,quòd licèt quis
non poſſit poni ad torturam non præcedentibus indicijs,vt
hic,& in l.prima.in princip.ſupra in hoc titu.& in l.milites.C.
eod.& in l.ſicut.in fi.C.de fal.& habetur latè per Ang.de Are.
in tractatu maleficiorũ. in verbo, fama publica. & per Alex.
in conſilio ſuo 65.incipien.habita ſuper contentis,&c. in primo
volum. Attamen vnus eſt caſus, in quo poteſt iudex deuenire
ad torturam ſine indicijs,videlicet,quando accuſatus
vel inquiſitus, quia non comparuit, fuit bannitus & in banno
poſitus propter contumaciam, nam ſi poſtea comparet
& vult purgare contumaciam (ſic fortè permittente ſtatuto)
poterit tunc poni ad torturam abſque alijs indicijs propter
eius præcedentem cõtumaciam, ſecundum Nicolaum
de Mata.& Bald.in l.prima.in octaua colum. C.de hæredi.inſtituen.
quod nota in practica. & iſtud dictum pro valde no.
refert & ſequitur Dom.Franc Bru.in ſuo tract. de indicijs &
tortura.in 35.colum.in princ.verſic.addo alium, &c. de quo
dixi in ſingu.meo 117.incip.ad torturam. Et vide alios etiam
caſus, in quibus peruenitur ad torturam nõ præcedentibus
indicijs, quos ponit glo. in c.quæſtionem. 12. q.2. & Bald.in
l.quicunq;.C.de ſer.fugi.& dixi ſupra in l.1.in princ. in primis
verbis in hoc tit.Et per iſta redditur expedita lex iſta no.Ideo
ſequitur modo l.fin.quæ incipit, qui ſine.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Idem operatur fama, quod certitudo rei.*
2 *Mendacium eſt ſufficiens indicium ad torturam.*
3 *Plura indicia ad torturam, an requirantur, vel ſufficiat vnum quod ſtat in iudicis arbitrio.nu.4.*
5 *Teſtis faciens ſemiplenam probationem,facit indicium ad torturam.*
6 *Indicium debet probari per duos teſtes.*
7 *Reo debet fieri copia indiciorum.*
8 *Indicia habita ſuper inquiſitione generali, non præiudicant reo, contra quem ſit inquiſitio ſpecialis, niſi repetantur.*
9 *Non poterit accuſatus torqueri,nec moleſtari indicijs non præcedentibus, niſi accuſator ſit legitimus.*
Paria ſunt non facere, vel minus legitimè facere.
10 *De contractu nullo non ſoluitur gabella.*
Minus legitimè facta non ſunt in conſideratione.
11 *Propter ſententiam nullam iudex non facit litem ſuam.*
12 *Emphyteuta vendens rem emphyteuticam irrequiſito domino, non cadit à iure ſuo, ſi contractus non tenet.*
13 *Vbi citatio non eſt ritè facta, ſententia eſt ipſo iure nulla.*
14 *Quando citatio non tenuit, citatus non poteſt recedere illicentiatus.*
15 *Cancellationes inualidæ non derogant ſcripturæ.*
16 *Proceſſus nullus non inducit interpellationem.*
17 *Mortuo accuſatore perit omnis inſtantia iudicij,& extinguitur omnis actio, & alia quæcunque acta,& reus non poteſt condemnari.*
18 *Accuſatus de vulneribus ſi illis probatis ſequatur mors, an poterit condemnari de morte.*

19 *Dona-*

19 *Donatio non poteſt reuocari per donatorem prætextu ingratitudinis poſt mortem donatarij.*
20 *Accuſatio contra mulierem, quæ commiſit adulterium in vita mariti, non poteſt intentari per hæredes mortuo marito, ſi ipſe hde oc nihil dixit in vita ſua.*
21 *Hæredes domini nō poſſunt obijcere feloniam vaſallo commiſſam per eum contra dominum, ſi ipſe dominus ſit mortuus.*
22 *Precarium finitur per mortem illius qui ſe conſtituit precario poſſidere.*
23 *Mandatum finitur morte mandantis.*
24 *Societas morte finitur.*
25 *Clericus percutiens mortuum etiam ſi habebat animum interficiendi eum ſi fuiſſet viuus, non incurrit irregularitatem.*
26 *Stante ſtatuto quòd vxores & filij rebellium non poſſint ſtare in ciuitate, tamen mortuis rebellibus poterunt in ciuitate ſtare.*
27 *Iuriſdictio delegati finitur per mortem delegantis.*
28 *Crimina morte finiuntur.*
29 *Corpus mortuum non debet ſuſpendi.*
30 *Vulnerans hominem mortuum nō punitur, licèt ſtatutum dicat quòd vulnerans hominem puniatur.*
31 *Mortuo non poteſt legari, nec hæreditas dari.nu.32.*
33 *In generali reſtitutione facta per Principem non continentur mortui. Titius ſi eſt mortuus, non dicitur amplius Titius.*
34 *Si ſcribo tibi epiſtolam, in qua confiteor me eſſe tibi debitorem in mille, ſi morior antequàm iſta epiſtola tibi præſentetur, talis epiſtola non præiudicabit hæredibus meis.*
35 *Corpus mortuum non poteſt baptizari.*
36 *Stante ſtatuto, quòd pro quolibet animali ſoluatur gabella, non debet ſolui pro animali mortuo.*
37 *Debens capones, quòd debeat ipſos viuos.*
38 *Confeſſio impoſſibilis non nocet confitenti.*
39 *Mortuus non poteſt doctorari.*
40 *Moriens ante executionem mandati ad excommunicandum, non eſt excommunicatus.*
41 *Beneplacitum alicuius finitur per mortem ipſius concedentis.*
42 *Habens repræſalias contra Florentinos, non poterit capere Florentinos mortuos, nec impedire eorum tranſitum ad ſepulturam.*
43 *Communicans cum excommunicato mortuo, cadit in excommunicationem.*
44 *Percutiens clericum mortuum, eſt excommunicatus.*
45 *Hæreticus mortuus punitur de hæreſi, nec mors extinguit tale delictū.*
46 *Qui non poteſt viuus ſtare in ciuitate, nō poterit ibi mortuus ſepeliri.*
47 *Aliud eſt corpus mortuum, aliud ſunt oſſa.*
48 *Furca ſuſpenſus non poteſt deponi ſine licentia iudicis.*
49 *Stante ſtatuto quòd bannitus poſſit impunè offendi, poterit ipſo viuo offendi etiam in rebus, & bona ſua ſibi auferri, ſed ſi quis occidit bannitum, & poſtea ipſum ſpoliat, punitur crimine expilatæ hæreditatis, & debet furca ſuſpendi.nu.51.52.*
50 *Licentia offendendi bannitum finitur morte ipſius banniti.*
53 *Inimicitia morte inimici non extinguitur.*
54 *Stante ſtatuto quòd inſtrumenta confeſſionata debeant mandari executioni ad voluntatem creditoris habentis inſtrumentum confeſſionatum, quòd hoc caſu mortuo debitore poterit ipſe creditor cum auctoritate iudicis retinere corpus mortuum ſui debitoris ne ſepeliatur donec de debito ſibi ſatisfiat.*
55 *Quandoque ſine accuſatore contra aliquem proceditur.*

Qui ſine accuſatoribus. Et hoc intēdit. Nemo ſine accuſatore torquetur, niſi contra eum præcedant indicia. h.d.
Et ſecundum Barto. iſte tex. loquitur, quando cōtra aliquem
proceditur per inquiſitionem, nam tunc indicijs non præce
dentibus, reus carceratus non poteſt torqueri. Et hunc text.
in verbo, niſi aliquibus ſuſpitionibus, &c. intelligas quò ad
torturam, non autem quò ad condemnationem, nam ex ſu-
ſpitionibus nemo damnandus eſt, vt habetur in l.abſentem.
infra titu.1.& in l.fin.C.de probat.ſed indicijs præcedentibus
peruenitur ad torturam cum moderamine, vt docet Barto.
hic, poſtea ſeruatis ſeruandis deuenitur ad cōdemnationem,
& ponit hic Bart. practicam procedendi cōtra reum indicijs
præcedentibus, quam nota, ne aliter procedendo tenearis in
ſyndicatu, ſecundum eum. Dicit poſtea Bar. quòd antequàm
ad aliquam inueſtigationem cōtra aliquem procedatur, pri-
mò debet conſtare de maleficio, circa quod ego aliter non
inſiſto, ſed me remitto ad ea, quæ ſatis plenè dixi circa hoc in
l.prima.in princ.§.in hoc titu. vbi videas. Et ſubdit hic Bart. ſe
putare, quòd ſicut fama eſt ſufficiens, vt poſſit ſpecialiter in-
quiri contra aliquem, vt ipſe dixit in l.2.in §.ſi publico.ſup.de
adulter. ita fama de maleficio eſt ſufficiens, vt poſſit de ipſo
maleficio fieri inquiſitio generalis, de quo hic latius p eum.
1 † Ex quo dicto Bar. potes colligere, quod idem operatur fa-
ma, quòd certitudo rei. quod tamen intelligo in vehementi
fama, non autem de omni fama, per ea quæ dixi in ſingulari
meo 97.incip.fama ſola,&c. & ſupra in l.de minore.in §.plu-
2 rium, in hoc titu. † Vlterius Barto. hic propter iſtud verbum,
niſi aliquibus ſuſpitionibus, &c. intrat materiam indiciorū,
quam ſatis plenè tractat. ſed primò dicit inter alia, quod men
dacium eſt ſufficiens indicium ad torturam. circa quod ego
aliter non me extendo, quia de hoc ſatis plenè in ſingulari
meo 103.incipien. varietas in teſte, &c. & vide omnino Do-
minum Pari. de Puteo, in tractatu ſuo ſyndica. in 96.char. in
vlt.colum.& in eodem tract. in charta 105.in prima & ſecun
da colum.& omnino eundem ibi in 107. char. in prima col.
ante fin. verſicu. item cum quis in mendacio, &c. Poſtea
Bart. ipſe intrat materiam indiciorum dicens, quòd quæ ſint
indicia ſufficiētia ad torturam, non poteſt dari certa doctri-
na, ſed magis relinquuntur arbitrio iudicis. de quo vide, quæ
dixi ſupra in hoc titulo, in l.quæſtionis modum. in princip.
Ponit poſtea Bar. quàmplura exempla indiciorum, quæ non
refero breuitatis cauſa. ſed videas eum, & videas etiam Do-
minū Paridem de Puteo, iudicio meo latius loquentem in
materia iſta, in tractatu ſuo ſyndica. in 96. charta, in quarta
colum. & in ſexta colum. ibi ſequenti. vbi repetit dicta per
Bartol. hic, & plura addit.
3 † Quærit poſtea Bartol. vtrum requirantur plura indicia,
an ſufficiat vnum indicium ad hoc vt reus poſſit poni ad tor
turam? In quo ipſe dicit videri quòd plura indicia requiran-
tur, & hoc quia leges de hoc loquentes loqui videntur in plu
rali numero, ut in l.prima. circa princ. ſuprà in hoc titu. ibi,
alijs argumentis, &c. & l.vnius. §.primo. ſupra eod.& hic, &
l.milites.C.eo.& facit l.ſicut. C.de fal Sed quòd ſufficiat vnū
indicium, facit iſta glo. hic, quæ loquitur in ſingulari, dum di-
cit, ſed præcedente ſuſpitione, &c. & ad idem allegat glo. in
4 l.ſi quis.C.ad legem Iul.maieſta. † Poſtea dicit ipſe Bart. quòd
hoc, an ſufficiat vnum indicium, vel requirātur plura ad hoc
vt quis poſſit torqueri, quòd hoc relinquitur arbitrio iudi-
cis, argum. l.3.§.eiuſdem quoq; Principis. ſuprà de teſti. Nam
poſſunt eſſe quædam indicia generalia & remota, quæ non
ſufficerent ſine alijs. exemplum ponit, ſi probatur quòd eſt
homo malę conditionis, nam hoc eſt indicium qualequale,
vt l.de minore.§.penult. ſuprà eod.& dicit Bart. putare, quòd
tale indicium nō ſufficiat ad torturam ſine alijs indicijs. Sed
ſi eſſet vnitum tale indicium cum alio indicio, vtputa quia
eſt homo malæ conditionis & conuerſabatur in domo illa,
vbi factum eſt maleficium, tunc iſta duo generant ſuſpitio-
nem, ut habetur in l.domini horreorū. ſupra loca. Sed ſi eſſet
vnum indicium nō remotum, ſed propinquum tangens ne-
gotium, de quo quærit, utputa vnus bonus teſtis de viſu, vel
confeſſio extra iudicium, vel eſt res reperta apud eum, tunc
dicit Bartol. quòd tale indicium ſolum erit ſufficiens ad tor-
turam. & ita dicit ſe intelligere glo. hic, & gl. in dicta l.ſi quis.
C.ad legem Iuliam maieſtatis. ita reſidet Bart. hic, circa hoc.
[Vide Dom. Paridem de Puteo in tractatu ſyndicatus, in 99.
char. in vlt.colum.& in 96.char. in ſecunda colum. verſicu. ſi
quis eſt inuentus, &c circa fi.] Tu autem vltra eum de hoc
artic. vide Domi. Paridem de Puteo in ſuo tractatu ſyndica-
tus, in 103.char. in vlt.colum. vbi inter cætera adducit Azo. in
Summa de quæſtionib. dicentem, quòd licèt dicatur quòd
vnus teſtis inducit præſumptionem, per l.Theopompus.§.de
dote præleg. tamen ſi talis teſtis eſt de veritate, ſufficit ad tor-
turam, & iura loquentia quòd requiratur pluralitas indicio-
rum ad ponendum aliquem ad torturam, non habent locū,
quando extat vnus teſtis de veritate delicti. Itē ſubdit poſtea
Dominus Paris ubi ſupra, quòd tamen in hoc, an vnum, vel
plura indicia requirantur ad hoc vt reus poſſit poni ad tor-
turam, quòd relinquitur arbitrio iudicis. ad quod allegat Bar.
hic, & in l.1.§.2.& in l.maritus.§.eo. & alios allegat ad hoc, de
quibus ibi per eum. & idem dixit ipſe Do. Paris, in dicto tra-
ctatu, in char.105. in prima col. verſ. an ad torturam inferen-
5 dam, &c. † vbi etiam ſubdit, quòd teſtis faciens ſemiplenam
probationem, facit indicium ad torturam. ad quod allegat
gl. in l.2.§.ſi abſens. ſupra ſi ex noxali cauſa agatur. quā etiam
ad hoc refert, & ſequitur D.Alexand. hic. [Idem dixit Barto.
in l.fi.in fi.ff.de in lit.iuran.& Angel.de Are. in tractatu malefi
ciorum. in verbo, fama publica. in verſ. iuramentum au-
tem, &c.] Dicit etiā ibi, quod hæc materia tractatur à Doct.
in l.ſecunda, ſupra de excuſatio.tuto. ſed vltra ibi dicta allegat
Ioan. Andr. & Specu. in titulo, de præſumptio. in §.ſpecies.
vbi dicunt ſecundum eum, quòd iudices maleficiorum pra-
cticant, quòd ſufficiat vnum indicium ad torturam ad confi-
tendum. & dicit quòd etiam idem dixit Ioannes Andr. in
tit. de probatio.§.fi.& Iacob. de Belui. in titu. de exhiben. reis.
quòd etiam dixit Dom. Alexand. hic, quòd ipſe Dom. Paris
vbi ſupra intelligit, dummodo ſit vehemens indicium, vel

propinquum,& tangens negotium. circa quod ponit plura & plura exempla,quæ per te videas. & videas etiam eundem in dicto tractatu, in char. 107.in 1.col. Item vltra prædicta in hoc dubio, videas Ang. de Are. in tractatu maleficio. in verbo,fama publica præcedente.in verſ.quæro, an vnum,&c. & ibi in additio. de quo articulo aliquid dixi in l. maritus. poſt
6 principium,ſupra in hoc tit. † Quærit vlterius hic Bart. quomodo probetur indicium? In quo dicit, ꝙ indicium probatur per duos teſtes.ad quod alleg.glo.in l.fi. C.famil.erciſcun. & ſubdit, ꝙ illud quod ipſe dixit, quòd vnus teſtis facit indicium,eſt verũ de vno teſte,qui teſtificatur de maleficio ipſo, ſed quando non teſtificatur de ipſo maleficio, ſed de re vel indicio remoto ab ipſo maleficio, tunc ad probandum vel inducendum indicium ſufficiens ad torturam, requiruntur duo teſtes.exemplum ponit ipſe Bart.dicens, ꝙ ſi fuit tali nocte repertus aliquis in loco proximo, vbi fuit commiſſum delictum,tunc iſtud indicium debet probari per duos teſtes, nec ſufficit probare per vnum,per glo.in d.l.fi. C. famil.erciſ. ad quod etiam facit glo. in l.vbi numerus. ſupra de teſti. ita circa hoc reſidet Bart.Tu vltra eum dicas,quòd idem ipſe voluit in l.admonendi.in 11.col.ſ.de iureiurañ. & Cyn. in l.3.C. ad leg. Iuliam maieſta. & Inn.in c.ſicut. de ſimonia.il primo. & Bal.in l.2.in 1.col.C.quorum appell.non recip.& in conſilio ſuo 97.incip.an mandatarius,&c. ante fi. in 5.vol. & in l.ſi quis ex argentarijs. §. ꝙ ſi plures. ſ.de eden.& Ang.in l.fin.in princ. ſ. quod metus cauſa.& in Auth. de teſta. imperfect.in princ.in 2.col.in verſ.nota diligenter.& idem firmat Ang.de Aret.in tract.malefic.in verbo,fama publica. in 2.char.verſic. quæro,qualiter probetur indicium.& uoluit D.Alex.in cõſilio ſuo 18.incip.viſo proceſſu.in vlt.col.in 1.vol. & in cõſilio ſuo 224.incip. viſo proceſſu.in 2.col. & in conſ.150.incip. in cauſa & lite.in vlt.col.in 5.vol.& in conſilio ſuo 355.inci.ſentio in dubium reuocari,&c. circa medium. & Salyc. in l.ſi.C. de quæſtionib.& D.Barth.Cepo. in conſ.ſuo 40.incipien.Lucius,&c. in 3.char.in vlt.col.de quo etiam dixi.ſ.in l.1.in §.idẽ Cornelio circa fi.ſ.in hoc titu.& in conſ. meo incip. in cauſa magiſtri Ioannis Ferrarienſis,&c. in 3.char.& hoc pluries habui in facto & obtinui.ideo teneas menti, quia ſæpe contingit in facto.de quo etiam aliquid hic per Dom. Alex. in apo-
7 ſtillis. † Quærit vlterius Bar.vtrum de indicijs receptis contra reum debeat fieri copia ipſi reo? In quo reſpondet,quòd ſic, nam ſuper illis debet diſputari, meritò eſt fienda copia parti, vt in l.vnius.in §.cogniturum.ſ.eo. de quo dicit dixiſſe in l.cuſtodias. ſ. de publ.iudi.Adde tu ꝙ idem tenet Ang.in repeti. l.ſi vacãtia.in 11.col.C.de bonis vacanti. lib.11. de quo etiam hic per Alex. qui ad hoc alios allegat. Idem tenet Gandi. in tractatu ſuo maleficiorum,ſub rubri.incip.quæritur, nũquid torquendus ſit audiendus,&c. & Bald.in l.2. in princip. C.de eden.& Pau.de Leaza.in commento c.grauis.extra de depoſito.in vlt.col.& Ang.de Aret.in tract. maleficiorum. in verbo,fama publica.in 1.char.in verſ.& bene nota,&c. & in eodem verbo,in verſic.Item aduertas,quòd non ſufficit, &c. & idem expreſſè firmat Bar.in conſ.ſuo incip.punctus quæſtionis,&c. & Ang.& Imo.in l.cuſtodias.ſ.de publi. iudi. de quo etiam per D.Alex.in conſilio ſuo 65.incip.habita ſuper contentis,&c. in prima colum.in primo volum. & per Bar.in l.ſi poſtulauerit. §.quæſtioni. ſup.de adulte.& per Dom.Bartho. Cepo. in conſilio ſuo 65.incip. ſuper articulo. & in conſilio ibi ſequenti.de quo etiam latius locutus ſum in l.1. in princ. ſupra in hoc titulo,vbi omnino videas. & vide etiam Gandi. in tractatu ſuo maleficiorum.ſub rub.de quæſtionib. & tormentis.in 4.col in verſic.ſed quid de quæſtione de facto. vbi format iſtam quæſtionem, &c.

8 † Quærit vltimo loco Bar.hic,an indicia habita ſuper generali inquiſitione præiudicent reo,vt poſſit torqueri,quando fit inquiſitio vel accuſatio ſpecialis? In quo dicit putare quòd non.& hoc ex eo,quia illi teſtes non fuerunt examinati ipſo reo citato,& ipſo exiſtente contradictore,ergo non præiudicant ſibi,per l.ſi quando.C.de teſtib. vnde debuerunt iterum examinari poſt litem conteſta.ad quod dicit facere,quę ipſe dixit in l.ſi quis adulterium.ſ.de adult.Ego autem circa hunc articulum aliter non inſiſto, ne idem per idem ſæpius repetam,ſed me remitto ad ea,quæ dixi in repeti.mea l. fin. C.de probat.in 37.char.& in l.1. in princip. verſic. ſecundo debent præcedere,&c. ſupra in hoc titulo.

9 † Modò expeditus de his, quę ponit hic Bart. ego ſolus dico,ꝙ iſte tex.eſt ampliandus,inquantũ vult ꝙ nemo ſine accuſatore torqueatur,qđ ampliari debet,ꝙ non ſolum requiritur accuſator,ſed etiam requiritur quòd ſit legitimus, aliàs ſi interueniat accuſator & ſit minus legitimus, non poterit accuſatus torqueri,nec moleſtari indicijs non præcedentib. tex.eſt in c.1.extra de accuſatio.& in c.qui ſine. & in c.poſtulatus.3.quæſt.7. cum ſimili. & ratio horum eſſe poteſt, quia paria ſunt non eſſe,vel minus legitimè eſſe,& paria ſunt,non facere,vel minus legitimè facere.l.quoties. ſ. q ſatiſdare cog. l.ſcire oportet.§.ſufficit.ſ.de excuſatio.tuto.& facit glo.in l.ſi pater.C.ne de ſtatu defunct. quæ dixit, quòd conteſtatio litis non ritè facta,nullum operatur effectum.& facit c.propoſuiſti.in verbo,legitimè.de foro compe.& glo. in c.cum plures. de offic.deleg.in 6.Et facit,quod dixit Ludo.Roma.in conſilio ſuo 20.vbi dixit,quòd quæſtio non dicitur mota,ſi eſt mi-
10 nus legitimè mota. † Et dixit Bal.in l.2.C.de euictio.quòd de contractu nullo, non ſoluitur gabella. quod etiam ipſe dixit in l.non dubium. C. de leg. & in l.1. C. de eunuchis. & in l.ſi duo.§.ſed quia noſtra.C.cõmunia de leg. & Guiliel. de Cug. in l.ab emptione.ſ.de pact.de quo per Bart. in l.ſi conſtante. C.de donatio.ante nuptias.& per Ang.in Authen.de nuptijs. in § ſed quia verò.in fi.Ratio enim huius eſt, qa ea, quę ſunt minus legitimè facta,nõ ſunt in cõſideratione. Et ideo dixit Bal.in l.1. §.hæc verba. ſ.quod quiſq; iuris.quòd ſtatutum puniens opponentem aliquam exceptionem, nõ comprehen-
11 dit opponentem ineptè. & † ibi dicit Ang. multum ſingulariter,quòd propter ſentẽtiam nullam, iudex non facit litem ſuam,licèt teneatur ad expenſas litis, vt eſt glo. in l.fi.infra de
12 varijs & extraordi.cog. † Et dixit Bal. in l.2.in prin. 2.col.C.de epiſco.audi.quòd ſi emphyteuta uendit rem eccleſiæ irrequiſito domino, & contractus non tenuit ex aliquo defectu, ꝙ tali caſu non priuabitur emphyteuſi,quod eſt no. [Et in materia vide Bal.omnino in conſ.ſuo 103.inci.verba matrimonij.in 3.vol.] facit glo.in c.ſignificantibus. in fi.de offic.deleg. in 6.quæ dicit,ꝙ vbi contractus principalis non tenet, nõ tenet etiam pœna.vnde infert ibi Dominicus, quòd compromiſſum factum per partes in materia non compromiſſibili, non ligat partes,etiam ſi apponatur pœna. & dicit ibi Bal.& Cardi.illam gl.eſſe vnicam, quòd ſi partes ſub pœna dant iuriſdictionem priuato,non tenet pœna,ex quo nec principale.ad quod facit alia glo.in l.ſi patronus. §.fi.ſ.ſi quid in fraudem patro.& iſta ponit Do.Felyn. in c.nobis. extra de ſimo.
13 † Tu etiam vltra eum prædictis adde Bal. in conſ.ſuo 173.incipien. præſuppoſito,&c. in 3.vol.ubi dixit,ꝙ vbi citatio non eſt ritè facta, ſententia eſt ipſo iure nulla. ad quod alleg. glo. in l.ſi accuſaturus.C.de accuſa. & faciunt dicta per Lud. Roma.in conſ.ſuo 412.incip.pro habẽda, &c. vbi in materia iſta
14 nõ.loquitur. & adducit quàmplura notabilia iura. † Et faci. optimè no.verbum Bal.in l.nam ita diuus. in fi.verbis. ſup.de adoptio.vbi dixit,ꝙ citatus in iudicio, vel ad iudicium, intelligitur monitus à iure,vt non recedat illicentiatus, per c.quęſitum.de re iudica.& per nota.in c.ſi poſtquàm.de elect.in 6. in nouella.quod dicit ipſe eſſe verum, quando quis fuit citatus legitimè,alias ſecus.& allegat rationem de qua ibi per eũ. quod dictum magnificat Barb. in c.conſuluit. in 10.char. in
15 2.colum.de offi. deleg.† Adduci etiam poteſt nota.verbum eiuſdem Bal.in l.ſi præſes.C.quomodo & quando iudex. vbi dixit ibi in fi.per illum tex.ꝙ cancellatio actorum habet vim ſententiæ,quando iudex expreſſit cauſam cancellationis,vel quando ita ſe habet conſuetudo,quod intelligit Bal. ibi ante fi.quãdo cãcellatio fuit valida, ſecus ſi fuit inualida.vnde ipſe dicit,quòd cancellationes inualidæ factæ per magiſtratus, vel per tabelliones,non derogant ſcripturę,quod dicit eſſe menti tenendum. [Adde hic dicta per Bald. in l. ſi non ſortem.§. adeò.ſ.de cõdi.indebi.in 1.col. vbi loquitur de cancellatione banni.& in repertorio meo ad literam B.in 6.charta,in antepenult.nota.] Faciat etiam,quod voluit Ioan.Cald in cõſilijs ſuis.quem refert & ſequitur Ludo. Roma. in conſ. ſuo 483. incip.dubitatur primò,&c. in prin.in vlt.col. ubi dixerunt, ꝙ non cenſetur ſubreptitia impetratio alicuius dignitatis à Papa facta, mentione non habita electionis ad dignitatem illã nulliter factę,quoniam non eſt ęquum impedimentũ pręſtare illud,quod de iure non ſortitur effectum, ut in regula,nõ præſtat.de reg.iur. in 6.cum ſim. & faciunt dicta per D.Alex. in l.ita demum.in 2.col.verſic.ſextò fallit.C.de procura.

16 † Et dixit Bal.in c.1.in 3.col. de milite vaſſal. qui contu. eſt. quòd proceſſus nullus nõ inducit interpellationem. de qua materia vide ſatis latè per me in conſ. meo 12. incip. ſcribitur,&c. in 2.char.& in cõſ.meo 38.incip. in cauſa vertẽte,&c. in 2.char.& per D.Fely.in c.illud.in 3.col. de præſcrip. & poſſem adducere quàmplura & infinita, quæ aliàs cumulaui ad illud, quòd inualida non ſunt in conſideratione, quæ omitto,ne nimis dilatem materiam iſtam.

Vlterius vltra prædicta inquantum hic dicitur, quòd nemo ſine accuſatore torquetur, ſcias quòd plures ſunt caſus, in quibus poteſt procedi contra aliquem ſine ſpeciali accuſatore,quos caſus enumerat Gandi.in tractatu ſuo maleficiorum,ſub rub.quomodo de maleficijs cognoſcatur per inquiſi-

inquiſitionem.in prima col.ad quod etiam vide, quæ dixi in l.ſi quis ne quæſtio.§.in hoc tit.& in l.ſi quæramus.§.de teſta.

17 † Vltimò circa hunc tex.dico aduertēdum eſſe, ꝙ poteſt etiā ampliari regula iſtius tex. alio modo videlicet, ꝙ nō ſolùm requiritur accuſator ad hoc vt quis torqueri poſſit & contra eum procedatur,ſed etiam requiritur quòd viuat & perſeueret vſq; ad finem accuſationis, aliàs non poterit iudex cōtra reum procedere.exemplū poteſt poni.Titius mortiferè vulneratus accuſauit Seium,quòd eum vulnerauit, hac accuſatione pēdente & probato illo maleficio per teſtes, mortuus eſt ipſe Titius ante condemnationem & ſentētiam, an hoc caſu iudex poſſit procedere ad cōdemnationē contra reum accuſatum? & certè dicēdum eſt ꝙ non,quia iſtud eſt vnum de generibus abolitionis, quæ ipſo facto à lege conceditur abſq; petitione à Principe faciēda, vt ſupra ad Turpillia.l.aut priuatur.1.& 2.reſponſo.Nam mortuo accuſatore perijt oīs inſtantia iudicij,& extinguitur omnis actio & alia quæcunq; acta,vt C.ſi reus vel accuſa. mor. fue. l.fi.§.1.& ibi no.per glo. & §.de accuſa.l.diui fratres.& in l.libellorum.§.1.§.eodem,de accuſatio. [Et idem dicas mortuo reo, vt latè ponit D.Franciſcus de Cur. in conſ.60. incip. Dux Philippus,&c. in 5. & 6. colum.] Ita ad literam dicit Gandi. in tractatu ſuo maleficiorum,ſub rub.de pœnis reorum.in 6.colum. verſ.pone, ꝙ Titius,&c. vbi etiam ſubdit,idem eſſe ſi accuſatione pendente mori contingat accuſatum, ipſo facto à lege conceditur abolitio ſine cancellatione accuſationis, vel actorum, & in perpetuum ab eodem,vel ab alio non conceditur accuſatio, niſi in tribus caſibus, in quibus poſt mortem quis poteſt accuſari,vt C.ſi reus vel accuſa.mor.fue.l.fi.§.1.& §.ad Tertullia. l.ſenatus.§. poſt mortem. & in l. defuncto.§. de publi.iudi.ſi autem accuſatione pendente accuſatorem mori contingat, fit abolitio à lege ipſo facto,tam accuſationis, quàm actorū, & nomen rei aboletur, & abſoluitur ab obſeruatione iudicij, tamen accuſatio ab alio poteſt inſtitui intra 30.dies, & etiā ab hæredibus accuſatoris mortui, non vt ab hæredibus, ſed vt ab alijs, vt in d.l.libellorum. §.fin.ita reſidet Gandi. ubi

18 ſupra. † Et fortius ſubdit ibi,in quæſtione ſequenti, ꝙ ſi hæredes dicti Titij accuſatoris accuſauerunt dictum Seium de dictis vulneribus, & de morte deinde ſecuta, an Seius poterit condemnari ex probationibus factis & inductis ſuper accuſatione prius facta per ipſum Titium?& dicit primò videri ꝙ ſic,quia probatis ipſis vulneribus,videtur probata ipſa mors, quia qui mortifere vulnerauit,occidit & tenetur lege Corn. de ſicar.etiam ante veram mortem,vt ſuprà ad legem Aquil. l.ita vulneratus.in princip.& l.huic ſcripturæ.§.ſi quis. & l.1.§. diuus.& l.diuus.§. ad leg. Corn. de ſicar. & infra de pen. l.aut facta.§.euentus.& C.de ſicar.l.is,qui cum telo. Præterea dicit ipſe,acta in vna cauſa,valent in alia,vt C.de arbit.l.pen.§.fin.& C.de libera cauſa.l.iubemus.& quia geſta, quæ tranſlata ſunt in publica monumenta, habere volumus perpetuam firmitatem,vt in l.geſta.C.de re iudi.Item videmus,quòd quando ipſa ſententia eſt ipſo iure nulla, idem iudex pronunciat ex eiſdem actis,tam in cauſis ciuilibus,quàm in criminalibus,vt ſup.de appellat.l.ſi expreſſim.& C.de accuſa.l.ſi accuſationib. & C.quomodo & quando iudex.l.ſi,vt proponis. Contrariū tamen determinat ibi ipſe Gandi. dicēs, quod iudex ex dictis accuſationibus ſeu probationibus nihil facere poterit, vt dictum fuit in præcedenti quæſtione, quia accuſatio & omnia ſunt abolita ſuperueniente morte accuſatoris,ſm gl.in d.l.fi. C.ſi reus vel accuſa.mor.fuerit.ita reſidet Gandi.vbi ſupra.Et ſic habes vnum caſum,in quo mors omnia ſoluit, nam tollit accuſationem & omnia acta in ea facta, vt ſuprà dictū eſt. Alij etiam plures ſunt caſus ſimiles,in quibus mors oīa ſoluit & tollit,qui non faciunt ad materiam vel propoſitum huius legis,quos omittere ſtatueram tanquàm impertinentes.Sed rogatus à quàmpluribus ſcholaribus, ꝙ illos hic adducā,non obſtante eorum impertinētia, vt eis morem geram & rem gratam efficiā, hic eos cumulabo, quos caſus aliàs reduxi in l.ſi in ſingulos.§.de annu.lega.Et ideo dicas, quòd regula iſta, quòd mors omnia ſoluit & omnia tollit,probatur in §.deinceps.in Authen.de nupt.& in l.in ſumma. §.de re iudica.& in

19 l.Neratius. infra de reg. iur. & in d.l.ſi in ſingulos. † Et primò ſcias, quòd mors tollit ingratitudinem, adeò quòd mortuo donatario,non poteſt reuocare donationem ex cauſa ingratitudinis per eum commiſſæ dum viuebat, & ſic mors tollit ingratitudinem commiſſam. Ita dixit Ang.in l.his ſolis.C.de reuocan.donatio.Et idem probat text.in l.fi.cod.titu.& facit c.fin.de dona.& habetur in l.omnimodo. C. de inoffic.teſta-

20 mento.& per Docto.in l.1. C. de inoffic. donatio. † Et idem etiam dicas in adulterio commiſſo per mulierem, nam finitur actio ſeu accuſatio contra mulierem, quæ cōmiſit adulterium per mortē ipſius mariti,ſi ipſe nihil dixit in vita, ideo hæredes nō poſſunt hoc obijcere mulieri repetenti dotem, ſecundum D.Ant.in d.c.fi.de dona. [De qua quæſtione vide etiam per Pau.de Caſt.in l.2.§.ſi voluntarie.ff.ſol.matr.& per Imo.in l.ſi conſtante.ff.ſolu.matr.in fi. vbi ponit quid iuris, ſi maritus ignorauit adulteriū,an tunc hæredes poſſint dictam

21 vxorem accuſare.] † Idem etiam dicas in feudo,quòd felonia vaſalli commiſſa contra dominum finitur morte domini, adeò quòd hæredes non poterunt eam opponere vaſallo & eum priuare feudo, ſi dominus nihil dixit in vita. ita dixit glo.& Docto.in l.omnimodo. in verbo, non licebit.C. de inoffic.teſtamen.& glo.& Doct.in c.1.in §.3.in verbo,cōcubuerit. in titu.quibus modis feud. amit. Et idem dicas in domino committente cauſam cōtra vaſallū, propter quam debeat proprietate feudi priuare,nam ſi vaſallus tacuit in vita,per mortem ſuam eſt præcluſa via hæredibus opponendi dictam cauſam.tex eſt & ibi Bal in c.1.in §.domino.ſi de feu. fue.controuer.inter dominum & agnatos. & volunt Mod. in d.c.1.in §.1.quibus modis feu.amit. [† Et in materia mor-

22 tis adde, ꝙ precarium finitur per mortem illius,qui ſe conſtituit precario poſſidere,ſecundum Angel.in l.quamuis.in §.ſi conductor.ff.de acquir.poſſeſ.& Oldra.in conſ.139.incipien. ad habendum,&c. & D.Alex.conſ.83.incip. viſa, &c. in 2.col. in 2.vol.& in materia vide Bal. in l.principaliter. C. de libera.

23 cauſa.] †Item mors tollit,ſeu finit mandatum ex parte mandantis.l.inter cauſas.in prin.§.manda.l.mandatum. C.eo.titu. §.item ſi adhuc. Inſti. manda. idem quò ad mandatarium.l.ſi

24 quis alicui.§.morte.§.manda. † Item mors finit,ſeu ſoluit ſocietatem.l.ideo.in prin.& l.nemo. & l.verum. §.in hæredem.

25 ſupra pro ſoc. † Item mors tollit irregularitatem,nam clericus percutiens mortuum, etiam ſi habebat animum interficiendi eum ſi fuiſſet viuus, non incurrit irregularitatem, ſe-

26 cundum Archid. in c.ſi.25. q.1. † Item adde, quod ſtante ſtatuto quòd vxores & filij rebellium non poſſint ſtare in ciuitate, mortuis rebellibus poterunt ibi ſtare. Ita dixit Ang.in l.incola.in 10.colum.infra ad municip.in ſua repeti.& Iac.de Are.in l.Titia.in §.vſuras.§.de leg.2.& ibi Bar.Bald.& Imo.& Bal.in l.omnes populi.in 9. col. ſupra de iuſti.& iu.& Bald. in l.voluntas.in princ.C.de fideic.& in l.cum acutiſſimi.in 2.col. eo.tit.& in l.fin.C.de iniur.& in l.2.C.qui ad liber.perue. non poſſunt.& in l.1. §.qui in perpetuū.§.ſi ager vecti. vel emphy.

27 peta.† Item finitur iuriſdictio delegati per mortem delegantis. c.gratum. c.relatum. & c.licèt vndiq;. vbi plenè per Abb. de offic.deleg.& habetur in l.more.ſuprà de iuriſdi. om.iudi.

28 † Item crimina morte finiuntur. l.defuncto. ſupra de publi.

29 iudi.c.quorundam. 23.diſtin. † ideo iudex non debet facere ſuſpendere corpus mortuum, ſecundum Iaco. de Are.Cyn. Pet.& Ang.in l.2.C.qui teſta.face.poſſ.& Bal.in l.1.circa 2.col. C. ne ex delic. defunct. & Bal. in conſ. ſuo incip. præſuppoſito,&c.& Ang.per illum tex.in l.fi.C.ſi reus,vel accuſa.& Ang. in l.defuncto.& Ang.& Imo.in l.qui à latronibus. §.ſi quis.§. de teſta. [Vide D.Fran.Cur.in conſ.60. incip. Dux Philippus. in 5.& 6.col.] Bal.tamē in d.l.2.C.qui teſta.face.poſ.dicit hoc eſſe in arbitrio iudicis.& cum eo tranſit ibi Rapha. & Ludo. Roma.& Imo.in d.l.defuncto.& Lud.Rom.in l.ſi verò. in §.

30 de viro.in 46.fallentia.§.ſoluto matr. † Item adde,quòd ſtante ſtatuto quòd vulnerans hominem puniatur,non punitur vulnerans hominem mortuum,ſm Bal.in l.1.in 7. col. C.qui accuſa.non poſ.& in l.ſororem.C.de his,quibus vt indig.& in

31 l.ex hoc iure.§.de iuſti.& iu.in 3.col. † Item mortuo non poteſt legari.l.2. in princip.& l.diuus §.fin.ſuprà de iure codicil.

32 † Item nec corpori mortuo poteſt dari hæreditas. l.quo loco.in fi.§.de hære.inſtitu.hr in l.1.§. in primo. C. de cadu.tol-

33 len. † Item adde, ꝙ corpori mortuo non poſſunt dari literę. Ex quo dixit Bart. in l.Aretuſa.§.de ſtatu homi.in 1.col.quòd ſi Princeps dicat,reſtituo omnes, ad quos præſentes literę venerint, ꝙ mortui non intelliguntur eſſe reſtituti,cū ad mortuos non poſſint literæ peruenire. Et facit ratio, quia Titius ſi eſt mortuus, non dicitur amplius Titius, ſm Bald. in l.1.in 13.col.verſ.ſed quid dices,&c.C.de confeſ.& idem ſentit ipſe

34 in l.conuenticulam.in vlt.colum.C.de epiſ.& cleri. † Et tenementi nota. verbum,videlicet, ꝙ ſi ſcribo tibi epiſtolam ſeu literam,in qua confiteor me eſſe tibi debitorem in mille, ſi antequàm iſta epiſtola tibi pręſentetur morior,talis epiſtola non nocebit,nec præiudicabit hæredibus meis,ita ſingulariter dixit Inno.in c.cum dilectus. de ſucceſſio. ab inteſt. quod dictum reputat ſingulare D.Anto. in c.fi.de confeſ.& Barba. in d.c.cum dilectus.& in c.poſt ceſſionem.de probat.& Corſetus in ſuo ſingu. ſub verbo, confeſſio. incipien. ſi ſcribo. [Vide Pet.Girar.in nota.ſuo 27.incipien.libero arbitrio.] de quo latius dixi in rubr. C. de proba. in materia probationis, quæ inducitur quando habens literas debiti non proteſtatur in contrarium,&c. vide ibi. [Et in materia adde ſingula-

re & aureum verbum Pau.de Caſt.in l.qui Romæ.in §.Augerius.per illum tex.ſupra de verborum obligat.vbi dixit,quòd ſi aliquis promittit pro Titio carcerato vel non,& 10.promitto tibi ſoluere & ſtare, & pro eo ſoluere omne id, quod apparebit ipſum debere tibi facto calculo, quòd ſi ipſe Titius moriatur antequàm ſit factus calculus vel declaratio debiti, quòd talis promiſſor non erit vlterius obligatus. quod dicit eſſe perpetuò menti tenendum quod dictum ibi refert & ſequitur D.Alex.& Dom.Iaſ.in l.petens. in quinta colum. C.de pact.vide tex.in l.ſi cum filius.§.penult. ff.de donatio.& illud dictum etiam refert & ſequitur Socin.in conſilio 24. incip.
35 præſens conſultatio.in 3.colum.in 3.volum.] † Item adde ꝙ corpus mortuum non poteſt baptizari, ſecundum gloſ. &
36 Docto.in c.à nobis.de ſenten. excom. † Adde etiam, ꝙ ſtante ſtatuto quòd pro quolibet animali ſoluatur gabella, non debet ſolui pro animali mortuo,ſecundum Bar. in l.cum de lanionis.in princ. ſuprà de fun.inſtructo.& hoc, quia animal
37 mortuum non eſt in pretio,ſeu in conſideratione. † Et ideo dicimus,quòd obligatus dare aliquod animal,puta capones, ſi dat illos mortuos, non liberatur.de quo per Bart. Bald. & Ang.& Roma.in l.quod te.ſ.ſi cer.peta.per Bar.Ang.& Imo. in l.qui decem.§.fi.ſupra de ſolu. & eſt bonus text. in l.1. §. &
38 cum etiam.ſupra ſi quadru.paup. feciſ.dicatur. † Item etiam adde, quòd ſi confiteor me hodie vulneraſſe Titium, & apparet ipſum pridie mortuum eſſe, quod talis confeſſio mihi non nocet,ſecundum Bal.in l.inde Neratius. §.ſi quis hominem.ſupra ad legem Aquil.& in l.1.in 8.colum.verſi. quinto præſumitur,&c. C.de fur.& Ang.in l.is,cum quo.ſup.de con-
39 feſ.& Imo.in l.is,qui reus.ſ.de publi.iudi.in 33.colum. † Item adde,quòd mortuus non poteſt doctorari, ſecundum Abb.
40 in c.à nobis.de ſenten.excommu. † Item adde etiam, ꝙ moriens ante executionem mandati ad excommunicandum, non eſt excommunicatus, ſecundum glo.in c.mulieres. de
41 ſenten.excommuni. † Item adde, quòd mors etiam finit beneplacitum alicuius, qui conceſſit certum quid ad beneplacitum alicui,nam mortuo concedente, finitur tale beneplacitum.ita dixit Spec.in tit.de loca.§.nunc aliqua.verſ. 50.ibi, in verſ.quid ſi D.Papa. & verſ.ſeq.de quo etiam per Barto.in
42 l.decem. ſ.de verb. oblig. † Item adde,ꝙ ſi habeo repræſalias contra Florentinos,ꝙ non potero capere Florentinũ mortuum,nec impedire trãſitum ad ſepulturam, ſecundum Bal. in l.cum ſit.C.de ſepul. viola. quod etiam ipſe dixit in tracta. ſuo ſuper ſtatutis.in verbo,pœna.in 9.col.in verſ.ſtatutum in defectum. Et iſta ſunt,quæ reperio pro parte iſta,quòd mors omnia ſoluit.veruntamen fateor, quòd aliqui ſunt caſus, in qb. mors nihil ſoluit, ſed imò mortuus & viuus equiparant.
43 † Primò enim mors non tollit excõicationem,nã excommunicatio operatur effectum ſuũ in mortuo, ſicut in viuo. Et ideo communicãs cum excommunicato mortuo, cadit in excõicationem.glo.eſt in c.ad hæc.extra de priuileg.quam ſequitur Abb. in d.c.à nobis. ratio poteſt eſſe, quia cui non cõicamus viuo, non poſſumus communicare mortuo.c.ſa-
44 cris.de ſepultu.& 24.q.2.c.2. †Item percutiens clericum mortuum,eſt excõicatus,ſicut eſt ille qui percutit clericũ viuum. ita dicunt Doct. in d.c.à nobis. extra de ſent.excom.arg.text. in c.quod in te.de pœniten. & remiſſio. ubi priuilegium datum clericis de ingrediendo eccleſiam, habet locum, ut ibi mortuus ſepeliatur. [Adde etiam hic Bar.in l.1.in fi. ff.de his, quibus vt indig. vbi ꝙ legatarius, qui concubuit cum vxore teſtatoris,poſt mortem ipſius teſtatoris priuatur legato tan-
45 quàm indignus.] † Item hæreticus mortuus punitur de hæreſi,nec mors extinguit tale delictum. glo. eſt 24.q.2.in ſumma.& plura alia crimina tranſeunt ad hæredes,& ſic non tolluntur per mortem.de quibus habetur per glo.in §.per contrarium.Inſtitu.de hæredi.quæ ab inteſta.defe.quam dixit ſingularem Ioan.de Imo.in c.quoniam frequenter. vt lite non
46 conteſt. & in l.defuncto. ſupra de publ. iud. † Item prædictis etiam adde,quòd qui non poteſt viuus ſtare in ciuitate, non poterit ibi mortuus ſepeliri.& ſic mors non finit delictũ,ſeu odium,quod habebat illic.Ita dixit tex.ſingularis, ſecundum Bar.ibi,in l.2.ſ.de cadauerib.punito. [Quẽ tex.ad hoc etiam dixit ſingu.Iaco.Butrig.in additio.ad Gandi.ſuper maleficijs. ſub rubr.de banni.pro maleficijs.in princ. & Nellum in trac. bannito.in 2.parte tertij tempo. quæſtio.2.] Et idem probat tex.in c.cum ad monaſterium. poſt prin. de ſtatu monacho. vbi dicitur, quòd monachus habens proprium, repellitur à monaſterio in vita & in morte,adeò quòd mortuus non poterit ibi ſepeliri cũ fratrib. facit c.1.de torneamen. & c.ſuper eo. de raptori. & facit c.is, cui. §.talis.de ſent.excom.in ſexto. & ibi Domi. & facit tex. in c.omnis vtriuſq; ſexus. de pœnit. & remiſſio. & Glo.ordinaria,in c.ex parte.de ſepult.quæ enu
47 merat quàmplures alios caſus ſimiles. †Teneas tamẽ menti, ꝙ licèt quando quis non poteſt viuus ſtare in ciuitate, non poſſit ibi portari mortuus, vt in dictis iurib. & voluit etiam Petr.de Anchar.in clement.1.de pœniten.& remiſſio.tamen hoc caſu poterunt portari oſſa illius mortui ad ciuitatẽ,quia aliud eſt corpus,ſiue homo mortuus, & aliud ſunt oſſa l.2.in §.prætor ait.& l.oſſa.& l.liberum.ſ.de religio.& ſumpti.fune. ita dixit Io.de Ana.in c.2.extra de fur.& D. Flor.in l.mortuo-
48 rum.C.de religio. † Vlterius adde ꝙ furca ſuſpenſus non poteſt deponi ſine licentia iudicis.Ita dixit glo. in clem.1.de pœniten.& remiſſ.quam refert & ſequitur Io.de Ana.in c.fures.
49 in fi.primæ colum.de furt. † Adde etiam,ꝙ ſi ex forma ſtatuti bannitus poteſt impunè offendi in ære & in perſona,quòd tunc ſi quis occidit bannitum, & poſtea ipſum mortuũ ſpoliat,punitur crimine expilatæ hæreditatis, ſecundum Bald. in l.ſororem. C.de his, quibus vt indignis. allegat rationẽ, quia
50 † licentia data à ſtatuto offendendi bannitum, finitur morte ipſius banniti.& idem tenet Bal.in l.ex hoc iure, in 3.col.ſ. de iuſti.& iure.& Bal.ſuper ſtatutis.in ver. bannitus.in verſic. ſtatutum, ꝙ bannitus,&c. & idem dixit Salyc. in l.qui ſepulchra.C. de ſepul.viola.& Ang.de Are.in tract.ſuo malefic. in verbo,& veſtem cœleſtem.in 1.colum.pro quo alleg.text.in l.diuus.ſ.de bonis damna. [Vide D.Nellum in tract. bannito.in 2.parte tertij tempo.q.3.& Floria.in l.binas ędes.ff.de
51 ſerui.ruſti.præd.in fi.] † Et dicit Bal.in l.de his.C.de furt.quòd talis derobans bannitum mortuũ,debet furca ſuſpendi,ſicut famoſus fur.ſed Salyc.ibi reprobat eum. Lud.Roma. tamen in l.gerit.ſ.de acquir. hæred. dicit ꝙ aliàs ſeruata fuit in facto opinio Bal.tamẽ reprobat eum.ſed Pau.de Caſt.in conſ. ſuo 33.incip.ſuper primo quæſito,&c. in fi.in hoc dicit, ꝙ ſi bannitus,qui occiditur ſtatim derobatur,hoc poterit fieri impunè,quia quæ incontinenti fiunt, videntur ineſſe, ſecus ſi ex interuallo. quod dictum habet rationẽ in ſe, & hoc dictum refert & ſequitur D.Fely.in c.quæ in eccleſiarum. in 5.col.de cõſtitu. [Et illud dictum etiam refert & ſequitur D.Auguſt. de Arimi.in ſuis additio. ad Ang. in libro maleficiorum. in verſ.& veſtem cœleſtem abſtulit.in 1.addi.in prima colum.] quod dictum mihi placet, & in contingentia facti ego illud
52 ſequerer. † Et ſcias, quòd ſtante prædicto ſtatuto,quòd bannitus poſſit offendi impunè,quòd ipſo viuo poterunt etiam ſibi bona auferri impunè.ita dixit Bald. in c.in literis.in 1.col. de reſtit.ſpol.vbi ponderat ad hoc pro valde ſing.illum tex.in verſ.prædo.in fi.& idẽ Bal.in l.fi.circa med. C. ſi ꝯ ius,vel vtili. pub.alle.tex.in l.1.§.ꝙ prætor.ſ.de aleato.per quem dicit melius probari,quàm alibi,ꝙ illa verba,impunè offendi, intelliguntur in ære & in perſona.& idem tenet Bar.in l.nec in ea, ſup.de adul.& Bald.in l.3.in fi. C.ſi pen.appel.mors interue.& Pau.de Caſt in l.in ſuis.per illũ tex. ſ.de liber. & poſthu. quos refert D.Fely.in d.c.quæ in eccleſiarum.in 5.col.in verſ.no.2.
53 †Item adde etiam prædictis,ꝙ inimicitiæ morte inimici non eſt extincta. ita probatur in l.ſepulchra hoſtium. ſ. de ſepul. vio.vbi ſepulchra hoſtium iam defunctorum poſſunt impu-
54 nè violari. † Vltimò in hac materia adde hic nota. verbum Ang.in Auth ut defunc.ſeu fune.circa prin. in verſ. item per hanc legem, &c. vbi dicit, ꝙ ſi ex forma ſtatuti inſtrumenta confeſſionata debent mandari executioni ad voluntatẽ creditoris habentis inſtrũ confeſſionatum,ꝙ hoc caſu mortuo debitore poterit ipſe creditor cum auctoritate iudicis facere retinere corpus mortuũ ſui debitoris,ne ſepeliatur quouſq; de debito ſibi ſatisfiat.quod dictum refert D.Felyn.in c.ſicut Iudæi,in 1.col.poſt med.de Iudæis.de quo vide etiã, quę dixi in ſingu. meo 199. incip. in iure expreſſum, &c. & in d.l.ſi in ſingulos. & iſta ſunt notãda ad iſtud propoſitum. & pro iſta parte,quòd mors non ſoluit,nec tollit omnia, ſed imò mortuus & viuus equiparantur, quæ omnia teneas menti, quia
55 alibi ita ſimul cumulata fortè nõ inuenies. † Et ex iſtis remanent expedita textualia,ideo venio ad glo.quæ claræ ſunt.prima enim glo.dicit,quòd attamen quandoq; ſine accuſatore contra aliquem proceditur & inquiritur. & allegat, quæ habentur in l.2. in §.vnde quæri. ſ.de adult. ubi eſt glo.multum nota.ponens quàmplures caſus, in quibus ꝯ aliquem proceditur ſine accuſatore.& ad idẽ eſt gl.in c.de manifeſta. 2.q.1. & alia eſt ſimilis glo.in cap.1. extra vt eccle. benefi.& Inſti.de pub.iudi.in princ.& in l.tutor. §.præterea.ſuprà de ſuſpec. tuto.& in l.reſcripto.in §.ſi quis accuſatorem.infra de mune.& hono.de quib. etiam latè per Ang.de Are.in trac.ſuo maleficio.in primo verbo.in 3.char.in 3.& 4.col.regulariter tamen procedit,quod hic dicitur,ꝙ nemo ſine accuſatore punit, vel inquietatur.cõcor. tex.d.c.de manifeſta.& c.quis poteſtatem,20.q.4.& l.3.C.qui acc.non poſſunt.& l.reſcripto. in §.ſi quis accuſatorem. infra de mu.& ho.pro quibus facit illud Dominicum,videlicet; Mulier nemo te accuſat,nec ego te condemno,&c.Capio.aliam gl.in verbo,ſuſpitionibus.quæ

clara

clara eſt;nam dicit,q̃ præcedente ſuſpicione quis poteſt tor queri, nõ autem poteſt cõdemnari.& allegat bonum tex.in l.abſentem.poſt princi.infra de pœ.quæ videtur contra l.iſtã. ſed hic loquitur de tortura inferenda,ibi de pœna imponen da.& ſic non ob. & ſic gl.iſta eſt clara, ideo aliter ſuper ea nõ eſt inſtandum. Et per iſta cum adiutorio clementiſſimi & ſummi Dei ac eius glorioſiſſimæ genitricis expedita eſt lex iſta,& per conſequens præſens titulus,in quo ſi aliquid boni dixi,prælibato ſummo omnipotentique Deo,nec non bea- tiſſimæ Virgini Mariæ eius matri;ſit laus & gloria tibiq; Prin cipi digniſſimo & excellentiſſimo.& vt in princ.dixi, ſi quid haud dignum dixero, nõ eo animo protuli,vt rẽ tibi minus dignã,gratã,ac inſuauem facerem,ſed ignorantiæ meæ tri- buendũ putes.digniores enim in vtraque cenſura quorũ cal ciamenta ſoluere indignus eſſem,in aliquibus errarunt,iux- ta illud,Omnis homo mendax.ego.ẽt homo ſum,& tenuis. Præterea,excellentiſſime ac Reuerendiſſime Præſul,nõ me latet multos inuidos & detractores eſſe,qui meum hoc opu ſculum nõ charitate ac benignitate,vt decet,ſed potius mor daci quodam liuore carpere,& redarguere conabuntur,qui bus vt potero aſſentiam,ſi ipſi vel maiora,vel ſimilia edere, & in medium palam adducere curauerint,quod ſi facere ne glexerint,eos Fuſiæ Caninæ legis nomine damnabo. Nam cũ ex ſe quicquàm tale edere,nec valeãt, nec poſſint,aliorũ ſcriptis maledicaci more detrahũt,qb.illud Martialis obijciã

Cum tua non edas,carpis mea carmina Lolli,
Carpere vel noli noſtra,vel ede tua.

Obijciam ẽt illud, q̃ à moderno Poeta ſcriptũ eſt videlicet,

In te conuertas oculos,qui deſpicis omnes,
Et tardum cunctis detrahis,inſpicias.

Sed quicquid ſit,ſubmitto me correctioni,emendationi, & caſtigationi tuæ, Diue Princeps,cui me totum vnà cũ fami- lia &cum omnibus meis trado, ac plurimum commendo. le Principum decus immenſum.&c.

Abſoluitur

Lectura longè præſtantiſſimi atq; excellẽtiſſimi I.V.Interpretis,Ciuilisq; diſcipli- næ didaſcali profundiſſimi, D. Hippolyti de Marſilijs Docto ris Bononienſis ſuper titu.de Quæſtionibus in ff.nouo, ſum mo apparatu elaborata, ac per eundem Doctorem nouiſſi- mè recognita,cum ſummarijs luculentas materias comple- ctentibus,vel in melius repoſiti, cumque ſumma (qua fieri potuit) caſtigatione vigilantiaque non mediocri, quę ti- tulo Grimanæ donata fuit,ſui Mœcenatis nomen portans, cum auctor opus dicauit. nempe Reuerendiſſimo in Chri- cto Patri Domino D.Dominico tituli Sancti Marci.S.S.Ro manæ eccleſiæ præsbytero Cardinali Grimano, Patriarchæ Aquileienſi digniſſimo Domino ſuo vnico & ſingulariſ- ſimo.

Dominici Fuſci Ariminenſis Epigramma in laudem le- gum & autoris huius præclariſſimi operis.

Ad lectores.

Hic vbi iura ſilent,ſurgunt fraudeſque,doliquę,
Impietas,ferrum,iurgia,bella,furor,
Nulla eſt relligio,violantur templa Deorum,
Et ſimul in promptu eſt omne genus vitij.
Perdit in obſcuro radiantia lumina virtus,
Et nulla eſt grauitas,gloria,nullus honor.
Hic vbi iura vigent,fulget pietatis imago.
Candida ſimplicitas,intemerata fides.
Ius hominum frenat mentes,ius temperat iras,
Quod proprium eſt cunctis,reddere iura docent.
Splendidior ſolito caput & ſuper ethera virtus
Tollit,& eximia concitat arte viros.
Ite igitur iuuenes veneranda volumina legum
Voluite,nec ceſſet currere veſter equus.
Hæc quoque quæ ſcripſit quondam Marſilia proles
Sumite,fulſineo dum legit in ſtudio.
Hic patrię eſt ſplendor,generis decus,alma parentum
Gloria,& Interpres Iuſtiniane tuus.
Quiſque animus faueat,procul abſit inertia vobis
Tiphis & Automedon namque erit Hippolytus.

Leges & Paragraphi in hoc opere contenti, repetiti & ad folium notati.

L.prima in criminibus. fo.42
§.Ad quæſtionem non. 46
§.Idem Cornelio. 47
§.Diuus Antoninus. 48
§.Diui fratres. 49
§.Seruum municipum. eo.
§.Si ſeruus bona fide. 50
§.Seruum mariti. eo.
§.Item Nummio. eo.
§.Si ſeruus. eo.
§.Si quis dicatur. 51
§. Antoninus & Verus. 53
§.Diuus Seuerus. eo.
§.Cum quidam deponere. eo.
§.Si ſerui,quaſi. 54
§.In cauſa tributorum. 55
§.Qui quæſtionem. eo.
§.Diuus Adrianus. 56
§.Quæſtioni. eo.
§.Præterea. 57
§.Cum quis latrones. 62
§.Si quis vltro. 64
L.Hæreditarij ſerui. 69
L.Conſtitutione. eo.
L.De incœſtu. eo.
L.Si quis viduam. eo.
L.Patre vel marito. 71
L.Quæſtionis modum. 72
L.Edictum diui Auguſti. eo.
§.Statuliber. eo.
L.Diuus Pius. eo.
§.Ex quibus cauſis. 78
§.De eo qui in inſulam. eo.
L.De minore. eo.
§ Tormenta. 81
§.Plurium quoque. 83
§.In cauſis quoque. 88
L.Etiam ſi redhibitus. eo.
L.Si quis nec quæſtio. 89
L.Certo pretio. 97
L.Statuliber. eo.
L.Ex libero homine. 98
§.De minore. 99
§.Eum qui vindicanti. eo.
L.Repeti. eo.
L.Extraneo quoque. 101
§.De quæſtione. eo.
§.De ſeruo. eo.
L.Vnius facinoris. eo.
§.Reus. eo.
§.In cauſa. eo.
§.Teſtes torquendi. 102
§.Iudex cum de fide. eo.
§.Seruo qui vltro. eo.
§.Seruus nec ſi à domino. 103
§.Cogniturum. eo.
§.Cuſtodiæ. 107
L.Is cui fideicommiſſaria. 109
L.Maritus. eo.
L.Quæſtionis habendæ. 112
L.Qui ſine accuſatoribus. 115

FINIS.

HIPPOLYTI DE MARSILIIS BONONIENSIS I.C. PRAESTANTISSIMI

Commentaria

Super titulo Codicis ad legem Corneliam de ſicarijs.

Præmiſſa inuocatione Diuini nominis, ac beatiſsimæ Virginis, omiſſa continuatione Rubricæ, tanquam nullius vtilitatis, vt dicere ſolitus ſum in operibus meis, venio ad legem primam, omnibus ſuperſluis poſtpoſitis, & reſecatis.

SVMMARIVM.

1 Voluntas & propoſitum diſtingunt maleficia.
2 Si aliquis animo duntaxat baſtonandi aliquem aggreſſus fuerit, & eum ſic baſtonando occiderit, pœna mortis non tenetur.
3 Statutum puniens eleuatem rumorem, non compræhendit illum, qui percuſſit, ex quo rumor poſtea exortus fuit.
4 Si duo fecerunt pacem, & vnus illorum rapiat filiam alterius, & rapiens raptam percutiat, vt ambularet citius, non intelligitur pax rupta.
5 Crimen læſæ maieſtatis non committitur, ſi vnus ciuis expulſus ab alijs ciuibus veniat ad expugnandam patriam.
6 Crimen læſæ maieſtatis committitur contra ciuitates inferiores à Principe. numero 7.
8 Occidens mediatorem, quando puniatur.
9 Percutiens aliquem in capite pugno etiam armato, non tenetur pœna mortis, ſi percuſſus cadat in terram ſuper lapidem, & inde moriatur, nume. 10.
11 Dictio, ex, denotat cauſam immediatam.
12 Amicus ſi dicat amico, venias mecum in vno negotio, & interficiat inimicum, excuſatur ille amicus.
13 Statutū puniens tenentē vxorē alterius, ignorantē non cōpræhendit.
14 Non punitur aliquis de auxilio, niſi principalis rixæ cognoſcatur.
15 Filius natus ex cognita per vim, quoad matrem non dicitur ſpurius.
16 Teſtificatus pro bannito coactè, non punitur.
17 Virgo vi cognita non perdit virginitatem.
18 Statutum puniens bannitum venientem Bononiam, non compræhendit captum Mutinæ, & vi ductum in ciuitatem Bononiæ.
19 Statutum puniens intrantem palatium, non compræhendit compulſum intrare.
20 Ruſticus non punitur de receptione, ſi bannitum per uim recipiat.
21 Statutum puniens exportantem frumentum, non comprehendit illum qui timore aliquo exportaſſet in locum prohibitum.
22 Merces vi eiectæ in portum, non cadunt in commiſſum.
23 Delinquens ſine animo delinquendi quandoque punitur. nu. 24
25 Quælibet cauſa, etiam iniuſta, excuſat à dolo.
26 Delictum ſine dolo non committitur.
27 Animus occidendi, quomodo cognoſcatur.
28 Animus non probatur per teſtes. nu. 76.
29 Animus per exteriora cognoſcitur.
30 Linguæ Imperator, eſt cor.
31 Qualitas verborum, maximum eſt teſtimonium noſtri.
32 Animus cognoſcitur ex genere armorum. nu. 33. 34.
35 Percutiens cum baculo, non præſumitur habere animum occidendi.
36 Aius occidēdi, vel nō, percipitur ex loco corporis, vbi quis percutitur.
37 Animus occidendi ex iteratione percuſſionis percipitur.
38 Geminatio dat robur actui.
39 Verba enunciatiua non diſponunt.
50 Confeſſio facta in nō figura indicij, nō plenè probat, niſi eſſet geminata.
41 Geminata cōfeſſio de recepto tollit exceptionē nō numeratæ pecuniæ.
42 Ex pacto nudo geminato oritur actio.
43 Interlocutoria geminata reuocari non poteſt.
44 Confeſſio geminata etiam reſpectu erroris non poteſt reuocari.
45 Conſenſus geminatus tantum operatur, ſicut iuramentum.
46 Peccatum veniale fit mortale per reiterationem.
47 Pęna augetur propter conſuetudinem delinquendi.
48 Conſuetudo peccandi aggrauat delictum.
49 Percutiens aliquem cum baſta ronchæ in capite alicuius, an teneatur de occiſo.
50 Vna præſumptio tollit aliam.
51 Vnum indicium tollit aliud.
52 Vna coniectura tollit aliam.
53 Omne maleſactum, prauè præſumitur actum.
54 Vulnus præſumitur mortale in dubio.
55 Mandans & conſulens, in dubio puniuntur.
56 Confeſſio in deteriorem partem interpretatur. nu 60.
57 Pęna vera non imponitur damnato ex præſumptionibus.
58 Iudex in dubio debet temperare ſententiam.
59 Abſoluere potius debemus quàm condemnare.
61 Pœna vera non imponitur, quando receditur à regulis iuris.
62 Pœna mutilationis membri æquiparatur pęnæ mortis.
63 Percutiens cum haſta in capite, qua pœna puniatur.
64 Qui non habet in ære, luit in corpore.
65 Illud, quod eſt fundamentum alicuius, per producentem probari dēt.
66 Negatiua quomodo probatur.
67 Bonus quilibet præſumitur.
68 Interpretatio in dubio quæ ſonat in delictum, non eſt fienda. num. 74.
69 Clerici ſunt digniores laicis.
70 Filius natus ex meretrice maritata, præſumitur eſſe mariti, & non adulteri.
71 Notarius in dubio excuſatur à pœna falſi. cum ſeq.
73 Diſſenſus, quando præſumitur potius quam conſenſus.
75 Simulatio, quando poteſt opponi.
77 Iuramento ſtatur in his, quæ dependent ab animo.
78 Iuramento criminales cauſæ non deciduntur.
79 Delicta non debent eſſe impunita.
80 Delictum ſine dolo commiſſum, quomodo puniatur.
81 Lata culpa pro dolo accipitur in criminalibus. nu. 82.
83 Dolus, quando præſumatur.
84 Caſualia non nocent.
85 Confeſſio incidenter facta non punitur.
86 Affinitas vel amicitia, quid operetur.
87 Iuriſdictio in notorijs, quando prorogetur.
88 Caſus fortuiti & improuiſi differunt.

FRater tuus. Et hoc intendit. Qui aliquē abſque dolo occiderit, non tenetur pœna homicidij. hoc dicit, ſecundum Bartolum. vel ſic. Probans nō animo occidendi percuſſiſſe, non punitur pœna homicidij, ſed minori. hoc dicit, ſecundum Baldum. vel ſic. Homicidium commiſſum facto & non animo, non punitur lege Cornelia, de ſicarijs. hoc dicit, ſecundum Angelum. vel ſic, ſecundum eundem. Voluntas & propoſitum diſtinguūt maleficia. hoc dicit. Vel ſic, Qui non ex propoſito alium occidit, in Corneliam non incidit, pro modo tamen culpæ punitur. hoc dicit, ſecuudum Salyc. Caſus in terminis, &c. Nota primò ex iſto tex. dictum in ſummario, videlicet, quod homicidium commiſſum ſine animo & propoſito occidendi, non punitur pęna legis Corne-
1 liæ de ſicarijs.† Et ratio eſt, quia voluntas & propoſitum diſtingunt maleficia, vt hic, & in l. qui iniuriæ. ff. de fur. l. quod rei publicæ. ff. de iniu. c. non eſt. 15. q. 1. & affectio operi nomen imponit. l. ſi non conuitij, infra de iniur. & facit. l. diuus.
2 ff. eo.† Et adeo eſt vera hæc regula huius legis, cum ſimilibus quod aliquis aggreditur aliquem animo, & intentione eum baſtonandi tantum, & non occidendi, & ſic baſtonando & per-

percutiendo eum occidit, quod non debet puniri de occi-
ſo,ſed aliter mitius punitur,cum vltra propoſitum & inten-
tionem ſuam euenerit tale homicidium.ita ſingu.dixit Pau.
de Caſtro,in conſilio ſuo 192.incipiente,in cauſa incarcera-
torum.vbi ipſe reſpondet ad contraria,quæ adduci poſſent.
quod conſilium refert & ſequitur Dominus Auguſt.de Ari-
mi. in additionib.ſuis ad Ang. de Aretio, in tractatu maleſi-
ciorum.in verſi.& appenſatè,&c.in fine vltimæ additionis,
& in verbo,& dictus Andræas armatus, circa finē. 1.additio.
quod dictum ego retuli in ſingulari meo 176.incipiente,vo
3 luntas & propoſitum, &c. † Et facit etiam,nam ſi ſtatutum
punit eleuantem rumorem,& vnus inimicum ſuum percuſ
ſit,ex quo incidenter eleuatus fuit rumor,hoc caſu talis non
debebit puniri pœna dicti ſtatuti,quia ille principaliter non
habuit animum offendendi rempublicam. Ita ſingulariter
conſuluit Bal.in ciuitate Aſſiſij,per tex.in l.ſi quis ingenuam.
§.in ciuilibus.ff.de capti.quod dictum refert & approbat Do
minus Catal.in trac.ſuo ſynd.in verſi.294. incipien. adde ta-
men,quod ille non dicitur turbare,&c.quæ omnia refert &
ſequitur Dominus Felynus in Rubri.de treuga & pace,in 3.
colum.in fi.de quo dixi in ſingul.meo 257.incipien.principa
le propoſitum.Pro quo dicto,& pro ſupradicta regula hu-
ius legis,facit quod not.dixit Alexan.in conſil. 113. incipien.
viſo inſtrumento.in fi.2.vol.vbi idem firmat de rumore in-
4 cidenter eleuato. † Et dicit,quod ſi duo fecerunt treugam,
& promiſerunt non offendere aliquem de alia parte,ſi vnus
rapuit filiam vel ſororem alterius,& eam aliqualiter percuſ-
ſerit,vt citius ambularet & fugeret cum eo,quod propter di
ctas percuſſiones non dicitur rupiſſe treugam,quia non per
cuſſit eam principaliter animo eam percutiendi & iniurian
di,ſed animo & intentione citius aufugiendi cum ea.& alle-
gat iura,de quibus ibi per eum. quod dictum refert & ſe-
5 quitur Iaſ.in l.qui ſeruum.in 3.col.ff.de verb. obliga. † Et fa-
cit,quod voluit Socinus in conſi. ſuo 121. incipien. præmit-
tenda eſt diſputatio,&c.in 2.col.in 4.vol. vbi dicit, quod ille,
qui venit ad expugnandam patriam,committit crimen læ-
ſæ maieſtatis,vt habetur per Bar.in extrauag.qui ſint rebelles.
in verbo,tenore.& in verbo, rebellando.& habetur in l.amiſ
6 ſione.in §.qui deficiunt.ff.de capi.diminu. † & quod tale cri
men læſæ maieſtatis committitur etiam contra ciuitates in-
feriores à principe,ſecundum Paul.Cardi.& Ioan.de Imo.in
Clemen.paſtoralis.in principio. de re iudi. & habetur 2.q.1.
c.in primis.& in l.fallaciter.C.de abolitio.& habetur per glo.
& Salyce.in l.quiſquis.C.ad leg.Iuliam maieſt. & habetur in
l.hoſtes.ff.de capti.& per Ang.de Aret.in tract.maleficior. in
verbo,*che hai tradita la tua patria.* & Ioann. And. in c. felicis.
7 de pœ.in 6.& ibi Geminia.† Sed prædicta non procedunt,
nec habent locum , quando vna pars ciuium expulſorum
venit contra alteram, quo caſu nullo modo committitur
crimen læſæ maieſtatis,quia illa pars,quæ venit contra aliā ,
non agit de ſubuertenda patria, nec habuit animum com-
mittendi ſubuerſionem patriæ,ſed ſe vindicandi contra aliā,
ideo non cadit,nec incurrrit crimen læſæ maieſtatis.ita dixit
Soc.in conſi.ſuo 121.præallegato. allegat iura,de quibus ibi
per eum,quod eſt ſummè notandum, cum modernis tem-
8 poribus quandoque contingat in facto . † Item pro prædi-
cta regula facit etiam . Nam occidens mediatorem , quan-
do non dabat operam rei illicitę,non debet puniri de homi
cidio,ſecundùm Ang.in l. ſi cum ſeruo. ff. de iniur. & voluit
Bar.rectè intuenti,in l.reſpiciendū.in §.delinquunt.ff.de pœn.
in fine.& in l.diuus.in prin.ff. de ſicar. de quo dixi in l. 1.in §.
9 diuus Adrianus.in prin.3.col.ff.eod. † Facit etiam ſingul. ver-
bum Domini Franciſ. de Aret. in conſilio ſuo 147.incipien.
viſa conſultatio.&c.in 5.col.in verſi.hoc præmiſſo,&c.vbi di-
xit,quòd non tenetur de homicidio ille, qui percuſſit cum
pugno etiam armato,aliquem in capite, ſi percuſſus cecidit
in terram,& cadendo dedit ſuper lapidē,& ex percuſſione la
pidis mortuus eſt,quia lex punit occiſorem habentem ani-
mum occidendi,dummodò ſequatur effectus, aliàs non. vn-
de cum tali caſu mors non fuerit ſecuta ex animo percutien
tis, non videtur ab eo dolo occiſus. de quo ibi latius per eū.
Quod dictum refert & ſequitur Dom. Feli. in tracta. ſuo de
conatu.in penult.colum.in fine.vbi dicit, quòd de hoc dicto
nunquam obliuiſcaris, cùm ſit doctrina noua & fortiſſima,
10 per quam multi liberari poſſent à morte. † Pro quibus facit,
quod voluit Dom.Feli.in c. decætero. de homicid. vbi dixit,
quòd ſi ſtatutum dicit,quòd ſi ex percuſſione exiuit ſanguis,
imponatur talis pœna percutienti , quòd non habet locum
tale ſtatutum,quando ex percuſſione quis cecidit in terram,
&ex læſione lapidis exiuit ſanguis,qa nō dicitur exiuiſſe ex pri
11 ma percuſſione,† propter dictionem , ex,quæ importat cau-
ſam immediatam.l.1.§.ex incendio. ff.de incend. rui. naufra.
& in c. inter dilectos.de fide inſtru. & idem voluit Flo. vt re-
fert Dom.Feli.vbi ſuprà,in l.qua actione.in §.Celſus.ff.ad leg.
Aquil. vbi dicit hoc habuiſſe de facto. Et idem dixit Bald. ſu-
per ſtatutis,in verbo,pax.in 2.ver. & in l.fina. C.ad leg. Aquil.
Et ſcias etiam, quòd prædicta regula, quòd voluntas & pro-
poſitum diſtinguunt maleficia,de qua in hac lege,cum ſimi-
libus, nedum habet locū in principali delicto , ſed etiam ha-
bet locum in dante auxilium. in quo caſu etiam habet locū
12 dicta regula.† Et ideo ſi amicus meus dicit mihi, venias me-
cum,rogo te, qa volo eſſe in vno negotio meo , & ego hoc
audiens aſſumpto enſe vado ſecum , & ipſe me inſcio vadit
obuiam inimico ſuo & eum occidit, ego nō teneor nec de
morte,nec de auxilio.Ita notab.dixit Rapha. Fulgo. in l. quis
ſit fugitiuus.§.1. de ædi.edic. Et facit etiam notabile verbum
Bal.in l.quicunque.in penult colum. verſic.no.6.C. de ſer.fu-
gi. vbi dixit, quòd ſi commodaui alicui arma vel famulum ,
quia dicebat ſe velle ire in rus,& tamen iuit ad occidendum
hominem, quòd ego non teneor. quod dictum refert & ſe-
quitur Felin.in c. ſicut dignum.in princ.in 3.colum. de ho-
13 micid.† Et dicit Bal.in dicta l.quicunq;. quòd ſi ſtatutum pu-
nit tenentem vxorem alterius, quòd parcitur ignoranti. Et
in prædictis caſibus ratio eſt,quia non adeſt animus,nec pro
poſitum delinquendi, nec præſtandi auxilium maleficio fiē-
14 do.† Pro quibus facit. Nam ad hoc vt quis teneatur de auxi-
lio,requiritur probatio, quòd ad auxiliādum malefactorem
auxilians & principalis delinquens ad hoc ſe adunauerint, &
colloquium ſuper hoc habuerint.Ita habetur in l. 3. in §. ho-
minis.ff.vi bonorum rapto.aliàs ſi hoc non præcedit,non po
teſt dici ꝙ affuerit animus & propoſitū auxiliandi,& ſic non
tenebitur de auxilio.ita dixit Pet.de Anchar. in conſi.217.in-
cip.nos Bartholo.de Saly.&c.circa finem.quia neſcitur tunc,
quis fuerit auxiliator,vel principalis delinquens.quod etiam
voluit Bal.in conſil. 229. incip.verba inquiſitionis, in vltima
colum.in 3. volu. & idem voluit Dominus Alexander in l. ſi
duo patroni.in prin.in verſi.in glo.in verbo,alteri. ff. de iure-
iuran.& in conſi.ſuo 2.in 2.colum. in 7. volum. de quib.om-
nibus dixi in l.nihil intereſt.in 4.& 5.colum.ff.eod.de ſicar.&
in l.1.§.Diuus Adrianus. in 2. colum. eod. titu. Et pro iſtis fa-
ciunt in ar.dicta per Dominum Nellum in tract. bannito.in
ſecunda parte ſecundi temporis,in 13.quæſt.incipien.ſed cir-
ca idem,&c.& in eadem parte, in quæſtione 48. incip. pone,
ſtante ſtatuto . Item vltra præmiſſa circa dictam regulam , ꝙ
voluntas & propoſitum faciant maleficia , & ſine animo
voluntate & intentione delinquendi, quis non faciat deli-
ctum punibile.poſſunt alia plura adduci,& primo tex in c.1.
2.& 3.& in c.ita ne.32.q.5.& in c præsbyteros.50.diſt. & facit
15 tex.in l.cura.in verſi.nec ſi per vim.ff.de mune.& ho. † Et fa-
cit dictum Bal.in l.eam,quam.in 8.col.C.de fideicom.vbi di-
xit,quod ſi tyrannus per vim habet rem cum muliere,quod
filius inde natus non dicetur ſpurius quo ad matrem. & idē
dixit idem Bal.in l.ſi quæ illuſtris.in verſi.quid ſi mater.C. ad
16 Orfic.† Et dixit Barto.in l.poſt legatum.in §.his vero. in fi.ff.
de his,quibus vt indig.quod ſtante ſtatuto,quod quicunque
præbuerit auxilium bannito puniatur,quod non punietur il
17 le,qui teſtificatus eſt pro bannito coactè & non ſponte.† Et
dixit Io.de Ana.in c.3.in 2.col.de fur. ꝙ ſi virgo inuita cogno
18 ſcatur,non perdit virginitatem.† Et facit, quod voluit Bal.in
authen.item nulla communitas. in fi. C. de epiſco. & cleric.
vbi dixit, ꝙ ſi ſtatuto cauetur ꝙ ſi bannitus à ciuitate Bono-
niæ venerit ad ipſam ciuitatem debeat decapitari,non habet
locum in bannito, qui fuit captus Mutinæ, & per vim fuit
ductus Bononiā. quod etiam voluit Iacob. Butr. in addi. ad
tracta.Gandi.ſuper malefici. ſuper Rubrca, de bannitis pro
maleficio.in 5.col.in princi.& Nel.in tracta.banni.in 2. parte
19 temporis,q.30.† Et dixit Bal.ſuper ſtatutis,in verbo,pœna.in
8.col.in penult.verſi.quod ſi ſtatutum punit intrantem pa-
latium certo tempore,quod non cadit in aliquam pœnam
quia hoc non fecit voluntariè,ſed coactè. & idem dixit ipſe
Bald.in authen.habita.in 5.colla.in verſi.item ſi non ingredi
20 tur.C.ne fil.pro pa. † Et facit tex.& quod ibi dixit Dominus
Flori.in l.in omnibus.ff.de noxa.vbi dixit, quòd ille tex. facit
ad quæſtionem de receptante bannitum, quòd non tenea-
tur pœna legis vel ſtatuti, ſi receptauit, quia prohibere non
potuit, puta quia decem banniti congregati fuerunt ad do-
mum vnius ruſtici,& dixerunt ei, ſi non aperis nobis portā ,
imponemus ignem in domo tua,quia ruſticus hoc timens,
aperuit,certè tunc receptando eos,non punietur.quod dicit
21 eſſe menti tenendum.† Et dixit Angel.in l.quis ſit fugitiuus.
ff.de ędi.edic. quòd ſi ſtatutum prohibet extrahere frumen-
tum extra diſtrictum ſub pœna, quòd ſi aliquis timore ho-
ſtium extraxit frumentum extra territorium, non cadet in
22 pœnam.† Et dixit Ange.in l.fina.§.ſi propter.ff.de publ.quod
ſi quis

ſi quis conducit merces ſuper equo vel mulo,qui equus,vel mulus deueniant à ſtrata,vel recto itinere, & portant merces in locũ prohibitũ,quod tales merces non erunt perditæ nec dicentur cecidiſſe in commiſſum. Et dixit Bald. in l. fœdiſſimæ.C.de poſtli.reuer. quod illa, quæ eſt in proſtibulo per vim,non dicitur perdere pudicitiam. ad quæ faciunt ẽt plura adducta per celeberrimum V.I.Doct.Dominum Paulum Oria.in eius ſolenni repetitio.l.1. ff. de officio eius, cui eſt manda.iuriſdi.in 26.colum.cum ſequen. in verſi. adde & vltra tamen ea,&c. Et faciunt plura & plura alia, quæ ad hoc propoſitum cumulaui in l.1.in §.præterea.in 3.4. & 5. col. ff. de quæſtionib. Et licèt ſupradicta iura & doctrinæ ſint notatæ, & approbatæ à ſcribentibus ad hoc,quod in delictis attenditur animus, propoſitum & intentio , attamen aliqui ſunt tex.probantes contrarium,quibus non video omnino
23 bonum reſponſum,&c. † Primus enim eſt tex.in l.1.§. ex incendio.ff.de incen.rui.naufr.vbi dicitur,quod ſi quis animo & intentione incendendi vnam domum tantum miſerit ignem in ipſā domũ, ex quo combuſtæ ſint plures domus,vel ex alijs domibus bona fuerint aſportata, quod talis, qui impoſuit ignem tenetur pro omnibus domibus combuſtis,& pro omnibus bonis exportatis. ex quo textu apparet,quod non inſpicitur animus,ſeu propoſitum delinquē-
24 di,ſed effectus. † Alius eſt textus in l.ſi quis aliquid.in §.abortionis.ff.de pœnis.vbi ſi amator,qui reddidit prægnantem amaſiam,dederit ei poculum pro futura abortione,ſi tamen mater ipſa,vel partus moriatur,tenetur de occiſo,& ſic non inſpicitur intentio amatoris,ſed triſtis & malus euentus,qui ſecutus eſt.Tertio pro hac parte eſt textus notabilis in c. fin. de homicid.in 6. vbi dicitur, quod ſi quis iuſſerit verberari clericum & mandatarius exceſſit mandatum,quia verberando exceſſit mandatum & interfecit ipſum clericum,tenetur ipſe mandans de occiſo,quia debuit cogitare quod aliquando illatio verberum infert mortem. Quartò pro hac parte videtur caſus in l.quoniam multa facinora.ſ̃. ad legem Iuliã de vi publica.vbi habetur, quod ſi quis ingreſſus fuerit poſſeſſionem aliquam,& facta ſibi reſiſtentia aliqua occiſi ſunt aliqui ex vna,vel ex altera parte, quod tunc tenetur talis ingreſſor,quaſi dederit cauſam morti illorum occiſorum , & tamen ipſe nolebat inferre mortem alicui,ſed volebat ingredi poſſeſſionem ſuam.Quinto pro hac parte eſt textus in l.3. in §.hæc adiectio.ff.eod.vbi dicitur, quod punitur fœmina, quæ dedit poculum mulieri, vt conciperet filium,ſi ex hoc mortua ſit,punitur pęna relegationis,& tamen non habuit animum occidendi, nec nocendi dictæ mulieri.Sexto etiam facit tex.in l.penult.C.de cuſto. reorum. vbi dicitur , quod ſi cuſtos carceris ſe abſentauit , & cuſtodiam carceris commiſit alicui, quod tunc ſi aufugit aliquis, qui erat condemnatus aliqua pœna corporali , quod debebit puniri ipſe cuſtos illa pœna , qua puniendus erat ille qui aufugit,nec ipſe cuſtos liberabitur à pœna,licèt præſentet illum,cui aſſignauit cuſtodiam carceris.eſt ergo ibi textus,ꝓbans,quod licèt quis non habuerit animum, nec propoſitũ delinquendi,attamẽ ſi ſequatur malus effectus,punitur.Septimò pro hac parte facit notab.text.in l. deſertorem. in §. in bello.ff.de re milita.vbi dicitur, quod ſi miles rem prohibitam à duce belli fecerit,quod capite punitur,etiam ſi res bene ſucceſſerit.apparet ergo ex illo textu, quod capite punitur,licèt non habuerit animum,nec propoſitum delinquendi.Et ſic ex ſupradictis iuribus patet,quod in delictis non attenditur animus,propoſitum,ſeu voluntas,ſed imò attenditur effectus . Sed tenendo primam opinionem,& regulam tex.l.noſtræ,poſſumus dicere,quod dicti tex. allegati in contrarium loquuntur in caſibus,in quibus quis dabat operam rei illicitæ , & hac de cauſa tenentur de homicidio ſecuto, quia poſtquam dabant operam rei illicitæ,videntur habuiſſe animum & voluntatem delinquendi,ideo tenentur. Nec obſtat tex.in d.l.quoniam multa facinora.quia ille textus loquitur in illo,qui voluit violenter ingredi & vidit reſiſtentiam ſibi fieri,& veriſimiliter ſi voluiſſet ſe abſtinere a violento ingreſſu,nõ fuiſſent ſecutæ cædes aut maleficia , ſed cum voluerit ſuam violentiam continuare & reſiſtentes opprimere,conſequenter voluit cædes, & maleficia committi. ideo ex iſtis videtur quod talis ingrediens fuerit in dolo , vel ſaltem in culpa , ideo tenetur de delictis ſecutis . ita ſoluit dicta contraria Dominus Barto.Cœpo. in conſilio ſuo 35.incipien.in caſu iſto,&c.in 3.colum.de quo etiam aliquid per Alexandrum in conſilio ſuo 140.incipien.videtur in caſu,&c.in 2.vol.& iſta retuli pro maiori parte in l.1.in §. diuus Adrianus.in 6.& 7.col. ff.eod.de ſicar. Et licet iſta ſolutio ad dicta contraria videatur illa tollere,attamen non tollit contrarium d.l.3.§.adiectio.nec tex.in d.l.penultima.C. de cuſto.reo.eo,quia in illis caſibus non dabatur opera rei illicitæ,ſed immo rei licitæ,vt apparet in ipſis iuribus clarè. ideo cogita de ſolutione idonea,quia eam præſentialiter non inuenio, licèt plura poſſent colorari,& diuinando adduci, quæ adducere non curo,cum nec etiam ex illis tollerentur prædicta contraria non debilia.Et aduertas diligenter ad vnum,quod nuper ego conſideraui,videlicet,quod iura quæ ſuperius allegaui contra regulam huius legis,& maximè tex. in d.l.3. in d.§.adiectio.ff.eod.& tex.in d.l.penulti.ſ̃.de cuſtod.reor.ſunt directè contra illam regulam tritam & vulgatam,quæ dicit,
25 quod † quælibet cauſa iniuſta,dummodò colorata, excuſat à dolo & à pœna,vt habetur in l. igitur.§. 1.ff.de libera.cauſa. & in l.plagij.la ſeconda,in tex.& glo.1.ad legem Fauiam de plagia.& gloſ.in l.vnica. §.fi.ff.ſi quis ius dicen.non obtempera.& gl.in l.ſatis pœnæ.ff.de in ius vocan.& in l.1.ſ̃. vbi cauſa ſtatus.& in l.1.in fi.ff.de abig.& gl.in l.non poteſt dolo carere.ff.de reg.iu.de quo dixi latius in repetitione mea l.de vnoquoque.ff.de re iudicata.in 34.col.de quo etiam eſt gl.in l.ex conſenſu. §.fina.ff.de appella.de quo etiam dixi in c.2.de homicid.& in repetitio.mea l.fin.in 30. charta. C. de probat. & habetur per Dominum Felynum in cap.ſi quis,in vlt.col.de maioritate & obedientia.& per Dominum Philippum Decium in conſi.ſuo 176.incipiente,viſo themate.in vltima colum.& per Iaſ.in l. ſi quis id,quod.in 9.col.in princip.de iuriſ dict.om.iud.& per Dominum Franciſcum de Curte in conſil.56.incipien.ſuper proceſſu,&c.in 5.col. & per Cœpol. in conſi.ſuo 21.incipien.ego Bartholomæus,&c.in 10.col.& in conſi.24.incipien.viſa accuſatione,&c.in 2.colum. Et ſimiliter circa hoc præſentialiter non video bonum reſponſum,
26 ideo cogita .† Modò vlterius dico, quod iſte text. poteſt allegari ad hoc,videlicet,quod delictum ſine dolo non committitur. Ita probat iſte text.in verſic. ſi voluntas nocendi intercedat.& hoc volunt Doctores in pluribus locis, quos ſatis amplè retuli in ſingula. meo 167.incipien. voluntas, & propoſitum, &c.

Et inquantum in hoc tex. dicitur,ſi quis non animo occi-
27 dendi percuſſit; † Quæri poteſt, quomodo cognoſcatur animus occidendi,vel non occidendi, cum animus tanquã quid in corde latens à ſolo Deo cognoſcitur,qui eſt ſcrutator cordium,vt dicit text.in c.nunquid enim. de pœni. diſti. 1.& voluit gl.in§.2.ff.de interroga.actio.qui animus non po
28 teſt probari per teſtes,† ſecundum Innocen.in cap.ſuper hoc. de renuncia.quem refert,& ſequitur Bald.in l.ſi quis filio. in §. eius, qui. ff. de iniuſto rupto,& irrito teſtam. Et ideo animus cognoſci non poteſt perfectè,niſi ex præſumptionibus.
29 & † cognoſcitur etiam per exteriora , & non ſolum per facta,ſed etiam per verba loquentis,vt l.Labeo. in §. idem Tubero.ff.de ſupel.leg.vbi habetur,quod nemo præſumitur dixiſſe,quod non mente agitauerit.& ad idem eſt text. in l.nepos Proculo.ff.de verbo.ſignifica.& facit text. in l.vnica.C.ſi
30 quis Impera. maledixe. † Et ideo dixit Bald.in cap.manda-
31 tum.de reſcrip.quod linguæ Imperator, eſt cor.† Et dixit idem Bald.in cap.1.de teſti.allegans Caſſiodorum,quod nullum magis mentis noſtræ teſtimonium , quam qualitas expreſſa verborum.quod etiam dixit ipſe Bald.in l.generaliter. in prin. C.de non numera.pecu.& in c.1.in fi.de conten. inter me & domi.de proprie.feu. & Barba. in c. omnipotens Deus.in 2.colum.de accuſa.& dixi ego in l.1.in §.diuus Adrianus. in 1.col.ff.eod.de ſicar.

32 † Item percipitur animus occidendi,vel non occidendi , ex genere armorum , cum quibus quis percutit , vt probatur in l. 1. §. Diuus Adrianus. ff. eod. & in cap. ſignificaſti. il ſecondo,extrà de homic.& not. Barto.in l.diuus. ff.eod. & Cyn.in l. is, qui cum telo. infra eod.& in l.1.& ibi Bald. & alij,ſupra de emenda.ſeruo.& in l.eum , qui.infra eod. Item non ſolum animus occidendi cognoſcitur ex genere armorum,cum quibus quis percutit, ſed etiam colligitur ex
33 modo percutiendi cum ipſis armis.† Et ideo ſi quis habet roncham in manibus , & percutit aliquem cum calce, vel cum haſta,non præſumitur percutere animo occidendi. ita probat tex.& ibi hoc volunt Doct.in l.eum,qui. infra eod.& volunt Canoni.in d.c. ſignificaſti. il ſecondo , & idem dicas in eo, qui habet enſem in manibus, & percutit cum pomo ipſius enſis,nam talis non videtur habere animum occidendi & ſi occidit, non tenetur de occiſo, ſecundum Angel. de Aret. in tractatu malefi.in verbo, ſcienter.in penulti.verſic, ad quod etiam faciunt dicta per gloſ.& Docto. in c. ſicut dignum.in fi.de homici,& per Soci.in conſil. ſuo 178. incip. primo aſpectu. in princip. ad quæ etiam faciunt dicta per Angel.in l.1. §. Diuus Adrianus. ff. eod.& in d.l.is,qui cum telo.infrà eod.& per Ange.de Aret.in tractatu ſuo malefic. in verbo,& ex interuallo d.Titius mortuus fuit, & eſt. in 2. char-

35 charta.in verſicu. ſed aduertas, & in additio. † Et vide etiam
Bald.in prœmio Digeſt.in 3.colum. vbi dicit, quod percu-
tiens cum baculo, non tenetur de vulnere mortali, cum nõ
præſumatur habuiſſe animum occidendi. pro quo faciunt
in argumentum dicta per eundem Bal.in l. ſolam.5. colum.
ſ.de teſtibus.Item circa hanc materiam, quod ex genere ar-
morum, cum quibus quis percutit, præſumatur animus occi
dendi, hoc etiam firmauit Dominus Franciſ.de Are.in conſi
lio ſuo 82.incipien.ſicut.in 4.colum.& in conſil.147.incipiẽ.
viſa conſultatio. in 6.col.vbi ſingulariter loquitur. & vide
etiam Alexand.in conſil.140.incipien.videtur,&c. in 2.volu.
36 † Item colligitur, ſeu percipitur animus occidendi, vel non
ex loco corporis, vbi quis aliquem percutit. Nam ſi percutit
aliquem in capite, præſumitur habere animum eum occi-
dendi.tex.eſt & ibi omnes Doct.in c. ſignificaſti. il ſecondo
in fine.de homicid. & voluit Bart.in d.l.1.§.Diuus Adrianus.
ff.eod.& Ange.de Aret.in tractatu maleficiorum. in verbo,
ſcienter & doloſè.in penulti.verſicu.& ibi in verbo,& dictus
Titius ex interuallo ex dictis vulneribus mortuus fuit, & eſt.
in verſi.ſed aduertas, ne erres &c.de quo etiam per Bald.in l.
ſed ſi quacunque.in §. ſi magiſter. ff. ad legem Aquiliam.
37 † Poteſt etiam, iudicio meo, alio modo percipi animus per-
cutientis, an percutiat animo occidendi, vel non, & iſte mo-
dus percipitur ex multiplicatione, ſeu reiteratione percuſſio
num. Nam licèt quis percutiat in loco corporis non pericu
loſo, & cum re non apta ad vulnera mortalia, tamen poſſet
toties in tali loco percutere & reiterare percuſſionem, ꝙ
percuſſus perueniret ad mortem, iuxta illud,

Gutta cauat lapidem non vi, ſed ſæpe cadendo.

Et etiam illud.

Dura tamen molli ſaxa cauantur aqua.

Et ideo ſi quis percuteret aliquem in tergo cum ligno &
non cum armis, poſſet toties reiterare ictus & percuſſio-
nes, quod taliter percuſſus perueniret ad mortem, vt de fa-
cto quandoque contingit.& ideo poteſt dici, quod ex mul-
tiplicatione, ſeu reiteratione, ſeu geminatione percuſſionũ
percipitur animus percutientis, an habuerit animum occi-
38 dendi, necne. † Geminatio enim, ſeu reiteratio actus, dat ro
bur & validitatem actui ſimplici & inualido, vt in pluribus
39 patet. † Nam verba enunciatiua regulariter non diſponunt,
vt in l ex hac ſcriptura.ff.de donat.& in l.ex his verbis.ſ.de te-
ſtamen.milit.cum ſimilib.tamen ſi geminantur diſponunt,
ſecundum Bar.in l.cum ſcimus.infra de agrico.& cenſi.libro
40 11.† & ibi in ſimili dicit, quod confeſſio facta in non figura
iudicij, puta coram Notario ſolo, non plenè probat, vt in l.
cum filium.ſ.de libera.cauſa.tamen fallit, niſi ſit duplicata.&
idem dixit Ludouicus Romanus in conſi.190.incipien.in ca
41 ſu propoſitæ,&c. † Et dicit Abbas in c.cautio.de fide inſtru
men.quod geminatio confeſſionis de recepto, tollit exce-
ptionem non numeratæ pecuniæ.de qua in l.in contractib.
ſ.de non numerata pecun.Et facit etiam: Nam confeſſio fa
cta extra iudicium, prodeſt ad probationem, vt in l.1. in fi.ſ.
depoſi.tamen fallit, niſi ſit geminata, quia tunc etiam pro-
deſt ad actionem ſecundum Cynum in l 1. ſupra de confeſ.
42 † Et facit etiam; Nam licèt ex pacto nudo non oriatur actio
vt in l.iuri ſgentium.in §.ſed cum nuda.ff.de pact.& habetur
in l.petens.ſ.de pact.& in c.1.extra de pact.hoc tamen fallit,
niſi tale pactum nudum ſit geminatum, quia tunc ex eo ori-
43 tur actio, ſecundum Ang.& Salycet. in d.l.petens. † Et facit
etiam, nam geminata interlocutoria non poteſt reuocari,
contra l.quod iuſſit.ff.de re iud.& l.iudex poſtea quam.eod.
44 titulo. Ita dixit glo. in Clemen. fina.de appellat. † Item facit
etiam, nam confeſſio geminata eſt irreuocabilis etiam re-
ſpectu erroris, ſecundum Ludouicum Romanum in conſi
356.incip.in hac cauſa, in 2.col.vbi allegat tex.in l.1. ſ. de plus
45 petitionib.† Facit etiam, Nam tantum operatur gemina-
tus conſenſus, quantum iuramentum, ſecundum Dominũ
Felynum in c.poſtulaſti.in 4.col.de reſcrip.& Abb.in c. cum
46 contingat.de iureiur. † Et facit etiam gloſ. in c. criminis. in
25.diſtinct. quæ dixit, quod peccatum veniale geminatum,
efficitur mortale. Prò quibus etiam faciunt plura alia, quæ
dixi in hac materia geminationis, in l.1. in §. quæſtioni. per
totum.ff.de quæſtio.Facit præterea illud non omittendum
47 in hac materia: † Nam licet ex forma legis, vel ſtatuti pro
aliquo crimine ſit imponenda pęna pecuniaria, attamen ſi
accuſatus de tali delicto conuincitur, quod illud reiterauit &
frequentauit, tunc talis reus debet puniri pœna capitali. Ita
dixit Bar.Bald.Ang.Odofred.& Io.de Platea in l.1. per illum
tex.infrà de ſuperexact.lib.10.& Bar.& Bal.in l.licitatio. in §.
quod illicitè.ff.de public.& D.Alex.in l.1.de ſuperexac.& Do.
Philip.Dec.in auth caſſa & irrita.nu.16.ſ. de ſacroſanc. eccle.
pro quo eſt text.in l.omnes. C. de delatorib.lib.10.vbi habe-
48 tur, † ꝙ quis propter conſuetudinem peccandi punitur pœ
na mortis,&c.Idem dicit Ioan.de Platea in d.l 1.C. de ſupe-
rexact.quod propter conſuetudinem delinquendi augetur
pœna.ad quod allegat l.facultas.C.de iure fiſci.& l.3.in fi.ſ.de
epiſco.audien.ad quæ faciunt optimè dicta per D.Alex. in d.
1.C.de ſuperexact.in ſuis apoſtil.& per D.Rochum de Curte
in c.fi.in 2.& 3.col.de conſuetu.& per Do Pari. de Puteo in
tractatu ſuo ſyndicatus, in 96.char.in 2.col.in ver.ſi quis eſt in
uentus,&c. Et faciunt, quæ ego latè dixi in ſingula.meo 378.
inc.geminatio,&c. Ad quæ tamen vide adducta per celeber
rimum I.V.Doct.D.Paul.de Oria.dudum diſcipulum meum
acutiſſimum, in repetitio.leg.1.in 10.col.ff de officio eius,
cui mand.eſt iuriſd.Et ſic ex iſtis omnibus mihi videtur dici
poſſe, quod etiam ex multiplicatione, reiteratione, ſeu gemi
natione percuſſionum poſſit cognoſci, an percutiens percuſ
ſerit animo occidendi, vel non. Modò, ſtantibus his, quæ ſu-
pra dixi, videlicet, quod ex genere armorum, cum quibus qs
percutit, & ex modo percutiendi cum haſta, vel cum pomo,
& ex loco vbi in corpore percutit, colligitur & percipit̃ ani-
49 mus occidendi, † Quæro de dubitabili quęſtione, quam nõ
vidi ab aliquo tactam, ſed ego ſolus eam examinaui in d. l.1.
§.Diuus Adrianus.in 4.col.ff.eo.quæ talis eſt. Titius percuſſit
Seium cum haſta rõchæ, quam habebat in manibus, & eum
percuſſit in capite cum dicta haſta, & non cum ferro: ex qua
percuſſione mortuus eſt ipſe Seius, an hoc caſu Titius ſit pu
niendus pęna mortis? Circa quod plura adduci poſſunt pro
vtraque parte. Et primo, quod non debeat puniri pęna mor
tis, facit: Nam animus & intentio in ſimilibus debet atten-
di, vt in l.noſtra.& in d.§.diuus Adrianus, cum ſimi. Sed iſte
non habuit animum occidendi, ergo nõ debet puniri, vt ho
micida. Quod autem non habuerit animum occidendi, ꝓ-
batur præſumptiuè, ex hoc quia percuſſit cum haſta, cum po
tuiſſet percutere cum ferro, ergo ex hoc reſultat iuris præ-
ſumptio, quod non fecerit animo occidendi, meritò non
debet puniri pœna mortis. Sed in contrarium facit, nam ſi
non voluiſſet occidere, non percuſſiſſet in capite & in loco
periculoſo, vbi à communiter accidentibus homines ex per
cuſſionibus capitalibus moriuntur, etiam ex modico ictu, vt
dicit tex.in d.c.ſignificaſti.il ſecondo, in fi. de homicidio, vbi
hoc tenent omnes. Cum ergo ex præſumptione iuris taliter
percutiens in capite habuerit animum occidendi, & animus
& propoſitum attẽdatur, vt dicitur in locis ſuperius allegat.
ergo ſequitur, quod iſte Titius erit puniendus pœna mortis
per prædicta. Nec obſtare videtur dicta præſumptio, quod
percuſſerit cum haſta, licèt potuerit percutere cum ferro,
quia iſta percuſſio in capite operatur contrarium effectum,
50 ſcilicet quod habuerit animum occidẽdi. † Et vna præſum-
ptio tollit aliam.l.Diuus.ff.de in integ.reſtitu.c. accedens. de
crim.fal.d.c.tuam.& ibi gl.de ſponſa.voluit Bal.in l.Pacume-
uius.ff.de hæred.inſt.& Ioan.de Ana.in conſil. ſuo 19. incip.
viſis inſtrumentis.in 3.col.& Alex.in conſi.103. incipiẽ.vide-
tur, in 7.colum.in 1.vol.& Cyn.in l.ſi cum dotem. in §. tranſ-
grediamur.ff.ſolu.matrimo.& Specu.in tit.de expenſis. in §.
4.verſi.in hoc, circa medium.& Doctores in l.ſi quis adulte-
ri. C.de adulte.in l.ſiue poſſidetis.C.de probatio. & habetur
in l.mater.& ibi Angel.& Sal.C.de calum.de quo etiam dixi
in practica mea cauſarum criminalium, in d.§.diligenter. nu.
192.cum tribus numeris ibi ſequentib.vbi etiam dixi, quod
51 vnum indicium tollit aliud, ſecundum Dominum Alexan.
in conſi.7?.incipiente, in cauſa accuſationis. in vlti. col. in 1.
52 vol.† Et idem dixi ibi in coniecturis, quia vna coniectura tol
lit aliam, ſecundum Bal.in conſi.302.incipiente, proponitur
&c.ante finem.in 2.vol.& Fulg.in conſi.172.inc.in cauſa,&c.
& Ange.in l.iniuriarum. in §.ſi quis de honore. ff. de iniur.
Item pro hac parte, ꝙ talis percutiens, vt ſupra debeat puni-
ri pœna mortis, & præſumatur feciſſe animo occidendi, fa-
53 cit regula illa, videlicet, ꝙ † omne malefactum prauè præſu-
mitur actum.l.ſi non conuitij, ſupra de iniur.& habetur per
54 ſcribentes in l.1 ſ.ſi quis Impera.maledixerit.& in hac l. † Et
ideo dixit ſingula.Bal.in c.1.in prin.in 6.col.quibus cauſis feu.
amitta. quod quando dubitatur, an vulneratus ſit mortuus
ex vulnere, & ſuper hoc ſunt examinati plures medici, qui di
uerſimodè deponunt & ſunt in diuerſis opinionibus, ꝙ hoc
caſu iudicatur contra percuſſorem, ſcilicet ꝙ fuerit mortuus
ex vulneribus, & ſic iudicatur in duriorem partem. quod di
ctum refert & ſequitur D.Fely.in c.præsbyterum.in 1.col. in
fi.de homici.& Catal.in tract.ſuo ſyndica.in verſi. 287.incip.
adde, quod quando. Pro quo dicto mihi videtur text. in d.c.
ſignificaſti.in fi.de homicid.& voluit Flo.in l.ſi vulneratus.ff.
55 ad l.Aqui. † Et facit etiam, nam ſi dubitatur, vtrum ille cui da
tum eſt conſilium, vel mandatum ad committendum male
ficium, eſſet alias illud facturus necne, tunc in dubio præſu-

mitur

mitur contra conſulentem, vel mandãtem,& ſic quod ille
non fuiſſet aliàs facturus,ita ſing.dixit Dy.in regula, in obſcu
ris.de reg.iuris,in 6.quem refert & ſequitur Bald.in l.ob hæc
verba.circa medium.ff.de his,qui nota.infa.quos refert & ſe
quitur Alex.in conſi.ſuo 103.incipien.videtur.in 7. col. in 1.
vol.vbi dicit,quod hoc idem voluit Bal.in l.data opera.in 13.
56 col.ſ.qui accuſare nonpoſſunt. † Et facit, quod voluit Ioã.
de Ana.in c.cum dilecti,in 2.col.per illũ tex. de accuſa. vbi di
cit,ꝙ quando confeſſio poteſt ſe hr̃e ad delictũ, & nõ deli-
ctum,quod interpretatur in deteriorem partem. Et facit ẽt
vltra prædicta,quod voluit Io.de Ana.in c.dilectus filius. il ſe
condo,in 7.col.de ſimo.vbi dicit,quod ſi vniuerſitas, vel ali-
quod collegium deliquit,& non apparet expreſsè, quis fue-
rit,vel qui fuerint,qui deliquerunt,tamen ſtante hoc dubio
omnes puniuntur.exemplum ponit,quãdo poſitum eſt par
titum ad fabas albas & nigras,& obtentum eſt partitum ad
delinquendum,licèt non ſciatur verè, quis dederit fabas al-
bas ad delictum committendum,tamen omnes debent pu-
niri,& hoc ne delicta remaneant impunita . ad quod allegat
Bartol. hoc tenentem in d. l. aut facta , in §. fina. in 4. co-
lum. de pe.quod eſt multum notandum ad materiam gloſ.
in l.item Mela.in §.ſi plures.ff.ad leg.Aqui.de qua ſatis latè di
xi in ſing.meo 217.incip.ter,vel quater &c.licet iudicio meo
hoc non dicat Bar.vbi ſupra,ſi rectè inſpiciantur verba ſua .
Et facit etiam pro ſupradictis,quod dicitur de Notario ſcri-
bente falſum inſtrumentum,cui ex forma legis vel ſtatuti de
bet abſcindi vna manus.Nam licet poſtquam non exprimit
de qua manu,res ſit dubia quæ manus debeat abſcindi, ta-
men ſtante tali dubio debebit abſcindi manus dextera,cum
qua deliquit,& non ſiniſtra,quæ eſt minus digna & minus
vtilis ipſi Notario,& ſic in duriorem partem . ita dixit And.
de Iſernia in c.1.§.ſcriba.de prohibi.feu.alie. per Fede. in vſi-
bus feud.quem ibi refert,& ſequitur Card.Alex.circa fi.quod
dicit no.eſſe limitationem eorum,quæ habentur in authen.
ſed nouo iure.C.de ſer.fugi.Et faciuut dicta per Bal.in l. data
opera.in 7.col.verſi.vnde in caſibus iſtis,&c.C.qui accuſa.nõ
poſſunt.vbi dixit,quod dubia in deteriorem partem inter-
pretanda ſunt propter rigorem iudiciorum conſeruandũ .
Et dixit Angel.in l.verum.la 2.in verſ.vlti.ſubdit Barto.&c. ff.
de iudic.quod vbi actus ad plura delicta ſe habere poteſt, ꝙ
tunc odio delinquentis ſemper fit interpretatio contra eũ
in duriorem partem.allegat ad hoc no.per Dyn. in c. in ob-
ſcuris.de reg.iur.in 6.de quibus etiam dixi in dicto ſingula.
meo 2 8.incipiente,regulam habemus,&c.

Ita ergo videtur dicendum in caſu noſtro,quod ſtante du
bio,an talis percutiens percuſſerit animo occidendi,vel non
debemus inclinare in duriorem partem,& ſic tenere, quod
percuſſerit animo occidendi,& per conſequens tãquam ho
micida ſit puniẽdus pœna mortis.Et licèt prædicta ſatis ſtrin
gant pro hac parte,tamen mihi videtur concludendum eſſe
in contrarium,videlicet,quod talis,vt ſupra percutiens non
poſſit de iure puniri,vt homicida pœna mortis, ſed mitius
ſatis.Ad quod dicendum moueor.Nam negari nõ poteſt,ꝙ
caſus iſte non dependeat ab animo iſtius percutientis,vt hic,
& in d.l.1.§.Adrianus.ff.eo.cum ſimili.& ſi fecit animo occi-
dendi,punitur vt homicida, ſecus ſi non animo occidendi.

Qui animus,vt dixi,non poteſt uideri,nec perfectè proba-
ri,ſed ſolum ex præſumptionibus ſupradictis probatur, vt
clarè ſupra oſtenſum eſt Sed caſu,quo etiam ex præſumptio
nibus veriſimilibus colligeretur & perciperetur, ꝙ ipſe Ti-
tius in hoc caſu percuſſiſſet animo occidendi,tamen etiam
per hæc non deberet puniri pœna mortis,vt homicida. Ra
57 tio eſt,† quia quotieſcunque quis condemnatur ex præſum
tionibus , tunc nunquam ſibi debet imponi vera pęna
delicti,ſed alia mitior pœna ſibi imponenda.ita ſing.dicit In
noc.in c.quia veriſimile.de præſump.quod dictum pro valde
notabili referunt & ſequuntur Docto.in c.afferte.eo.titu. &
Bal.in l.non eſt veriſimile.ff.quod me.cauſa.& in c.1.in fi.qui
bus mod.feu.amitta.& in l.eius.in fi.ff.de teſtam.& Abb.in c.
auditis.in antep.col.de præſumptio.& voluit Pau.de Caſt. in
cõſ. 197.inci.viſa inquiſitione,& illud dictum Inn. ẽt ſequi-
tur D.Ant.& Abb.in c.quanto.de præſumptio.& in c.cõſtitu
tus.de teſti.& Oldr.in conſ.192.inc.viſo diligenter & hoc vo
luit etiam Spe.in tit de præſumptio.§.ſpecies.ver.in ſumma.
& Pe.de Anch. in regula,ſemel malus.de reg.iu.in 6.& Abb.
in c.at ſi clerici.in 7.col.de iud.& in c.2.de cohabi. clerico. &
mulie.& Bal.in l.1.ſ.de probatio.& in rubrica, extrà de offi-
cio delega.in pe.col.& D.Fel.in c.qualiter & quando,il 2. in
§.ad corrigendos.in 7.col.in fi.de accuſa.& illud dictum Inn.
in d.c.quia veriſimile.de præſumptio.refert & ſequitur Bald.
in conſi.220.incip.in q.&c.in 2.col.in 3.vol.& illud etiam re-
fert & ſequitur Alexand. in conſi. 188. incipien. viſo, &c.

in vlti.col.in 7.vol.& illud etiam refert & ſequitur D. Barth.
Cœpo.in conſi.ſuo 6.incip.requiſitus. in vlti. col.& in conſi.
ſuo 34.inci.veritas,&c.in 3.col.& in conſi.ſuo 27.incip.ſi vn-
quam.in 4.char.in 2.col.& in conſi.ſuo 39.incip.Baptiſta,&c.
in 3.col.de quo dicto Innoc.& ſequacium dixi in l. repeti. in
6.col.ff.de quæſtioni.& in d.l.1.§.Diuus Adrianus.in 5. colu.
ff.eo.& in pratica mea cauſarum criminalium.in §. poſtquã.
numero 50.& ibi in §.quoniam,nu.33.Pro quo dicto Inno.
58 & ſequacium facit,† quod voluit Bal.in l.præsbyteri. in pen.
& vlti.col.C.de epiſcop.& cler.vbi dicit,quod quando iudici
non liquet de falſitate teſtis,ſed ſuſpicatur de eo, tunc debet
ſententiam temperare,cum procedat ex ſola ſuſpitione,quę
ſuſpitio ſola non ſufficit ad condemnationem. quod etiam
voluit Dominicus in c.habuiſſe.in 1.notabili.33. diſtin. & fa-
ciunt optimè ad prædicta,quæ ego dixi in conſi. meo 10. in-
cip.non auferas de ore meo verbum veritatis Domine,&c.
poſt prin.Et ex iſtis dico,quod in caſu noſtro iſte percutiens
non poterit puniri pęna mortis,vt homicida. Confirmo hãc
opi.alia ratione,nam negari non poteſt,quod in hoc caſu nõ
concurrant præſumptiones pro vtraque parte,& ita præſum
ptio, quæ reſultat ex percuſſione capitis, tollit ex præſump-
tione armorum,cum quibus percutit, ſicut econtrario præ-
ſumptio armorum,cum quibus quis percutit,tollit præſum
ptionem ex percuſſione capitis,imo debemus dicere, quod
iſta præſumptio armorum,cum quibus quis percutit,debet
magis tollere contrariam præſumptionem, quam econtra,
59 quia † in dubio promptiores & faciliores debemus eſſe in
abſoluendo,quam in condemnando,vt in regula, in pœnis.
de reg.iu.in 6.l.Arrianus.ff.de actio.& obligat.c.eos verò 50.
diſt.l.merito.ff.pro ſocio.l.abſentem.ff.de pęn.l. fauorabilio-
res.ff.de reg.iur.Nec obſtat doctrina Bal.in d.c.1.in prin. in 6.
col.quibus modis feu.amit.& ſequacium, volentium quod
quando periti aſſumpti ſupra vulnere diſcordant & ſunt in
diuerſis opinionibus,quod tunc iudicandum eſt contra per
cuſſorem,quia contrarium expreſsè tenuit ipſe Bal.in conſil.
ſuo 195.incip.an vulnus,&c.1.vol.in duobus locis illius conſi
lij,& Rapha.Cum.in conſi.ſuo 134.incip.viſis,& in 1.col. an-
60 te medium. † Nec ob.etiam dictum Ioan.de Ana.in d.c.dile
cti.de accuſatio.vbi dicit,quod confeſſio,quæ poteſt ſe habe
re ad delictum,& non delictum,quod interpretatur in dete
riorem partem,quia contrarium tenet Do.Anto.in c.ex lite
ris.in vlt.col.de ſponſa.& Bar.in l.inter ſtipulantem.§.1. ff. de
verbo. obligatio.quos refert & ſequitur D.Philip.Decius in
conſi.189.incip.lætatus ſum.in 7.col.in fin. tene menti prædi-
cta, quia verè iſte eſt caſus frequens & quotidianus, & ego
hunc caſum pluribus vicibus habui in facto,& allegaui in vo
ce & in ſcriptis pro hac parte,& ſemper obtinui.& etiam pro
hac parte aliàs conſului in fauorem Ioannis Cedroni macel
latoris Bononienſis,qui erat carceratus pro morte cuiuſdã
hominis de Varignana,& eum liberaui à morte & adhuc vi-
uit.& tale conſilium meum,quod feci in hac cauſa,eſt inter
conſilia mea criminalia,nu.7.& incip.ſummi cœli Deus ape
riat mẽtem & os meum,&c.vbi etiam in hac materia latius
loquutus ſum.Modò ſtante hoc pro firmo & valido , quod
talis percutiens,de quo ſupra,non debeat puniri pœna mor
tis,ſed minori pœna . Quærendum eſt,vtrum debeat puniri
pœna corporali,quæ ſit minor morte,vt puta in abſciſſione
membri,manus,vel pedis,vel in erutione vnius oculi , vel in
amputatione auricularum,vel naſi, vel debeat bullari in frõ
te, vel in facie? & certè videretur dicendum,quod ſic, quo-
niam negari non poteſt quod tales pœnæ non ſint minores
quælibet ipſarum,quam pęna mortis,& hoc ſatis de ſe patet.
ſi ergo ſunt minores & pœna minor morte debeat imponi
61 ergo altera ipſarum poterit imponi. † Sed contrarium cre-
do verius,quod non poterit imponi dicto vulneranti aliqua
pœna corporalis minor morte, nam quando pro homici-
dio,vel alio delicto venit de iure imponenda pœna mortis,
& ex aliqua cauſa minoratur pœna,tunc dicta pœna mino-
rata non intelligitur eſſe corporalis,ſed pecuniaria, vel alia q̃
non ſit corporis afflictiua,ita optime probatur in l.ſi adulte-
rium cum incœſtu.in §.Imperatores.ff.de adult.& in l.1.§. fi.
ff.eo.& in l.ſi quis in graui.in §.ſi tamen maritus.ff.ad Sylla.&
in l.Gracchus.ſ.de adul.& in l.lex Iulia.§.fi.ff.ad legem Iul.re-
pe.quem tex.pro valde nota.allegat Bal.in d.l.addictos. C. de
epiſ.aud.& in l.1.in 5.col.ſ.ne de ſtatu defunc.& in l.ſi quis fi-
lio.in §.hi autem.ff.de iniu.rup.& irri.teſta.& Ang.de Are. in
tracta.ſuo malefi.in verbo,præſente Caio & appellante. in
verbo,quid autem ſi non obſtante,el j.& facit etiam alia rõ.
62 † Nam pœna mutilationis alicuius membri æquiparatur pę
næ mortis,vt in §.prohibemus.in Auth.de collato. & voluit
latius D.Alex.in conſilio ſuo 55.incip.in cauſa,&c. ante finẽ,
63 in 7.vol. † Quinimo eſt aduertendum, quia in dicto caſu nõ
poſ-

poſſet etiam homicida pauper, qui percuſſit cum haſta in ca
pite,puniri pœna pecuniaria,ſed alia pęna.puta exilij, vel car-
ceris deberet puniri,vel ſimili,non pecuniaria nec corporis
afflictiua,ſed ſolum pecuniaria. in tali caſu poſſet puniri ho-
micida diues & potens ad ſoluendum.& ratio eſt, quia talis
homicida pauper poſtquam nō poſſet ſoluere,lueret in cor
pus,per illam regulam,quæ dicit,qui non habet in ære,luat
64 in † corpore in maleficijs.l.ſi quis id,quod.in §.1.de iuriſdic.
omnium iudic.l.fina.ff.de in ius vocan.l.qui ædes.ff.de incēd.
rui.& nau.& habetur in l.1.§.fina.de pœn. cum ſimilib.& ſic
illa pœna,quæ directè & expreſsè ei imponi non poteſt de
iure, imponeretur tacitè & per obliquum, quod fieri non
teſt,per regulam illam,quod prohibito vno, omnia cenſen-
tur eſſe prohibita,per quæ deuenitur ad illud, vt in l. oratio.
ff.de ſponſa.c.cum quid vna via.de reg.iu.in 6.cū ſimili.Mo-
65 dò † vlterius ſuper hac l.habemus notare, quod illud quod
eſt fundamentum intentionis alicuius,debet per eum pro-
bari,ita probat iſte tex.in verbo,probauerit non occidendi
animo,&c.hoc etiam habetur in l.hoc iure.& in l.ita ſtipula-
tus.in prin.ff.de verb.oblig.& in l.ſi quis conſortium.C.de fa
bricen.lib.11.& volunt Doct.in c.ſuper his.de accuſa. & in c.
bonæ.el 1.de elec. & in l. in illa ſtipulat one, ſi calendis. ff. de
verbo.obliga.& Domi. Alex.in conſilio 123.incip. viſo pro-
ceſſu,&c.in 1.col.in 7.volum.& ibi in conſilio 124 incipien.
viſo proceſſu,&c.in 1.col.& in conſilio ſuo 28.incip. viſo, &
præhabito.in vltimis verbis.& ibi in conſi.ſequenti.incipien.
viſo themate.in prin.in 2.vol.& ibi in conſi.37.incip. viſo &
66 opportunè,&c.in 5.colum.† Et quomodo poſſit probari ne
gatiua,vide Io.And.& alios in c.bonæ.de electio.Bart. in l.1.
§.hoc interdicto.ff.de itinere actuque priua.Ange.in §. hinc
nobis.in Auth.de hære. & fal.Doct.in l.actor.C.de probatio.
Ludo.Roma.in conſil. 245.incip. ad primum,&c.in fi. Alex.
in conſi.459.incipiente,in cauſa & lite,&c.in vlt.col. & Bald.
in l.2.in vlt.col.ſupra de errore aduocat.Sed contra prædicta
& contra hunc tex.quod iſte percutiens non teneatur pro-
bare hanc negatiuam, ſcilicet quod non percuſſerit animo
67 occidendi,facit. † Nam præſumptione iuris quilibet.præſu
mitur bonus & non delinquere.l.non omnis.in §.à Barbaris
ff.de re militā.l.merito.ff.pro ſocio.l.ſeruos. & l. teſtamento
centurio.ff.de manu.teſta.gl.in l.cum quidam,la 2.ff.de lega.
2.hinc dicimus,quod dolus non præſumitur niſi probetur,
& qui dolum allegat,debet dolum probare.l.quoties. §. qui
dolo.ff.de probat.& l.dolum.§.de dolo.cum multis ſimi. ibi
in glo.állega.

Item pro hac parte, quod non teneatur probare hoc ꝙ
non fecit animo occidendi,facit:nam poteſt præſumi quod
fecerit animo occidendi,& fecerit etiam animo non occi-
68 dendi,vt de ſe patet,† Sed quando ſumus in aliquo caſu, in
quo poteſt capi duplex ſenſus,ſeu duplex intellectus, & ca-
piendo vnum,quis cadit in delictum,& capiendo alium, nō
cadit in delictum,debemus ſemper capere intellectum, per
quem quis non cadat in delictum. ita dixit Bar.in l.non ſolū.
in §.ſed ſi cum poſſet, alias in § ſed vt probari. ff. de ope. no.
nun.vbi dixit,ſtatuto cautum eſt,quod nobilis non poſſit in-
trare palatium niſi tempore conſilij ſub pœna, modo qui-
dam nobilis accuſatur,quod intrauit palatium, ſed neſcitur
an tempore conſilij,vel alio tempore.dicit ibi Bar.quod prę
ſumetur intraſſe tempore conſilij,ne cadat in delictum.ꝙ di
ctum.refert & ſequitur Abb.in c.auditis.de præſcrip.in ante-
pe.col.& Ludoui.Rom.in conſilio ſuo 113. incip. pro deci-
ſione.vbi alle.etiam alia ad hoc.& facit,quod dixit Bart. in l.
2.in fi.ff.de duo. reis.vbi dixit, ꝙ ſi accuſatus eſt Titius quod
cognouit Bertam per vim,& hoc dicunt teſtes,quod debet
intelligi quod ipſe Titius paſſus fuit violentiam ab ipſa Berta
vt euitet pœnam,& delictū.& dixit Bar.in l.verum.ff. de fur.
quod ſi duo fecerunt pacem & promiſerunt ſe inuicem nō
offendere,quod ſi vnus adulterat vxorem alterius,non cadit
in pœnam,quia debemus potius præſumere quod hoc fece
rit libidinis cauſa,quam cauſa iniuriādi, vt euitemus delictū.
& facit optimè gl.ſingularis in c.clerici.81.diſtinct.quæ dixit,
quod ſi duo clerici deponunt me deliquiſſe in hoc loco hac
hora:duo autem teſtes laici teſtificantur contrarium, quod
69 creditur teſtibus laicis,† licet teſtes clerici ſint digniores lai-
cis, vt in c. denique. 4. diſt.in c.duo ſunt genera.12. quæſt. 1.
& habetur in c.cum ex iniuncto.de hære.& in c. ſacerdotib.
11.q.1.Et digniorib.teſtibus ſtandum eſt.c.in noſtra.de teſti.
& l.ob carmen.ff.de teſtib.cum ſimilibus.Et illam gl. in d. c.
clerici.81.diſt.dixit ſing.Lud.Rom.in conſi.ſuo 241.inci.ſpe-
ctabilis Domine collateralis.in 1.col.Et facit not.tex. in l.mi-
70 les.in §.defuncto.ff.de adulter.vbi dicitur, † ꝙ filius natus ex
meretrice maritata,præſumitur eſſe mariti,& non adulteri.
quē tex.ad hoc pro no.allegat Alex.in conſi.37.inc.in cā mo
ta,&c.in 5.col.in 1.vol.& in conſi. 157.inci.circa primum.in
1.col.in 5.vol.& in conſilio 88.incip.omiſſis.in 3.col.in 7.vol.
& Pau.de Caſt. in conſi.175.incip.ſuper primo.in pen.col.&
Barb.in conſi.68.incip.omnipotentem,&c.in princi.in 4.vol.
71 † Et facit ēt,nam quoties verba Notarij poſita in inſtrumen
to poſſunt intelligi, vt euitetur falſum,ſemper debent intel-
ligi,vt notarius excuſetur à falſo.ita dixit gl.nota.in l.iuriſgen
tium,in §.quod ferè.ff.de pac.quam ibi ſumme not.Bald. &
Ang.& Iaſ.in l.ſingularia.in 23.col. ff.ſi certū petatur.& dixit
Bal.in l. 1.in lectu.C.de ſacroſan.eccleſijs.quod vbi vnum ver
bum poſitum à Notario in inſtrumento poteſt denotare
falſitatem & non falſitatem,debet ſemper ſic intelligi,vt falſi
72 tatem non importet.† Et dixit Bar.in l.quotiens.in §.1. ff. de
hæred.inſtituen quod ſi Notarius aliter ſcripſit in inſtrumē-
to quàm fuerit ſibi dictum à partibus,quod præſumitur po-
tius per errorem ſcripſiſſe quam per dolum. & idem dixit
etiam Tancr.de Corneto,in compendioſa ſua in 8.rubrica,
quæſtione 10.& D.Alex.in d.l.quoties.§.1.& facit gl.not. in c.
paſtoralis.in verſ.exonerare.de officio deleg.& dicta per Do
minum Fely.in c.in præſentia.in 7.col.de probationi.& in c.
dudum.in 4.col.de præſumptioni.& in c.auditis.in 19.col.de
præſcrip.& per Alexan.in conſi.476.inci.pulchrè reſpondet.
in 1.col.& faciunt,quæ ego forte vltra omnes dixi in repeti-
tione mea l.fina. in 50.char. cum ſequenti. ſupra de proba-
73 ti.† Et facit not.verbum Bal.in l.data opera.in 11.col.poſt me
dium, ſuprà qui accuſare non poſſunt.vbi dixit,ꝙ in præiu-
dicialibus actus indifferens ad conſenſum & diſſenſum repu
tatur pro diſſenſu.& faciunt dicta per Iaſ.in l.fructus.in 2.co
lum.verſi.3.adde,&c.cum ver.ibi ſequen.ff.ſoluto matrimo.
& in l.diuortio.in 3.col.ad fin.eo.tit.Ex iſtis ergo videtur di-
cendum,quod iſte percutiens in caſu huius legis non tenea-
tur probare hoc, quod non percuſſerit animo occidendi,
cum hoc in dubio præſumatur per iura & doctrinas ſupra
allegatas.Nec obſtat,quod iſta negatiua,non animo occidē-
di,ſit fundamentum intentionis percutientis, ergo probari
debet,vt in d.l.hoc iure.& in d.l.in illa.ff.de verb.obligat.cum
alijs ſuperius allegatis.Quia illa regula non procedit,quando
74 iuris præſumptio eſt pro allegante † quia tunc non tenetur
probare,ſecundum Bar.in l.in illa ſtipulatione, ſi calendis.an
te finem.ff.de verb.obliga.& eſt tex.in l.ab ea parte.ff.de pro
bat.& in c.bona fides.extra de depoſito.de quo ego dixi in l.
ſi quis ne quæſtio.in 9.col.in fin.ff.de quæſtio.& in l.1.in §. ſi
quis dicatur.in 5.colum. circa medium.eo.tit.pro quo facit.
75 † Nam quando apparet de ſimulatione iuris præſumptione
talis ſimulatio poteſt opponi non obſtante ſtatuto prohibē
te ſimulationem opponi.ita dixit Bal.§.plus valere,quod agi
tur.quem ibi ſequitur Saly.quos refert & ſequitur Socin. in
conſi.66.incipien.fruſtra.in 5.col.in 1.vol.Cum ergo in caſu
noſtro præſumptio iuris ſit pro allegante,quod non percuſ
ſerit animo occidendi,quæ præſumptio eſt,vt dixi, quia qui
libet præſumitur bonus,& nemo præſumitur delinquere,er
go videtur quod non cogatur probare,quod nō percuſſerit
76 animo occidendi. † Alia etiam ratione videtur dicendum
in caſu noſtro,ꝙ iſte percutiens nō teneatur probare,ꝙ ani.
mo non occidendi percuſſerit. ratio eſt, quia animus non
poteſt directe probari per teſtes,nec per inſtrumenta,ſecun-
dum Inno.in c.ſuper hoc.de renunciat quem refert & ſequi
tur Bal.in l.ſi quis filio.§.eius qui ff.de iniuſto teſtam.& cum
non poſſit probari,ſatis ergo erit eius iuramentum cum aſ-
77 ſertione ſua, quod non fecerit animo occidendi. † Quia in
his,quæ dependent ab animo,ſtatur dicto aſſerentis cum iu-
ramento,ſecundum gl.in §.aliæ.Inſt.de actio.quam refert,&
ſequitur Pet.de Ancha.in conſi.ſuo 158.incipiente,rationes
quæ ſuperius,&c.in fine.& Ange.in conſi.313.incip. viſo di-
cto teſtamento.in 2.col.cira fi.quod etiam voluit glo. in c.ſi
vero,el 2.de ſent.excommu.& gl.in c.ſignificaſti.de homi.el
j. quæ alleg. plura iura ad hoc.de qua materia late loquutus
ſum in repet.mea rub.ff.de fideiuſſo.in 8.col.Et ſic ex hac ra-
tione etiam videtur,quod iſte percutiens in caſu noſtro nō
teneatur probare,quod non animo occidendi percuſſerit.
Sed ad hoc poteſt reſponderi & dici,quod hæc ratio non ha
bet obſtare,eo quia iuramentum non habet interuenire in
78 tali re,cum † cauſæ criminales non decidantur iuramento,
ſed in eis requiruntur veræ & plenæ probationes,vt habetur
in l.fin. C. de proba.& in l.dolum.§.de dolo.& in l.metum.§.
quod met.cauſa.& voluit Bar.in l.maritus.ff.de quæſtioni. &
Bal.in l.1.in 2.col.§.quomodo & quando iud.& Iaſ.in repe. l.
admonendi.in 103.col.ff.de iureiur.& Do. Philip.Decius in
conſi.37.incip.in cauſa.in vlti.col.de quo latè dixi in practica
mea cauſarum criminalium,in §.poſtquam.num.1.& 2. Sed
pro ſolutione aliorum contrariorum ſuperius adductorū
dici poteſt,quod imò percutiēs tenetur probare hoc, quod
non

non percuſſit animo occidendi, quia imò percutiendo ha-
bet iuris prēſumptionem contra ſe,quæ eſt,quod omne ma
lè factum,prauè præſumitur actum,vt in l.ſi non conuitij.in-
fra de iureiur.& hic.& habetur in l.1.§.ſi quis Impera.maledi
xe.Item etiam,quia ſi non teneretur probare hoc quod nō
percuſſit animo occidendi, ſed ſtaretur ſimplici dicto & aſ-
ſertioni ſuæ,certè daretur materia delinquendi, quia vnuſ-
quiſque diceret ſe non percusſiſſe animo occidendi, quod
non eſt dicendum,arg.l.conuenire. ff.de pact.dota.& ſic de-
79 licta remanerent impunita,† contra l.ita vulneratus.ff. ad le.
Aquil.& l.ſi longius.in §.1.ff.de iudi.l.Stichum.§.1.ff.de ſolu.
l.ſi operis.infra de pęn.c.vt famæ.de ſent.excom.c.licet Heli.
de ſymo.de quo etiam dixi in practica mea cauſarum crimi
nalium,in §.diligenter.nu.127.Et ſic per iſta mihi videtur, ꝙ
80 tollantur contraria ſuperius allega. † No.etiam hic in verſi.
crimen enim contrahitur, ſi voluntas nocendi intercedat,
&c.ad hoc videlicet,quod homicidium ſine dolo commiſ-
ſum,vel aliud maleficium non punitur pęna mortis,ita opti-
mè probat iſte tex.quod etiam clarius probat text. in l. cū au
tem.in §.capitalem.ff.de ędil.edic.quem tex.ad hoc alle. Do.
Alexan.in conſi.119.inci.viſo proceſſu.in 4.col. in 7. volum.
imo etiam in caſu iſto,vt occiſor teneatur pœna mortis,nō
81 ſufficit quod † ſit in lata culpa,quæ in ſimilibus pro dolo nō
accipitur,vt eſt tex.in l.lege Cornelia.ff.eo.& not.glo. in l.is,
qui cum telo.infra eo.& gl.in l.ſed & ſi quicunque.ff. ad leg.
82 Aquil.& not.Azo,in ſumma huius tit. † Quinimò non ſolū
quantum ad imponendum pœnam mortis, ſed quantum
ad imponendam aliam pœnam corporalem,lata culpa non
æquiparatur dolo,ſecundum glo.no.in l.in actionibus. ff. de
in lit.iuran.& ibi Doctores.de qua gl.facit feſtum Cœpol.in
conſi.36.incip.in caſu iſto.in pen.col.& not.glo.in l.ſi mora.
in verbo,culpam.ff.ſol.matri.& habetur per Barto.in l.quod
Nerua.ff.depoſiti.& in l.1.§.1.ff.ſi quis teſta. lib. eſſe iuſſ.fue.
83 † Et ideo dixit Bal.in l.quicunque.in 5.col.ſupra de ſer. fugit.
quod vbicunque lex loquitur de pœna corporali, vel capita-
li,ſemper ſubintelligitur dolus,per no.in d.l.in actionibus,&
Inſtitutio.de ſuſpe.tut.in §.ſuſpectus.& quoties ſtatutum im
ponit pœnam perſonalem pro homicidio, vt quia dicat, ꝙ
occidens occidatur,niſi occiderit dolo & ex propoſito,non
habebit locū pœna ſtatuti,vel legis,ſed aliter debebit mitius
puniri. ita no.dixit Bal.in l.data opera.in 4.col.in ver.itē ſi ſta
tutum punit homicidium,&c.§.qui accuſa.non poſ.& habe-
tur per Bar.in l.1.§.1.ff.ſi quis teſta.lib.eſſe iuſ.fue. & no.Bald.
& Saly.in l.2.§.de noxali.& Sal.in l.pe.infra in hoc tit.& Pau.
de Caſtro,in l.1.in fine.ff.de legi.& in l.1.§. vbi ſena. vel clariſ.
vbi exclamat contra iudices,qui neſciunt à verbis ſtatutis re-
cedere.& dicit Pau.de Caſt.in l.& ſi ſeuerior.§.ex quibus cau.
infa.irro.quod ipſe habuit hunc caſum de facto. & dicit ꝙ
iudicibus allegauit Bal.in d.l.data opera.& dicit,quod ſi non
habuiſſet authoritatem Bal.in d.l.data opera, feciſſent illum
reum decapitare.quod dicit ipſe ibi eſſe not.de quo ego latiſ
ſime forte vltra omnes dixi in l.de minore.in principio,in 6.
& 7.col.ff.de quæſtio.& in ſingula. meo 176. incip. voluntas
& propoſitum.ad quod etiam vltra dicta in dictis locis per
me vide Iaſ.in l.1.in 4.& 5.col.ff.de legi.& Do.Philip.Dec. in
conſi.ſuo 9.incip.diuino,&c.in 1.col.& Iaſ.omnino,in d.l. in
actionibus.in 6.& 7. col.ff.de in li.iur.& Alex.in dicto conſil.
119.incip.viſo proceſſu,&c.in 4.col.in 7.vol.Nota vlterius ex
iſto tex.in verſi.ea quæ ex improuiſo caſu potius quam frau
84 de accidunt,&c.† quod ea,quæ caſualiter accidunt, non no-
cent agenti.Et ideo dixit Abb.in conſi.ſuo 62.incipien.in cō
trouerſia.in fine 4.col.in 2.vol.quod illa,quæ caſualiter fiunt
& non ex propoſito,non ſunt in conſideratione,& per con
ſequens non punirentur.Et facit dictum Bal.in l. præsbyteri.
in vlt.col.C.de epiſcop.& cler.vbi dixit, quod ſi examinatur
teſtis & caſualiter,ſeu incidenter dicat ſe eſſe homicidā,qđ ex
tali confeſſione non poterit puniri,nec cōdemnari. de quo-
dixi in practica mea,cauſarum criminalium, in §. conſtante.
85 nu.48.& 49. † Et quod talis confeſſio incidenter facta non
ſit punibilis,volunt alij plures Doctores,quos retuli in dicta
practica mea,in §.poſtquam.nu.9.& in l.1.in §. diuus Anto-
ninus,in vlt.col.in prin.ff.de quæſtionib.& in d.l.1.in prin.in
15.col.eo.tit.& in ſing.meo 329.incip.plures ſunt caſus, &c.
in prin.Venio modo ad gl.& prima gl.clara eſt, nam ſupplet
verbum,rectius fecerit.& ſupplet gl.quam ſi cœlet,vel abſcō
dat,quod hoc erit melius fratri tuo, quia tunc poterit pro-
bare de iure ſuo,ſcilicet ſe non percuſſiſſe animo occiden-
di,ꝙ non poſſet,ſi ſe abſconderet, vel cęlaret.Capio glo.2. in
verbo,non occidendi animo,quæ gl. dicit ꝙ videtur, ꝙ non
poſſit probari hæc negatiua,ſcilicet animus non occidendi,
per ea quę habentur in l.actor.§.de probati.vbi dicitur,quod
negatiua eſt improbabilis,ſed dicit poſtea glo.quod imò ta-
lis animus non occidendi probabitur per præſumptiones
probando amicitiam,vel affinitatem cum percuſſo & quali
tatem occidentis,& etiam cum iuramento purgationis.alle-
gat in arg.l.præſenti,§.ſicubi.ſuprà,de his,qui ad eccl. confug.
& l.ſi non conuicij.infra de iniur.hanc gl.dicit Bal.no. eſſe ad
hoc videlicet,quomodo probetur animus in delictis,& ha-
bes ex ea ꝙ affinitas,vel amicitia exiſtens inter occiſum,& oc
cidentem inducit præſumptionem animi de non occiden-
do,quod intellige non per ſe ſola,ſed alijs concurrentibus,
de quibus hic in gl.quæ loquitur copulatiuè ibi, & qualitatē
86 occidentis,& iuramentum purgationis,&c.† Et circa hoc,an
affinitas,vel amicitia tollat præſumptionem occidendi, vide
D.Franciſ.de Aret. in conſi. 147.incip.viſa conſultatione. in
6.col.& Salyc.& alios hic,Cœpo.in conſil.ſuo 31.incip. ſuper
homicidio,in pe.col.& D.Phili.Decium in conſi.9.incipien-
te,diuino &c.in 2.& 3.col.Capio gl.in verſicu.militarem.pro
cuius expeditione opp.dicitur hic quod iſte miles,qui occi
dit,conuenitur ſub præſide,vt apparet ex hoc textu,in verbo
præſidi prouinciæ.& ꝙ eſſet miles,patet in ver.militatem di-
ſciplinam,&c.ſed miles debet conueniri ſub magiſtro mili-
tum,qui habet iuriſdictionem in militibus, vt habetur in l.
magiſteriæ.§.de iuriſd.omnium iud.Solu.gl.duobus modis,
& primò dicit,quod hoc euenit in caſu, quia enorme erat
delictum, quo caſu miles perdit priuilegiū fori, quia reatus
omnem dignitatem excludit,vt eſt text.in l.1. §. vbi ſena.vel
clariſ. Soluit & ſecundo modo gl.& dicit, quod hoc euenit
87 in caſu iſto,quia crimen eſt notorium.† Ex qua gl. no. quod
quando crimen eſt notorium,reus poteſt prorogare iuriſdi
ctionem iudicis incompetentis,& facta coram tali iudice va
lent & tenēt non attenta incompetentia.quod multum no
ta.& ponderat hic.Bald.de quo etiam latius hic per Saly. Ca-
pio gl.in verbo,voluntas.quæ dicit,quod ad hoc vt habeat lo
cum lex Cor.de ſica.requiritur voluntas. & alleg. plura iura
ad hoc.poſtea dicit quod etiam quādoq; contrahitur crimē
l.Cor.ſine voluntate delinquendi.& alleg.l. qui occidit. in §.
pen.ff.ad legem Aquiliam.& l.ſi ex cauſa.§.mulier. ff. de mi-
nori.circa hoc an & quando ſine animo deliquendi com-
mittatur delictum,& in quibus caſibus,dixi ſupra in textuali
bus,& ad hoc adduxi plures tex. ideo circa hoc vlterius me
non extendo.Capio gl.fin.quæ dicit,quod tex. iſte vtitur ver
bo,plerūque.eo quia etiam quandoque quis punitur pro ca
ſu mortis ſequutæ, licèt ille qui punitur non habuerit ani-
mum occidendi.& ad hoc alleg. plura iura. circa quod ego
etiam aliqua dixi ſupra circa materiam huius legis, quæ non
88 repeto breuitatis cauſa. † Poſtea glo. iſta circa fi.ponit diffe-
rentiam inter caſum fortuitum,& caſum improuiſum, ꝙ
clarius declarat Bald. dicens quod caſus fortuitus dicitur,
quando non præcedit aliqua cauſa dependens ab eo,cui ca-
ſus euenit,vel contingit,ſed caſus improuiſus dicitur ille,cui
culpa præcedit.quam differentiam dicit Bal.neſcire alibi. A-
lia facientia ad materiam huius legis videas per Doctores
hic,& in l.1.in §.diuus Adria.ff.eod. & per iſta ſit expedita lex
iſta.Sequitur modò.l.2.quæ incipit,is qui aggreſſorem.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Licitum eſt vnicuique occidere aggreſſorem pro defenſione ſua.*
2 *Occidens aggreſſorem non peccat.*
3 *Clericus celebrans licitè aggreſſorem occidit.*
4 *Defenſio eſt de iure naturali.*
5 *Defenſio non poteſt à Principe auferri.nu.7.*
6 *Statutum tollens defenſionem,intelligitur de ciuili.*
8 *Occidens aggreſſorem pro defenſione,non punitur.nu.9. & quomodo intelligitur,vide nu.ſeq.*
11 *In diſcrimine vitæ quando quis dicatur.*
12 *Defenſio mea,quando dicitur probata.nu.14.*
13 *Armorum terror iuſtum metum parit.*
15 *Excedens modum in defendendo,quomodo puniatur.nu.23.*
16 *Non dantur ad menſuram verbera.*
17 *Metus inſtans tollit iudicium rectum.*
18 *Vulneratus ſi occidat vulnerantem,pęna mortis non punitur.nu.23.*
19 *Percuſſus cauſa defenſionis,præſumitur repercutere.num.21.*
22 *Percutiens ſemel præſumitur velle repercutere.*
24 *Iuſta cauſa excuſat homicidam à pęna mortis.*
25 *Cauſa etiam iniuſta excuſat à dolo.*
26 *Permiſſum à iure non eſt punibile.*
27 *Prouocatus vera pœna non punitur.*
28 *Prouocatus verbis ſi offendat,mitius punitur.*
29 *Lex pœnalis extenditur ex identitate rationis.*
30 *Iniuria poteſt vlciſci incontinenti.*
31 *Exceptio dilatoria incontinenti poſt litem conteſtatam opponi poteſt.*

32 *Iu-*

32 *Iudex quando poſſit mutare ſententiam.*
33 *Quando quis dicatur capi in delicto.*
34 *Aggreſſus, quando teneatur fugere.*

Is, qui aggreſſorem. Et hoc intendit. Licet vnicuiq; ad ſuã
defenſionem occidere aggreſſorem. hoc dicit ſecundum
Bar. vel ſic. Aggreſſus in diſcrimine vitę conſtitutus poteſt
ſuum occidere aggreſſorem: ſecus ſi non ſit in periculo vitæ,
quia tunc excederet modum. hoc dicit, ſecundum Bal.
vel ſic. Conſtitutus in vitæ diſcrimine aggreſſorem occidens,
nullo modo punitur. hoc dicit ſecundum Ange. vel
ſic. Poſitus in diſcrimine vitæ poteſt impunè ſuum aggreſſorem
occidere, ſecundum Saly. Caſus, &c.
1 † No. ex iſto tex. dictum in ſummario videlicet, quòd
licitum eſt vnicuique pro defenſione ſua occidere aggreſſorem.
concordat. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad leg.
Aquil. & l. vt vim. ff. de iuſti. & iu. l. ſed & partus. §. fina. ff.
quod met. cauſa. & c. de his. 20. diſtin. & c. ius naturale. 1. diſtin.
& clem. vnica. de homi. & habetur in l. 1. ſuprà vnde vi.
2 † Quinimò talis occidens aggreſſorem ſe defendendo,
non committit peccatum. † & ideo dixit Ioannes de Li-
3 gna. in tracta. ſuo de iuſto bello, quòd ſi clericus ad altare
celebrans aggreditur ab aliquo, quòd iuſtè poteſt dimittere
celebrationem, & poteſt ſe defendere; & ſi in illa rixa
ſe defendendo occidit aggreſſorem, quòd poteſt incontinenti
redire ad altare & miſſam perficere. quod dictum
refert & ſequitur Abb. in c. clerici. el j. circa princ. de vita &
hone. cle. quos refert & ſequitur Domi. Maria. Socy. in repeti.
c. ad audientiam. in 31. colum. de homic. in verſicu. 27.
quos ego retuli in l. 1. in 4. colum. ff. eod.
4 † Et ratio prędictorum eſt, quia defenſio eſt de iure naturali,
& tanquam iuris naturalis competit nedum hominibus,
ſed etiam animalibus brutis, vt habetur in l. 1. §. ſed
cum arietes. ff. ſi quadru. paupe. feci. dic.
5 † Et talis defenſio tanquam iuris naturalis, non poteſt
tolli à Principe, ſiue à ſuperiore. text. eſt & ibi omnes Doctores
in §. ſed naturalia. Inſti. de iure naturali. & voluit
Bartol. in tractatu ſuo, qui ſint rebelles. in vlti. colum. & in
l. facultas. circa princip. C. de iure fiſ. lib. 10. & Oldradus in
conſi. 46. incipiente, quæritur vtrum citatio, &c. & Ange.
6 in conſilio ſuo 177. incipiente, in facto proponitur. & † iõ
dixit Bald. in c. à nobis. in fine. de excep. quòd ſtatutum tollens
defenſionem, intelligitur de ciuili, non autem de naturali.
quod etiam confirmat Dominus Fely. in c. cum dilecti,
7 in 5. colum. de excep. † Et dixit Gemi. in c. non ſolum.
in princip. de ap. in 6. quòd Papa non poteſt tollere defenſionem
introductam de iure naturali, ſed bene tollere illam,
quæ introducta eſt de iure poſitiuo. & dixit Bald. in l.
prima, in 4. colum. C. qui accu. non poſ. quòd ius naturæ
permittit, quòd quis defendat ſe per fas & nefas, & quòd
naturalis viuendi dulcedo ſic inſita eſt, & ideo tex. noſter
cum ſimili. permittit occiſionem aggreſſoris ſe defendendo,
& ratio huius text. & ſimilium poteſt eſſe, quia occidens
aliquem ſe defendẽdo, non dicitur committere maleficium,
ſecundum Bal. in l. data opera. in quarta colum.
8 ſuprà qui accu. non poſ. † Et alia ratio etiam allegari poteſt,
quare occidens aggreſſorem ſe defendendo non pu-
9 nitur videlicet, quòd ſi † aggreſſor eſt mortuus ab aggreſſo
ſe defendendo, videtur magis à ſeipſo occiſus quàm ab
aggreſſo, quam rationem adducit Abb. in cap. clerici. el 1.
poſt princip. de vi. & hone. clerico. Pro quo faciunt optimè
dicta per Bald. in l. fi. poſt princip. ff. de rerum diui.
10 † Et intellige hunc text. & omnia prædicta, quando aggreſſus
eſt in periculo vitæ conſtitutus, nam tunc poteſt
impunè occidere aggreſſorem. ſecus autem, quando non
eſſet deangulatus, vel in periculo vitæ conſtitutus, quia tũc
non liceret ipſi aggreſſo occidere aggreſſorem. ita probat
iſte text. in verſi. in diſcrimine vitæ conſtitutus, &c. ad quod
facit text. in dicta clemen. vnica. in fi. de homi. & in dicta l.
ſcientiam. in dicto. §. qui cum aliter, & facit text. in l. 1. ſupra
vnde vi. in verſi. cum moderamine & ibi glo. no. & magiſtra.
& facit text. in l. 1. §. vim vi. ff. de vi, & vi ar.
11 † Quando autem quis dicatur in diſcrimine vitæ conſtitutus,
vel in caſu in quo ſibi liceat occidere aggreſſorem,
dicas quòd quis dicitur in periculo vitę conſtitutus eoipſo
quòd terror armorum ſibi infertur. ita habetur in l. licet. §.
armati. ff. de vi & vi arma. & in l. ſed ſi quacunque. in prin. ff.
ad legem Aquil. vbi hoc voluit gl. & Domi. Flo. & in l. ſcientiam.
§. qui cum aliter, eo. tit. & Domi. Flo. in l. ſi ſeruus. in fi.
1. colum. eo. tit. & in d. l. ſcientiam. in dicto §. qui cum aliter.
eo. tit. & voluit Dom. Barth. Cępol. in conſilio ſuo 29. incip.
viſo proceſſu. in 5. colum. & Ange. de Are. in tracta. ſuo maleſic.
in verbo, & dictus Titius ſe defendendo. in ſecunda
charta. in 1. colum. in ver. & aduertas, quod quis &c. vbi allega.
Bald. in l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad l. Aquil.
12 † Et ideo dixit Barto. in d. l. ſed ſi quacunque. in princip.
ff. ad leg. Aquil. quòd eoipſo quòd probo, quòd aliquis
veniebat contra me cum gladio euaginato, & ego eum
occidi, quòd tunc probata eſt defenſio mea. quod dictum
refert & ſequitur Ioan. de Ana. in ca. ſi perfodiens. in vlti.
13 colum. de homic. vbi etiam dicit, † quòd viſus armorum
affert iuſtum metum. & illud dictum Barto. in d. l. ſed ſi
quacunque. refert & ſequitur Dom. Barthol. Cæpo. in conſilio
ſuo. 29. prææallegato. in 5. colum. pro quo dicit eſſe tex.
in l. percuſſorem. infrà in hoc tit. & adde ad prædicta gl. no.
in d. l. 1. ſuprà vnde vi. quæ dixit quòd ſufficit terror armo-
14 rum vel iactio percuſſionis. † Et facit optimè pro prædictis
no. verbum Barto. in l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad
leg. Aquil. quem refert & ſequitur Ange. de Aretio, in §.
iniuria. in prima colum. in fi. Inſti. ad legem Aquil. vbi dixerunt,
quòd ſi percutio te antequàm tu percutias me, dum
tu es in actu percutiendi me, ꝙ dicor tunc feciſſe ad meam
defenſionem. quod etiam voluit Angel. in l. quemadmodum.
ff. de inofficio. teſta. quem refert & ſequitur Domi.
Anto. Corſe. in nota. ſuis, in verbo, metus. in primo no. &
idem etiam voluit Angel. de Aretio, in tractatu ſuo male.
in verbo, & dictus Titius ſe defendendo. in j. charta, in vlti.
verſic. circa med. vbi ſimiliter allegat Barto. in dicto §. tabernarius.
& Bald. in l. j. ſuprà vnde vi. & idem etiam dixit Alex.
in conſilio 323. incipien. in caſu prædicto, in 3. colum. ver.
circa ſecundum, &c. & Bald. in l. in multis. C. de libe. cauſa in
fi. ad quæ etiam vide Domi. Iaſo. in l. vt vim, in 3. col. ver. tamen
non eſt neceſſe. ff. de iuſtitia & iure. & Dom. Pet. Philip.
Cor. in conſilio ſuo 162. incipien. in hac conſultatione.
in 4. colum. in primo volum. & in conſil. 204. incipien. pro
deciſione. in ſecunda colum. & ibi in conſi. 274. incipien.
videtur, in 1. colum. de quo latius dixi in l. pen. & in 3. & 4.
colum. ff. de quæſtioni. in illo articu. quod idem operatur
potentia in habitu, quod operatur potentia in actu, & dixi
etiam in l. prima, in princip. in 5. colum. ff. eo. de ſica.
15 † Et ſcias quòd licet, vt dixi, defenſio debeat fieri cum
moderamine inculpatæ tutelæ, vt habetur in d. l. vt vim. ff.
de iuſti. & iure. & in l. j. ſupra vnde vi. tamen ille, qui ſe defendendo
exceſſit modum inculpatæ tutelę, non debet puniri
pœna mortis, ſed alia mitiori pœna arbitrio iudicis, &
ſic non debet puniri pro toto, ſed tantùm pro exceſſu. ita
dixit Ioannes Andræ. in ca. ſignificauit. de pœ. & remiſ. in
Nouel. & Bald. in c. j. §. 1. ad fi. de pa. iura. fir. & in c. j. in princ.
in 3. colum. de pace tenen. & Ioan. Andr. in addi. Spec. in tit.
de homi. & idem dixit Bald. in l. vt vim, & Ludou. Roma. in
ſingu. ſuo 41. & Domi. Flo. in d. l. qui ſcientiam. §. qui cum
aliter. ff. ad legem Aquil. & Pet. de Anch. in d. clem. 1. de homi.
& Pau. de Caſt. in conſi. ſuo 192. incipien. in cauſa incarceratorum.
in vlt. colum. & idem tenet Dom. Alex. in conſi.
76. incipien. viſa inquiſitione. in j. & 2. colum. in j. volum.
& Dom. Bartho. Cæpol. in conſilio 29. incipien. viſo proceſſu.
in pe. colum. & in conſi. 34. incip. ſi vnquam, in 11. col.
& Ange. de Are. in tracta. male. in verbo, & dictus Titius ſe
defendendo. in ver. aduertas etiam, & ibi in addi. & Domi.
Ant. & Ioan. de Ana. in c. ſignificaſti. el 2. de homi. & voluit
glo. 23. q. 1. in ſumma. de quo etiam dixi in d. l. 1. in princip.
in 6. colu. ff. eo. & in practica mea cauſarum criminalium.
in §. quoniam. num. 63. & ratio, quare in tali caſu excedens
modum inculpatæ tutelæ non punitur de toto, ſed ſolùm
de exceſſu, & ſic non punitur pœna mortis, ſed alia mitiori
pœna, eſt ſecundum Bal. in d. l. vt vim, quem refert & ſequi-
16 tur Cæpo. in conſilio ſuo 1. in 3. colum. eſt videlicet, † quòd
ictus ſeu percuſſiones, ſeu verbera non dantur ad menſuram,
& defendens ſe non poteſt habere ſtateram in manibus
& menſurare ictus. pro quo eſt text. no. in c. fin. de ho-
17 mi. in 6. & hoc tantò magis eſt verum, quia † metus improuiſus
inſtantis periculi tollit rectum iudicium & cõſilium
deliberandi, homo enim intenſo dolore vel timore permotus
non eſt in plenitudine intellectus. ita dicit Baldus in
c. 1. §. 1. in fi. de pace iura. fir. Pro quo facit illum vulgatum;
videlicet, *homo aſſaltado, mezo perduto.* quod vulgare refert
& confirmat Dom. Aug. de Ari. in additionib. ad Angel.
de Aretio, in tractatu maleficio. in verſ. & dictus Titius
ſe defendendo. in 2. charta, in 2. colum. illius additionis.
18 † Quinimò dico vnum, quod eſt fortius, videlicet, quòd
nedum ille qui ſe defendendo occidit aggreſſorem, nõ eſt

punniendus pœna mortis per rationes ſuperius adductas, & per iura præallegata,ſed etiam ille, qui occidit eum ſe non defendendo,non debet puniri pœna mortis,ſed mitius, vt puta ſi percuſſus & iam vulneratus inſequitur vulnerantē, qui fugiebat & eū occidat, non tenetur vt homicida, nam eſt potius in culpa,quam in dolo.Iſtud eſt ſingu.dictum Iaco.de Are.quod refert & ſequitur D. Ant.in c.olim.el 1.ad fi.de reſtit.ſpo.& ibi Abb.in 10.col.quam doctrinam etiam refert D. Fran.de Are.in conſ.ſuo 34.inci.viſis diligenter teſtib.in fi.& in conſ.ſuo 80.inci.ſicut decet, &c.in fi.& idem tenet Ang.de Are.in tractatu maleſi. in ver.dictus Titius ſe defendendo.in ver.quæritur,Titius vulnerauit, &c. & pro hac parte in contingentia facti conſuluit Bal.in ciuitate Papiæ,vt refert Pau.de Caſt.in conſi. ſuo 192. inci.in cauſa incarceratorum.in vlt.col.& idem etiam firmat Io.An.in addi. Spec.in ti.de homi.ſuper rub. vbi dicit, ꝙ licèt excedens modū ſe defendēdo teneatur de culpa.c. ſignificaſti.el 2.de homi.tamen ſi in illo exceſſu occidat aggreſſorem,non tenetur vt homic. quod dictum refert & ſequitur D.Alex.in conſi.ſuo 76.inci.viſa inquiſitione.in 2.col.in 1.vol.& idem videtur tenere Bal.& Saly.in d.l. 1. §. vnde vi.pro quibus faciunt dicta per Albe.de Roſa. in 2.parte ſtatutorum,q.452. & illud dictum Iac.de Are.D.Ant.& ſequacium refert & ſequitur D.Fely.in c.dilecti filij.in 8.col.extra de excep.vbi refert etiā alios tenentes hanc partem, & alia plura circa hoc facientia ibi refert, ſubdens ꝙ de hoc dicto nunquam debes obliuiſci,qa vix poſſet eſſe notabilius.& idem dixit Do. Fely.in c.ſignificaſti.el 2.de hom.in pe.col.de quo etiam di xi in ſig. meo 100.inci.occidens aggreſſorem.& dicam etiā inf.Scias etiam, & perpetuò teneas menti, vnum circa ma-

19 teriam huius l. videlicet, † ꝙ aggreſſus ſeu primò percuſſus ſemper præſumitur repercútere ad ſuam defenſionem,nō autem ad vindictam. ita habetur in hac l. per Bal. vbi ꝑ hoc alle.no.in c.ſignificaſti.de homi.el 2.& in cle. 1. de homi. & hoc etiam voluit ipſe Bal.in l.j.in §.cum arietes. ff.ſi quadr. pau.feciſ. dicā. & Bart. in l.ſi ex plagis.ff.ad leg.Aquil.& in l. ſed ſi quacunq;.eo.tit.& in conſi.ſuo incip. Vanutius Petri. & Pet.de Anch.in d.cle.1.de homi.& Do.Alex.in conſi.ſuo 76.inci.viſa inquiſitione.in vlt.col.in j.vol.& in alio cōſi.ſuo nondum impreſſo,in c.viſis & vt oportet conſideratis,in 2. char.& D.Fely.in c.dilecti filij.in 9.col.de excep.quæ oīa tan quam no.tenenda ſunt menti perpetuò in hac materia defenſionis.de quo etiam dixi in l vnius.§.cogniturum.in 10. col.ff.de quæſtioni.& in d.l.1.in principio, in 7. col. ff.eo.de ſica.& vide quæ latius dixi in practica mea cauſarum crimi-

20 nalium.in §.quoniam.num. 68. 69.&70.† Scias etiam vltra præmiſſa, ꝙ ſi quis ſe defendendo ex animo & propoſito exceſſit modum defenſionis,& taliter excedendo vulnerauit vel occidit,ꝙ etiam tali caſu non debet puniri pro toto eo,quod fecit,ſed pro exceſſu tantum,ita ſing.dixit Alex.in conſi.140.inci.videtur in caſu.in pe. & vlti. col. ad quod alleg.Pet.de Anch.in dicta cle.j.de homi.de quo ibi latius per eum,& dixi de hoc etiam latè in c.2.circa fi.de homi. ad qđ vide etiam Alex.in conſi.2.in 5.col.in 7.vo.& in conſi. 119.

21 incip.viſo proceſſu.in 4.col.in eo.7. vol. † Item ſcias etiam, quòd ſi quis vim iam factam repellit,præſumitur potius facere ad defenſionem,quàm ad vindictam. ita dixit gl. 23.q. 1.in ſumma.per quam glo. ita dicit Do. Aug. de Ari.in tractatu maleſi.Ang.de Are.in verbo,& D.Titius ſe defenden

22 do.in 2.char.in j.addi.in 2. colum. illius addi. † Et tantò magis hoc procedit, quia qui primò percuſſit, videtur habere animum repercutiendi, ſecundum Do.Auguſti. de Ari.in dictis additionibus in dicto verſic.& dictus Titius ſe defendendo,in 2.char.in dicta.j.additio. poſt prin.vbi not.loquitur. de quo latius dixi in practica mea cauſarum crimina-

23 lium,in §.quoniam.num.72.† Et pro iſtis facit,quod voluit Abb.in c.olim.el j.in 8.colum. poſt D. Ant.ibi,de reſti.ſpo. vbi dixit,quòd ſi percuſſus ſeu vulneratus inſequitur vulnerantem,qui fugiebat & eum occidat,non tenetur de occiſo vt homicida, quia eſt potius culpoſus quàm doloſus, & quia inconſultus calor caret vitio calumniæ, vt in l. j. ff. ad Turpil.& 2.q.3.§. notandum. quod dictum refert & ſequitur Dom.Fely.in c.dilecti filij. in 8. colum. de excep. quod etiam firmauit Dom. Pet. Philip. Cor. in conſilio ſuo 204. incip.pro deciſione.in fi.in j. volum. pro quo faciunt dicta per Alex.in conſi.119.incip.viſo proceſſu.in 2. col.poſt medium.in 7.vol.de quo etiam dixi ſupra proximè, & latius ēt dixi in practica mea cauſarum criminalium,in §.qm̄.nu.65.

Vlterius ſcias, quòd vltra ſupradictas rationes allegatas, quare in caſu legis noſtræ occidens aggreſſorem ad ſuam

24 defenſionem non punitur, dicas ꝙ aliæ ſunt rationes. † Nā alia eſt : videlicet, quia vbicunq; aliqua iuſta cauſa ſubeſt in committente homicidium , tunc nō poteſt quis puniri de homic.ita dixit Pau.de Caſt.in conſilio ſuo 192.inci.in cauſa incarceratorum.quem refert & ſequitur D.Ludo.Bolo. in conſi.63.inci.viſo igitur, &c.ſed in caſu legis noſtræ ſubeſt iuſta cauſa,ſ.defenſio, ideo nō punit aggreſſus de homi.

25 † Et facit etiam,nam omnis iniuſta cauſa,dummodò colorata,excuſat à dolo & à pœna,vt in l.plagij.la.2.§.de plagi. & l.igitur.ff.de libe.cauſa,cum ſi.de quo latius dixi in practica mea cauſarum criminalium,in §. aggredior. num.78.de quo ēt dixi ſ.in l. præcedēti. in 5.col.circa medium.Alia eſt etiam ratio , quare in caſu huius legis aggreſſus nō punitur de homicidio cōmiſſo in perſonam aggredientis, videlicet , quia defenſio eſt de iure naturali, vt in l.j. in §. cum arietes. ff.ſi quadru.pau.feciſ.di.& in l.vt vim.ff. de iuſti. & iure.& in l.j.§. vnde vi. Et naturalia non poſſunt tolli etiam à Principe,vt in §.ſed naturalia.Inſti.de iure naturali.cum ergo à iure cōcedatur defenſio,ergo ſi mors inde ſequatur, talis oc-

26 cidens nō debet puniri, quia † ſi aliquid permittitur aliqua lege , ſtatuto vel conſuetudine , illud quod ſequitur ex tali actu permiſſo,non eſt punibile. ita dixit D.Philip.Decius in conſi.ſuo 9.in 2.col.in verſi.ſed tamen his & ſimilibus , &c. vbi ad hoc allegat plura & plura iura. de quo ego etiam vltra eum latè dixi in practica mea cauſarum criminaliū , in §.vlterius.nu.9.vbi omnino videas.& in §.aggredior.nu.77.

27 & 78.†Modò redeundo ad tex.noſtrum dico,ꝙ iſte tex.poteſt allegari ad vnum , videlicet ꝙ prouocatus non poteſt condemnari de delicto,ſaltē vera pęna delicti. Qm̄ ignoſcēdum eſt ei,qui prouocatus deliquit,l.qui cum maior.§.ſi libertus.in verſi.ignoſcendum eſt ei , qui prouocatus voluit vlciſci,&c.ff.de bo.lib.& pro hoc eſt tex.in cle. j. de homi.& in l.ſcientiā.§.qui cum aliter.ff.ad leg.Aquil.& in l.2.in prin. ff.de iu.fi.& in l.j.in §. cum arietes. ff.ſi quadru. paupe.feciſ. dic.& facit tex.no.in l.ſi adulterium cum inceſtu.in §.Imperatores.in ver. difficilimum eſt iuſtum dolorem temperare.ff.de adulte.ad quod etiam facit.l.Gracchus.C.de adul.& hanc partem tenet Spec.in tit de crimine in modum exceptionis oppoſito.in §.in primis. in verſi. ſed quare. & idem firmat Pau.de Caſt. in conſi.ſuo 192.incip.in cauſa incarceratorum.in vlt.col.& Gandi.in tract.maleſi.ſub rubr.de pœ. reo.in 24.col.verſ.pone etiam,ꝙ plures homines. & Old.in conſi.ſuo 53.incip.conſueuit,&c.in vlt.col.& in conſi.71.incip.nunquid,&c.in prin.& D.Pet.Philip. Cor. in conſi.204. inci.pro deciſione.in fine,in j.vol.& pro hac opi. facit optimè not.verbum Spec.in tit.de accuſa.in j.parte,in §.j.ver.qđ ſi te vocaui latronem.vbi dixit, ꝙ ſi te prouocaui dicto vel facto ad iram,& tu dicto vel facto mihi iniurias, ꝙ non debes mihi ex hoc condemnari,arg.d.§.cum arietes. quod dictum refert & ſequitur D. Flo.in d.§.cum arietes.in vlt.col. in prin.& Io.de Ana.in c.ſignificaſti.el 2.in vlt.col.de homi. & Ange.in l. vt vim.ff de iuſti.& iu.& ibi Iaſ.ante fi.& Alex. in conſ.119 inci viſo proceſſu.in j.col.in 7 vol.& eum etiā refert & ſequitur Ang.de Are. in trac maleſi.in verbo,verba contumelioſa in 2.char in verbo, qđ ſi aliquo dicto vel

28 facto,&c † Et dicit ibi D Aug de Ari.in additionib. ꝙ ſi cū verbis iniurioſis prouocaſti me, & ego non cū verbis iniurioſis offendi te,ſed cum gladio,quod eſt fortius, ꝙ debeo ſubueniri ad quod allegat Ange in d. l. ſi adulterium cum inceſtu.& in d.§.Imperatores per illū tex.ff.de adult. & idē etiam dixit ipſe D.Ang met in eo tract.in ver.& dictus Titius ſe defendendo.in 4. char. in addi. inci. tu autem in hac materia adde,quod ideo vr̄,ꝙ ex ſolis minis &c. de quo latius in hac materia loquutus ſum in practica mea cauſarū criminalium,in §.qm̄,nu.26. cum. ſeq. vbi plura dixi in hac

29 materia prouocationis.†No.ēt ex iſto tex.in verbo,vel quēcunq; alium,&c.ꝙ lex pęnalis & odioſa extenditur ex identitate rōnis , nam licèt lex imponens pęnā mortis ꝑ homicidio ſit pęnalis, & à tali pęna excuſet occidens aggreſſorē, ita ēt excuſatur occidēs ſocium aggreſſoris vel alium ſe defendo,vt ꝓbat iſte tex. ergo apparet ꝙ lex pęnalis loquēs in occidente aggreſſorem , habet locum in occidente alium quàm aggreſſorem ſe defendendo , ex quo clarè patet ꝙ lex pœnalis loquens in vno caſu & in vna perſona,extenditur ex identitate rationis ad alium caſum & aliam perſonam . Pro quo faciunt, quæ dixi in ſingul.meo 175.incip. conceſſo vno. de quo articulo,quando lex pęnalis vel odioſa extendatur ex identitate rationis , vide Iaſo. in l. fratres. in 2.& 3.colum.ſuprà de inoffi.teſta.& in l.ſi.in 1.2.& 3.colum. ſuprà de indic. vidui. Albe. de Roſa in 1.parte ſtatu.q. 104.inci.ſed quid,ſtatutum eſt.Alex.in conſi.39.incip.ſtantibus his.in 3.col.in 6.vol. & ibi in conſi. 114. incip. perſpe-

ctis

ctis his, &c. in 2. col. & ibi in conſi. 201. in pen. col. & in con-
ſilio 89. incipien. circa primum. in fi. 1. colum. in 6. volum. &
ibi in conſi. 207. incip. ponderatis. in vlti. colum. & Domi.
Philip. Deci. in conſi. 224. incipien. in cauſa. in 1. colum. & De-
cium met in conſi. 277. incip. conſultus. in 1. colum. ad fi. & in
conſi. 284. incip. viſo &c. in 1. colum. & eundem Decium in
conſi. 201. incip. in cauſa. in 1. colum. & Alex. in conſil. 45. in-
cipien. habita ſuper contentis. in 1. colum. in 7. volum. & in
conſi. 54. incip. in caſu. in 2. colum. & in conſi. 171. incip. viſis.
in 2. colum. & in conſi. 101. incip. ſuper primo. in vlti. colum.
in fi. in 7. volum. & ibi in conſi. 129. incipien. ſuper primo. in
2. colum. & vide Corſe. in no. ſuo in verbo, extenſio. incip. li-
cèt lex pœnalis. & vide quæ ego dixi in l. qui falſam. in §. ac-
cuſatio. ff. de fal. & quæ dixi in conſi. meo, incip. protector in
30 te ſperantium, &c. in 3. char. † Expeditis no. dico aduer-
tendum eſſe, quòd inquantum iſte text. permittit aggreſſo
occidere aggreſſorem pro ſua defenſione, quòd iſtud eſt
intelligendum, dummodò hoc fiat incontinenti durante
eadem rixa, ſecus ex interuallo. ita dicit tex. glo. & Docto.
in l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi ar. & voluit glo. & ibi Doct.
in l. 1. ſuprà vnde vi. & facit l. quod ait. §. quod ait. ff. de adul.
& tex. in l. continuus. in princip. ff. de verbor. oblig. & facit:
nam illa, quæ incontinenti fiunt, videntur ineſſe, vt in l. le-
31 cta. verſicu. dicebam. ff. ſi certum petat. † Et facit, nam li-
cèt exceptio dilatoria debeat opponi ante litem conteſt. vt
in c. paſtoralis. de excep. & in l. exceptionem. ſuprà de pro-
batio. & in l. peremptorias, ſuprà ſen. reſcin. non poſ. cum
vulga. tamen talis exceptio dilatoria poteſt opponi incon-
tinenti poſt litem conte. ita dixit glo. no. in l. Pomponius.
§. rati. ff. de procurator. de qua glo. latius loquutus ſum in l.
1. §. diuus Antoninus, in vlti. glo. ff. de quæſtioni. & illam
refert & ſequitur Dominus Felynus in cap. exceptionem. in
9. colum. ad finem, de excep.

32 † Et facit etiam, nam licèt iudex non poſſit poſtquàm iu-
dicauit mutare ſententiam, vt dicit tex. in l. iudex poſtquàm.
ff. de re iudic. & in l. quod iuſſit. eodem titulo. tamen hoc
fallit, niſi incontinenti ipſe iudex reuocet vel mutet ſenten-
tiam, quia hoc facere poterit, ita dixit glo. in capitulo, præ-
dicator. decimaſexta quæſtio. 1. quam glo. pro. not. refert
& ſequitur Bald. in l. non dubium. in octaua colum. C. de
legi. & in l. prima, in 9. colum. C. de furt. & Petr. de Ancha.
in conſi. ſuo 219. incipien. iudex de iure iudicaturus. in ſex-
ta colum. & Cardi. in conſi. 31. incipien. punctus, & Do-
minus Felynus in cap. exceptionem. in princip. 10. colum.
de excep. Pro quibus & pro dicta regula, quòd ea quæ in-
continenti fiunt, videntur ineſſe, faciunt plura ſingularia di-
cta per Iaſo. in l. edita. in quinta colum. verſic. ego teneo,
&c. ſuprà de eden. & dixit Bald. in lege, ictus fuſtium. in vlti.
33 colum. ff. de his, qui not. infa. quòd † ille dicitur capi in de-
licto, qui capitur poſt delictum arrepta fuga, & ſic incon-
tinenti. alleg. text. in l. quod ait lex. §. fina. ff. de adulte. & ſic
per iſta debet intelligi text. noſter in aggreſſo, qui inconti-
nenti in ipſa rixa occidit aggreſſorem ſe defendendo, ſecus
ſi hoc faceret ex interuallo, quia potius diceretur hoc feciſ-
ſe ad vindictam quàm ad defenſam.

34 † Vlterius pro complemento huius legis quæri poſſet, an
aggreſſus teneatur potius fugere quàm occidere aggreſſo-
rem. In quo me aliter non extendo, de hoc plenè ſatis di-
xi in practica mea cauſarum criminalium. in §. quoniam, nu-
me. 86. & 87. cum ſe. Et per iſta ſint expedita textualia, igi-
tur venio ad gloſ. Et prima gloſ. eſt clara, nam dicit, quòd
aliqui intelligunt hoc verbum, aggreſſorem, de nocturno
depopulatore, vel de eo qui itinera inſidijs frequentat. nam
tales poſſunt impunè occidi, vt habetur in l. prima, ſuprà
quando liceat vnicuique ſe ſine iudi. vindi. & dicit glo. quòd
poteſt intelligi in eo qui alium aggreditur, & ſic clara eſt.
Capio aliam glo. in verbo, alium, quæ glo. dicit quòd iſte
text. poteſt intelligi de aliquo, qui eſſet cum aggreſſore, nam
aggreſſus poterit etiam illum pro defenſione perſonæ ſuæ
impunè occidere. vel dicit glo. quòd poteſt etiam intelligi in
eo, qui non eſſet ſocius aggreſſoris, dummodò aggreſſus eſ-
ſet in periculo vitæ conſtitutus, quod poteſt figurari in me-
diatore, ad quod alle. l. 1. in fi. ff. eo. & l. ſi quis fumo. §. 1. ff. ad
legem Aquil. Ex quibus redditur expedita. l. iſta. Ideo ſequi-
tur. l. ſi quis percuſſorem.

SVMMARIVM.

1 *Defenſio eſt probata, ſi probo aliquem veniſſe contra me gladio euaginato.*
2 *Idem operatur in habitu potentia, ſicut in actu.*
3 *Confeſſio rei conſtituti in fortijs, dicitur metu facta.*
4 *Tempus datum ad appellandum operatur ita, ſicut appellatio.*
5 *Mulier præſumitur conſentire in metu mariti.*
6 *Non poſſum excipere contra teſtes, quibus aliàs ſum vſus.*
7 *Metus non purgatur durante cauſa metus.*
8 *Liber non dicitur, qui de facili capi poteſt.*
9 *Ductus extra carcerem cum cuſtode, non dicitur liberatus.*

Si quis percuſſorem.

Et hoc intendit, ſecundum Bal. qui
ſolus legit hanc legam, alij eam non legunt. Poteſt quis gla-
dio propriam ſalutem defendere, & repellere aggreſſorem.
hoc dicit. Caſus, &c. Ex hoc tex. aliqua nòt. non colligun-
tur, niſi dictum in ſummario. Sed ego ſolus dico, quòd iſte
text. probat dictum Barto. in l. ſed ſi quacunque. in prin-
1 cip. ff. ad legem Aquil. vbi dixit, † quòd eo ipſo quòd pro-
bo quod aliquis veniebat contra me cum gladio euagina-
to, & ego eum occidi, quòd tunc probata eſt defenſio mea.
quod dictum optimè probat iſte text. Et mirum eſt, quòd
Bartol. non alleget hunc text. pro illo dicto, quod dictum
refert, & ſequitur Dominus Bartho. Cæpo. in conſilio ſuo
29. incipien. viſo proceſſu. in 5. colum. qui pro illo dicto al-
legat hunc tex. de quo dicto feci mentionem ſuprà in l. pro-
xima, in 2. col. poſt med. & illud dictum Bart. etiam refert &
ſequitur Io. de Ana. in c. ſi perfodiens. in vlti. col. de homi. de
quo etiam dixi in l. 1. in princ. in 5. col. ff. eod. de ſicar.

2 † Noto ego ſolus iſtum text. ad vnum videlicet, quòd
idem operatur potentia in habitu, quod operatur potentia
in actu. ita optimè probat iſte text. hoc modo: nam licitum
eſt occidere aggreſſorem ad ſuam defenſionem, vt in lege
præce. eodem modo licitum eſt occidere percuſſorem ad
ſe, ſeu contra ſe venientem, licèt non aggrediatur, tamen
in poteſtate ſua eſt aggredi: ergo idem operatur hæc po-
tentia poſſe aggredi; quæ eſt in habitu, quod operatur po-
tentia in actu, ſcilicet ipſe aggreſſus. Et iſta regula, quòd
idem operetur potentia in habitu, quod operatur potentia
in actu, probatur in l. Labeo. ff. de ſta. lib. & in ca. non ſo-
ſum, de app. in ſexto. ita dixit Dominus Par. de Pu. in tract.
ſuo ſyndi. in 69. charta, in 4. colum. in verſicu. quidam fuit
3 tortus, &c. † Ex quo dicit, quòd confeſſio rei conſtituti
in fortijs iudicis, dicitur facta metu tormentorum, cum iu-
dex ſemper habeat poteſtatem & potentiam in habitu tor-
quendi reum. Pro quo faciunt, quæ dixi in practica mea
cauſarum criminalium, in §. expedita. nume. 14. & in §. at-
4 tingam. numero 27. 28. & 29. † Sed ego vltra Dominum
Pari. addo, quòd pro hoc optimè facit gl. & quod ibi voluit
Barto. & alij, in l. ex iudiciorum. ff. de accu. quæ dixit, quòd
idem operatur tempus datum ad appellandum, quod ope-
ratur ipſa appellatio. & illam glo. ſequitur Bald. & Imo. in l.
qui à latronibus. §. 1. ff. de teſta. & Bald. in l. furti. in ſecunda
colum. ff. de his, qui not. infa. & Bald. in lege ſi is, in §. pri-
mo, in tertia colum. ſupra ſi pen. appell. & Bald. in cap. con-
ſideramus. de elect. & in c. quoniam contra, in 24. colum.
de proba. & Ioan. de Imola in l. defuncto. ff. de pub. iud. &
Ange. in l. fina. C. ſi reus, vel accu. & Domi. Nel. in tract. ſuo
banni. in 4. parte. 1. temporis, in 3. quæſtio. de quo etiam per
Docto. in c. concertationi. de ap. lib. 6. & per Bald. in l. addi-
ctos, poſt princip. ſuprà de epiſco. au. vbi ad hoc etiam alle-
gat gloſſam ſimilem in l. 1. ff. nil noua. app. pen. & hanc par-
tem tenuit etiam Bald. in l. poſt rem. in 2. colum. ff. de tranſa.
& Barba. in conſi. ſuo 7. incip. viſis dubijs eleganter. circa pe.
col. in 3. vol. & Oldr. in conſi. ſuo 18. incip. circa primum, &c.
circa med. vbi pro hoc alleg. bo. tex. in l. appellatione. C. de
app. & in l. j. ff. nil no. app. pen. & c. non ſolum, de app. in 6. &
idem dixit Alex. in l. 3 in §. ſi ſeruus. in vlti. col. ff. de acq. poſ. &
5 Corſe. in no. ſuo 2. in verbo, appellatio. & in ver. terminus. in
1. no. & pro prædictis optimè faciunt no. verba Ang. in l. j. §
quæ onerandæ. ff. quarum rerum ac. non datur. & per Dom.
Nel. in tract. ſuo banni. in 4. parte. j. temporis. in 3. q. & facit
etiam no. dictum Bar. in l. penul. in vlt. col. ff. de condi. ob tur.,
6 cau. vbi dicit, ꝙ † ſi maritus benè verberauerit vxorem ſuam.
quia illa nolebat conſentire actui fiendo, ſi poſtea ex inter
uallo talis mulier conſentiat, præſumitur cōſentire per me-
tum, quia donec durat in matrimonio illius viri, ſemper ille
metus durare præſumitur, quia maritus habet eandem pote
ſtatem in habitu percutiēdi eam, quam aliàs habuit in actu.
& idem firmauit Ang. in d. l. j. §. quæ onerandæ. ff. quarum re-
rum ac. non da. de quo latius per Iaſ. in §. quadrupli. in 10. col.
Inſti. de act. & per D. Anto. in c. cauſam matri. in 2. col. de offi.
7 deleg. † Et facit ad prædicta, quod dixit Alex. in conſi. 191. in-
cip.

cip.viſis,&c.in 7.vol.vbi ponit no.verbum,dicens ꝙ ſicut ille
qui vſus eſt teſtibus pro ſe, ſi illi cõtra eum producantur,nõ
poteſt contra perſonas eorum excipere,per l.ſi quis teſtibus.
s.de teſtib.& 4.q.3.c. ſi quis teſtib. tamen dicit quòd idẽ erit,
ſi illis teſtibus vſus non fuerit,cum habuerit poteſtatem vtẽ-
7 di illis.ad quod alleg.plures Doc. de quibus ibi per eum. † Et
facit etiam ad prædicta,quod voluit Bal.in l. 2. C. quod met.
cauſa, in 2. col. vbi dicit ꝙ poſt metũ illatum ex aliquo actu
ſequenti etiam ex interuallo,nunquam metus purgatur, eadem
cauſa metus durante & ſubſiſtẽte. quod dictum refert
& ſequitur Alex.in conſi.222. inci. quoniam per excellentiſſimum,&c.in
penul.col.& Barba in conſilio 54. in 14. col.in
1.vol.& facit,quod voluit Cy.in d.l.2.s̃.quod met. cau.in vlti.
col.vbi dicit,quod debitor qui fuit carceratus & coactus de
præſtando cautionem de ſoluendo communitati illud, qđ
debebat creditori ſuo, licèt poſtea liberatus fuerit à carceribus,
& cum interuallo ſolutionem fecerit, excuſatur tamen
propter metum,quia niſi ſoluiſſet, potuiſſet iterum à communitate
carcerari & ſeuerius tractari:& ſic quia communitas
in habitu habebat poteſtatem in actu iterum carcerandi,
idem dicẽdum eſt,niſi in actu feciſſet illum carcerari. & hoc
idem dixit Ang.in l.quid in aliena,§.Celſus ff. de acqui.hære.
8 † Facit etiam ad prædicta,quod voluit Abb.in c.accedens.de
procu.in 3.no.vbi dixit,quòd ille qui tenetur aliquem reponere
in libertate, non liberat illum ſimpliciter relaxando in
in eius territorio,cùm poſſet de facili illum iterum detineri.
alle.c.ſi.de reſti.ſpo.& l.liberationis,cum l.ſeq.ff.de verb.ſign.
& Bar.in l.qui in carcerem.ff.quod me.cauſa.vbi dicit, quòd
9 † non ſufficit aliquem ducere extra carcerem,vt dicatur in libertate,
quia donet habet cuſtodem & non poteſt ire quò
velit,dicitur eſſe in carcere.l.qui neque. ff.de verbo.ſignifi.de
quibus vide D.Phili.Dec.latius loquentẽ, & prædicta & alia
plura adducentem in conſil.ſuo 219.inci.viſo puncto, &c.in
3.& 4. col. & vide quæ latius dixi in practica cauſarum criminalium,in
§.attingam.nu.24.25.& 26. & vide etiam in materia
illius regulę videlicet,quòd idem operatur potentia in habitu,quod
operatur potentia in actu. quæ ego dixi in l.pe.in
4.col.ff.de quæſtio.& vide in dicta materia D.Bartholo. Soc.
in conſi.ſuo 44.inci.in præſenti &c.poſt prin.in j.vol.vbi ponit
no.verbum circa hãc materiam. Et ex iſtis redditur expedita
l.iſta,& gl.eſt clara.Ideo ſequitur l.ſi vt allegas.

SVMMARIVM.

1 *Latronem telo reſiſtentem licet occidere.*
2 *Furem,an liceat occidere pro defenſione rerum.*
3 *Licet clericis occidere furem.*
4 *Metus amiſſionis omnium bonorum,metui mortis æquiparatur.*
5 *Pecunia,dicitur vita hominis.*
6 *Minima non ſunt in conſideratione.*
7 *Vulnuſculum non eſt in conſideratione.*
8 *Syndici non tenentur denuntiare paruas percuſſiones.*
9 *Creditori volenti capere debitorem ſe telo defendentem, licitum eſt occidere.*

Si vt allegas. Et hoc intendit: Licet occidere latronem
telo reſiſtentem.hoc dicit,ſecun-
1 dum Bal.& alios.Caſus,&c.† No.dictum in ſummario videlicet,
ꝙ licitum eſt occidere latronem telo reſiſtentẽ,de quo
etiam habetur in l.furem.ff.eod.& in l.ſi pignore.§. furem.ff.
de furt.& in c.2.extra de homi.& habes etiam ſimilem tex.in
l.itaque.ff.ad legem Aquil.& in l.ibi ſequenti.ſed pro maiori
intelligentia huius legis & glo.& totius materiæ, generaliter
loquendo, an & quando liceat occidere furem, dicas ꝙ aut
loquimur in fure nocturno,aut in fure diurno: ſi loquimur
in fure nocturno,dicas ꝙ licet eum occidere ſi abſq; occiſione
perſona domini, aut res ſalua eſſe non poteſt.ita probat
tex.in l.furem.ff.eo.de ſica.& habetur in dictis iuribus.Si aũt
loquimur in fure diurno,dicas ꝙ ſi telo ſe defendat, & aliter
non poſſum res meas euadere, poſſum eum occidere, ſm
Bar.& Ange.in d.l.furem,& Doctores hic,& in d.l.itaq;.& in
c.2.de hom.Prædicta tamen in fure nocturno & diurno, limitat
Bar.& Ang.in d.l. furem.procedere vbi fur nõ cognoſcitur,
ſed ſecus ſi cognoſceretur, vt puta quia luna luceret,
quia tunc nõ liceret eum interficere, cum ſi cognoſceretur
poſſet ſubueniri ipſi domino per viam iuris agendo contra
eum iuridicè.& ſubdunt etiam Bar.& Ang.vbi ſupra, ꝙ illud
quod dr̃ de fure diurno, quòd põt interfici ſi telo ſe defendat,&
non poſſit damnum paſſus aliter recuperare rem ſuã,
niſi illum interficiat, quod hoc etiam poteſt procedere ſi telo
ſe non defendat, ſed non poſſit aliter recuperare rem ablatam,
niſi illũ interficiat &c. quod ẽt poteſt ꝓcedere, ſi telo
ſe non defendat, cum ſit incognitus, quia non poſſet agere
contra talem incognitũ via iuris. Ideo licet ſe non defendat
telo,poſſum eum interficere, ſi aliter non poteſt recuperari
res ablata. Et circa hoc vt dixi in dicta l.furem.ff.eo.mihi videtur,
ꝙ nec Bart. nec Angel. ibi bene loquuntur, inquantum
dicunt quòd ſi dominus rerum cognoſcit furem nocturnum,
non poteſt eum interficere, quia poteſt ſibi conſulere
via iuris, quia iſtud eſt falſum: quoniam licèt domnus cognoſcat
furẽ, tamen non poteſt via iuris recuperare res ſuas
ſibi ablatas. & ratio eſt, quia fures nocturni quanto cautius
poſſunt, committunt furta ſine teſtibus, & ſimiliter dominus
illo inſtanti & illo tempore, quo inuenit furem exportantem
res ſuas, non habet ſecum teſtes, quoniam raro homines
de nocte ducunt ſecum teſtes. & ideo licèt dominus
cognoſcat furem, non ſequitur per hoc ꝙ poſſit via iuris recuperare
res ſuas, quia ſi citaret furem ad iudicium, & peteret
rem ſibi furto ſubtractam, nemini dubium ꝙ fur negaret,&
dominus hoc non poſſet probare, & ſic ſuccumberet
per regulam illam,quòd actore non probante, &c.l.qui accuſare.ſupra
de eden.cum ſi.& ſic dominus remaneret lęſus,
nec poſſet ſe iuuare ad recuperandum res ſuas.bene fateor,
quòd ſi dominus haberet teſtes ſecum qui cognoſcerent furem,
non poſſet eum interficere, quia poſſet ſibi ſuccurrere
2 via iuris, ſed ſecus quando non adſunt teſtes, vt dixi. † Item
circa prædictam materiam poteſt quæri, an ſicut pro defenſione
perſonæ licitum eſt hominem occidere, an eodem
modo ꝓ defenſione rerum liceat occidere hominẽ? In quo
Barto.in d.l.furem. ff. eo. dicit ꝙ ſi damnũ rerum eſt irrecuperabile,
ꝙ tũc licitum eſt hominẽ occidere,& allegat rationẽ,
de qua ibi per eum.& Bar.extendit cle.1.de homi.quæ loquit̃
de periculo perſonæ ad periculũ rerum irrecuperabile.
Ego aũt dubito ꝙ hoc dictum non ſit verum, ꝙ pro defenſione
rerum ẽt ſi damnum ſit irrecuperabile,licitum ſit occidere
hominem,cm̃ nõ reperitur aliquis tex. qui hoc dicat.&
ideo Io.de Ana. in c. ſi perſodiens.in 4. col.de homi.dicit,ꝙ
Bar.in hoc non bene loquit̃ in d.l.furẽ.& hanc partem ẽt tenet
Abb.in c.2.& ibi Io.de Ana.de homi.& ꝓ hoc ponderãt
illum textũ, inquantũ loquit̃ copulatiuè ibi, te tuaq; &c.ergo
nõ ſufficit alterum tm̃, & ſic nõ ſufficit periculum bonorum
tm̃.Et pro hac opi.facit tex.in c.ſuſcepimus.de hom.vbi
tex. dicit, ꝙ potius quis dẽt amittere tunicam & pallium, &
ſuſtinere iacturã ipſorũ, quã occidere hominẽ. Nec ob.text.
in l.itaq;.ff.ad leg.Aqui. vbi dr̃, ꝙ poſſum interficere latronẽ
mihi inſidiantẽ. pondera igitur illud verbũ, mihi, quia non
dicit reb. meis: & ſic vr̃ ꝙ pro reb. non poſſit occidi homo
ſeu latro.& ſubdit ille tex.in d.l.itaq;.ꝙ naturalis rõ permittit
aduerſus periculũ ſe defendere,&c. Ponderãdũ eſt illud verbũ,
ſe:quia nõ dicit bona ſua,ſed loquit̃ tm̃ de perſona, & nõ
de rebus.Itẽ ꝓ hac parte facit tex.in l.ſed ſi quacunq;. in prin.
ff.ad leg. Aqui.vbi dr̃,ꝙ q metu mortis furẽ occidit, licitè facit.
ecce ergo ꝙ ille text.non dicit, metu bonorum. Sed pro
contraria parte videlicet, ꝙ etiam liceat pro exportatione
ſeu pro defenſione reorum ſeu bonorum occidere furem,
probat tex.in c. verum.in ver. pro vita & rebus extra de iureiur.&
ibi dicunt Docto.ꝙ iuſtus metus dicitur, ſiue interueniat
periculum vitę, ſiue amiſſionis bonorum, per ea, quæ
habentur in c.Abbas.qđ me.cã & in c.frequens.de reſtit.ſpo.
3 in 6.† Itẽ hanc partẽ tenet Ang. in l.qm̃ multa.s̃.ad leg.Iul.de
vi.vbi poſt Inno.in c.olim.de reſtitu.ſpolia. dicit ꝙ non ſolũ
laicis licitũ eſt occidere offenſorẽ pro defenſione rerũ, ſed
etiam hoc licet clericis ꝓ rapina euitanda, dummodò non
excedatur modus. & iſta omnia refert Io. de Ana. in c. 2.de
4 homi.† Sed vltra eũ pro hac opi.quam etiam tenet Bar.in d.
l.furẽ.facit,quod dixit Bal in l.pe. in pe. col.ff. de cõdi.ob tur.
cau.vbi dixit,ꝙ metus perditionis omnium bonorum æquiparatur
metui mortis. & dixit etiam Bal. in l. certa forma.C.
de iure fiſci.li. 10. ꝙ maior & quaſi maior eſt pœna amiſſio-
5 nis omnium bonorum,quàm pęna mortis. † Et facit gl.iuncta
text. in l. aduocati. ſupra de aduo. di. iu. quæ dixit, quòd
pecunia dicitur vita hominis, quod etiam dixit Bald. in l. in
tuis.s̃.de ope.li. & facit carmen illud videlicet.

In pretio pretium nunc eſt,dat cenſus honores,&c.

Et faciunt alia plura quæ adduxi in l. 1. in §. præterea. in 5.
col.ff.de quęſtioni.fateor tamen quòd non poſſet occidi fur
nocturnus vel diurnus pro exportatione paruæ vel vilis rei,
quia pro tali minima re nõ poſſet dominus occidere illum
furem.caſus eſt no.in l.ſi ex plagis.in §. tabernarius. ff. ad leg.
Aquil.quem tex.ad hoc alle.Ang.de Are.in trac. ſuo male.in
ver.& veſtẽ cęleſtẽ,&c.in 2.char.in ver.& no.bene, &c. & D.

Ale.in l.furẽ.ff.eo.vbi ſubdit, ꝙ dici pōt res vilis à duob.aureis in f. Et dicit ꝙ ſi parcit famæ hominis, ꝑ re vili, vt in l. ſi oleũ. §.fi. cũ l.ſeq.ff.de dolo ergo multò magis parcẽdum eſt vitæ, ad quod alle.l.ſi adulterium.§.liberto ff. de adulte. & dicit ꝙ iſtud fuit dictum Mathe.in no.ſuo 140.incip.no.ꝙ leges,&c. & Bal.in l.1.§.loca.& Ang.de Are.Inſt.de act.in §.1.alias.2.ſed vltra Dom.Alc.dicas, ꝙ hoc etiam voluit expreſsè Ang.in l.j. §.vnde vi.& Bal.in l.1.§.loca.& Ia.eum referens in l. vt vim.in
6 7.col.ff.de iuſt.& iu.† Item dicas ꝙ pro iſta limitatione facit regula videlicet, ꝙ minima non ſunt in cõſideratione, vt habetur in l.Seio.ff.de in integ.reſti.& in l.omnino.ff. de impẽ, & probatur in c.licet cauſam. in ver. nulla vel modica. extra de proba.& tex.Inſti.ad l.fal.in prin.in ver. ꝑ nullo aut modico,&c.& Inſtit.de fidei.hære.in §.ſed quia.in ver. ob nullum vel minimum,& facit gl.in Aut.de inſtru.cau.& fi. in §. pars,
7 quæ dixit, ꝙ parum ſcire & nihil ſcire, æquiparantur. † Et facit etiam, nam paruum vulnus non eſt in cõſideratione.tex. eſt in l.proinde.ff.de ędil.edi.& ideo ſtatutum puniens vulnerantem, non comprǽhendit facientem vulnuſculum, ſcd̃m Bal.in l.fi.§.de edi.ac.in 1.col.vbi etiam dicit, ꝙ ſi ſtatutum di-
8 cit, ꝙ † ſyndici teneantur denuntiare percuſſiones ſanguinolentas, ꝙ non tenentur denuntiare percuſſiones, vbi eſt leuis cutis ſciſſura.alle d.§.proinde.& l.euidens.ff. de ędi. edi. & facit l.quæſitum.ff.de re iudi.vbi dicitur, ꝙ appellatione febris, non venit leuis febricula,& facit no. verbum Bal. l. obſeruare.in 1.col.§.quorum app.non recip.vbi dixit, ꝙ leuis ſeu modica tortura non dicitur tortura, pro quib.faciunt etiam dicta ꝑ D.Pau.Oria.in repe.l.1.ff.de offi.eius.in 59. co. & faciũt plura alia, quæ adduxi in d.l.furem.in 3.col.ff. eo. vbi plura & plura alia no.in hac materia adduxi facientia.& alia ad materiam huius legis vide per me, in d.l.furem. † Et teneas menti no.verbum Bal.hic, qui dicit ꝙ ſicut licet occidere furem ſe telo defendentem, ita etiam licitum eſt creditori volenti capere debitorem fugientem ſe telo defendentem & reſiſtentem, eum occidere, quod eſt no. Et hoc extendas etiam ad procuratorem creditoris, cui etiam licet capere debitorẽ domini fugientem, ſ.m glo.no.in l.1.§. vbi quis decur. vel cohorta.quam ad hoc refert & ſequitur Iaſ.Inſti.de act.in prin. de quo latius dixi in ſin.meo 244.inci.ſatis notum,&c.& idẽ dixit Ang.in l.generali.inf.de decu.li.10.quem refert & ſequitur Alex.in conſi.133.inci.circa exequutionem.in 1.col.in 6. vol.& ex iſtis reſtat expedita l. iſta, nec aliter inſto circa gl.qa ex his, quę dixi, reſtat ſatis declarata. Ideo ſequitur.l.eum qui.

Eum, qui. Et hoc intendit, ſ.m Bar. Homicidiũ caſu commiſſum non punitur.h.d. Vel ſic. Nõ præſumitur ꝙ ille, qui cum calce ſolo percuſſerit, animo occidendi percuſſerit, ſi ipſe hoc allegat ꝙ non animo occidẽdi percuſſerit.h.d.ſ.m Bal.vel ſic.Qui non occidit ex propoſito, non punitur de homicidio, ſi tamen citatus non venit, bona ſua annotantur, quæ recuperat veniens intra annũ, nõ poſtea, niſi Principis indulgentia.h.d.ſ.m Saly.Caſus, &c.No. ex hoc tex.dictum in ſummario.alia no.non colliguntur. Et ego ſuper hac l.non inſtabo, cum plenè tractauerim & examinauerim eius materiam in l.1.ſuprà in hoc tit. Ideo ſequitur.l.ſi quis te.

SVMMARIVM.

1 *Aetas diminuit pœnam.*
2 *Minor mitius punitur quàm maior.*
3 *Infans doli capax, an de homicidio puniatur.*
4 *Malitia ætatem ſupplet.*
5 *Pueri delinquere non poſſunt in delicto carnis.*
6 *Maior, an poſſit puniri de delicto commiſſo in minori ætate.*
7 *Minor excuſatur de delicto commiſſo in negligendo, ſecus in faciendo.*
8 *Minor per contumaciam banniri non poteſt.*

Si quis te. Et hoc intendit. Adultus homicida tenẽt pœna legis Cor.de ſica.h.d.ſ.m Bal. Vel ſic. Aetas adulta non excuſat ab homicidio.h.d.ſ.m Salyc.Caſus,
1 &c.† No dictum in ſummario, ꝙ delinquens non excuſatur prætextu ætatis, ſed licet non excuſetur à delicto, tamen minoratur pœna.ita habetur in l.auxilium. in §. in delictis. ff.de mino.& habetur etiã per ſcrib.& ibi dixi in l. infans.ff.eo.de ſica.& in l.1.§.impubes. & in l. excipiuntur. ff.ad Syllan.& Bal. & alios in l.adminiſtrantes.§.qui corporis.ff. de excu.tuto.& in auth. ſacramenta puberum. in pen. col. ſuprà ſi aduer. ven.& in l.ſed ſi quæcunq;.§.iniuria.ff.ad leg. Aquil. & in l. ſi ſeuerior.in 2.col.ſupra ex qui.cau.infa.irro.& in l.ſi arrogati.ff.de tu.de quo etiã dixi in l.1. in prin.in 17. limita.ff.eo.de ſica.& habetur etiam in c. fi. extra de ſent. exc. & vide Raph. Cu.in conſi.95.inci.Chriſtophorus,&c.in fi.vbi dicit, † ꝙ mitius punitur minor delinquens quam maior. & idem dixit Raph.Fulg.in conſ.157.inci.ſuppoſito,&c.in 2.col.poſt med,
3 † Modò quæri poteſt, lex noſtra loquitur in adulto ſeu impubere, & ſic in maiore 14.annorum, tamen minori 25.an. ſed quæri poteſt, quid in infante doli capace, an ſi cõmittit homicidiũ, puniat pœna legis Cor.de ſica.in quo videtur dicendum, quod nõ, quia in tali ætate vſq; ad 7.annos, non eſt in ętate perfecta. Imò quicquid videt, ignorat, vt dicit tex.in l.j.inf.de fal. mone. Sed in contrarium facit gl. in c.fi.de ſent.
4 excom.† Et faciunt etiã dicta per Io.de Ana.in rub.de delict. pue.in fi.vbi dixit, ꝙ induſtria, ſapientia, ſagacitas, prudentia & malitia ſupplent ætatem, & excludũt præſumptionem fragilitatis ætatis. Ad hoc allegat Cy.Bar.& Bal.in l.j.ſupra qui & aduer.quos.ad quod etiã poterat allegare tex.in l. ſi alterius. ſupra ſi mi.ſe maio.di.vbi dicit tex.quod malitia ſupplet ætatem. Et dicit Abb.in c.j.de deli.pue. ꝙ poteſt limitari cle.vnica de homicidio, inquantum loquitur de infante, ꝙ non punietur de homicidio, quia hoc eſt verum, niſi ſit doli capax, quia tunc non procederet ille tex.ita indiſtinctè, quod dictũ
5 ibi refert & ſequiť Io.de Ana. † Et ꝓ hac parte facit tex. in d. c.j.de delic.pue. vbi dr̃, ꝙ pueri ꝓterquã in delicto carnis delinquere poſſunt. Et verè hac ætate, & hoc tpe cõiter infantes ſunt doli capaces, & magis cognoſcũt vitia q̃ cognoſcũt maiores, & melius ſciunt ludere ad azardũ & decipere ludẽtes ſecum, q̃ ſciant maiores, & hoc non eget probatione, qa experientia rerũ magiſtra hoc docet.† Vlterius ſcias, ſi infans
6 ſeu minor cõmittit delictũ, de quo vel ꝑ minorem ætatẽ, ex aliqua cã, non poteſt tunc puniri, nec ẽt de tali delicto poterit puniri, cũ erit effectus maior.ita ſubdit gl.quã ibi ſequũtur Doc.in l.ſciant.§.de leg.hære.† Itẽ ſcias ẽt circa materiam
7 minorũ, ꝙ licèt infans & pupillus doli capax, nõ excuſeť à delicto ꝑ ætatẽ, vt ſ.dixi, iſtud eſt verum in delicto cõmiſſo in faciendo, ſed ſecus eſt in delicto cõmiſſo in omittendo vel negligendo, qa in tali delicto excuſanť, ſiue ſint doli capaces, ſiue nõ.ita dixit Dy.in l.j.in §.impubes.ff.ad Sylla. & Cy.& Saly.in l.j.§.de fal.mo.Ex quo infert Saly. ibi, ꝙ ſi ſtatuto caueť ꝙ quilibet teneať ponere bona ſua in cataſtro vel æſtimo,& deſcribere quicquid ſibi ab alio debeť, aliàs ſi non deſcripſerit, debito priuetur,& occurrat ꝙ pupillus ſibi debitũ deſcribi non fecit, ꝙ non propterea debito priuabitur. & iſtud dictum refert Io.de Ana.in d.c.j.de delict. puer. in penult. col.
8 † Item tene etiam menti, ꝙ minor propter cõtumaciam de iure communi non poteſt banniri, nec ad mortem condẽnari.ita dixit Bal.in l.clarũ.§.de auth.præſt.quod dicit eſſe verũ, niſi aliter à ſtatuto diſponatur. de quo ẽt dixi in l. de minore.in princ.in vlt.col.ff.de quæſt. Et ex iſtis remanẽt expedita textualia huius legis, & glo. vnica eſt, nam dicit quod minores tenẽntur de delicto commiſſo, & allegat plures concordantias, & ſic eſt clara, ideo ſequitur notabilis l. is, qui cum telo.

SVMMARIVM.

1 *Pœna eſt commenſuranda delicto.*
2 *Culpa vbi maior, ibi pœna maior.*
3 *Receptator rerum furto ſubtractarum punitur pœna furti, & quando.*
4 *Receptans furem ſcienter punitur pœna mortis.*
5 *Receptans furta punitur.*
6 *Receptans furem non punitur ſicut fur.*
7 *Mitius punitur fauens malefactori quàm malefactor.*
8 *Stante ſtatuto quod fauens maleficio punitur ſicut principalis, attamen mitius puniri debet.*
9 *Mitius punitur qui paſſus fuit aliquid inhoneſtum in domo ſua, quam faciens.*
10 *Agentes & conſentientes pari pœna puniuntur.*
11 *Durius punitur fabricans falſum quàm vtens.*
12 *Acceptans rem furatam non eſt fur.*
13 *Statutum dicens, ſi quis occiderit, intelligitur morte ſecuta.*
14 *Legibus derogatum eſt punientibus conatum.nu.32.*
15 *Affectus punitur non ſecuto effectu.*
16 *Caſus, in quibus affectus punitur effectu non ſecuto.*
17 *Qui voluit corrumpere iudicem, punitur ac ſi corrupiſſet.*
18 *Admenans ſine percuſſione, punitur ac ſi percuſſiſſet.*
19 *Admenantem ſi quis occidit, pœna mortis non tenetur.*
20 *Affectus punitur non ſecuto effectu in crimine læſæ maieſtatis.*
21 *Minæ pacem rumpunt.*
22 *Affectus in crimine ſymoniæ punitur.*
23 *Affectus in crimine parricidij punitur.*
24 *Caſus, quibus affectus non punitur.*

25 *Falſitas non punitur quando committitur circa id, quod de ſe non probat.*
26 *Affectus non punitur, quando pœnę ipſo iure imponuntur.*
27 *In delictis non atrocioribus affectus non punitur.*
28 *In cenſuris eccleſiaſticis non punitur affectus.*
29 *Conatus percutere clericum, non excommunicatur ſi non percuſſit.*
30 *In ciuilibus cauſis conatus ſolus non punitur.*
31 *Affectus ſolus in ſtatutis nou punitur.*
33 *Statutum puniens intrantem palatium, non comprehēdit illum quem teſtes dicunt uidiſſe intrare.*
34 *Statutum puniens exportantem frumentum, non comprehendit repertum in via cum frumento.*
35 *Statutum puniens declinantem iuriſdictionem, non comprehendit opponentem illam, ſuper qua non ſit pronuntiatum.*
36 *Statutum puniens portantem veſtem certi ualoris, non compræhendit qui fecit veſtem fieri & non portauit.*
37 *Pœna quæ imponitur propter violentiam requirit actum conſummatum.*
38 *Statutum puniens exportantem, non comprehendit in viā repertum.*
39 *Pœna impoſita contrahentibus inceſtas nuptias, non comprehendit contrahentem ſponſalia.*
40 *Emphyteuta non cadit à iure ſuo ſi alienat ſaluo iure domini.*
41 *Mater tranſiens ad ſecunda vota non perdit tutelam, ſi non ſequatur matrimonium.*
42 *Litera in qua me debitorem confiteor ſi poſt mortem meam præſentetur, quid operatur.*
43 *Verba debent intelligi cum effectu. num. 50.*
44 *Statutum præmians capientem bannitum, intelligitur ſi effectualiter capiatur.*
45 *Statutum puniens inuentum cum armis, intelligitur quod captus ſit.*
46 *Dicere non ſufficit niſi probetur.*
47 *Statutum dans prǽmiū accuſanti, non contentatur ſola accuſatione.*
48 *Statutum puniens non probantem in accuſatione contenta, comprehēdit illum qui duntaxat probauit vnum capitulum.*
49 *Statutum puniens petentem executionem, non habet locum in eo qui non perduxit ad finem. & num. ſeq.*
51 *Hæres intelligitur poſt aditionem.*
52 *Factum non dicitur, ſi non durat factum.*
53 *Non dicitur fuiſſe, qui reuerſus eſt.*
54 *Statutum dans præmium capienti bannitum, non comprehendit illū qui cepit & captus aufugit.*
56 *Mandatum factum alicui vt exeat domum, non verificatur ſi ille exeat & reuertatur.*
57 *Legatum factum eccleſiæ ut emat fundum, non verificatur ſi ematur & poſtea vendatur.*
58 *Bannitus prohibitus ſtare in uno loco, non prohibetur per illū tranſire.*
59 *Facta pace quod vnus in ciuitate uenire non poſſit, ille non prohibebitur per ciuitatem tranſire.*
60 *Compromiſſum ſi fiat ex forma ſtatuti expiret, iterum compromittitur de veritate. & num. 61.*
62 *Statutum cogens accipientem rem in ſolutum ad ſolutionem gabellę, non habebit locum in illo cui poſtea res fuit euicta.*
63 *Citatus non dicitur, cuius oſtio fuit affixa ſchedula & ſtatim eleuata.*
64 *Iterum eſt ſatiſdandum quando fideiuſſores efficiuntur non idonei.*
65 *Legatum factum ſi ſtuduerit, intelligitur & ad doctoratū peruenerit.*
66 *Verba non ſufficiunt, vbi facto opus eſt.*
67 *Oblatio uerbalis nihil operatur.*
68 *Delinquens non punitur quando fuit effectus bonus poſt delictum.*
69 *Affectus, an in atrocioribus puniatur.*
70 *Affectus punitur in aſſaſſinatu.*
71 *Affectus in mandantem fieri homicidium, an & quando puniatur.*
72 *Sufficit tractatus in delictis enormibus vt quis puniatur.*
73 *Leges tranſgredimur propter enormitatem delicti.*
74 *Aſſaſſinus tenetur in iudicio nominare mandantem.*
75 *Crimen aſſaſſinatus non tranſit ad hæredem.*
76 *Crimen falſi habet multa ſpecialia.*
77 *In crimine falſi non habet locum illa regula, quod paria delicta compenſatione tolluntur.*
78 *Affectus in crimine falſi non punitur.*
79 *Affectus in raptu virginum non punitur.*
80 *Crimen ſymoniæ eſt enormiſſimum.*
81 *Affectus in enormibus quando puniatur.*
82 *Delictum attentatum non ita punitur ſicut conſummatum.*
83 *Clericus ſi voluit facere homicidium & non facit, tamen efficitur irregularis.*

Is, qui cum telo. Et hoc intendit. Qui ad actum occidendi peruenerit, licèt nō occiderit, pęna legis Corn. de ſica. punit̄, ac ſi occidiſſet. h.d. ſ̃m Bar. Vel ſic. Inſultus cū telo factus aīo occidendi, punitur pęna homicidij. h.d. ſ̃m Bal. vel ſic. Ambulans cū telo cā occidēdi, & ad actū ꝓximum ueniēs, punit̄ l. Corn. de ſica. h.d. ſ̃m Ang. vel ſic. Affectus ad actū proximū deductus punitur ac ſi ſequutus fuerit effectus. h.d. ſ̃m Saly. Caſus, &c. No. primò ex iſto tex. ꝙ in delictis magis attēdit̄ animus quā factū. de quo latè dixi. ſ̃. in l. 1. in hoc ti. & in ſing. meo 176. inci. voluntas & propoſitū &c. Itē no. ex ver. ſicut is, &c. ꝙ ita punit̄ malefactū, ſicut volūtas malefaciendi & ecōuerſo. Ex quo vr̄ ꝙ iſte tex. careat rōne, nam ita punit̄ minus delictū, ſicut maius delictū. ꝙ patet, nam negari nō poteſt ꝙ ille qui effectualiter aliquē occidit, non magis deliquerit quā ille qui habuit animū delinquendi, non tamen deliquit. & ſic habuit animū occidendi, non tamen occidit, qa ille q occidit peccauit in aīo, & in ope, ille aūt qui voluit occidere & nō occidit, peccauit tm̄ in animo, & non in opere, & ille q occidit punitur tm̄ pęna mortis. ergo ille q habuit animū occidendi & non occi-
1 dit, non dēt puniri pęna mortis, quia † pœna eſt commenſuranda delicto, vt dicit tex. in auth. oēs peregrini. ſ̃. cōia de ſuc. l. 1. §. ſed & q. ff. de abige. §. ſi quis aūt per donationē. in Auth. de non alie. c. felicis. §. pe. de pęn. in 6. c. quęſiuit. de his, quę fi. à
2 ma. parte ca. † & vbi eſt maior culpa, ibi debet eſſe maior pęna, vt dicit Saly. in l. vni. in 8. col. inf. de rap. vir. Et ideo dici pōt de iſto tex. vt dixit Bal. in l. fi. ſ̃. de fideicō. li. vbi dicit, ꝙ tex. in l. poſthumus. in §. ſi quis ex his. ff. de inoffi. teſt. caret ſpū rōnis, ita vr̄ quod iſte text. volens ꝙ tm̄ puniatur mala voluntas, ſicut malum factum, caret ſpū rōnis. Et ꝯ iſtum tex. ꝙ male lo-
3 quatur, facit optimè. † Nā licèt de iure habeamus ꝙ fur & receptator rerum furto ſubtractarū pari pęna puniant̄, vt dicit tex. in l. eos. ſ̃. de fur. per quem tex. dicit ibi Bal. ꝙ tpe ſuo fuit ſuſpenſa quædam mulier, quæ ſciēter receptauerat res furatas, ꝙ dicit ēt ꝓcedere in fęneratorib. recipiētib. res furatas pignori ſcienter. quā doctrinā ibi approbat Pau. de Caſt. & Sal. ꝙ ēt probat optimè tex. in l. 1. ff. de rece. & in l. 3. in §. non tm̄. ff. de incen. rui. nau. & in l. 1. ſ̃. de his, qui latro. & l. caſtitati. inf. de adul. & in l. crimē. ſ̃. ad legem Iuliā de vi. & in l. ſi qs ſeruū. C. de plagia. Et hāc partē firmat expreſsè Ang. de Are. in trac. in ver. & veſtē cęleſtēlin ſexta char. in verſic. quid ſi rem fura-
4 tam. † Et facit optimè dictū Bal. in l. data opera. in 5. col. in fi. ſ̃. qui accu. non poſ. vbi dicit, ꝙ receptatores fuerūt dēnt puniri pęna mortis, quod ēt voluit gl. in c. aut facta. de pęni. diſ.
5 1. † Et dicit Bal. in l. pe. ꝑ illum tex. ſ̃ ad leg. Iul. de vi pub. quod
6 illi, q receptant furta, dēnt puniri ſicut latrones. † Attamē ꝑdictis non ob. receptator rerū furto ſubtractarū ſciēter, non dēt puniri pœna furti, vt puniendus eſt fur. & voluit Gandi. in trac. ſuo male. ſub rub. de fu. & latro. in 5. col. in ver. reſtat videre, &c. circa med. vbi dicit, ꝙ licèt malefactores, & receptatores pariter puniantur, ꝙ hoc verbū, pariter, nō intelligit̄ ſimili, vel æquali pœna, ſed intelligitur pariter. i. ambo puniūtur, ſed diuerſa pęna. ad qđ alle. tex. ī l. fi. ff. de arb. vbi dr̄, ꝙ receptator abigei exulat à ſua terra ꝑ 10. annos. & tamē ipſe abigeus punit̄ pœna mortis. l. 1. in 1. reſponſo. ff. de abi. alle. ēt
7 in ar. l. cuſtodiā. ff. de pic. & cō. rei vē. † Itē alleg. etiā dicta ꝑ eū in d. ſuo trac. in ti. de homic. in ver. itē pone, ꝙ Titius &c. vbi dixit ꝙ mitius punitur q opē malefactori præſtat, quam ipſe malefactor. & ſubdit ipſe Gandi. vbi ſ̃. ꝙ hāc opi. ſ. ꝙ minori pœna puniat̄ receptator maleficij quā ipſe malefactor, vr̄ ſentire gl. or. in l. 1. ff. de recep. Et hāc opi. Gādi. refert & ſequitur D. Aug. de Ari. in trac. An. de Are. ſuper male. in ver. & dicto maleficio ſemper aſtitit. in vl. char. in vlt. addi. & in eo. ver. in addi. magna. inci tu autem in hac materia adde ꝙ Canoniſtę &c. pro quibus etiam faciūt dicta per Nel. in trac. banni in 3. parte. 2. temp. q. 59. vbi videas. Item ꝙ magis puniat̄ fur quā receptator, voluit expreſsè gl. in l. crimē. ſ̃. ad leg. Iu. de vi pub.
8 † Et facit ad prædicta no. verbū Salyc. in l. vni. ſ̃. de rap. vir. quē refert & ſequitur Do. Bar. Cępo. in conſi. 67. inci. requiſitus. in vl. col. vbi dixerunt, ꝙ ſtante lege vel ſtatuto ꝙ prębentes auxiliū, cōſiliū vel fauorē maleficio, puniant̄ eadē pęna, qua puniri dēt principalis delinquēs, attamen ſi qs ꝑſtiterit opē, auxiliū, vel fauorem maleficio, non debebit puniri eadē pę-
9 na, ſed debebit mitius puniri. † Pro qua doctrina facit not. verbum Bal. in l. cū ancillas. in 1. col. in ver. itē no. ex hac lege. ſ̃. de inceſ. nup. vbi dicitur, ꝙ mitius punitur ille, in cuius domo fit aliquod prohibitum eo patiente, quā ipſe delinquens
10 principalis, licèt hēamus de iure, ꝙ † agentes & conſentiētes pari pęna puniuntur, vt eſt tex. in l. iubemus. §. ſanè. in ver. fieri paſſus fuerit. ſ̃. de ſacroſan. ec. & ibi Bar. & habetur in l. 1. inf.
11 de fal. mo. cum ſi. † Et facit etiam, nam licèt fabricans falſum inſtrumentum, & illo vtens ſcienter, pariter puniatur, vt habetur in l. 2. ſ̃. de fi. inſtru. & in l. ſi falſos. ſ̃. de fal. & in c. ad fal-
12 ſariorum. de crimine fal. † tamen ille, qui illud fabricauit, acrius & durius punitur quā ille qui eo vtit̄. ita dicit Cy. in d. l. 2. ſ̃. de fi. inſtru. vbi dixit ꝙ ille qui fabricauit falſum inſtrm, tenet̄ directa pęna legis Cor. de fal. de qua in l. 1. §. fi. ff. de fal. ſed cōtra illū q ſolū vtit̄, nō eſt directa puniſtio le. Cor. de fal. ſed quędā alia quę nō hēt tm̄ effectū, vt ī l. iuſſi. in §. ordine. ff.

de fal. vbi expreſſe habet̄ ꝙ mitius punit̄ ille, qui vtitur falſo,
quam ille qui fabricauit ipſum falſum.quam doctrinam Cy.
refert & ſequitur Io. de Ana. in d.c.ad falſariorum. in princ.
3.col.& faciunt quæ dixi in ſing. meo. 15. incip. ſtatuta com-
12 muniter.vbi etiã alia adduxi in propoſito.† Et faciunt etiam
dicta per Ang.de Are.in trac. malefi.in d.verſ.& veſtem cœ-
leſtem.in d.verſ.& quid ſi furatam,&c. vbi dicit, ꝙ receptans
rem furatam ſcienter,non dicitur propriè fur, & nõ tenetur
propriè acſi furtum commiſiſſet, ſed tenet̄ acſi furto opem
præſtitiſſet. ꝙ dicit eſſe not. pro intellectu d.l.eos.s̃. de fur.de
quo etiam latius ibi per eũ,quæ omnia adduxi in l.fi.in 1.col.
ff.de ſic. Ex quib. mihi vr̃, quod lex noſtra non bene loquat̄,
volens ꝙ ille qui ambulauerit cum gladio cauſa occidendi,
puniatur ſicut ille qui occidiſſet, qm̃ deberet eſſe differentia
13 inter iſtos, cum vnus magis deliquerit quàm alius. † Et ideo
Domini terrarũ ſeu Principes cognoſcentes diſpoſitionem
huius legis eſſe nimis rigoroſam,faciunt ſtatuta diſponentia
ꝙ ſi quis hominem doloſè occiderit, puniatur pœna mor-
tis,quæ ſtatuta intelliguntur ſecuta morte effectualiter tan-
tum,& non aliter,vt voluit hic Bar.& cæteri ſcribẽtes.& Bal.
& alij in l.ſi quis ſeruo.s̃.de fur. & in auth. ſed nouo iure. eo.
ti.& Bar.in l.1.§.diuus.ff.eo.& Io.de Imo.in c. 1. de præſump.
quia ſtatuta requirunt caſum verum & non fictum.l.3.§.hęc
verba.& ibi Bar.ff.de neg.geſt.& ideo cum attentare ſit fictè
facere,non ſatisfit ſtatuto de conatu. & ideo dicit Bald.in d.
§. diuus. ꝙ iſta eſt ratio, quare per totam Italiam non puni-
tur conatus,quia delicta puniuntur ſ̃m ſtatuta.& alle.Spe.in
ti.de accu.in 1. parte. in §. j. ver. quid ſi primo, &c. vbi dicit
14 † omnib.legibus volẽtibus conatum puniri,derogatum eſſe
hodie per contrariam conſuetudinem. quæ verba multum
no.Ange.& Pau.de Caſt.in l.1.§.fi.ff.ꝙ quiſque iur.& Ludo.
Rom.in l.damni.in §.Sabini.ff.de dam.infec. Et hanc partem
tenuit Alex.in conſi.15.incip.viſo proceſſu,&c. in 3. col. in 1.
vol.vbi ad hoc alle.Bar.in l.fi.ff.eo.de ſica. & in l.1.§.diuus.eo.
tit.de quo ibi latius per eum.de quo latius dixi in conſ. meo
105.incip.cordi meo ſpm̃ ſapientiæ infunde Domine,&c.Vl
terius contra aſperitatem & rigoroſitatẽ huius l. dico ꝙ diſ-
poſitio huius legis non eſt tenenda, eo quia non debet ha-
beri pro lege,nam lex debet eſſe honeſta & iuſta, vt in c. erit
autem lex.4. diſt. Sed iniuſtum eſt apud Deum & homines,
ꝙ aliquis puniatur de homicidio ſi homicidium non com-
miſit,& puniatur de delicto ꝙ non fecit,ſicut ſi illud feciſſet,
& hoc de ſe patet, ergo non debet haberi pro lege. Item di-
co ꝙ lex continet duas iniquitates,prima eſt, quam dixi. ſ. ꝙ
quis puniatur pro delicto ꝙ non fecit. Alia eſt, quia inuitat
homines ad delinquendum.patet, nam ſi quis debet puniri
de homicidio ſolum, quia ambulauit cũ telo verſus aliquẽ,
talis puniendus dicet à ſe,omnino debeo puniri de homici-
dio,licèt illud non fecerim, ideo ne patiar pœnam pro nihi-
lo, non ambulabo cum gladio verſus aliquem inimicũ meũ
ſed potius occidam eũ & ſatisfaciã voto & deſiderio meo,
& alias ego hoc vidi in facto in ciuitate Mediolani. Et verè
iſtis contrarijs ad iſtum tex. non video omnino tutũ reſpon
15 ſum,ideo cogita,rogo,pro ſolu.† Vlterius no. ex hac lege ꝙ
affectus punit̄,licèt non ſequatur effectus.concordat.l.diuus.
ff.eo.& l.pe.inf.in hoc tit.& facit l.1.§.diuus.ff.eo.& l.qui iniu
riæ.ff.de fur.cum multis ſi.in glo. dictorum iurium alleg.Sed
tu circa hanc materiam aduertas diligenter, qm̃ in materia
iſta,iudicio meo, nõ poteſt dari certa & firma regula ſeu fir-
ma doctrina, nam in aliquibus caſibus punitur affectus non
ſecuto effectu.& in aliquibus non punitur affectus non ſecu
16 to effectu,& circa vtrumq; adducam iura & exẽpla. † Et pri-
mò punitur affectus non ſecuto effectu,quando lex conſide
rat ſolum affectum,vt habetur in l.& generaliter. in §. ſi igit̄,
& ita ibi volunt Doct.ff.de calum.Item punitur affectus non
ſecuto effectu in commodante domum ad committendũ
adulterium,nam licèt tali caſu non ſequatur adulterium, ta-
men talis commodans punitur.tex. eſt in l. & ſi amicis. ff. de
adult.& in l.1.ff.de extraor.cri. Item punitur affectus non ſe-
cuto effectu in illo,qui locauit opera ſua ad pugnandum cũ
animalibus feris,nam facta tali locatione,ſiue pugnauerit,ſi-
ue non,tamen punitur.tex.eſt in l.1.§.remouet.ff.de poſtu.&
ibi glo. & Doct. Item punitur affectus non ſecuto effectu in
illo,qui tentauit corrumpere ſeruum alienum vt furtũ com
mitteret, tunc licèt talis ſeruus nõ commiſerit furtum,tamẽ
talis tentans corrumpere dictum ſeruum punitur pœna ſer-
ui corrupti.tex.eſt not.in l.ſi quis ſeruo.C.de fur.& ibi Doct.
Item punitur affectus non ſecuto effectu in caſu.l. ſi à ſeruo.
ff.de condi.ob turp. cauſam. Item etiam punit̄ affectus non
ſecuto effectu in caſu.l.3.in princ.ff.quod quiſque iur.vbi di-
citur,quòd impetrans ius iniquum, ipſe eodem iure vtitur,
17 & ſi eo vſus non fuerit,de quo ibi per Doct.† Item qui cona
tus eſt corrumpere iudicem, punitur etiam ſi eum non cor-
rumpit,ſecundùm Bal.in auth.nouo iure. C. de pœna iu.qu
malè iu.per tex. in l. Imperator Seuerus. in ver. tentauit.ff.de
iure fiſ.pro quo facit tex.in l. ſecunda.s̃.de his, qui ad eccleſiã
18 confug.in ver.tentauerit.† Item eſt etiam alius caſus, in quo
punitur affectus non ſecuto effectu,videlicet,ſi aliquis eleua
uit manum cum pugno, vel cum enſe, vt aliquem percute-
ret,& eum non percuſſit,nec tetigit,tamẽ ex tali ſola adme-
natione tenet̄ actione iniuriarum, & non ſequuto effectu
punitur propter talem affectum.ita probat tex. no. in l.item
apud Labeonem.in §.ſi quis pulſatus.ff.de iniur.quem tex.di
xit ibi Bar.ſingu. & dicit ſe neſcire in iure inuenire ſimilem,
& illũ tex.etiam dixit ſing.Ang.ibi, & Ang. de Are. in tracta-
tu maleficiorum.in verſ.admenauit.in prin & Iaſ.in l.prima.
§.hæc autem verba.circa finem.ff.quod quiſque iu.& ſimilis
19 eſt tex in c.ſi quis pulſatus.de pœni.diſt.prima.† Et vltra præ-
dictos Doct.ego incidenter dico vnum circa talem admenã
tem contra aliquem, videlicet, quòd talis admenans,de quo
in dicto.§.ſi quis pulſatus, vltra pęnam iniuriarũ punit̄ etiam
alia maiori pęna,ſi habet arma, quãdo facit talẽ admenatio-
nẽ.nam tũc ille,contra quem taliter admenauit,licet nõ teti-
gerit, ſi occidat ipſum admenantem, non puniet̄ pęna mor-
tis, ſed alia leuiori pęna, q̃a dicit̄ tali caſu feciſſe ad ſuam de-
fenſionem,& excuſatur à pęna mortis. ita not. dixit Bar. in l.
ſi ex plagis.in §.tabernarius.ff.ad leg.Aquil. quem refert & ſe
quitur Ange.de Are. in §. iniuria. in 1. col. in fi. Inſti. de lege
Aquil. vbi dixerunt, ꝙ ſi percutio te antequam tu percutias
me,dum tu es in actu percutiendi me, ꝙ tũc dicor feciſſe ad
meam defenſionem,quod etiam voluit Ange. in l.quemad-
modũ.ff. de inoffic. teſt. quem refert & ſequitur Dom.Ant.
Corſet.in not.ſuis,not.1.in verbo,metus.& idem etiam dixit
Ange.de Are.in tracta.ſuo malefic.in verbo, & dictus Titius
ſe defendendo.in 1.char.in vlt. ver. circa med.vbi alleg. Bart.
in d.§.tabernarius.& Bal.in l. 1. C. vnde vi. & idem in effectu
dixit etiam Dom.Alex.in conſi.323.incip.in caſu prędicto.in
3.col.verſi.circa ſecundùm. Sed vltra hos patres ego dico, ꝙ
de hoc eſt tex.apertus in l.3.s̃. in hoc tit. quem tex. miror q̃d
Doc.non allegauerint,& hoc etiam firmat expreſsè Ange.in
l.1.circa fi.C. vnde vi.vbi not. loquit̄,de quo latius locutus sũ
in l.1.in 3.& 4.col.ff.de quæſtioni. & in l. qui falſam. in 1.col.
de fal.Modò redeundo ad materiam affectus non ſecuto ef-
fectu,ſcias ꝙ alius eſt caſus,in quo punit̄ affectus non ſecuto
20 effectu,videlicet, † in faciente aliquem tractatũ contra Prin-
cipem,vel contra rempu. tunc ad hoc vt talis puniat̄ pro tali
tractatu non requirit̄ conſummatio delicti, ſecũdùm Abb.
in c.tua nuper.de his,quæ fi.à præla.ſine conſen.ca. per tex.&
glo.ibi,ꝙ etiam voluit Bal. in l. aduerſus. C. de fur. etiam eos
refert & ſequit̄ Alexan.in l.vtrũ.ff.de parri. Item eſt etiã alius
caſus in quo punitur affectus non ſecuto effectu, videlicet,
21 in illo qui minat̄ aliquid mali facere, nam † licet non adim-
pleat minas & non puniatur pro dictis minis, attamen ſi ta-
lis minans fecerit pacem cum illo quem minatus eſt, puni-
tur pęna pacis ruptæ,quoniam minæ rumpunt pacem,ſecũ-
dùm Ang.in l.ſi cũ exceptione. in §.ſatis.fi.ꝙ me.cã.quem re
22 tuli in l.1.in princ.10.col.in fin.ff.de q̃õni. † Item in ſymonia
punitur affectus non ſecuto effectu in deteſtationem crimi-
23 nis.ita dixit glo.in c.nullus ep̃s. 1.q.1.† Item ſi filius emit vene
nũ vt patri daret,punietur etiam ſi non dederit. tex.eſt & ibi
Doc.in l.1.in fi.ff.de parri.de quo vide Bal.in conſi. ſuo.112.
incip.Cecus confecit vnum.in 5.vol.& vide Ludo Rom.no.
loquentem in conſi.ſuo.183.incip. ſaluatoris &c. in fi. 2. col.
Item vltra prædictos caſus Dom.Fely.in tract.ſuo de conatu
quem poſuit poſt tit.de app.ponit quatuor caſus in quib.vo-
luntas habetur pro facto,de quibus ibi per eum, q̃ caſus ma-
gis pertinent ad forũ poli, quàm ad forũ fori,quos non refe
ro breuitatis cauſa.Et iſti ſunt omnes caſus, quos reperio,in
quibus punit̄ affectus non ſequuto effectu, &c. Modò dico
ꝙ ſunt aliqui caſus, in quibus non punitur affectus non ſe-
24 quuto effectu.† Primus caſus eſt,quando conatus cum actu
propinquo non venit ad conſummationem, vt quia agens
non impeditus impedimento facti deſiſtit agere pęnitens
incępti talis enim non punit̄,vt eſt tex. in l.q̃ falſam. ff. de fal.
& habetur in l.q̃ ea mente.ff.de fur. & no. Gemi. in c.gratia.
in vl.col.1.q.1. & idem dicas ſi ipſe agens eſt impeditus facto
extrinſeco, ꝙ põt eſſe iuris, vt in caſu.l. inter omnes.§.fi.ff.de
fur.vt quia quidam volebat mihi furari librum, & ego eum
ſibi donaui,hoc caſu nõ punitur talis affectus, cum non fue-
rit ſecutus effectus.ita dicit Card.in cap.1.in 6. colum. de eo
qui mit.in poſ.cauſa rei ſer. Secundus eſt caſus, vbi conatus
alicuius rei prohibitæ, etiam ſi habuiſſet effectum, nemini
nocuiſſet.ꝙ probatur ex eo,ꝙ no.gl.in c.quãto.de iureiu.ex
25 qua dicũt ibi Doc.† ꝙ quando falſitas committit̄ circa id q̃d

de ſe non probat, non nocet. ꝙ dicit ibi Imo. eſſe menti te-
nendum.& ideo Ioan.de Ana.in c.1.in 9. colum. de crimine
fal.reprobat gl.ibi ſimpliciter dicẽtem,ꝙ in crimine falſi pu-
nitur conatus ſine effectu.& alleg.gl.Bal. & Salyc. in l. damus.
inf.de fal.& Bal.in l.qui velut.eo. ti.& Bal. in rub. C.de fi.inſtr.
in 10. col. in ver. ſed quæro ſi quis ſcripſit. & tex. & glo. in l.
fundum.in fi.ff.de euic.pro quibus facit ꝙ not.Io.de Imo.in
l.1.in 2. colu. ff. de pub.iu. De quo arti.an & quando falſitas,
quę nemini nocet,puniat̃,dixi latè in c.j.circa me.de crim.fal.
Tertius eſt caſus,in quo non punitur affectus non ſecuto
effectu, videlicet, quando affectus ſeu conatus non habuit
actum exteriorem,ſed ſtetit in ſola voluntate,nam talis affe
ctus non punitur.l.cogitationis.ff.de pœ.& no.Albe. de Ro.
in 2.parte ſtatu.q.158.inci. Cynus quærit, &c. & Salyc.hic.&
Car.in clem.1.in prin.in 3.q. de vſur. & ideo videmus,ꝙ ſola
voluntas in ſymonia non punitur, vt in c. cõſulere.cum gl.2.
de ſymo.Quartus eſt caſus, in quo non punit̃ affectus nõ ſe-
26 cuto effectu,videlicet,† quando imponit̃ pœna ipſo iure,ꝗa
ad eam incurrendam non ſufficit conatus,qualiſcunque fue
rit,vt probatur in c.cum in cunctis.§.pe.de elec.iuncto.c.per-
petuæ.eo.tit.in 6. per quę iura ita tenet Io.And.in d.c.perpe-
tuæ, & in reg. in pœnis. in mercu. & ſequitur Dominicus in
d.c. perpetuæ.in 2. colum.vbi dicit hoc eſſe dictum Bald.ſed
non dicit vbi.ſed dicit D.Fely.in d.ſuo trac.de conatu, ꝙ hoc
fuit dictum Bal.in l. ſi quis non dicam rapere. in 2. col. C. de
epiſc.& cle.& idem no.Io.de Ana.in c.1.in 3.not. de adult.&
Dom.in c.2.§.1.de iudi.in 6.& Abb. in d. c. cum in cunctis.in
§.pe.in 1.col.& in c.1.in 5.col.ver.ex prædictis.de eo qui mit.
in poſ.& Car.in cle.1.§.ſi quis.in 2.quæſt.de re.ec. non alie.Et
ex iſtis dicit Do.Fely. in tract.ſuo de conatu, ꝙ pœna d.cle.1.
non habet locum in prælato faciente omnem conatum vt
alienet contra formam de qua ibi,cum ibi imponatur pœ-
na ipſo iure.ad quæ etiam vide Car.in cle. ne in agro.in §.qa.
in pe.q.& ibi glo.in verbo,ipſo facto.de ſta. mona. Et de hac
dictione,ipſo iure,ſeu ipſo facto,vide quæ ego dixi in repe.l.
27 vnicæ.ſ.de rap.vir.in nume.66.per totum. † Quintus caſus,in
quo non punitur affectus non ſecuto effectu, eſt in delictis
non atrocioribus, quia conatus in ipſis non punitur non ſe-
cuto effectu, ſecundum Bal. in l. ſi quis non dicam rapere. ſ.
de epiſ.& cle.& Car.in c.1.de eo,qui mit.in poſ. cauſa rei ſer.
& Gemi.in d.c.gratia.1.q.1.in quibus locis dicunt,ꝙ iura pu-
nientia conatum,loquuntur in atrocioribus,ꝙ etiam ſentit
glo.ſecundum Dom.Fely.in d.tra.de conatu.in l. præſenti.in
28 ver.cogitatione.ſ.de his qui ad ec.confu.† Sextus caſus eſt in
excommunicatione & in alijs cenſuris eccleſiaſticis, quia ad
eas incurrendas requiritur factum conſummatum, ſecun-
dum Car.in c.præterea requiſiſti.ad fi.extra de app. in illa qõ-
ne,quando excommunicatur quis ſi appellauerit,an tunc in
currat excommunicationem, quando ſe præparat ad appel-
landum,an verò quando appellauit.ita dicit Dom. Fely.in d.
ſuo tract. de conatu.vbi etiam alleg.hoc voluiſſe Archi. in §.
ſi ergo.17.q.4.& Bar.in l.filiusfam. §. diui.ff. de leg.primo.
29 † Et dicit etiam ipſe Do.Fely. in d. ſuo trac. & hinc eſt, quòd
ſi quis conatur percutere clericum, licèt faciat quantum in
ſe eſt vt percutiat, tamen non eſt excommunicatus, ſi non
percuſſit.alleg.glo.3.in c.in audientia.de ſen.excõi.& glo.1.in
c.ſi verò. il 2. eod. tit. & dicit ꝙ hanc fallentiam ſeu hunc ca-
ſum ponit Car.in cle. 1.§.ſi quis. in 2. q. de re.ec. non alie.per
illum tex.in ver.fecerit.Septimus caſus,ſecũdum Fely. vbi ſu-
30 pra eſt,quando agitur ciuiliter, † quoniam in factis ciuilibus
conatus non punitur pro effectu,vt ſentit gl. parua.& ibi ex-
preſſe Bal.in l.ſi conſtiterit.ſ.fi. regun.& dicit quod ita etiam
poteſt intelligi tex.in dicta l.prima. ff.quod quiſque iur. teſte
Bal.in dicta l. ſi quis non dicam rapere.in ſecunda columna.
pro quo ſecundum eum facit capitu.fina.de ſponſa.& idem
tenet Saly.in hac l.Et adducit etiam ipſe Fely.in ſimili,Dom.
An.in capit.paſtoralis.in 8.col.in ver. ſed eſt dubium. de cau-
ſa poſ.& proprie.vbi dicit, quod per vnicum actum contra-
rium priuilegio non perditur priuilegium quãdo ille actus
non habuit effectum. ad quæ etiam adducit aliqua alia de
31 quibus ibi per eum. † Octauus & vltimus caſus, ſecundùm
Dom.Fely.in d.trac.in quo non punitur affectus non ſequu-
to effectu,eſt in ſtatutis punientibus delicta,quia ſemper in-
telliguntur de delictis conſummatis & non attentatis. ita vo
luit Bar.in l.1.ff.ad leg.Cor.de ſica.& Imo.in c.1.de præſump.
quia ſtatuta requirunt caſum verum & non fictum.l.3.§.hęc
verba.& ibi Bar.ff.de neg.geſt.& ideo cum attentare ſit ficte
32 facere,non ſatisfit ſtatuto per conatum. † Et ideo dicit Bart.
in d.l.1.§.1.ff.de ſica.quod iſta eſt ratio, quare per totam Ita-
liam non punitur conatus, quia delicta puniuntur ſecũdùm
ſtatuta,quæ (vt dixi) requirunt actum perfectum & cõſum-
matum.& ita modificat verba Spec.in tit. de accu. in 1. parte
in §.1.ver.quid ſi primò &c.in fi.dum dicit,omnibus legibus
volentibus conatum puniri derogatum eſſe hodie per con-
trariam cõſuetudinem.quæ verba multum no. Ang. & Pau.
de Caſt.in d.l.1.ff.ꝙ quiſque iu.& Lud.Rom.in l.damni.§.Sa-
bini.ff.de dam.infec.& voluit Alex.conſi.15. incip. viſo pceſ-
ſu inquiſi.in 3.colum.in 1.volum.vbi ad hoc alleg.Bar.in d.§.
diuus.& in l.ſi in rixa.eo.tit.& probatur,ſecundum eum,in l.
ſi certus ſit percuſſor.§.fi.cum l. ſeq. ff. ad Sylla. & dicit ꝙ illũ
tex.ibi ponderat Bal.in l.1.§.hæc verba.& ibi Ang. ff.qd̃ quiſ-
que iur.& Bar.in d.l.damni.§.Sabini.ff.de dam.infec. & Bal.in
d.l.ſi quis non dicam rapere.& in c.1.§.iniuria.de pace iur.fir.
& in l.data opera.C.qui ac.non poſ.& in l.ſi fugitiui.C.de ſer.
fu.& Cyn.hic.Item hanc partem ſecundum Dom.Felyn.in d.
ſuo tracta.tenet Abb.in c.mulieres.de ſen.excõi. & in c.inter
ſolicitudines.de pur.ca.& Bar.in §.itẽ lex Cor.Inſtit.de pu.iu.
& Imo.in l.1.ff.de pub. iud. ad ꝙ vide tu etiam Ang. in tract.
maleſi.in ver.& veſtem cœleſtem abſtulit. in 32. col. in verſi.
quæro aliquis acceſſit ad banchum &c. & ibi Augu. in addi.
Item prædicta etiam ampliat Felyn.in pe.colum.etiam ſi ex-
tet ſtatutum ꝙ occidens occidatur, & vulnerans aliter pu-
niatur, deinde contingat ꝙ vnus animo occidendi inferat
vulnus, ex quo tamen non ſequitur mors prout vulnerãs in-
tendebat, nõ punietur de morte,quaſi iſte caſus à ſtatuto o-
miſſus remanſerit in diſpoſitione iuris communis, quia ſta-
tutum voluit corrigere leges de conatu loquentes. ita dixit
Saly.aſſerens ſe hunc caſum habuiſſe de facto in hac l.in vlt.q.
Quibus addit Bart. in l. fi. ff.de rerum di.vbi dicit,ꝙ ſi ſtatutũ
dicit ꝙ ſi quis voluerit monialem corrumpere puniatur tali
pœna,ꝙ exponitur.i.voluntariè corruperit.pro quo ſecundũ
ipſum Dom.Fely.vbi.ſ.eſt tex.ſingu.in c.conſulere. cum glo.
33 de ſymo.† Item adducit etiam Bald.in l.arboribus.§.Iulianus.
ff. de vſuf. vbi dicit ꝙ ſi ſtatutum punit magnatem intrãtem
palatium, non ſufficit ꝙ teſtes dicant ſe vidiſſe eum intrare
niſi dicant ꝙ viderunt eum intraſſe, vt denotent actum con
ſummatum.& idem dicit de ſtatuto puniente extrahentem
frumẽtum de diſtrictu, dummodo vtatur verbo extraxerit,
ſecus ſi puniret inuentum portare. adducit etiam Bal.in l. ſi
fugitiui.in 2.col.ſupra.de ſer.fu.vbi dicit, ꝙ etiam in caſu ſta-
34 tuti attentans delictum,poterit puniri extraordinariè.† Et di
cit ꝙ ſtatutum puniens eum qui portauerit extra territoriũ,
non habet locum in reperto in via ante exitum diſtrictus,ni
ſi confiteatur ꝙ portabat extra, vel niſi capiatur in limine di
ſtrictus,vt latius per eum ibi.& in l.cum proponas.vbi etiam
Saly.ſ.de nau. fœ. & per Io. de Ana.in c.ſignificauit. de Iudæ.
vbi etiam habetur ꝙ ſi talis reperitur in via ſuſpecta, punitur
arbitrio iudi.de quo etiam per Bal.in l.cum inter.ſ.de do.an
te nup.& per Imo.in c.2.prope fi.de conſti.& per Bal. in l.nõ
35 dubium.ſ.de legi.† Adducit etiam Fely.in tra. de conatu.no.
per Bar.in l.eum qui.ff.de iu.pa.& Bald.in l.ſi quis in ſuo. ſ.de
inoffi.te.vbi dixit, ꝙ ſtante ſta. quod declinãs iuriſdictionem
poteſtatis poſſit impunè offendi, & reperiatur ꝙ aliquis op-
poſuerit excep. declina. ſuper qua non fuit pronuntiatum,
certè hoc caſu non potuerit impunè offendi, ꝗa conatus ca-
36 ruit effectu. † Adducit etiam Dom.in c.auaritię.in vlt.col.de
elect.in 6.vbi propter glo. dicit, ꝙ ſi ſtatutum punit portañ-
tes veſtes certi valoris,& aliqua mulier fecerit fieri talem ve-
ſtem,tamen eam non portauit,non cadit in pœnam ſtatuti.
Adducit etiam Bal.in ſua diſ. incip. accuſatus de vi turbatiua.
in fine.vbi dicit, quod ſi ſtatutum punit accedentem ad ca-
piendam poſſeſſionem beneficij ſine certa licentia, non pu-
nitur ille qui ſine licentia acceſſit vſq; vel prope eccleſiam,
37 & timore armatorum,qui ibi erant, retroceſſit, quia † om-
nis pœna,quæ imponitur pro violentia,requirit actum con-
ſummatum.ita dicit Felyn. intra de conatu. referens omnia
prædicta,quę omnia ad literam retuli ego in l.qui falſam. in
1.2.3.& 4.col.ff.de fal. Sed ego poſt eum in d. l. qui falſam.in
5.col.dicebam,ꝙ illam Doctri.Bal.in d.l.ſi fug.ſ. de ſer.fug.in
38 2.colum.inquantum † dicit ꝙ ſta.puniens eum qui portaue
rit extra territorium, non habet locum in reperto in via an-
te exitum diſtrictus &c. & hanc doct. etiam refert & ſequi-
tur Iaſ.in l.1.in §.hæc autem verba.in 1.col.ff.ꝙ quiſque iu.de
qua q.vide etiam Io.And.latius & melius loquẽtem in addi.
Spec.in tit.de conſti.in §.1.in addi.incip. ſed incidit hic &c.&
Alberi.de Ro.in 2.parte ſta.q.168.incip.Cy.quęrit,&c.& Bar.
in l.vulgaris.§.qui furti.ff.de fur.& Ang.de Are.in tract.male.
in verbo,& veſtem cęleſtem.in ver.quæro,aliquis acceſſit ad
banchum,&c.& ibi in addi.& Bal.in conſi.244. incip.ad eui-
dentiam.in 3.volum.Item etiam vltra Fely.in d.trac.de cona
tu.dic ergo quòd alij ſunt caſus, in quibus non punitur affe-
ctus non ſecuto effectu.Vnus eſt in l.ſequitur.§.item Labeo
ait.ff.de vſuc.vbi dicitur,ꝙ ſi rem meam apud te depoſuerã,
& tu eam vendideris lucri faciendi cauſa,deinde ex pœnitẽtia
rede-

redemeris,& in eodem.ſtatu reuerſa eſt,quod ego contra te agere non poſſum,licèt ſi eam non redemiſſes.potuiſſem cõ tra te agere. Alius eſt etiam caſus,in quo non punitur affe-
39 ctus non ſecuto effectu,videlicet, † quia pœna quæ imponitur contrahenti inceſtas nuptias, non habet locum in contrahente ſponſalia.ita dixit glo.no.in clem.1.in ver.contrahere.de conſan.& affi. quam glo.refert & ſequitur Dom. Phil. Dec.in conſil.ſuo 256.incipien. in cauſa inquiſitionis, &c. in penul.colum.de qua glo.vide etiam Iaſ.in l.quominus. in 4.
40 colum.ff.de flu. † Alius eſt etiam caſus,videlicet,in emphyteuta, nam vt clarum eſt,ſi ipſe emphyteuta alienat rem emphyteuticam irrequiſito domino cadit à iure ſuo, vt habetur in l.2.ſuprà de iure emphy.& in l.fina.cod.titu.& in c. potuit de locato.attamen ſi talis emphyteuta alienauit rem emphy. & in tali alienatione appoſuit verba, ſi domino placuerit, vel verba, ſaluo iure domini,non cadit à iure ſuo, quia per illa verba tollitur effectus conatui ita dixit Albe.de Ro.in d.l.fin. in vlt.colum.C.de iure emphy.& Bald.in c.1.§. hoc quoque. in pen.colum.de ſucceſſ.feu. & Iacob. Alua.in c.1.in princ.in pen.colum.de prohi.feu.alie.per Fed.& Bal.in c. 1.§. donare. in vltim.colum.in titu.qualiter olim feu.alie.po.& Bald. in d. l.fina.ſuprà de iu.emphy.& in c.1.in ver.liuellariæ.in princ.de pa.Coſtan.de quo tamen latius per Phi.De.in conſi.160. inc. in cauſa monaſterij. in 3.colum.& per Iaſ.in l.3.in 44. colum.
41 ſuprà de iu.emphy. † Alius eſt etiam caſus in quo non punitur affectus non ſecuto effectu, qui caſus eſt in matre tutrice, quæ licet contrahat matrimonium per verba de futuro,tamen non perdit tutelam filiorum ſi non ſequatur matrimonium per verba de præſenti, vel copula carnalis.ita dicit Specu.in titu.de tuto.§.nunc dicendum.in verſi.quid ſi tutelam habeat &c.quod dictum refert & ſequitur Ludo. Roma.in ſingu.ſuo 222. incip. tu habes quod mater, &c.

42 † Item vltra prædictos teneas etiam menti vnum no. verbum in materia iſta,videlicet,quod ſi ego volens me obligare tibi ſcribo vnam literam,in qua confiteor me eſſe debitorem tuum in mille,vel in alia ſumma,ſed antequam iſta litera tibi præſentetur ego moriar, hoc caſu talis litera non nocebit nec præiudicat hæredibus meis. ita ſingu. dicit Inno. in c.cum dilectus. de ſucce.ab inteſt.quod dictum reputat ſing. Dom. Anto.in c.fina.in 5.colum.de confeſ.& Barb.in c.cum dilectus. & in c.poſt ceſſionem.de probat.& in rubr.extra de teſtam.in lec.in 2.colum.& Corſe.in ſuis no.ſub verbo, confeſſio.in no.incipien.ſi ſcribo &c. Item illud dictum Innoc. refert etiam & ſequitur Angel. in l. 1. ff. de confeſ. & Dom. Anto.in c. per inquiſitionem.de elect.& Iaſ.in repe. l. admonendi. in 62.colum.ff.de iureiur.de quo dicto latius dixi in mea rubr.ſuprà de proba.in 51.colum.ante finem.in verſi.& poſtquam &c.& in l.fina.in 6.colum.circa me. verſicu. & tene menti.de quæſtioni.& in ſingu.meo 373.incipien. vt noſti &c. Et in materia iſta conatus vide etiam Gand. in tracta. maleficio.ſub rub.de homicidiarijs. in ver.incipien.ſed pone quod ego dedi tibi pecuniam &c.& Domi.Pet. Phi. Cor.in conſilio 249.incipien.licet.in primo volum.& Do. Phi. Dec. in conſil.256.incipien.in cauſa inquiſitionis.in penu.colum. & vide omnino Bald.in conſi.112. incipien.Cecus confecit, &c. in 5. volum. & in conſi. 306. incipien. ſtatuto Placentiæ cauetur &c.in 3. volum.& Alexan. in conſi. 140. incip. videtur in caſu propoſito.in 1.vol.Et ſcias,quod ratio prædictorũ caſuum,in quibus non punitur affectus non ſecuto effectu, poteſt eſſe duplex.primò illa,quam aſſignat text.in l.prima,in fi.ff. quod quiſque iur. vbi dicit text. quid enim obfuit co-
43 natus, cum iniuria nullum habuerit effectum? † Secunda poteſt eſſe ratio, videlicet, quia verba debent intelligi cum effectu.l.pen.§.pen.ff.ne quis eum,qui in ius voc. l. quotiens. ff.qui ſatiſd.cogan.c.fina.vbi glo.de ſpon.c.qualiter.de pact.c. perlatum.cum glo.de cle.non reſi.l.ſi is,qui.in §.ſi tu Titium. ff.de fur.l.aliud eſt capere.ff.de verbor.ſignific.glo. in c. ſuper quæſtionum.in §.fina.in ver.non poſſunt.de offic. deleg.

Pro qua regula faciunt optimè dicta per Iaſ.in d.l. 1.§. hæc
44 autem verba.ff.quod quiſque iur. vbi † dicit, quòd ſi ſtatutũ dat præmium capienti bannitum, intelligitur quando cum apprehendit cum effectu & præſentat ſuperiori.alleg.Gui.de Cun.Alber.& Ange.ibi.pro quo dicit facere.l. ſi Barlatoram.
45 & ibi Cy.& Ange.ſupra de fideiuſſ. † Quinimò fortius dixit Barto.in l.1.in princip.in 7.colum.ff.de acquir.poſſeſ.quod ſi ſtatutum diſponit,quòd ſi aliquis fuerit inuentus cum armis puniatur tanta pœna,quòd hoc intelligitur & captus fuerit. & eum ſequitur Ange.in l.qui ſeruum.ff. de verbor. obligat. quod etiam dixit Barto.in l.1.in ver.deprahenſus. de pe. bo. ſub.lib.10.quos refert Iaſ.in d.l.1.§.hæc autem verba. ff. quod quiſque iur.vbi dicit,quod contrarium tamen tenuit Ange. Io.n.de Imo.& Moder.in d.l.1.in princi.& in l.3.§.Neratius. ff.de acquir.poſſeſ.& Saly.in l.ſi Barſatoram.de quo vide quę circa hanc materiam dixi latius in practica mea cauſarum cri-
46 mina.in §.pro complemento.nume. 24. Et facit † etiam ad prædictam regulam in argumen. regula illa, videlicet, quòd non ſufficit dicere,ſed quòd dicitur debet probari, ſecũdum glo.in l 1.ff.ſi quadr.pau.fe.di.& glo.in l.2.ff.de fe. & glo. in l. magis puto.§.illud.ff.de rebus eorum.& glo.in c.ſuper eo.de app.& in clem.1.de in integ.reſtit.& in c. non eſt. de conſue. lib.6.& glo.in l.ait prætor. ff. vi bon.rap.& in l.1. ff. de incen. rui.nau.& ibi Barto. Pro quibus faciunt dicta per Ange. in l.quæcunque.§.fina.ff.de publi.& per Barba.in conſi.56. inci. propoſita mihi &c.in 2.colum.in 3.volum.& in conſi.73.inc. viſo puncto.in 2.colu. & ibi in conſi. 88. incipien. in contingentia.in 5.col.& per Dom.Fely.in c.cum dilectus. in pe. col. de accu. vbi allegat alias gloſ.hoc dicentes. de quo etiam per Abb.in conſi.34.incipien.ſuper quæſtione mota,&c.in 2.co-
47 lum.poſt princip. † Et pro prædictis facit etiam, nam ſtatutum dans præmium accuſanti non contentatur ſola accuſatione,ſed intelligitur ſi accuſans probauerit contenta in accuſatione vera eſſe. ita dixit glo.in verbo,oſtenſum.in c.1.de his quæ fiunt à maiori parte ca.& probatur in ca.poſt electionem.& in c.cum ſuper.de conceſ.preben.& no.glo.in c.non eſt.in ver.allegat.de conſuetu.lib.6.& gloſ.in l.ſi cuius appellatio.ff.de appe.reci.& in l.2.in glo.ſuprà quod met.cauſa. & voluit Dom.Alex.in conſi.196.incipien.diuini numinis.in 2. colum.& glo.in c.1.ver.reum.de iu.& Dom.Alexan.in conſi.
48 71.incipien.diuini numinis.in 2.colum.in 5.volum. † Quin imò fortius ſi ſtatutum dicit,quòd qui non probauerit accuſationem ſuam puniatur in 10.modo aliquis produxit accuſationem habentem plura capitula, & quædam probauit,& quædam.non,hoc caſu ita debet puniri in 10.ſicut ſi in nullo probaſſet.ita dixit Ange.in l.vnica.ſuprà de ſuffra.ad quæ etiã vide Bal.in ſimili in l.minoribus.in fi.ſuprà de his quib.vt ind.
49 † Facit etiam ad prædicta, nam ſtatutum dicens,ſi quis petierit executionem puniatur,certè debet intelligi,petierit & ad finem perduxerit,alias non punietur. ita firmat Dy.& Barto. in l.amplius non peti.ff.rem ratam hab.per l.qui cum maior. §.accuſaſſe.& in l.ſeruitutem.§.petijſſe.ff.de lib.ho.exhi.& in l. Papinianus.§.meminiſſe.ff de inoffi.teſt.& l.alia.ſuprà de his, qui.vt indig.& no.Barto.in l.ſi libertus.& in l.eum.ff.de iure pa. & in l.in criminal.ſuprà de iuriſd.omn.iudic.& Barto. in l.ſi quis maior. ſuprà de tranſact.& Bal.in l.ſi quis in ſuo.ſuprà de inoffi.teſtam.& Do.Ant.in c.ſi diligenti. de foro compet.
50 † Et adeò prædicta ſunt vera quòd etiam ſi deuentum eſſet ad ſententiam & ab alia eſſet appellatum, pendente appellatione adhuc non eſſet commiſſa pœna legalis vel ſtatutaria, quia petitio non eſſet ad finem reducta vt declarat Bal. in l. alia. ſuprà de his quib.vt indign.de quo per Alexan. in conſi. 404.incip.viſo.ti.&c.in fi.verbis.& aliquid per Ang.in l.ſi Bar-
51 ſatorã. ſuprà de fideiu. † Item ad prædicta etiam facit, nam hæc verba, ſi talis hæres erit, non intelliguntur ſimpliciter ſi fuerit hæres inſtitutus, ſed poſt aditionem hæreditatis. tex. eſt,quem ibi ad hoc ponderat Ioan.de Imo.in l. ſeruum alienum.§.ſi quis ita.ff.de hær.inſti.pro quo faciũt dicta per Bart. in l.gerit.in 3.colum.ver.circa tertium.ff.de acquir.hæred.qui vult,quod quando in aliqua diſpoſitione ſit mentio de hærede,intelligitur de hærede poſt aditionem hæreditatis, de quo per Socy.in conſi.91.incip.viſa.in 2.colum.in 1.vol.
52 † Item vltra prædicta dico,quod adeò eſt vera dicta regula,videlicet, quod verba debent intelligi cum effectu, etiam ille effectus debet durare, aliàs non eſt ſatisfactum legi, eo
53 quia † non dicitur factum,quod non durat factum,l.item.§. ſi actor.ff.quod cuiuſque vni.no.l.ſi pro parte.§.verſum.ff.de
54 in rem ver.l.alia.ſuprà de his, quib. vt indign. cum ſim. † Et ideo carceratus qui fugit, ſi reuertatur, non dicitur fugiſſe, ſecundum Bal.in l.1.in 3.colum.C.de ædi.act.& in l.1.in 5.col.
55 ſuprà de ſer.fugi. † Pro quibus faciunt no.verba Ludo.Roma.in conſi.510.incip.quò ad primum.in 9.colu.verſi.2.quia licèt,&c.& per Barto.in reperto. ſuo. in verbo, bannitus. in verſi.quid ſi bannitus capiatur, &c. vbi dixi quod ſtante ſtatuto quod capiens bannitum habeat certum præmiũ, quod ſi quis cepit bannitum, qui poſtea ſibi aufugit, non debebit
56 habere præmium .† Et faciunt dicta per Barto.in l.ſicut.§. ſuperuacuum.in 3.colum.in ver.redeo ad ordinem, &c.ff. qui. mo.pign.vel hi. ſolu. vbi dixit, quod ſi iudex mandat alicui ſub pœna quod exeat talem domum & illam diſgombret, quod ſi talis cui eſt factum tale mandatum exiuit domum & eam diſgombrauit, & poſtea in eãdem reingreſſus eſt, quod cadit in pœnam dicti præcepti ſibi facti, quia non dicitur factum quod non durat factum, & non dicitur exiuiſſe, poſt-
57 quam eſt reingreſſus. † Et facit not. verbum Bal. in l.ſi quis ita. ſuprà de pact. inter empt. & vend. dixit quod ſi teſtator reliquit

reliquit eccleſiæ centum vt emat fundum, eccleſia emit fundum, poſtea vult illum vendere, an poſſit. & dicit quod non, quia non diceretur emptum, ſi non duraret emptum. & faciunt dicta per Socy. in conſi. 76. incipien. viſa, in 2. colu. in 1. vol. & in conſi. 133. incip. profecto. in 2. colum. poſt me. in eo.

58 1. volum. † Et facit etiam ſingu. verbum D. Nelli in tract. ſuo banni. in prima parte. 2. temporis. q. 58. vbi dixit quod ſi ex forma ſtatuti bannitus non poteſt ſtare vel habitare in tali loco vel in tali ciuitate, alias poſſit ibi capi & decapitari, quod tale ſtatutum non habet locum in bannito tranſeunte per talem ciuitatem vel locum, & comedente in hoſpitio. quod

59 eſt ſingul. not. † Pro quo faciunt optimè dicta per Petr. de Anchar. in conſil. 74. incipien. viſo diligenter, &c. circa fin. vbi dixit, quod ſi duo fecerunt pacem hoc pacto quod talis non veniret in ciuitatem, quod ſi ille venit tranſeundo & ſteterit per tres vel quatuor dies ſuper hoſpitio, quod non dicitur rupta pax, nec contrafactum eſſe paci. allegat plura de quibus ibi per eum. & facit ad prædicta tex. in l. quicquid calore ira-

60 cundiæ. de regu. iur. † Et facit etiam ad prædicta, nam ſi extat ſtatutum inter affines quod fiat compromiſſum, & ſit factum, ſed expirauit, quòd iterum debent compromittere, cum primum compromiſſum non habuerit effectum. ita dixit Bal. in l. veluti. §. hæc vox. ff. de ede. & Bal. in l. fideicom. §. ſi quis decem. ff. de lega. tertio. & Bald. & Docto. in l. qui per ſalutem. ff. de iureiuran. & Rapha. Cum. in l. ſi cum dotem. §. 1. ff. ſolu. mat. & Ludoui. Roma. in l. prætor. §. hoc autem interdictum. ff. de oper. no. nun. quos refert & ſequitur Socyn. in conſi. 117. incipien. viſa & diligenter, in 2. colum. in 1. volum. & volunt alij Docto. quos ego adduxi in ſingu. meo 172. inc.

61 habeo nunc vnam quæſt. &c. vbi † dixi hoc eſſe verum, quando quis tenetur facere compromiſſum ex diſpoſitione legis vel ſtatuti, ſed ſecus eſt quando teneretur facere compromiſſum ex ordinatione vel diſpoſitione hominis, nam tunc ſufficit quod ſemel tantum ſit factum compromiſſum, licet nō ſit ſecutum laudum & adduxi plures Docto. ibi ad hoc, quos non refero cum ſit impertinens ad materiam noſtram.

62 † Et vltra prædicta faciunt dicta per Abb. in conſi. ſuo 69. incipien. videtur primò dicendum, in fi. 1. colum. in 1. volum. vbi dixit, quod ſtatutum arctans ad ſolutionem gabellæ accipientem rem inſolutum, non habet locum in accipiente rem in ſolutum, cui talis res eſt poſtea euicta, & non durat

63 talis datio. † Et faciunt dicta per Dom. Felyn. in ca. ex parte decani. in 4. colum. de reſcript. vbi dixit, quod ſi ſchedula citationis affigatur oſtio citati & ſtatim eleuetur, quòd non dicitur legitimè citatus. ad quod alle. Bal. in l. ſed ſi pupillus. §. præſcribere. ff. de inſt. & Catal. in tract. ſyndic. in ver. 125.

64 † Et facit etiam, nam ſi fideiuſſores, qui à principio erant idonei, poſtea efficiuntur non idonei, tunc de nouo eſt ſatiſdandum, vt habetur in l. ſi ab arbitro. ff. qui ſatiſd. cogan. & in l. prætoriæ. la 2. ff. de præto. ſtip. & in l. litibus. in ver. renouetur. & ibi Barto. in vlt. colum. C. de agri. & cenſi. lib. 11. & in l. ſi is à quo. §. fina. ff. vt in poſſ. leg. Quod tamen eſt intelligendum, quando quis tenebatur fideiubere ex diſpoſitione legis: ſecus, quando tenebatur ex diſpoſitione hominis. ita dixit Iaſ. in d. l. ſi ab arbitro. in fi. 4. col.

65 † Et ad prædicta etiam faciunt dicta per Pau. de Caſt. in l. in numerationibus. ad fi. ff. de ſol. & dixit Dom. Phi. Dec. in conſi. 177. incipien. quòd ſuprà, &c. quod ſi alicui factum ſit legatum ſub conditione, ſi ſtuduerit, quod ad hoc vt conſequatur legatum non ſufficit quod ſtuduerit per aliquod tempus, ſed opus eſt quod peruenerit ad doctoratum. & ſubdit quod ſi maritus inſtituit vxorem ſuam hęredem ſi acciperet tertium ordi. ſancti Franciſci, quod ſi accipit illum habitum & non perſeuerauerit in eo, non debet habere hæreditatem. ad quod alle. Bald. in l. ſi quis hæredem. ſuprà de inſtitu. & ſubſtit. ſub condi. fa. Modò ex iſtis infero in principali propoſito noſtro, quòd nō ſolùm non punitur affectus non ſecuto effectu, ſed nec etiam debet puniri affectus ſecuto effectu, ſi talis effectus non durat per prædicta. & vltra ſupradictas rationes facientes adhoc videlicet, quod non punitur affectus non ſecuto effectu, facit etiam alia ratio, nam affectus nihil aliud eſt, niſi voluntas ſeu propoſitum in animo, & hoc de ſe patet, ſed ſola voluntas ſeu animus de per ſe nihil aliud operatur niſi quo ad legē diuinam, vt omnibus recti iudicij patet, ſi aliud nō ſequatur: ergo affectus ſine effectu non eſt punibilis. & ideo dicitur

66 quod † vbi opus eſt facto, verba non ſufficiunt, vt habetur in l. 1. §. hæc verba. ff. quod quiſque iu. & voluit glo. in c. 1. in verbo, voluntatem. de eo, qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. & glo. in

67 c. vt circa. in ver. præſtito. de elec. in 6. † Et videmus etiam quòd oblatio verbalis nihil operatur, quia debet realiter fieri ſeu actualiter cum re debita in præſentia & in promptu, vt habetur in l. qui decem. ff. de ſolu. & in l. ſeruus qui hæredi. in ſi. ff. de ſta. libe. & voluit Barto. & alij in l. prætor. §. ſi reus paratus. ff. de oper. no. nunt. & habetur in l. acceptam. ſuprà de vſur. & per glo. in c. paſtoralis, de offi. ord. & c. 1. de cauſa poſ. & proprie. & habetur per Bald. in c. 1. §. licèt. in titu. ſi de feu. fue. contro. inter dom. & agna. & Alexan. in conſi. 477. inci. in cauſa. in 5. colum. & per Ludo. Rom. in conſi. 163. incip. conſtitutio curiæ &c. in fi. & in conſi. 204. incip. pro diſcutienda. in 2. colum. & in conſi. 352. incipien. quæritur primò &c. in 1. colum. & per Bal. in l. ſi ex cautione. ſuprà de non nu. pecu. in verſicu. 7. quæritur. & per Pet. de Anch. in conſi. 332. incipien. viſis diligenter. in 1. colum. & per Alexan. in l. ſi mora. ff. ſolu. mat. & per Bart. in l. creditores. la 2. ff. de diſtra. pig. Tene menti prædicta in hac materia conatus.

68 † Et teneas etiam mēti vnum quod nolo omittere, videlicet quod eſt dare caſum in quo nedum nō punitur affectus non ſecuto effectu, ſed etiam non punitur affectus ſecuto effectu, qui caſus eſt quando delinquens poſt delictum perfectum & conſummatum pœnitet feciſſe illud, & effectus eſt bonus & probus homo. ita no. dixit Specu. & ibi Ioā. And. in titu. de accu. in §. 1. in 9. colum. in ver. quid ſi aliquis interfecit patrem vel tutorem meum, &c. vbi not. dixit, quod ſi aliquis interfecit patrem vel tutorem meum, & poſtea eum pœnitet & efficitur bonus vir, quòd non poſſum vlterius eum accuſare. allegat. ca. accuſaſti. de accu. & c. odi. 86. diſt. Pro quo Facit optimè. c. quia diuinitatis. de pœ. diſtin. 1. vbi dicitur, nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. & facit illud, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Et faciunt plura & plura quæ ego adduxi in practica mea cauſarū crimina. in vlt. §. in pen. & vlt. cha. Credo tamen quod in contingentia facti hoc non ſeruaretur. Modò vltra ſuperius dicta reſtat diligēter examinare vnum in hac materia conatus

69 ſeu effectus non ſecuto effectu. videlicet, † vtrum in atrocioribus delictis puniatur affectus non ſecuto effectu? In quo dicendum eſt, quod ſic, vt habetur in clem. paſtoralis. in ver. tractauerit, & ibi Car. de re iudic. & in l. quiſquis. ſuprà ad

70 leg. Iul. maieſt. & in §. verum. 6. q. 1. † Et ideo videmus quod in crimine aſſaſſinatus, quod eſt crimen enormiſſimum, affectus punitur non ſecuto effectu. tex. eſt in cap. 1. in fi. de ho-

71 mic. lib. 6. † Et fortius dicit ibi glo. in verbo, mandauerit, ꝙ mandans hominem taliter occidi, licet poſtea reuocet mandatum re integra, tamen non euitat pœnam, quia iam ipſe ex parte ſua perfecit delictum. & hoc etiam tenet Dom. Alexan. in l. vtrum. in fi. ff. de parri. pro quo faciunt dicta per Bal. in l. 2. §. hęc verba. in fi. ff. quod quiſque iur. & per Bal. in l. ſi quis non dicam rapere. in 3. colum. ſuprà de epiſc. & cler. & in l. non ideo minus. ſuprà de accu. & per Ange. in l. qui aūt. ff. de his qui no. infa. & per Cano. maximè per Dom. Anto. in

72 c. cęterum. in 5. col. de iud. in quibus locis tenent † quod in enormibus delictis ſufficit ſolus tractatus vt quis puniatur, licet non ſequatur effectus. & voluit Pau. de Caſt. in conſilio 379. incip. viſa inquiſitione, &c. per totum. maximè in vlt. col. Bald. in l. ſi qua. C. de oper. lib. & in l. aut facta. §. euentus. ff. de pœ. & in authen. nouo iure. ſuprà de pœ. iudi. qui male iu. & in c. ſi voluerit. de capi. qui curi. vend. & voluit Dom. Ludou.

73 Bolo. in conſi. 8. in 4. colum. † Et pro hac parte facit illud, videlicet, quod propter enormitatem delicti licitum eſt iura tranſgredi, vt dicit Innoc. in c. cum omnes. de conſtitu. quem omnes ibi ſequuntur. & voluit Bal. in l. quid ergo. §. pœna grauior. in 4. colum. ff. de his qui no. infa. & in c. 1. in 6. colum. qui feu. dare poſ. & in l. & ſi ſeuerior. ſuprà ex quib. cau. infa. irro. in 2. colum. de quo latius dixi in l. 1. in prin. in 8. col. ff. de quæſtioni. & latius etiam dixi in repe. mea. l. fina. ſuprà de proba. in 74. char. & in ſingu. meo 244. incipien. tu ſcis.

74 † Pro quibus facit etiam, nam licet regulariter ſocius criminis non ſit interrogandus de ſocio, vt in l. quoniam liberi. ſuprà de teſti. & in l. fi. ſuprà de accu. & in l. 1. §. diuus Antoninus. ff. de quæſtioni. cum ſimili. tamen aſſaſſinus tenetur nominare mandatorem in iudicio, & ſuper hoc poteſt interrogari & torqueri. glo. eſt not. in l. non ideo minus. ſuprà de accuſ. quam ibi no. Bal. & voluit Ange. de Are. in tract. malefi. in verbo, Sempronium mandatorem. in ver. & bene no. &c. de quo etiam per eundem Ange. de Aret. in eo. trac. malefic. in ver. fama publica. in 14. char. in ver. quæro aliquis &c. & per Ange. in l. ſi certus. ff. ad Sylla. & per Bald. in marga. ſua, in ver. confeſſio. in 2. verſic. & per Flo. in l. ait lex. §. Iulianus. el 2. ff. ad leg. Aquil. & per Iacob. de Belui. in ſua practica iudiciali cauſarum criminalium ſub rubr. de quæſtioni. & qua. tor. in 11. colum. & per me in d. l. repeti. in 8. colum. ff. de quæſtioni. & in l. vnius. §. cogniturum. in 14. colum. ff. de quæſtionib.

75 † Facit etiam pro prædicta opinione, nam licèt aliàs hæres non teneatur de delicto defuncti lite adhuc non conteſt. vt habetur in l. 1. ſuprà ne ex delict. defunct. tamen hoc fallit

in

in hærede aſſaſſini, qui omnino tenetur.tex.eſt cum glo.quã
ibi ponderat Angel.in l.1.§.fina.ff.de eo per quem fact. erit.
de quo etiam per Ludo.Bolon.in dicto ſuo conſi.8.in 4.col.
poſt princ.& ſic per iſta videtur indubitanter dicendũ,quod
in delictis atrocioribus puniatur affectus non ſequuto effe-
ctu. Attamen contraria pars videtur mihi verior, videlicet,
quod etiam in atrocioribus delictis non puniatur affectus
non ſequuto effectu, niſi pro adimplendo affectum pro-
ceſſum ſit ad aliquem actum exteriorem. Et ad hoc dicen-
dum moueor pluribus iuribus,rationibus & doctrinis. Et
primò moueor per textum in l.qui falſam.ff.de falſis.vbi dici
tur,quod ille qui incœpit fabricare falſam monetam, ſi eam
non perfecit ductus pœnitentia,non debet puniri.ecce ergo
quod etiam in enormi delicto non punitur affectus non ſe-
quuto effectu,nam falſa moneta eſt crimen enorme & cri-
men læſæ maieſtatis,vt habetur in l.1.ſuprà de falſa moneta.
& tamen non punitur non ſequuto effectu,vt in dicta l. qui
76 falſam. † & tale crimen falſi propter enormitatem ſuam
habet aliqua ſpecialia vltra alia crimina. Et ideo dixit Bart.in
l. Lucius. in fi. ff. ad Turpillia. quod in generali ſermone re-
miſſionis delictorum nunquam comprehenditur crimen
falſi. & idem dixit Pet.de Anchar.in repeti.c.1.in 86.verſi. in-
cipien.vnde ſi ſtatuto,&c.de conſti.& Ange. in diſp.ſua inci.
renouata guerra,& D.Nel.in tract.bannitorum. in 3.parte ſe
77 cundi temporis.qõ. 41. † Item in tali crimine propter eius
enormitatem non habet locum regula illa, videlicet, quod
paria delicta mutua compenſatione tolluntur, quia in iſto
crimine vna falſitas non compenſatur cum alia, ſecundum
Bal.in rubr.ſuprà de fi.inſtrum.verſi.incidenter etiam quero,
&c. Item habet hoc crimen falſi etiam aliqua alia ſpecialia
vltra prædicta,quæ ego retuli in rub.ff.de fal.in 3.& 4.colum.
quæ non refero breuitatis cauſa, & in tanto enormiſſimo
crimine non punitur affectus,vt dixi,non ſequuto effectu,er
go non eſt verum illud, quod dicunt prædicti Docto. in lo-
cis ſuprà alle. quod in enormib. criminibus punitur affectus
78 non ſecuto effectu. † Item quod in iſto enormiſſimo cri-
mine falſi non puniatur affectus non ſequuto effectu, patet.
Nam teſtis habens affectum & voluntatem nocendi alicuĩ,
& cõtra talem deponit falſum, ſi eius dictum eſt inualidum
aliqua de cauſa adeò quod nocuit ei,contra quem depoſuit,
certè talis teſtis non debet puniri de falſo, eo quia eius affe-
ctus non habuit effectum.ita dixit glo.in l.diuus Adrianus.ff.
de fal.& not.Docto.in l.damus.ſuprà de fal.& no.Bal.in l. 1.§.
fi.ff.de fal.& eſt de mente glo. in c.quanto.in gl.pen.de iure-
iur.& voluit Tancre.de Cor.in compendioſa ſua, ſub rub.8.
quæſtio.9.& Pet.de Ancha.in conſi.172.incip.circa primum.
poſt princip.& Dom.Alexan.in conſil.ſuo 70.incip.viſo pro-
ceſſu.in vlt.colum.& in conſi.74.incipien.viſo teſtamento.in
6.colum.in 1.vol.& idem tenet Ange.de Are.in tract.malefi.
in verbo,falſario.in ver.quæro,quot modis. ibi, habeas tamẽ
pro fundamento,&c.& voluit Pau.de Caſt.in conſi.131.inci.
videtur dicendum, quod dictus præsbyter.de quo etiam di-
xi ſuprà in verſi. ſecundus caſus,&c. pro quibus faciunt, quæ
dixi in l.1 §.præterea. in 4.colum.ff.de ſica.& in l.1.in §. in ra-
tionibus.poſt princ.ff.de fal. Item vltra prædicta,quod etiam
in enormibus criminib.non puniatur affectus non ſequuto
79 effectu, patet. † Nam raptus virginum eſt crimen exceptum
& enormiſſimum, vt patet ex tex l. vnicæ. ſuprà de rap. virg.
& ex l.raptores. ſuprà de epiſc.& cler.& vtrobique per Doct.
etiam in tali crimine non punitur affectus non ſequuto effe
ctu, dato quod etiam rapiens proceſſerit ad aliquem actum
extrinſecum,vt perueniret ad effectum. Et ideo ſi qs rapuerit
virginẽ,vt ſecũ haberet rẽ ſeu copulã carnalẽ,attamẽ ſi poſtq̃
eã rapuit illã carnaliter nõ cognouit,nõ debebit puniri pęna
raptus. ita dixit Ioan.de Ana.in c.cum cauſa.in vlt. colum. de
rapto. & pro hoc alleg. quamplura,de quibus ibi per eum.&
ibi dicit ſe aliàs in hac ciuitate Bonon. ita vidiſſe conſultum
& iudicatum,& liberatum à pœna capitis quendam comita
tiuum, & illam doctr.Ioan.de Ana. refert & ſequitur Dom.
Bartho.Cœpo.in conſi.57.incipien.ſuper querela.in 2.col. de
quo ego latius dixi in repet. mea d.l. vnicæ. ſuprà de rap.virg.
in penul.colum num.354. Item hanc partem,quòd in crimi-
ne raptus virginis non puniatur affectus niſi ſequuto effectu,
dato quòd proceſſum ſit ad aliquem actum exteriorem, te-
nuit & conſuluit Bal.in conſil. 306. Incipien. ſtatuto Placen-
tiæ cauetur, &c.in 3.volum.vbi no.loquitur.& Rapha. Cum.
in conſil.59.incip.Chriſtophorus &c. Item pro hac opi. ꝙ
etiam in delictis enormibus non puniatur affectus non ſe-
80 quuto effectu, patet. † nam crimen ſimoniæ eſt crimen ex-
ceptum & enormiſſimum, ſecundum Specu.in titu.de accu
ſato.in 1.parte.§.1.in ſi.vbi ad hoc alleg.c.patet.1. quæſtio. vlt.
vbi dicit text. quod omnia alia crimina ad comparationem
ſymoniæ pro nihilo reputantur. ex quo infert, quod maius
delictum de ſymonia,quàm crimen aſſaſſinatus.nam ille tex.
loquitur generaliter per verbum,omnia alia crimina, & qui
omne dicit,nihil excludit, ideo ille tex. includit etiam crimẽ
aſſaſſinatus. Item allegat etiam Spe.ad hoc vbi.s.c. licet Helv.
& c.tanta eſt labes.de ſimo.& 15.q.3.& c. ſanè. vbi ad hoc eſt
glo.nota.poſt text.ibi,& in l.ſi quenquam. ſuprà de epiſcop.
& cler. & ad idem text. in capitulo per tuas. de ſymon.

Sed in crimine ſymoniæ non punitur affectus non ſequu-
to effectu,vt dixit in c.conſulere.extrà de ſymonia. & glo. in
c.fi.eo.titu.& vtrobique per Docto.ergo clarè patet,quod in
enormiſſimis criminibus non punitur affectus non ſequuto
effectu. Pro qua opi. facit optimè not.verbum Bal.in l.non
ideo minus. in 7. colum.in verſicu.6.quæritur. ſuprà de accu.
vbi dicit,quod illud quod dicitur,quod in delictis atrociori-
bus punitur affectus non ſequuto effectu, eſt verum quãdo
proceſſum eſt ad aliquẽ actum ordinatum ad ipſum factũ,
ſecus autem quando non eſt proceſſum ad aliquem actum,
81 † tunc ſolus tractatus etiam in atrociſſimis non punitur, qđ
dictum refert & ſequitur Dom.Fely.in tract. ſuo de conatu.
in 2.colum.verſicu.fallit tertiò &c.& in eodem tract. in pen.
82 colum.poſt princ. † Item pro hac parte & opin.facit etiam,
nam delictum attentatum non ita atrociter punitur, ſicut
delictum conſummatum. ita dixit Cy.in d. l. ſi quis non dicã
rapere. ſuprà de epiſc.& cle.quem refert & ſequitur Bald. in
conſi.145.incipien.præſupponitur quod quidam. in fi. in 5.
volu.& pro hac parte faciunt optimè,quæ ego dixi in conſil.
meo 105.incipien.cordi meo ſpiritum ſapientię infunde Do
mine, &c. vbi omnino videas, quia pro hac parte conſului
apud Mutinam.in d.l.qui falſam.ff.de fal. vbi approbaui ſen-
tentiam glo.in c.1.§.fina.de homi.in 6.quæ dixit, quod man-
dans fieri homicidium per pecuniam, & per aſſaſſinamen-
tum debet puniri etiam ſi re integra reuocauit mandatum,
nam melius cogitans nunc,mihi videtur indubitanter quod
illa glo.non bene loquatur,ſed rectius loquitur Ange. qui te
net contrarium in l.item apud Labeonem.§.ſi curauerit,per
illum text.ff.de iniur.& ibi eſt glo.not.allegans plura iura pro
hac parte. Et pro hac parte faciunt etiam dicta pet Pau. de
Caſt.in conſi.197.incipien.viſa inquiſitione ſupraſcripta, &c.
in pen.colum.& in conſi.379.incipien.viſa inquiſitione, &c.
& per Dom.Pet.Phil.Cor.in conſi. 202. incip. ſed in hac &c.
in 1.volu. Et quia negari non poteſt, quod materia iſta non
ſit dubitabilis propter varia iura, & propter varias doctrinas
ſuperius adductas,ideo non eſſet fortè impertinens pro con
cordia dictorum iurium deuenire ad quandam diſtinctionẽ
quam aliàs in ſimili feci in repe.mea l.vnicæ. ſuprà de rap.vir.
in pen.colum.quapropter dico circa ſupradictam dubitatio-
nem,videlicet,an effectus ſolus non ſequuto effectu in atro-
cioribus delictis puniatur. quod diſtingui poteſt hoc modo,
videlicet,quod aut iſte qui habuit affectum delinquendi nõ
potuit procedere ad delinquendum,aut non proceſſit ad ef
fectum delicti, quia noluit pœnitentia ductus. primo caſu,
quia fecit quod potuit vt delinqueret,& tunc habeãt locum
dicta iura volentia,quod affectus puniatur etiam non ſequu
to effectu.ſecundo autem caſu quando non perfecit delictũ
quia noluit,tunc habeant locum alia iura dicentia quod affe
ctus non punitur nõ ſequuto effectu. & hanc diſtinctionem
in ſimili facit Barto.in d.l.qui falſam.ff.de fal.ad quod alle. di-
cta per Docto. in d. l. ſi quis non dicam rapere. & dicta per
83 eum in l.qui ea mente.ff.de fur. † Et pro hoc facit glo.in c.
periculosè.de pœ.diſtin.1.in glo.fi.quæ dixit, quod ſi clericus
voluit facere homicidium,quod tamen non fecit quia non
potuit,quod tamen eſt irregularis.& facit glo. in d. c. pericu-
losè,quæ dixit quod vbi factum ſequitur propoſitum ſeu in-
tentionem,tunc maius eſt delictum quam quando non ſe-
quitur factum,& faciunt alia plura,quę adduxi in d.repe.mea
l.vnicæ.de rap.virg.in penul.& vlt.colum.quæ hic non refero
breuitatis cauſa,& ne idem per idem ſæpius repetam. Ex qui
bus remanet expedita pręſens materia,quando puniatur affe
ctus non ſequuto effectu,& ſimiliter lex iſta. Ideo ſequitur
l.pen.quæ incip.Si quis necandi,&c.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Maſculinum in delictis concipit fœmininum.*
2 *Maſculinum proprie non concipit fœmininum.*
3 *Maſculinum concipit fœmininum in materia indifferenti.*
4 *Conſtitutio pęnalis loquens in fratribus,extenditur ad moniales.*
5 *Mulieres ita ligantur ſtatutis generaliter loquentibus ſicut maſculi.*
6 *Occidens infantem non natum, ita punitur ſicut ſi iam natum occidiſſet.*
7 *Banniti de tali proſapia ſi omnes ſint,non nati,non erunt banniti.*

Si

Si quis necandi. Et hoc intendit. Aggrediens infantem cauſa occidendi, pu
nitur vt homicida. hoc dicit ſecundùm Bal. vel ſic. Qui neca
uit vel necare voluit infantem, punitur pœna mortis, hoc di
cit, ſecundùm Ange.& Saly. Caſus, &c. No. primò ex iſto tex.
ſecundum Bal. quod mulier faciens inſultum omnino occi-
dendi punitur ea pœna, qua punitur maſculus, & hoc pro-
1 pter verbum, aggreſſa ve. † Et ſic iura loquentia in delictis,
compræhendunt tam fœminam quàm maſculum. & in iſtis
maſculinum concipit fœmininum. Sed contra hoc eſt tex.
in c. vbicunque. de pœnis, in 6. & in l. 1. §. quam rem. ff. de ven.
in poſ. mi. & in l. quiſquis. ſuprà ad leg. Iul. maie. & no. Cyn. in
l. quicunq;. ſuprà de ſer. fugi & Iaco. But. & Bar. poſt glo. in l.
1. ff. de verbor. ſignifica. Barto. in l. 1. in princ. in pen. colum. ff.
de pec. & Archi. in c. ſi quis ſuadente. 17. quæſtio. 4. & Hoſt. in
c. Raynaldus, de teſt. & facit tex. in c. impudicas. 27. q. 1. vbi tex.
nominat monachas & monachos, loquens in odioſis & in
delictis. & voluit Alexan. in conſi. 135. incip. circa primum. in
5. colum. in 1. volum. & in conſi. 87. incip. accuratè, in 2. colu.
in 6. volum. & ibi in conſi. 134. incip. æterni &c. in 2. colum. in
princ. & ibi in conſi. 148. incipien. viſis. in pen. colum. & ibi in
conſi. 234. incipien. puto. in 2. colum. & in conſi. 17. incipien.
circunſpectis. in pen. colum. in 7. volum. in quibus locis dicit,
quod ſtatutum loquēs in maſculino nomine, ſi diſponit ali-
quid contra ius commune, non concipit fœmininum, quia
2 † maſculinum concipit fœmininum non propriè, ſed ex in-
terpretatione extenſiua, quæ non habet locum in ſtatutis. &
alleg. plures Docto. hoc tenentes. & facit etiam. Nam ſta-
tutum loquens de adultero torquendo, non habet locum
in adultera, ſecundum Bal. in conſi. 181. incipien. factum tale
eſt. in 4. volu. Et pro hac parte mihi videtur iſte tex. licet Bal.
colligat not. contrarium. ꝙ autē probet ɔ̃rium iſte tex. patet.
Nam ſi hoc verbum, ſi quis, poſitum in hoc tex. compræhen-
deret etiam fęminas, Imperator dixiſſet ſolum, ſi quis aggreſ
ſus, ſed quia dixit etiam, aggreſſa ve, manifeſtè patet quod nō
ſufficiebat illud verbum, ſi quis, nec etiam illud verbum, ag-
greſſus. Et ꝑ hoc facit in arg. l. præſenti. ſuprà de his, qui ad ec.
confu. vbi tex. volens imponere pro certo delicto, de quo ibi
pœnam mortis, videns quod verbum, capitali pœna, de ne-
ceſſitate non importat pœnam mortis, adiunxit verbum, &
vltimi ſupplicij. & ſic dici poteſt in caſu noſtro, quia ſi maſcu
linum compræhendiſſet fœmininum, tex. non poſuiſſet ver-
bum, aggreſſa. & ſic videtur mihi quod Bal. non bene conſi-
derauerit hunc tex. & quia materia iſta eſt aliqualiter dubia
propter diuerſas opi. Docto. adeò quod non poteſt quis tu-
3 tè in ea fundari, † ſcias tu quod quando ſumus in materia
indifferenti, quæ poteſt conuenire vtriq; ſexui, tunc maſculi-
num concipit fœmininum, etiam in pœnalibus & odioſis.
ita dixit Barto. in l. iura. in fi. ff de legi. & in l. quicunq;. ſupra
de ſer. fug. & Bal. in l. ſi conſtante. §. fina. ff. ſoluto matrimo. &
Ange. in l. 1. §. verba. ff. de pact. & Ioan. de Imo. & in l. ſi ita ſcri
ptum. ff. de lega. 2. & Cy. in l. 1. in antepen. q. ſuprà quæ ſit lon-
ga conſue & Pet. de Anchar. in c. in generali. in 6. & Archi. in
c. ſi quis ſuadente. 17. quæſtio. 4. & Gand. in ſuo tract. malefic.
ſub rub. de aliquibus q. va. in malefi. in 2. colum. & Alexan. in
conſi. 135. incipien. circa primum. in penul. colum. & in l. 1. ff.
de verbo. ſignific. & facit. l. ſi quis in tantam. ſuprà vnde vi. vbi
pœnam illius legis, quæ poteſt adaptari etiam fœminis, habet
locum, ſecundum glo. ibi, etiam in muliere, & ideo dicit ibi
Bal. quod quidam iudex fuit condemnatus, quia cōtrarium
iudicauit. Pro quibus etiam facit glo. in l. j. ſuprà de rap. virg.
in verbo, ſponſum, quæ voluit, quòd pœna illius legis loquē-
tis in maſculo rapiente mulierem, habeat etiam locum in
muliere rapiente virum. & dicit ibi Ange. ſe vidiſſe in facto
Florentiæ quandam meretricem cōburi, quæ rapuerat quen
dam iuuenem. & illam glo. ſequitur ibi Bal. ad hoc. & Bal. in
l. raptores. ad fi. ſuprà de epiſc. & cle. & in l. ſi ita. ſuprà de in-
iuſto teſtam. & in ca. cauſam matrimonij. circa fi. de probat.
4 † ad quæ facit etiam tex. & glo. & ibi voluit Card. in 7. quæſt.
in clem. 1. de regu. vbi conſtitutio pœnalis loquens in fratri-
bus mendicantibus, extenditur ad moniales mendicantes.
5 † Et facit, quod voluit Bald. in l. ne paſſim. ſuprà de iur. & fac.
igno. vbi dixit, quòd mulieres ita ligantur ſtatutis terrarū ge-
neraliter loquentibus ſicut maſculi, niſi ſpecialiter inuenian-
tur expreſſi. de quibus omnibus latius dixi in conſil. meo 85.
incipien. poſt redditum conſilium, &c. in 5. char. Et vltra præ
dicta circa hanc materiam, an & quando, & in quibus caſib.
maſculinum compræhendat fœmininum. vide Pe. de Anch.
in conſilio ſuo 111. incipien. ſuperſtite, &c. & Gand. in tract.
maleficio. ſub rub. de aliquibus quæſtioni. va. in malefic. in 3.
colum. verſi. quæſtio talis inſurgit, &c. & Ange. in conſi. 191.
incipien. ſuper puncto. in princip. & ibi in 2. colum. ver. expe-
dito igitur, &c. Dom. Nell. in ſuo tract. ban. in 2. parte ſecun
di temporis, quæſtio. 39. & quęſtio. 42. & Socy. in conſilio 55
incipien. viſis conſilijs. in 3. volum. & Iaſ. in 2. in 76. colu. ſuprà
de iure emphy. & Cæpo. in dicto conſi. 26. incipien. Magnifi-
6 ce, &c. in pen. colum. † Vlterius no. ex hoc tex. iuncta glo.
1. ſecundùm Ang. quòd ita punitur occidens infantem non
natum, ſicut occidens iam natum. ex quo infert Iacob. Butr.
ſecundùm Ange. quod ſi quis doloſè percutit mulierem prę
gnantem, quæ ex percuſſione fecit abortiuum, debet puniri
lege Corne. de ſica. vt in hac. l. cum glo. Dicit tamen, quòd
de iure municipali, quo cauetur quod qui hominem occi-
derit, occidatur, an tunc percutiens mulierem prægnantem
taliter quod pariat abortum, an tali caſu puniatur lege Corn.
de ſica. dicit dubitatum fuiſſe, quoniam ille, qui eſt in ventre,
non dicitur homo in re, ſed in ſpe, vt ff. de mor. infe. l. negat.
& in l. pen. ſuprà de poſth. hæredi. & minus dicitur eſſe illud,
quod eſt in ſpe, quàm illud quod eſt in re, vt in l. minus. ff. de
reg. iur. & ſic ſtatutum non videtur habere locum. poſtea vi-
detur dicere, quod aliqui dixerunt, quod ſi tunc erat 40. die-
rum, & ſic animatus, ſecundùm medicos & philoſophos, ꝙ
puniatur pœna ſtatuti, non attento an habuerit animum oc
cidendi necne, quia ſtatutum non exigit dolum. Si autem nō
erat 40. dierum iudicio medicorum, non punitur, ſed dicit
Ange. ſibi videri in hoc recurrendum eſſe ad materiam, quā-
do quis deliquit vltra cogitatum, de quo ipſe dixit in l. quo-
niam multa facinora. ſupra ad leg. Iul. de vi pub. & dicit quod
non ob. lib. ſtatutorum, quia hic ſciebat mulierem eſſe præ-
gnantem, & animum habeat occidendi ventrem. ita reſidet
hic Ang. & Saly. poſt eum. Tu aūt vltra hos patres circa hanc
materiam infantis iam non nati, ſed exiſtentis in vtero, vide
7 quæ habentur in l. qui in vtero. ff. de ſtatu hom. † & vide Bal.
in l. cum inter. ſuprà de fideicom. lib. vbi dicit, quod ſi banniū
tur omnes de tali proſapia, vel de tali progenie, quod non
compræhenduntur exiſtētes in vtero. & dixit etiam ipſe Bal.
in l. fina. ſuprà de li. cauſa. quod bannita muliere prægnante,
natus poſtea non eſſet bannitus, quæ duo dicta refert & ſe-
quitur D. Nell. in dicto ſuo tracta. bannitorum. in 1. parte ſe-
cundi temporis. q. 9. circa medium. Et ex iſtis remanet expe-
dita. l. iſta. Ideo ſequitur. l. fi.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Crimen, quando regulariter probari non poteſt, irregularis pro bono admittitur.*
2 *Probatio quando eſt difficilis, admittitur probatio per coniecturas.*
3 *Euidenter apparet, quod ex coniecturis apparet.*
4 *Appellatione probationis, venit probatio per coniecturas.*
5 *Illud quod clarè probari non poteſt, admittitur probatio per coniecturas.*
6 *Ex ſolis indicijs quandoque deuenitur ad condemnationem.*
7 *Veritas quando aliter ſciri non poteſt, receditur à regulis iuris.*
8 *Compelluntur quandoque ad teſtificandum qui non compellerentur.*
9 *Minor in criminalibus quandoque admittitur in teſtem.*
10 *Mulier quandoque teſtificatur in criminalibus.*
11 *Laici in criminalibus quandoq; contra clericos teſtificantur.*
12 *Domeſtici quandoque teſtificantur.*
13 *Impuberes quandoque delictum probant.*
14 *Inhabiles quandoque teſtificantur de veritate. & nu. 17.*
15 *Socius criminis, quando admittatur in teſtem contra ſocium, & nume. 16.*
18 *Inhabiles quando admittantur ad teſtificandum.*
19 *Cui incumbat probare veritatem aliter haberi non poſſe.*
20 *Regula quòd probationes de domo rei non ſumuntur, limitatur.*
21 *Vxor poteſt recedere à marito, quando maritus inſidiatur eius vitæ.*
22 *Dos debet ſtatim reſtitui, quando fit diuortium culpa mariti.*
23 *Dos non eſt ſtatim reſtituenda, quando matrimonium ſoluitur morte viri.*

Si fortè mulier. Et hoc intendit. Ad proban-
dum quod vir vxorem voluit
occidere vel econtra, ſerui vtriuſque ſunt torquendi. hoc di-
cit ſecundum Salyc. Quia alij Docto. non ſummant hanc le-
gem: No. ſecundum Salice. quod per eos, qui domi
ſunt crimina commiſſa in domo præſumuntur ſciri, & ideo
per eos probantur. concor. l. conſenſu. circa med. ſuprà de re-
1 pu. & l. 3. ſuprà de adult. † Nota etiam, ſecundum Bald. ex
hac l. quod quando crimen non poteſt probari per regularē
modum probandi, procedit probatio quodammodo irre-
2 gularis. & hoc contingit ſæpe in facto. † Et ideo dicimus, ꝙ
quando res eſt difficilis probationis, admittuntur probatio-
nes per coniecturas, vt habetur in c. præterea. de teſt. & voluit

Bar.

Barto.in l.in illa ſtipulatione, ſi calendis.ff.de verbo. oblig.&
in l.de pupillo.§. ſi quis ipſi prætori.in 6.colum.ff.de no. ope.
nun.& Feder.de Sen. in conſi.119.incipien.nulli dubium.vbi
plura iura ad hoc allegat.& Iaſ.in l.cum ea.in 2.colum. ſuprà
de tranſactio.& Alexan.in conſil.146.incipien. viſo themate.
in 6.colum.& ibi in conſil.189.incipien.in cauſa & lite. in 3.
colum.& volunt Doct. in pluribus alijs locis, quos ego retu-
li in repeti.mea rub. ſuprà de proba.64. colum.in princip.
3 † Et talis probatio quæ fit per coniecturas, ſeu per præſum-
ptiones, dicitur euidens probatio, & illud dicitur euidenter
apparere, quod apparet ex coniecturis, ſeu præſumptionib.
tex.eſt & hoc ibi no.expreſsè Barto. in l.licèt Imperator.ff.de
leg.1.in verſic.euidens diuerſa voluntas, &c. & probatur in l.
ſi quis locuples.ff.de manu.teſtam.& habetur in l.ſi creditor.
ſuprà de pigno.actio.& in l.ſi tutor petitus.C. de peri. tut. &
voluit Ludoui.Roma.in l.1.ſuprà de teſtam.mili. & Ioan de
Ana.in conſi.49.incipien.dubium,de quo quæritur.& in cō-
ſil.ſuo 3.incipien.viſo teſtamento.in 2.colum.& Abb.in c. li-
cèt cauſam.in 3.colum.verſic.no.11.de proba.& Lud. Rom.
in conſil.271.incipien.vis tota &c. in fi.verbis.& Barba. in ca.
ſuper quæſtionum.§.intentionis.in 2.colum.de officio dele.
4 † Pro quo faciunt dicta per Bal.in c.1.§. conuenticulam. in
3.colum.de pace iuram.fir.vbi dixit,quod appellatione pro-
bationis, continetur etiam probatio coniecturalis, dummo
dò lex habeat coniecturam pro veritate. allegat l. Lucius.ff.
5 de condi.& demonſtr. † Et faciunt etiam dicta per Bal. in
c.per tuas. in 2. colum. ver. opponitur.de proba. vbi dixi, ꝙ
illud quod nō poteſt clarè probari per rerum naturam, pro-
batur argumentis, & indicijs. de quibus latius ego dixi in d.
mea repe.rub.ſuprà de proba.in 63.colum.ad quæ optimè fa
ciunt dicta per Dom.Phili.Deci.in conſi.363.incipien.in cau-
ſa,&c. quaſi per totum. & facit ad prædicta, quod voluit Bal.
in l.quicunque.in penul.colum.de ſer.fugi.in verſic.8.no.&c.
6 vbi dixi,quòd † in ſecretis tract.& conſi. propter difficultatē
probationis,peruenitur ad torturam,& quandoque ad con-
demnationem vel ſolutionem ex ſolis indicijs,ſi ſunt ita cer
ta,quod vix denegare ſufficiat.allegat.l.milites.§.oportet.s̃.de
quæſtio. & Dy.in l.2.ff.de excu.tut. Et iſtud dictum refert &
ſequitur Dom.Catal.in tract.ſuo ſyndica.in verſic. 406.incip.
adde quod alibi dicit Bal.etiam, & Dom. Franc. de Curte in
conſi.56. incipien.ſuper proceſſu, &c.in 8. colum. de quibus
etiam dixi in practica mea cauſarum criminalium, in princ.
7 nume.13.cum pluribus ver.ibi ſeq. † Et pro prædictis facit
optimè regula illa,videlicet,quod quando veritas aliter ſciri
non poteſt,tunc receditur à regulis iuris, & admittuntur te-
ſtes, qui aliter non admitterentur.quod patet ex pluribus iu
ribus & doctrinis. Et primò patet de dicto Salyc.in l.ea qui-
dem, in 50.colum.ſuprà de accu.vbi dixit,quod ſi aliquis lu-
ſit in proſtibulo, & fuit deceptus propter taxillos male qua-
dratos, vel propter chartas falſas, vel aliter,quòd talem dece-
ptionem poterit probare per lenones, & ſic per infames, li-
cet infames in cauſis criminalibus non admittantur, vt in l.
3.§.lege Iulia.ff.de teſti.& habetur in c.licèt ex quadam. & in
c.teſtimonium. de teſti. & in c.forus,§.fina.de verb.ſig.quod
dictum refert & ſequitur Ange.de Are.in tract.maleficio. in
verbo, *mettitore de mal dadi.* in 1.colum. & in eo. trac. in ver.
quid ſi iudex ſtatuit terminum ad opponendum contra pro
ceſſum.in princip.& Alexan.in conſi.64.incipien.viſo thema
te.in 1. colum.in primo volum. vbi pro illo dicto allegat ea,
quæ habentur in dicta l.ex conſenſu. ſuprà de repu.& in l.ob
carmen. ff.de teſt.& in c. veniens. el 2. de teſti. & facit etiam
dictum Specu. in titu.de teſte.in §.de teſtium compulſione.
ver.ſed nunquid vxor.& Abb.in c.in literis, in fi.de teſt. quos
refert & ſequitur Alexan.in conſi.112.incipien.ſuper primo.
circa fi.in 7.volum.vbi dixerunt, quod quando veritas aliter
haberi non poteſt,vxor admittitur contra maritum, licet re-
8 gulariter non admittatur. † Et facit etiam,nam aliquæ ſunt
perſonæ,quæ inuitę non compelluntur ad teſtificandum,de
quibus in l.quarta.ff.de teſti.tamen compelluntur ad teſtifi-
candum,quando aliter veritas haberi non poteſt. ita no. di-
xit Hoſtien.& Ioan.And.in c.1.de teſti.cog.quod dictum re-
fert & ſequitur Ludo.Roma.in ſing.ſuo 396.incipien. tu ha-
bes,&c.& faciunt quæ dixi in practica mea cauſarum crimin.
9 in §.diligenter.num.124.cum ſeq. † Et facit etiam no. ver-
bum Ioan.And.in addi.Specu.in titu.de teſte.§.j.ver.item ex-
cipitur,quod eſt impubes.vbi dixit,quod licet minor 25. an-
nis non debeat examinari in teſtem in cauſa criminali,vt ha-
betur in l.teſtium.ff.de teſti.& in c.j.4.q.3.cum ſim. tamen iu-
dex non prohibetur, ſaltem in defectum probationis,recipe
re talem minorem in teſtem,quando veritas aliter ſciri non
poteſt,& idem dicit ipſe Ioan.And.in d.§.j.verſic. item quod
10 eſt mulier. † vbi dicit, quod licet in cauſa criminali non ad-
mittatur mulier in teſtem,vt in c. mulierem.33.q.5.& in c.fo
rus.cum ibi not.de verbo.ſignifi.tamen ſecundùm eum ibi,
admittentur mulieres,quando veritas aliter ſciri non poſſet.
dicit quòd hoc habet æquitatem.quod dictum refert & ſe-
quitur Dom.Alexan.in d.conſi.64.incipien. viſo themate. in
j.colum.in j.volum. Pro quibus optimè facit, quod habetur
in c.peruenit.el 2.de teſti.cog & in l.ſerui.ff.de teſti.& in cap.
11 quanquam.cum glo.14.q.2. † Et facit quod voluit Abb.in c.
de cætero.in j.colum.de teſti.vbi dixit,quod licèt laicus non
admittatur contra clericum in cauſa criminali, vt habetur in
c.ibi ſeq.2.q.7.& in c.veniēs.el primo,de teſti.attamen ſi cleri
cus commiſit delictum in loco,vbi non erat copia clericorū
12 hoc caſu poterit conuinci per laicos. † Et facit etiam,quod
voluit Dom.An.in c.3.loco.de proba.vbi dixit,quod licèt do
meſtici non admittantur pro domeſticis in teſtes,vt in c. re-
pellantur.extrà de accu.& in l.etiam.& in l.parentes.ſuprà de
teſti.tamen admittuntur,ſecundum eum, quando veritas ali
ter ſciri non poteſt. quod etiam voluit Ioan.And.in additio.
Specu.in tit.de teſte.§.1.verſic.quid ſi olim.in addi.inci. idem
Guid.de Suza.& Abb.in c.cum in tua. de ſpon. & Do. Fran.
de Aret.in conſilio ſuo 13.incipien.viſo diligenter.in 11.col.
vbi not.loquitur.pro quibus etiam faciunt, quæ ego dixi in
practica mea cauſarum criminali.in §.diligenter. num. 80.&
81.& quæ dixi in l.diuus Pius,in 2.& 3.colum.ff.de quęſtioni.
& in l.de minore.in princ.in 9.colum.eo. tit. vbi inter cætera
dixi notan.eſſe ſing.verbum Alber.de Roſ.in l.teſtimonium.
13 ff.de teſti. † vbi dicit, quod quando delictum aliter probari
non poteſt niſi per minores,quod tunc duo impuberes pro
bant ipſum delictum.quod eſt ſingu.verbum,quod non me
mini me alibi legiſſe, quod dictum ſimpliciter refert & ſe-
quitur Berta.in repert.ſuo.in verbo,teſtes qui eſſe poſſunt,in
vlt.char.in j.colum.poſt medium. Et circa hanc materiam
teſtium inhabilium, qui admittuntur quando veritas aliter
ſciri non poteſt,tene menti tria notabilia non contemnēda.
14 † Primum eſt,quod in caſibus in quibus teſtes inhabiles à iu
re reprobati ex vitio ſuo admittuntur,quando (vt dixi) veri-
tas aliter ſciri non poteſt,quod tunc tales teſtes non admittū
tur ſine tortura,vt dixit glo.& ibi Bal.in l.3.§.lege Iulia.in ver-
bo,palam.ff.de teſti. pro quo eſt tex.in l. ob carmen.§.1.ff.de
15 teſti.† pro quo facit,nā qñ ſocius criminis admittitur in teſtē
non admittitur ſine tortura.ita dixit Raph.Fulg.in conſi.ſuo
16 183.inc.in cauſa inquiſitionis.in j.col.ante fi.† Et ratio,quia ta
lis ſocius nominans alium in ſocium, eſt ipſe iam infamis ꝓ-
pter confeſſionem delicti factam per eum, ſed infamis non
admittitur contra aliquem ſine tortura,vt eſt tex.in c.illi qui.
5.q.5.& c.in primis.2.q.j.in fi.& voluit glo.in c.cum P. de acc.
& in c.per tuas.de ſymo.& Alexan. in conſi. ſuo 11.incipien.
circa primum.in 2.colum.in j.vol.de qua materia vide etiam
Saly.in l.fina.in vlt.colum.verſi.quæro nunc,an cum tormen
tis &c.ſuprà de accu.& Barto. in l.j.in 4.colum.ſuprà de ſum.
Tri.& fi.chato.de quo etiam dixi in practica mea cauſarum
criminal.in §.diligenter.nume.62.& nume.83.in eo.§.
17 † Secundò etiam ſcias circa hanc materiam,quod ſupradi
cta,quæ dicuntur,quod teſtes inhabiles admittuntur ad teſti
ficandum,quando aliter veritas ſciri non poteſt ab habilibus,
quod pro hoc procedit,& habet locum, quando ex natura il
lius facti ſeu negotij alij teſtes haberi non poſſunt, ſed ſecus
eſt ſi ex natura illius facti ſeu negotij alij teſtes haberi poſſunt
quia tunc inhabiles non admittuntur, licet aliter veritas ha-
beri non poſſit.nam ſibi imputet qui potuit adhibere teſtes
legales & fide dignos,& adhibuit inhabiles, quia tunc inhabi
les non admittuntur.ita dixit Dom.Anto.in c.tertio loco.de
proba.& in conſi.ſuo 24.incipien.quæſtio dubia vulgaria ha-
bet, &c.& eum refert & ſequitur Alexan.in conſi.ſuo 64.in-
cipien.viſo themate.in j.volu.pro quo allegat tex. & ibi Abb.
in c.fina.de teſti.cog.& idem dixit Dom.Alexan.in conſi.ſuo
152. incipien. viſo proceſſu. in 6.colum. in 5. volum.de quo
etiam per Iaſ.in l.fina.ſuprà de his,quibus vt indig.& per Do.
Phi.Decium in conſ.ſuo 133.incip viſo.in vlt.colum.& latius
per me in ſing.meo 73.incip.plures ſunt,& vide quæ ego di-
xi in conſi.meo 102.incipien.pauci ſunt dies. & in practica
mea cauſarum criminali.in §.diligenter.nume.84.
18 Tertiò in hac eadem materia,quando teſtes inhabiles ad
mittantur,quando aliter veritas haberi nō poteſt,ſcias quod
adhoc vt tali caſu tales teſtes admittātur, quod debet primò
probari ſeu conſtare quod aliæ probationes deficiunt, aliàs
tales teſtes inhabiles non debent admitti.ita no.dixit Alex.in
d.conſi.64.in vlt.colum.vbi ad hoc allegat iura,de quibus ibi
19 per eū.de quo ſimiliter dixi in d.ſing.meo 73. in fi. † Cui aūt
dictis caſibus incumbat onus probandi, quod veritas aliter
haberi nō poteſt, vide Do. Fran. Bru.no. loquētem in tract.
ſuo de ind.& tort.in 2.ch.in j.col.ver.ſed ſtabit difficultas &c.

20 † Et

20 † Et per iſtum tex.& per ea, quæ dicta ſunt ſuprà, limitatur regula illa, quæ dicit, quòd probationes non ſunt ſumendæ de domo rei, vt habetur in l.de minore. in §.tormenta. ff.de quæſtio.& in l.nimis graue.ſupra de teſti.& in l. qui accuſare, ſuprà de eden. & in l.ei qui. & in l.ab ea parte.ff.de probat de quo latius dixi in dicta l. de minore. in d.§.tormenta.in j.col. & in pe.vbi latius. Vltimò, quia lex iſta tractat de vxore inſi-
21 diante maritum & econtra. † Ideo ſcias quòd ſi maritus inſidiatus eſt vxori, ex quo ipſa vxor non poteſt ſecurè ſtare cũ marito ſuo abſque periculo perſonæ ſuæ, & remedio cautionis iſtis inſidijs non poteſt idoneè vel ſufficienter prouideri, quod iſta cauſa remouendi eam ab eo & ſeparãdi matrimonium quò ad thorum, & idem econtra in vxore, quo ad maritum.ita dixit Abb.in c.literas.in 2.colum.de reſti. ſpo. & in c.quemadmodum. in fi.de iureiur & in c.j. de diuor.de qua materia vide etiam per Bal.in conſi.ſuo 141.incip. Cecilia receſſit,&c.in 3.vol. ad quæ vide omnino Alex. in conſi. 26.incip.viſo & diligenter.quaſi per totum.in 6.volu.& Do. Io.Neuiza.in ſilua ſua nuptia.in prima char. in 4.colum.
22 † Et ſcias, quòd quando ſeparatur thorum propter ſæuitiam viri, vel propter eius culpam, dos debet ſtatim reſtitui mulieri, ſecundùm Bal.in ca.j.in j.& 2. colum. extra vt li.non conteſt.quod ſecus eſſet, ſi matrimonium ſolueretur morte
23 viri, quia † tunc hæredes mariti habent annum ad dotem reſtituendam, etiam ſine vſur. ſecundùm Bald.in l.inſulam. §. vſuras.ff.ſolu.matrimo. & in l. at qui natura.§.non tantum.ff. de nego.geſt.Barto.in l.fina.ſuprà de bo.mater.Hoſti.in ſumma, de vſur.§.an aliquo.ver.econuerſò.Ioan.And.& Card.in c.ſalubriter.de vſur.de quo etiam per Socy.in conſi.ſuo 126. incip.diligenter.in vlt.colum.in 1.volum.& Ludo. Bolon. in conſi.19.incipien.pro tanto.in 2.& 3.colum.& Socy.in conſi. 56.incipien.viſo teſtamento,in 2.colum.3.vol.& Iaſ.in l.cunctos populos.in 11.colum.ſupra de ſum.Tri.& Alex. in conſ. 141.incipien.viſo themate.in 2.colum.in 5.volum.& in d.l.at qui natura.in d.§.non tantum.& in conſ.301.incip.in præſenti.in 2.col.& Dom.Phili.Decium in conſi. 33.in vlt.col.& in conſi.ſuo 116.inpien.in cauſa,in 2.colum. Et per iſta ſit expedita præſens lex,& per conſequens titulus iſte, cum adiutorio clementiſſimi Dei & eius beatiſſimæ matris, quibus ſit laus & gloria,&c.

Leges in hoc opere contentæ.

L.prima.frater tuus.	fol.117
L.is qui aggreſſorem.	121
L.ſi quis percuſſorem.	122
L.ſi vt allegas.	eo.
L.eum qui,	123
L.Si quis te.	eo.
L.is qui cum telo.	eo.
L.ſi quis necandi.	126
L.ſi forte mulier.	eo.

HIPPOLYTI DE MARSILIIS BONONIENSIS I·C·PRAESTANTISSIMI

Practica cauſarum criminalium, quæ Auerolda nuncupatur.

SVMMARIVM.

1 *Practica eſt vtiliſſima,& eſt rerum magiſtra.*
2 *Vſus promptum reddit artificium.*
Experientia cuilibet artificio præbet incrementum.
3 *Interpretatio vera à practica ſumitur,nec eſt ab ea recedendum.*
4 *Experientia artis eſt mater,quam cognitio ſequitur veritatis.*
Experientia eſt maxima rerum inuentrix.
5 *Delictum debet iudici innoteſcere antequàm ad vlteriora progrediatur.6.& 19.*
6 *Statutum deferens iuramentum damnum paſſo, intelligitur probato prius damno illato.*
7 *Furtum ex coniecturis probatur.*
Præſumptiones ex coniecturis elicitæ,an dicantur manifeſtæ.
8 *Credendum eſt bono viro.*
Aſſertioni magni viri creditur.
9 *Teſtis pauper quando admittatur in fidem.*
10 *Teſti domeſtico & familiari creditur,ſi eſt bonus vir.*
11 *Frater religioſus, tanquam bonus vir, in teſtem admittitur in cauſa fratris.*
12 *Bonus vir admittitur cum iuramento ad probandum contra præſumptionem iuris & de iure.*
Bono viro credens excuſatur.
13 *Probatio per coniecturas,in quibus admittatur.*
14 *Probatio ex coniecturis facta dicitur euidens.*
15 *Probationis appellatione, an & quando contineatur coniecturalis probatio.*
16 *Tortura an poſſit dari in ſecretis tractatibus & conſilijs propter probationis difficultatem.*
17 *Iudici ante omnia, an neceſſe ſit quod ſibi conſtet de delinquente, & de offenſo.*
Homicidium fuiſſe perpetratum,an ſufficiat allegare ſine occiſi nomine,& idem de furto.
18 *Delinquens incognitus qualiter oſtendi debeat teſtibus.*
20 *Maleficij denunciatio etiam per miniſtralem nullam facit probationem vel indicium,niſi in leuibus delictis.*
21 *Denuntiatio criminis cum fama facit indicium ad torturam.*
22 *Denuntiatio de per ſe,eſt ſufficiens ad inquirendum.*
23 *Denuntiatio facta per ſaltuarium ſine iuramento, an valeat, & aliquid operetur,remiſſiuè.*

§. Principium.

ET ſi ſuperioribus annis in operibus
& lecturis meis, maximè in lectura
mea ſuper titulo.ff.de quæſtionib. &
in lectura. ff.ad legem Corneliam de
ſica.& in repetitione mea.l.fin.C. de
probati.& in alijs operibus meis, &
ſingularibus quoq; meis plura dixerim
circa materiam cauſarum criminalium,vt
in dictis operibus meis dignoſcitur:
attamen vt materiam ipſam omnibus reddam pinguiorem,& dem lectoribus lac in
potum,ſtatui vltra omnia prædicta ad perpetuam ſcholariũ
& verſantium in palatijs vtilitatem,Practicam cauſarum criminalium,
vnà ſimul cum theorica tradere,& illam,quãtum
in me erit docere ſequendo dictum Imperatoris in Auth.vt
diuinæ iuſſio.in prin.& Papæ in c.frequens.de reſti.ſpo. in 6.
vbi dicunt,voluntarios labores appetimus,vt quietem nobis
1 & alijs præparemus. † Practica enim magnam affert vtili-
tatem,cum videatur rerum magiſtra, vt in c. quam ſit.de ele.
in 6.& in c.cupientes.in prin.eo.tit.& in c.ſtatutum. de reſcr.
2 eo.lib. † Et vſus promptum reddit artificium, & cuilibet
artificio præbet experientia incrementum,vt in l.legatis.§.or
natricibus.ff.de leg.3.& in c.fraternitatis.de frigi.& malefi. &
in l.miles. la 2.& ibi glo.ff.de re mili.lib.12.& voluit glo.in d.
3 c.quam ſit. † Et vera interpretatio à practica ſumitur,ſecun-
dum Bal.in c.j.in prin.de feu. ſine culpa non amit. quem re-
fert & ſequitur Dom.Phili.Deci.in conſi.ſuo 11. incip. quo-
niam,&c.in 7.col.vbi etiam dicit,quòd hac ratione à practi-
ca non eſt recedendum. allegat Bal.in l.illud.per illum tex. ff.
de excuſa.tut.pro quo facit carmen illud vulgatum.

Ediſcas vſum,quamuis perceperis artem.

Et facit quod dixit Bal. in conſi.ſuo 302.inc.proponitur, &c.
in 2.col.3.vol.& in c.contingit.in 2.col.de dolo & contu.vbi
4 dicit, † quòd experientia facit artem.Et ibi ſubdit, ꝙ multa
experimenta cognitio veritatis inſequitur. quod etiam dixit
Spec.in tit.de lib.concep.in prin. vbi allegat etiam Ariſtotelẽ
in prin.Mataphiſicę dicentem,quòd experientia facit artem.
& dicit quòd

Vſus & ars docuit,quod ſapit omnis homo.

De quo latius ibi per Specu.vbi etiam dicit,ꝙ experientia eſt
multum neceſſaria ad regimen iuris & iuſtitiæ. vnde Impe-
rator in Auth.de appella.& intra quæ temp.in prin.dicit, ex
rerum experientia inuenimus. Pro quibus facit in arg. tex.in
c.vt conſtitueretur.in ver. multorum experientia,&c.50.diſt.
Et facit etiam tex.in l.legaui.in verſ. quotidiana enim ſunt.ff.
de lib.leg.& tex.in l.iuſto.in verſi.propter aſſiduam,& quoti-
dianam, &c. de vſucap.& l. certi condictio. in §.ſi nummos.
verſi.cùm quotidie.ff.ſi cer.pet.& l.palam. in §. ſi qua caupo-
nam.verſi.vt multæ aſſolent,&c.ff.de ritu nuptia.Attento ẽt,
quòd parum prodeſſet habere theoricam ipſarum cauſarum
criminalium ſine practica,maximè tyronibus,qui cupiunt ſe
exercere in officijs. Idcirco Practicam ipſam conabor quã-
breuius,& clarius potero tradere & explicare, ponendo etiã
aliquas quæſtiones circa materiam ipſarum multum vtiles
quotidianas & neceſſarias, non tactas,nec examinatas ab ali-
quo docente antiquo,nec moderno, vſq; ad hæc tempora.
Practicam ergo iſtam gratioſè ſuſcipite,curioſè perlegite, &
fructuoſè memoriæ commendate, vt digni efficiamini res
publicas diuerſorum Principum & locorum veſtro patroci-
nio gubernare,vt inquit Imperator in prooemio Inſtitutio-
num,in fi.& in l.aduocati.C.de aduocatis diuerſorum iudic.
Præmiſſa igitur inuocatione omnipotentis Dei,& glorioſiſ-
ſimæ virginis Mariæ,ac totius cęleſtis curiæ, deuenio breui-
ter ad rem ipſam.

SCITOTE igitur, quod quando commiſſum eſt ali-
quod delictum cuiuſcunq; conditionis, iudex loci non põt
procedere regulariter ad capturam alicuius perſonæ, nec ad
inquirendum,nec aliquid aliud facere contra aliquem, niſi
primò & ante omnia ſibi conſtet, tale delictum eſſe com-
miſſum. Et ideo quãdo aliquis venit ad iudicem,& dicit,Do-
mine iudex,apotheca mea,vel domus mea fuit fracta, & bo-
na mea ibi exiſtentia fuerunt derobata. Et quia habeo ſuſpi-
tionem in tali,puta in Titio,ideo peto & requiro vt eum ca-
pi faciatis,& contra eum procedatis iuris remedijs opportu-
nis. Tunc iudex regulariter non poteſt procedere ad captu-
ram alicuius,niſi primò mittat Iudicem maleficiorum,mili-
tem vel Notarium ad locum cõmiſſi delicti, vt videat oſtiũ
fractum vel parietem,vel ſimilia, & referat ipſi Poteſtati,vel
Iudici quæ inuenit,vel reperit. Similiter ſi factum fuit homi-
cidium,Iudex antequam ꝯ aliquem procedat, debet mittere
eodem modo ad locum vbi eſt cadauer illius mortui, & de-
bent ſcribi vulnera quot, & qualia habet, & poſtea ipſe No-
tarius vel miles debet facere relationẽ in ſcriptis in libro ma-
leficiorum de his,quę vidit & reperit,quę relatio communi-
ter per totam Italiam dr̃ ſeu appellatur, Viſum & repertum
fuit,&c.quia ſemper illa relatio ſic incipit, Viſum & repertũ
fuit per me Ser Io.Notarium maleficiorum Domini Pote-
ſtatis Bononiæ,cadauer Titij de tali domo,vel caſata,habens
tria uulnera, videlicet, unum in capite,aliud in tergo, aliud
in crure. Et iſtud, quòd ante omnia debeat conſtare Iu-
5 dici de delicto, aliàs † non poſſit contra aliquem proce-
dere, probat text. not. in l. 1. §. illud autem. ff. ad Syllania.

& ibi Barto.hoc videtur ſentire, & voluit Tancre. de Corneto in compendioſa ſua.in 15.queſtio.& Barto.& Lud.Rom. in l.fina.in 1.col ff.de quæſt.& Bar.in l.1.ff.de teſtam.mili.ſentit hoc.& hoc etiam probat tex.in l.1.C.vbi cauſæ fiſca. & facit l.ſi quæramus.ff.de teſtam.& in l.ſi quis ne quæſtio.& quę ibi latè dixi.ff.de quæſt. & idem voluit Ang.de Are. in tracta. ſuo malefic.in verbo,fama publica.in 18.char.in verſic.12. tu Iudex, &c. vbi inter cætera dicit,quòd ſi dicitur eſſe commiſſum furtum vel aliud maleficium, iudex debet mittere ad locum ad videndum,vt ſuprà dixi. & ſubdit quòd ſi aliter fiat Iudex ſeu Poteſtas tenetur in ſyndicatu. Et hanc partem firmat Gandy.in ſuo tracta.malefic.ſub rubrica,de præſumptionibus,& indicijs indubitatis.in 2.colu.in ver. Item lex præſumit.& voluit Bal.in addi.Specu.in titu.de ſenten.in 18.col. in fine.vbi dixit,quòd ſi quis confitetur ſe hominem occidiſſe, & illum poſtea proieciſſe in mari,ſi non conſtat de corpore mortuo,ille non poterit occidi, nec puniri de homicidio ſaltem niſi probetur per famam,illum fuiſſe mortuum.de quo latius dixi in l.j.in princip.in 2.colum.ff.de quæſtio. Pro quibus faciunt dicta per Alexan.in conſi.53.incipien.viſo themate.in 2.volum.per totum.& per Iaſo.in l.error.in 2.col.verſic. adde quod vult,&c.C.de iur.& fac. igno. vbi etiam ad prædicta allegat Ange.in l.vnica.in 2.colum.C.de confeſ.& in l.certum.in princ.ff.eo.& Bal.in c.at ſi clerici.in 2.colum. extrà de iud. Et quòd primò ante omnia debeat conſtare Iudici de delicto, voluit etiam Bal.in l.ſi quando.C.vnde vi.& Alexan. in conſi.19.incipiente, circa primum.in 1.2.3.& 4. colum. in
6 7.volum.Et adeò hoc verum eſt, quòd † ſtante ſtatuto,quòd de damno dato ſtetur ſacramento damnũ paſſi, tamen non ſtabitur eius ſacramento,niſi primò ſit probatum, damnum eſſe datum. ita not.dicit Barto.in l.diuus Traianus.ff. de teſta. mili.quem refert & ſequitur Dom.Philip.Decius in conſilio 83.incipien.in cauſa accuſationis, &c. in 2.colum.& vide infra eodem,num.19.Sed circa hanc concluſionem & prædictas doctrinas, videlicet,quòd ante omnia debet conſtare Iudici,delictum eſſe commiſſum, oriũtur aliquæ dubitationes notabiles, & quotidianæ non omittendæ. Quarum prima hæc eſt, videlicet, quando directè nec per teſtes non poteſt conſtare delictum eſſe commiſſum, an tali caſu aliquo remedio poſſit ſuccurri damnum paſſo. Exemplum poteſt poni tale,quod verè contigit his proximis diebus in hac noſtra ciuitate Bononię.Quidam ſcholaris forenſis reuerſus à domo ſeu à patria ſua portauit certam quantitatem pecuniarum , vt communiter faciunt ſcholares forenſes,& dictas pecunias poſuit in quadam eius capſa in camera ſua exiſtẽte in domo cuiuſdam viri,cum quo incœpit ſtare ad dozinam,& vna die dum iſte ſcholaris eſſet extrà domum,vel ad ſcholas,vel alibi, cum quadam claue adulterina fuit aperta eius camera , & ſimiliter eius capſa , & fuerunt furatæ, & aſportatæ prædictæ eius pecuniæ. Poſtea verò fuit clauſa capſa & camera,adeò quòd nõ poterat apparere de violentia, nec de aliqua fractura, nec de aliquo furto. Ipſe autem ſcholaris vna die volens accipere aliquas pecunias, reperit illas fuiſſe furto ſubtractas, & ſtatim de hoc conqueſtus eſt cum ſocijs, & cum amicis ſuis, & cum aliquibus perſonis. Qui ſcholaris acceſſit ad Poteſtatem & fecit eius querelã,& ab eo petijt vt deberet procedere de tali furto contra dominum domus, in qua morabatur, quem habebat ſuſpectum, & contra quem erant nõnulla indicia. Qui Poteſtas vocari fecit dictum dominum domus,& eum incœpit interrogare ſuper dicto furto, qui dominus domus primò & ante omnia dixit, quòd aliquod furtum non fuerat factum dicto ſcholari, nec modo aliquo cõſtabat de tali furto,ideo ipſe nec alius debebat vexari,moleſtari,nec inquietari pro dicto aſſerto furto.Iſte autem ſcholaris non poterat probare,tale furtum fuiſſe commiſſum. Quærebatur quomodo hoc caſu poſſet ſuccurri dicto ſcholari? In quo ego conſultus dixi,ꝙ licèt non poſſet plenè,nec directè probari, dictum furtum fuiſſe commiſſum , tamen poterit quò ad inquirendum ſatis hoc probari ex coniectu-
7 ris & præſumptionibus. Nam † furtum probatur ex coniecturis, ſecundum Bar.in l.ſi quis ex argentarijs.in §.an verò.ff. de eden.alleg.l.non omnis.§.à barbaris.ff.de re mil. & dicit ꝙ ita no.Doct.in l.ſi creditor.ff.de pig.act. Et ſubdit Barto.in d. §.an verò.ꝙ tales præſumptiones dicentur manifeſtæ,licèt ex coniecturis proueniant,arg.ff.de leg.2.l.licet.ibi, euidens &c. de manumiſ. teſt.l.ſi quis locuples.ibi,manifeſta ſunt, &c. Et hanc doctrinam Barto.refert & ſequitur Alexan.in conſi.50. incipien.viſis & oportunè.in 5.colum.in j.vol.& in d.l.ſi quis ex argentarijs.in §.prætor ait. in vlt.col. vbi etiam ad hoc allegat Bar.in l.ſi quando.C.vnde vi.& Spec.in ti.de fur.in fi.& in tit.de pign.in §.1.in ver.& no.cum ver.ſeq.& Bart.in l.j.ff. fur. aduer.nau.& Bal. in rub.C.depoſi.& in l.j.& in l.certi.C. loca.

de quo etiam vide per eundem Alex. in conſi.146.incip.viſo themate.in 6.vol. Sed in dicto caſu concurrunt plures coniecturæ, quòd dictum furtum fuerit factum dicto ſcholari, vt ſtatim oſtendam,ergo dictum furtum dicitur eſſe probatũ. Quod autem adſint coniecturæ dicti furti patet.Nam ſtatim quòd ipſe ſcholaris vidit ſuas pecunias non adeſſe,ſed exportatas fuiſſe,de hoc conqueſtus eſt cum ſocijs & amicis ſuis,& hæc affirmabant dicti ſocij & eius amici,ergo hæc eſt vna cõiectura dicti furti commiſſi,per quam probatur ipſum furtũ vt dicit Bar.& alij in locis prẹallegatis. Alia etiam concurrit coniectura dicti furti,videlicet,bonitas & legalitas & vita honeſta in tempus præteritum dicti ſcholaris. & ego ſequens conſilium Do.Alex.quod ipſe dat in conſi.ſuo 53. incip. viſo themate.in 2.volum. fieri feci capitulum ſuper bonitate, & legalitate dicti ſcholaris, & ſuper illo feci examinare teſtes , qui depoſuerunt dictum ſcholarem fuiſſe & eſſe hominem probum, & morigeratum , bonæ conditionis vitæ & famæ ac conſcientiæ,& non ſolitum mentiri in aliquo. Ex quibus teſtibus reſultat alia præſumptio & coniectura præſtans iuſtam & iuridicam cauſam iudici credendi dicto ſcholari , dictas pecunias fuiſſe ſibi furto ſublatas. Nã clarum eſt in iure,
8 quòd † credendum eſt bono viro, vt gl.no.in l.Titio fundus. ff.de condi.& demonſtr.quam dicit ſing.Bal.in c.ſanctorum. de præſcrip.& in c.cum contingat.de reſcrip & Pe. de Anch. in c.fi.extrà de appel.& Ang.in l.1.ff.de eo per quem fact.erit. & Ioan.de Imo. in conſi.ſuo 104.& Bald.in l.indicia.ff. de rei ven.in fi.& Ange.in l.in bonæ fid.ff.de rei ven.& Alexand. in conſi.ſuo 31.incip.viſis & accuratè.in 4.col.in 2.vol. & in cõſ. 190.incip. viſis atteſtationibus. in 3. colum.in 7.volum. Et ſimilis eſt gl.in c.cupientes.in princ.in ver.notitia.de elect.in 6. Pro quibus glo.videtur tex.in c.nobiliſſimus.17.diſt.& ibi gl. vlt. & illum tex.ad hoc allegauit Inn.in c.cum in iure.in prin. de offic.dele.& Ange.in l.quæcunq;.in fi.ff.de public.& Iaſ.in repeti. l.admonendi.in 77.colu. de iureiur. Et idem quod dixit glo.in d.l.Titio fundus. dixit Cy.in l.1.in 4.q.circa fi. C. de ſer.& aqua.& Bar.in l.de pupillo. in §.ſi quis ipſi prætori.in 8. q.ff.de ope.no.nun.& Bart,in l.qui fundum. in §. procurator. ff.de vſuca.pro empt.& in l.fi.eo. tit. quem refert & ſequitur Alexan.in d.conſil.ſuo 31. Pro quibus facit optimè glo.in l.j. ff.de ripa muni.quæ dixit,quòd ſi quis tenetur ſatiſdare in aliquo caſu ex forma legis,vel ſtatuti,quòd tamen ſtatur ſuæ iuratoriæ cautioni, ſi ſit perſona bonæ conditionis, vitæ, & famæ. Et illam glo.pro ſing.alleg.Bal.in c.2.de iudic.& Barb. in c.coram.& in c.cum R.Canonicus.de offi.dele. Et facit,quod voluit D.Ant.in c.cum olim.de dolo,& contu.in prin.vbi dicit,ꝙ aſſertioni magni viri creditur,& ſic qualiſqualis fides ei adhibetur ſine iuramento.ad quod alle.dictũ c.nobiliſſimus. Et facit,quod voluit Io.And.in additionib.Spe.in tit.de locato.in rubr.vbi dixit,ꝙ ſi Caſtellanus alicuius arcis habuit cauſam ſe abſentandi, & arcem commiſit bono viro cuſtodiendam,ſi ille poſtea ſe rebellauit Domino arcis , vel cõtra eum fecerit tractatum, ꝙ ipſe Caſtellanus non tenetur,ſed eſt excuſatus,quia credidit bono viro. Et facit,quod voluit Dom. Anto.in c.cum oporteat.de accuſa. quem refert & ſequitur Ange. in l.ea quidem.in 33.col.C.de accu. vbi dixit , ꝙ creditur teſti coniuncto in cauſa coniuncti quando ipſe teſtis eſt bonæ conditionis vitæ & famæ. Et facit dictum D. Alex. in l. j.in 2.col.ff.de eo per quem fac.erit.vbi dixit,ꝙ dictũ boni uiri cauſat titulum putatiuum aptum ad præſcribendum.Et facit etiam, nam bono viro creditur ſi eſt examinatus in te-
9 ſtem,licet ſit pauper , † ſecundùm Ange. de Are. in tractatu malefic.in verbo,necnon ad querelam.in ver.18. quæro &c. licet alias teſtis pauper repellatur,vt habetur in l.3.in princ.ff. de teſt.& in §.ſi verò abſint.in Auth.de hæred.& fal.de quo articulo,an & quando teſtis pauper admittatur in teſtem. vide etiam Do.Fran.de Are.in conſi.13.incip. viſo diligenter. in x. col.ver.ex prædictis,&c.& D.Alex.in conſi.ſuo 93.inc. repetitus.in 2.col.in 6.vol.& in conſi.131.inc.perſpectis.in 6.vol. & ibi in conſi.237.inc.perſpectis.in 1.col. & in conſi. 176. incip. viſis.in 2.col.in 7.vol.& in conſi.65.inc. habita ſuper contentis &c.in vltimis verbis. in j.vol.& in conſi.238.incip.viſo pro ceſſu.in 2.col.in 7.vol.& Dom.Philip.Deci.in conſi.105.in 5.col.& in conſi.163.in 4.col.& in conſi.310.inc.viſis &c.in vlt. colu. & Iaſ.in authen.præterea.in vlt.col.C.vnde vir,& vxor. & in l. fideiuſſor.in j.col.ff.qui ſatiſdare cogantur. ad quæ vide etiam glo.notabilem.in l.2.C.de tut.vel curat.qui non ſatiſde. Facit
10 etiam,nam creditur † teſti domeſtico & familiari ſi eſt bonus vir,ſecundum Inn.D. Ant. & Ioan.de Imo.in c. in literis. de teſti.Bal.& Saly.in l.3.C.de teſti.licet regulariter talibus teſtibus familiaribus & domeſticis non credatur,vt habetur in c.repellantur.extra de accuſa.& in l.pen.ff. de teſtib. & voluit Spe.in tit.de teſte.§.j.ver.item quòd eſt familiaris,&c.Et dixit

Io.

Io.de Imo.in c.cum R.Canonicus.de offic.deleg.† quòd fra
ter religioſus tãquam bonus vir admittitur in teſtem in cau-
ſa fratris, licèt aliàs frater non admittatur pro fratre, vt in l.
parentes C.de teſtib.& voluit Spec.in dicto tit.de teſtib.in d.
§.1.verſ.item ꝙ eſt frater.Et dixit Bal.in addi. Spe.in tit.de ho
mi.in verbo, an mortuus &c. ꝙ ſtatur dicto vnius ſolius me
dici an vulnus ſit lethale,ſi talis medicus eſt homo bonæ cō-
ditionis,vitæ,& famæ,licèt aliàs requirantur duo medici,vt la
tè dixi poſt Bar.in l.fi.in fi.ff.ad leg.Corn.de ſica.Et facit dictū
D.Ant.in c.vidua.de regula.in fi. vbi dixit,ꝙ bonus vir admit
titur cum iuramento ad probandum contra præſumptionē
12 iuris,& de iure,licèt aliàs contra talem præſumptionem† nō
admittatur probatio in contrarium, niſi per confeſſionem
partis,vt in authen.ſed iam neceſſe.C.de donat. ante nupt. &
voluit gl.in Auth.de æqualitate dot.in §.illud. in verſi. ſcriba.
& Azo in ſumma,in titu.de dona.ante nup. & gl.in l.in con-
tractibus.in §.nullo modo.C.de non numerata pecun. & ibi
Bal.in 4.q.& Saly.in l.ij.C.de dolo. Et facit quod voluit Petr.
de Anch.in c.fi.extra quod met.cau.vbi dixit,ꝙ excuſatur cre
dens bono,ſeu fide digno viro.alleg.ad hoc Cy. in l.4 de ſer.
fugi.& idem dixit Bal.in c.cum contingat.de reſcrip.& in ca.
ſanctorum.de præſcrip.Et facit no.verbum Ang.in l.in bonę
fidei.ff.de rei vend.vbi dicit,ꝙ ipſe aliàs iuuauit quēdam Po-
teſtatem a pęna tempore ſyndicatus.Nam ille Poteſtas dum
erat in officio, habebat quendam hominem captum, qui e-
rat bonæ conditionis vitæ,& famæ,& ipſe permiſit illum ire
per palatium,habita tamen prius fide ab ipſo, ꝙ non recede
ret de palatio ſine ſui licentia:tamen poſtea aufugit illicētia-
tus.dubitabatur an poteſtas teneretur creditori ſuo ſatisface
re. & dicit ibi Angel. ꝙ non,quia eſt excuſatus,quia credidit
bono viro,per gl.in d.l.Titio fundus.cum ſimi. & idem dixit
Oldra. in conſil.92.incip.Rex habebat &c.quem refert,& ſe-
quitur D.Fely.in c.Petrus.in 1.col.de homicid.Pro quibus e-
tiam faciunt dicta per D.Fely.in c.ſuper his.in vltima colu.de
accuſ.& per Iaſ.in l.1.in 3.col.ff. de eo per quem factum erit.
in verſ.ſecundo limita.Et poſſent adduci plures aliæ doctrinę
quas ſimul reduxi in repetitione mea.l.fi.C.de proba. in 2. &
3.char.vbi adduxi fortè centum iura, & doctrinas ad propo-
ſitum dictæ glo.quas breuitatis cauſa non refero. Et ex præ-
dictis in caſu dicti ſcholaris dixi, ꝙ ex dictis præſumptionib.
& coniecturis erat probatum,furtum fuiſſe commiſſum. Et
tanto magis per dictas coniecturas poteſt dici probatū eſſe
dictum furtum,quia in tali probatione non tractatur de prę
iudicio alicuius: quia an ſit probatum furtum eſſe commiſ-
ſum necne in genere,& non ſpecialiter per aliquem,hoc nō
facit alicui præiudicium,vt de ſe patet. Concurrebat etiā alia
ratio in caſu dicti ſcholaris, ꝙ probatum eſſet dictum furtū
fuiſſe commiſſum,& perpetratum.Nam furta communiter
clam & occultè committuntur,vt omnibus notum eſt. Sed
vbi tractatur de probando clandeſtina,& occulta,& illa,quę
13 ſunt difficilis probationis, vt eſt furtum, † admittitur proba-
tio per coniecturas,vt habetur in ca. præterea. de teſtibus, &
voluit Bar.in l.in illa ſtipulatione,ſi calendis. ff.de verb.obl.&
in l.de pupillo.in §.ſi quis ipſi prætori.in 6.colu.ff.de ope. no.
nun.& Fede.de Senis in conſ.ſuo 119.inci. nulli dubium.vbi
plura iura ad hoc allegat. & Iaſ.late in l.cum ea.in 2.col.C.de
tranſac.& Alex.in conſi.146.incip. viſo themate,in 6.volu.&
ibi in conſil.189.incipiente,in cauſa & lite.in 3.col. & volunt
doctores in pluribus aliis locis quos retuli ego in repetitio-
ne mea rub.C.de probat.in 64.colu.in prin.Et talis probatio,
14 †quæ fit per coniecturas,dicitur euidens probatio.& illud di
citur euidenter apparere, quod apparet ex cōiecturis, ſeu ex
præſumptionibus.tex.eſt,& hoc notat expreſsè Bart. in l.licet
Imperator.ff.de le.1.in verſi.euidens diuerſa voluntas.& pro
batur.in l.ſi quis locuples.ff.de manumiſ.teſtamēto. & habe-
tur in l.ſi creditor. C.de pig.actio.& in l.ſi tutor petitus. C.de
periculo tutorum.& voluit Lud.Roma.in l.1.C.de teſta.mil.
& Io. de Ana.in conſil.49.incip.dubium de quo quæritur.&
in conſi.ſuo 3.incip.viſo teſtamento.in 2.col. & Abb. in c.li-
cet cauſam.in 3.col.ver.nota vndecimò.dè prob.& Lud.Ro-
ma.in conſi.ſuo 271.inci.vis tota,&c.in finalib.verbis. & Bar.
in c.ſuper quæſtionum.in §.intentionis.in 2.col.de offi.dele.
Pro qua faciunt dicta per Bald.in c.1.in §. conuenticulam.in
3.col.de pace iuramento firman. vbi dixit,ꝙ appellatione ꝓ-
15 bationis, † continetur etiam probatio coniecturalis, dum-
modo lex habeat coniecturam pro veritate.allegat l.Lucius.
ff.de cond.& demonſtra.Et faciunt etiam dicta per Bald.in c.
per tuas.in 2.col.verſi.opponitur.extra de probationibus.vbi
dixit,ꝙ illud quod non poteſt clarè probari per rerum natu-
ram,probatur argumentis,& indiciis. de quibus latius dixi in
repetitione mea rubricę.C.de prob. in 63.col.Et facit ad præ
dicta,quod voluit Bald.in l.quicunque.in pe. col. C.de ſeruis
16 fugiti.& in verſ.octauo nota,&c. † vbi dixit,ꝙ in ſecretis tra-
ctatibus,& cōſiliis propter difficultatem probationis perue-
nitur ad torturam, & quandoque ad condemnationem,vel
abſolutionem ex ſolis indicijs,ſi ſunt ita certa, ꝙ vix denega
re ſufficiat.alle.l.milites.§.oportet.C.de quæſtionibus. & Dy.
in l.ij.de excuſatio.tutorum. Et iſtud dictum refert,& ſequi-
tur D.Catal.in ſuo tractatu ſyndica.in verſi.406 incip.adde ꝙ
alibi dicit Bal. & c.& Dominus Franc. de Curte in conſil 56.
incipiente,ſuper proceſſu.in 8.colu.Et ſic ex iſtis omnibus in
caſu dicti ſcholaris Poteſtas habuit dictum furtum pro pro-
bato,& proceſſit ad vlteriora ad fauorē dicti, ſcholaris:adeo
ꝙ ipſe recuperauit magnam partem pecuniarum ſuarum a
prędicto domino domus,& hoc per intermiſſam perſonam
cuiuſdam religioſi, q. ſibi portauit tales pecunias, & rogauit
dictum ſcholarem,vt non vellet vlterius quærere, & quieuit
dictus ſcholaris &c. Modò quæri poteſt de alia dubitatione.
vidimus ſupra, ꝙ ante omnia debet conſtare iudici de deli-
cto commiſſo, antequàm iudex ipſe poſſit procedere cōtra
delinquentes.Sed quæro ego,an etiam ſit neceſſe,ꝙ ipſi iudi
17 ci ante omnia conſtet † de delinquente,& de offenſo, videli
cet de illo contra quem eſt commiſſum delictum.in quo re
perio Ang.de Aret.in §.quadrupli. in 2. col.Inſtit.de actioni.
vbi dicit, quòd valet,& tenet inquiſitio, licet ignoretur no-
men occiſoris: dummodo de corpore conſtet.alleg.ad hoc
glo.in l.1.in §.illud autem.ff.ad Syllanianum.ſed dicit poſtea,
ꝙ contra hoc videtur tex.& hoc ibi not.Bal.in l.licet gratis.in
§.poſſumus.ibi, vt certi hominis factum arguamus.ff.nautæ,
caupo.ſtabular.& hoc tenet ibi D.Floria. ſcilicet,ꝙ non poſ-
ſit inquiri niſi ſciatur contra quem & perſona delinquentis
deſignetur nomine. Attamen dicit Angel.ꝙ contrarium te-
net illa gl.& ideo ipſe ſic diſtinguit,videlicet, aut eſt præſens,
qui deliquit,& tunc licèt ignoretur nomen, vt quia ignotus
vel mutus eſt,vel non vult loqui,vel nō intelligitur, & ſic no-
men eius non poteſt ſciri,& clarum eſt, ꝙ cōtra hoc corpus
præſens de quo conſtat per teſtes, ꝙ commiſit maleficium,
ꝙ procedit accuſatio,vel inquiſitio,aut eſt abſens à longe, vt
quia aufugit:tunc dicit,ꝙ eſt fienda diligentia per officialem
de inueniendo nomine,ſed ſi non poteſt habere nomen,de
bet inquirere de ſignis,vt quia eſt claudus in tali crure,vel ha
bet talem manū aridā, & eſt breuis ſtaturæ, vel habet talem
cicatricem in facie,vel tale ſignum in perſona: nam oīa iſta
fiunt ad recognoſcēdū.l.ad recognoſcēdū.C.de ingenu.ma-
numiſ.& facit l.certum.ff.ſi certū petatur. & quod no. gl. in
l.ſi quis in fundi vocabulo.ff.de legatis primo.& facit l.fi.ff.de
his qui deiecerunt,vel effuderunt.& l.demonſtratio. in prin.
& ibi Bar.ff.de conditionibus,& demon.& in proceſſu depo
net teſtes de delicto,& de omnibus iſtis, & de ætate, & de a-
lijs.Et tunc ſi aliquo tempore talis inquiſitus, & condemna-
tus rediret in locum delicti,& caperetur,fieret recognitio v-
trum eſſet ille homo, & idem corpus, qui fuit tali tempore
inquiſitus,& condemnatus de tali homicidio, vel delicto, &
an ipſe commiſerit dictum homicidium,vel delictum, & fa-
cta recognitione per legitimam, & ſpontaneam confeſſio-
nem,dato ſine præiudicio veritatis, ꝙ non fuiſſet verum, ꝙ
ipſe non fuiſſet ille qui commiſiſſet illud delictum, tamē ex
noua confeſſione in iudicio ſponte facta poterit decapitari,
vt in l.inde Neratius. in §.fi.cum l.ſequenti.ff.ad legem Aqui
liam. & in l.qui ſeruum.& ibi Dominus Florianus.ff.de inter
rog.actio.ita dixit Ange. in d.§.quadrupli. Et ſubdit etiam,ꝙ
iſta recognitio delicti, & identitatis perſonæ eſt neceſſaria.al
legat plures Doctores ad hoc,de quibus ibi per eum.De qua
recognitione banni dixi in ſingulari meo 72.incipiente, per
totam ferè Italiam,&c.Quo autem ad offenſum an valeat ac
cuſatio,vel inquiſitio ſi ignoratur offenſus, vel eius nomen,
in quo Ang.de Aret.vbi ſupra tenet, ꝙ valeat dummodo de
corpore conſtet.allegat ad hoc glo.in l.ſi cum exceptione.in
§.in hac.ff.quod metus cauſa. & ibi dicit D.Floria. quòd hoc
etiam voluit glo.ordinaria.2.quæſt.8.§.libellorum.ita reſidet
Ang.in dicto §.quadrupli.in 2.colum. Inſtitu.de actioni. De
quo etiam per Ale.in conſi.23.incipiente, viſo proceſſu &c.
in 6.volum.& per Do.Floria.in l.item Mela.in §.ſed ſi plures.
in vltima colum.ff.ad leg.Aquil.Tu autem ad prædicta adde,
quòd gloſ.illam in d.l.1.in §.illud.ff.ad Syllanianum. refert &
ſequitur Domi.Feli.in c.ſignificante. in 3.colu. de reſcriptis.
Et dictam glo.in dicto §.libellorum.ad hoc pro ſingula. alle-
gauit Ioan.de Imo. in cap. tuæ. in 2. colum. de procuratori-
bus & Bald.in l.data opera.in 15.colum. C. qui accuſare non
poſſunt.& in dicta l.licet gratis. in §. poſſumus. ff. nautæ,cau-
po.ſtabu,& in repertorio ſuo. in verbo homicidium.in j.ver
ſic.& in l.quoties.§.ſi quis nomen.ff.de hæredibus inſtituen-
dis.vbi etiam ſubdit,quòd ipſe vidit de facto, quòd fuit facta
inquiſitio contra vnum,qui occiderat quendam, cuius no-

men ignorabatur, qui fuit poſtea miſſus ad furcas. Et illam
gloſſ.etiam refert,& ſequitur Angel.in l.1.in §. interdum.ff.ſi
pars hæreditatis petatur. vbi dicit ibi eſſe caſum pro illa gloſ.
videlicet,ꝙ ſi conſtat Titium hominem occidiſſe,& ignora-
tur quis ſit occiſus,vel conſtat furtum eſſe factũ,& ignoratur
cui ſit factũ, vt videmus quotidie in iſtis furibus qui capiun-
tur cum diuerſis rebus ſubtractis, & ignoratur cuius fuerint
illæ res, quòd tamen poteſt formari inquiſitio contra eum
hoc modo, videlicet, talis puta Caius occidit vnum hominẽ
in tali loco,& tali tempore cuius nomen ignoratur,& quòd
in tali loco,tali tempore,talis rem ſubtraxit contra volunta-
tem domini ipſius rei. Ita dicit Angel. in dicto §. interdum.
& ibi ſubdit,quòd vidit vtrunque practicari,ſcilicet formare
inquiſitionem maleficij quando non cognoſcitur offenſus.
& dicit, quòd eſt bona practica ex quo non poteſt conſtare
de nomine per illum tex.ad quod facit ſecũdum eum l. quo
ties.§.ſi quis nomen. ff.de hæredibus inſtituen. & alia allegat
de quibus ibi per eum. Item d. gloſ. in d.§.libellorum.refert,
& ſequitur Angel.de Aret.in tractatu maleficiorum. in ver-
bo, hæc eſt quædam inquiſitio. in vltimo verſiculo. & Bald.
in l.ſolam.in 4.colum. C.de teſtibus. & plura dicit de illa glo.
Dominus Augu. Ari.in additio.ad Ang.de Aret. in dicto vlti
mo verſicu.& Dom. Fely.in c.ſignificante. in 4.colum.de re-
ſcriptis. Adde etiam prædictis Bald. in additio.Specul.in titu.
de accuſationibus.in verſi.ſed nunquam procedit &c.vbi di-
cit allegando dictam gloſſam, ꝙ ſufficit allegare corpus hu-
manum fuiſſe occiſum,licet neſciatur cuius ſit, aut vnde ve-
nerit,Et idẽ dicit quãdo conſtat de furto, licet perſona dam-
num paſſa ſit incognita.& illam gl.d.§.libellorũ. refert & ſe-
quitur Bald.in auth.ſed nouo iure.in pe.col. C.de ſeruis fugi.
& Ang.in l.1.§.occiſorum.ff.ad Sylla.& l.falſus. in §.pen. ff.de
fur.& in l.1.in 2.col. C. de confeſ. Et idem dicas etiam eſſe in
confeſſo occidiſſe aliquem quem non cognoſcebat, ſecun-
dum Bal.in addit.Spec.in tit.de confeſ.Et Ang.in d.l.vnica.in
2.col.C.de confeſ. & Bal.& Imo. in l.quoties. in §.ſi quis no-
men.ff.de hær.inſti.& ibi Ang.Et de materia iſta,& illius glo.
vide Do.Fely.latius loquentem in c.auditis.in 17.col.de præ-
ſcrip.& in d.c.ſignificante. Et vltra prædicta,circa dictam ma
teriam adde, ꝙ quando delinquens eſt incognitus teſtibus,
non eius perſona,ſed eius nomen,& cognomen,ꝙ tunc de-
18 bet oſtendi † perſona talis delinquentis ipſis teſtibus in habi
tu conſueto,vt illum recognoſcãt,an ſit ille qui deliquit. ita
dicit Bal.poſt glo.ibi in c.cum cauſam.in pen.col.in ver.item
quæro nunquid teſtes &c. extra de teſti. de quo latius dixi in
l.data opera. vltra med.C.qui accu.nõ poſ. Et idem dixit Bal.
in addi.Spec.in tit.de accu.in verſi. ſed quid ſi ſtatutum dicit.
& Bal.in l.1.in 1.col.ff.ſi ex noxa.cauſa agatur. & Bal.in reper.
ſuo,in verbo,exhibere.de quo etiam per Lu.Rom.in l.1.§.fi.
ff.de publi.& Floria.in l.3.in §. ideoq; diuus.ff.de teſtib.& Bal.
in reper.ſuo. in ver. accuſatio. in ver.accuſator põt petere &c.
Modò vlterius circa materiam ſupra tactam, videlicet,quòd
ante omnia debet conſtare iudici delictum eſſe cõmiſſum,
de quo vult inquirere,& ꝓcedere. Aduertas & teneas men-
18 ti,ꝙ tali caſu non ſufficit etiam † quòd hoc conſtet iudici per
denunciationem maleficij factam per ſaltuarium,vel per mi
niſtralem ad hoc deputatum,quoniam non obſtante tali de
nunciatione, iudex etiam debet aliter ſe informare de ipſo
maleficio commiſſo: quia talis denunciatio non ſufficit. ita
not.dixit Do.Ant.de But.in c.veſtra.in 38.colu.in ſua repe.de
coha.cler.& mul.quem refert & ſequitur Do.Nico.Milus in
reper.ſuo,in verbo,inquiſitio.in 2.no.ſeu verſi.Nec etiam ta
20 lis denunciatio † facit aliquam probationem, vel indicium,
niſi in leuibus delictis,ſ'm Bar.per illum tex. in l.diuus. la 2.in
3.q.ff.de cuſt.reo.& Saly.in l.ea quidem. C.de accu. & voluit
Alex.in conſi.1.in 3.vol.inci.viſo proceſſu.in 3.col. ver. acce-
dit &c. & Ange de Aret.in tract.malefi. in verbo,necnon ad
denunciationem. in 4.char.in ver. quæro an iudex.Talis de-
21 nunciatio † tamen cum fama facit indicium ad torturam,ſe
cundum Bar.in conſi.111.incip.domino Paci de Burgo,&c.
de quo latius dixi in conſi.meo extraordinario 30.inci. quia
22 mei oris eſt &c.in 2.char.† Item denunciatio de per ſe eſt ef-
ficiens ad inquirendum,ſecundum Barto.in l.diuus.la 2.ff.de
cuſt.reo.in 2.col.& Ang.de Aret.in d.tract.in ver. necnon ad
23 denunciationem.† An autem talis denunciatio facta per ſal-
tuarium ſine iuramẽto valeat,& aliquid operetur, vide Do.
Bartho.Cæpo.in conſi.40.incip.Lucius.in 9.col.

SVMMARIVM.

1 *Indicia capturam debent præcedere.*
2 *Indicijs non præcedentibus etiam in crimine læſæ maieſtatis non poteſt deueniri ad capturam, nec torturam.*
3 *Indicia capturam cur debeant præcedere.*
4 *Innocentem capi faciens qua pœna teneatur, ſiue cauſa ſit ciuilis, ſiue criminalis.*
5 *Iudex in criminalibus an poſſit a captura incipere.*
6 *Reum culpatum capere non præcedentibus indicijs iudex quando poſſit ſine metu pœnæ.*
7 *Multa propter moram conceſſa, quæ aliàs non concederentur.*
Res tẽpore perituræ fallentiam imponũt iuris regulis de nõ alienãdo.
8 *Magiſtratus temporales durante officio non poſſunt conueniri, niſi actio ſit tempore peritura.*
9 *Teſtis in mortis articulo examinati per notarium non commiſſum, faciunt præſumptionem.*
10 *Confiteri peccata laicus laico quando poſſit.*
Sententia quo caſu de nocte ferri poſſit.
11 *Lex, canon, & ſtatutũ quo caſu poſſint contemni in eorũ obſeruantia.*
Mora iuncta periculo eſt multi priuilegij.
12 *Fama ſeu infamia rei inquiſitionem debet præcedere.*
13 *Statutum ſuperioris, quòd poſſit inquiri de aliquo delicto contra non diffamatum non valet.*
14 *Reus confeſſus non interrogãdus de criminib. quorũ indicia nõ extãt.*
15 *Gloſſæ dictum maioris autoritatis quàm doctoris.*
Conſuetudo contra ius commune non ſeruanda.
16 *Famam præcedere verba inquiſitionis non probant licet dicant.*
17 *Fama bona inquiſiti facit corruere inquiſitionem.*
18 *Reus an poſſit interrogari de ſocijs de quibus non ſunt indicia.*
19 *Indicia quando ſunt loco diffamationis.*
20 *Iudex in quibus caſibus poteſt procedere ad inquirendum non præcedenti infamia, vel diffamatione.*
21 *Inquiſitio de cõſciẽtia principis emanãs ualet, nõ præcedẽte infamia.*
22 *Regens ciuitatem habetur loco principis.*
23 *Diſpoſitionem non inducit, quod lege cautum non eſt.*
24 *Dictio, libera poteſtas, non tollit iuris ſolennitatem.*
25 *Princeps non vult vnico verbo totam iuris machinam deſtruere.*
26 *Iudex nõ põt denegare reo defenſionẽ prætextu alicuiꝰ liberi arbitrij.*
27 *Poteſtas habens generale arbitrium an poſſit torquere non præcedentibus indicijs.*
Modus in torquendo ſeruandus.
28 *Poteſtas iudicij libera in maleficijs data qualiter limitanda.*
29 *Iudex liberum habens arbitrium in procedendo an teneatur ſeruare inſtantiam.*
30 *Iudex æquitatẽ ſeruare debet, ẽt in his, quæ arbitrio ſuo cõmittuntur.*
31 *Cõfeſſus ſpõte nõ põt opponere de ineptitudine, uel inualiditate libelli.*
32 *Inquiſitio ſuccedit loco libelli.*
33 *Inquiſitio non præcedentibus indicijs an formari poſſit.*
34 *Actio ciuilis ex delicto vbi non oritur parti, nec actio vel inquiſitio criminalis oritur reipublicæ.*
35 *Iudex non poteſt agentem audire quem ſcit ius non habere.*
36 *Furtiuè res ſuas accipere ab iniuſto detentore an liceat.*
37 *Creditor creditum probare nequiens an debeat bona debitoris ad ſatisfactionem quomodocunque capere.*
38 *Iudex contra occiſorem banniti inquirens an debeat quemlibet admittere pro defenſione homicidæ.*
39 *Iudex inquirens quid obſeruare debeat.*
40 *Inquiſitio de auxilio an ualeat niſi prius iudici cõſtet de principali delinquente. Et quid ſi nõ apponatur verbũ aſſiſtendo.nu. 41. & 77.*
43 *Inquiſitio in qua dicitur alterum alteri præſtitiſſe auxilium an ualeat ſi ſint plures.*
44 *Dictio, alter, a, um, in duobus tantum uerificatur.* (tur.
45 *Auxiliatores alicuius delicti ad hoc, ut aliqui dicãtur, quid requira-*
46 *Quilibet ĩ cõgregatione tenetur de proprio facto, niſi tulerit auxiliũ.*
47 *Ciuitas, quando ex delicto teneatur.*
48 *Caſualia non conſideranda, ſed præcogitata. Et an in dubio præſumenda. nume. 61.*
49 *Teſtis dicens caſualiter ſe homicidam, an puniendus.*
50 *Auxilium ad hoc ut ſit punibile, quid requirat.*
55 *Aſſocians poſt delictum an faciat præſumptionem occulti auxilij per quam cogatur probare contrarium.*
56 *Auxilium præſtaſſe an dicatur qui armatus in malefi. aſſiſtit, licet arma non moueat. Et an dicatur uim cum armis intuliſſe. 57. & 60.*
58 *Auxiliari an dicatur ille ex cuius præſentia aggreſſus redditur timi-*
59 *Clericus incitãs pugnãtes fit irregularis ſi fiat homicidiũ.* (dior.
60 *Auxiliũ præſtari an dicatur acclamando contra eũ qui offenditur.*
61 *Auxiliatori non nocet ficta confeſſio principalis contumacis habiti pro confeſſo ex forma ſtatuti 74.*
64 *Iudex inquirens de auxilio quid dicere debeat.*
65 *Auxiliator ad delictum non punitur non ſequuto delicto.*
66 *Auxiliator an poſſit agere actione mandati, uel ex ſtipulatu aduerſus delinquentem qui promiſit damna reficere.*
67 *Auxiliator tenetur de pace uiolata ſicut principalis. 76.*
68 *Auxilium præſtare an dicatur qui bannito pecuniam præbet, & quid in aduocando, uel fideiubendo. nu. ſeq.*
70 *Auxiliator an ueniat punĩedus pœna ſtatuti de cõmittẽte maleficiũ.*
71 *Auxilium quot modis præſtetur.*

72 *Auxiliator plurium an teneatur vna pœna tantum. Et an & quando mitius puniatur quàm principalis, remiſſiuè. num. 73.*
Et an probationes contra principalem noceant auxiliatori. nu. 75.
78 *Dictio, pertinere, qualiter ſtet & quid comprehendat.*
79 *Inquiſitio furti an valeat per verbum, ſubtraxit, ſine dictione, furto.*
81 *Iudex an poſſit inquirere poſt datum terminum ad accuſandum. & cur. 82.*
83 *Inquiſitio an requirat ſolennitates quæ in accuſatione requiruntur.*
84 *Pœna legalis quando poſſit per iudicem ex cauſa minui vel mutari.*
85 *Statutum quòd poſt ſex menſes non poſſit de maleficio cognoſci, qualiter intelligendum.*
86 *Præſcriptio currit ignoranti. Et habet tempus continuum niſi ſpecialiter contrarium reperiatur. nu. 87.*
88 *Tempus omne eſt continuum vbi de odio finiendo agitur.*
89 *Actio omnis habet tempus continuum ſi aliud non dicatur.*
90 *Iudex originis an poſſit inquirere de delicto commiſſo in alieno territorio.*
91 *Delictum eiuſdem hominis non debet ſæpius quæri.*
92 *Inquiſitio an ceſſet ſi pendente inquiſitione ſuperueniat accuſator.*
93 *Iudex an poſſit formare inquiſitionem contra ſocium criminis propter dictum ſocij criminis.*
94 *Iudex iniuſtè inquirens tenetur ad ſumptus litis. Et quid ſi ad ſyndici denunciationẽ malè inquirat, an faciat litem ſuã nu. ſeq. & 98.*
96 *Indicia releuant iudicem quantumcunque iniuſtè inquirentem.*
97 *Probatio ſemiplena an & quando releuet accuſatorem à calumnia.*
99 *Teſtes examinati extra iudicium per ſyndicum ſuper inquiſitione ipſum excuſant.*
100 *Iudex an poſſit reo ſtatuere inducias vt reſpondeat.*

§. Conſtante verò ipſi Iudici de maleficio commiſſo, non tamen poteſt ſecure,
nec debet ipſe Iudex procedere ad capturam alicuius aſſerti
rei, niſi primò contra eum quem vult capi facere præcedant
1 indicia, quoniam regulariter indicia † debent præcedere capturã, vt habetur in l. 1. in princ. ff. de quæſt. & in l. pen. vbi eſt
glo. no. C. eo. tit. & habetur per ſcribẽtes in clem. 1. de homi.
de quo latius dixi in d. l. 1. in prin. in 2. col. ff de quæſt. vbi etiã
poſui aliquos caſus in quibus deuenitur ad torturam ſine in
dicijs. de quibus etiam habetur per Aug. de Ari. in ſuis add.
ad tra. Ang. de Are. ſuper malefi. in verſ. fama publica. in 13.
char. in vlt. addi. Attamen regulariter nõ deuenitur ad captu-
2 ram niſi pręcedant indicia vt dixi, † immo etiam in crimine
læſæ maieſtatis non poteſt deueniri ad capturam nec tortu-
ram, niſi præcedant indicia ſecundum Bal. poſt gl. in l. ſi quis
alicui. C. ad leg. Iul. maie. Et ratio, quare indicia debent præce-
3 dere capturã poteſt eſſe, quia qui facit aliquem capi qui po-
ſtea apparet innocens, debet puniri ad ſimilitudinem ſuppli-
cij, ſecundum Bal. in l. 2. in fi. C. de his qui latr. occul. vbi dicit,
ꝙ ratio eſt, quia innocens non debet nec in ſumptibus nec
in aliquo vexari nec grauari, vt ibi per eum. in cauſa autem
4 ciuili qui † facit aliquem capi indebitè, tenetur actione iniu-
riarum, per quam etiam ſequitur damnum. l. pen. vbi per ſcri
bentes. C. qui bo. ce. poſ. & habetur in l. ſi creditor. in fi. de
priui. cred. & in l. ſi verò. §. 1. ff. qui ſatiſ. cog. & no. Bal. in l. fi. in
§. & ſi præfatam. C. de iure delib. & Ang. in l. nemo carcerem.
C. de exac. tri. lib. 10. quos refert & ſequitur Alex. in conſ. ſuo
5 17. incip. requiſitus in cauſa. in pen. col. in 6. volum. † Fateor
tamen ꝙ ſi vult iudex, poteſt in iſtis criminalibus incipere a
captura perſonæ, ſecundum Bald. in l. 2. C. de his qui latr. &
Ang. in l. item apud Labeonem. in §. quæſtionis. ff. de iniu. &
in Authen. vt iu. ſine quo. ſuf. in §. ſcientes. & ideo dixit Salyc.
in l. nullus. C. de exhi. re, ꝙ in malefi. iud. ſtatim poteſt capere
malefactorem pręhabita aliquali informatione. quod etiam
dixit Bal. in repert. ſuo, in verſ. iudex. in 2. col. in verſ. iudex in
criminalibus, &c. vbi alle. ad hoc glo. quam dicit no. ad hoc,
in l. ſed & ſi is. in verſ. nemo extrahi. ibi, ſecus in criminali, &c.
ff. de in ius voc. Sed poterat ad hoc alleg. tex. no. in c. ſi cleri-
cos. extra de ſent. excom. in 6. de quibus etiam dixi in l. 1. in
prin. in 1. colum. ff. de quæſt. & in ſing. meo 92. inci. iudex &c.
de quo ẽt vide per Alex. in conſ. ſuo 240. incip. perſpectis &c.
in 1. col. in fi. 6. uol. Et ſcias, ꝙ etiam in vno caſu licitum eſt
iudici etiam non præcedentibus aliquibus indicijs capere
reum inculpatum, & hoc quando talis aſſertus reus eſſet ſu-
ſpectus de arripiendo fugam, vt quia componeret ſarcinu-
las, vel ſe præpararet aliter ad fugam, & ſic quãdo periculum
6 eſſet in mora, quo caſu iudex eum licitè † capi faciet ſine me
tu pœnæ. argu. text. & quæ ibi habentur in l. ait prætor. in §. ſi
debitorem. ff. de his quæ in frau. cre. Pro quo faciunt dicta
per Bal. in c. 2. §. ſi quis verò. in 2. col. de pace iur. fir. & in c. dile-
7 ctus. in 3. col. de app. Nec eſt hoc inconueniens, † quia quan-
do res eſt tempore peritura, & periculum eſt in mora, cõce-
duntur à iure plura quæ aliàs nõ cõcederentur. Et ideo dixit
Bar. in l. Seius & Augerius. ff. ad leg. Falc. ꝙ ſententia eſt feren
da ad inſtantiam partis, aliàs non valet. dicit tamen ibi Bart. ꝙ
hoc fallit niſi iuriſdictio ſit tempore peritura, quia tunc iu-
dex poterit ferre ſententiam etiam ſine requiſitione partiũ,
quod dictum refert & ſequitur Barb. in c. conſuluit. in 3. col.
de offi. deleg. Et facit tex. in l. pro hærede. §. 1. ff. de acqui. hære.
vbi dicitur ꝙ licèt ſe immiſcens hæreditati & vendens res hæ
reditatis videatur velle adire hæreditatem. fallit tamen niſi
alienaret res hæreditarias tpe perituras. & illum text. dixit ad
hoc ſing. Io. de Ana. in c. fi. in 5. col. de accuſ. vbi etiam ſubdit,
ꝙ licet res litigioſa & ſequeſtrata non poſſit regulariter alie
nari, tamen fallit niſi talis res ſit tempore peritura, quia pote
rit tunc alienari. alleg. l. ſi oleum. & quod ibi voluit Barto. &
Bal. ff. de dolo. Pro quo etiam facit auth. ſi omnes. C. ſi ſe ab
8 hære. abſti. & l. Ariſto. ff. de iu. delib. Et facit etiam, † nam ma-
giſtratus temporales durante officio non poſſunt conueniri.
c. prohibentur. 2. q. 1. l. pars literarum. ff. de iudi. l. 2. ff. de in ius
voc. & facit c. aduerſus. § fi. iuncta glo. pen. de immu. ec. com-
pelluntur tamen præſtare cautionem de reſpondendo fini-
to officio, vt dicit tex. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. fi. ff. de
adult. & voluit gl. in d. c. prohibentur. attamen hoc fallit, niſi
actio ſit tempore peritura, quia tũc tales magiſtratus cogun-
tur ſuſcipere iudicium vſq; ad lit. conte. l. ſenatuſc. ff. de offic.
præſid. & ita tenet Salyc. in l. iubemus. C. ad l. Iul. repe. de quo
etiam per Bart. in l. nec magiſtratus. ff. de iud. & ibi per Ang.
& per Doct. in c. legebatur. de ma. & obe. & in §. ſi quis autẽ.
& in §. neceſſitatẽ. in Auth. ut iud. ſine quoquo ſuf. in Auth.
vt diffe. iud. in §. ſi tamen. Et adduci etiam poteſt, quod vo-
luit D. Ant. in c. fi. extra de iureiur. in 6. col. & Lud. Roma. in
l. ſi verò. in §. de viro. in 54. fal. ff. ſolu. matr. vbi dicunt ꝙ teſtes
9 † examinati in mortis articulo per Notarium etiam ſine cõ
miſſione iudicis propter anguſtiam temporis faciũt aliqua-
lem præſumptionem. Et facit glo. no. in c. paſtoralis. in ver-
bo, mortis. de offi. ord. quæ dixit ꝙ propter neceſſitatẽ quan-
do res eſt tempore peritura, vt quando quis eſt ſtatim mori-
10 turus, † quòd tunc laicus poteſt confiteri peccata ſua laico.
quod etiam voluit glo. in c. 2. in vlt. glo. de pœ. & remiſ. in 6.
& glo. in c. cũ inferior. in 1. glo. de ma. & obe. & glo. in c. vnũ.
in §. nomine autem criminis. 25. diſt. Et hoc etiã voluit text.
in c. quem pœnitet. de pœ. diſtin. 1. & tex. in c. qui vult. de pœ.
diſt. 6. Et facit etiam ad prædicta quod voluit Bal. in c. 1. in vlt.
verbis. in ti. qualiter debet iurare vaſal. vbi dixit ꝙ ſi ſunt duo
domini eiuſdem caſtri, & vnus ipſorum committat delictũ,
ꝙ alter non poterit eum punire de tali delicto, cum par in
parem non habeat imperium, vt in l. ille à quo. in §. tempe-
ſtiuum. ff. ad Treb. cum ſi. Hoc tamen fallit ſecundum eum
niſi periculum ſit in mora, quia tunc poterit eum punire. Et
facit l. diuus Pius. ff. de pet. hære. & c. licèt. extra de fer. & fa-
ciunt dicta per Bar. & Bal. in l. minorem. C. de tranſ. vbi dixe-
runt, quòd licèt ſententia debeat ferri de die & nõ de nocte,
per tex. in §. ſedebunt. in Auth. de iudi. & in c. conſuluit. de of.
deleg. cum ſi. Iſtud fallit, niſi iuriſdictio iudicis eſſet tempo-
re peritura, quia tunc poterit fieri de nocte. & idem tenet
Bal. in l. caſus. C. de teſt. & voluit Bar. Bal. & Ang. in l. more Ro
mano. ff. de fer. licèt aliter loquatur Ioan. de Imo. in d. c. con-
ſuluit. Item facit etiam, nam licet iudex non teneatur facere
copiam ſui de nocte, vt habetur in d. §. ſedebunt. iſtud tamen
habet locum vbi periculum eſſet in mora. Ita habetur in l. 1.
§. dies. coniuncta glo. ff. quando app. ſit. & facit quod voluit
Lud. Rom. in conſ. ſuo 454. incip. in re præſenti. circa 4. col. in
verſ. vlt. vbi dicit quòd quando periculum eſt in mora, poteſt
interponi ſm decretum etiam ꝯ non latitantem. & dicit ꝙ
iſta eſt ſing. determinatio Io. And. in c. conſultationibus. de
offi. deleg. quod ſm eum valde cõmendat Bal. in c. 1. in 8. col.
in tit. de mil. vaſ. qui contu. eſt. & facit no. verbũ Old. in conſ.
ſuo 65. inci. hic agitur. in 2. col. in verſ. præterea. vbi dixit ꝙ in
caſu in quo aliàs de iure requiritur citatio partis, quòd relaxa
tur ipſa citatio & valet actus quando periculum eſt in mora,
& facit etiam quod voluit Pet. de Anch. in conſ. 228. incip.
11 ex prædicta. in pen. col. vbi dixit ꝙ † contemni poteſt ſtatutũ,
lex, vel canon, ſi in eius obſeruantia mora affert periculum.
alleg. l. de pupillo. §. præterea generaliter. ff. de ope. no. nun. &
c. fi. de iud. & c. licèt. de fer. Et faciunt etiam optimè dicta per
Lud. Ro. in repe. l. ſi verò. in §. de viro. in 40. Fallen. ff. ſol. mat.
vbi adducit ferè oẽs tex. loquentes de periculo moræ. Et fa-
ciũt etiam dicta per Ang. de Are. Inſt. de leg. agna. tu. in prin.
in vlt. col. vbi dicit ꝙ antequam tutor poſſit adminiſtrare bo
na pupilli requiruntur quatuor, attamẽ dicit ipſe ꝙ ſi aliquę
res pupilli ſunt tpe perituræ, ꝙ poterit ipſe tutor adminiſtra-
re tales res, etiam non præcedentibus illis quatuor requiſitis.
Et dicit Io. de Imo. in clem. 1. in 8. col. de procu. quòd in cau-
ſis, in quibus procurator non poteſt præciſè compelli ad de-
fendendũ dominum, ꝙ tamen hoc fallit, quãdo res domini

eſſet tpe peritura,quia tunc poſſet præciſè compelli eũ de-
fendere.Et faciunt ẽt dicta per Fely.in c.cum acceſſiſſent.de
conſti.in 10.col.vbi ponit aliqua no.dicta circa hanc mate-
riam.& per Iaſ.in repe.l.admonendi.in 86.col.ff.de iureiurã·
& l.vinũ.in 3.col.in ver.primo probo &c.ff.ſi cer. pet.vbi plu
ra no.in hac materia adducit.& in l.1.§.ſed excipiuntur.ff.de
fer.Et faciunt quæ ego latiſſimè dixi in l.1.C.de exec.rei iud.
in prin.& in repe.mea l.fi.in 40.char.C.de prob. Redeundo
modo ad propoſitum quando non eſt periculum in mora
iudex cõiter anteq̃ faciat capere reum recipit primo indicia
ꝯ ipſum reum, nam damnum paſſus,ſeu accuſans dat iudici
teſtes,qui deponunt cum iuro illud quod ſciunt de ipſo fur
to,vel homicidio,vel alio delicto,& notarius maleficiorum
ſcribit dicta ipſorum teſtium non in libro authentico male-
ficiorum,ſed in quadã vacheta,ſeu baſtardello,quæ dicta ſeu
indicia ſunt multiplicis generis,nam aliqui teſtes deponunt
de ipſo maleficio immediato,aliqui vero deponunt de ali-
quibus circunſtantijs remotis ab ipſo maleficio,nam aliqui
dicunt,vidi eum vulnerare Titium,alius dicit,vidi eum aufu
gientẽ cum gladio euaginato,vel ſanguinolento,alius dicit,
audiui eũ ante illud vulnus illatũ dicere,intra paucos dies fa
ciã vnã meã vindictã,vel faciã aliquẽ malè contentũ,vel faciã
dici de me,vel breuiabo iter alicui, vel ſimilia. Vel ſi loqua-
mur in materia furti vnus teſtis dicit, vidi Titiũ furantẽ talẽ
veſtẽ,alius dicit,vidi Titiũ exeuntẽ talẽ domũ in qua fuit cõ
miſſum furtũ cum vno fardello ſub brachio, vel vidi ipſum
vendere in occulto vnã veſtẽ,vel vidi eum pignori tradere,
vel deponere talẽ veſtẽ apud talẽ,alius dicit,vidi talẽ ſcalã,vel
talẽ rẽ,vt puta inſtrũm ferreum aptum ad rumpendum, vel
per vim aperiendum apothecas,vel capſas repertum in loco
furti commiſſi in domo talis perſonæ.alius teſtis dicit,reperi
illa nocte qua fuit cõmiſſum furtum Titiũ propè illã apothe
cã,& ſimilia dicũt,& idẽ in alijs criminib.& delictis.Et poſtq̃
examinati ſũt tales teſtes & recepta ſunt talia indicia,tũc iu-
dex facit capere reũ inculpatũ de tali.delicto.Poſtea ꝯ eũ ſic
captũ format inqſitionẽ ipſius delicti ſm formã traditã ab
Ang.de Are.in tra.ſuo male. Et illa formata Iudex facit duce
re reũ corã ſe,& notarius ibi ad banchũ iuris legit in vulgari
dictã inquiſitionem reo,& illa ſibi lecta iudex interrogat reũ
an vera ſint cõtẽta in ipſa inquiſitione,& tũc aut reus cõfitet
aut negat.Et de vtroq; ſ.quãdo negat, vel cõfitet videbimus
latè infrà.Sed anteq̃ intrẽ talẽ materiã,aduertas diligẽter, ꝙ
licet iſtis moder.tporib.multi iudices minus docti & minus
practici ꝓcedãt ad formãdã inquiſitionẽ,vt s̃. dictum eſt, ta-
men non põt de iure ſic procedi, nec põt inquiſitio tali mõ
formari,alijs nõ præcedentib.vel concurrentib. Et iõ teneas
mẽti ne erres,ꝙ plura ſunt q̃ debent præcedere inquiſitionẽ
q̃ ſi nõ præcedunt,reddũt ipſam inquiſitionẽ & proceſſum
12 nullum & inualidum.† Et primò fama,ſeu infamia ipſius rei
debet pręcedere inquiſitionẽ,aliàs inquiſitio non procedit.
tex.eſt in c.qualiter & quãdo.il 2.de acc. & hr̃ in c.inqſitiõis.
eo.tit.& in c.1.& 2.eo.ti.li.6.& in c.licet Hely.de ſimo.& in c.
Deus oĩpotens.2.q.1.in prin.& voluit Sp.in ti.de inquiſi.in §.
1.in prin.& Bar.in l.cõgruit.ff.de of.præſi.& Bal.in ti.de pa.cõ
ſtan.in §.damna.circa fi.& Ale.in cõſi.120.inci.viſo proceſſu.
in prin.in 7.vol.& Sal.in l.ꝙ promulgaſtis.C.de of.præf.vrb.ꝑ
illũ tex.& Raph.Cu.in cõſ.ſuo 140.incip.quò ad primum. in
prin.vbi no.loquitur.Et in tm̃ eſt verũ hoc,ꝙ inquiſitio non
procedit ꝯ non diffamatũ, ꝙ licet teſtes producti ſuper tali
inquiſitione probent crimen contentum in ipſa inquiſitio
ne,de quo inquiſitus non erat diffamatus,tamen tales teſtes
illi inquiſito non præiudicant,nec ex eorum dicto cõdẽna-
bitur.ita no.dixit Spe.in ti.de inquiſi.in §.nunc videndũ.in 3.
col.in prin.quem refert & ſequitur Bal.ibi,in add.in vl.ver.de
quo eſt tex.clarus & apertus quẽ ipſi non allegant in c.inqui
ſitionis.in §.tertiæ dubitationis. de accu. Pro quibus faciunt
optimè dicta ꝑ Bal.in c.1.de oſſi.or.per illum tex.vbi dixit, ꝙ
ſi ſtatutũ dicit,ꝙ ptãs in criminalib.libere poſſit inquirere,ꝙ
tamẽ per hoc non poterit inquirere non præcedente infa-
mia.& idẽ dixit Io.An.in c.cũ oporteat.poſt prin.de accu.Et
illud dictum Bal.in d.c.1.de of.ord.refert & approbat Iaſ.in l.
milites.C.de teſt mil.vbi ẽt ſubdit,ꝙ licet Papa mandet inq-
ri in genere ꝯ delinquentes,tamen hoc mandatum Papæ de
bet intelligi & limitari fama præcedente & non aliter.Et fa-
13 cit etiam ad prædicta, nam non valet † ſtatutum ſuperioris,
ꝙ poſſit inquiri de aliquo delicto cõtra non diffamatum.ita
no.dixit Card.in clem.1.in vlt.col.in ver.nono quæro. de of.
or.Pro quibus faciũt optime,nam licet reus inquiſitus con-
feſſus fuerit ſponte,vel in tormentis aliqua crimina de qbus
præcedebant indicia contra eum,tamen non poterit vigo-
14 re confeſſionis ſuæ interrogari † de alijs delictis, de quibus
non extant indicia aliqua contra eum.ita dixit Ang.de Are.

in trac.malefi.in verbo,fama publica.in vlti.ver.& Alex.in cõ
ſil.175.inci.viſo themate.in 2.col.& D.Barth.Cœp. in conſil.
40.inci.Lucius.in 11.col.& Gand.in trac.ſuo malefi. ſub rub.
de quæſtionibus & tor. in 4.col.in verſi.ſed quid ſi perſona,
&c.& in ver.ibi ſeq.inci.ſed quid de quæſtione quæ tota die
occurrit de facto &c.licet ibi dicat ꝙ de conſuetudine Italia
ſeruat contrarium,tamen hanc conſuetudinem bonis iuri-
bus & rõnib.reprobat D.Aug.Ari.in add.ſuis ad An.de Are.
in trac.malefi.in verbo,fama publica.in d.vlt.verſi.vbi multũ
not.loquitur.Sed vltra D.Aug.in dicto loco facit; nam licet
15 nedum Gandi.ſed etiam gloſſa,quæ eſt maioris autoritatis,
dicat aliquid de conſuetudine ſeruari,tamen illa conſuetu-
do probari non debet,ſi eſt contra ius cõe.ita dixit Bal. in l.
ſi is qui.§.1.in lect.antiqua.ff.de pig.& Bal.in l. conſentaneũ,
in 5.opp.C.qũo & quando iud.Pro quo faciunt dicta per Io.
Imo.in l.1.in §.nunciatio.ff.de ope.no.nun.Et dixit D. Ale.in
l.poſt dotem.ff.ſol.mat.ſe putare,ꝙ ſi plures & plures docti
affirmarent in lecturis ſuis ita de conſuetudine ſeruari,quod
eis non creditur,quia non reperitur iure cautum ꝙ eorum
voce mortua cõſuetudo probetur quæ eſt facti,vt in l.2.C.q̃
ſit lon.conſue.quę omnia ponit Soc.in ſuo conſi.97.inc. prę
ſens conſultatio &c.in antep.col.in 3.vol.Sed vltra Soc.dicas
tu,ꝙ idẽ tenuit Pau.de Caſt.referens Ray.in l.Titia. ff. de ſol.
& D.Frã.de Are.in conſ.ſuo 133.inc.in cã quæ vertitur inter
hoĩes & cõe.in 2.col.& ẽt in 3.ibi ſeq.& idẽ firmat Iaſ. qui la-
te loquitur circa hoc in l.de quibus.in pe.col.ff.de legi.vbi re
fert aliquos tenere ꝯrium,quos tamen reprobat affirmãdo
dictam opi.de quo vide ẽt Iaſ.in l.fructus.in antep.col.in ver.
adde ꝙ cum iſta.ff.ſol.mat.& in repe.l.admonendi.in 54.col.
poſt me.ff.de iureiu.& per D.Bar.Cœp.in conſ.ſuo 40.incip.
Lucius.in 4.col.& Soc.in conſi.67.inci.viſis inueſtituris. in 9.
col.& D.Par.de Pu.in trac.ſynd.in 39.char.in 2.col.poſt prin.
& D.Roc.de Curte,in c.fi.in 69.col.extrà de conſu.& D.Phil.
Dec.in conſi.165.inci.viſo tenore.in vlt.col.ver.non ob.vlti-
mo.& in conſ.142.in prin.& ibi in 2.col.in fi.& in conſi.285
incip.& pro tenui &c.in fi.Et ſcias ꝙ licet in inquiſitione di-
catur,fama publica præcedente,ꝙ per talia verba non pro-
batur fama,nec talia verba ſufficiunt ad eſſentiam famę, niſi
aliter probetur ipſa fama.ita dixit Rapha. Fulg. in conſi. ſuo
16 107.incip.ſuper eo.in 2.col.& in conſi.136.incip.in cã crimi
nali.in vlt.col.& Io.de Ana.in conſi.59.inc.viſa inquiſitione.
& D.Phil.Dec.in conſi. [illegible]o.inci. viſo themate. in 2. col.& in
conſi.189.inc.lętatus ſum.in vlt.col.Pro quo optime faciunt
quæ ego dixi in l.1.§.ſi quis dicatur.in 2.col.ff.de quæſtio. Itẽ
17 ſcias ẽt,ꝙ † inquiſitio corruit ſi probetur de bona fama in-
quiſiti.ita no.dixit Raph.Cu.in cõſi.ſuo 185.inc.ad primum.
in 2.co.de quo latius dicam infra in materia iudiciorum.Sed
18 an poſſit reus interrogari† de ſocijs,de quib.aliqua non ſunt
indicia.vide Do.Flo.in l.ait lex §.idem Iulianus.il 2.ff ad leg.
Aqu.& vide quæ dixi in 1.repe.in 8.col.ff.de q.& in l.vnius. in
§.cogniturum.in 14.col.eo.tit.& vide Ang.de Are.in tra.ma
lefi.in verbo,Sempronium mandatorẽ.in 2.col.in ver.& be-
ne no. & in verbo fama publica.in 14.char.in ver.quæro ali-
quis.vbi dixit,quod confeſſus delictum poteſt poni in carce-
rem,ſolummodò propter hoc, vt manifeſtet conſocios &
mandantem.& vide D.Lu.Bo.in conſi.ſuo 8.in 4.col.in prin.
& D.Phil.Dec.in conſi.189.inc.Lętatus ſum.in 6.col. & Bal.
in Marg.ſua.in verbo,confeſſio.in 2.ver.& vide Ia.de Bel. in
ſua practica iudiciali cauſarum criminalium.ſub rub.de quę
ſtio.& quali.tor.in 11.colu. vbi ponit plures caſus in quibus
reus de ſe confeſſus poteſt interrogari de conſocijs.Supradi
ctam tamen concluſionem, quod fama ſeu infamia debet
præcedere inquiſitionem,reſtringe,ſecundum Ang.de Are.
in tracta.male.in verbo,fama publica.in 2.verſic.inc. & tene
menti,quod ſi tempore &c.vbi dicit quod ſi contra Titium
non laborat diffamatiõ,tamen ſunt indicia contra eum, li-
cet communiter reputetur bonus,tunc credit, quod ſi ſunt
19 indicia contra eum,quod poteſt inquiri,† quia indicia ſunt
loco diffamationis,& dicit quod ita declaratur d. c. qualiter
& quando,extra de accuſ.Et hanc opi.ſequitur Do.Aug. de
Ari.in ſuis addi.dicens,quod fortiora ſunt indicia ſuper veri
tate quàm diffamatio,quia per indicia deuenitur ad torturã
vt habetur in l.1.in §.2.& 3.ff.de quæſt.& in l.fi.eod.tit. quod
eſt fortius.ergo per indicia potuit fieri quod minus eſt,ſ. in-
quiſitio.Præterea dici non poſſunt eſſe indicia ſuper verita-
te quin in ipſis nõ contineatur diffamatio ipſius rei quando
indicia ſunt propinqua & non remota,vt declarat Bar.in d.l.
fi.ff.de quæſt.ita reſidet Dom.Aug.vbi ſupra. Mihi autem vi-
detur quod iſta limitatio & reſtrictio ſit vera, ſi præcedant
indicia propinqua de ipſo maleficio, quia ex talibus indi-
cijs propinquis non poteſt dici, quod non conſtet de in-
famia ipſius rei, vt de ſe ſatis patet. ſecus autem dicerem

vbi

vbi præcederent indicia mediata & remota ab ipſo malefi-
cio,quia ex talibus indicijs remotis & mediatis non poteſt
rectè dici quod oriatur infamia rei de maleficio, ſed potius
quædam ſuſpitio.Et ſimiliter dico,idem eſſe vbi ſolum adeſ
ſet vnus teſtis,qui deponeret de maleficio propinquo, nam
iſto caſu nõ poſſet dici,quod tale indiciũ eſſet loco diffama-
tionis,cum ipſa infamia,ſeu diffamatio non poſſit probari
niſi per duos teſtes ad minus iuxta regulã, quod in ore duo-
rum,vel trium ſtet omne verbum.c.in omni negocio. extra
de teſtibus.l.vbi numerus.ff.eo.Et ideo cum indicia ſubrogẽ
tur loco diffamationis, debent ſapere eius naturam & pro
bari per duos teſtes.ar.l.ſi eum.§.qui iniuriarũ. ff. ſi quis cau.
& l.ſi donante.§.ſi ſponſus.ff.de dona.inter vir.& vxorem.&
l.filiæ.§.Titiæ.ff.de condi.& demonſtr. cum ſi. Item dictam
concluſionem ꝙ infamia debet præcedere inquiſitionem.
dicas eſſe veram regulariter,ſed tamen fallit in aliquibus caſi
20 bus in quibus poteſt iudex † procedere ad inquirendum nõ
præcedente infamia,vel diffamatione.quos caſus ponit An-
ge.in repeti.l.ſi vacantia.in 19.col.ver.quartò quæritur &c.C.
de bon.va.lib.10.& eos refert & ſequitur Ang.de Are.in tra.
malefi.in verbo,hæc eſt quędam inquiſitio.in verſic.quarto
principaliter quæro &c.Et inter alios caſus vnus eſt,quando
inquiſitio fit parte præſente & non opponente de præcedẽ-
te infamia,nam tunc valet & tenet inquiſitio non præceden
te infamia.alle.ad hoc quæ habentur in c.2.de accuſ. in 6. A-
lius eſt caſus,ſecũdũ Ang.in d.l.ſi vacantia.in 19.col.videlicet
quando inquiſitio formatur contra confeſſum crimen ſpõ-
tè,quia hoc caſu valet inquiſitio infamia non præcedente al
leg.no.in c.1.de accuſa.in 6.quod dicit An.eſſe multum no.
Item fallit etiam,ſecundum eum, in inquiſitione generali
quæ fit ad inueſtigandum facinoroſos homines,de qua ha-
betur in l.congruit.ff.de offic.præſid.& in capit.1.de offic.or.
& in c.irrefragabili.eo.tit.& 10.q.1.in c.placuit.& in c. excõ-
municamus.de hæret.& dicit quod hoc etiam voluit Hoſt.
in ſum.de accu.& in d.c.qualiter & quando. Et per iſta dicit
Ang.vbi ſuprà patet quod ſyndicatores Poteſtatis,vel capita
nei & eorum officialium poſſunt cõtra eos inquirere de de-
delictis per eos commiſſis in eorum officijs non præceden-
te fama,vel infamia publica nec clamoroſa inſinuatione. &
dicit ipſe Angel.quod ita ſeruatur de conſuetudine. Alium
etiam dicit eſſe caſum, videlicet vbi inquiſitio fit ad publicã
vtilitatem in cauſa mere ciuili &pecuniaria.alleg.quæ haben
tur in d.l.ſi vacantia.& C.de bon.proſcript.l.ſi quis intra.

Alium etiam dicit eſſe caſum, an valeat inquiſitio non
præcedente infamia,videlicet vbi per inquiſitionem proce-
ditur ad denunciationem publici officialis, vt habetur in le-
ge,ea quidem.C.de accuſa.& in c.1.de offi.ordina. & in c. 1.
in §.fina.de offic. cuſt. & dicit, quod ita tenet Hoſtien.in di-
cto cap.qualiter & quando.

Item dicit quod alius eſt caſus,videlicet,vbi iudex inquirit
ex mero & puro officio ſuo,& non ad poſtulationem alte-
rius,vt habetur ſecundum eum in c.1.de offic. ordi. Et ideo
ſubdit ipſe An.quod cauti debent eſſe rectores terrarum, vt
cum formant inquiſitionem contra aliquem, ſemper dicãt
hæc eſt quædam inquiſitio quam facit talis contra talem ex
mero ſuo officio, qa tũc nõ tenet̃ dare copiã diffamationis.

Item dicit etiam Ange.in d.l.ſi vacantia.in 9.colum.quod
fallit etiam in alio caſu,videlicet vbi iudex inquirit ex neceſſi
tate ſui officij, vel vbi vertitur periculum animarum, vt not.
in c.ad noſtram.il 2. de iureiurando. & in capitu.non eſt. de
ſponſ.& in c.cum nobis.§.pe.de elec.& dicit ꝙ ita tenet Ho
ſtien.in d.c.qualiter & quando.Et dicit poſtea Ang.quod ex
prædictis patet generaliter doctrina, an & quando format̃
ſpecialis inquiſitio ſit neceſſe ꝙ diffamatio p̃cedat.&dicit,ꝙ
vbicũq; inquiſitio format̃ ad poſtulationẽ alterius & nõ ex
neceſſitate officij,neque ad denũciationẽ alicuius officialis
& in eo quo nõ vertit̃ ꝑiculũ aĩæ,tũc ſemꝑ eſt neceſſe ꝙ prę
cedat diffamatio,ſed in alijs caſib.ſuperius adductis nõ requi
rit̃ p̃cedẽtia diffamationis.ita finaliter reſidet & cõcludit An.
in d.l.ſi vacãtia.in 19.co.C.de bo.va.li.x.Ego ãt circa hos caſus
adductos ꝑ An.dico ꝙ alius ẽ ẽt caſus,quẽ ipſe nõ ponit. in
quo valet inqſitio infamia nõ p̃cedẽte,q caſus ẽ,quãdo inqſi
21 ſitio emanat de cõſciẽtia principis,qa tũc valet ẽt infamia nõ
p̃cedẽte.ita dixit Bal.in l.nullus.C.ad leg.Iul.maie.vbi ad hoc
alle.Inn.in c.cũ oporteat.de accu. Et idẽ dixit gl.no.in c.2.de
acc.in 6.q̃ ſimiliter ad hoc alle.Inn.in d.c.cũ oporteat. & idẽ
Ang.de Are.in trac.malefi.in verbo,fama publica.in 3.ver.in
ci.aduertendũ aũt eſt &c.vbi alle.Bal.in d.l.nullus.& Inn.in d.
c.cũ oporteat.Et ſubdit Ang.vbi ſ̃.ꝙ debet notare iudex ex
iſtis,vt quando crimẽ eſt atrox & nõ hẽt ita vrgẽtia indicia,
ꝙ tunc iudex faciat inquiſitionẽ de conſcientia regentis ci-
22 uitatem & faciat hoc apparere in actis, quia † regens ciui-
tatem habetur loco principis,ſecundum gl.& Cyn.in l. fi. C.
de præſcri. lon. temp. & Bar. in l.hoſtes.ff.de cap.& hoc mo-
do dicit An.quod non poterit dicta inquiſitio annullari ex
hoc quod fama & indicia non laborent contra inquiſitũ.Ita
reſidet Ang.in d.ver.aduertendum tamen eſt. Pro quibus fa
ciunt dicta per eum in d.trac. in ver. *che hai tradita la toa pa-
tria*.in 2.ver.incip.quæro aliquis &c.Item ꝙ valeat inquiſitio
non præcedente diffamatione quando fit ex conſcientia
principis,firmauit D.Bar.Cępo.in conſi.ſuo 17.incip. viſa. in
vlt.col.de quo ego dixi ſatis latè in ſing.meo 14.inci.ad hoc
vt inquiſitio &c.ad quod vide etiam aliqua per Alex.in con-
ſil.34.inci.viſis &c.in 1.col.in 6.vol. Sed hanc tamẽ cõcluſio-
nẽ limita & intelligas procedere quando inquiſitio forma-
tur de mandato, ſeu ex conſcientia principis ex motu pro-
prio ipſius principis,nã tunc non requiritur nec diffamatio
nec alia,ſed ſecus ſi ad poſtulationẽ alterius princeps hoc mã
dat,quia tunc debet præcedere diffamatio.ita dixit gl.ſing.in
d.c.2. extrà de accuſ.lib.6.quæ à ſcribentib. cõiter approbat̃.
Itẽ intelligas ẽt p̃dictã concluſionem eſſe verã & procedere
quando princeps affirmat ad ſuam notitiã perueniſſe ꝙ talis
deliquit.& ita loquitur Inn.in d.c.cum oporteat.vbi ẽt dicit
Io.An.ꝙ hoc caſu requiritur ꝙ princeps hoc aſſertiuè dicat
ſibi conſtare,aliàs non vr̃ ſibi ꝑmittere ꝙ nõ debeant primò
recipi teſtes ſuper infamia.ita no.dixit D.Alc.in cõſi.ſuo 169
inci.in cã Angelorũ.in pe.col.in 2.vol.quod eſt verè ſing.no.
cum ſæpe contingat in facto,& nunc eſt in facto in hac ciui-
tate Bononiæ mihi patria.Et idem dixit D.Phil.Dec.in conſ.
175.inci.in cauſa falſitatis.&c.in 2.col.in fi.& in conſi.170.in-
cip.viſo thema.in 2.col.ver.nec obſt.&c.& in conſi.189.inci.
Lętatus ſum &c.in vlt.col.ver.non obſtat.& d.Fel.in c.1.in 5.
col.de reſcrip.& D.Phil.Dec.in conſi.256.inci.in cauſa inqui
ſitionis,in vlt.col.ad fi.Et vide etiam alias limitationes ad do
ctrinam Inno.in d.c.cum oporteat.& ſequa.quas ponit Spe.
in tit.de inquiſi.in §.nunc tractemus.verſ.hoc autem not. &
ibi Io.And.in add.& vide latius per Dominicum poſt Ioan.
And.in d.c.2.de accuſ.in 6.& per Doc. in c. cum oporteat. &
quæ ego dixi in ſing.meo 14. incip.ad hoc vt inquiſitio &c.
Modo redeundo ad caſus enumeratos per Ang.in d.l. ſi va-
cantia.C.de bo.vac.lib.10.in 19.col. inquantum ipſe dicit in-
ter alia ꝙ quãdo iudex inquirit ex officio valet inquiſitio nõ
præcedente infamia.& alle.c.1.de offi.or. ego dico quod in
hoc Ang non recte loquitur iudicio meo,quoniam contra
hoc dictum faciunt plura dicta & plura iura & rões.Et pri-
mò facit illud,ꝙ ſ̃.dixi de infamia, q̃ dẽt p̃cedere inquiſitio-
nẽ,q̃ ẽt Papa,vel Imperator cũ eius mãdato nõ poteſt tolle-
re,vt volunt Doc.quos ſ̃.adduxi ad hoc,quos non repeto cã
breuitatis.Itẽ dico ꝙ licet An.pro illo dicto alleget.c.1.de of
fic.or.ꝙ hoc ibi nõ probat̃,vt patet ex verbis illius tex.imò gl.
& Doc.ibi oẽs,& maximè D.Ant. poſt Bal.innuunt contra-
rium.Cum ergo iſtud dictũ lege nõ probetur, ergo viribus
23 non ſubſiſtit,† erubeſcimus enim cum ſine lege loquimur.
l.illam.C.de colla.in §.cõſideremus.in Auth.de trien.& ſemi.
& facit tex.in §.cum igitur.aliàs inc.optimum.in Auth.de nõ
eligen.ſecundo nub.in verſi.nec quælibet eſt lex tale quid di
cens.ex quo tex.probatur ꝙ illud ꝙ nõ eſt lege cautũ,non in
ducit diſpoſitionẽ.de quo tex aliqua dicit Bal. in auth. ex te-
ſtõ.in vlt.col.C.de ſec.nup.ad quæ facit ẽt l. præuaricationis.
§.fi.ff.de præuari.& facit l.ſeruum quis.ver.non dixit prætor.
ff.de acq.hære.de quo ẽt per Alexan.in conſi.396.incip.circa
hanc dubitationem.in 5.col.& facit l.liberto. in §. largius. ff.
de annu.lega.c.inter corporalia.ante fi.de tranſ.epiſ.& faciũt
dicta per D.Phil.Dec.in conſi.55.in 6.col.in prin.& in conſi.
70.in fi.1.col.& per Iaſ.in l.vinum.in 5.col.ff.ſi cer.pet.& in l.
illã.in 3.col.C.de colla.Cum ergo ille tex.alleg.per Ang. hoc
non dicat,ergo dictũ ſuũ nõ procedit.d.l.ſeruũ quis.& l.ſi qs
ſic ſtipuletur Stichũ aut Pamphilũ.in ver.reſpiciendus eſt ſer
mo ſtipuationis.ff.de ver.ob.& l.fideiuſſores magiſtratũ.§.ꝑ
Aurelio,in ver.lecta ſubſcriptione.ff.de fideiuſ.& l.ad proba
tionem.in ver.quẽ tenor deſignat.C.de prob.Et faciunt alia
plura adducta per Barb.in d.conſi.inc.circa hanc dubitatio-
nem.in 6.col.quod conſ.eſt inſertum inter conſ.Alex. in nu.
396.ſecundum ordinẽ meũ.& eſt conſ.52. in 4.vol.Nec ob.
prædictis ſi An. vel aliquis alius diceret,ꝙ imo ille tex.d.c. 1.
de offi.or.probat dictum An.videlicet quod quando iudex
procedit ex officio ſuo,valet inquiſitio infamia nõ præcedẽ-
te.& hoc probat ille tex.propter verbũ. liberã ꝑtãtem in eo
poſitã.Quoniã reſpõdeo hoc nõ eſſe verũ,eo qa gl.ibi tenet
ꝯrium.ſ.ꝙ præcedere debeat diffamatio.& dicit Bal.ꝙ ſi ſta-
tutũ dicit ꝙ Ptãs in criminalibus liberè poſſit inquirere, ꝙ
tamen propter hoc non poterit inquirere infamia non prę
cedente.quod dictum refert & ſequitur Iaſ.in l. mulieres. C.
de teſtam.mili.& dixi etiam ſupra.Item dico quod illud ver-

24 bum,† liberam poteſtatem,non tollit ſolennitates iuris, ſecundum Dom.Ant.in dicto cap.1.de offi.ord.vbi dicit,quod in conceſſione liberę poteſtatis nō videtur dari ptās ad aliqd faciendum contra iura,ſed videtur reſtricta ad limites iuris. & idem dicit Ioannes de Imola ibidem.Et idem firmat ibi Petrus de Ancha.dicens,quod is cui conceditur libera poteſtas,tenetur obſeruare conſtitutiones & iura. & idem dicit ſi concedatur liberum arbitrium,de quo ſe remittit poſtea ad ea quæ habentur in Clementina,paſtoralis.de re iudicata. & in cap quanto.& in cap.veniens.de iureiuran.ad quæ facit optimè quod nota. in capitu. irrefragabili, de offic.ordi.vbi habetur quod ſi datur alicui libera poteſtas procedendi, quod tamen per hoc non videtur data poteſtas excludendi formam iuris.& ibi Do.Ant.colligit per illum tex.quod ſi data eſt poteſtas delegato cum clauſula,quod liberè poſſit procedere & cauſam terminare,quod propter hoc non videtur data poteſtas procedendi iuris ordine non ſeruato. Et facit etiam,nam licet iudex habeat liberum arbitrium in criminalibus,tamen non poterit aliquem ponere ad torturam non præcedētibus indicijs,aliàs tenetur in ſyndicatu.ita dixit Pau. de Caſt.in c.grauis.de depo.& Alex.in l.filiusfam. in 5. apoſt. ff.de dona. De quo ego latius dixi in l.pen. in 5. colum. ff. de quæſtio.Et faciunt dicta per Bal.in l.ſi quando.in princ.C. de inoffi.teſtam.vbi tex.dicit quod conceſſio teſtandi liberè facta à principe intelligitur legitimè & iuris ſolemnitate ſeruata.Ex quo ſubdit ibi Bal.quod ſi vſurarius impetrat à Papa,vt poſſit teſtari, quod tamen non poterit teſtari,niſi præſtita ſatiſdatione,de qua in c.quanquam.de vſu.in 6.Item dicit , ꝙ licet Princeps concedat alicui,quod poſſit liberè teſtari, tamen non poterit filium præterire,vel exhæredare ſine cauſa legitima.Item dicit poſtea Bal.in d.l.ſi quando. quod ſi Papa concedit mo nacho, quod poſſit teſtari de bonis paternis,ꝙ iſta conceſſio intelligitur ſecundum iuscan.Item dicit,quod ſi Imperator concedat alicui, quod poſſit inſtituere filium ſuum ſpurium , intelligitur tamen ſeruata teſtamentorum ſolemnitate.Et faciunt etiam dicta per Bald.in c. 1. in 1.col. de reſcr.vbi dicit,quod ſi Papa cōcedit per reſcriptū alicui,ꝙ poſſit liberè appellare,non tamen poterit in cauſa momentaneæ poſſeſſionis appellare, nec etiam ſi eſſet verus contumax,nec contra propriam confeſſionem ſcienter & ſponte factam,nec ab interlocutoria ſine expreſſione cauſæ,nec in alijs ſimilibus caſibus in quibus eſt prohibita appellatio.& alleg.ibi Bal.rationem dicens,ꝙ ratio eſt, quia non vult Prin-
25 ceps vnico verbo totam machinam iuris ſubuertere.alle.d.l. ſi quando.C.de inof.teſt.&facit optimè gl.in auth.omnes peregrini.in ver.libera.C.com.vbi tex. dicit,ꝙ peregrini habēt facultatē liberā teſtandi.& gl.ibi dicit, dummodo teſtentur ſecundum ius commune.Et facit gl.in l.1.C.de ſacroſan.ecc. vbi tex.dicit,habeat vnuſquiſque licentiam teſtandi, & liber ſit ſtylus.tamen gl.ibi dicit,ſeruata iuris ſolēnitate. Et facit ēt dictum Bal.in l.1.C.ſi propter pu.penſi.vbi dicit,quod data libera poteſtate iudici procedendi in aliqua cauſa, vel contra aliquem, intelligitur tamen iuris ordine ſeruato. Et idem ſi datum eſt alicui liberum arbitrium,per id quod dixit Bal. in in c.1.in §. iudices.in 3.col.de pa.iu.fir.vbi dixit D.Catal.in tracta.ſuo ſyndi.in verſi.112.inci.adde ꝙ vbi iudex &c. ꝙ vbi ex forma ſtatuti,vel reſcripti iudex habet pleniſſimampoteſtatē procedendi & condemnandi prout ſibi placuerit,vel voluerit,nulla ſeruata diſpoſitione legis,vel ſtatuti,quod tamē nō poterit tollere ius quæſitum parti ex iure gentium,vel ciuili, vel etiam ex forma alicuius ſtatuti.vnde ſi reus preſcribit nō poterit ſibi tollere ius ex præſcriptione quæſitum. Item ſi reus eſt tutus exceptione Velleiani,vel Macedoniani,non poteſt tamen eum condemnare.& ſubdit ibi D.Catal.quod illa poteſtas data vt ſupra,operatur ſolum in ſolēnitate proceſſus & in ſolemnitate ſententiæ,& in his,quæ penderent principaliter ex facto iudicis,vt eſſet dare multas dilationes & ſupplere ex officio etiam parte non petente.& dicit quod hanc doctrinam ſentit Bar.in extraua.ad repri.in verbo, videbitur expedire.Et faciunt optimè dicta per Alex.in conſi.65.incip. habita ſuper contentis,in 2.col.in 1.vol.vbi dicit , quod prætextu alicuius liberi & abſoluti arbitrij non poteſt iudex de-
26 negare † defenſiones reo.alle.plura, de quibus ibi per eum. & idem dicit Petr.de Anch.in conſi. ſuo 166. incip. viſis diligenter omnib.in princ. Et pro prædictis faciunt etiam dicta per Alber.de Ro[illegible]n 3.parte ſtatu.q.32.inci.item quæro,quia ſæpe &c.vbi circa fi.dicit alleg.Guid.de Suza.quod ſi Poteſtati ſit datum arbitrium,abſolutus ſit ab obſeruātia ſtatutorū, ꝙ intelligitur de leuibus,non aūt de ſubſtantialibus.ad ꝙ alleg.plura iura de quibus per eum & dicit idem Albe.in 37.q. in op.in Prās habens,&c.quod Poteſtas habēs largū & gene-
27 rale arbitrium in maleficijs,ꝙ tamen † non poterit aliquem torquere non præcedentibus indicijs,nec etiam poterit excedere modum in torquendo.alleg. aliqua iura. Pro quibus omnibus faciunt etiam dicta per Lud.Roma.in conſi. 322. inci.in caſu propoſitæ &c.& per Bal.in l.dotalem. in fin.ff.de teſt.mil.& in cap.1.in 8.col.de mil.va.qui contumax eſt.Et ſic per iſta videtur mihi,ꝙ non procedat dictum Ange.in d.l.ſi uacantia.in 19.col.inquantū dicit,ꝙ quando iudex procedit ex eius mero officio,ꝙ pōt formare inquiſitionem nō præcedente infamia,quia dico hoc non eſſe verum,ēt ꝙ fortius eſt,ſi ipſe iudex haberet liberam ptātem & liberum arbitriū in maleficijs.per iura & doctri. ſuperius allegata.

Fateor tamen ꝙ aliqua ſunt iura & doctrinæ in quibus dicitur,ꝙ habens liberā ptātem non tenetur ſeruare ſolēnitates iuris,ſed illis iuribus & doctrinis reſpondet Barb. in d.c. 1. poſt prin.de offi.ord.vbi tenet hanc partem.quā etiam tenet Aug.de Ari.in ſuis add.ad trac.Ang.de Aret.ſup male.in verbo,hæc eſt quædam inquiſitio.in 5.add.incip.tu autē in hac materia adde ꝙ inquātū primò ſ. &c. ubi dicit ꝙ hanc partē contra Ang.tenuit Gand.in trac.maleſi.ſub rubr. quomodo cognoſcatur de maleficijs per inqſitionē.in ver.ſi aūt iudex accedat.& idem,ſecundum eum, tenet Hoſ.in ſum.de inquiſitione.in §.& qualiter.in uerſ.ꝙ ſi alias contra ſingularē perſonam inquiſitio fiat &c.de quo latius per D.Ang. ubi ſup. Et in dicta materia liberæ ptātis datæ alicui,uide etiā D.Ant. in c.cum dilectus.in 4.col.de conſue.& uide Ang.de Aret.in trac.male.in uerbo, *mettitore de mal dadi*.in 3.char.in uer.quæro,quæ ſit pœna &c.in fi.Et circa prædictā materiam liberæ ptātis datæ iudici,nolo omittere aliqua ſatis nota. Et iō ſcias,
28 † ꝙ ſi data eſt libera iudicij in maleficijs,intelligitur eſſe data in his,in quibus nō reperitur pœna expreſſā,non aūt in illis,in quibus reperitur pœna expreſſa.ita dixit Pau.de Caſt.in l.certo generi in §.ſi totus.in fin.uerbis. ff.de ſer. ru.præd.alle.l.ille aut ille.in §.cum in uerbis.ff.de leg.3.pro quo ēt facit in ar.l. continuus.in §.cum ita.ff.de uer.obl.& idē tenet Bal.in c.1.in 7.col.de mili.ua.qui contu.eſt.& Pau.de Caſ.in cōſ.119. inci. notandū eſt.in 2.col.& Corſe.in no.ſuo, in uer.ſtatutum. in not.incip.ſtatuto cauetur ꝙ pro homicidio &c.& d.Georg. Natta in Cle. ſępe. in §.non ſic tamē.in 25.col.de uerb.ſig.& Soc.in conſ.120.incip.cum in præſenti &c.in 9.col.de quo ēt dixi in repe.mea rub.C.de prob.in 1.col.in uer.& pro hoc dicto.circa fi.C.de prob.& Lud.Ro.in conſi. 322.incip.in caſu.
29 † Scias ēt,ꝙ iudex habens liberū arbitriū in procedendo, nō tenetur ſeruare inſtantia,ſecundum Bar.in l.fi.in prin.per illum text.ff.loca & Bal.in l.1.C.de iure delib.& in l.obſeruare §.proficiſci.in 11.q.ff.de offi.proconſul.& Bal.& Ange.in l.1. ff.de teſta.mili.& Ange.in l.milites.in lect.Floren.& ibi Fulg. C.de teſta.mili.Pet.de Ancha. in c.canonum ſtatuta.de conſtit.in uer.ad prædicta facit quæſtio ſtatuti,&c.& Pau. de Ca. in l.qui Romæ.in l.Callimachus.ff.de uer.obl. & in l.filiusfa. ff.de dona.& D.Alex.qui refert prædictos Doct.in conſi.ſuo 50.incip.uiſis actis &c.in 3.col.in 2.uol.Et in dicta materia liberi arbitrij dati iudici,uide Iaſ.in §.in bonæfidei.in 6.col.Inſtitu.de actio.& Alex.in conſi.264.inci.uiſo puncto.in 4.col. & Ludo.Roma.in conſi.322.inci.in caſu &c.& Bal.in l.dotalem.ff.de teſt. milita.& in l.ſi quis maior.C.de tranſ.Barto.&
30 Bal.in l.cum hi.in §.cauſa cognita.ff.de tranſ. † Et ſcias etiā, quod in his,quæ committuntur arbitrio iudicis,ipſe iudex debet ſeruare æquitatem.ita dicit Io. And. in c. 1. de conſt. quem refert & ſequitur Dom.Fely.in c.quoniam frequenter.in §.porrò.& in 2.colum.ut li.non conteſta.pro quo faciunt dicta per Domi.Anto.in cap. inquiſitionis. de accuſa. per gloſ.ibi & per Specula.in titulo,de officio omnium iudicum. in §.deſeruit.in penul.colum.in uerſi.item ſi promiſi, &c.& ibi in ulti.colum.in uerſi.& generaliter.& facit cap.alligantur.26. quæſtio. ulti.& quæ habentur in capitu. placuit. C.de iud.Vlterius etiam dico,quod Angel.in d.l.ſi uacantia, non bene loquitur inquantum dicit,quod iudex procedens ex neceſſitate officij ſui poteſt formare inquiſitionem non præcedente diffamatione:nam dico,hoc non eſſe uerum per iura & doctrinas ſuperius alleg. & hoc tanto magis eſt uerum,quia licet ſit coactus procedere ex neceſſitate officij ſui,tamen per hoc non eſt, quod neceſſitetur omittere ſolemnitates à iure requiſitas in ſimilibus.Quo uero ad illam limitationem ſecundam,quam dedi ſuprà, uidelicet, quod poteſt per iudicem formari inquiſitio contra ſponte confeſſum , ſecundum Ange. nulla infamia præcedente , &c. dico , quod duplex eſt ratio. Prima, quia ex tali propria confeſſione oritur diffamatio, & integra & legitima probatio . Secunda ratio eſt, quia etiam ſi talis inquiſitio non potuiſſet de iure formari,& ſic eſſet nulla, non tamen poſſet per ipſum reum ſponte confeſſum opponi talis nul-
31 litas & inualiditas , † quia ſponte confeſſus non poteſt

oppo-

opponere de ineptitudine,vel de inualiditate libelli, ſecundum Bal.in l.2.in fi.C.de re iudi.& in l.1.§. initio.circa fi.ff. de offic.præfec.vrb.& voluit d.Fel.in c.qualiter,& quando. in §. licet autem.in 1.col.de acc.vbi alleg.Bal.in d.l.2.de re iudi.Eodem modo non poteſt opponere de ineptitudine,vel de inualiditate inquiſitionis,cum inquiſitio ſuccedat loco libelli,
32 vt † dicunt Doct.in d.c. qualiter & quando.la 2.de accuſ.& voluit Card.in Cle.ſæpe.in §.1.in 2.col.de verb.ſigni. de quo vide etiam quæ ego latius dixi in ſing.meo 301.incip.in confeſſum &c. in princ.& in l.1. in §.diuus Antoninus.in 3.& 4. col.ff.de quæſtio.Et per iſta confirmo dictam limitationem datam ab Ang.vbi ſuprà.Modò vlterius progrediendo dico aliud,videlicet,quod ad hoc,vt inquiſitio poſſit formari,debent præcedere indicia, alias indicijs non præcedentibus,in
33 quiſitio † formari non poteſt.ita dixit Rapha.Fulg.in conſi. 107.incip.ſuper eo.& in conſil 149.incip.ſuper inquiſitione &c.in fi.& in conſi.173.incip.in cauſa inquiſitionis formatæ &c.poſt prin.& Rapha.Cuma.in conſil. 135. incipiente, ad primum &c.poſt prin.

Attende etiam,quod adhoc,vt iudex validè &de iure poſſit formare inquiſitionem de delicto contra reum,quæ viribus ſubſiſtat,requiritur aliud,videlicet,quod ex delicto commiſſo per eum ſit orta actio ciuilis parti. loquor in delictis
34 commiſſis contra priuatos,nam vbi ex delicto † non oritur actio ciuilis parti,tunc nec etiam Reipublicę oritur actio,vel inquiſitio criminalis.ita not.dixit Saly.in l.eos.C.de fur.& voluit Bar.in conſi.ſuo 100.incip.à D.Cy.de Bononia &c. in 1. col.& Soc.in conſi.ſuo 127.incip.viſis capitulis.in 1.col.&D. Barth.Cępo.in conſi.ſuo 59.inci.Paulus faber. in pen. col. & D.Nellus in trac.bannitorum.in 2.parte ſecundi temporis.in 1.q.in fin.1.col.& Do.Paris de Puteo in ſuo trac.ſyndi.in 51. char.in 1.col.& D.Phil.Dec. in conſi.137.in 1.col. poſt med. Pro quo faciunt not.verba Dy.in conſi.ſuo 38.incip. quod contra &c.in verbo,Item patet quia caſu.& facit l.ſi pupilli. in §.videamus.ff.de neg.geſt.& l.quoties.in §.is qui tempora li.ff.de excuſa.tuto.cum ſimili.&facit etiam quod dixit Alex. in conſi.ſuo 207.incip.viſo ſummario.in 3.col.in 2.vol.vbi dicit,quod quando iudici agēti nullum ius competeret,quod
35 † tunc non poteſt facere ipſe iudex,quin repellat talem agentem.ad quod alleg.no.in l.vbi pactum.C.de tranſact.& in l.ſi vnus.in §.pactus.ff.de pactis.& in l.2.ff.de fer.& per Innocen. in c.1.de offic.vica.& Doct.in Clemen.1.§.fi.de ſequeſt. poſſ. & fruc.de quo etiam ego dixi in repet.mea. l. vnicæ, de rap. vir.nu.17.Et circa hoc poſſunt poni plura exempla.vnum eſt quando duo eſſent ſocij bonorum alicuius hypothecæ, & vnus ipſorum furtiuè,ſeu clam aſportat & cōtrectat aliquas res dictæ apothecæ,tunc non poterit per iudicem inquiſitio formari contra talem ſocium.ratio eſt,quia contra eum nulla eſt orta actio ciuilis alteri ſocio,per l.meritò.ff.pro ſocio. Poteſt etiam poni exemplum in mutuante, vel deponente rem aliquam penes vicinum,vel alium, nam ſi poſtea clam abſtulerit,nulla competit actio illi vicino,cum ille rem ſuam exportauerit,ergo nec reipublicę competet actio,vel inquiſitio criminalis contra illum.Poteſt etiam poni exemplum in illo,cui bona aliqua detinentur ab aliquo potente iniuſtè,&
36 indebitè,nam eſſet ſibi licitum & permiſſum † dictas res furtiuè accipere,ſecundum Inn.in c.cum olim.de reſti.ſpo. quē refert &ſequitur Bal.in l.2.in 15.col.in verſi.ſed nunquid per furtum.C.de ſer.& aqua.& Bal.in reper.ſuo,in verbo dominium.in pe.col.in verſi.dominus poteſt rem ſuam,&c. & Alex.in conſi.ſuo 471.incip.pulchrè reſpondet. in 2.col.& Do. Flo.in l.itaque.in 3.col.ff.ad leg.Aquil.& Bal.in Marga.ſua,in verbo,caſtrum.in vlt.ver.Ad quod etiam faciunt dicta per Innoc.in c.plerique.de immu.eccle.vbi dixit, quod licitum eſt
37 † creditori,qui non poteſt probare creditum ſuum accipere quomodocunque bona debitoris,vt ſibi ſatiſfaciat.quod dictum refert & ſequitur Bal.in l.1.in 2.col.C.de teſti.& Alex. in conſi.ſuo 474.incip.viſa inquiſitione.in 3.col. & in conſi. 135.incip.circa primam.in 1.col.in 1.vol.& in 5.col. dicit, ꝙ quando creditor accipit rem debitoris pro ſibi ſatiſfaciendo,non tenetur vi bonorum rapto.quia noluit rapinam cōmittere,ſed credidit hoc ſibi licere ſubſiſtente cauſa debiti. allegat hoc voluiſſe Roſ.in libellis ſuis.de quo latius ibi per cum.Poteſt etiam poni exemplum,ſi loquamur in homicidio in eo,qui interfecit bannitum ſtante ſtatuto,quod bannitus poſſit impunè occidi,quoniam tunc non oritur aliqua actio ciuilis parti,per l.Gracchus.C.de adul.ergo nec reipublicæ competit inquiſitio criminalis.& ideo hoc caſu ſi iudex formaret inquiſitionem contra talem occidentem bannitum,quilibet de populo ſine aliquo mandato poteſt com-
38 parere † & oſtendere bannum illius mortui, & petere quod contra eum vlterius non procedatur. ita dixit Barto. in l.vbi pactum.C. de tranſact.quem ibi ſequuntur ſcribentes,& fuit originalis doctrina Richar.Malumb.in l.ſiliusfamilias.per gl.ibi,in §.veterani.ff. de procura. quā doctrinam ibi refert & ſequitur Ange.in l.quos prohibet.ff.de poſt.& vbique firmat illam fuiſſe Richar.Malumb.in d.§.veterani.&idē voluit Ange.poſt Cyn.in l.reos.C.de accuſa.&Abb.in c.licet. de accuſa.& Bar.in conſi.ſuo 100.incip.à D.Cyno de Bononia.& Pet.de Ancha.in c.veniens.in pe.col. de accuſa. & volunt Doct.in pluribus alijs locis quos latius cumulaui in l. ſi quis ne quæſtio.in 25.col.ff.de quæſtio.Requiritur etiam ad validitatem inquiſitionis,quod iudex qui vult inquirere,pri-
39 mo † interroget partem offenſam,an ipſa velit accuſare reū, qui offendit necne,& tunc ſi offenſus erit in mora,vel dixerit,ſe nolle accuſare,tunc iudex poterit procedere per inquiſitionem,aliter non poterit procedere per inquiſitionem. ita dixit gl.not.in c.presbyter ſi à plebe.2.q.4.quam gl.pro valde not.refert & ſequitur Bal.in l.ſenatus.C.qui accuſare non poſſ.dicens quod ratio eſt, quia præferendus eſt qui maius ius habet & melius fundamentum. ad quod allegat etiam, quæ habentur in ſimili in l.1.in §.denunciari.ff.de vent.inſpi. & in l.ſi tamen.ff.de legatis ſecundo.& in l.neceſſario.ff.de in diem addic.& in l.quamuis indubitati.C. de adulterijs. & in l.2.§.fin.ff.de adulterijs.Item hanc partem per illam gl.etiam firmauit Domi.Bartholo.Cœpol.in cautela ſua 27. incipien. tu ſcis &c.vbi ipſe allegat hoc tenuiſſe Ludoui. Romanum in ſuis ſing. Et idem tenuit Angelus in Auth.de tempo.non ſolu.pecu.in principio,& in repeti.legis,ſi vacantia. in 3. col. C.de bon.vaca.lib.12.& Domi.Alex.in l.2.§.ſi publico.in 2.apoſtil.ff.de adulte.& Domi.Amodeus Iuſtinus in tracta. ſuo ſyndi.in 3.charta.in 3.col.poſt med.Et ideo iudex antequam formet inquiſitionem contra reum,debet facere dictam interrogationem offenſo,aliàs non valeret inquiſitio.ad quæ etiam vide Dominum Nellum in tractatu bannitorum, in tertia parte primi tempo. in 9.quæſtio. incip. ſtatuto aliquo cauetur.circa medium.verſi.& per hoc dixi.Scias etiam vltra præmiſſa,quod quando tractamus de inquiſitione fienda cōtra aliquem de auxilio cooperatiuo præſtito delinquenti ad committendum delictum,vt ſæpiſſime contingit, ꝙ tali caſu non valet,nec procedit talis inquiſitio de auxilio, niſi pri-
40 mo † conſtet ipſi iudici de principali delicto,& de principali delinquente.ita dixit multum no.Pe.de Anch.in conſi.ſuo 217.incip.nos Bartholomæus de Salyceto.in fi.verbis.vbi dixit,quod ſi non conſtat de delicto principalis, non poteſt procedi contra alios tanquam contra auxiliantes ad quod alleg.Bar.in l.ſi is qui.in §.ſi initiū.ff.de fur.& idem voluit Bal. in conſi.ſuo 229.inci.verba inquiſitionis &c.in vlt.colu.in 3. vol.& in conſi.24.incip,de acceſſorio.in 5.vol.vbi not.loquitur.& Bal.in reperto.ſuo,in verbo, operarius,in 53.verſi.inci. opem præſtans &c.& idem firmat D. Alex.in l. ſi duo patroni.in prin.in gl in verſi.alteri.ff.de iureiu.de quo etiam dixi conſi.meo 49.incip.Domine Deus omnipotens, cui omne cor patet.in 4.cha.Et faciunt optimè dicta per Alex.in conſ. ſuo 223.incip.viſo proceſſu.in 2.col.in 2.vol. vbi dicit, quod
41 non valet inquiſitio formata † contra aliquos de guarnimēto andata vel caualcata, niſi appareat de principali faciente dictum guarnimentum,& ſic de capite ipſorum qui alios coadunauit ad prædicta, quod eſt valde not. & illud dictum Pet.de Ancha.etiam refert & ſequitur Io.de Ana.in c. ſignificaſti. il 2.in 15.col. poſt medium.de homi.Item quod non conſtante de principali delinquente non poſſit tunc procedi contra aliquem de auxilio,tenuit Bar.& Alex.in l. ſi is qui. in §.ſi tu Titium.ff.de fur.& Alex. in conſi. ſuo 390. ſecundum ordi.meum,quod incipit,copioſè adeo &c.circa fin.& in conſi.99.incipien.in cauſa inquiſitionis.in penul. col.in 1. vol.& in conſi.237.incipien.ponderatis.in 4.colum.ante medium.circa quod vide etiam omnino in ſimili Dyn.in conſi. ſuo 41. incipiente, quæſtio talis eſt &c. Et pro prædictis faciunt plura & plura quæ cumulaui latè in materia incertitudinis in repe. mea rubri. C. de proba.in fin.quæ omnia tene menti, quia ſæpius in facto contingunt. Et in eadem materia auxilij præſtiti maleficio teneas menti aliud, videlicet, quod inquiſitio facta contra aliquem de auxilio præ-
42 ſtito, † non valet, nec procedit de iure niſi in ipſa inquiſitione appoſitum fuerit verbum, aſſiſtendo. alias ſi diceretur, quod talis inquiſitus præſtitit auxilium homicidio, & non apponeretur verbum,aſſiſtendo , non procederet inquiſitio. ita ſingu. dixit Bartol. in l. qui ſeruo.in §. fina. ff. de fur. quem refert & ſequitur Alexand.in l.fina. ff. de ſica. in 9. apoſt. & Bertha.in reperto. ſuo. in verbo , auxilium. in 27. verſicu.& Angel.de Aret.in tracta. maleficio. in verbo , & dicto maleficio ſemper aſtitit. in 1. verſiculo. pro quo faciunt etiam optimè dicta per Angel.de Are.in dicto ſuo

ſuo tracta.in verbo, Andræam auxiliatorem.in 1.verſic.ante fi. Et teneas etiam menti,quod non procedit inquiſitio , in
43 qua dicitur, † alterum alteri præſtitiſſe auxilium, ſi inquiſiti ſunt tres vel plures,quia hæc dictio,alter altera alterum,veri-
44 ficatur in duobus tantum.† Ita not.dixit Bal.in l.ancillæ.C. de fur.in 1.col.vbi dicit hoc obtinuiſſe in facto.quem refert, & ſequitur Catal.in tract.ſyndica.in verſi.564. incip. adde quia vidi &c.& idem etiam dixit D.Flo.in l. Mæuius. in §.arbiter. ff.commu.diuidun.& Bertha.in reperto.ſuo, in verbo, alter altera alterum.& in verbo,auxilium.in 14.ver. de quo etiam per Pau.de Caſt.in conſi.ſuo 18.incipiē.quidam teſtator &c. & per Alex.in l.ſi duo.in prin.circa medium. ff.de iureiuran. Ideo tene menti prædicta,vt non erres in formanda inquiſitione , quando delinquentes ſunt plures duobus.Et poſtquam intraui materiam auxilij præſtiti maleficio , quia eſt pluſquam quotidiana & admodum vtilis,aduertas ad aliqua profecto notatu digna,quæ ſæpiſſime de facto contingunt.
45 Et ideo ſcias, quod † ad hoc vt aliqui dicantur auxiliatores alicuius delicti,vel alicuius committentis aliquod maleficiū, oportet,quod ad hoc principaliter fuerint adunati.l.3. in §. homines.ff.vi bo.rap.ſed ſi apparet in facto,omnes in rixa pariter fuiſſe principales,nec cauſa fauendi vnus alteri in loco conueniſſe & inſultum feciſſe, ſed quemlibet illud quod fecit,vt principalem feciſſe, tunc cenſendi ſunt omnes pariter principales,&prout deliquerunt ſunt puniendi,vt in l.ſi in rixa,de ſica.ita formaliter dixit Pet.de Anchar.in conſilio ſuo 217.incipiē.nos Bartholomæus de Salyceto.ante finem Pro quo faciunt optimè dicta per Bald. in l.non ideo minus, in 10.col.C.qui accuſ.non poſ.vbi dixit, quod quando plures ſunt congregati in aliquo loco,quod tunc quilibet ipſorum
46 tenetur de eo,quod † facit,non de eo,quod alij faciunt,niſi probaretur clarè & diſtinctè,quomodo vnus impendiſſet auxilium alteri.ꝙ dictum refert & ſequitur Ang.de Aret.in tracta.malefic.in verbo,& dicto maleficio ſemper aſtitit. in vlti.col.in verbo,& aduertas &c.& D.Ang.de Are.in addi. ſuis in eodem tractatu.in verbo, & dictus Andræas armatus. in addi.in fi.& idem dixit ipſe Bal.in Margari. ſua. in verbo , delinquentibus.& Pau.de Caſt.in conſi.ſuo 292.incip. in cauſa incarceratorum.Pro quibus faciunt etiam dicta per Bal.in l. data opera.in antep.col.verſi.ſed pone,Titius rixabatur &c. C.qui accuſa.non poſ.vbi no.dixit,pone Titius rixabatur cū Seio,quo ſtante ſuperuenit frater Seij,& occidit Titium. q̄ritur,an Seius qui dedit cauſam rixæ,teneatur de iſto homicidio , & dicit Bal.videtur,ꝙ ſic.quia principalis tenetur de facto acceſſorij , vt habetur in l.quoniam multa facinora.C. ad leg.Iul.de vi.& not.in c.cum homo.23.q.5. Sed in contrarium facit,quod dicit Bal.quia frater non tenetur de delicto fratris,vt l.ſancimus.C.de pęn.nec etiam tenet principalis ex facto auxiliatoris,niſi mandauerit,vel ratum habuerit, vt ext. de reſti.ſpo.c.cum ad ſedem.& dixit quod iſta eſt veritas, vt nota.24.q.1.c.fi.in gl.nam homicida.Et ſi dicitur,quod ambo ſteterunt armati ſimul,ergo vnus alteri dedit opem, vt not. Inno.in c.continebatur.de clerico percuſſo.ad quod reſpondet & dicit ꝙ hic conſtat contrarium, quod non erat cum illo,nec in auxilio ſuo cum vocauit pro ſe,vt in l.ſi familia.ff. de iuriſd.omnium iudic.Ita formaliter dixit Bal.in l.data opera.in antepe.col.ꝙ dictum refert & ſequitur Alex.in l.fi.in 9. ver.ff.ad legem Corne.de ſica.Et idem dixit ipſe Bal.in l.1. in pe.col.ver.quæritur vnus &c.C.vnde vi.& gl.in c.vlti.23.q.vl. & D.Felyn.in c.Petrus.in 1.col.de homicid.& ibi ego dixi.& eſt tex.de hoc,in c.quia præſulatus.1.q.4.Et pro ſupradicta doctrina Pet.de Anch.facit optime,quod voluit Bar.in l.aut fa-
47 cta.§.fi.ff.de pœn.in vlt.col.vbi dicit,†quod ciuitas tenetur,& obligatur ex delicto,quando omnes de ciuitate ex communicato conſilio,& præcedente deliberatione iuerunt ad delinquendum,alias ſecus.quam doctrinam Bal.refert & ſequitur Abb.in c.dilectus.il 2. & ibi Io.de Ana. extra de ſimo.& Abb.in cap.in Geneſi.in 3.col. extra de electio. Et idem tenuit Io.An.in c.felicis.in §.fi.de pęnis.in 6.in nouella.&ibi Gemi.in 2.col.& Card.in Cle.1.in verſi.ciuitas.in 2.q.de pœnis. & Ang.in conſi.163.incip.cum multitudo &c.de quo etiam per Pau.de Caſt.in conſi.86.incip.in cauſa Sfortij &c. Et per illam doctrinam Bar.dixit Io.de Ligna.in cle.1.de pœ.ſe alias cum maximo honore defendiſſe ciuitatem Bononiæ corā Papa,vt non poſſet ciuitas tanquam rebellis puniri vel ſubijci interdicto,etiam ſi homines ciuitatis feciſſent rebellionē, ex quo non apparebat,quod de hoc præceſſiſſet collegialis deliberatio.Et idem etiam per dictam doctrinam Barto.conſuluit Fran.de Aret.in conſilio ſuo 119.incipiente, ſicut Ioannes &c.in 17.colum.cum ſequen de quo latius valde per Iaſ.in l.ciuitas.in 1.col.ff.ſi certum petatur. Tene menti prędicta tanquam nota.& multum vtilia. Et vide etiam Domi. Augu.de Ari.in additio.ad tractatum Angel.de Aret. ſuper maleficijs.in verbo,& dicto maleficio ſemper aſtitit. in prima additio.ante fi.vbi alleg. no. conſilium Cy. quem vide. de quo etiam dicam infra. Item ad corroboratione doctrinæ Pet.de Anchar.in dicto conſi.ſuo 217.incip.Nos Bartholomæus de Salyceto.facit optimè glo.not. in l. ſi in rixa. ff.de ſica.quæ dixit quod licet quando plures percuſſerunt vnum omnes non teneantur,quia debet contemplari ictus vniuſcuiuſque.hoc dicit illa glo.eſſe verum,niſi appareret , quod omnes non à caſu,ſed ex propoſito interfuiſſent, quia tunc omnes tenentur.& idem dicit ibi Bart.per illam gl.& voluit etiam Gand.in ſuo tract.maleficiorum,ſub rubri.de homic. in 3.col. verſic.pone quæſtionem quam ego multoties vidi, &c.circa medium.de quo etiam dixi in ſingu.meo 227.inciter,vel quater,&c.Et ſic patet,ꝙ ad hoc, vt vnus teneatur ex facto alterius,oportet quod præceſſerit tractatus & ordinamentum de conueniendo inſimul ad maleficium committendum,alias vnus non tenetur pro delicto alterius.Quibus etiam addi poteſt,quod voluit Rapha.Fulg. in l.quis ſit fugitiuus.§.1.ff.de ædi. edic. vbi dicit, amicus meus venit ad me & dicit,venias mecum , quia volo eſſe in vno negocio meo ego accipio enſem,&ſequor eum,ipſe autem obuiam vadit inimico ſuo & eum percutit,& occidit,an ego tenear quaſi auxilium præſtiterim ? In quo dicit ꝙ ſi ignorās ſecutus ſum & cum ipſe inſultatus eſt illum ego me retraxi,ꝙ nullam pœnam debeo pati.ſi autem non potui diſcedere,adhuc ſum innocens.vbi autem cum potuiſſem recedere ſtetiſſem , tunc ſine dubio non eſſem innocens.ita ad literam dixit Rapha. Fulg.in d.l.quis ſit fugitiuus.in §.1.ff.de ædil.edi. Et vide quæ dicam infra in num.77.vbi poſui no.verba. Et ſcias circa hāc
48 materiam † ꝙ illa quæ caſualiter fiunt & non ex propoſito, non ſunt in conſideratione,& per conſequens non puniuntur.Ita dixit Abb.in conſi.ſuo 62.inci.in controuerſia &c. in fi.4.col.in 2.vol.Et ſi examinatur teſtis &caſualiter,ſeu incidē-
49 ter dicat ſe eſſe homicidam,†ex tali confeſſione non poterit puniri nec condemnari.Ita dixit Bal.in l.præsbyteri.in vlt.col. C.de epiſc.& cleri.Et hoc etiam procedit & locum habet in illo,qui excipiendo confitetur crimen,ſeu delictū,ſm Alex. in l.2.in §.ſi publico.in 16.apoſt.ff.de adult.vbi plura allegat. Et faciunt ēt dicta per Iaſ.in l.in fideicom.ver.7.&ibi Bal.in 2. no.C.de tranſactio.& faciunt quæ ego dixi in conſi.meo 67. incip.Domine Deus cęli rex & terræ &c.in 9.char.in fi. verſi. Pro quo facit.nā illa quæ caſualiter &c.& dixi inf.in §. poſtq̄ nu.9.Item circa hanc materiam auxilij præſtiti vide omnino D.Fel.in c.ſicut dignum.in 2.&3.col.de homicidio.vbi dicit, ꝙ iſta materia patitur plures limitationes.

Et primo dicit,ꝙ limitatur niſi præſtatio operis, vel auxilij non fuiſſet illa quæ dediſſet cauſam delicto,ſecundum Salyc.in l.1.in vlt.char.C.de rap.virgi.pro quo dicit bene facere quod voluit Bal.in l.iudices.C.ad leg.Iuli.pecu.vbi dixit, ꝙ au-
50 xilium ad hoc vt ſit punibile,oportet † ꝙ ſit de actu ꝓximo, puta ꝙ aſſiſtat facienti,ſecus autem in actu remoto.pro quo eſt bonus tex.cum gl.ſecūdum eum in c.felicis.in verbo, ſimplici fauore.de pęnis.in 6.per quam dicit D. Cardi.in Clem. 1.in 12.q.de pęnis.notabilem differentiam eſſe inter fauorē, proprie ſumendo,&ſimplicem fauorem.Et ideo ſecundum eum dicit Bal.& Ludo.Rom.in l.1.§.ſed ſi in eo.alias in §.ſerui.ff.ad Sylla.quod ad hoc vt inquiſitio procedat & teneat propter opem præſtitam oportet dicere in inquiſitione, ꝙ
51 fuit præſtita, † vt habilius maleficium committeretur,quod etiam ſentit Bar.in l.qui ſeruo.ff.de fur.& in l.ſi in rixa.in fin. ff.de ſica.de qua glo.dicti c.felicis.de pœnis.dicam etiam aliqua infrà.Secundò etiam ipſe limitat hanc materiam & hāc regulam,ꝙ præſtans opē,vel auxilium in maleficio , tenetur
52 vt† principalis,vt in l.ſi qui opem.ff.de furt.& in §.ope.Inſti. de obligatio.quæ ex delictonaſcuntur.vt voluit gl.in cle.2.de pęnis.& Saly.in l.1.C.de raptu virgi.& Ang.in l.1.C.de Nili agger.non rumpen.cum ſimili.hoc eſſet verum dummodo cō-
53 ſtet per ſententiam † de præſtatione operis,quia non ſufficeret ꝙ principalis eſſet condemnatus fortè propter contumaciam,vel ſi hoc eſſet confeſſus ad hoc vt ſua accuſatio noceret accuſato de ope,ſecundum Barto.in l.ſi is qui rem.§. ſi tu Titium.in fi.ff.de fur.imò dicit ipſe D.Fely. ſupra,quod confeſſio publici malefactoris non noceat iſti, ſecundum Bald. in conſi.ſuo incip.aſſeſſoris delicto.immo nec ſententia lata contra principalem ordinariè conuictum,ſecundum Pet.de Ancha.in conſi.ſuo 217.incip.nos Bartholomæus &c. & Ange.in dic. §.ſi tu Titium.& Domi. Maria. in capitu. qualiter & quando il ſecondo de accuſa. quæſtio.11.articu.60. Tertio limitat niſi ex qualitate extrinſeca augeatur, vel minuatur pœna ex confeſſione, vel negatione, quia nec augebitur nec minuetur pœna ex confeſſione , vel negatione

ne

ne in præſtante opem,ſecũdum Bar.in l.libertis quos. §.poſt-
humus.in fi. ff. de alimentis & ciba. lega. Quartò limitat niſi
poſt delictum commiſſum aliquis aſſiſteret maleficio,& ma
54 lefactori in auxiliũ, † quia non dicitur propriè dediſſe opem
delicto,ſecundum Bar.in l.non ſolum.in §. ſi iuramẽto. ff. de
iniu.vbi dicit ſe vidiſſe multos aſſeſſores errare in hoc. & idẽ
tenet Bar.in l.ſi quis in graui.in §.ſi quiſquam.ff.ad Sylla. & in
l.furti.in §.ope.ff.de furt.& Bar.& Bal. in l.raptores.C.de epiſ.
& cleri.ad quod vide etiam Dyn.in cõſ.41. incipien. quæſtio
talis eſt &c. dicit poſtea ipſe Dom.Fely.verum eſſe ꝙ contra
55 aſſociantem poſt delictum † oritur præſumptio conſilij vel
occulti auxilij, per quam cogitur talis probare contrarium.
ita dicit ſe intelligere quod no. Bal. in l.non ideo minus. in
penult.col. C. de accuſatio. Quinto limitat niſi ignoranter
quis præſtaſſet opem,puta quia diceret ſe velle ire rus & con
modaſſet equum & arma & poſtea occidiſſet hominem,ſe-
cundum Bald.in l.quicunque.in penult.col. verſ. nota ſextò.
C.de ſeruis fugi.per l.apud antiquos. C.de furt. Sextò limitat
niſi eſſemus in actibus vbi quis repellitur propter homici-
dium, quia præſtans opem homicidio non repellitur, quia
licèt teneatur vt homicida, non tamen eſt homicida,ſecun-
dum Bart. in dicta l.is qui opem. propter gloſ. ibi. Septimò
& vltimò limitat niſi lex expreſſe aliter puniret principalem
quam præſtantem opem,prout in caſu dictæ l.1. C. de raptu
virgi. & d.l.1.C.de Nili agge,non rump.ita limitat Do.Felyn.
prædictam regulam & materiam præſtantis opem vel auxi-
lium, in d.c.ſicut dignum. vbi poſt prædicta ſubdit, quòd ille
56 dicitur præſtare opem,† qui dum maleficium committitur
aſſiſtit armatus, etiam ſi arma non moueat.ita voluit Innoc.
in c.continentiam.de cle. percuſ. de quo dixi etiam infra nu-
mero 16.circa finem.in verſ.& adde etiam &c. & dicit quod
videtur de hoc tex. ibi, in d.c.ſicut dignum.in §.illi autem. Et
illud dictum Inno. ſecundum eũ multum commendat Bal.
in l.data opera.in 2.col.verſ.item notandum eſt. C.qui accuſ.
non poſ.& ibi etiam in 22.col.& in l.1.poſt princ. C.de ſeruis
fugi.& facit glo.in l.licèt.in verſ.pergentes. C. de pac.& idem
ſecundum eum tenet Petr.de Ancha.in regula, acceſſorium.
de reg.iur.in 6.& Ioan.de Ana.in c. ſi perfodiens. de homici.
& in c.ita quorundam.de Iudęis. Et ideo dixit Bar. in l.4.in §.
57 armis.ff.de vi & vi arma.quòd ille † qui habet arma ad latus,
licèt non poſuerit manus ad ea, tamen dicitur intuliſſe vim
cum armis.quod refert Ludo.Roma.in ſingu.ſuo 575.incip.
inſultus factus cum armis. & idem tenuit Alber. de Roſa.in
ſecunda parte ſtatuto.q.38.& Dom.Maria. Socin.in d.c.qua-
liter & quando.artic.60.& Pet.de Anchar. in d.conſ.217. vbi
58 dicit regulam eſſe in iure,quòd ille dicitur † auxiliari,ex cuius
præſentia inſultatus redditur timidior. allegat Ioan.And. in
d.c.continentiam.& idem tenet Bal. in l.non ideo minus.in
pen. col. verſ item quæro. C. de accuſ.pro quo faciunt dicta
per Innoc.in c.petitio.de homicidio.& per Abb. in c. ſignifi-
59 caſti. il 2.de homicidio. vbi dicunt quòd ſi clericus † aſſiſtit
bello iniuſto, licèt nihil faciat, ſed præſentia ſua accendit pu-
gnantes,quod homicidia ſequentia faciunt ipſum irregula-
rem.& faciunt alia adducta per eum ibi. de quo etiam infra
dicam,in verſ.ſcias etiam &c. Dicit poſtea Domi.Fely.vbi ſu-
60 pra quòd exiſtens armatus in loco vbi† videntes arma timue
runt ſi deponit arma & intulit vim,dicitur intuliſſe vim cum
armis.ad quod alleg.glo.in l.neque.in §. qui armati.ff.de vi &
vi arm. Dicit poſtea quòd omnia iſta quæ dicũtur de pręſen
tia adhibita maleficio intelliguntur, dummodo illa præſen-
tia fuerit ex propoſito animo ſe immiſcendi ſi oporteret,ſe
cus autem ſi caſualiter & ex accidenti,ſecundũ Pet.de Anch.
in dicto conſilio 217. prope fi. recurrendo ad coniecturas.
61 † Sed an in dubio præſumatur caſualiter vel ex propoſito af-
fuiſſe,vide Bal. in l.1.in lectura antiqua. ff.de ſeruo corrup. &
in c.1.de benefic.fratris.vbi ſequitur Innoc. in d. c.continen-
tiam.ita reſidet Domi.Felyn. circa hanc materiam auxilij in
d.c.ſicut dignum.quæ omnia multũ ſunt no. quoniam ſunt
quotidiana.Sed tu vltra Dom.Felyn.vbi ſupra in hac materia
auxilij adde Cyn.in cõſ.incip. Albertus & Bartholomæus fra-
tres &c.vbi dicit quòd ſi duo inſultarunt Titium,& vnus de-
dit ei vnum vulnus mortale, alter verò intulit ei vulnus non
mortale,quòd licèt vulneratus moriatur,tamen ille qui intu
lit vulnus non mortale non debet mori,ſed debet puniri in-
quãtum deliquit.quod dictum pro valde no. refert & ſequi-
tur Do.Aug.de Ari.in addi. ad tra.Ang. de Are.ſuper maleſi-
cijs.in verbo,& dicto maleficio ſemper aſtitit. in prima addi.
ante finem.Pro quo dicto faciunt quæ dixi ſuprà in num.45.
cum ſeq.Item adde etiam & tene menti glo. no. in c.felicis.
in verbo,ſimplici fauore.de pœnis. lib.6. quæ dicit ꝙ vbicũq;
auxilium & fauor eſt ſimplex,ex eo quod maleficium nõ eſt
ex eo auctum, ſed ita eſt executioni mandatum ſicut ſi non
interueniſſet, quod tunc auxilium & fauor arbitrio iudicis
puniendus eſt,& non pœna ordinaria,qua punitur principa-
lis.Et hanc glo. & eius doctrinam ſequitur Ang. in l.furti. in
§.ope.ff.de furtis.& Ang.in l.is qui opem.eo. tit. vbi multum
exclamat de iſta doctrina,& dicit eam eſſe menti tenendam.
Et hanc glo.& hanc partem tenet firmiter Dom.Augu. Ari.
in addi. Ang. de Aret. in lib.maleficiorum.in verbo,& dicto
maleficio ſemper aſtitit.in addi. incip.tu autem in hac mate-
ria adde quòd canoniſtæ &c. in 2. col. vbi dicit quòd ſimilis
eſt glo. in clem. 1. de pœnis. ſuper verbo, defenſauerit. circa
medium. Et refert aliàs ſe defenſaſſe quendam à pœna fur-
carum,qui noctis tempore præſtiterat auxilium quinque la-
tronibus qui noctis tempore furati fuerãt vnam apothecam
ex qua exportarũt vnam petiam veluti, qui acceperũt vnum
alium qui præſtitit eis auxilium,nam iſte vltimus qui ſibi pꝛę
ſtitit auxilium nihil fecit, quia non aperuit apothecam nec
exportauit illam petiam veluti, ſed ſtetit tantum ſuper ſtrata
cum alijs quatuor interim quòd ille alter ſurripiebat illam
petiam veluti & apothecam illemet frãgebat. Nam dicebat
ipſe D.Augu.quòd ille ſextus præſtauit ſimplicem fauorem,
quia omnino illi quinque illud delictum executioni mãdaſ-
ſent ſine iſto ſexto, & ideo dicebat per ibi ſupradicta ꝙ talis
non debet puniri pœna ordinaria. & refert quòd in dicta fa-
cti contingentia ita fuit iudicatum, quæ omnia dicit eſſe be-
ne notan.& idẽ tenet Berta.in repert.ſuo,in verbo,auxilium.
in penult.col.& antepen.verſ.in fi. & vide ſup.in hoc §. in nu-
mero 50. Et alia plura no.dicit Auguſt.de Arimi.in dicta ſua
addi.quem vide.Et multa etiam vtilia dicit D.Bartho. Cępo.
in conſ.incip.ſi vnquam &c. in 5.& 7.col. Et vide etiam not.
verba Bal.in margarita ſua.in verbo, delinquentibus, vbi no-
ta.loquitur.& Bar.in l.omnes.C.de agri.& cẽſi.lib.11.Et adde
etiam his quæ dixi ſupra in hoc §. in nume. 56. quòd ille qui
ſtat armatus cum delinquente dicitur ei præſtare auxilium,
licet arma non mouerit ſecundùm Innoc. in c.continentia.
de cleri.percuſſo.quòd idem tenuit Bart. in l.ſi in rixa.in pen.
col.verſi.poteſt puniri etiam &c. ff.de ſica.& in l.qui ſeruo.§.
fin.ff.de furtis.& in l.1.§.ſed in eo.ff ad Sillania. & Flor. in l.in
hac.ff.ad legem Aquiliam.& Alex.in l.is qui opem.ff.de furt.
vbi dixit hoc verum, etiam ſi ſtat à longe, de quo etiam per
Bal.in l.non ideo minus.in 3.colum. C.de accuſa. & per eun-
dem Bal.in marga.ſua,in verbo,auxilium. & in l.1. & 2.col.in
verſ.dicitur conſulere.C.de ſeruis fugiti.& in l.raptores.in ſe-
cunda col.ver.vnum adde. C. de epiſco. & cleri. & in titu.de
benefi.fra. in prima col. per illum text. & in d.l.non ideo mi-
nus.in vlt.col.in verſ.item quæro quomodo.& vide Lud.Ro
man.cõſ.ſuo 117.incip.ex præmiſſa ſtatuti particula.&c.Item
62 ſcias etiam quòd †auxilium etiam dicitur præſtari acclaman
do contra eum qui offenditur,ſecundum Rayne.de Forli.in
l.2.in §.hoc reſcriptum.ff. ad Sillanianum. & eſt tex.in d.l.2.in
§.potuiſſe.& voluit Imo.in c.1. de homici. & Alex. in l.is qui.
63 ff.de fur.Scias etiam quòd auxiliatori † non nocet ficta con-
feſſio principalis contumacis habiti pro confeſſo ex forma
ſtatuti,ſecundum Bar.in l.ſi is qui.in §. ſi tu Titium.in fi.ff.de
furt.& in d.l.renuntiaſſe.§.fi.ff.de adulte.Teneas etiam menti
in hac materia auxilij pręſtiti quòd iudex in inquiſitione de-
64 bet dicere quòd talis auxiliator ſcienter † & non ignoranter
præſtauit opem & auxilium tali maleficio & malefactori,&
hoc debet probari, aliàs non procederet inquiſitio, ita not.
dixit Ang.in §.iubemus. in Auth.de eccle. tit. & Bart.in l.oẽs.
C.de agric.& cenſ.lib.11.& Alex.in l.is qui opem. ff. de furtis.
Itẽ teneas etiam menti ꝙ licèt puniatur affectus nõ ſequu-
to effectu,vt in l.is qui cum telo. C. de ſica. & in l.ſi quis non
dicam rapere. C. de epiſ. & cleri. & in c.ſi quis non dicam.&
in c.ſi quis poſtulatus, cum alijs pluribus capitulis. de pœnit.
diſt.1.& voluit D.Fely.in tract.ſuo de conatu. in prin. vbi alia
65 plura iura ad hoc adducit, tamen hoc fallit in auxilio. † Nam
auxiliator ad delictum non punitur non ſequuto delicto,ita
dicit gl.no.& ibi Dy.in l.ſed & diuortij. ff.rerum amotarum,
& voluit Bal.in l.1.in 2.col.verſic.quarto oppono.C.de ſeruis
fugiti.pro quo facit l. ſępe. ff. de verb. ſign. ſcias etiam in hac
materia no.verbum,videlicet, quòd auxiliator cui delinquẽs
promiſit reficere omnia damna quæ poſſent ei inferri pro-
66 pter delictum commiſſum vel committendum, † non ta-
men poteſt agere actione mandati vel ex ſtipulatu,ſecũdum
glo.in l.quoniam multa. C. ad legem Iuliam de vi. quam ſe-
quitur Bart.in l.1.§.nunc tractemus.in lectu.Nico.de Neapo.
in prima col.verſ.facit ad quæſtionem.ff.de tutel.& ratio. di-
ſtra.& vide Innoc.in c.ſicut.cl ij.in glo.in verbo,iniuſtè. de iu-
reiur.& Bal.in marga.ſua,in verbo, opem.& Card.in Clem.2.
67 in 3.q.de re iudi. Item ſcias vlterius ꝙ auxiliator † tenetur de
pace rupta ſicut principalis,ſecundum Io.And. in addi.Spec.
in titu. de treuga & pace. in fi. in additio. incip. conuertitur
caſus.

caſus.de quo etiam per Alex.in d.l.is qui ope. ff. de fur. Item
68 ſcias etiam quòd ille qui dat pecuniam † bannito dicitur ſibi præſtare auxilium,ſecundũ Bar.in l.cuiuſcunque. ff.ad legem Iuliam maieſta.& in l.furti.in §. ope. ff. de fur.quem refert & ſequitur Pau.de Caſt.in conſ.ſuo 297.incip.viſo ſupraſcripto puncto &c.in 3.colum. Et idem etiam dicas eſſe in aduocan
69 do † pro eo,vel fideiubendo pro eo,ſecundum Bar. in l.poſt legatum.§.ſunt qui.ff.de his qui.vt indig.& in d. §. ope. in prima col.Et idem dicas in teſtificante ſponte pro eo ſecũdum Bart. in d.l.poſt legatũ.in §.his verò.Item an auxiliator punia-
70 tur pœna † ſtatuti de committente maleficium.vide Bald.in additio. Specu. in tit. de appel.verſ.ſed pone quæſtionem de facto.vbi tenet quòd non. & vide Imo.Alex.& alios in d.l.is qui opem.ff.de furtis.& Bal. in l.nihil intereſt. ff.de ſica.Flori. in l.ſi quis fumo.ff.ad legem Aquiliam. & in l.ita vulneratus. eod.tit.Bar.in l.in furti. in §.ope. ff. de fur.in 1.col.verſ. venio ad ſecũdum.& Saly.in l.1.de rap.virg.tex.& ibi Doct.in c.mulieres.de ſent. excom. Abb. in c.ſicut dignum. in 3.colum.de homi.& in c.ſecundo.in 2.col.in verſ.& aduerte ad vnum.de offic.deleg.Ludo.Roma.in l.is qui pro empt. ff.de vſuca pro emp.& vide Doct.in rub.& in l.prima. ff.ne quis eum qui in ius voca.vi exim.& in l.ſi quis per alium. eod.tit. & Docto.in c.ſi quis ſuadente. 17.q.4. de quo dixi in conſ. meo in cauſa Matthæi Spadini. in 2. conſil.vbi plenè hoc examinaui, & in ordine eſt conſ. 30. & incipit, licèt in conſ.&c. & dixi etiam
71 in c.ad falſariorum. de cri. falſi. † Item quot modis auxilium præſtetur.& idem Dom.Bartho. Cœp.in conſ.ſuo.1.& latius per Bertachinum in reperto.ſuo.in verbo, auxilium.in 2.col. in 4.verſ.& vide Bal.in l.ob hæc verba.ff.de infa.Scias etiam ꝙ
72 auxiliator plurium delinquentium † tenetur vna pœna tantum ſecundum Bar.in conſ.ſuo incip. lege municipali. quod eſt 233.& in l.ſi in rixa. in 2.col. in verſ.ſecundo facit ad aliud. & ibi per Alex.ff.de ſica.& ibi etiam in verſ.& per hoc poteſt ſolui quæſtio &c. Bald. in l.cum rationibus.C.qui accuſ.non poſ.& Ang.de Are.in tract.malefi.in verſ.auxiliatorem. Item
73 an & quando auxiliator mitius puniatur quàm † principalis. vide latè per Bertachinum in reperto.ſuo.in verbo,auxilium. in penult.col.in 4.verſ.vbi latiſſimè loquitur.Et teneas etiam
74 menti ꝙ nõ nocet † ficta confeſſio principalis cõtumacis habiti pro confeſſo ex forma ſtatuti, ſecundũ Bar. in l.ſi is qui. in §.ſi tu Titium.in fi.ff.de fur.& in l.denuntiaſſe.in §.fin.ff.de adult.& Alex.in d.§.ſi tu Titium.& dixi ſupra,eo.nu.63.Et an
75 probationes veræ factæ contra principalem † noceant auxiliatori, vide Bal.in cõſ.ſuo 24.incip. de acceſſorio delicto &c. in 5.volum.vbi multum no.loquitur.& Saly. in l.1. C.de rap. virgi.& Doc.in l.ſi vteris. C. de fide inſtru.& Ang.de Aret. in tract.maleficiorum.in verbo,& dicto maleficio ſemper aſti-
76 tit. Item ſcias quòd auxiliator tenetur de pace † rupta ſicut principalis,ſecundùm Ioan.And.in additio. Specu.in titu. de treuga & pace.in fi.in additio. inci. cõuertitur caſus.& Alex. in l.is qui opem.ff.de fur.& dixi ſup.eo.nume.67. Vltimò circa hãc materiam non omitto vnum videlicet,quòd licèt nemo puniat̃ de auxilio niſi appareat de principali delinquente, vt dixi ſupra in hoc §.in nume. 40. Attamen ſi plures fue-
77 runt in rixa † & mortui ſunt aliqui vel vulnerati,& neſcitur à quibus,quòd tali caſu ſi apparet quis fuerit inceptor rixæ,tũc ſolus punitur de homicidio vel de vulneribus, ne delicta remaneant impunita. Ita dixit multum no.quidam modernus Dom. Bonifacius de Vitalinis de Mantua.in tract.ſuo malefi cio.in tit.de inſultu & percuſſione.in 7.colum. in verſic. ſunt tamen qui dicũt &c. vbi ad hoc alleg.optimum tex. in l.quoniam multa. C. ad legem Iul. de vi publi. in verſ.in eum qui vim facere tentauit &c. de quo ibi latius per eum. Sed iſtud dictum fuit originaliter Bal. quem ipſe non alleg.in l.prima, in ſexta colum. in verſicu. ſed quæro qui dicantur principales &c. C.de ſer.fugi.vbi ad hoc alleg.illum text.d.l.quoniam multa.quod etiam voluit Alex.in l.fin.in 6.apoſt. ff.de ſica. & voluit etiam D.Bartho.Cœp.in conſ.ſuo 34.incip. ſi vnquam. in 4.ch r.in vlt.colum.& hoc etiam voluit Gandi. in trac.ſuo maleſ.ſub rubr.de defenſionib. à reo faciẽdis. in 3. col.verſ.1. incip.ſed pone quòd ego &c. quod etiam voluit Iac. de Bel. in ſua pract.iudiciali cauſarum criminalium.ſub rubr.de quęſtio.in pen.col.in fi.de quo ego dixi in ſing.meo 403. inci.ſuperioribus annis &c. vide tamen quæ dixi in l. 1. in §. diuus Adrianus.in vlt.colum.in princ.ff.de ſica. & Bartho.Cœpo. in conſ.ſuo 36. incip. in caſu iſto,in 3.colum. & vide quæ dixi ſ. in hoc §.in nume.46.in verſ.pro quibus faciunt &c. & in numero 47.in verſ.item ad corroborationem doctrinæ Pet.de Anchar.&c.Tene menti prædicta in materia auxilij,quia fortè alibi ſimul collecta non inuenies prædicta. Modo redeundo ad materiam inquiſitionis formandæ per iudicẽ ad aliud aduerte videlicet,quòd quando ſumus in materia furti & iudex format contra furem inquiſitionem de furto dicens inter alia,quòd ipſe fur acceſſit tali tempore ad domũ vel apothecam talis,puta Titij,& furto ſubtraxit veſtem vel aliã rem quæ pertinebat ad ipſum Titium.Certè hoc caſu talis inquiſitio non procedit,ſed corruit, quia neceſſe eſt vt dicat quòd
78 † talis res furata pertinebat ad Titiũ iure dominij vel quaſi, alias ſi ſimpliciter diceret quòd ad Titium pertinebat, non procedit inquiſitio vel accuſatio,quoniam illud verbũ,pertinere,latiſſimè ſumitur, & etiam comprehendit eum cui debetur actione perſonali, vt habetur in l.verbum pertinere.ff. de verb. ſignif. Item non competeret accuſatio vel inquiſitio pro furto, & ſic deberet ſequi abſolutio. Ita ſingulariter & mirabiliter dixit D.Maria. Soc. in conſ.ſuo 8. incip.viſis & diligenter.in 2.col. vbi dicit ꝙ ita ſingulariter conſuluit Bart. in conſ.ſuo 154.inci.videtur dicendum dictos accuſatos &c. & hoc per no. in l.1.§. Sceuola. ſi quis teſta.lib.eſſe iuſſus fue. & per Cyn. in l.ſi abducta. C. de fur.de quo latius ego dixi in ſing.meo 275.incip.ſtatui omnino &c. vbi videas.

Item ſcias etiam quòd in inquiſitione furti nõ ſufficit di-
79 cere † quod inquiſitus ſubtraxit, niſi adijciatur verbũ furtò, ſecundum Iaſo.in l.ſub prætextu.in 2.col.C.de tranſa.& quid de verbo aſportauit, vide ibidem.

Addo præterea circa dictam materiam inquiſitionis formandæ contra reum de aliquo delicto quòd iudex debet animaduertere quòd non ſit elapſum tempus ſibi datum à
80 lege vel à ſtatuto ad inquirendum, † quia tunc non poſſet inquirere.ita dicit Pau.de Caſt.in conſ.ſuo 197.inci.viſa inquiſitione.in vlt.col.in fi.& Catal.in ſuo tract. ſyndi.in verſ. 146.incipien.adde an iudex debeat &c. vbi alleg.rationem dicens, ad quid eſſet factum ſtatutum ſi illud iudices non debent ſeruare,& dicit quòd conſcientia non debet eos mouere, quia non ſunt in foro pœnitentiali,ſed iudiciali. Et ſcias etiam ꝙ iudex non poteſt inquirere poſt terminum datum ad accu-
81 ſandum, † ſecundum Bart.in l.non ſolum. §.quanquam.ff.de iniurijs.& no.Iaco. de Platea, in l.filiusfamilias. in §.veterani. ff.de procu.& Salyc in l.querelã.C. de falſis.& in l.e.ita demũ.
82 C.de procu.Et ratio poteſt eſſe,quia † iudex inquirens ſuccedit loco accuſatoris ſecundum Bar.in extrauaganti,ad reprimen.in verbo, per inquiſitionem. & in l.2.in §. ſi publico. in 5.col.ff.de adult.de quo latius dixi in rubr. extra de accuſ. circa princ.& idem dixit Bart.in l.querelam.C.de fal.& ideo illę
83 ſolennitates † quæ requiruntur in accuſatione, requiruntur etiam in inquiſitione.ita dixit Alex.in conſ.ſuo 64.incip.viſo themate.in 2.col.in 1.vol. Et ibi etiam ſubdit quòd ſtatutum repellens accuſatorem videtur etiam repellere iudicẽ inquirentem.allegat notata in dicta l.nõ ſolum.in d.§.quanquam. ff.de iniurijs. & in pluribus alijs locis de quibus ibi per eum. de quo etiam per Ang.in tracta.ſuo malefi.in verbo, hæc eſt quædam inquiſitio. in 5. char. in 1.colum. de quo etiam per Petr.de Anchar.in repeti. c.canonum ſtatuta.in 86.colum.in princ.extra de cõſti.& per Bertachi.in reperto. ſuo. in verbo, inquiſitio.in 3.col. in 10. verſ. & ibi. in 5.col. in 6.uerſ.Quod tamen limita ſingulariter ſecũdum Hoſt.in c.in archiepiſcopatu.de rapto.quem refert & ſequiturBal.in repertorio ſuo. in uerbo,pœna.in 2.colum.in uerſ. pœna legalis &c. ubi ſingulariter dicũt unum, ex quo colligitur differentiam eſſe inter accuſationem & inquiſitionem. Nam dicunt quòd licèt pœna legalis poſſit per iudicem ex cauſa minui uel mutari, ut in l.quid ergo.in §.pœna grauior.in gl.fin.ff.de his qui notan.infa.& no.in d.c.in archiepiſcopatu. de raptori.tamẽ hoc
84 ſolum habet locum † quando iudex procedit ex denunciatione,uel per inquiſitionem, ſecus autem ſi procedit per accuſationem,quia tunc non poteſt mutare uel minorare pęnam legalem, quod eſt ſingulare uerbum. Et ſcias etiã quòd ſtante ſtatuto ꝙ de maleficijs non poſſit cognoſci poſt ſex
85 menſes,ꝙ iſtud ſtatutum debet † intelligi ſiue maleficium ſit manifeſtum ſiue occultum,quia non à die ſcientiæ,ſed à die delicti commiſſi connumeratur tempus. ita no.dixit Bal.in l.ſi.C.de dolo.& ibi Salyc.& idem tenet Ang.in l.fin.ff.ſi quis teſtamen.liber eſſe iuſſus fuerit.& Bald.& Alex.in l.eum qui. in §.in popularibus. ad fi.ff.de iureiur. pro quibus facit tex.in l.adulte.in uer.quod continuum numeratur. C. de adult. Et licèt aliqui teneant ꝙ tale tempus non currat niſi à die ſcientiæ, tamen communis opinio eſt in contrarium, ſecundum Dom.Alex.in d.l.ſi.C.de dolo.& in d.§.in popularibus.& mouenter doctor.tenẽtes hanc partem ex pluribus rationibus,
86 potiſſimè quia † præſcriptio currit ignoranti. l.ſi patrem.§.1. ff.quemad.ſerui.amit.l.ſi.in fi.C.de præſcrip. lon. temp. item
87 alia ratione,quia regulariter † omnes præſcriptiones habent tempus continuum, niſi contrarium ſpecialiter reperiatur, ut no.glo.in rubr.ff.de diuerſis & tempo.præſcrip.& ibi Bart. & glo.in l.1.ad fi.eo.tit. de quo latius per Dom.Alex. in d.l.ſi.

C.de

C.de dolo.vbi alia etiam ponit circa hanc materiam. & vide etiam Dom.Nellum in tract.ſuo bannitorum.in 2.parte primi tempo.in 3.quæſt.vbi latè examinat hanc quæſtionem.& finaliter tenet communem opi. videlicet, ꝙ tale tempus incipiat currere à die commiſſi delicti & non à die ſcientiæ. & inter alia allegat rationem,videlicet, ꝙ vbicunque agitur de
88 odio finiendo, † omne tempus eſt continuum.ita ſecũdum eum dixit Guil.de Cug.in l.ſi cum exceptione.§.ſatis clementer.ff.quod met.cauſa.vnde dicit,quòd omnis actio ad vindi-
89 ctam, † & omnis accuſatio habet tempus cõtinuum ſi aliud non dicatur, de quo latius per Domin.Nellum vbi ſupra.Et ſubdit ipſe ibi ante finem dictæ 3.q. quòd licèt iudex elapſo dicto tempore ſtatuti nõ poſſit cognoſcere de dicto maleficio ipſo iure, tamen poterit cognoſcere ſecundum aliquos virtute reſtitutionis in integrum,quę conceditur ob iuſtam ignorãtiam propter clauſulam generalem.l.1.in fi.ff.ex quib. cauſis maiores.& habetur in l.cum filius.in §.in hac.ff.de verborum obligat.per glo.& Bar.in l.1.§.ſi quis propter.ff.de itinere actuq; priua.& in alijs iuribus ibi per eum allegatis. Attamen dicit hoc non obſtare, quia illud in pœnarum executoribus non habet locum,vt ff.de minori.l.auxilium.§.in delictis.ita reſidet Do. Nellus in d.3. quæſtio. quod eſt multum no.de qua quæſtio.vide etiam Ang.de Are.in tract.maleſi.in verbo,inchoata & facta.in prin.& ibi Do.Auguſt. de Arimi. in prima additione.& vide omnino Soc. in conſ.ſuo 108.incipien.ſuppoſito ſtatuto. per totum. in 4.volu. Poteſt etiam
90 quæri in hac materia inquiſitionis formandæ,an † iudex originis alicuius poſſit inquirere contra ipſum de delicto commiſſo in alieno territorio.in qua quæſtione Doct. ſunt multum varij. & ſi vellem hanc quæſtionem plenè examinare, contererem multum temporis. Ideo ſtatui loqui remiſſiuè. videtur pro parte negatiua quòd non poſſit inquirere,Ioannes And.in additio.Specu.in titu.de compe.iudi.adi.in §.1.in addi.incip.antequam exeamus.& Bald.in l.1. C. de edil.actio. & Saly.in l.ſeruos.C.ad leg.Iul.de vi.& Alber.de Roſa.in 3.parte ſtatu.quæſt.19. aliàs 36. Sed in contrarium vide Angel. de Are.in tract.maleficiorum.in verbo,hæc eſt quædam inquiſitio.in penult.char. in verſic. quærit hic Ang. an in delictis. & ibi Dom.Augu.de Ari. in addi. vbi adducunt plures Doctores contrarios.& vide etiam Bertachi.in reper.ſuo, in verbo, inquiſitio.in 1.col in fi. & Do.Ludo. Bologninum in conſil. ſuo 57.inci.Reuerendiſſime Domine. in 1.& 2.col. Et finaliter magis communis opinio videtur ꝙ nõ poſſit inquirere, & ideo credo ꝙ ſi fuerit inquiſitum & proceſſum ꝯ talem delinquentem per iudicem loci delicti,ꝙ iudex loci originis non poterit inq̃rere,cum de delicto eiuſdem hominis non
91 debeat ſæpius quæri,† vt in l.licèt.in §.fi.ff.nau.caupo.ſtabula. l.in delictis.§.fi.ff.de noxal.c.ſuper his.de accuſa.cum ſimi. De qua quæſtione videas etiã Bal.in ſuo repert. in verbo, iudex. in 5.col.in prin.& in cõſ.ſuo 210. inci. quæſtio ſuper qua &c. in 4.vol.& Lud.Bologninum in conſ.ſuo 8. in 2.colum.ad fi. Io.And.in c.vt animarum.de conſtit.in 6. & Io.Cald.in c.j.de raptori.Bar.poſt Cy.in l.cunctos populos. C.de ſumma trini. Ioan.de Ligna.in clem.paſtoralis.de re iudi.Abb. in conſ.ſuo 14.incip.Rodulphus ciuis Corneti. ante fi. 1.col.in 1.vol.Bal. in reper.ſuo.in verbo,delinquens extra locum.& Io.de Ana. in c.1.in 6.col.de rapto. Pet.de Anchar.in repeti.cap.primi,in 58.colum.de conſti.Bal.in l.cunctos populos.in 8.col.verſic. ſed hic quæritur ſi bannitus. C. de ſumma trini.quem refert & ſequitur Nellus in tract.ſuo bannitorum.in 2. parte ſecundi temporis.in 57.quæſt.incip. ſed tunc econuerſo. & Iaſ.in l.fi.ff.de iuriſdict.omn.iudi.in 6.col.verſ.16.limita &c. Quæri
92 etiam poteſt,an pendente † inquiſitione ſi ſuperueniat accuſator,an tunc ceſſet inquiſitio. de quo vide Do.Geor.Nat.in clem.in §.quæ omnia.in 5.col. de verbo.ſignif. & Barto. poſt Cyn.in l.ſi maritus.§.ſi autem extraneus.ff.de adulte.& Bal.in l.denique.in §.1.ff.de mino.Ang.de Are.in trac. maleficiorũ. in primo verbo.in pen.char.in 2.col.& quæ dixi in l.1. §.cum quis latrones.in 3.colum.ff.de q.verſ.& adduci poteſt.& vide Inno.in c.ſuper literis.de reſcriptis. vbi tenet ꝙ pendente inquiſitione ſi ante ſententiam ſuperueniat accuſatio, ꝙ tunc ceſſat inquiſitio tanquam remedium extraordinarium. de quo etiam per Ang.in l.ſi vacantia.poſt medium.de bon.vacan.& per Alexan. qui alios plures allegat in l.ſi maritus.ff.de adulte.& vide Bertachi.in repert.ſuo, in verbo, inquiſitio. in 5.colum.in vlt.verſicu.cum quatuor verſiculis ſequentib. Vlterius tene menti, quòd licèt in aliquibus caſibus ſocius criminis admittatur contra ſocium criminis,tamen propter di
93 ctum ſocij criminis iudex † non poteſt formare inquiſitionem contra ſocium criminis.Ita dixit Raph. Fulgo.in conſ. ſuo 126.incip.ſuper eo.in vlt.colum.& in conſ.173. incipien. in cauſa inquiſitionis.in 1.colum.& Ioan.de Ana.in conſ.59. incipien. viſa inquiſitione. & Dom. Philip. Dec.in conſ.189. incip.lętatus ſum &c. in fi. & in conſ.175. in cauſa falſitatis. in 2.col.& faciunt dicta per Do.Floria.in l.repetita. ff. de fide inſtru.Teneas menti prædicta requiſita ad hoc vt iudex poſſit formare inquiſitionem contra aliquem, ne quando eris iudex errares & indebitè formares inquiſitionem ꝯ aliquẽ.
94 Quoniam iudex † temerè & indebitè formãs inquiſitionem contra aliquem, & iniuſtè inquirens, tenetur ad ſumptus litis,ſecundum Cy.in l.ſancimus.C.de iudi.& Bal.in l.non ignorat.C.de fruct.& lit. expen. de quo latius per Catald. in tract. ſuo ſindica.in verſ.132.inci.adde quòd iudex tenetur, & vide quæ dixi in l.patre vel marito. in 4. colum. circa mediũ. ff.de quæſtionibus.An autem quando iudex malè inquirit ad de-
95 nunciationem ſyndici, † an tunc faciat litem ſuam, ſicut ſi motu proprio inquiſiuiſſet? vide Bald. in l.2.§.ſi præſes. ff. de magiſtra.conue.ubi videtur tenere quòd ſic,licèt cõtrarium videatur in l.2.in §.ſi publico.ff.de adulte.vbi dicit Cyn.quòd
96 fama † ſeu indicia releuant iudicem quantumcũq; indebitè inquirentem,vt ibi per eum in 12.quæſt. Et dicit Bal in l.fin.
97 C.de proba.ꝙ ſemiplena probatio † releuat accuſatorem à calumnia, niſi reus contrarium plenè probet. & hoc etiam voluit Bal.in addi.Spec.in titu.de accuſ. in pen. verſ.vbi dicit quòd vnus teſtis excuſat accuſatorem à pœna talionis, & ſimiliter debet excuſare iudicem inquirentem, per ea quæ ſupra dixi de accuſatione & inquiſitione. Et ſcias etiam circa
98 hanc materiam,ꝙ licèt inquiſitio non probetur, † tamen iudex qui proceſſit ad inquiſitionem ex officio non præſumitur in dolo,nec in calumnia, nec præſumitur ꝙ falſo proceſſerit ad inquirendum.ita dixit Bal.in l.athletas.in §.calumniator.in prima col.poſt medium.ff.de his qui notan.infa. & ibi idẽ dicit in accuſatore.Et vide Bal.in l.fi. in 2.col. C. de teſtib. vbi dicit, ꝙ teſtes examinati extra iudiciũ per ſyndicũ ſuper
99 inquiſitione ipſum excuſant. † alleg. glo. in l.ſi cum quæſtio. ff.de his quib.vt indig.de quo etiam per Alex. in l. athaletus ſeruus.ff.de falſis.Et idem firmauit Ang. in l.quæro. in §. ſeruum.ff.de ędil.edic.quem omnino vide.Scias etiam ꝙ quando iudex inquirẽdo non ſeruat ſuperius dicta & alia requiſita ad validitatem inquiſitionis,ſed procedit extra ordinem ꝯ aliquem delinquentem,quòd tunc non poteſt ei imponere pœnam ordinariam ipſius delicti, ſed mitiorem debet ei imponere.Ita dixit Bal.in repert. ſuo. in verbo, pœna.in vlt.col. in verſ.incip.pęna ordinaria.ad quod alleg. c.quemadmodũ. in fi.de iureiur.& quæ habentur in c.1.in fi.de excep.An autẽ iudex inquirens poſſit facere ſaluum cõductum reo inquiſi-
100 to † ab omnibus proceſſibus ſeu condemnationibus cõtra eum exiſtentibus, vt veniat ad ſe defendendum ab inquiſitione contra eum formata.vide Bart.in l.is qui reus.ff.de publi.iudi.& Ang.in ſua diſputatione incip. Bonon. quidam.& latè per Catal.alios allegans in tract.ſyndica.in verſ.571.incip. adde ꝙ iudex poteſt dare &c. Et vide etiam D.Maria.Soci.in repeti.rubricæ,extra de dilatio.in 30. char. in 2.col.Et ſcias in hac materia inquiſitionis formandæ, quòd quãdo delictum non eſt punibile non põt de eo vel ſuper eo formari inquiſitio,ſecundum Bart. & alios in l.vbi pactum. C.de tranſact. & Bal.in l.decuriones.C.de infa.pro quo facit. Nam ſi exceptio iſta videlicet,delictum commiſſum eſt impunibile, impedit litis ingreſſum,ſecundum Bar.in l.ſi ſeruus.C.de his qui ad eccle.confu.quem refert & ſequitur Iaſ.in rubr.C.vt nemo priua.circa princ. & idem voluit Iaſ.vbi latius loquitur in l.nam & poſtea.in princ. in 2.col. ff.de iureiur.de quo dixi etiam in conſilio meo,incip.ſpiritum ſapientiæ &c. in fi. Alia plura tacientia ad materiam inquiſitionis formandæ, vide per Bertachi.in repertorio ſuo,in verbo, inquiſitio &c. per diſcurſum illius verbi,vbi plenè loquitur in materia.

SVMMARIVM.

1 *Cauſę criminales non dirimuntur iuramento partis.*
2 *Iuramentum in ſupplementum probationis an deferatur in cauſis criminalibus.4.5.*
3 *Statutum quòd de damno dato ſtetur iuramento damnificati, an habeat locum in cauſa criminali.*
4 *Furtum & damnum ſunt diuerſa.*
6 *Reus confeſſus & non apparet de delicto etiam per famam, an puniendus.*
7 *Confeſſio impoſſibilis etiam ſpontanea,an noceat confitenti reo.*
8 *Confeſſio non veriſimilis,an obſit confitenti.*
9 *Confeſſio incidenter facta,an ſit potens ad puniendum confeſſum pœna ordinaria.*
10 *Confeſſio tempore inhabili facta,an quicquã operetur. & quid ſi aliàs fuit contra eandem confeſſionem ſententiatum.num. 11.*
12 *Confeſſio coram iudice iuriſdictione carente non nocet confitenti quo ad plenam probationem.*

13 *Con-*

13 *Confeſſio partis confitentis non validat proceſſum cuius nullitas prouenit ex defectu iuriſdictionis iudicis.*
14 *Delegatus an poſſit condemnare reum de delicto ſtante inualiditate proceſſus, reo etiam delictum confitente.*
15 *Falans literas delegati, an tantum puniendus quantum delegantis.*
16 *Delictum ſub ſpe gratiæ promiſſæ à iudice confeſſum, an noceat reo vt poſſit ex confeſſione condemnari.*
17 *Reus coram notario non commiſſo confitens, vel coram iudice pro tribunali non ſedente an ſibi præiudicet.*
18 *Tabellio de conſenſu partium ſine iudicis præſentia non poteſt dicta teſtium recipere, nec iuramenta ſine commiſſione.*
19 *Notarius ſine iudicis commiſſione non poteſt confeſſionem recipere.*
20 *Probationes iudici fiendæ.*
21 *Confeſſio nuda cauſam habens non nocet confitenti in ciuilibus.*
22 *Confeſſus ſponte, perſeuerare debet priuſquam condemnetur.*
23 *Reus confitens homicidium ad ſuam defenſionem perpetraſſe niſi probet defenſionem, puniendus. Et qua pœna nume. 24.*
25 *Confeſſio in dubio in fauorem rei interpretanda.*
26 *Confeſſio in ciuilibus confitenti nõ nocet & reuocari poteſt tanquam erronea, ſi non fuit acceptata per partem.*
27 *Renunciatio non acceptata per partem non nocet renuncianti.*
28 *Confeſſio rei per iudicem nomine reipublicæ acceptata an ſit validior Et an ex interuallo fieri poſſit. 29.*
30 *Confeſſio ſpontanea legitimè facta derogat regulis iuris communis.*
32 *Appellare pro capitaliter condemnato an & quando tertius poſſit.*
33 *Reus criminis renunciare defenſionibus ſuis non poteſt.*
34 *Reus ſponte delictum confeſſus non relaxatur fideiuſſoribus ſuper pena pecuniaria imponenda.*
35 *Confeſſio ficta inducta à lege vel ſtatuto hoc operatur quòd vera.*
36 *Confeſſio ficta per ſtatutũ inducta an validet proceſſum nullum. 59. Et an ſit neceſſaria iudicis interlocutoria antequam operetur. 37.*
38 *Talis quiſque non dicitur donec pro tali declaratus eſt.*
39 *Exequutio contra excommunicatum ante ſententiam declarationis ſuſpenſa eſt.*
40 *Notarius criminoſus ante ſententiam declaratoriam non eſt ab officio depoſitus.*
41 *Clericus homicida ante condemnationem non perdit beneficia.*
42 *Contumax antequam quis dicatur quid requiritur.*
43 *Acta inducunt notorium.*
44 *Iudicis declaratio in notorijs an requiſita. Et an ſuper notorijs requiratur ſententia. 45.*
46 *Contumacia teſtatoris ante declarationem defuncti an præiudicet hæredi.*
47 *Confeſſio ficta per ſtatutũ prætextu erroris inducta an reuocari poſſit & admittatur probatio in contrarium.*
Differentiam inter veram confeſſionem & fictam à ſtatuto inductam qualis.
48 *Bannum & condemnatio delicti vltra contumaciam reum cõuictum exigunt.*
49 *Firmitatem non habent quæ de facto fiunt.*
50 *Reus ex præſumptionibus conuictus mitius puniendus quàm ex probationibus.*
51 *Contumacia dicitur ficta probatio. Et eſt fictum delictum. num. 52.*
53 *Sententia aduerſus contumacem lata reſpicit potius vitium contumacis quàm ius partis.*
54 *Statutum concedens bannitum impunè occidi, an extendat ſe ad bannitum ex contumacia.*
56 *Statutum quo contumax habeatur pro confeſſo, an requirat libellum præceſſiſſe aut inquiſitionem.*
57 *Contumax in quibus caſibus non habeatur pro confeſſo.*
58 *Iuramentum appoſitum ſuper contractu nullo nihil operatur.*
60 *Statutum volens contumacem haberi pro confeſſo an & quando comprehendat mulieres & ruſticos. Et an ſe extendat ad qualitatem delicti aggrauantem ratione perſonæ. 62.*
61 *Contumacia dicitur dolus præſumptus qui non comprehendit mulieres & ruſticos. Et dicitur vitium. & eſt peccatum mortale. 63.*
64 *Contumax dicitur infidelis.*
65 *Statutum volens contumacem haberi pro confeſſo, an porrigatur extra territorium. Et an dictum ſtatutum requirat trinam citationem. 66.*
67 *Condemnatus per contumaciam quæ per ſtatutum habet vim confeſſionis, an efficiatur infamis.*

§ Poſtquam. Vidimus materiam inquiſitionis formandæ, deueniendum eſt ad ſequentia fienda per ipſum iudicem. Et ideo ſcias ꝙ formata inquiſitione ſeruatis ſeruandis iudex ad banchum iuris facit conduci coram ſe reum accuſatum vel inquiſitum, & ipſe iudex facit legere inquiſitionem & illam vulgarizari ſi reus eſt homo idiota & literarum ignarus, & facit ꝙ reus reſpondit inquiſitioni negando, vel confitendo cõtenta in ea. Sed aduertas in ipſa reſponſione, quoniam aliqui ſunt iudices minus prudentes & indocti qui vehementer errant in pluribus. Nam antequam reus reſpondeat inquiſitioni, deferũt ſibi iuramentũ de veritate dicenda, quod profecto fiendum
1 non eſt, quoniam cauſæ criminales † non dirimuntur iuramento partis, vt habetur in l. ſi. C. de prob. & in l. dolum. C. de dolo. & in l. metum. C. quod metus cauſa. & voluit Barto. in l. maritus. ff. de queſtioni. & Bal. in l. 1. in 2. col. verſ. non obſtat l. Marcellus. &c. C. quomodo & quãdo iudex. Et Iaſ. in repet. l. admonendi. in 103. col. ff. de iureiur. & Dom. Philip. Decius in conſ. ſuo 37. incip. in cauſa. in vlt. col. in fi. Nec etiam in ta-
2 libus cauſis criminalibus † defertur iuramentum in ſupplementum probationis, ſecundum Pet. de Ancha. in c. mediatores. verſ. nota tertio. de teſtibus. lib. 6. vbi pro hoc allegat gl. in c. tam literis. extra de teſtibus. quæ dicit quòd in cauſa criminali etiam ciuiliter intentata, licèt actor habeat præſumptionem pro ſe, non tamen defertur ei iuramẽtum, ſed imò habet locum tunc regula, ꝙ actore non probante &c. quod etiam voluit glo. in c. cum ſint iura. de reg. iur. in 6. & voluit Alex. in conſ. ſuo 66. incip. viſo proceſſu &c. in 1. col. in 1. vol. in conſ. 1[?]2. incip. viſo proceſſu vtriuſque cauſæ. in 2. colum. in 2. vol. & Abb. in c. fi. in prin. in vlt. col. de iureiur. & D. Ant. in d. c. tam literis. de teſti. & Dom. Philip. Dec. in conſ. ſuo 37. incip. in cauſa. in vlt. col. Et ideo ſtante ſtatuto ꝙ de damno
3 dato ſtetur ſacramento damnum paſſi, † non habet locum in furto, & ſic in cauſa criminali, niſi quatenus ius commu-
4 ne diſponeret. Nam furtum & damnum ſunt diuerſa. † ita no. Bal. in l. nauta. in §. quęcunq;. ff. nau. caupo. ſtabu. & idẽ firmauit Alber. de Roſa. in 2. parte ſtatu. q. 63. incip. item quæro aliam quæſtionem &c. & Bald. in l. ait prætor. in prin. ff. de iureiur. & Bal. in l. ſi ſeruus ſeruũ. in §. ſi oliuam. ff. ad leg. Aquil. & Alex. poſt Ludo. Roma. in l. 2. ff. de dam. infec. & Alber. in l. 1. in §. occiſorum. ff. ad Sylla. & Alex. in conſ. ſuo 167. incip. requiſitus vt breuibus dicam &c. in 1. col. in 2. volum. & habetur per alios quàmplures Doc. quos ego retuli in l. de minore. in §. tormẽta. in 1. col. ff. de quæſt. Item quò ad primum dictum videlicet, ꝙ cauſæ criminales non dirimuntur iuramento, & ideo iudex non debet deferre iuramentum reo de veritate dicenda quando facit eum reſpondere inquiſitioni. facit optimè tex. in c. clericos. de coha. cleri. & mulie. vbi habetur, quòd non eſt deferendum iuramẽtum ei contra quem eſt præſumptio quòd abiuret. per quem tex. dixit Spec. in tit. de iuramen. calum. in §. nunc dicamus. in princ. ꝙ iuramentum calumniæ de non petendis dilatorijs fruſtratorijs debet omitti, quoniam raro eſſet quòd litigantes nõ eſſent periuri. quod dictum ſequitur Abb. in c. 1. in 4. col. de iuram. calum. & Do. Fely. in c. 1. circa prin. de offi. ord. vbi ſubdit illud quod etiam dixit Abb. in c. cæterum. in 2. col. eo. tit. non valere conſuetudinem quòd exigantur iuramẽta calumniæ in calculo ſententiæ. nam ſi quis reſpõdit falſum, vel petijt falſas dilationes, iurabit in fine contrarium, ne puniatur. Pro quibus facit tex. in l. ambiguitates. C. de indic. vidui. tol. per quem tex. dixit ibi Bal. ꝙ non debet dari materia deierandi, nec debet deferri iuramentum ei quem eſt veriſimile deierare. & vide ibi Iaſo. in fi. Sed cui dubium quòd reus in criminalibus vt euadat vitam iurabit falſum, non dico ſemel, ſed millies, & centũ millies, niſi eſſet aliquis ſanctus homo ita bonæ conſcientiæ, ac ſanctæ vitæ, qui potius vellet mori quàm falſum iurare, ſed profecto tales homines receſſerunt ab aula, & ſemen eorum in totum eſt eradicatum. Et ideo cum tales rei criminis præſumantur deierare, non eſt ſibi deferendum tale iuramentum. Et pro hac parte facit tex. valde no. in c. ille qui hominem. 22. q. 5. & in c. qui exigit. ibi, ſequens. vbi dicit text. ꝙ ille qui hominem prouocat ad iurãdum & ſcit eum falſum iuraturũ, vincit homicidam, quia homicida corpus occidit, ille autem animam, immo duas animas. ſ. animã eius, quem ad iurandum prouocauit, & ſuam. pro quibus faciunt dicta per Dom. Fely. in c. apoſtolicæ. 2. col. verſ. & prædictis &c. de except. Et facit etiam, nam non eſt iniungendum alicui per iuramentum illud quod veriſimile ſit, quòd non debeat obſeruare, argu. c. ita ergo. & c. non eſt. 20. q. 1. & c. ex tenore. de ſent excommu. & quod voluit gl. in d. c. clericos. & quod dixit ibi Abb. vbi inquit, ꝙ eſſet prouidendum (vt ipſe pluries dixit) quòd ſcholares non iurarent obedire rectori, quia de facili tranſgrediuntur iuramentum, & incurrunt periurium, ſed potius eſſet prouidendum de pœna contra inobediẽtes, ſicut facit Papa in d. c. clericos. & faciũt optimè dicta per Iaſ. in repet. l. admonendi. in 114. col. in prin. ff. de iureiur. Et per iſta teneo quòd iudex in criminalibus cauſis non debeat deferre iuramentum reo de veritate dicenda, quando reſpondet inquiſitioni. & hanc partem per dicta iura tenui in l. pen. in pen. colum. ff. de quæſtio. vbi reprobaui Bart. Bald. & alios Doctores tenentes cõtrarium in pluribus locis, quos ibi adduxi, quæ videas per te. Credo tamẽ quòd in cauſa criminali

in

in qua agitur de pœna pecuniaria,vt eſt cauſa criminalis ciuiliter intentata,quòd poſſet deferri † iuramentũ reo,& etiam in ſupplementum probationis. de quo dixi in l.maritus, in 3.col.in fi.ff.de q.vbi videas. Modo proſequendo in reſponſione rei facta inquiſitioni.Scias quòd aut ſpontè confitetur ſine tormentis & ſine minis & ſine aliquo alio actu violẽtiæ contenta in inquiſitione, & tunc Notarius ſcribit talẽ ſpontaneam confeſſionem. Poſtea interueniente termino duorum,vel trium dierum, iudex ipſe vadit denuò ad banchum iuris cum Notario maleficiorum, & facit coram eis ducere reum,& ibi Notarius nouiter legit vulgarizãdo dictã inquiſitionem & dictam eius ſpontaneã confeſſionem, poſtea Notarius antequam reus aliquid dicat dicit hæc verba videlicet, Bene aduertas ad quæ tibi dicta, & lecta ſunt, quia hic tractatur de vita tua, ideo ſi iſta quæ tibi lecta ſunt & continentur in dicta inquiſitione, & ſimiliter ſi ſpontanea confeſſio tua quam feciſti ſunt vera,ea confirma. ſi autem non ſunt vera, ſimiliter dicas illa non eſſe vera. Tunc ſi ipſe reus iterum dicit illa eſſe vera,& affirmat eius confeſſionem, tunc quia dicitur ratificaſſe & perſeueraſſe in confeſſione ſua,iudex dicit reo.Ego do tibi dies octo, vel decem, vel plures,vel pauciores, prout ipſi iudici videbitur, ad faciendum tuas defenſiones, aliàs elapſo dicto termino, procedam ad ſententiam & ad executionem contra te ſecundum formam iuris & ſtatutorum. Quibus peractis reus reponitur ad carceres inferiores,vbi poteſt cum procuratorib. & aduocatis ordinare ſuas defenſiones ſi quas habet & facere vult.Sed diligenter aduertas, ꝙ etiam in hoc caſu ſpontaneę confeſſionis iudex non ſemper poteſt nec debet procedere ad ſententiam condemnatoriam & ad eius executionem. Nam aliqui ſunt caſus in quibus etiam ſpontanea confeſſio non eſt ſufficiens ad condemnandum ipſum reum ſpontè confeſſum,Et primò hoc patet in confeſſione non probabili, vt puta ſi reus cõfitetur homicidium commiſiſſe in aliquem hominẽ, & eũ poſtea
6 proieciſſe in mari. † Nam hoc caſu non debet puniri reus ſi non conſtat de corpore mortuo, ſaltem per famam, ſecundum Bal.in addi.Spe.in tit.de ſententijs. in 18.col. & in l.cum probatio. ff. de proba. in ſuis addi.& in auth. ſed nouo iure. C.de fur.& in addi.Spec.in tit.de confeſſis. in 2.colum.verſic. Titius confitetur.de quo latius dixi in l.1. in prin. in 2.col. & in 13.ff.de quæſt.& quæ dixi ſupra in princip. huius operis.in nume.5. vbi videas. Patet etiam in confeſſione impoſſibili,
7 quia talis confeſſio etiam ſi ſit ſpontanea, non † nocet reo confitenti.puta ſi reus confitetur hominem occidiſſe qui tamen eſt viuus.nam tali caſu talis confeſſio etiam ſpontanea non nocet ipſi reo confitenti.tex.eſt in l.inde neratius.in §.ſi quis hominem viuum. ff. ad legem Aquiliam. & habetur in l.confeſſionibus.& in l.ſi is.ff.de interrog. actio.& voluit Domi.Anto.in c.ſignificaſti,in 2.col.de homicidio.& Bal. in l.1. in 8 col.in verſ.ſed quid dices.el ſecondo.de confeſſis. Et faciunt dicta per Alex.in cõſ.ſuo 339.incip. in cauſa inquiſitionis formatæ. in 1.colum. vbi loquitur de reo confeſſo occidiſſe aliquem veneno &c. de qua materia latius dixi in l.1.in prin.in 14.colum.ff.de quæſt. Conſtat hoc etiam in alia confeſſione, videlicet, in confeſſione non veriſimili, quoniam
8 etiam talis confeſſio non nocet confitenti, † de qua latè dixi in d.l.1.in prin.in 15.colum.ff.de quæſt. de qua etiam per Iaſ. in l.magiſtratibus.in 2.colum.ff.de iuriſdictione omnium iudicum.ubi videas.Item alia eſt confeſſio ſpontanea quę non nocet confitenti ad eum condemnandum videlicet,confeſſio facta incidenter,& nõ principaliter. Nam talis confeſſio
9 † incidenter facta non operatur,nec eſt tantæ potẽtiæ quòd confeſſus poſſit puniri,ſaltem pœna ordinaria delicti,ſecundum Bar.in l.ſi confeſſus.ff.de cuſto.reo.& Io. de Imo.in c.fi. in pen.col.de confeſſ.& Abb.in c.at ſi clerici. in prin.in 2.col. de iudi.& Imo.in c.examinata.in fi.eo.tit. Abb. in c.1.per illũ tex.de except.& in c.2.de ord.cogni.& in c.fin. in vlt.nota.de reſti. ſpoliato.& in conſ.ſuo 25.incip.canonicus &c. in fi. & Angel.in diſputatione ſua incip. Aſtenſis miles.in 2.col.& in alia diſputatione ſua incipiente, duo nobiles Gallici &c. in 3.char. & uoluerunt alij Doctores in diuerſis locis, quos adduxi in l.1.in §.diuus Antoninus. in vlt.col. in prin.ff.de quæſtionibus.& in d.l.1.in prin.in 15.col. in verſ.& vltra prædicta tria &c. & voluit Saly.in l.mercalem. C.de condi.ob turpem cau.& vide ſ.in §.conſtante.num.49. Alius eſt etiam caſus in quo confeſſio etiam ſpontanea non nocet confitenti, vide-
10 licet,quando talis confeſſio † fit tempore inhabili,quia tunc non nocet confitenti.ita dixit Bal.in c.fi.de offi.deleg.in pen. col.in verſ.pone,quòd maleficium &c. vbi dicit, quòd ſi maleficium eſt notorium, tamen lapſum eſt tempus datum ad inquirendum per formam ſtatuti. tandem reus confitetur maleficium, vtrum ex iſta confeſſione poſſit condemnari? & dicit quòd non, allegat rationem dicens, ꝙ quoties quis confitetur id cuius nomine cum aliquo non ſit actio, non valet confeſſio, vt habetur in l.confeſſionibus. ff.de interro. actio.ſed poſt præſcriptionẽ ipſo iure accuſatio abolita eſt, immo etiam ipſum maleficium,accuſatio autem eſt abolita quò ad publicam iniuriam,maleficium autem quò ad priuatam iniuriam, ita ꝙ nulla actio eſſe poteſt, vt ff. quod met. cau.l.ſi cum exceptione.in §.ſatis clementer. & ff. de iniurijs. in l.ſed ſi vnius.in §.ſi ante iudicem. ergo confeſſio nõ valet. quod eſt no.ſecũdum Bal.ibi.& idem firmauit Soc. in conſ. ſuo 108.incip. ſuppoſito ſtatuto. in pen.col. poſt med. & ibi in ſeq.colum.Pro quibus faciunt dicta per Barba.in c.cũ contingat.in ſecunda col.extra de reſcrip.& per D.Fely.in c.afferte.in ſecundo no. de præſump. de quo etiam per D.Franciſ. de Are.in c.cum P.in ſexta colum.de accuſ. & per Alexan. in l.non tãtum.in pen.additio. ff. de app.ad quem vide bonum tex.in l.ſi quis poſtquam.ff.de fideiuſ.& Bal.in l.querelã.ante fi.C.de falſis.de quo etiam dixi in l.1.in prin.in 15. col.verſic. adde etiam quòd requiritur. ff. de quæſt. Prædictis etiã adde alium caſum in quo confeſſio etiam ſpontanea non nocet confitenti,qui caſus eſt quando aliquis confitetur aliquid,&
11 contra talem eius confeſſionem alias fuit † ſententiatũ.nam hoc caſu talis confeſſio non nocet ipſi confitenti. ita dixit Inno.in c.mulieri.de iureiur.quod dictum refert & ſequitur Bal.in l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſco.& cleri.& in authen. nouo iure. C.de pœna iudi. qui malè iu.de quo latius dixi in ſing.meo 257.incip.nemo audiendus eſt &c. vbi videas.& in repe.mea rub.C.de proba.in 25.col.in verſ.vlt.circa hanc materiam.& ibi in 32. col. in verſ. quinimò &c. Alius eſt etiam caſus in quo confeſſio etiam ſpontanea nõ nocet confitenti,videlicet, quãdo iudex coram quo eſſet facta talis cõfeſſio
12 careret iuriſdictione. nam tunc talis confeſſio † non nocet confitenti quò ad plenam probationem, ad quod dicẽdum moueor. nam tu ſcis quòd confeſſio eſt tantæ potentiæ, ꝙ etiam confeſſus ſuper inordinato proceſſu poteſt condemnari.ita dicit Innoc.quem omnes ſequuntur in c.qualiter & quando.el ſecondo,de accuſ.in c.per inquiſitionem. de elec. & voluit Abb.antiquus in c.Piſanis.de reſtit.ſpolia.& Bald.in l.edita.in quinta col.C.de eden. & volunt alij plures Doct. in pluribus alijs locis, quos ego retuli in ſing.meo 201. incip.in confeſſum &c. & in l.1. in §. diuus Antoninus.in 3.col.ff.de quæſt.hæc tamen doctrina Innoc. & aliorum limitatur niſi nullitas proceſſus proueniret ex defectu iuriſdictionis iudi-
13 cis.nam tunc confeſſio partis confitentis † non validat proceſſum.ita notatur per ſcribentes in c.at ſi clerici. in princ.de iudi.& in c.olim.vbi eſt bonus text. ſecundum D.Abb. extra de reſcri.ita no.dixit Card.Alexan.in c.dilecto. in 2.colum.in fi.de appel. & Socin. in conſ.ſuo 108. incip. ſuppoſito ſtatuto &c. in vlt.colum.in 4.volum. Pro quibus optimè faciunt quæ dixi in ſing.meo 10.inci.tu ſcis &c. ita in propoſito dici poteſt,quòd talis confeſſio facta coram iudice incompetenti ratione iuriſdictionis non nocebit confitenti quò ad plenam probationem.de quo etiam dixi in d.ſingu.meo 10.incip.tu ſcis &c. & vide omnino quæ dixi infra in hoc §.in numero 58.in verſi.& pro iſtis faciũt dicta per Ang. de Are.&c. Item alius eſt etiam caſus in quo confeſſio non præiudicat confitenti, qui caſus eſt in confeſſione facta coram delegato,& non coram ordinario,quoniam talis delegatus nõ poſſet condemnare reum de delicto ſtante inualiditate proceſ-
14 ſus, † licet ipſe reus eſſet confeſſus delictum. ita ſingula. dicit Ang.in cõſilio ſuo 217.incip. in cauſa accuſationis productæ per Fely.in vlt.colum. vbi limitat dictum Innocen. & ſequa. in d.c.qualiter & quando.el ſecondo,habere locum tantum coram iudice ordinario, ſecus corã delegato. quod dictum pro valde ſingu.refert & ſequitur Do.Auguſt. de Ari.in ſuis addi.ad tract.Ang. ſuper maleficijs. in verbo, qui iudex addidit.in pen.addi.de quo etiam dixi in ſingu.meo 201.incip.in confeſſum &c. & in repetitione mea l.fin.in 57. charta,circa med.C.de probatio. vbi videas. Et faciunt optimè in argum. dicta per Abb.in c.olim ex literis.in prima columna, in verſi. & ex hoc. & ex illo tex. infrà, de reſcript. ubi dicit,quòd licèt
15 delegatus Papæ gerat vices ipſius Papæ, non tamen † debet ita acriter puniri vitians ſeu falſans literas delegati, ſicut falſans literas ipſius Papæ. Alius præterea eſt caſus,in quo etiam ſpontè confeſſus delictum non poteſt puniri,qui caſus eſt in illo qui confeſſus eſt delictum ſub ſpe gratiæ ſibi fiendæ promiſſæ ſibi à iudice, vt puta quando iudex dixiſſet reo, confitearis delictum liberè, quia promitto tibi parcere, vel ꝓmitto tibi quòd nullam pœnã patieris, hoc caſu ſi ipſe reus cõfi-
16 teatur delictum,non poteſt ex † tali confeſſione condemnari.ita multum ſingu. & mirabiliter dixit Dominus Ioannes de Imo.in conſilio ſuo 109.incipien.viſa inquiſitione &c. & mo-

mouetur ex pluribus iuribus,& rationibus de quibus ibi per
eum. Pro quo faciunt optimè dicta per Do.Nico. Mil. in re-
perto.ſuo in verbo,confeſſio.in verſicu. confeſſione perſua-
ſione aduerſarij &c. & faciunt etiam dicta per D.Iaſo. in l.er
ror.in 3.colum. C.de iur. & facti igno. Et idem dixit D.Ioan-
nes de Imo.in d.conſ.voluit Do. Paris de Puteo in ſuo tract.
ſyndic.in 108.char.in verſi. ſequitur quotidiana quæſtio &c.
de quo etiam dixi in d.ſingula.meo 201.incipien. in confeſ-
ſum &c.& in l.1.in §.quæſtioni.in vlt.colum.ff.de quæſt.tene
menti,quia eſt ſingulare verbum, quod ſæpe practicant iudi
ces indocti & modicæ fidei. Item alius eſt caſus in quo con-
feſſio etiam ſpontanea non nocet confitenti, vt ex ea poſſit
condemnari, videlicet, quando reus confiteretur delictum
17 coram Notario qui ad hoc † non haberet commiſſionem à
iudice, vel confiteretur coram iudice non ſedente pro tri-
bunali, vel in nõ figura iudicij,nam tunc confeſſio talis non
eſſet ſufficiens ad condemnandum ipſum reum, ſecundum
glo.no.in l.iubemus.C.de libe.cauſa.quæ dixit ꝙ confeſſio fa
cta coram tabellione abſque præſentia iudicis,non præiudi-
cat.Et dicit ibi Salyc.quòd ſi talis confeſſio fieret coram iudi
ce ad hoc vt præiudicet reo confitenti, debet fieri iudice ſe-
dente pro tribunali.Et dixit fortius Bal.in tit.de pace Cõſtan.
in verſicu. ſecundum mores & leges illius ciuitatis, ꝙ etiam
18 tabellio non poteſt † de conſenſu partium ſine præſentia iu-
dicis recipere dicta teſtiũ, nec iuramẽta nulla facta ſibi com-
miſſione per iudicem,vt dixit Bal.in addi.Spec.in tit.de teſte.
in vlt.col.verſ.nunquam reperitur &c.quòd nunquam repe-
ritur ꝙ Notarius poſſit recipere iuramenta teſtium ſine cõ-
miſſione iudicis.allegat gl.in l.hac conſultiſſima. in §.fi. C. de
teſtam.& ſubdit ibi Bal. idem eſſe in inſtrumento & confeſ-
19 ſione, quia etiam Notarius † non poteſt illam recipere ſine
commiſſione iudicis.alleg.gl.in d.l.iubemus. quam dicit eſſe
ordinariam.Et ſubdit ibi Bal.ꝙ recipere ſpectat ad iudicem,
ſcribere verò ad tabellionẽ. Pro quibus facit illud videlicet,
20 quòd † probationes ſunt fiendæ iudi. l.quinquaginta. ff. de
proba.l.eos.& l.ſi quando. C. de teſti.l.1.C.de rebus alie. non
alie.l.2.C.ex quibus cauſis maio.l.doce ancillã.C.de rei vend.
cum ſimi.de quibus latius dixi in l.1.in prin.in 4.col.verſ.7.re-
quiritur.ff.de quæſt.& in l.de minore. in §. plurium.in 2.col.
eo.tit. Alium etiam habes caſum in quo confeſſio etiã ſpon
tanea nõ nocet confitenti, vt ex ea damnari poſſit, qui caſus
eſt in confeſſione nuda non habente cauſam.nam ſicut talis
21 confeſſio ſine cauſa nõ nocet confitenti in ciuilibus, † vt in
l.cum de indebito.ff.de proba.& in c.ſi cautio. de fide inſtru.
cum ſim.ita nec nocet in criminalibus. ita ſing. dixit Petr.de
Anchar.in conſ.ſuo 23. incip. viſa inquiſitione formata con-
tra Philippum &c. quod eſt ſing. no.de quo dicto feci men-
tionem in l.1.in §.præterea.in 16.col.ff.de quæſt.vbi in d.§.ad
duxi plura quæ requirunt cauſam, aliàs ſunt nulla.Addo vlte
rius alium caſum no.in quo confeſſio etiam ſpontanea non
eſt potens ad condemnandum reum confeſſum.Nam in cri
minalibus ſi quis vltro confiteatur ſine tormentis, ſed ſpon-
22 tè, tunc niſi talis confitens pluries in ſua confeſſione † perſe-
uerauerit,non poteſt ex tali ſua confeſſione condemnari.ita
ſingu.dixit Rapha.Cuma.in conſ.ſuo 138.incip. hoc maximè
propoſitum &c. in 2.col.vbi dicit quæſtioni fidem adhiben-
dam non eſſe diuus Auguſtus conſtituit. ff.de quæſt.l.prima.
& ſubdit.immo diu quorundam claruit ſententia, aſſerentiũ,
ꝙ in criminalibus ſi quis vltrò & ſine tormentis cõfiteatur,
niſi pluries in ſua confeſſione perſeuerauerit, non poſſit ex
ſua confeſſione damnari. nõ enim ſecundum eos confeſſio
in criminali ſtatim præiudicat, ſic intelligitur. ff.de quæſt.l.1.
§.diuus.& §.ſi quis vltro.ſolẽniter enim in criminalibus pro-
ceditur.C.de fal.l.2.& de proba.l.ſciant.de pœnis.l.qui ſenten
tiam.vnde ſecundum ſententiam eorum in l. 1. C. de cuſto.
reo. tutius eſſe dicunt, ſi iudex faciat eum diuerſis diebus in
ſua confeſſione perſeuerare. ita formaliter dicit Rapha Cu-
ma.in dicto conſilio ſuo 138.incipien.hoc maximè propoſi-
tum &c. quod eſt multum nota.& iudicio meo ratio huius
dicti poteſt eſſe,quia talis ſpontè confitens delictum de quo
vertitur pœna vitæ ſuæ,non videtur in rectitudine,vel in ple-
nitudine intellectus, ſed magis videtur delirare & non eſſe
compotem mentis,& ideo debet ſæpius de hoc interrogari,
vt videatur,an perſeueret in tali ſua confeſſione,vel an illam
improbet, vel reuocet, & hanc credo fore rationem. Et de
iſtis pluribus confeſſionibus de quibus ſuprà dixi, vide quæ
dixi in ſingu.meo 329.inci.plures ſunt caſus &c. Et circa præ-
dictam materiam confeſſionis aduertas etiã ad vnum ſingu.
verbum perpetua memoria dignum, quòd licèt quãdo reus
dicit in iudicio, confiteor me occidiſſe hominem ad meam
defenſionem, per talem confeſſionem ſit fundata intentio
curiæ,adeò quòd ipſo inquiſito nõ probante feciſſe ad ſuam
defenſionem,debet ſequi condemnatio,quia talis confeſſio
diuiditur & ſtatur ei contra ipſum inquiſitum, ſecus autem
23 pro eo, quia habet præſumptionem iuris contra † ſe, ꝙ non
fecerit ad ſuam defenſionem, vt dixit Barto. in l.Aurelius. §.
idem quæſijt.ff.de liber. lega. de quo etiam per Bart. in addi.
Spec.in tit.de confeſſionibus.in ſecunda colum. in verſ.cõfi-
teor me occidiſſe.& in l.ſi filius.in §. in exceptionib. ff. de in-
terrog.act.& in l.codicillum.C.de codi.& per eundem in l.1.
C.de confeſſ.& per Bal.Imo.& Mod. in l.2.ff.de verb. obliga.
& per Abb.poſt glo.in c.cum veniſſent.de inſtitu.& per Do-
ctor.in c.primo, de confeſſis. in ſexto, & per Abb.& alios in
c.bonæ.de poſtula.prælato.& per alios Doc.quos retu.in ſin-
gu.meo 185. incipien. confeſſio inquiſiti &c. attamen ſcias
quòd de homicidio non conſtat aliter niſi quia reus captus
& inquiſitus dixit,interfeci,ſeu occidi ad meam defenſione,
24 & ſuam defenſionem non probat,† tamen per dictam con-
feſſionem non punietur pœna mortis. ita ſingu. dixit Abb.
in c.auditis. circa vltimam columnam,de præſcriptio. quem
refert & ſequitur Dom.Felyn.ibi dicens hoc eſſe dictum ſin-
gula.& alibi non reperiri,& quod apud practicos aduocatos
eſt in ſolẽni cultu.& idem dixit ipſe in c.ſignificaſti.el ſecon-
do,de homicidio. in penult. colum. quod dictum etiam ſe-
quitur Domi. Alexand. in l.non ſolum. in §. ſciendum. ff.de
operis noui nuncia.quod verè eſt ſingula. & aureum verbũ.
de quo etiam dixi in dicto ſingu.meo 185. incipien. confeſ-
ſio inquiſiti &c. & in l.repeti. in ſeptima colum. in verſicu.
quartus eſt caſus. ff. de quæſtionibus. Et ex hac doctrina
nondum elapſi ſunt duo menſes quibus conſului & euaſi
quẽdam à pœna mortis,qui erat inquiſitus de furto, & con-
feſſus fuit quòd bona contenta in inquiſitione aſportauit
& contrectauit tanquàm bona ſua,& ad eum ſpectantia iu-
re dominij vel quaſi poſtea ipſe non probauit dicta bona ad
eum ſpectare vt dixit, nec curia inquirens habebat alias
probationes de dicto furto, niſi dictam confeſſionem dicti
inquiſiti.Ego dixi quòd per dictam reſponſionem dictus in-
quiſitus non poterat puniri pęna mortis,& ita obtinui.ideo
teneas perpetuò menti.Et iſtis etiam adde quòd confeſſio in
25 dubio † interpretatur in fauorem rei,ſecundum Dominum
Antonium in c.ex literis.el primo.in fi.de ſponſa. quẽ refert
& ſequitur Dom. Philippus Decius in conſ. ſuo 118. incip.
viſo.in vltima colum.& in conſ.189. incipien. lętatus ſum.in
ſeptima colum. in fi. ad quod etiam vide eum in conſ.278.
incip.non leuis.in 4.colum.& Alex.in conſ.80.incip.in cauſa.
ante finem.in ſeptimo volum. & ibi in conſ. 167. incip.viſis.
in fi.2.colum. Præterea circa dictam materiam confeſſionis
dicebam vnum forte non vanum nec contemnendum, vi-
delicet,tu ſcis quòd in criminalibus proceditur ad inſtar ciui
lium cauſarum.l.abſentem.ff.de pœnis. Sed in cauſis ciuilibus
26 confeſſio † non nocet cõfitenti, ſed reuocari poteſt tanquã
erronea ſi non fuit acceptata per partem, ſecundum Cyn. in
l.vnica. in 6. quæſtio. C. de confeſ. & ibi Salyc.in 15.oppo.&
Salic.in l.iubemus.C.de libe.cauſa.& l.generaliter.in 6.quæſt.
C.de non numer. pecun. vbi refert ſe ſæpius pro hac parte
conſuluiſſe.& dicit etiam hoc tenuiſſe Richar.de Salyc. & ita
etiam tenet Dom.Alexan. prædicta & alia adducens ad hoc
in conſilio ſuo 364.incip. in cauſa appellationis. & D.Floria.
de ſancto Petro in l.fin.ff.de interro. actio. & in conſilio ſuo
90.incipiente, ferè omnis vis &c. in prima colum. in primo
volum. & habetur per Dom. Fran. de Curte in conſ. ſuo 78.
incip.ſuper articulo &c. & per Dom. Felyn. in c.ſi cautio. in
5.colum.verſic.fortius dixit &c. de fide inſtru. & per Soci. in
fallentijs ſuis,in fallen.69.incip.primò fallit niſi poſt dictã &c.
Pro quibus faciunt dicta per Bal.in ſimili,in c.cum veniſſent.
in tertia colum. per illum text. de eo qui mittitur in poſ.rei
27 ſeruan.cau.vbi dixit, quòd † renunciatio non nocet renun-
cianti, quando non eſt accepta per partem . & voluit Iaſ. in
l.poſtquam liti.in princ. C.de pac.vbi no.loquitur in materia
iſta,ita puto ꝙ nõ eſſet ponere os ſuprà cœlum,ſi diceremus
quòd ſimiliter in cauſis criminalibus quando fit aliqua con-
feſſio per reum, quòd tunc iudex nomine reipublicæ talem
28 confeſſionem acceptaret,†quoniam tunc magis præiudica-
ret ipſi reo , & tunc eſſet validior & ſecurior, nec poſtea de
facili poſſet impugnari,argumen. prædictorum iurium. Sed
contrarium expreſsè tenet Alexand. in conſilio ſuo 120.inci
pien. viſo proceſſu. in 3.colum. in ſeptimo volum. ad quod
allegat plura de quibus ibi per eum . Et ſcias quòd talis acce-
29 ptatio confeſſionis,vel renunciationis debet fieri † tempore
quo fit confeſſio vel renunciatio, non autem ex interuallo
ſecundum glo.in l.conſenſu.ff.de actionibus & obligatio.&
in l.prima.ff.de contrahen. emptio. & voluit Abb. in c.dile-
ctus.de ſponſalibus. Modo poſt omnia ſupradicta circa ma-
teriam ſpontaneæ confeſſionis ſcias, quòd confeſſio ſponta

nea legitimè facta habēs omnia requiſita eſt magnæ ac ſum-
mæ importantię & habet magnum robur & effectum, nam
30 derogat regulis iuris † communis, vt apparet ex verbis Bal. in
l.1. in §. cum vrbem. aliàs in §. initio. ante fi. ff. de officio prę-
fec. vrb. & in l. ſecunda. ad fi. C. de re iudi. vbi dixit, quòd ſpon-
31 tè confeſſus non poteſt opponere † de ineptitudine libelli,
quòd aliàs poſſet, per gl. ſing. cum materia ſua. Inſtitutio. de
obligat. in princ. & dixi ſuprà, in §. conſtante. nume. 31. & in
conſilio meo 51. incip. licèt nedum plenè &c. in 15. charta, &
idem voluit D. Fely. in c. qualiter & quando. in §. licèt autem.
in 1. col. de accuſa. apparet etiam ex his quæ voluit Bald. poſt
glo. ibi in l. ictus fuſtium. in fi. ff. de his qui not. infa. & in l. 1. §.
cum vrbem. in vlt. colum. de officio præfec. vr. & Ang. in l. 2.
C. quorum appel. non recipiun. vbi dixerunt, quòd licèt ter-
tius poſſit appellare pro condemnato capitaliter etiam ipſo
inuito, vt habetur in l. non tantum. ff. de appella. tamen iſtud
32 fallit † niſi talis reus condemnatus ſpontè confeſſus ſit cri-
men, & in eo perſeuerauerit, quia tunc non poterit appella-
re. de qua materia habetur etiam per D. Fely. in c. cum ſuper.
in prin. de re iudi. & dixi ego in l. 1. in §. diuus Antoninus. in
quarta colum. de quæſt. Item apparet etiam, nam reus crimi
33 nis regulariter non poteſt renūciare defenſionibus ſuis † ſeu
termino defenſionis, vt habetur per gl. & Doct. in l. pactum
inter hæredem. ff. de pac. de quo latè dixi in l. 1. §. fi. in penult.
colum. ff. de quæſtionibus. & in l. vnius. in §. cogniturum. in
2. colum. eod. tit. & habetur per Iaſ. in l. iubemus in 12. col. C.
de iudi. & per Dom. Paridem de Puteo in tract. ſyndi. in 30.
charta. in quarta col. ſub c. incipien. an Poteſtas qui miſit &c.
tamen hoc fallit quādo reus ſponte fuit confeſſus delictum,
quia tunc reus poteſt renunciare defenſionibus ſuis, & talis
renunciatio valet & tenet, ſecundum Bal. in l. accuſatoribus.
in 1. colum. C. de accu. & in l. 1. in 23. colum. verſi. ſuper quin-
to. C. qui accuſ. non poſ. de quo latius dixi in l. vnius. in §. co-
gniturum. in 2. colum. verſic. fallit tamen iſta concluſio. ff. de
quæſtionib. Pro quibus faciunt optimè dicta per Bald. in l. à
procedente. in fi. C. de dilatio. quem vide. Item patet etiam
in alio caſu. Nam licèt vbi tractatur de pœna pecuniaria im-
ponenda, reus ſit fideiuſſoribus relaxandus, tamen hoc fallit,
34 niſi ipſe reus ſpontè ſit confeſſus delictum, quia tunc † non
relaxatur fideiuſſoribus. Ita no. dixit Bal. in l. nullus. C. de exhi-
ben. reis. quod dictum refert & ſequitur Do. Aug. de Arimi.
in addi. ad trac. Ang. de Are. in trac. maleficio. in verbo, pro
quibus Antonius fideiuſſit. in prima addi. & idem dixit Ang.
de Aret. in tracta. maleficio. in verbo, fama publica. in 9. char-
ta. in verſ. decimo quæro. de quo dixi ego in d. §. cogniturū.
in 13. col. teneas menti prædictos caſus, quia ſunt no. in con-
tingentia facti. Dicta autem hucuſque in materia confeſſio-
nis loquuntur in vera confeſſione facta à reo ore proprio.
Sed modo aliqua accipias circa confeſſionem nō propriam
& expreſſam, ſed fictam inductam à ſtatuto, vel lege propter
contumaciam vel ex alia cauſa.

Et primò ſcias quòd idem operatur ficta confeſſio indu-
35 cta † à lege vel à ſtatuto, quòd operatur vera & expreſſa con
feſſio oretenus facta. Nam ille qui ex forma ſtatuti habetur
pro confeſſo, perinde eſt ac ſi verè in iudicio eſſet confeſſus
factum cum qualitatibus in accuſatione vel in inquiſitione
deductis. ita dixit Bart. & Bald. in l. quoniam. ff. de his qui not.
infa. & probatur in l. ſi tutor. & ibi hoc voluit Cynus, & Bald.
C. de interdicto matrimonio. & voluit Dominus Franc. de
Are. in conſilio ſuo 147. incipien. viſa conſultatione & ſtatu-
tis. in prima colum. & Ang. & Salyc. & Pau. de Caſt. & Alex.
in l. is qui. C. qui teſta. facere poſſunt. & ibi Iaſ. in tertia col. Et
adeò eſt verum hoc quòd idem operatur ficta confeſſio in-
ducta à ſtatuto quod operatur vera, quòd ſicut confeſſio ve-
ra facta ſuper ꝓceſſu nullo valet & validat ipſum proceſſum,
vt latè dixi in l. 1. § diuus Antoninus. in tertia & quarta col. ff.
de quæſt. & in ſingulari meo 201. incip. in confeſſum &c. ita
36 validat † proceſſum nullum confeſſio ficta inducta per ſtatu
tum. ita no. dixit Bart. in conſ. ſuo cēteſimo, incipien. à Dom.
Cyno de Bononia. quem refert & ſequitur Dom. Nellus in
tracta. ſuo bannitorū in prima parte ſecundi temporis. quæ-
ſtione 49. inci. quæritur an talis. in fi. Sed contrarium tamen
tenuit expreſſè Angel. de Are. in tract. ſuo maleficiorum. in
verbo, qui iudex videns. in verſ. quæritur tamen an tale ſtatu-
tum &c. circa medium. vbi alleg. ad hoc Bald. in addi. Spec. &
alios de quibus ibi per eum, de quo etiam dixi infra, in hoc
§. numero 58. in verſ. incip. & pro iſtis faciunt dicta per Ang.
de Are. &c. ex quo prædicta doctrina redditur dubia. Scias
tamen quòd ad hoc vt talis ficta confeſſio inducta à ſtatuto
propter contumaciam operetur vires confeſſionis vt ex ea
37 ſequi † poſſit condemnatio, quòd neceſſe eſt antea hoc de-
clarare per interlocutoriam iudicis.

Exemplum pone, ex forma ſtatuti contumax debet habe-
ri pro confeſſo, certè hoc caſu ad hoc vt habeatur pro con-
feſſo non ſufficit ſola cōtumacia, ſed requiritur quòd ſuper
tali contumacia iudex interloquatur ipſum haberi pro con-
feſſo, cum fuerit & ſit contumax, aliàs ſi iudex contra contu-
macem procederet ad aliquam ſententiā condemnatoriam
ſine tali interlocutoria, talis ſententia non valeret. ita dixit
Do. Anto. in capit. cum dilecti. de dolo & contuma. in 5. col.
in verſicu vltimò aduerte. & idem dixit ipſe in c. cum dilecti.
de elect. quod etiam videtur tenere Bart. in l. ſecunda. in §. ꝙ
ſi actor. ſupra de iuramen. calum. & Pau. de Caſt. in conſ. ſuo
33. incipien. ſuper primo &c. in ſecunda colum. vbi expreſſè
affirmat hanc partem. & idem voluit Angel. de Are. in tract.
maleficio. in verbo, qui iudex videns. in 5. charta. in verſ. ſtatu-
tum dicit. & ibi per Domi. Ang. in ſuis addi. &c. Pro quibus
faciunt quæ dixi in ſing. meo 83. incipien. lapſus termini. &
infra, in §. aggredior. nume. 106. Et faciunt quæ dixi in Auth.
agricultores. in ſecunda & tertia colum. C. quæ res pig. oblig.
poſ. & in l. prima. in 14. colum. C. de execu. rei iudi. Ad quæ
etiam vide Dom. Nellum in tractatu bānitorum. in 3. parte.
1. tempor. in 10. quæſtio. incip. quæritur an poſt lapſum &c.
& in quarta parte 1. temporis. in 2. quæſtio. poſt medium. vbi
dixit, ꝙ ſufficit quòd talis pronunciatio contumaciæ fiat vna
cum diffinitiua, ad quod allegat iura de quibus ibi per eum.
quod eſt ſingula. no. in practica, cū ſæpius occurrat in facto.
& vide etiam Dom. Nellum in d. ſuo tracta. in 4. parte. 1. tem
poris. in d. 2. q. & quę ego dixi in rubri. ff. de falſis, vltra mediū.
Et pro prædictis faciunt optimè no. verba Iaſo. in l. properan
dum. in §. primo. in 2. colum. C. de iudi. vbi multum no. lo-
quitur in materia iſta. Pro quibus etiam optimè facit. Nam
38 quis non dicitur talis, † quouſque non eſt pronunciatus pro
tali, ſecundum Soci. in conſ. ſuo 51. incip. præſtantiſſime Do-
ctor. in 3. col. & Pau. de Caſt. in conſ. 32. incip. omiſſo ordine.
in fi. verbis. & faciūt pro hoc dicta per Pet. de Ancha. in conſ.
ſuo 241. incipien. per prædicta. circa fin. vbi dixit, quòd omnis
39 executio eſt ſuſpenſa cōtra excommunicatum, † antequam
ſit declaratum per ſentētiam ipſum eſſe excommunicatum.
& faciunt quæ ego latè dixi in rubr. extra de cri. fal. ubi latiſ-
ſimè loquutus ſum. & in rubr. ff. de fal. Et facit etiam. nā No-
40 tarius criminoſus non eſt propterea † depoſitus à dignitate,
vel officio, ſed requiritur ſententia declaratoria, ſecundum
Inno. in cap. qualiter & quando. de accuſa. quem refert & ſe-
quitur Bal. in l. ictus fuſtium. in vlt. col. ff. de his qui no. infa. Et
41 ideo † clericus homicida nō perdit beneficia, niſi poſtquam
fuerit condemnatus de homicidio per ſententiam iudicis, ſe
cundum Innoc. in c. cum noſtris. de conceſ. præben. quem re
fert Bal. in l. athletas. in §. calumniator. in prin. ff. de his qui no.
infa. & voluit Bal. quem vide, in c. ſicut. in 2. colum. de coha.
cle. & muli. & faciunt quæ latius dixi in conſ. meo, incip. miſe
ricordia Domini &c. in 6. char. Contra prædicta tamen facit
non parum gl. in l. pen. §. fi. C. ad Treb. quæ dixit, quòd ad hoc
42 vt quis dicatur contumax, † ſufficit cōſtare ex actis, licèt ſuper
hoc iudex non pronunciet, quam glo. ibi dixit vnicam & ſo-
litariam Bal. & idem ipſe dixit in authen. ſed cum teſtator.
in pen. col. C. ad legem Falc. & in c. 1. in 7. colum. verſ. ſed an
ſufficiat. de mili. vaſal. qui contu. eſt. de qua glo. loquutus ſum
in l. 2. in fi. C. de fide inſtru. pro qua glo. facit Nam acta indu-
43 cunt † notorium, ſecundum Alex. in conſ. 404. incip. Chriſti
ſaluatoris. in pen. col. & Lud. Rom. in conſ. 273. incip. clarum
eſt &c. in fi. verbis. & Alex. in conſ. 77. in cauſa & lite. in pen.
col. in fi. in 2. vol. & Abb. in conſ. 44. incip. in præſenti quæſtio
44 ne. in fi. & in notorijs non requiritur declaratio † iudicis, ſe-
cundum plures Doct. quos retuli in rep. rub. C. de proba. in
44. col. in verſ. attamen vbicunque &c. Contrariam tamen
partem puto de iure veriorem, videlicet, ꝙ ſuper tali contu-
macia requiratur interlocutoria iudicis, non obſtante quòd
illa conſtet ex actis, eo quia etiam ſuper notorijs requiritur
45 † ſententia iudicis, vt ſatis latè dixi in dicta repeti. mea rub. C.
de probat. in 46. colum. verſ. attende tamen &c. vide Pau. de
Caſt. in d. l. pen. C. ad Trebel. Scias tamen vnum in ſupradicta
materia videlicet, quòd ſi ex forma ſtatuti contumax debet
haberi pro confeſſo, ſi antequam ſuper dicta contumacia ſit
46 pronunciatum decedat contumax, † non præiudicaret talis
contumacia hæredi. ita no. dixit Bar. in l. 1. §. ſed hæc conſtitu-
tio. ff. de calumniato. & in l. eius qui delatorem. in fi. 1. col. ff.
de iure fiſci. & in l. 2. in §. quòd ſi actor. C. de iuram. calum. in
fi. & Bal. in l. 1. in 3. col. verſicu. ſed dubitatur eo caſu, &c. C. ne
ex delic. defunctorum. & in c. vaſallus. in verſ. dicit Ioan. Mo-
nachi &c. ſi de feudo fuerit controuer. Item ſcias etiam
47 quòd ſicut vera confeſſio aliquando poteſt reuocari † tan-
quam erronea, vt late ſatis in l. 1. § fin. ad finem. ff. de quæſtio-
nibus. ita eodem modo poterit reuocari ficta confeſſio in-

ducta

ducta per ſtatutum prætextu erroris,& contra talem confeſ
ſionem admittitur probatio.ita ſingulariter dixit D.Fran.de
Are. in conſ. ſuo 147. incip. viſa conſultatione &c. in 3.col.
quem refert Iaſ.in l.ſi qui.in 3.col. qui teſta. facere poſ.vbi ſe-
quitur opin.D.Fran.in d.conſ.& plura nota.adducit de quo
etiam ego latè loquutus ſum in l.1.§.fin.in pen.& vlt.colum.
ff. de quæſt. Vide tamen differentiam in tribus caſibus inter
veram cõfeſſionem & fictam inductam à ſtatuto,quam po-
nit Ang.de Are.in tract. maleficio. in verbo,qui iudex vidẽs.
in verbo, quæritur tamen an tale ſtatutum &c. circa finem.
& ibi in addi. Itẽ etiam teneas menti perpetuò, ꝙ contumax
licèt ex forma ſtatuti debeat haberi pro confeſſo, tamen ad
hoc vt valeat condemnatio de delicto contra accuſatum vel
48 inquiſitum de crimine, † debet vltra contumaciam conſta-
re de delicto,& debet conuinci de ipſo, aliter non valet ban-
num nec condemnatio. ita probat text. in l.raptores. C. de
epiſc.& cleri.poſt prin.in verbo,conuicti &c. & ibi etiam cir
ca med.d.l.in verſ.poſt legitimas ꝓbationes iuri cognitas&c.
& ibi etiã in fine legis.in verſ.reperti & conuicti fuerint &c.
& ita per illũ tex. & per alia plura iura dixit Spec. & ibi Ioan.
And.poſt eũ in titu.de accuſatione.in 4.parte.in §. fi.in 9.col.
verſic.ſed pone A.fuit accuſatus &c. quod eſt ſingu. no.pro
adiuuandis amicis bannitis quando banniti fuerunt propter
eorũ contumaciam, & non ex aliquibus probatio. Et idem
etiam tenet Oldra. in conſ. ſuo 75. incip. hic agitur &c. poſt
principium.in verſ.& Doct.iuris canonici &c. de quo etiam
dixi in repetitione mea l.1. C. de raptu virginum. in nu.129.
incipien.nota etiam ex iſto tex. &c. Vide tamen Bal.in c.1.§.
iniuria.in ſexta colum.verſi.quæro vtrum valeat ſtatutum.de
pace iuramen. firman. Et licèt Ioan. And. vbi ſupra, referat
Guido.de Suza.dicere iſtud eſſe verum de iure, ſed quòd cõ-
trarium ſeruatur de facto . tamen dico quòd per dicta verba
non probatur quod contrarium ſeruetur de facto vt dixi
ſuprà, in §. primo. in nume.15. & caſu quo hoc probaretur
per teſtes vel per inſtrumenta,ſcilicet quòd contrarium ſer-
uaretur de facto,iſtud non releuat quia attendi debet, quod
de iure fit,non autem quod de facto fit.immo quæ de facto
fiunt,nullam habent firmitatem vel robur, ſed immo de fa-
49 cto reuocantur, † ſecundum glo.in l.ſi minor. ff.de euict. &
Bal.in l.ſi pacto quo pœnam. C. de pact. de quo latius dixi in
l.1.in prin.in 7.colum.ff.de quæſt. Item pro prædicta doctri-
na Spec.mihi videtur etiam tex.in auth. qua in prouincia. in
§. 1. in verſ. ſi tamen omnino appareat obnoxius &c. C. vbi
de crimine agi oportet.& tex.in argu.in l.fin.§.fin.ff.de bonis
eorum qui ante ſententiam ſibi mortem conſciue. & tex.in
l.2.in §. ſinautem. in ver. & conuicti &c. C. de his qui latro.
occul. Itẽ etiã pro dicta doctrina eſt optimus tex. in c.Deus
omnipotens.in verſ.nullum ante veram iuſtamq; probatio-
nem iudicare aut condemnare debemus &c. 2.q.1.Et ꝓ præ
dictis etiam facit in arg. illud videlicet, quòd quando aliquis
damnatur ex præſumptionibus & non ex probationibus,
50 † tunc nunquam debet ſibi imponi vera pœna delicti, ſed
alia minor.ita dixit Innoc. in c.quia veriſimile.de præſumpt.
quod dictum pro valde no.referunt & ſequuntur Docto.in
c.afferte.extra de præſumpt.& Bald. in l.non eſt veriſimile.ff.
quod metus cauſa.& in c.1.in fi.quibus modis feu.amitta. Et
idem voluit Bal. in l.eius. in §.1.in fi. ff. de teſta.& Do.Abb.in
c.auditis.in antep.colum. de præſcrip. & voluit Pau. de Caſt.
in conſ.ſuo 197.incip. viſa inquiſitione. Et illud dictum Inn.
etiam ſequitur Dom.Ant. & Abb. in c.quanto.de præſump.
& in c.conſtitutus.de teſti.& Oldra.in conſ.192.incip.viſo di-
ligenter &c. Bal.in conſ.ſuo 220.incip.in quæſt. in 2. colum.
in 3.volum.& Alexan.in conſ.188.incip. viſo. in vlt.colum.in
7.volum.& dixi in conſ.meo 10.incip.non auferas.poſt prin-
cipium.& in l.1.in 9.charta.C.de fica.& voluit Spec.in titu.de
præſum.in §.ſpecies.in verſ.in ſumma. & Petr. de Ancha.in
regula, ſemel malus.in 10. col. de reg. iur. in 6. de quo latius
dixi in l.repeti.in ſexta colum.ff.de quæſtio.Et facit etiam ra-
51 tio.Nam † contumacia dicitur ficta probatio & non vera,ſe
cundum Do. Nellum in tractatu bannitorum. in prima par-
te primi tempo.in 1.quæſtio.in vlt.colum.& voluit Ange.de
Are.in tractatu maleficiorum.in verbo, qui iudex vidẽs &c.
in verſ.quæritur tamen an tale ſtatutum.in prin. vbi plura ad
hoc allegat.Et ideo dixit no. Bal. in l.ſi filio.la ij. ff.ſolu.matri.
52 circa finem.quòd contumacia † eſt fictum delictum & non
verum.de quo etiam per Bal. in l. & in multis. C.de appel. &
per Ioan. de Imo. in l.pen. in §. ad crimen. ff.de publi.iudi.&
per Bertha.in reperto.ſuo.in verbo,contumacia.in 2.colum.
in 2.verſic.Pro quibus facit etiam . Nam ſententia lata con-
53 tra aliquem contumacem † magis præſumitur lata propter
vitium contumaciæ quàm propter ius partis. tex.eſt in l.præ-
ſes. C. de pign. & in l.ſi ideo. ff. de euict.& in l.Papinianus.in
§.meminiſſe.& in l.repudiantis.in § fin. ff.de inoffi.teſtam.&
in c.fin.de emp.& vendi.quæ iura ad hoc allegat Lud.Roma.
in conſ.ſuo 329.incip.præſens conſultatio.in pen.colum.vbi
alleg.Bar.in l.ſæpe.ff.de re iudi.& l.res inter alios.C.quibus res
iudi.non nocet.& Dom.Anto.in c.quamuis.de re iudi. Pro
quibus faciunt optimè dicta per Dom.Felyn.in c.fraternita-
tis.in 2.colum. verſ. tertio fallit. de hæreticis. & in c.in literis.
in 10.colum. verſ. pro quo optimè facit. de conſtitu. & per
Bal.in l.1.circa finem.C.de calumnia.& per Soci. in conſ.ſuo
18.incip.proſequendo.in 11.col. Et faciunt quæ latius dixi in
ſingulari meo 4.incip.quamuis aliquo caſu &c. Et pro præ-
dicta doctri.Spec.in d.titu.de accuſa.§.fi.in 9. col.in d.verſ.ſed
pone,A fuit accuſatus &c. & pro alijs ſuperius adductis facit
optimè in argum. ſingu. verbum Alex. in l.omne delictum.
circa prin.ff.de re militari.vbi dixit,ꝙ ad hoc vt occidens ban
nitum gaudeat beneficio ſtatuti permittentis bannitũ poſſe
54 impunè occidi, † debet occidere bannitum ex veris proba-
tionibus delicti, non autem bannitum ex contumacia, quia
tale ſtatutum non intelligitur de bannito ex cõtumacia.alle-
gat hoc voluiſſe Bal.& Io.de Imo.in l.mora. ff.ſol.mat.quod
profectò eſt ſing.verbum, maximè ad reſtrictionem doctri-
næ Bar.& ſequacium in l.vbi pactum. C. de tranſac.vbi dixit,
ꝙ ſi poteſtas inquirit contra occidentem bannitum qui ex
forma ſtatuti poterat impunè occidi quòd tunc quilibet de
populo poteſt comparere & oſtendere bannum illius mor-
tui,& dictum ſtatutum, & petere ꝙ cõtra eum vlterius non
procedatur,ſed imò abſoluatur ab inquiſitione contra eum
55 formata,& iudex debet tunc deſiſtere, & † volunt alij plures
Doct.quos retuli in l.ſi quis ne quæſtio.in 25.col. ff.de queſt.
& ſup.in §.conſtante.num.38. Quæ doctrina Bar. & aliorum
poterit reſtringi in occidente bannitum ex veris probatio-
nibus delicti, non autem in occidente bannitum in contu-
macia.ita ex illa doctrina Dom. Alex. in d. l.omne delictum.
poterit fieri dicta reſtrictio quod tenendum eſt perpetuò
cordi.Et pro illa doctrina Dom.Alex.in d.l.omne delictum.
faciunt optimè quæ aliàs ego dixi in l.infans. ante medium.
verſ.circa tertium.ff.de ſicarijs.vbi videas.Et vltra prædicta in
hac materia contumaciæ teneas menti perpetuò vnum ſin-
gulare verbum & multum quotidianum,videlicet,ꝙ ſtante
ſtatuto quòd contumax habeatur pro confeſſo, intelligitur
56 tale ſtatutum dummodo præcedat libellus ſeu † inquiſitio
valida.ſed ſi in ciuilibus præcedat libellus inualidus, vel in cri
minali præcedat inquiſitio inualida ſequuta cõtumacia, ipſe
reus non habebitur pro confeſſo.tex.eſt no.& hoc ibi voluit
cauſa cognita,licèt non exprimantur particularia.alleg.Bald
in l.1.C.de fide inſtrumen.& iure haſtæ fiſcal.lib.10.Ex iſtis er
go ſupradictis habes, quomodo ſit procedendum cum mi-
nore,& quando eſt ſibi dandus curator, maximè in crimina-
libus,quę ſolemnitates ſunt ſeruandæ. tene menti prædicta,
quia iſta fortè ita latè alibi non inuenies, ex quibus ego aliàs
annullaui vnum proceſſum factum cõtra minorem, in quo
non erant ſeruata prædicta, licèt illi iudices ſe multum exiſti
marent & reputarent ſe doctiſſimos. Nolo tamen omittere
vnum in hac materia not. verbum Bal.in capitu.primo. in §.
ſacramentum. in penult. colun̄. verſicu. modò quæro, &c.
46 de pace iuramen. firman. in vſi. feud. vbi dicit, quòd † con-
feſſio minoris facta ſine curatore valet, quia præſentia

iudicis ſupplet defectum curatoris. & dicit quòd hoc tenet
Cyn.in d.l.clarum.de aut. præſt. & vide etiam qđ dixi in repet.
mea l.fi.C.de proba.in 3.q.extraor. ſed hoc tamen in practica
non ſeruatur,nec forte de iure ſubſiſtit. Modò vlterius pro-
grediendo ſcias,ꝙ quando contingeret, ꝙ contra aliquam
mulierē procederetur per viam accuſationis vel inquiſitio-
nis,& contra eam eſſent indicia, quæ purgari deberent per
47 torturam, tunc ſi ipſa mulier ſit prægnans, † differenda eſt
tortura donec pepererit,& etiam debent decurrere 40. dies
ex poſt,in quibus malè ſtat in partu,ſecundùm Bart. in l. præ-
gnantis.ff.de pœn.poſt glo.ibi & idem tenet Ioan. de Ana.in
c.intelleximus in 2.ſeu 3.col.extrà de his,qui filios occi. Et ra-
tionem allegat Bar.dicens,ꝙ ratio eſt, quia cum ipſa mulier
in illis 40.diebus ſit debilis,poſſet mori. debet ergo expecta-
ri,donec ſit fortis ad torturam,& idem tenet Bal.in l.Impera
tor.ff.de ſta.homi.vbi ſubdit,quòd ſi in iſtis temporibus mu-
lier torqueatur,ſcilicet quando eſt prægnaus,vel quando eſt
48 intra 40.dies à die partus,quòd † confeſſio facta in tali tortu-
ra non valeret. Et idem etiam credo poſſe dici,ꝙ etiam vltra
dictos 40.dies non poterit torqueri,ſi non reperiatur nutrix
puero,& hoc ne ipſe puer periret caſu, quo mater periret.ad
quod ſeruiunt verba Bar.in d.l.prægnantis.vbi dicit, ꝙ differ-
tur mors mulieris pręgnātis & puerperæ,quando vltra puer-
perium non reperietur nutrix puero, quem refert & ſequi-
tur Ioan.de Ana.in d.c.intelleximus.in vlt.colum. Et faciunt
etiam dicta per Bal.in d.l.Imperator.vbi dicit,quòd ſicut de-
bet differri mors prægnantis mulieris,vel membri mutilatio
49 ita tortura. Nec etiam,ſecundùm eum,poſſet cogi † veni-
re ad teſtificandum,ſi eſt periculum partus in itinere. Et ſub-
dit, quòd eadem ratione ſi deberet ire in exilium, debet dif-
ferri. Item quia iſtud beneficium fit partui,& non ipſi mu-
lieri. Et ſubdit etiam eadem ratione, quòd ſi poteſt bannitus
50 impunè occidi† vigore ſtatuti,non poterit occidi mulier prę
gnans bannita,donec eſt prægnans, quia grauiſſimum faci-
nus committit,qui prægnantem occidit.& idem dixit Dom.
Nellus in tracta.bannit.in ſecunda parte 2.temporis,quæſtio.
45.incip.viſo,&c. Et ſubdit etiam Ioan.de Ana.in d.c.intelle-
ximus.de his,qui filios occi. quod prædicta procedunt etiam
ſi partus eſſet adulterinus vel in carcere conceptus, & etiam
ſi ipſa mulier eſſet pręgnans decem vel viginti dierum tantū:
quia licèt nondum ſit anima, tamen ſpes eſt eius. ad quæ
etiam vide Ang.de Are.in tracta.ſuo malefic.in verbo, fama
pub. in 16.char.in verſicu.6.quæro quæ omnia retuli in l.j.in
princ.in 5.col.in verſi.9.requiritur.ff.de quæſtio. Scias etiam
vlterius,quòd ſi per iudicem procederetur contra clericum
de aliquo delicto, non poſſet iudex procedere ad torturam
51 etiam exiſtentibus contra eum quibuſcunq; † indicijs,niſi ip-
ſe clericus aliàs ſit infamis, ita dixit Abb.antiquus in c.grauis,
extrà de depoſito.& eum ibi ſequitur Pau. de Leaza.& eum
etiam refert Ioan.de Ana.in c.1.circa 5.colum.de cle. percuſ.
& Abb.in c.cùm in contemplatione.de reg.iu. & Do. Alexā.
in l.fi.ff.de quæſt.& in l.milites.C.eo.de quæſt.& idem Barba.
in c.ſi conſtiterit.in 3.colum.de accuſ. & Dom.Felyn.in c.ve-
niens.in 2.col.de teſtib.& in c.vniuerſitatis.de ſenten.excom-
munic.de quo latius dixi in ſingu.meo 55.incip.aduertas ad
vnum, &c. vbi videas. Item teneas etiam perpetuò menti
52 in contingentia facti,quòd in cauſa criminali † mutilati mē-
bris vel corpore vitiati non poſſunt teſtificari contra clericū.
ita dixit Abb.antiquus in c.1.de except.quem refert & ſequi-
tur Bal.in ſua margarita, in verbo, mutilati,&c. Iſtis omnibus
ſeruatis poteſt poſtea iudex ponere reum ad torturam,& ꝓ
quolibet ſufficienti indicio poteſt ipſum reum ter ſquaſſare,
& ita ſeruat communis practica totius Italiæ. Et debet ipſe iu
dex facere & curare quòd ante torturam non comedat de
proximo,ſed ſit ieiunus ad minus per quinq; vel ſex horas an
te torturam,quoniā multi reperiuntur,qui torquentur poſt
cibum,qui omnia quæ comederunt euomunt,& quandoq;
etiam euomūt proprium ſanguinem,& reuoluitur ſibi cho
lera & cerebrum,adeò quòd per duas vel tres horas nō ſunt
in plenitudine intellectus. Et ex hac cauſa,quando reus videt
ꝙ hora conſueta non datur ſibi cibus, tunc contriſtatur val-
de,cognoſcens quod debet torqueri in breui. Poſito po-
ſtea reo ad torturam,ſi iudex videt illum non timere tortu-
ram,vt multi reperiuntur qui habent aliquas incantationes,
vt multos habui in fortijs in diuerſis locis & officijs in quib.
fui per Italiam,qui non ſentiebant torturam,tunc iudex mu
tet tormentum,& adhibeatur aliud genus tormenti. Nam
plura & plura ſunt genera tormentorum,vt latè & extenſè ſa
tis dixi in l.1.in prin.in 11.col.ver.vlterius dr̄ hic,&c. ff. de qō.
Et ſcias quod quando iudex vult oppugnare incantationes
rei & illis vult obuiare, tunc mutet carcerem reo, & nō per-
mittat ꝙ ipſe aliquid de ſuo exportet ſecum de his,quæ habe
bat ibi ſecum in carcere, & ſimiliter ſpoliet eum omnibus
veſtibus ſuis & etiam camiſia,quia vt plurimum habent incā
tationes ſuas in veſtibus vel in camiſia. Item caueat ſuper om
nia,ne aliquis det ſibi comedere,imò velit videre omnia quę
ſibi portantur ad comedendum,& ſi aliqua ex illis ſint ſibi ſu
ſpecta,illa proijciat & ſubroget de ſuo, & non permittat mo
do aliquo ꝙ detur ſibi panis vel placenta aliqua, nam in pla-
centis & panibus communiter ponuntur incantationes con
tra tormenta.& inter alias incantationes vidi aliàs vnam mi-
rabilem & veram, nam habebam vnum ſartorem in fortijs
pro fure ꝯ quem erāt fortiſſima indicia:ego eum pluries po-
ſui ad torturam & ad alia tormenta,nec vnquam ipſe ſentie-
bat talia tormenta.finaliter fuit mihi neceſſe eum liberare,
quo liberato poſt plures dies ipſe venit ad me pro vno obſe-
quio iuridico,videlicet vt facerem capere quendam eius de-
bitorem de fuga ſuſpectum,ego eum inſeruiui, poſtea petij
ab eo vt vellet mihi dicere veritatem ſi eo tempore quo erat
in fortijs meis,dum ego faciebam eum torquere ſi ipſe ha-
bebat aliquas incantationes ſupra ſe contra tormenta, & ip-
ſe dixit,ꝙ ſic,& mihi narrauit ꝙ quædam eius amita fecerat
ſibi quandam placentam cum farina frumenti ſimul cum la
cte matris & filiæ & miſcuit omnia ſimul; & fecit vnam pla-
cētam,& poſtquam fuit cocta miſit eam dicto reo, qui reus
quotidie comedebat parum dictæ placentæ, & quouſq; ha-
bebat etiam quid minimum dictæ placentę in corpore nihil
penitus ſentiebat dicta tormenta. & etiam aliàs à quamplu-
ribus reis ſenſi hoc de iſto lacte matris & filiæ.ideo iudex di-
ligenter debet aduertere ad iſtum panē & placentas quæ reis
portantur ad comedendum,quia magis communiter fiunt
in iſtis incantationes contra tormēta,quàm in alijs rebus. &
expertus loquor. Item iudex inquantum poteſt non permit
tat reum tacitè loqui de per ſe ſubmiſſa voce, maximè dum
ligatur ad torturam,ſed rumpat verba ſua eum continuè in-
terrogando de aliquo. Nam dum ligantur dicunt aliqua ver
ba à ſe ſubmiſſa voce, quæ verba ſunt in paſſione Domini
noſtri Ieſu Chriſti,quibus dictis dormiunt in tortura & ni-
hil ſentiunt.& incipiunt ibi,quem quęritis.Ieſum Nazarenū.
ſi ergo me queritis,ſinite hos abire.& ſequuntur dicēdo om
nia quæcunq; verba quæ dixit Chriſtus in paſſione ſua vſque
ad verbum,& inclinato capite emiſit ſpiritum, & cum dixe-
rint talia verba,dormiunt & non ſentiunt. ideo eſt neceſſe
ꝙ iudex ſit ſagax & aſtutus dum ipſe reus ligatur ad torturā
vt eum interroget de aliquibus,& non permittat vt à ſeipſo
loquatur. Ego alias dū eſſem Capitaneus vallis Lugani cum
magno labore habui à quodam ribaldo carcerato pro falſa
moneta quædam verba quæ ſi dicantur in aure rei quando
eſt ligatus ad torturam, vel poſitus ad aliud tormentum rū-
punt omnes incantationes,adeò ꝙ dictis talibus verbis ſentit
ipſe reus tormenta,& in eis cruciatur ſicut ſi nihil dixiſſet vel
nihil comediſſet. ex quibus verbis pluries conſequutus fui
honorem contra plures reos diuerſorum delictorum in plu
ribus & diuerſis locis Italiæ in quibus fui aſſeſſor & officialis,
ideo tene mēti prædicta,& vide etiam quæ dixi in l.1.in prin.
in 1 .& 12.col.ff.de quæſtio.vbi poſui plura genera tormen-
torum quæ ſæpe practicantur à iudicibus contra reos.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis vnicus in criminalibus an faciat indicium ad torturā & quando. Et quid ſi ſint indicia nu.5.6 & 71.& 132.*

2 *Indicium ad torturam facit in criminalibus illud, quod in ciuilibus facit probationem ſemiplenam.116.*

3 *Defectus quilibet in teſte minimus impedit vt non poſſit parti deferri iuramentum in ſupplementum probationis.*

4 *Teſtis non reddens rationem dicti ſui non eneruat dictum alterius reddentis rationem.*

7 *Teſtes duo ſuper remotis à maleficio an requirantur ad faciendum indicium ad torturam. Et an debeant eſſe omni exceptione maiores.8.72.*

9 *Probationum plures ſpecies ad probandum quando ſimul iungantur.*

10 *Teſtes ſingulares in diuerſis non debent ſimul iungi. Et an faciant veram probationem.14.17.*

11 *Indicijs duobus à remotis an vnum iuuet aliud ad torturam.*

12 *Probatio vera ex pluribus indicijs fieri an poſſit, & in quibus cauſis habeat locum.13.*

15 *Teſtes mille ſingulares tantum probant quantum vnus.*

16 *Scripturæ mille priuatæ fidem plenam facere nequeunt.*

18 *Fama de per ſe ſola an faciat indicium ad torturam. Et quid ſi fama ſit vehemens.19.*

20 *Vehementia ſunt maximi effectus.*

Probationem ſemiplenam ſupplet vehemens adminiculum.

21 *Indicia multum vrgentia faciunt plenam probationem.*

22 Præſumptio violenta an ſufficiat in criminalibus ad condemnandum.
23 Indicia an ſufficiant ad torturam iudicis arbitrio relictum eſt.
24 Iudicis arbitrium iuri & æquitati debet eſſe conſonum.
25 Conſcientiam publicam & non propriam ſequi debet qui diſponendi ſecundum conſcientiam facultatem habet.
26 Iudex regulas iuris ſequi debet, non conſcientiam ſuam, quæ iuribus aduerſatur.
27 Iudex in arbitrarijs qualiter iudicare debeat.
29 Indicia perfectionem in genere ſuo requirunt priuſquam vires habeant.
30 Ratio eadem eſt de toto quo ad totum, quæ de parte quo ad partem.
31 Teſtes facientes indicium ad torturam, an debeant reddere rationem dicti ſui etiam non interrogati.
32 Teſtis vnus deponens ſine cauſa an faciat ſemiplenam probationem. Et quid de variante an præbeat cauſam ſententiæ. 75.
33 Locus à communiter accidentibus facit indicium indubitatum ad torturam.
34 Argumentum à ſolitis eſt validum.
35 Fratribus communionem habentibus dotis ſolutio vnius quam reddendam promiſit ex quo fieri debeat.
36 Iactantia an faciat indicium ad torturam.
37 Mandatarius contra mandantem an faciat indicium ad torturam.
38 Teſtes deponentes de mandato an ſint idonei.
39 Dicto ſcribentis obligationem priuatam de mandato an ſtandum.
40 Abſurditas eſt vitanda.
41 Fuga an faciat indicium ad torturam. 42.
Et an tollatur per iuramentum fugientis. 43.
Et quid in præparante fugam. 50.
44 Aſſerentis dicto cum iuramento in his, quæ conſiſtunt in animo ſtatur 109.
45 Fuga in quibus caſibus faciat probationem. vſque ad nu. 49.
49 Fuga operatur reuocationem mandati.
51 Iudici exequenti de facto poteſt reſiſti. Et quid in iniuſtè, vel indebite factis. 54.
52 Cuſtos carceris quando non teneatur de fuga incarcerati.
53 Conſanguinei condemnati an poſſint de facto reſiſtere iudici exequenti ſententiam criminalem à qua fuit appellatum.
55 Familia poteſtatis quando teneatur de occiſo reſiſtenti capturæ.
56 Incarceratus iniuſte pro cauſa capitali an teneatur de homicidio, ſi cuſtodes ad euadendum peremerit.
57 Sanguinem ſuum redimere quomodocunque an liceat.
58 Torturam indebitè paſſus qua pœna puniendus ſi iudicem occiderit.
59 Socius criminis an faciat indicium ad torturam contra ſocium eiuſdem criminis ſi aliud non habeat adminiculum. 60. Et an requiratur quod ſit in quæſtione. 61. 68.
63 Infamis contra aliquem ſine quæſtione non auditur.
64 Teſtes ſine iuramento nec etiam in ciuilibus non admittuntur.
Et quid in teſte affidato. 64.
65 Commiſſarij conſcientiæ quatenus ſtandum.
66 Papa an poſſit diſpenſare teſtem de non iurando in teſtimonio ferendo
67 Inquiſitio ad dictum ſocij criminis an poſſit formari.
69 Inimicitia an & quando faciat indicium ad torturam.
70 Mentiri pro leui inimicitia de facili quis non præſumitur.
74 Mendacium an faciat indicium ad torturam. Et quid ſi contra mendacium nu. 98.
76 Confeſſio facta extra iudicium an faciat indicium ad torturam.
Et quid in confeſſione minoris. 77.
78 Confeſſio extraiudicialis an ſit ſufficiens ad puniendum de delicto gloriantem. Et an poſſit reuocari. 79.
80 Teſtimonium impuberis an faciat indicium ad torturam.
81 Clericus de delicto quando conuinci poſſit per teſtes laicos.
82 Impuberes duo an & quando probent delictum.
83 Impuberes qui non admittantur ſine tortura. Et quando inhabilitas teſtis admittatur. 84.
85 Minæ præcedentes maleficium an faciant indicium ad torturam.
86 Fama mala minantis probata an præſumatur durare in diuerſo genere mali.
87 Occidi an poſſit impunè qui alteri mortem minatur.
88 Minæ an inducant iuſtum metum.
89 Actione iniuriarum contra minantem an poſſit agi.
90 Metum offendendi inferens an pacem promiſſam rumpere dicatur.
91 Res furtiuæ penes reum repertæ an præbeant indicium ad torturam. 96.
92 Hæreticus liber penes aliquem repertus, an illũ præſumat hæreticũ.
93 Incarceratus mortuus an præſumptionem faciat contra cuſtodem de dolo, vel culpa.
94 Inſtrumento falſo vtens de ſe præſumptionem falſitatis facit.
95 Procurator illius in dubio præſumitur penes quem reperiuntur acta cauſæ.
97 Vicini an poſſint rapi & torqueri pro furto inueniendo.
99 Delinquere ſolitus an præbeat indicium ad quæſtionem.
100 Regula, qui ſemel malus, qualiter eſt intelligenda.
101 Incertitudo illati vulneris in rixa præſumptionem in nequiorem dirigit.
102 Fur in dubio præſumitur qui eſt ſolitus furari.
103 Statutum quod de damno dato ſtetur iuramento damnum paſſi, an includat falſarium.
104 Satiſdatio pauperi an remittenda ſi cauere non poſſit.
105 Cautionis iuratoriæ beneficium an perdat ille qui cautionem ſolitus eſt non ſeruare.
106 Rapiens vitiatam an præſumatur rapuiſſe per vim & cadat in pœnam ſtatuti de raptoribus.
107 Occiſus repertus in via an præbeat præſumptionem homicidij, penes cuius oſtium repertus eſt. nu. ſeq.
110 Relaxandus fideiuſſoribus non eſt, qui ſemel è carceribus aufugit.
111 Producentis iuramento an inſtrumenta ſint de nouo reperta ſtatur
112 Statutum quod credatur libro mercatoris, an intelligendum de mercatore infami.
113 Legis aut ſtatuti verbis hærere debet qui ſuper illis ſe fundat.
114 Præſumptio minus eſt quam indicium.
115 Præſumptiones perſpicuæ faciunt argumentum.
117 Offenſi conſtituti in mortis articulo dictum an faciat indicium ad torturam.
118 Percuſſorem non iuuat vulneratus qui medici culpa dixit ſe mori.
119 Confeſſio facta in mortis articulo an valeat. Et quid ſi ſit facta ſine cauſa, & an poſſit reuocari. 120.
121 Inculpatio offenſi facit aliquam præſumptionem.
122 Verba in potiori ſignificatu intelligenda.
123 Doctorum dicto ſecundum allegatas leges intelligenda.
124 Infames in teſtimonium admittuntur in crimine apud locum infamem commiſſo.
125 Vxor quo caſu admittatur in teſtem contra maritum.
126 Lex ea probatione quæ fieri poteſt contentatur in difficilibus probationibus.
128 Furem propria autoritate capere, quando & quibus permiſſum.
129 Aggreſſorem fugientem an liceat impunè percutere ad iniuriam vlciſcendam.
130 Limitatio ad regulam, odia reſtringi.
131 Teſtis vnicus in facto proprio plene probat.
132 Teſtimonium laici contra clericum an faciat indicium ad torturã.
Et an admittatur ad probandam famam contra laicum. 134.
135 Teſtimonium quæſtionem indebite paſſi an faciat indicium ad torturam contra alium.
136 Contumacia an faciat indicium ad torturam contra contumacem.
137 Receptio literæ cum taciturnitate admonitoriæ fugiendæ pœnæ commiſſi ſceleris an faciat indicium ad torturam. Et an in ciuilibus faciat plenam probationem. 138.
139 Meretrix publica an faciat indicium ad torturam.
140 Mulier an & quando poſſit eſſe teſtis, remiſſiuè.
141 Teſtis qui non debet examinari, an faciat indicium ad torturam.
142 Teſtis intra terminum non examinatus, an præbeat aliquod indiciũ
143 Teſtis examinatus ſine iuramento vel non legitimè, an faciat præſumptionem. 144. 148.
145 Reſeruatio qualiter operetur effectum conſeruatiuum actus. Et quid reſeruatio exceptionum operetur. 146.
147 Teſtes inordinatè recepti non probant.
149 Teſtes duo ſingulares ſuper eodem facto, an coniungantur ad faciendum indicium quæſtionis.
150 Indicium an ſumatur contra illum qui maleficium primo inuenit, & contra ipſum ſollicitatorem.
151 Suſpectus eſt qui ſe ingerit.
152 Plecti capitaliter ex indicijs indubitatis an quis poſſit.
153 Indicia indubitata quæ ſint remiſſiuè.
154 Accuſatus per reum in quæſtione an poſſit torqueri reo poſtmodum negante.
155 Reus confeſſus delictum an poſſit ſine nouis indicijs repeti in tormentis, vt mandantem manifeſtet. Et quid de aſſaſſino. 156.
157 Crimen enorme an requirat ſolennitates requiſitas in alijs criminibus. Et an poſſint recipi teſtes lite non conteſtata & parte non citata 158.
159 Iura licitum eſt tranſgredi propter enormitatem delicti.
160 Clericus quando poſſit ſine degradatione puniri.
161 Statutum abſoluens delinquentes, an comprehendat enormiſſimi criminis.
162 Reus enormis criminis an poſſit renunciare defenſionibus. Et an poſſit capi vbique. 163.
164 Aduocare pro inſignibus furibus iudex an debeat permittere.
Et an procedendum non ſeruato iuris ordine. 165.
166 Clericus aſſaſſinus puniri poteſt per iudicem laicum.
167 Animal brutum an poſſit puniri.
168 Memoria defuncti poteſt damnari.
169 Reus enormis criminis ante mortem poteſt mutilari.
170 Conſequentia non tenet, accuſatus eſt, ergo reus eſt vere.
173 Statutum præmians accuſantem an requirat probationes.
174 Dicere non ſufficit niſi dictum probetur.
175 Indicia etiam in crimine læſę maieſtatis torturam præcedere debet

176 *Magiſtratus minores propter enormitatem delicti an poſſint iura transgredi.*
177 *Indicium vnum an ſufficiat ad torturam.*
178 *Confeſſio tacita per pacem ſequutam, an faciat indicium ad torturã de delicto in quo fuit facta pax.*
179 *Iniuriam remittens per pecuniam eſt infamis.*
180 *Delictum fateri an videatur qui ueniam petit.*
181 *Incantationes an faciant indicium ad torturam.*
182 *Teſtes in cauſis criminalibus an cogendi ſint teſtificari.*
183 *Indicia ſuperuenientia an confirment torturam præcedentem indebite factam & confeſſionem ex ea extortam.*
184 *Donatio per filiumfamilias ſine conſenſu patris facta poſtmodum per patrem ratificata, an valida.*
185 *Statutum de mulieribus ne ſine conſenſu propinquorum contrahant, an includat contractum poſtea per parentes ratum habitum.*
186 *Laudum latum non præcedente compromiſſo non poteſt ratificari per partes.*
187 *Laudum non poteſt ratificari à partibus antequam feratur.*
188 *Filij ex matrimonio gradus prohibiti ante diſpenſationem nati, ſunt illegitimi.*
189 *Reconciliatio non roborat teſtimonium inimici contra inimicum.*
190 *Reus an torquendus propter indicia contra eum exiſtentia ſi alia ſint pro eo. 196.*
191 *Pars benignior in teſtibus minori parti diſcordantibus præualet.*
192 *Indicium vnum per aliud tollitur. Sicut præſumptio vna tollit aliã. 193. & idem in coniecturis. 194.*
195 *Veriſimile maius tollit minus.*
197 *Delicti præſumptio ex bonæ famę præſumptione tollitur.*
198 *Probationes in ſpecie præferuntur probationibus in genere.*
199 *Teſtibus duobus in ſpecie deponentibus potius eſt credendum, quam pluribus in genere.*
200 *Offenſi exculpatio eſt maximi momenti.*
201 *Accuſator moroſus accuſationem reddit ſuſpectam.*
202 *Violentia per lapſum longi temporis ideo præſumitur conuerſa in conſenſum.*
203 *Inſtrumentum releuatorium à petitis producere tardans non audiendus, niſi refuſis prius expenſis.*
204 *Innocentiæ indicium præbet qui accuſatus ſponte ſubit carcerem.*
205 *Infamis repellitur ab accuſatione. Similiter & pauper. 206.*
207 *Ratio legis latens habetur pro expreſſa.*
208 *Accuſans aliquem duo de iure communi facere tenetur.*
209 *Iudicis officium implorari an poſſit propter ſuſpitionem de furto.*

§.Diligenter Tamen venit aduertendum quan-
do vigore indiciorum iudex de-
uenit ad torturam, vt indicia ſint ſufficientia, ne ſi indicia eſ-
ſent minus legitima iudex ipſe teneretur poſtea in ſyndica-
tu, nam quilibet teſtis non facit indicium ad torturam. Et iõ
ſcias quod dictum vnius teſtis de maleficio, qui viderit ipsũ
reum committentem maleficium, facit ipſe ſolus indicium
1 ad † torturam quando eſt integer. ita dixit Barto. in l.fi. ff.de
quæſtio. & in l.admonendi. ff.de iureiu. in 11.col. & Cy. in l.3.
C.ad leg.Iul.maie. & Innocen. in c.ſicut. de ſymo. il 1. & Bal.
in l.2. in 1.col. C.quorum app.non reci. & in conſi.ſuo 97.in
cip. an mandatarius &c. ante fin. in 5.vol. & in l.ſi quis ex argẽ
tarijs. in §.quod ſi plures. ff.de edendo. & Ang. in l.fi. in princi.
ff.quod me.cauſa. & in Authen. de teſta. imperfe. in princip.
2.col. de quo latius valde dixi in l.fi. in 2.col. verſi. quærit vlte-
rius hic Bar. &c. ff.de quæſtio. Et pro hoc facit optime, nam
vnus teſtis omni exceptione maior in cauſis ciuilibus facit
ſemiplenam probationem, vt habetur per Doc. in l.admonẽ
di. ff.de iureiur. & in l.in bonæfidei. C.eo. Et illud quod in ci-
2 uilibus facit ſemiplenam probationem, † in criminalibus fa
cit indicium ad torturam, ſecundum Bar. in l.fin. in fi. ff.de in
lit. iuran. quod etiam voluit D.Paris de Pu. in trac. ſuo ſyndi
ca. in 105.char. vbi ad hoc ipſe allegat gl. in l.2. in §.ſi abſens. ff.
ſi ex noxa. cauſa agatur. quam etiam ad hoc refert & ſequi-
tur Alex. in d.l.fina. ff.de quæſtio. de quo ibi dixi in 2. colum.
& idem dixit Ang. de Aret. in trac. malefi. in verbo, fama pu-
blica. in verſicu. iuramentum autem. de quo etiam magis la-
te dixi in l.fin. in 2.colum. ff.de quæſtio. Et prædicta intellige,
vt ſupra dixi, quando ille teſtis deponens de ipſo maleficio
de viſu eſt omni exceptione maior. Nam tunc facit indiciũ
ad torturã. Et Doc. oẽs dicẽtes ꝙ vnus teſtis de viſu facit indi
ciũ ad torturam, loquuntur in teſte oĩ exceptione maiore
& non in alijs teſtibus. ita not. dixit Bal. in l.milites. C.de quæ
ſtio. & idem dixit Bal. in c.1. §.ſacramentum. in 2.col. de con-
ſuet. recti feud. vbi dixit, quod quilibet minimus defectus in
3 teſte impedit, vt non poſſit parti deferri iuramentum in ſup
plementum probationis. & ſic infert Bald. quod talis teſtis
non facit ſemiplenam probationem. ſed ſi non facit ſemi-
plenam probationem, ergo non facit indicium ad tortu-
ram, cum iſta parificentur à iure, vt dixi ſupra proxime. Et ꝑ
hoc facit, quod dixit Io. And. in c cum in contemplatione.
de reg.iur. & Bal. in l.2. in 1.col. C.quorum app. non reci. vbi
dixerunt, quod licet vnus teſtis de maleficio faciat indicium
ad torturam, tamen hoc fallit, niſi aliqua alia coniectura reſi
ſtat. quod dictum pro not. refert & ſequitur Alex. in conſil.
124. incip. quoniam abunde & recte &c. circa prin. 2. colum.
in 6.vol. quod eſt ſing. no. ad quæ etiam facit quod dixit ipſe
Alex. in conſi. ſuo 180. incip. in cauſa & lite, in 2.col. in 6. vol.
& in eodem vol. in 183. conſi. incip. in cauſa & lite. in 3. colu.
Et facit quod voluit Bal. in l.fi. in princ. 2. colum. C.qui & ad-
uer. quos. vbi dixit, quod quando ſemiplena probatio aliqua
præſumptione eliditur, non eſt tunc locus delationi iuramẽ
ti. Et idem dixit Ludou. Roma. in conſi. ſuo 91. incip. viſis. in
penul. colum. Item pro hac parte facit, nam ad hoc vt poſſit
deueniri ad deferendum iuramentum in ſupplementum
probationis ſemiplene factæ per vnum teſtem, neceſſe eſt,
quod ille teſtis ſit integer & omni exceptione maior, alias il
le teſtis non facit ſemiplenam probationem, ſed ſolum indu
cit iudicem ad ſuſpitionem, vt in ſimili dixit gl. in l.etiam ma
tris. ff.de probat. & ita firmant Doc. in d.l.admonendi. & in d.
l.in bonæfidei. & D.Alex. in conſi. ſuo 238. incip. viſo proceſ-
ſu. circa me. Et faciunt dicta per Bal. in rubri. de contro. inue-
ſti. circa princ. vbi dixit, quod teſtis faciens ſemiplenam pro-
bationem ad hoc vt poſſit deferri iuramentum in ſupple-
mentum probationis, debet eſſe omni exceptione maior:
nam ſi aliquo modo læderetur opinio illius teſtis, non de-
beret iuramentum deferri. Pro quibus omnibus vide quæ di
xi in ſing. meo 197. inci. ad hoc. & in ſing. 83. incip. in ore vul-
gi, &c. Vide tamen omnino Bald. in l.1. in 6.col. C. de ſumma
Trin. vbi hæc dicta reſtringit vt procedant, vbi tractatur de
condemnando, ſed ſecus eſt vbi tractatur de inquirendo vel
torquendo, quia tunc etiam teſtes non integri admittũtur.
quod dictum refert & ſequitur D.Paris de Puteo in trac. ſyn
di. in 94. char. in vl. col. quod dictum tamen ego nõ audeo af
firmare propter multa contraria quæ occurrente caſu addu
ci poſſent. Et circa prædictam materiam teſtis deponentis
de maleficio de viſu quod nõ faciat indicium ad torturam,
niſi ſit omni exceptione maior, vide etiam quæ dixi in con-
ſilio meo 74. incip. ſummi numinis &c. in pen. char. & in cõ
ſil. inci. Illumina quæſo me ſeruum tuum Domine &c. in 8.
char. per totum. Et ſcias quod teſtis nõ reddens rationem di
4 cti ſui non † debilitat dictum teſtis reddentis rationem dicti
ſui, adeo ꝙ non poſſit deferri iuramentum in ſupplementũ
probationis ei qui produxit illum teſtem reddentem ratio-
nem dicti ſui, ita dixit Bal. in l.de quibus. in penult. col. ff.de le-
gi. quem refert & ſequitur D.Fel. in c.cum cauſam. in 6. col.
in verſi. fallit quartò. de teſti. de quo etiam dixi in dicto ſing.
meo 197. incip. quo ad hoc. & in l.proprietatis. C. de probat.
Item limita etiam illud quod ſupra dixi, videlicet quod vnus
teſtis de viſu facit indicium ad torturam, ſeu ſemiplenã pro-
bationem in ciuilibus, hoc eſt verum quando ſolum tractaẽ
de tortura inferenda, ſecus autem ſi ex forma ſtatuti, vel le-
gis deberet ſtari indicijs quantum ad plenam probationem,
quia tũc neceſſe eſt quod tale indicium probetur per duos
teſtes. Iſta eſt gl. valde not. in Auth. de teſt. imperfec. in princ.
& ibi voluit Ang. vbi inquit quod ſi ſtatutum dicit, quod in
maleficijs indicium habeatur pro plena probatione, quod
tũc licet vnus teſtis deponat de veritate & de ipſo maleficio,
tamen non poterit ex tali indicio ſequi condemnatio, niſi
tale indicium probetur per duos teſtes. quod eſt no. de quo
dixi latius in ſingu. meo 269 inc. alias dixi tibi, &c. Et teneas
etiam perpetuò menti vnum ſing. verbum lucri plenum, vi-
delicet, quod vnus teſtis ſolus de maleficio ſine alijs indicijs
5 † non facit indicium ad torturam, eo quia vnus ſolus teſtis
ſine alijs indicijs non facit ſemiplenam probationem, cum
ſit, quod ea quæ non faciunt ſemiplenam probationem in
ciuilibus, non faciunt indicium ad torturam in criminalib.
ita voluit Cyn. in l.fi. C.de q. quem refert & ſequitur Alex. in
conſil. 313. inc. viſo themate. in 2.col. quos refert & ſequitur
Iaſ. in repet. l.admonendi. in 67.col. in verſi. 10. prædicta regu-
la. ff.de iureiura. pro quo etiam faciunt dicta per Phil. De. in
conſi. ſuo 37. incip. in cauſa. in quarta col. in prin. de quo etiã
dixi in ſing. meo 342. inc. quando teſtis &c. & in conſi. meo
101, inc. Illumina quæſo me ſeruũ tuum Domine &c. in 9.
charta. Et pro prædictis facit optimè quod voluit Domi. Ale
xand. in conſilio ſuo vndecimo. inc. circa primum. in 2.colu.
in primo vol. vbi dixit, quod dato quod in crimine læſæ ma
ieſtatis, vel ſymoniæ ſpecialiter ſit inductum quod teſtes in-
fames non repellantur à teſtimonio, vel ab accuſatione.
capitu. licet, il 1. & capitu. per tuas. de ſymo. l. famoſi. & l. ſe-
cunda. ff.ad legem Iul. maieſta. & not. glo. in l.tertia. §. lex
Iulia.

Iulia.ff.de teſt.tamen non dicuntur integri teſtes,ut in dicto
capitu.per tuas.& ideo non ſufficeret vnus talis teſtis ad tor-
6 turam inferendam in illum † contra quem teſtificatur. per
ea quæ habentur in dicto §. item lex Corn. & in prælleg.cũ
vtrobique not.per Bar.ita dicit Alexan.in dicto conſi. 11. ꝙ
eſt ſing.verbum. de quo etiam dixi in conſi. meo 101.incip.
Illumina queſo me ſeruum tuum Domine &c.vbi late ſatis
locutus ſum in materia iſta in occurrenti caſu. vide tamen
omnino quæ ego dixi infra,in hoc §.nu. 177. Scias etiam ꝙ
licèt vnus teſtis de viſu quando eſt omni exceptione maior
faciat indicium ad torturam,vt dixi:iſtud eſt verum quando
deponit de ipſo maleficio immediato & propinquo, ſed ſe-
cus eſt quando deponit ſuper remotis à maleficio & ſuper
mediatis ipſi maleficio,nam ſuper remotis à maleficio requi
7 runtur † duo teſtes ad faciendum indicium ad torturam, &
in talibus vnus teſtis non facit indicium.ita ſing. dixit glo. in
l.fi.C.fami.erciſ. quam ibi ſummè not. Barto. & Doct. ibi,&
in l.finali.ff.de quæſtio.& idem voluit Bart. in l.admonendi.
ff.de iureiur.& Innoc.in c.ſicut,il j.extra de ſymo.& Cy.in l.3.
C.ad legem Iul.maieſt.& voluit Bal.in l.ſecunda.in prima co-
lum.C. quorum appel. non reci. & in l. ſi quis ex argentarijs.
in §.quòd ſi plures.ff.de eden.de quo latiſſimè dixi in l.prima
in §.idem Cornelio.& ibi in §.præterea.in 8.colum.in verſic.
præterea contra dictum &c.& in l. de minore. in §. plurium.
in 8.colum.in verſic.quod autem. & in l. vnius facinoris.in §.
teſtes torquendi.in j. colum.ff.de quæſt. Et in hac materia te-
neas menti perpetuò no.verbum Soci.in conſi.ſuo 54.incip.
viſis teſtibus.in 3.col.in 3. volum. vbi dicit, quòd licèt quan-
do teſtis deponit de veritate facti debeat eſſe omni exceptio
8 ne maior:† tamen quando requiruntur duo teſtes ad probã
dum indicium remotum à maleficio, non requiritur quòd
ſint omni exceptio.maiores, & tali caſu admittuntur etiam
infames.ad quod allegat Bal.in l.cunctos populos.C.de ſum.
trinita.& fide catho.& Barto.in l.j. in §. quæſtioni. ff. de quæ-
ſtio.& in l.fi.ff.de excuſa.tut. quod eſt multum no. in practi-
ca.Item ſcias etiam circa prædicta quòd ſi eſſent plures teſtes
qui deponerent ſingulariter ſuper diuerſis,tamen tales teſtes
non iungerentur ſimul ad faciendum indicium perfectum
& ſufficiens,ratio eſt,quia nunquam iunguntur ſimul plures
9 ſpecies probationum † ad probandum,niſi quando vnaquę-
que ſpecies de per ſe in eſſe ſuo eſt perfecta, ſecundum Bald.
in l.ſi quis ex argentarijs.poſt prin.ff. de eden. quem refert &
ſequitur Dom. Alex.in conſi.ſuo 355.inci. ſentio in dubium
reuocari.in 2. col. vbi ſubdit quòd ſi fama eſt plenè probata,
poteſt iungi cum alia ſpecie probationis,vt puta cum vno te
ſte deponente de veritate facti, qui facit ſemiplenã prob.ſed
vbi fama non eſſet plenè probata, non poſſet iungi cum alia
ſpecie probationis.& dicit Bal.ita intelligere gl.in l.2.ff.de ex-
cu.tut.per l.j.C. qui nume. tutel. & ex hoc dicit Domi. Alex.
in dicto conſi.quòd ſi eſſet vnus teſtis de fama,& vnus de ve
ritate,& vnus de alio indicio, iſti tales non coniungerentur,
quia indicium debet probari per duos teſtes, vt habetur per
glo.in l.fi. C. fami. erciſc.& idem tenet Dom.Anto. in cap.li-
cèt ex quadam.de teſti.vbi dicit quòd teſtes ſingulares depo-
10 nentes de duabus confeſſionibus, † vnus de vna & alius de
alia,non debent ſimul iungi. quod dictum refert & appro-
bat Dom.Alex.in conſi.ſuo 292.incip. viſo proceſſu. in 3.col.
vbi dicit,ꝙ idem videtur velle, licèt non tam clarè Abb. in c.
cum cauſam.in 4.col.& ibi Dom.Feli.in penul. & vlt.colu.de
proba.vbi dicit ꝙ teſtes ſingulares non debent iungi ad faciẽ
dam plenam probationem.& dicit ꝙ iſtud eſt etiam de mẽ-
te Cyn.in l.j.C.quę ſit lon.conſue.circa penul.colum.De quo
arti. an & quando probationes diuerſi generis iungantur ad
faciendam plenam probationem, vide etiam vltra prædicta
latius per me dicta in l.de minore.in §.plurium.in 17.colum.
in verſi.& bene aduertas.ff.de quæſtio.& in l.vnius facinoris.
in §.teſtes torquendi.eod.tit. & vide Iaſ.in repet.l.admonen-
di.in 97.& 98.col.de iureiur. Et teneas tamen menti ſingula-
ria verba D.Alex.in conſi.ſuo 77.incip. in cauſa accuſationis,
&c.ad fi.in j.vol.vbi dixit,ꝙ illud ꝙ dicitur ꝙ teſtes ſingulares
non probant,intelligitur quò ad plenam probationem, ſed
quo ad indicium vna præſumptio iuuat aliam,vt patet ſecun
dùm cum ex notatis per Bar.in l.fi.ff.de quæſtio. & per Ioan.
And.in addit.Spec.in tit.de præſum.in §.ſpecies.verſic.violen
ta.vbi tractat an ad torturam requirãtur plura indicia,an ſuf-
11 ficiat vnum,& dicunt quòd etiam quando ſunt duo † indicia
à remotis,vnum iuuat aliud.& plus dicit Io. And. ſecundùm
eum,quòd in practica ſeruatur quòd pro vno indicio proce-
ditur ad torturam,de quo latius infrà,in hoc §.num.77.Item
circa hanc materiam indiciorum ſcias quòd licèt ex pluribus
12 indicijs fiat vera probatio,† ſm glo.no. in l.2.in verbo, legiti-
mis.ff.de excuſ.tut.quam ad hoc alleg.Iac.But.in addit.ad tra-
cta.Alb.Gandi.ſuper maleficijs.ſub rub. de pręſum.& indicijs
indubitatis.in 3.colum.circa me.& illam dixit ſingu. Ioan.de
Ana.in conſil.ſuo 49.incip.dubium,de quo.& Bal. in rub. ex-
trà de probat.in 2.char.& in c.accedens.il 2.in fi.vt li.non cõ-
teſt.& Barba.in rub.extrà de proba.in 2.char.& in conſil.ſuo
incip.ſcribitur primo Reg. in quibus locis ipſe Barb.adducit
etiam alias glo.& aliquos tex. idem dicentes quod dicta glo.
quam etiam refert & ſequitur Dom.Alex.in conſi. 365.inci.
requiſitus in cauſa &c.vbi dicit, quòd idem voluit gl.in l.3.§.
eiuſdem.ff.de teſt.quam etiam ad hoc propoſitum allegauit
Lud.Roma.in l.j.§.hoc reſcriptum.in penul. colum.ff.ad Syl-
la.& in conſi.ſuo 7.incipi.viſis neceſſarijs.in j. colum. & Paul.
de Caſt.in conſi.ſuo 291.incip. viſo puncto. in penult. col.&
illam gl. etiam referunt & ſequuntur plures & plures Doct.
quos retuli accuratius in repe.mea rub.C.de probatio.in 62.
colum.in verſic. vltra prædicta &c. vbi nedum latè,ſed etiam
latiſſimè locutus ſum de prædicta glo.& in repetit. mea.l.fin.
in 65.charta.C.de probatio.de qua glo.habetur etiam per Ia-
ſon.in repetitio.l.admonendi.in 96.& 97.columna.ff.de iure
iurando.Attamen prædicta glo.& alia iura volentia quòd ex
13 pluribus indicijs fiat vera probatio, habent locum † ſolùm
in ciuilibus tantum,ſecus autem in criminalibus, per tex.in l.
fi.C.de prob.ita dicit gl.no. in c.veniens. il j. extra de teſti.&
volunt Doct.in locis ſuperius allegat.& Docto.alij quos ego
adduxi in d.repet.mea rub.C.de probat. in 62. col. Pro quib.
faciunt dicta per D.Alex.in conſi.ſuo 158.incip.in cauſa & li-
te.in ulti.col.in 5.vol.Item etiam ſcias ꝙ prædictæ glo.& iura
14 non habent locum in teſtib.† ſingularibus,quia etiã ex pluri
bus teſtib.ſingularib.non reſultat vera probatio, quod tamẽ
ſecus eſt in alijs probationibus quæ inuicem ſunt cõmiſſibi-
les,vt vnus teſtis de veritate & duo de fama, nam iſti teſtes fa
ciunt integram probationem.ita dixit Nico. de Neapo.in d.
l.2.ff.de excu.tut. vbi dixit ꝙ illud quod ibi voluit gl. in pluri-
bus pręſumptionib.non habet locum in plurib.teſtib. ſingu-
laribus, ſed in alijs præſumptionib. inſimul commiſſibilibus
vt dixi,quod etiam firmat D.Ant.in c.licèt ex quadam. de te-
ſtib.& Abb.in c.cùm cauſam.de probat.& D. Alex. in conſi.
ſuo 355. incip. ſentio in dubium reuocari. Et ratio quare ex
pluribus teſtibus ſingularib.nõ reſultat vera probatio eſt, qa
15 tantum probant † mille teſtes ſingulares quantum vnus. ita
dixit Bal.in l.iuriſiuran.C.de teſtib.& in c. tam literis.extrà de
teſti.& in addit.Spec.in tit.de teſte.in 4.col.verſic. etiam mil-
le.& Iaſ.in repet.l.admonendi.in 95.col.ff.de iureiur. & Alex.
in conſi.73.incip.non puto.in 3.col.in j.vol.Pro quo facit,nã
16 mille ſcripturæ † priuatæ non faciunt plenam fidem, ſecun-
dùm Soc.in conſi.ſuo 41.incip.antequam.in 5. col. in j.volu.
quod etiam firmauit Bal in rub.de cõtrouer. inueſti.in j.col.
vide tamen Alex.in conſi.77.incip.in cauſa accuſationis.in vl
timis verbis.in j.volumi.Eſt tamen verum quòd teſtes ſingu-
lares poſſent eſſe ita nobiles,quòd iudici adducerent creduli
17 tatem & indubitatam fidem,& tunc † iudex non deberet cu
rare de illa ſingularitate,ſed ſecundùm eos deberet iudicare.
ita ſingula.& mirabiliter dixit Pau. de Caſt. in l. admonendi.
ff.de iureiuran.& in l.Lucius.ff.de his,qui no. infam.in ſuis re
collectis Florentinis. Et iſtud dictum pro valde ſingu. refert
& ſequitur D.Io.Bapt.de ſancto Seuerino,in repetit.l.admo-
nendi.in 7.char. in 2.col.de iureiuran. & Dom. Franc. Bru.in
ſuo tract.de indi.& tor.in j.char.in 3.col.circa princip.de quo
dicto latius dixi in ſingu.meo 114.incip. vulgatum & tritum
eſt &c.vbi uideas.Et de materia d glo. l.2.ff.de excuſa. tut. ui-
de plura quę ego dixi in repeti.mea rubri.C.de probat.in 61.
col.& in col.ibi ſequen ubi latè locutus ſum. Modo ultra pręę
miſſa poſtquam ſumus in materia indiciorum plura ſunt ui-
denda,quæ ſunt neceſſaria & utilia ac multum practicabilia.
18 Et primò ſcias quòd fama † de per ſe ſola non facit indicium
ad torturam,ſecundùm Io.An.in addit.Spec.in tit. de proba.
in §.uidendum.in uerſic. decimotertio. iuxta finem illius ad-
ditio.& Bal.in l.milites.C.de quæſtio.Cy.in l.finali.C.eod.Do
mi.An.in capitulo,ueniens.il j.in 4.col.de teſtib.Ang.de Are.
in tracta.malefi.in uerſic.fama publica.in uerſicu.& an fama.
Bald.in additio.Specu.in titu.de ſenten.in ulti.colum.& Ale-
xan.in conſi.ſuo quinto.incip.in cauſa inquiſitionis.in ſecun
da columna.in primo uolumi. & Iaſ. in repetit. l. admonen-
di.in nonageſima columna.in princi.de iureiurando.de quo
latè dixi in l. de minore. in §. plurium. in quinta columna.in
uerſicu. nota ulterius &c. ff. de quæſtioni. Et ratio quare fa-
ma non facit indicium poteſt eſſe, quia fama eſt res fragilis,
& pernitioſa tranſmiſſa ab his qui deſiderant de hoc famam
eſſe. ita dixit Barto. in tracta. de tortura. quem refert & ſe-
quitur Dominus Paris de Puteo, in tractatu ſyndicatus, in
centeſimadecima charta,in tertia colum. Iſtud autem quòd
fama non faciat indicium ad torturam, non habet locum
19 † in

19 † in vehementi fama: nam vehemens fama eſt ſufficiēs indi-
cium ad torturam.ita ſingula dixit Bart.in conſi.ſuo 192.in-
cip.Dom.Paci de burgo ſancti ſepulchri legum Doctori &c.
quem refert & ſequitur Bald.in conſi.ſuo 131. incip. viſis di-
ctis articulis.in 2. colum. 2. volum. & voluit etiam Do.Alex.
in l.fina.in 3.addi.ff.de quæſtioni.& Bald. in capit. 1.in §.iniu-
ria.in 6.colum.de pace iuramen.firman. verſic. ſed nunquid
ex tali confeſſione,& Dom.Fely.in cap. veniens. in 5.col.de
20 teſtib. Pro quo faciūt,nam iſta vehementia † ſunt magni ef-
fectus.Et ideo dixit Bal.in conſi.ſuo incip.quidam Petrucius
de Viterbio &c. quem refert & ſequitur Soci. in conſi. ſuo
89.incip.in cauſa agitata &c. in 6.col.in 1.vol. quòd vehemēs
adminiculum ſupplet ſemiplenam probationem. & Soci.in
dicto conſilio adducit etiam Bal. in l.ea quidem.in 2. col.C.
de accuſ.vbi dixit,quòd vehemens adminiculum eſt ſupple-
tio defectus probationis. de quo latius per Soc.vbi ſ. Item
vehemens opinio habetur pro ſcientia & pro certitudine,
vt latè habetur per Dom.Fel.in c.1.in 1.col.de ſum. trinita.&
per me in l.patre vel marito.in 12.col. ff.de q. & in l.de mino
re.in §.plurium.in 6.col.ff.de queſtioni.in verſic.hanc tamen
concluſionem.eo. tit. & in ſingu. meo 205.incip.vehemens
opin.& in alio meo ſingu.97.inci.fama ſola &c. & in repetit.
mea rubr.C.de probatio.in 47.colu.& in repetit. mea.l.fina.
C. de probat. in 80. char. Et vltra prædicta teneas perpetuò
21 menti vnum videlicet, quòd indicia multum vrgentia † fa-
ciunt plenam probationem.ita multum no.dixit Abb.in cō
ſil.ſuo 113.incip.tria ſunt &c.in 1.col. in princ.in 2.vol. quod
eſt ſingul.verbum,quod alibi non memini me vidiſſe. Con-
tra hoc dictum tamen facit non parum quòd voluit Io. de
Ana.in conſi.ſuo 59.inci.viſa inquiſitione.in 2.col.poſt prin.
vbi dixi, quòd præſumptiones probabiles & vehementes nō
operantur quòd ex ipſis in cauſa criminali poſſit reus condē
nari.ad quod allegat plura iura de quibus ibi per eum. Pro
quo facit etiam,nam violenta præſumptio quæ in ciuilibus
22 habet vim plenæ probationis, in criminalibus † non ſufficit
ad condemnandum,ſecundùm Docto. in capit. quia veriſi-
mile,& in c.afferte.de præſumptio.& Bal.in l. fi. in vlt. col.C.
de probatio & Dom.An.& Abb.in dicto c.afferte. & Ludo.
Roma in l. 1.in §.ſi quis in villa.ff.ad ſylla. Alexan.in conſi.15.
incip.viſo proceſſu.in 5.colum in 1.volum.& latius per Iaſo.
alios referens.in l.1.in 6.colum.verſic.1.ex regula.C.de ſeruis
fugiti.vide tamen Ioan.de Ana.in c.tua nos.§.fi. in 2. colum.
verſi.nota quod ex iſtis &c.extrà de homic. Plura etiam alia
in hac materia indiciorum habes notare.vnum eſt quod ar-
bitrio iudicis relinquitur an indicia exiſtentia contra reum
23 ſint ſufficientia ad torturam. † ita dixit Bar.in l.fi.ff. de quæſt.
Bal.in l.2.in 1.colum.C.quorum app.non re. Ioan. And. in c.
cum in contemplatione.de reg.iur.Alexan.conſi.77. inci. in
cauſa accuſationis.in 3.colum.in 1.volum.& ibi in conſi. 65.
incip.habita ſuper contentis.in fi. Et licet hoc ſit verum ꝙ
an indicia ſint ſufficiētia ad torturam necne,quod relinqua-
24 tur arbitrio iudicis,tamen tale eius arbitrium † debet eſſe iu-
ri & æquitati conſonum,aliàs non valet.ita no. dixit Ludou.
Roma.in conſil.ſuo 376.incip. quæſtio eſt, nunquid &c. in
pen. colum.vbi pro hoc allegat glo.in l.eas cauſas.ff.de cond.
& demonſtr.& hoc etiam voluit Bal.in diſputa.ſua,incip. ſta
tuto cauetur quòd fœnerator &c.in vlt.colum.argum. l. co-
dicillis.§.fi.ff.de lega.2.& idem etiam dixit Do.Alex. in conſi.
ſuo 21.incip.viſis verbis.in penul.colum.in fi.vbi alleg. Bal. in
d.ſua diſputa.& plura alia de quibus ibi per eum. Pro quib.
facit etiam text.in l.1.de vſur. in verſic. vt legi non offendatur
&c. Et facit etiam,nam qui habet poteſtatem diſponendi ſe
25 cundùm conſcientiam, † non debet ſequi propriam conſciē
tiam ſed publicam.tex.eſt iuncta glo.in c.iudicet.2.q.7.& vo-
luit Cyn.in l.quiſquis.C.ad leg.Iul.Maieſta.& Bal.in l.1.C. qui
accuſa.non poſſ. Et ideo dixit Bal. in l.fi.C.de pœna iudi. qui
male iudi.iudicem debere ſequi regulas legum & non con-
26 ſcientiam ſuam, † quæ legibus aduerſatur. de quo etiam per
Bal.in l.2.in 4.nota.C.de fideicommiſ. & per Ludou. Roma.
in repe.rubr.ff.de arbi.in 2.colum.ad fi.& vide text.in l.1.ff.de
ſol.& tex.& ibi Bal.in l.certi iuris.in fi.C.de iudi.& Iaſ.in §. ſed
iſtæ in penul.& vlt.col.Inſtit. de actio. & vide gl.& D. Anto.
in c.vt debitus. de appel. vbi dicit, quòd in arbitrarijs iudex
27 † debet facere ſuum arbitrium cum conſilio peritorum. al
leg quæ habentur in c.ne innitaris. de conſt. Et ſubdit etiam
ibi Dom.An.per illam glo.quod ſi committitur aliquid iu-
dici expediendum ſecundùm quod ſibi videtur, intelligitur
tamen habito conſilio peritorum. quod etiam voluit Do,
An.in c.1.in 8.colum.de conſti.quem ſequitur Card.Alexan.
in dicto cap.vt debitus.in 11.colum. ad quem etiam vide So-
ci.in conſilio 93.incip.circa primum.in verſic. 2. reſponde.&
in conſi.123.incip.cùm in præſenti.in 6. col. & Ludou. Bolo.
in conſi.47.incip.viſis. in penul. colum. & Matthe.in no.ſuo
13.incip.no. quòd vbi iudex.& glo.in clementi. ſæpe. in ver-
bo,defenſionis.de verbo.ſignifica.& Ioan.Andr. in capitu.1.
de conſti.quem refert & ſequitur Dom. Feli. in capitu.quo-
niam frequenter. in §. porro. in 2. colum. vt li. non conteſt.
28 vbi dicit quòd in his quæ ſunt cōmiſſa arbitrio iudicis, † iu-
dex debet ſeruare æquitatem.Item de iſto arbitrio vide Do.
Pari.de puteo in tract.ſuo ſyndica.in 19. char. in 3. colum. cū
tribus col.ibi ſequen.& Pau.de Caſt. in l. filiusfamil. donare.
ff.de donat.& vide omnino Domi.Catal.in tracta.ſuo ſyndi-
ca.in verſi.139. incip. adde quòd ſi datur arbitrium poteſtati,
& quæ ego dixi in repeti.mea.l.fi.C.de probat. in 79. char. &
in l.quæſtionis modum. in 4. & 5. colum. ff. de quæſtio. &
in repetit.mea rub.C. de probati. in 50. col.& ſuprà, in hac
practica. in §. conſtante. Et ad dicta ſuperius proximè adde
Bald.in l.cùm circa. C. de iure do. vbi dixit, quòd indicium
quod mouet iudicis animum aliqualiter eſt ſufficiens a iure
ſi ſit approbatum. quod dictum refert, & ſequitur Bertachi.
in repert. ſuo, in verbo, indicium. in 2.colum.ad quod vide
etiam Bald.in conſi.276.incip.tex.in quo &c. in 1. colum.an-
te fi. in 1. volum. Item ſcias etiam circa hanc materiam indi-
29 ciorum, quòd indicia † debent eſſe perfecta in genere ſuo,
aliàs non operantur vires indiciorum.ita no.dixit Bal.in cō-
ſil.ſuo 229.incip.verba inquiſitionis.in 2.colum. in 3.volum.
Nam ſicut probationes in criminalibus ad condemnādum
debent eſſe luce meridiana clariores,vt in l.fi.C.de probat.&
in l.addictos.C.de app.& in l.abſentem.ff.de pœnis.c.pitaciū.
30. q. 3. ita & indicia in genere ſuo ad torturam debent eſſe
30 clara & talia † quæ de iure ſubſiſtant. Pro quo facit regula il-
la videlicet, quòd eadē eſt ratio de toto quò ad totum, quæ
eſt de parte quo ad partem & econtra.l.quæ de tota. ff.de rei
ven.cum ſi.de quo ego etiam dixi in conſi.meo 20. incip.di-
gneris quæſo clementiſſime Deus omnipotens &c.in princ.
Et ideo ex hoc dicebam quòd ſicut in criminalibus ad ple-
31 nam probationem faciendam † teſtes debent reddere ratio
nem dicti ſui,etiam non interrogati,ſecundùm Salice.in l.fi.
C.de prob. quem refert & ſequitur Alex. in conſi.ſuo 15.in-
cip.viſo proceſſu inquiſitionis formatæ.in 8.col.in 1.volu.&
voluit Iaſ.in repe.l.admonendi.in 103.col.de iureiur. & Do.
Philip.Decius in conſi.37.incip.in cauſa.in 3. col.ita etiam ad
faciendum indicium ad torturam debēt reddere rationem
dicti ſui etiam non interrogati, quod eſt diligenter notan-
dum.Pro quo faciunt not.verba Ludoui. Rom.in repe.ru-
bri.ff.de arbit.in 10.col.in prin. in verſicu.ſcias tamen &c.vbi
dixit, quòd licèt vnus teſtis deponendo faciat ſemiplenam
probationē,vt in l.admonendi.ff. de iureiur. cum ſi. Iſtud eſt
32 verum,ſi talis teſtis deponit † cum cauſa, ſecus autē ſi depo-
nit ſine cauſa.quod dicit voluiſſe Bal.in c.1. in §.cùm autem.
de contro.inueſti. de quo etiā dixi in l. 1. in §. præterea.in 17.
colum.ff.de quæſtio. contrarium tamen tenet Dom. Philip.
Dec.in conſilio ſuo 100.inci.in cauſa inquiſitionis.poſt prin.
ſed dictum ſuum non obſtat, quia iura per eum allegata lo-
quuntur in ciuilibus, non autem in criminalibus, ergo non
obſtant.Et adde etiam Bal.in hac materia in cōſi. ſuo 275.in-
cip.ad euidentiam.in 1.col.in 1.vol.vbi dicit, ꝙ quādo iudex
procedit per inquiſitionem cōtra aliquem,debet interroga-
re teſtem de cauſa & ſcientia,aliàs dictum teſtis non probat,
nam cum in ſe aſſumat officium inquirēdum, debet forma-
re ipſe interrogatoria ex ſeipſo. ita dicit Bald. in dicto conſi.
Item teneas etiam mēti aliud vtile in materia iſta indiciorū,
33 uidelicet, ꝙ locus à communiter accidentib.† facit indicium
indubitatum ad torturam.ita no.dixit Bald.in addi. Specu.in
ti.de ſent.in antepe.col.in verſi.ad mortem. & in l. fi. circa fi.
ff.de heredi. inſti. ꝓ quo faciūt quæ dixi in ſing. meo primo.
34 Et facit ēt,nam validū † eſt argum.à ſolitis.l.illud.& ibi Bar.ff.
de excuſa.tuto.l.2.ff.de ſpon.l.cū de in rē verſo.ff.de vſur.l.vel
uniuerſorum.ff.de pigno.actio.Et ex hoc dixit ſing.uerbum
Bal.uidelicet,quòd ſi aliqui fratres ſtant in communione, &
35 maior natu communia recipit & diſtribuit.† & minor natu
accipit uxorem & ſe obligat ad reſtitutionem dotis,quod ta
lis reſtitutio dotis dēt fieri de cōi patrimonio, quia ſicut cæ-
teri redditus peruenerunt ad manus maioris fratris,ita & illa
dos perueniſſe cenſetur.ita ſing.dixit Bal.in conſi.ſuo 120.in-
cip.duo fratres,unus maior &c.quem refert & ſequitur Soc.
in conſi.ſuo 46.incip.cùm in præſenti.in antepe.col.quod eſt
ſummè no.Scias ēt in hac materia indiciorum, ꝙ iactationes
36 † non faciūt indicium ad torturam,quia ſæpe minus faciunt
homines q̄ magna minantur.ita dixit Bald.in conſi. ſuo 275.
inci.ad euidētiam.in prin.in 1.uol. & idem uoluit Ray. in l.fi.
ff.de hære.inſti. quē refert & ſequitur Alex. in conſi.ſuo 179.
incip.in cauſa Angelorum.in 2.col.circa medium.Contrariū
tamen tenet Do. Paris de Pu. in tract. ſuo ſyndica. in 2. char.

in 3.

in 3.col. ver.an ſi probetur. de quo etiam aliquid per Specu. in tit.de præſump.§.fi.in vlti.col.& vide omnino quę ego dixi in l.1.in §. præterea.in 8. col.verſic.modo his viſis &c.cum verſicu.ſeq.ibi.ff.de quæſtio. Et vltra pręmiſſa quia indicia videntur eſſe fundamentum cauſæ criminalis, ideo de plurib. quærendum eſt an in ipſis cauſis criminalibus faciant indicium ad torturam,quę omnia quotidie occurrunt in facto.

37 † Quæro igitur an mandatarius contra mandantem faciat indicium ad torturam. in quo Bald. in conſi.ſuo 97.incip.an mandatarius &c.in 5.vol. tenet ꝙ faciat indicium quò ad inſtructionem,non autem quo ad probationem. & hæc ſi acceptauit mandatum,ſed ſi non acceptauit,facit indicium ad torturam.De quo etiam per Bertha. in reper. ſuo in verbo, mandatarius. in vlt.col.in vlt.verſi.vbi ſubdit,ꝙ aſſaſſino eius aſſertio facit indicium ad torturam.allega. l. nō ideo minus. C.de accuſ. Do. autem Alex.in conſi.ſuo 88.incip.quoniam omne.in pe.col.verſi.præterea.in 5.vol. dicit quòd teſtes deponentes de mandato & commiſſione ſibi facta ſunt idonei.allegat plura de quibus ibi per eum.de qua queſtione dixi etiam in l. 1. in §.diuus Antoninus. in prin.3. col.de quæſt. Mihi autem nunquam placuerunt dicta per dictos Doct. in locis præalleg.& hoc ex pluribus, & primò inquantum dicit Bal.in d.conſi.97.quòd ſi mādatarius non acceptauit mandatum, quòd facit indiciū ad torturam. Sed vellem & ego ſcire à Bal. quomodo probatur ꝙ mandatarius acceptauerit mandatum,certè non video hoc.& ideo mihi non placet dictum Bal.nam non ſufficit dicere, ſed quod dicitur debet ꝓbari,vt latiſſimè dixi in l.1.in §.ſi quis dicatur.in 1.colum.ff.de quæſtio.Item inquantum Dom.Alex.in d.conſi.ſuo 88.dicit ꝙ teſtes deponentes de mandato & commiſſione eis facta
38 † ſunt idonei.Dico quòd iſtud non obſtat,eo quia ipſe Alex. loquit̄ in caſu in quo interfuerunt plures teſtes & non vnus tantum,ſed in caſu quæſtionis noſtrę loquimur vbi interuenit vnus teſtis tantum,ſcilicet ipſe mandatarius,ergo de vno non infertur ad aliud.item Do. Alex.in d.ſuo conſi.loquitur in cauſa ciuili, nos autē loquimur in cauſa criminali vbi agit̄ de valde maiori præiudicio,iuxta l.in ſeruorum. ff.de pœnis, & ſic de vno non infertur ad aliud. Præterea dico non ſemper eſſe verum quòd etiam in cauſis ciuilibus teſtes de mandato & commiſſione ſibi facta probent,& hoc apparet ex doctrina Io.de Imo.in conſi.ſuo 91.incip.in cauſa quæ vertitur.in j.col.vbi dixit,quòd ſi aliquis ſcripſit aliquam literam priuatam alicuius obligationis pro aliquo qui neſcit ſcribe-
39 re,quòd tali caſu non crederetur † dicto ipſius ſcribentis de mandato ei facto, quod deberet ſcribere talem literam nomine illius qui ſe obligabat. quod dictum etiam retuli in repeti.mea rub.C.de proba.in 58.colum.& in ſingu. meo 471. incip.ſępe contingit &c.Sed in hoc dubio dicant Doct.quicquid velint: mihi videtur dicendum quòd mandatarius non ſit idoneus teſtis contra mādantem, adeò quod eius dictum contra mandantem faciat indicium ad torturam. Et ad hoc dicendum moueor potiſſimè ex duabus rationibus, primò quia talis mādatarius eſt ſolus teſtis in hoc, quo caſu teſtis ēt de viſu & omni exceptione maior non facit indicium de ꝑ ſe, ſi alia non concurrunt indicia, vt dixi ſ̄.in hac practica in hoc §.in num.5.Cum ergo talis mandatarius ſit ſolus & ſecū non concurrant aliqua alia indicia, ergo dictum ſuum non facit indicium ad torturam contra mandantem. Secūda eſt ratio,quia talis mandatarius deponit ſuper remotis a maleficio,& non deponit de maleficio conſummato,ideo talis teſtis non probat, nam quando ſumus in his quæ ſunt remota à maleficio, requiruntur duo teſtes ad faciendum ſufficiens indicium ad torturam,vt dixit glo.not.in l.fi. C. fami.erciſ.de qua dixi latè.ſ̄.in hoc §.nume.7. Alia etiam ratio vrgētiſſima me mouet & inclinat in hāc opinionem, nam ſi diceremus quòd dictum mandatarij eſſet ſufficiens ad torturam contra mandantem ſine alijs indicijs, ſequeretur maximum inconueniens & abſurdum,videlicet, ꝙ volēs nocere alicui poſſet deſtruere & lacerare eum,& quot homines vellet,nam ſi tacitè haberet aliquem odio, poſſet dicere quod ille talis dediſſet ſibi mandatum ad aliquem occidendum vel vulnerandum vel ad aliud maleficium committendum,& quòd ipſe tamen noluit acceptare tale mandatum, quod non eſt dicē-
40 dum,nec eſſet tolerandum, cùm † abſurditas ſemper fugienda & euitanda ſit.l.nā abſurdum.ff.de bo. liber. clemen. 2.de magiſtris.c.cum ſit.de Iudæ.c.ex ore. de priuileg.ca.quemadmodum.de iureiu.c.in geneſi. de elec. & voluit Dom. Fran. de Cur.in conſi.ſuo 60.incip.Dux Philip.in 14.colum.& dixi inf.in hoc §.nume.73.Et malitijs hominum eſt obuiandum. c.ſedes apoſtolica.de reſcri.l.in fundo.ff.de rei ven.Nec eſt aliquid concedendum,permittendum, nec tolerādum per qđ quis inuitetur ad delinquendum,vt in l.conuenire. ff.de pac. dot.& in l.ambiguitates. in fi. C. de indi.vidui.tollen.cum ſimi. ibi in gloſ.allegatis.

Pro quibus faciunt quæ dixi in conſilio meo 102. incip. pauci ſunt dies &c. in fi. Ex iſtis itaque mihi videtur dicendū quòd non concurrentibus alijs indicijs, præſumptionibus, vel coniecturis contra ipſum mandantem niſi dictum mandatarij,quòd tale dictum ſeu teſtimonium ipſius mandatarij non faciat ſufficiens indicium ad torturam contra eum, tene menti,quia ſæpe de facto iſta contingunt.

41 Quæro modo vlterius an fuga † faciat indicium ad torturam.in quo dicas quòd ſic regulariter, vt habetur per ſcribētes in l.fi.ff.de quæſtio. & in l. in lege Cornelia.ff.ad Sylla.& ꝑ Ang.de Are.in trac.ſuo maleficiorum,in verbo,fama publica.in 6.char.in verſi.an fuga. de quo latè dixi in repe. mea. l.fi. in 80. charta, C. de proba.

Quod tamen intellige eſſe verum, quando quis aufugit ante accuſationem vel inquiſitionem contra eum formatā, vel antequam contra eum ſit ad aliquem actum proceſſum, ſecus autem ſi aufugit poſtquā fuit accuſatus vel inquiſitus, quia tunc ſi aufugit, talis fuga contra eum non facit indiciū. ita dixit Barto.in l.j.ff.de bon.eorum qui ante ſent. ſibi mortem conſci. quam doctrinam ſequitur & multum commēdat Ang.in l.fi.in penul.colum.C.de quæſtio.& Mattheſi.no. 193.incipi.nota quòd tota &c.& Lud.Rom.in l.in lege Cornelia.in 2.colum ff.ad Sylla.& Ange.de Are.in tracta. maleficiorum.in verbo,fama publica.in verſi. an fuga ſit ſufficiens, de qua materia latius locutus ſum in repe.mea rub. C. de ꝓba.in 54.colum.& in ſingu.meo 116.incip.fuga. & in d.repe. in 96.col.de quo etiam per Iaſo.in l.admonendi. in 16.col.ff. de iureiur.& in repe.illius legis.in 67.col.in fi.& per Io.An.in addi.Spec.in tit.de præſump.in §.ſpecies.in addi. incip.hic eſt inſtandum,& per Do.Fran.Bru.latè loquentem in ſuo tract. de indi.& tor.in 3.char.in 1.colum.cum ibi ſeq.

Sed tu vltra Dom.Barto. & omnes dicas quòd non ſolùm fuga non facit indicium quando quis fugit poſtquam cōtra eum eſt formata accuſatio vel inquiſitio, ſed etiam quando
42 habet ſuſpitionem † quòd contra eum formetur accuſatio vel inquiſitio, nam tunc ſi fugit, fuga contra eum non facit indicium ad torturam.ita ſing.dixit Lud. Roma.in dicta l.in lege Cornelia. ff. ad Sylla. quod dictum refert & ſequitur D. Philip.Dec.in conſi.ſuo 234.incipien.in effectu &c. in 1. col. de quo latius dixi in ſingula.meo 497.incip.ſæpiſſimè in iure &c. Pro quo faciunt ſingu. dicta quæ ego adduxi in l. 1. in princ.in 10.col.ff.de quæſtio.vbi latè poſui quòd idem operatur timor ſeu ſuſpitio rei,quod operatur exiſtētia ipſius rei, ad quod vide etiam Do. Petr.Phili.Cor.in conſi.ſuo 58.inci. viſa inquiſitione.in 2.colum.verſic.& dato.in 2.volum.Item caſu quo in aliquo caſu fuga inducat aliquam præſumptio-
43 nem vel indicium contra aliquem: † tunc talis præſumptio taliter inducta tollitur per iuramentum ipſius fugientis. ita ſingu.dixit Cyn.in l.fin.C.de requi.reis. quod dictum pro valde nota.refert & ſequitur Dom.Fran.Bru.in tract.ſuo,de indi.& tortu.in 3.char.in 2.colum.& Dom.Pet.Philip.Corn.in conſi.ſuo 58.incip.viſa inquiſitione.in 4.colum.in 2. volu.de quo etiam dixi in dicto ſingu. meo 115. incip. fuga &c. Et ex iſtis omnibus ego infero quòd fuga nunquam faciet indiciū ad torturam,quia aut fuga erit poſt accuſationem vel inquiſitionem, & tunc non faciet indicium, ſecundum Barto & alios,vt dixi.ſ̄. Aut poſt ſuſpitionem accuſationis vel inquiſitionis,& idem erit vt etiam dixi, & ſic nunquam fuga faciet indicium,quia aufugiens poterit ſemper dicere quod aufugit propter ſuſpitionem quam habebat ne contra eum formaretur accuſatio vel inquiſitio, & ſtabitur in hoc dicto ſuo cum iuramēto,quia ſuſpitio eſt quid iacens in corde vel animo,quæ videri non poteſt,vt de ſe patet.Et in his,que conſi-
44 ſtunt in corde vel in animo, † ſtatur dicto aſſerentis cum iuramento,vt dixit glo.apud aliquos ſingul. in §. alię,Inſtitu.de actio.quam glo. refert & ſequitur Barto. in l. Celſus,in 2.col. ff.de vſucap.& Ioan.de Ana.in conſi.ſuo 44.incipien.in quæſtione ſtabioli &c.& Lud.Rom.in conſi.398.incip.vt clarior &c.ad fi.& in conſi.76.incip.in cauſa nobilis viri &c. in 3.col. & in conſi.102.incip.ſuper eo.in penul.colu. & in conſi.320. incip.hæc iſtorum quinque.in 1.colum. & Cępol. conſil.34. incip.viſa accuſatione.in pen.col.& Ange.de Are.in §.fi.Inſtitu.de vulg.ſubſtitu.in penul.colum.& Dom.Fely.in c.ſignificaſti.il 1.extrà de homici.& Ioan. de Ana. ibi in 2.colum.vbi dicit,quòd idem voluit gl.in c.præſentium,de teſti. & ibi Docto. & in c. ſi verò. il. 2. de ſenten. excommunica.& in c. paſtoralis,vbi bonus text.ad hoc.de excep.Et tu vltra eum dicas quòd idem voluit glo.in l.1.in §.hoc interdictum.ff.de itine. actuque priua. & in l. ſi cui. §. iiſdem. ff. de accuſatio. de qua materia latiſſimè fortè vltra oēs locutus ſum in repet. mea rub.

rub C.de proba.in 27.colum.Tene menti prædicta:quia iſta
eſt conſideratio mea noua.Et ſcias quòd aliqui ſunt caſus in
quibus fuga facit nedum indicium,ſed etiam probationem.
45 Vnus eſt caſus in † officiali inquiſito de barataria: nam tunc
ſi fugit habetur pro confeſſo.ita dixit Dom. Fely.in c.nullus.
de præſump. & dicit quòd de hoc eſt caſus in l. conſiliarios.
C.de offi.aſſeſ.de quo facit feſtum Bar.& ibi Dom. Abb.in c.
veritatis.de dolo & contu.in 15.colum.& Bal.in l.in bonæfi-
dei.in 4.colum.C.de reb.cre.& Barto.in d.l. lege Cornelia.ff.
ad Sylla. & Imo. in d. c.nullus.quod tamen limita ſecundum
Dom. Fely.ibi,niſi talis fugiens eſſet reductus quamuis inimi
cus ad locũ vnde aufugit, quia tunc vt condemnetur debet
legitimè probari ipſa barataria.ad quod alleg.§.neceſſitatem
in Authen.vt iudi.ſine quoquo ſuffra.& Saly. in d. l.admonẽ
di.ff.de iureiuran.prout ibi refert Ludo. Rom.in 21.colum.
46 Item alius eſt caſus in quo fuga facit probationem, † videli-
cet, in eo qui aufugit fractis carceribus: quia talis habetur ꝓ
confeſſo,ſecundum glo.& Bar.in l.eos.per illum tex.ff.de cu-
ſto.reo. quod dictum tamen impugnat & poſtea ſaluat ipſe
Do.Felyn.in d.c. nullus.ſubdens quòd hoc tamen non habet
locum vbi quis aufugit de carcere aperto, ſecundùm Guil.
de Cug.& Bal.in l.ſuccurritur.ff.ex qui.cau.maio. & idem di-
cit ſi non aufugiſſet de carcere,ſed de palatio prætoris.quod
ſequitur Lud.Roma.in d.l.admonendi.in 21.col.& idem in
fugiente oſtio aperto dixit Ang.in l.verũ.la.2.per illum text.
ff.de fur.& in l.1 ff.de effrac.Item ſubdit etiam Dom.Fely.in
d.c.nullus.de præſump. quòd iſta non habent locum in eo q
erat in carcere pro generali inquiſitione, ſecundum Bald.in
conſil.incip.In Chriſti nomine,punctus queſtionis eſt,an au
fugiens &c.Item alius eſt caſus in quo fuga facit probationẽ
47 videlicet,in famulo † fugiente à domino, nam ſi reperiũtur
amiſſæ aliquæ res domini, videtur quòd famulus illas res fur-
to ſubtraxerit,ſecundum gl.no.in §. ſi verò. il 3. in ver. factũ.
in Auth.de exhiben.reis. & voluit Iaſ. in l.admonẽdi. in pen.
char.in 1.col. ff.de iureiur.& in repe.d.l.in 68. colum in qui-
bus locis multa ponit de materia fugæ. Item alius eſt caſus,
videlicet quando lex punit ipſam fugam tanquam ſpecificũ
crimen ſeu delictum, non autem tanquam ſignum delicti,
puta militem fugientem,vt in l.deſertorem.C. de deſerto.&
l.deſertorem.ff.de re mili.de quo latius per Dom. Fely. vbi.ſ.
Item alius eſt caſus ſecundum eum in quo fuga facit proba-
tionem, videlicet, quando agitur de probando crimine ſo-
lius ſuſpitionis,videlicet, an quis ſit ſuſpectus vel nõ vt ex iſta
ſuſpitione ſola ſequatur aliquis effectus, quia fuga probata
ſtatim eſt probata ſuſpitio, vt in l. 1. in princip.& in l.impu-
beribus.§.fi.ff.de ſuſpec.tuto.& ita not.Doct.ſecundùm eum
in locis proximè allegatis.ita dixit Dom.Fely.in d.c.nullus.de
præſump.quæ omnia ego retuli in repeti.mea rub.C.de pro
ba.in 54.colum.Sed tu vltra Dom.Fely. dicas quòd fuga etiã
facit probationem in alio caſu, nam tollit incertitudinem &
dubitationem & ideo ſi duo ſunt bãniti eiuſdem nominis,
& neſcitur verè quis ipſorum ſit bãnitus,iuxta l. duo ſunt Ti-
48 tij.ff.de teſta.tute.tunc ille qui aufugit iudicatur † eſſe ille qui
eſt bannitus. ita dixit Bal.in l.voluntatis. in fi. C.de fideicom.
Item etiam ſcias quòd fuga operatur reuocationem manda
49 ti,† ſecundùm Rapha.Cuma.in conſ.146.incipien.Symon &
Helias,in 3.col.allegat aliqua de quibus ibi per eum. Et ſcias
etiam vltra Do.Fely. vbi ſup.ꝙ in omnibus prædictis caſibus
fortè idem eſſet nedum in fugiente, & quando quis eſſet in
fuga, ſed etiam ſi nondum aufugiſſet,ſed eſſent aliqua ſigna
50 euidentia qualiter † vult auſugere & iam ſe præparaſſet ad fu
gam.ad quod dicendum moueor arg.eius quod dixit Ang.
& glo.ibi in l.pignoris gratia.C.de pign.actio. vbi dicit,quòd
illud quod dicitur, videlicet, ꝙ debitor fugitiuus poteſt capi
à creditore & duci ad iudicem, vt habetur in l.ait prætor.in
§.ſi debitorem.ff.quæ in frau.cre. non ſolum habet locum in
debitore fugiente,ſed etiam in debitore in quo ſunt aliqua
ſigna euidẽtia ad fugam. j. qualiter vult fugere. Et ideo dixit
Bal.in d.l.pignoris. ꝙ illud quod operatur fuga in actu, ope-
ratur in promptu.Et facit dictum Bal. in c. ad noſtrã. de app.
vbi quærit an ille dicatur apoſtata qui non fugit de monaſte
rio,ſed habet animum fugiendi,& dicit quòd ſic.pro quo al-
legat tex. & gl. ſingu.in l. quis ſit fugitiuus.in §.apud Celſum.
ff de ædili. edic.quod etiam tenet Barb in d. c. ad noſtram.&
faciunt dicta per Dom.Alex.in conſi. 42.incipi.ſuper prẹmiſ-
ſo themate.in 14.colum.in 1.volum.& in conſi.288. incip. &
ſi celeberrime &c.in vlt.col.& vide quę ego dixi in ſing.meo
43.incip.debitor fugitiuus,& quæ dixi in repet.mea.l.fi. C.de
probatio.in 67.char.& in l.1.in princip.ff. de quæſtio. & in d.
repeti.mea rubri. de proba.in 54.col. Et aduerte inquantum
D.Felyn.vt ſ.retuli, dicit quòd aufugiens de carcere habetur
pro confeſſo, nam hoc nõ credo procedere in illo qui iniu-
ſtè tenebatur in carcere, nam talis fugiens non debet habe-
ri pro confeſſo, cùm licita fuerit ſibi fuga,argum.eius quod
dixit Barto in l.prohibitum.C.de iure fiſ.lib.10.vbi dixit,ꝙ iu
51 dici exequenti de facto poteſt reſiſti, † de quo latè dixi in l.1.
in prin.in 6.colum.ad fin. ff. de quæſtio. & in l.edictum.in 2.
col.eod.tit.Item facit,nam ſi captura erat iniuſta,ergo nulla.
52 Sed aufugiens de carcere quando captura eſt nulla, † tunc
cuſtos non tenetur,ſecundum Ang.in l.quoties §.1.ff.de cõ-
di.inſti. de quo etiam inf.in § attingam num. 46. Et facit ẽt.
nam ſi iudex vult exequi ſententiam criminalẽ à qua eſt ap-
pellatum, amici & conſanguinei condemnati poſſunt de fa-
53 cto impunè reſiſtere.† ita dixit Inn.in c.ſi quando.de offi.de-
leg.quem refert & ſequitur Bal in l.addictos. C. de epiſ.audi.
quos refert Iaſ.in §.pœnales.in 24.colum Inſtitu. de actio.Et
facit etiam,nam quando iudex infert iniuſtè grauamen irre-
54 parabile,poteſt ſibi impunè † reſiſti,vt quando vellet indebi-
tè aliquem torquere.ita dixit Cy.in l. 1. C. vnde vi.in fi.& idẽ
dixit Bald.in repeti.l.1.C.vnde vi.in 24.colum. verſic.12.quæ-
ro an iudici poſſit reſiſti &c. & Pau.de Leaza.in commento
rubri.de reſti.ſpolia.& Bal.in l.vt vim.in 7.q.ff. de iuſti.& iure.
quos refert & ſequitur Alex. in conſi. 144. incip.poſt reditũ.
in 1.col.in 2.volum.Et hac ratione motus dixi in l.1.in princ.
55 in 13.limitatione.ff.de ſica. † quòd licèt familia poteſtatis nõ
teneatur de occiſo quando capiendus non vult permittere
ſe capi,vt eſt tex.& ibi Bar.& alij in l. ſi ſeruus. C. de his qui ad
eccle.confug.& in l.quemadmodum.in §.fi. ff.ad leg. Aquil.
& Bal.in l.1.C.vnde vi.& in l.fi.C.de exhi. reis.& in l. nec timo-
rem.C.quod me.cau.Bal.& Ang.in l.vt vim.ff.de iuſti.& iure.
Pau.de Caſt.in conſi.194. inci. viſo ſupraſcripto puncto.in 2.
col.Alberi.de Roſa.in 4.parte ſtatuto.q.36.incip.adhuc quæ-
ritur.& Catal.in tract.ſyndi.in verſi. 339. incip.adde quòd ba-
roarius.& in eo.tracta.in ver 205.incip.Adde quòd ſi familia
& Ange.de Are.in tract.maleficiorum.in verbo,fama publi-
ca.in verſi.verum, quia.tamen prædicta habent locum vbi ta
lis familia iuſtè procederet,ſecus ſi iniuſtè, quia ſi iniuſtè ita
teneretur de occiſo ſicut quilibet alius.ad quod allegaui ali-
qua de quibus etiam dixi latius in l. 1. in princip. in 2. colum.
ff.de quæſtio. Item pro hac limitatione & reſtrictione mea
facit,nam iniuſtè carceratus pro cauſa capitali, ſi non poteſt
56 aliter euadere,† licitũ eſt ſibi occidere cuſtodes carceris, nec
tenetur de occiſo.ita dixit Dom.Paris de Pu.in tra. Syndi. in
25.char.in 3.colum.& in eo.trac.in 81. char.in 4. col.vbi alle-
gat plura iura.poſtea allegat rationem dicẽs, quod licèt quo-
57 modocunque redimere † ſanguinem ſuum, vt habetur in l.
1.ff de bonis eorum qui ante ſen.ſibi mor.conſci.quod etiã
dixit Bal.in l.& ſi legib.C.ſi cõtra ius vel vti.pub.& Old.in cõ-
ſi.54.incip. conſueuit dubitari. in vlti. col. de quibus dixi.inf.
in § attingam.nu.39.Et facit etiam, nam ſi iudex iniuſtè non
præcedentib. indicijs torſit aliquem,tunc ſi ille indebitè tor-
58 tus occidit iudicem,non debet † puniri pœna mortis,ſed alia
mitiori pœna. ita dixit Do. Paris de Pu.in tracta. ſuo Syndi.
in 31.char.in 2.col.in fi.vbi refert quandam facti contingen-
tiam & allega.l.ſi adulterium cũ inceſtu.in §.Imperatores.ff.
de adul.& leg.Gracchus.C.eo.de quo latius dixi in ſing.meo
455. incip. difficilimum eſt iuſtum dolorem temperare &c.
Tene menti prædicta,quia ſing.ſunt & multum quotidiana.
59 Vlterius quæro an ſocius criminis † faciat indiciũ ad tortu-
ram contra ſocium eiuſdem criminis. in quo venit notãter
aduertendum,cùm iſta materia criminis ſit multum quoti-
diana & practicabilis in materia cauſarum criminalium. &
ego in hac materia pluries conſului & oretenus allegaui &
cognoui quòd dicta materia eſt male intellecta à Moder-
nis iudicibus,& ab alijs qui verſantur in palatijs.Et ideo ſcias
quòd regulariter ſocius criminis non facit indicium contra
ſocium eiuſdem criminis,vt habetur in l.1. in §. diuus Anto-
ninus.ff.de quæſt.& in l.quoniam liberi. C. de teſti. & habe-
tur 4.q.3.§.item liberi.& in c. 1. de cõfeſ. & in capitu. veniẽs.
de teſt.& in capitulo, perſonas, & in c.ſicut. eo. tit. & voluit
Spec.in tit.de teſte §.1.verſic.item quòd eſt ſocius.Et licet re
gulariter hoc ſit verum, attamen dicas quod hoc procedit
in criminalibus,in quibus ſocius criminis non poteſt inter-
rogari de conſocijs,quia tunc non faciunt indicium, vt in di
ctis locis habetur,ſed in caſibus in quibus ſocius criminis po
teſt interrogari de conſocijs, dictum ſocij criminis facit in-
dicium ad torturam.ita tenet Cy. poſt Pet. in l.fi. C.de accu.
& Dom.Anto in c.1.de confeſ.& Paul. de Leaza.in c.grauis.
de depo.& Alex. in conſi.313.inci. viſo themate anteſcripto,
& in conſi.120.incip.viſo proceſſu.in 1.colum. in fi. in 7.vol.
de quo etiam vide latius dicta per me in l.1.§. diuus Antoni-
nus.in 2.colum. ff. de q. vbi etiam poſui quæ ſint delicta, de
quibus ſocius criminis poteſt interrogari de conſocijs. Et
ſcias quòd licèt vt dixi,aſſertio ſocij criminis ſit ſufficiens in-
dicium

dicium ad torturam in certo caſu:attamen tene menti,ꝙ ta-
60 lis aſſertio ſeu confeſſio ſeu depoſitio ſocij criminis de† per
ſe ſola non eſt ſufficiens indicium ad torturam. ita ſing. dixit
Dom.Alex.in conſi.ſuo 375. incip. quoniam abundè, &c.in
fi.allegat hoc voluiſſe Salyc.in l.fi.ad fi. C. de accuſ.& Ioan.de
Imo.in c.1.de confeſ.de quo latius dixi in ſing.meo 209.inci.
ſocius,&c.& idem dixit Gandy. in tract. ſuo malefi.ſub rubr.
de quæſt.& tor.in 4.colum.in princ. verſic. ſed quid ſi perſo-
na, &c. & in materia etiam vide Dom. Alex.in conſi.ſuo 69.
incip.viſa facti narratione,&c.in 2.volum.circa fi.& vide,quę
dixi in d.l.1.in §.diuus Antoninus.Et hic adde Dom.Fran.de
Aret. in cap.cum P.Manconella.in 7.colum.de accuſa.vbi di
xit,ꝙ ad hoc vt credatur ſocio criminis,etiam in criminibus
exceptis,vltra alia adminicula & coniecturas requiritur, vel
ꝙ ex numero teſtium,vel ex qualitate deponentium, vel ex
perſona eorũ,contra quos deponitur,veriſimile ſit eos non
mentiri.caſus eſt,ſecundum eum,in c. in fidei fauorem.in §.
fi.de hæreti.in 6.Item teneas etiam menti perpetuò, ꝙ in ca-
ſibus, in quibus creditur ſocio criminis, non creditur ei etiã
61 in criminibus exceptis,niſi dictum ſuum † fecerit in tortura,
aliàs ſi illud dixit ſine tortura,ei non creditur contra ſocium
criminis.ita ſingul.dixit Rapha.Fulgo.in conſi.ſuo 173.incip.
in cauſa inquiſitionis. in j. colum. ante fi. & ibi allegat nota.
rationes.Et tu etiam dicas,quòd ratio etiam eſſe poteſt,quia
talis ſocius nominans alium in ſocium, eſt ipſe iam infamis
propter confeſſionem delicti factam per eum. Sed infamis
62 † contra aliquem non auditur ſine tortura, vt eſt tex.in c.illi,
qui.5.q.5.& in c.in primis.2.q.j.in fi & voluit gl. in c. cum P.
de accu.& in c.per tuas.de ſimo.& Dom.Alex.in conſi.11.in
cip.circa primum,&c.in ſecunda colum.in j.vol.Et in mate-
ria vide Saly.in l.fi.in vlti.columna.verſi.quæro nunc,an cum
tormentis,&c.C.de accuſa.& Bar.in l.j.in 4.colum.C.de ſum.
Trinit.& fide catho.& dixi etiam inf.in hoc §.num.83.Aliud
etiam venit ſingu. no. circa hanc materiam ſocij criminis,in
quo audeo dicere,quòd totus mundus errat,quod verè aliàs
mihi fecit honorem & magnum lucrum attulit, nam ſi ca-
pti ſunt duo vel plures rei ſocij criminis,& vnus vel plures ip
ſorum confiteatur ſpontè vel in tortura crimen:item confi
teatur, quòd alius captus fuit eius ſocius in illomet delicto,
an hoc caſu talis confeſſio vel dictum faciat indicium ad tor
turam contra dictos ſocios,& hoc quando ſumus in caſu,in
quo ſocius criminis poteſt interrogari de conſocijs? In quo
videtur dicendum quòd ſic:quoniam,vt s̃.dixi, in caſibus,in
quibus ſocius criminis poteſt interrogari de conſocijs,dictũ
ſocij facit indicium ad torturam. Sed contrarium eſt verius,
videlicet, quòd in dicto caſu tale dictum ſocij non faciet in-
dicium ad torturam contra ſocium. Ratio eſt, quia talis ſo-
cius,qui fecit dictam confeſſionem in tortura vel extra tor-
turam,illam fecit ſine aliquo iuramento, quia erat in tortu-
ra & habebat manus ligatas,& non poterat iurare, & iudex
credit ſatis eſſe quod hoc diceret in tortura, putans fortè ꝙ
tortura ſubrogetur loco iuramẽti, meritò non valet tale di-
ctum,& eius vigore ſocius non poteſt torqueri,in ſimilibus
enim non admittuntur teſtes ſine iuramento, vbi tractatur
de tortura vel de alio pręiudicio irreparabili.Imò nec etiam
63 in ciuilibus † admittuntur teſtes ſine iuramento, vt habetur
in l.iuriſurandi.C.de teſti.& in c. tuis quæſtionibus. extrà eo.
& ibi in c.nuper.& in c.item iuriſiurandi.4.q.3.& in c.horta-
mur.3.q.9. cum ſi. Et hoc non ſolùm habet locum in teſte
producto ab vna parte,ſed etiam habet locũ in eo, cuius di-
64 cto ſtandum eſt de voluntate †vtriuſque partis,vel vigore ali
cuius ſtatuti,vel alterius diſpoſitionis, ſecundum Ang. in re-
pe.l.ſi vacantia.in 2.colum.C.de bon.vac.lib.10.vbi ſing.dixit,
quòd licèt ex diſpoſitione alicuius ſtatuti ſtari debeat ſimpli
ci verbo nuntij,tamen dicto ſuo non ſtabitur,niſi primò iu-
rauerit ante eius dictum.allegat tex.no.in l.Theopompus.ff.
de dote prælega.quod dicit eſſe vtile ad ſtatutum, volens ꝙ
ſtetur ſimplici verbo accuſatoris de damno ipſi dato quòd
ei non creditur,niſi primò iuret.allegat l. qui bona. §.qui dã-
ni.ff.de dam.infe.& l.ſi quando.C. vnde vi. quam doctrinam
refert & ſequitur Dom.Maria.Soci.in repe.c.qualiter & quã
do.el 2.de accuſa.in 7.q.nonæ quæſtionis prin. de quo etiam
per Dom.Fely.in c.ſignificaſti,il j.in fi. de homici. & in c.quia
indicante.in j. colum. de præſcrip. Pro quibus facit tex.in c.j.
circa me.de frigi.& malefi.coniuncto tex.in c.continebatur.
de deſpon.impu.Et faciunt dicta per Ang. & Pau. de Caſt.in
l.de pupillo.in §.qui opus.ff.de oper.no.nun.vbi dixerunt, ꝙ
65 vbi committitur aliquid † conſciẽtiæ alicuius per legem, vel
per ſtatutum,vel per Principem, ſi vult commiſſarius ꝙ eius
ſententia valeat, requiritur ꝙ ante eius ſententiam iuret ꝙ
ita dictat ſibi conſcientia ſua, aliàs non eſt ſtandum eius con
ſcientię.quod dictum refert & ſequitur Alexan. in conſi.ſuo
217.incip.viſis uerbis,&c.in pe.col.de quo etiam dixi in repe.
mea l.fi.C.de probat.in 27.char.Item quo ad illud, quod di-
xi,ꝙ ſocius criminis non auditur ſine iuramento, ſcias quòd
adeò hoc verum, quòd Papa etiam non poſſet diſpenſare ꝙ
teſtis in ferendo teſtimonio in iudicio non debeat iurare.
66 † ita ſingul.dixit Aug.de Anchona,in lib. de poteſtate Eccle-
ſiæ.q.55.arti.vlt.quia hoc eſt de iure diuino, ꝙ teſtis iuret,vt
habetur Geneſis 51. quod dictum pro ſtupendo & Canoni-
ſtis incognito refert & ſequitur Dom. Feli. in c.conſtitutus.
in 8. colu.de reſcript. de quo latius dixi in ſing. meo 414.in-
cip.ad validitatem dicti teſtis, &c. Modò in propoſito cùm
ſocius criminis confiteatur in tortura vel ſpontè, talem fuiſ-
ſe eius ſocium in eodem crimine,talis eius confeſſio non fa-
cit indicium ad torturam cõtra dictum ſocium, cùm fuerit
facta ſine iuramento aliquo.Et ideo ego aliàs in ciuitate iſta
Bononię,mihi patria,propter hoc defenſaui vnum à morte,
qui vocabatur Ludoui.de Pariſijs,qui erat claudus,nam ipſe
fuit captus cum vno eius ſocio pro furto, & ille eius ſocius
ſeruatis ſeruandis fuit poſitus ad torturam & confeſſus fuit
furtum, & interrogatus de conſocijs dixit, quòd dictus Lu-
douicus fuit eius ſocius in dicto furto, ex quo dicto ipſe Lu-
douicus ſimiliter fuit poſitus ad torturam, in qua ipſe con-
feſſus fuit verum eſſe quòd cõmiſit dictum furtum, & hoc
etiam ex poſt ratificauit habito poſtea termino ad ſuam de-
fenſionem faciendam.ego comparui pro eius aduocato, &
dixi ꝙ illa ſua confeſſio erat nulla,& per conſequens ei in ali
quo non præiudicabat, & quòd dicta confeſſio dicti Ludo.
eſſet nulla,mouebar & dicebam quòd dictum illius ſocij, q
dixit quòd dictus Ludouicus fuit eius ſocius ad furandum,
non faciebat modo aliquo indicium,propter quod ipſe Lu-
douicus poſſet poni ad torturam,eo quia illud quod dixit il-
le ſocius,non dixit tanquam accuſator ipſius Ludouici,quia
proceſſum fuit per inquiſitionem.ergo illud dixit tanquam
teſtis de neceſſitate,ſed teſtes in cauſis maximè criminalibus
non probant,nec faciunt indicium, quando deponunt ſine
iuramento,vt in iuribus ſuperius allegatis,ergo dictum illius
ſocij factum ſine aliquo iuramento non faciebat aliquod in
dicium contra dictum Ludouicum,ex quo poſſet torqueri,
& ſic per conſequens eius confeſſio fuit nulla, & ſic ex hoc
liberaui dictum Ludouicum à pœna mortis, & adhuc viuit.
Et ideo,quãdo tu eris iudex, bene aduertas quãdo vnus reus
dicit aliquem fuiſſe eius ſocium illius criminis,vt facias ꝙ ta-
lis reus primò iuret de veritate dicenda quò ad ſocios & au-
xiliatores illius delicti, aliàs dictum talis ſocij ſine iuramento
nihil operaretur,per prædicta. Tene mẽti, quia plures etiam
doctiſſimi decipiuntur in hoc, credentes ſatis eſſe habere di-
ctum ſocij criminis & non animaduertunt ad iuramentum,
ſine quo nil penitus valet tale dictũ ſocij criminis. Et de iſto
ſocio criminis, ſi vis alia videre, vide Cano.in c.j. de confeſ.
Barto.in l.repeti.§.is qui.ff.de quæſtioni.& latè in ſingu.meo
209.incip.ſocius, &c.Item ſcias etiam, quòd licèt dictum ſo-
cij criminis quandoque faciat indicium ad torturam, vt di-
67 xi, tamen ad dictum ſocij criminis † non poteſt formari in-
quiſitio,ſecundum Raph.Fulgo.in conſilio ſuo 136.incip.in
cauſa criminationis,&c.in vltim. colum. verſicu. nouiſſimè
verò,&c.& idem ipſe dixit in conſi.ſuo 107.incip.ſuper eo.in
3.colum.quem refert & ſequitur Dom.Phili. Dec.conſi.ſuo
189.incip.Lętatus ſum,&c.in 5.colum. poſt prin.& ante fi.li-
cèt ibi in ſequenti colum.adducat Ang.& Saly.in contrariũ,
de quo etiam per eundem in conſi. ſuo 175. incip. in cauſa
falſitatis.in 2.colum.& in conſi.234 incip.in effectu,&c.in 1.
colum. Adde etiam, quòd dictum ſocij criminis nunquam
68 † faciat probationem ad condemnandum, ſed ſolùm facit
indicium ad torturam.ita dixit Salyc. l.fin.C.de accuſa.in ult.
colum.uerſic.quæro modo, &c.& Ang. in l.& ſi certus.ff.ad
Sylla.quos refert & ſequitur Dom. Philip. Dec. in d.conſilio
189.incip.Lętatus ſum,&c.in 6.colum.De qua materia ſocij
criminis uide etiam Gandy.in tractat.ſuo maleficio.ſub rub.
de quęſt.& tormen.in 4.colum.in uerſic.ſed quid ſi perſona,
&c.tex & glo.in l.ſi filium.C.de libera. cauſa.& in c.1.de teſti.
in 6.& in l.qui accuſare.C.de accuſ.& Io. de Ana.in c.ſignifi-
uit.in 2.colum.de adul.tex.glo.& Doct.in c.fi. de teſti. cog.&
Io.de Ana.in conſi.59.in.2.colum.Ang.de Are.in tracta ma-
leficio.in uerbo,fama publica. in 4.char.in uerſicu.quæro,an
particeps,&c.Alex.in conſi.132.incip.uiſa facti narratione.in
fi.in 1.uolum.& in conſi.69. incip. uiſa facti narratione.in 3.
colum.in 2.uolum.& uide plura, quæ dixi & quæ poſtea ad-
didi in d.l.1.§.diuus Antoninus.ff. de qq.in quibus locis mul
ta reperies in materia,de qua uide etiam Iaſ.in l.1.§.ſi tibi.ff.
de condi.ob tur. cauſam.

Quæro ulterius,an inimicitia faciat indiciũ ad torturam?
69 In quo dicas,† ꝙ aut quærimus de leui inimicitia, aut de ca-
pitali.

pitali. Primo caſu inimicitia leuis non facit indicium, nam
pro leui inimicitia quis non præſumitur aliquem offendere,
arg. eorum, quæ dicuntur ab Innoc. & ab alijs in c. cùm opor
teat. de accu. & à Doct. in authenti. ſi dicatur. C. de teſti. vbi di-
cunt, ꝙ non creditur inimico capitali producto in teſtem,
ſed ſecus eſt in inimico non capitali, quia talis teſtis admitti-
tur, licèt ſibi diminuatur de fide. de quo etiam per Doct. in l.
liberi. C. de inoffi. teſtamen. & in auth. ſi verò dicatur. C. de te-
ſti. & in §. ſi verò dicatur. in Auth. de teſti. & in l. teſtium. ff. de
teſti. Et rationem aſſignat Saly. in d. auth. ſi dicatur. videlicet,
70 † quia pro leui inimicitia de facili quis non præſumitur men
tiri, vt habetur in d. §. ſi verò quis dicatur. in Auth. de teſti. &
in l. licet. ff. de arb. Secundo caſu, ſi loquimur in inimicitia ca-
pitali, & talis inimicitia capitalis facit indicium ad torturam,
ſecundum Spec. in tit. de præſump. §. ſpecies. verſic. ſed pone,
P. minatus eſt T. vbi dixit, ꝙ ſi reperitur quidam mortuus, &
& neſcitur à quo fuerit mortuus, ſi probatur ꝙ Titius erat
inimicus ſuus, & erat offenſus ab illo mortuo, ꝙ ex hoc ille
Titius inimicus ſuus poterit poni ad torturam ſine alijs indi
cijs. quod dictum refert & ſequitur Ludoui. Rom. in l. 1. in §.
hoc reſcriptum. ff. ad Sylla. dicens illud dictum Spec. procede
re in inimico capitali, ſed ſecus in alio inimico. quod dictũ
etiam refert & ſequitur Ang. de Are. in tracta. maleficiorum
in verbo, fama publica. in 7. char. in verſi. quæro, quid ſi repe-
riatur. & Ang. in l. fi. in pe. col. C. de queſt. & eſt de mente Bar.
in l. fi. in pe. col. ff. de quæſt. & D. Lau. Calcan. in conſi. ſuo 62.
inci. Chriſti Saluatoris, &c. in 4. col. de quo etiam habetur per
Gand. in tracta. ſuo maleficiorum. ſub rub. de aliquibus quę-
ſtionibus varijs in maleficijs. in 6. col. in verſicu. item pone. &
illud dictum Spec. etiam refert & ſequitur Do. Fran. Bru. in
tracta. ſuo de indi. & tor. in quarta char. in 3. columna. Mihi
autem nunquam placuit illud dictum Specu. & ſequacium,
etiam ſi ſolùm loquamur in inimico capitali, ſed ſemper re-
putaui illud dictum nimis periculoſum & iniuſtum, & ideo
dico, quòd illud dictum non eſt tenendum pluribus rationi-
bus. Et primò, quia contra illud dictum tenuit Gandy. in tra-
cta. ſuo maleficiorum. ſub rub. de præſump. & indi. indubi. q-
bus plerunque peruenitur ad torturam. in 5. colum. in verſi.
quia ratio. iuncto verſi. ibi ſequenti. vbi dicit quòd ad hoc vt
inimicitia operetur, ꝙ inimicus poſſit torqueri, neceſſe eſt vt
cum inimicitia concurrat fama, aliàs per ſolam famam non
concurrente inimicitia non poterit reus torqueri. Ecce er-
go quòd iſta duo requiruntur ſimul, nec alterum ſufficit ad
torturam. ergo contra Spec. & ſequa. Item pro hac parte, ꝙ
non ſufficiat ſola inimicitia etiam capitalis ad ponendum ali
quem ad torturam, tenuit Iac. de Bel. vt refert Io. de Imo. in
l. ſi. ff. de hæredi. inſti. Præterea contra dictum Spec. & ſequa.
facit, nam licèt vnus teſtis omni exceptione maior faciat in-
71 dicium ad torturam, † vt no. gl. in l. ſi quis. C. ad leg. Iul. maieſt.
& voluit Bar. in l. 1. §. 2. & in l. maritus. & in l. pe. ff. de quæſtio-
ni. & habetur in l. capite quinto. ff. de adul. & ꝑ Ange. de Are.
in tracta. maleficio. in verbo, fama publica. in 2. char. in verſi.
quæro, an vnum &c. attamen hoc eſt verum, quando ipſe te-
ſtis deponit de maleficio, ſecus autem, quando vnus teſtis ẽt
omni exceptione maior deponit ſuper aliquibus remotis à
maleficio, quia tunc talis teſtis ſolus non facit indiciũ ad tor-
turam, ſed opus eſt vt tale remotum ab ipſo maleficio pro-
72 betur ad minus per duos † teſtes. Ita voluit glo. apud omnes
ſing. in l. fi. C. fa. erciſ. quam Bar. ibi multum no. ad hoc, & idẽ
voluit Bar. per illam gl. in l. fi. ff. de queſtio. & in l. admonendi.
in 11. col. ff. de iureiuran. & Cyn. in l. 3. C. ad leg. Iul. maieſt. &
Bal. in l. 2. in 1. colum. C. quo. app. non rec. & Bal. in conſi. ſuo
77. incipi. an mandatarius, &c. ante fi. in 5. volum. & in l. ſi quis
ex argentarijs. in §. quod ſi plures. ff. de eden. & Ange. in l. fi. ff.
qđ me. cauſa. & in Authẽ. de teſta. imperfe. in princ. in 2. col.
verſic. & no. diligenter. Saly. in l. fi. C. de quæſt. & Ang. de Are.
in tracta. malefi. in verbo, fama publica. in 2. char. in verſi. quæ
ro, qualiter probetur indicium, &c. Inno. in c. ſicut. il 1. de ſi-
mo. Alex. in conſi. 18. incip. viſo proceſſu. in vlt. col. in 1. vol. &
in conſi. 224. incip. viſo proceſſu. in 2. col. & in conſ. 150. inci.
in cauſa, & lite, &c. in vlt. col. in 5. vol. & Dom. Bartho. Cæpo.
in conſi. ſuo 40. incip. Lucius. in 3. char. in vlt. col. Sed inimi-
citia etiam capitalis, eſt aliquod remotum ab ipſo maleficio
homicidij, vt de ſe patet. ergo ipſa ſola non faciet indiciũ ad
torturam, ſicut (vt dixi) ipſe ſolus teſtis deponens ſuper ali-
quibus remotis à maleficio non facit indicium ad torturã,
ſed etiam neceſſe eſt, vt ſecum concurrat alius teſtis. Ita eſt
neceſſe, vt aliud concurrat cum ipſa inimicitia. Præterea con
ſiderandum eſt, quòd ſi eſſet verum dictum Spec. & ſequa. ſe
73 queretur vnum abſurdum, quod fugiendum eſt, † in l. nam
abſurdum. ff. de bo. liber. & l. 2. vbi gl. C. de condi. inſer. voluit
Iaſ. in l. diuortio. in 3. col. ff. ſol. matrimo. & dixi in hoc §. num.
40. abſurdum enim, quod ſequeretur eſt, quòd ſi Titius eſt
meus inimicus capitalis, & ego ſum capitalis inimicus Seij,
poterit Titius occidere Seium, vt faciat me torqueri, & ſic
vt mihi occultè noceat, quod eſſet iniuſtum & iniquum. er-
go dictum Spec. & ſequacium non eſt verum, & cõtra eum
etiam tenuit Bald. in conſilio ſuo 403. incip. quidam fuit. in
prin. in 3. vol. de qua quæſtione etiam dixi in d. l. j. in §. præte-
rea. in 8. & 9. col. ff. de quæſtion. quæ omnia tene menti, quia
ſunt noua & quotidiana. & ego iſta pluries habui in facto.
74 † Quæro vlterius, an mendacium ſeu variatio faciat indiciũ
ad torturam? In quo dicas quòd ſic. ſecundum Bar. in l. de mi
nore. in §. plurium. ff. de quæſtioni. vbi dicit, quòd ex illo tex.
poteſt ſatis inferri, quòd vbi alia indicia extrinſeca non præ-
cedunt ex eo quòd reus coram iudice vadit loquendo tre-
pidè, pauendo & variando, quòd poteſt tũc iudex habere in-
dicia ſufficiẽtia ad torturam. & ideo dicit, quòd iudex, qui eſt
examinator reorum, debet eſſe cautus, & facere eius vel eo-
rum dicta ſic varia ſcribi in actis, ne poſtea poſſit ei dici, ꝙ fe
cit ponere reum ad torturam non præcedentibus indicijs.
quod dictum Bar. refert & ſequitur Ange. de Are. in tractatu
ſuo maleficio. in verbo, fama publica, in 17. char. in verſi. no-
nò quæro, &c. vbi dicit, ꝙ quando iudex præcedentibus indi-
cijs torquet aliquem, & vno ſero ipſe reus dicit vnum, alio
ſero dicit aliud variando, ꝙ tunc iudex nõ parcat calamo, ſed
faciat ſcribere omnes variationes & omnia quæ dicit, nam
tunc dicit ipſe, quòd ſępe & ſæpius etiam alijs indicijs non ſu
peruenientibus, iudex poterit eum in tortura repetere. ad ꝙ
alleg. Bar. in d. §. plurium. & dicit hoc eſſe bene not. quia hoc
multoties fecit ſibi honorem, dum fuit aſſeſſor. Sed vltra eũ
dicas, quòd hoc idem voluit Bar. in l. fi. in fi. in 2. col. ff. de quæ
ſtion. &c. Ludo. Rom. in conſi. ſuo 8. incip. viſo facto, &c. cir-
ca prin. de quo etiam latius dixi in ſingula. meo 103. incip. va-
rietas in teſte, &c. ad quæ etiam vide dicta per Alex. in conſi-
lio ſuo 2. incip. viſo proceſſu. in 3 col. in 7. vol. & in conſ. 127.
incip. viſo proceſſu. in 2. col. in 7. uol. & in conſi. 244 incip. in
cauſa appellationis. in 5. colu. Et ſcias etiam, ꝙ uarietas etiam
operatur alium effectum, eo quia iudex nullo modo poteſt
73 procedere ad ſententiam ferendam pro ea parte, pro qua te
ſtis uarians primò teſtificatus eſt. ita dixit Inno. in c. præterea.
de teſti. cog. & Dom. Anto. in c. cùm in tua. in ult. colum. de
teſti. & Ang. in conſi. 275. incipien. quædam Domina Marga
reta. & Ale. in dicto conſilio 364. de quo etiam dixi in dicto
ſingu. meo 103. Prædictam tamen doctrinam Bar. in d. §. plu-
rium. & in alijs locis ſupra allegatis, limita niſi iudex torque-
ret reum indebitè & iniuſtè ſine indicijs, nã tunc ſi bene mil-
lies uacillaret, non eſſet talis uacillatio ſufficiens ad torturã,
per glo. ſingu. in l. penul. ff. de queſtioni. ita dixit Dom. Augu.
de Ari. in d. uerſic. fama publica. in d. uerſ. nonò quæro. ubi
etiam ſubdit, quòd inquãtum Bar. in d. §. plurium. dicit ꝙ tre-
pidatio uocis, uacillatio & inconſtãtia facit indicium ad tor-
turam. aduertendum eſſe, quoniam Bal. in l. presbyteri. C. de
epiſco. & cleri. uidetur uelle, ꝙ illa ſola nõ faciant indicium,
niſi alia concurrant arbitrio iudicis. quod etiam uidetur eſſe
de mente Bar. in d. l. fi. ff. de quæſtioni. ubi uidetur uelle, ꝙ alia
omnia copulatiuè concurrãt, dum dicit, ex uoce, trepidatio-
ne, & inconſtantia, de quo dixi etiam in repeti. mea. l. fi. C. de
proba. & in 82. char. & uide etiam Dom. Alex. in conſi. 63. in-
cip. breuiter omiſſis, &c. in 1. uol. ubi plura dicit de teſte ua-
rio ſeu uacillante. & dixi in l. de minore. in §. pluriũ, in 5. col.
76 ff. de quæſt. Quæro ulterius, † an confeſſio facta extra iudiciũ
faciat indicium ad torturam? In quo dicas ꝙ ſic. gl. eſt ad hoc
no. in l. capite quinto. ff. de adul. & ibi Bart. quam gl. ſequitur
Ang. de Are. in tra. male. in uerbo, fama publica. in uerſi. quæ
ro an unum indicium. & in uerbo, comparẽt dicti inquiſiti
& negant totum. in fi. 1. col. & in eo. tractatu. in uerbo, nec
non ad denuntiationẽ, in uerbo, quæro an confeſſio. & Pau.
de Caſt. in conſi. 197. incip. uiſa inquiſitione. poſt prin. & Do.
Franc. in tract. ſuo de indi. & tor. in 44. col. Ludou. Roma. in
conſi. 451. incip. quædam mulier. poſt prin. & in conſ. 167. in-
cip. Antonius accuſatus. circa med. & in conſ. 7. incip. viſis ne-
ceſſarijs. poſt prin. Petr. de Anchara. in conſi. 287. incip. & præ
dicta, &c. & Alex. in conſi. 179. incip. in cauſa Angelorum, in
fi. 1. colum. & ibi in penult. colum. & Dom. Feli. in c. de hoc.
de ſimo. ubi dicit, quòd hoc etiam uoluit Rota in dec. 175.
incipien. Item no. quòd licèt, &c. in nouis. Bald. & Ange. in l.
1. C. de confeſ. & Dom. Anton. in c. per inquiſitionem. in ult.
colum. de electi. in c. in tua. in penult. colum. de teſti. poſt In-
no. Abb. in c. fi. de confeſ. & in c. ſi quis. de purga. cano. & Iaſ.
omnino in l. magiſtratibus. in 2. colum. ff. de iuriſ. omn. iudic.
77 Sed dubitari poteſt, an † hoc etiam habeat locum in confeſ-
ſione minoris facta extra iudicium. de quo uide Bal. in l. cla-
rum. C. de auto. præſtan. & Dom. Fran. Bru. in tract. ſuo de
indi. &

indi.& tor.in 3.char.in 3. colum. verſicu. aliud eſt indicium &c.& ibi inter cætera dicit, quòd confeſſio extra iudicium facit indicium quando eſt certa de tempore & loco commiſſi delicti.ad quod alleg. plura, de quibus ibi per eum. Et in hac materia vltra prædicta teneas etiam mẽti no.verbum,
78 videlicet, † quòd licèt iſta cõfeſſio extraiudicialis non ſit ſufficiens ad condemnationem, ſed tantum ad torturam, attamen poterit puniri confitens tanquam ſe de delicto gloriãs extra ordinem arbitrio iudicis, per text. ſingula. in c quàm ſit graue. de exceſſi. prælato. Ita nota. dixit Dom. Paris de Puteo in tractat. ſuo ſyndica. in 69. char. in 3. colum. poſt princip. in verſicu. adde vnum ſingulare, &c. de quibus omnibus dixi in l. de minore. in princip. in 10. colum. ff. de quæſtio. Et de materia confeſſionis extraiudicialis, quando faciat indicium ad torturam, vide Domi. Feli. ſingu. loquentem in c. olim. quaſi per totum. extrà de reſcrip. Item ſcias quòd licèt (vt dixi) confeſſio extraiudicialis faciat indicium ad torturam: tamẽ
79 vt non faciat indicium poteſt reuocari. † ita dixit nota. Bal. in l. vnica, in penult. colum. C. de confeſ. quod dictum pro not. refert & ſequitur Domin. Feli. in dicto c. olim. in 3. colum. in verſicu. ſecundus. de reſcrip. de quo latius dixi in ſingu. meo 310. incipien. Credo te ſcire. & infrà in §. examinando. in nume. 32. Et in materia confeſſionis extraiudicialis, vide etiam Dom. Pe. Phili. Cor. in conſ. ſuo 204. incip. Pro deciſione, &c. in 4. colum. in 1. volum. & in conſi. 27. incipiente, licèt moris ſit, &c. in 3. volum.

Vlterius quæro, an dictum ſeu teſtimonium impuberis
80 † faciat indicium ad torturam? In quo dicas quòd tale dictũ non facit indicium ad torturam, ſed ſolùm ad inquirẽdum, non autem ad puniendum, ita dixit glo. not. in l. fi. C. de his, qui vt indig. quam ibi not. Barto. ad hoc. & idem dixit Barto. in l. 2. in §. quod obſeruari. in 2. colum. verſicu. ſecundò probo, &c. C. de iura. cal. & Ludoui. Roma. in rubri. ff. de arbit. in 8. colum. & in l. 1. §. in filij. ff. ad Treb. & gl. in l. inuiti. la. 2. ff. de teſti. de quo etiam per gl. & Doct. in l. 1. §. impubes. ff. ad Silla. & per Barto. in l. maritus. ff. de quæſt. in 1. col. in fi. verſic. vlterius oppono, &c. & vide etiam gl. in c. teſtes. 4. q. 3. & Spec. in tit. de teſte. §. 1. verſi. item quòd eſt impubes, &c. Et per Dom. Fran. Bru. in tract. ſuo. de indi. & tor. in 2. char. in 2. col. Iſtud tamen puto limitandum & reſtringendum, niſi eſſemus in caſu in quo veritas aliter haberi non poſſet, nam tali caſu forte dictum impuberis non ſolùm faceret indicium ad inquirendum, ſed etiam ad torturã. Ad quod dicendum moueor ex pluribus. Et primò per no. verbum Io. And. in addit. Spec. in ti. de teſte. in §. 1. in verſi. Item excipitur quòd eſt impubes. vbi dixit, quòd licèt minor 25. an. nõ debeat examinari in teſtem in cauſa criminali, vt habetur in l. teſtium. ff. de teſti. & in c. 1. 4. q. 3. cum ſi. tamen iudex non prohibetur ſaltem in defectum probationis recipere talem minorem in teſtem, quando veritas aliter haberi non poteſt. & idem dicit Ioan. Ana. in d. §. 1. verſ. item quòd eſt mulier, &c. quòd licèt in cauſa criminali mulier non admittatur in teſtem, vt in c. mulierem. 33. q. 5. & in c. forus. cum ibi no. de verbo. ſignifi. tamen ſecundum eum, admittentur mulieres, quando veritas aliter ſciri non poſſet. & dicit quòd hoc habet æquitatem. quod dictum refert & ſequitur Dom. Alex. in conſ. ſuo 64. incip. viſo themate. in 1. col. in 1. volum. Pro quibus optimè facit, quod habetur in c. peruenit. il 2. de teſti. cog. & in l ſerui. ff. de teſti. & in c. quanquàm. cum glo. 14. q. 2. Et facit quod voluit Abb. in c. decætero. de teſti. in 1. colum. vbi dixit, quòd licèt laicus
81 † non admittatur contra clericum in cauſa criminali, ut habetur in c. laicos. & in c. ibi ſeq. 2. q. 7. & in c. veniens. de teſti. il 1. attamen ſi clericus commiſit delictum in loco, vbi non erat copia clericorum, hoc caſu poterit conuinci per teſtes laicos. Et facit etiam, quod voluit Dom. Anto. in c. tertio loco. de proba. vbi dixit, quòd licèt domeſtici nõ admittantur in teſtem. c. repellantur. de accuſa. l. etiam. & l. parentes. C. de teſti. tamen admittuntur ſecundum eum, quando veritas aliter ſciri non poteſt. quod etiam voluit Io. And. in addi. Spe. in tit. de teſte. §. 1. verſi. quid ſi olim. in addi. incip. idem Guido de Suza. & Abb. in c. cum in tua. de ſponſa. & Dom. Fran. de Aret. in conſi. ſuo 13. incip. viſo diligenter. in 11. colum. vbi not. loquitur. Et facit etiam, nam quando veritas aliter ſciri non poteſt, vt ipſa veritas habeatur, recedimus à regulis iuris communis. Et ideo dixit multum ſingu. Saly. in l. ea quidem. in j. colum. verſi. ad quintam quæſtionem. C. de accu. quòd quando veritas haberi non poteſt à teſtibus integris, tunc admittuntur teſtes minus legitimi. & ibi ipſe ponit exẽplum de ludente in proſtibulo, qui fuit deceptus propter taxillos malè quadratos vel falſos, quòd ad hoc ut ueritas huius deceptionis & falſitatis haberi poſſit, poterit probari per lenones & infames. quod dictum refert & ſequit Ang. de Are. in trac. ſuo malefi. in verbo, *mettitore de mal dadi.* in 1. colum. vbi pro hoc dicto ipſe allegat Innoc. in c. cum Io. & A. de re iudi. de quo etiam per eundem Ange. in dicto ſuo tracta. in verbo, qui iudex ſtatuit terminum ad opponendum contra proceſſum. in prin. j. colum. Et illud dictum Saly. refert etiam & ſequitur Alex. in conſi. ſuo 64. incipien. viſo themate, in 1. colum. in 1. volum. vbi pro illo dicto alleg. no. in l. ex conſenſu. C. de repub. & in l. ob carmen. ff. de teſti. & in capi. veniens. il 2. de teſti. Item ad prædicta facit etiam not. verbum Hoſt & Ioan. And. in c. j. de teſti. cogen. vbi dixerunt, quòd aliquæ ſunt perſonæ quæ inuitæ non compelluntur ad teſtificandũ. de quibus in le. 4. de teſti. attamen tales perſonæ poſſunt etiam compelli ad teſtificandum quando veritas aliter ſciri non poteſt, quia non eſt anguſtanda facultas probationum. l. quoniam. C. de hæreti. & iſtud dictum pro ſingu. refert & ſequitur Ludo. Rom. in ſingu. ſuo 396 incip. tu habes, &c. Et faciunt etiam dicta per Iaſo. in dicta l. 1. in penulti. columna. C. de his, qui vt indig. & per Alexand. in conſi. 102. incipien. ſuper primo, &c. ante fi. in 7. volum. & in eod. volum. in conſi. 119. incip. viſo proceſſu. in 3. colum. & quæ ego latiſſimè dixi inf. in hoc §. in nume. 124. in pluribus numeris ibi ſequen. Et faciunt dicta per Domi. Franciſ. de Cur. in conſilio 56 incipien. ſuper proceſſu. in 2. colum. & quæ ego dixi in l. diuus Pius. in 2. & 3. colum. ff. de quæſtionibus. & in l. de minore, in princip. in 9. colum. eod. titu. vbi inter cætera dixi no. eſſe ſingu. verbum Albe. de Roſa. in d. l. in teſtimonium. ff. de teſti. vbi dixit, quòd quando delictum aliter probari non poteſt,
82 niſi per minores, quòd tunc duo impuberes † probãt ipſum delictum. quod eſt ſing. verbum, quod non memini me alibi legiſſe. quod refert ſimpliciter Bertha. in ſuo reperto. in verbo, teſtes qui eſſe poſſunt. in vlt. char. in 1. colu. poſt med. Et teneas etiam menti in materia iſta, quòd in caſibus, in quibus teſtes inhabiles reprobati à iure ex vitio ſuo admittuntur, & ſic quando veritas aliter haberi non poteſt, quòd tũc
83 tales teſtes non † admittuntur ſine tortura. ita dixit glo. & ibi Bald. in l. 3. §. lege Iul. in verſicu. palam. ff. de teſti. pro quo eſt tex. in l. ob carmen. in §. 1. eod. tit. de quo dixi latius in hoc §. nu 62. vbi videas. & teneas etiam menti & diligenter aduertas, quòd ea quæ dicuntur ꝙ inhabiles admittuntur, quando aliter veritas haberi non poteſt ab habilibus, vt in dictis iuribus, quod hoc intelligitur procedere & habere locum, quan
84 do ex natura illius facti† alij teſtes hẽri nõpoſſunt, ſed ſecus ſi ex natura illius negocij alij teſtes haberi poſſint, quia tunc inhabiles non admittuntur, licèt veritas haberi non poſſit, nam ſibi imputet qui potuit exhibere teſtes legales, & adhibuit ĩhabiles. Ita not. dixit Dom. Ant. in c. tertio loco, de proba. & in conſilio 24. incipien. quæſtio dubia vulgata habet contra. & eum refert & ſequitur Alex. in conſilio ſuo 64. incipiente viſo themate. in 1. volum. pro quo alleg. text. & ibi Abb. in c. fin. de teſtib. cogen. Et idem dixit Domin. Alex. in conſi ſuo 152. incipien. viſo proceſſu. in 6. colum. in 5. volum. de quo etiam per Iaſo. in l. fin. C. de his, quibus vt indignis. & per Do. Philip. Decium in conſi. 133. incipien. viſo. in vltima colum. & latius per me in ſingu. meo 44. incip. plures ſunt, &c. Et in prædicta materia de teſtib. inhabilibus, qui admittuntur quã do veritas aliter haberi non poteſt, vide quæ dixi in conſilio meo 102. incipien. pauci ſunt dies &c. In iſtis autem ſupradictis caſibus, cui incumbat onus probandi, quòd veritas aliter haberi non poteſt, vide Dom. Franc. Bru. not. loquentem in ſuo tracta. de indic. & tort. in 2. char. in j. colum. verſic. ſed ſtabit difficultas &c. Quæro nunc de alio quotidiano dubio,
85 quod aliàs pluries vidi in facto, videlicet, † an minæ præcedẽtes maleficium faciant indicium ad torturam contra ipſum minantem? In quo dicas quòd Paul. de Caſt. in l. j. C. de his, quibus vt indig. dicit, quòd tales minæ faciunt indicium ad torturam, licèt non faciant probationem. & idem dicit Angel. ibi, ſecundum Iaſo. ibi, qui refert eum ita tenere. ſed Angel. ibi in libro meo hoc non dicit. Sed Ioan. de Imo. in l. fin. in penultima columna. ff. de hæredibus inſtituendis. in hoc dubio dicit in effectu poſt multa, quòd tales minæ faciũt indicium ad torturam, attenta qualitate perſonæ, vt ſi eſt potens vel diues, vel homo malæ conditionis vitæ & famæ, & ſolitus ſuas minas mandare executioni, & allegat Bald. ibi, & dicit quòd iſtis qualitatibus probatis, poterit talis minans cõdemnari. ita ſecundum eum tenent plures doctores. Dicit tamen ipſe Ioannes de Imo. ubi ſuprà, quòd hoc ſibi non placet, ſcilicet quòd talis minans, in quo uigeant dictæ qualitates, poſſit propter dictas minas condemnari de delicto ſequuto, & hoc quia in criminalibus requiruntur probationes luce clariores. l. fi. C. de probatio. nec debet quis ex ſuſpitionibus vel præſumptionibus damnari. l. abſentem. ff. de pœnis. unde ſecundum eum potius uidetur dicendum quòd talis

talis minans, in quo concurrunt prædictæ qualitates, debe-
bit poni ad torturam, vt habeatur eius confeſſio. Et ſubdit
86 Ioan.de Imo.quòd quando eſt probata mala fama,† minan-
tis.debet intelligi quòd ſit malæ famæ in eodem genere ma-
li.ſecus ſi in alio genere.alleg.Bald. ibi hoc dicentem, & alle-
gat etiam l.ſpadonem.§.qui iura,cum § ſequenti. ff.de excu-
ſat.tuto. & ea, quæ habentur in l. ſi quis ex argentarijs.in §.2.
ff.de eden.& l.iubemus.C.de probat.quod dicit not. eſſe pro
limitatione regulæ,ſemel malus.de regu. iur.in 6. Tu autem
vltra Io.de Imo.vide de hac queſtione Gandy.in tractatu ſuo
malefi.ſub rubrica, de aliquibus quæſtionibus varijs in male-
ficiis,in 6.colum.verſicu.item pone, &c.vbi idem dicit,quod
Ioan. de Imo. in d. l. fin. ex quo credo quòd habuerit prædi-
cta à Gandy. in dicto loco, licèt de eo non faciat mentio-
nem.& vide Bald.poſt Cyn.in l. metum. C. quod met.cauſa,
& Cyn. in l. 1. C. ſi quis Impera. maledi. & ibi Salyce.& vide
Specu.in titu.de præſumptio. in §. ſpecies. in verſicu. ſed po-
ne, P. minatus eſt T. vbi finaliter tenet, quòd ſi minans non
conſueuit talia facere, non poteſt ex minis præcedentibus
condemnari de delicto ſequuto : ſed bene poterit poni ad
torturam.& idem videtur tenere Cyn.in l. metum. C. quod
met.cau.& in l.1.C.ſi quis Impe.maled. vbi in hac quæſtione
ſe remittit ad Spe.in d.§.ſpecies.in d.ver.ſed pone, P.minatus
eſt T.& vide etiam aliquid per Bal.in d.l. 1. in 2.colum. C. de
ſer.fugi.& in conſilio ſuo 275.incip.ad euidentiam. in princ.
in 1.volumi. & ibi in conſi.ſequenti. & Domi. Par. de Pu.in
tracta. ſyndica. in 102.char.in 3.colum Alex.in conſi.179.in-
cip.in cauſa.in 2.colum.in 2.volum.& per Flo.in l.ſi ſeruus.in
2.colum.ad finem.ff. ad leg. Aquiliam.Et vide Domin.Fran.
Bru.in tractatu ſuo de indi.& tor.in 4.char. in vltima colum.
verſicu.quæro vlterius,an minæ &c.& vide omnino, quæ di-
xi in conſi.meo 72.incipien.munda cor meum, &c.in 2.3.&
4. char. vbi accuratius loquutus ſum in hac materia. Et poſt-
quàm ſumus in materia minarum, nolo omittere aliqua in
ipſa materia.Ideo teneas menti,quòd ille qui minatur mor-
87 tem alteri,poteſt in illo actu ab illo † occidi, quia non debet
expectare ſe percuti.Ita dixit Bal.in l.j.C.quando liceat ſe ſine
iudi.vindic.& Bald. ſuper ſtatutis.in verbo,pax.in 1.verſicu.&
Angel.in l.quemadmodum.ff. de inofficioſo teſta.quem re-
fert & ſequitur Corſe.in notabi.ſuis,in verbo,metus.Pro qui
bus faciunt,quæ latè dixi in l.1.in princ.in 5.colum.verſi.nam
88 quis dicitur,&c.ff de ſica.Et an † minæ inducant iuſtum me-
tum,vide Docto.in l.metum.C.quod met.cauſa.& Socin.in
conſi.ſuo 4.incip.ſuper quæſtione.in 6.colum.verſicu.quini-
mò. il 2. in 3. volum. Et ſcias etiam,quòd poteſt agi actione
89 † iniuriarum contra minantem,ſecundum Bald. in reperto-
rio ſuo,in uerbo,iniuria.in 2.colum allegat text. ſingularem
in l item apud Labeonem.in §.1.ff.de iniur.Item ſcias, quòd
promittens aliquem non offendere faciēdo pacem, dicitur
90 rumpere talem pacem,ſi infert † metum offend endi.Ita di-
xit Angel.in l.ſi cum exceptione.in §.ſatis.ff.quod metus cau
ſa.pro quo optimè facit tex. in d.l. item apud Labeonem. §.
1. de quo dixi etiam in l. 1. in princ. in 10. colum. in fi. ff. de
quæſt.Quæro vlterius,ſi res furtiua reperitur penes aliquem,
91 vtrum talis inuentio faciat † indicium ad torturam contra
illum, penes quem reperitur, quod ipſe illam furto ſubtra-
xerit, niſi ipſe doceat à quo eam habuerit? In quo dicas ꝙ
ſic.ita dixit Barto.in l.fin.ff.de quæſtioni. & Angel. in l.2.& in
l.milites.& in l.fin.C de quæſtioni.& in l.ancillæ.C. de furt.&
Ange.de Are.in tracta.ſuo maleficio.in verbo,fama publica.
in 2.charta.in ver.quæro,an vnum iudicium. pro quo facit l.
inciuilem.in fine.C.de furt.Ad quod etiam facit, quod in ſi-
mili dixit Ludou.Roma.in ſingu.ſuo 323. incipiente,eoipſo
92 ꝙ libri hæreſis,&c.vbi dixit,quòd † eoipſo quòd libri hæreſis
reperiuntur penès aliquem,quod ille præſumitur hæreticus,
& poteſt de hæreſi condemnari.quod dicit voluiſſe Archid.
in c.ſanè.il 2.22.q.4.& hoc per text. in c. ſi fortè. eadem cauſa
& quæſtione.vbi de hoc videtur caſus.pro quo facit l.maio-
rem.C.de fal.vbi habetur,quòd ille qui habet penes ſe inſtru
menta falſa,præſumitur falſarius, niſi oſtendat à quo illa ha-
buerit,& facit tex.in c.ad falſariorum. in prin. de crimine fal-
ſi.Et poteſt etiam adduci gl.ualde ſingu.in l.cum ita.in §. ſpe-
cies. ff. de leg. 2: quæ dixit,quòd ſi reperitur carceratus mor-
tuus penes cuſtodem carceris,& ſic in carcere, quòd ipſe cu-
93 ſtos debet † probare ipſum non eſſe mortuum dolo vel cul
pa ſua,aliàs præſumitur contra eum.quam glo. ad hoc refert
& approbat Ioan. de Ana. in d. c. ad falſariorum. in fi.primæ
columnæ.de crimine falſi.& Dom.Alex.in conſi.ſuo 157.in-
cip.in cauſa & lite.in 2.colum.in 2.volum.vbi pro illa glo.plu
ra allegat.Et illam glo.dicit etiam ſingu.Ang.de Are.in tracta
tu maleficiorum.in verbo, fama publica.in 13.char.in verſ.ſe
cundò quæro,&c.& pro illa glo.eſt tex.in l.fi. ff. de cuſto.reo.

Item adduci poteſt etiam not. dictum Bal. poſt Iac.But. in l.
maiorem. C. de falſ. vbi dixit, quòd vtens falſo inſtrumento,
94 † præſumitur quòd illud fabricauerit,vel illud falſum fieri fe-
cerit, niſi oſtendat vel nominet autorem. quod dictum re-
fert & ſequitur Alex.in conſi.ſuo 77.incip.in cauſa accuſatio
nis.in prin.3. colum. in 1. volum. Et adduci poteſt etiam arg.
gloſ.not.in c.coram dilectis.de officio deleg.quæ dicit,quòd
95 ille in dubio præſumitur † procurator alicuius, penes quem
reperiuntur acta ipſius cauſæ. quam glo. ad hoc allegat Bart.
in l.Carbonianum.§.cauſæ.ff.de Carbo.edic. Et poteſt etiam
adduci glo.not.in l.fi.in fi.2.glo.C.de pact.conuen. quæ dixit,
quòd ſi inſtrumentum nominum debitorum vxoris reperi
tur penes maritum,præſumitur eſſe conſtitutus procurator
ab vxore.Et faciunt alia plura,quæ dixi in repet.mea.l.fi.C.de
probatio.in 82.char.& ibi in ſeq.Et ſcias tamen, quòd prædi-
cta omnia iura intelligūtur & locum habent in homine ma
læ conditionis vitæ & famæ, quia ſi apud talem reperiantur
talia bona furto ſubtracta,poterit ipſe torqueri tāquam prę-
96 ſumatur ꝙ ipſe furto ſubtraxerit talia bona.† Sed ſecus eſt in
illo,qui eſt bonæ conditionis vitæ & famæ,& qui non eſt ſo
litus ſimilia facere, quia ſi tales res furatæ reperiantur penes
eum, non erit talis inuentio indicium ſufficiēs ad torturam
contra eum, & non præſumetur per hoc quòd ipſe talia bo-
na furto ſubtraxerit.ita nota.dixit Bald.& Io. de Imo.in l.fi.ff.
de hæredi.inſtit.& Salyce.in l.fi.C.de qq.quem refert & ſequi
tur Dom.Auguſt.de Ari.in addi.ad Ange. de Aret. in tracta.
maleficio.in verbo,fama publica.in 4.char. in addi.magna,in
cip.tu autem in hac materia adde quòd minor &c. in 2. co-
lum.& in eodem tracta.in verbo,& veſtem cœleſtem &c.in
5. char. in additi.incipien. tu autem inquantum tangitur hic
&c.& hāc partem etiam tenuit Angelus de Are.in dicto tra-
ctatu maleficiorum.in dicto verbo, & veſtem cęleſtem.in 7.
char.in verſ.quæro an eoipſo &c.& ibi Dominus Aug.in ad-
dit.& Dominus Alex.in conſil.ſuo 5.incipien. in cauſa inqui
ſitionis formatæ.in 2. colum.in primo volum. Pro quibus
etiam facit optimè,quod voluit Bald. in lectura antiqua,in l.
dominus horreorum.ff.locati.vbi limitat dicta Barto. ibi,in-
97 quantum dixit,quòd ſi commiſſum eſt furtum in aliqua do
mo, † quòd vicini poſſunt capi & torqueri pro furto inue-
niendo,vt etiam dixit ipſe Barto.in l.j.ff.furti aduer.nautas.&
in l.j.ff.de offi. præfe. vigi. de quo etiam per Do. Franciſcum
Bru.in ſuo tracta.de indi.& tortu. in ſecunda char. in quarta
columna.Hoc tamen dicit Bald.in dicta l. dominus horreo-
rum.eſſe verum, & locum habere in vicinis malæ conditio-
nis vitæ & famæ, qui ſunt conſueti ſimilia facere, ſecus au-
tem dicit eſſe in hominib.ſeu vicinis bonæ opinionis vitę &
famæ,quia tales non poſſunt torqueri. quam doctrinam re-
fert & ſequitur Iaſ.in l.in actionibus. in pen. colum. ff. de in
litem iuran.Et vltra eum ibi dicas tu, quòd idem dixit Bal.in
l.1.circa princ.C.loca.quem refert & ſequitur Dom.Aug.de
Arim.in addi.in trac.Ange.de Are. ſuper maleficijs.in verbo,
fama publica.in 18.char.in 1.addi.incip.tu autem adde,quòd
iſte Doct.&c.Tene menti hanc limitationem ad prædicta iu
ra & doctrinas,quia verè eſt notabilis & lucroſa, & ego eam
bis habui in facto,& obtinui in arduis cauſis criminalibus in
hac ciuitate Bononię coram doctiſſimis iudicibus,ſanguino
lentis tamen & duriſſimis,cum quibus longam habui diſpu-
tationem ſuper hoc paſſu, finaliter tamen obtinui & libera-
ui clienticulos meos à pœna. Et vide circa hoc quæ dixi in
conſilio meo 52.incip. Miſericordia Domini non me deſe-
rat,&c.in antepe.& pen.char. & vide quæ dixi inf.in hoc §. in
numero 196.Quæro vlterius,an mendacium ſeu variatio fa-
98 ciat † indicium ad torturam contra mendacem, vel varian-
tem?In quo dicas quòd ſic,ita dixit Ludou.Rom.in conſilio
ſuo 8.incip.viſo facto,&c.& idem dixit Bart. in l. de minore.
in §.plurium.ff.de quæſtio.vbi dicit, quòd iudex examinator
reorum debet eſſe cautus & facere eorum dicta varia & di-
uerſa ſcribi in actis, & etiam debet facere ſcribere trepidatio
nem & ſimilia, ne ei poſſit dicit quòd fecit ponere reum ad
torturam non præcedentibus indicijs. Et iſtud dictum Bart.
refert & ſequitur Ange.de Are.in tract. ſuo malefi. in ver. fa-
ma publica.in 17.char. in verſic. nonò quæro.ubi dicit,quòd
quando iudex præcedentibus indicijs torquet aliquem, &
vno ſero ipſe reus dicit vnum,alio dicit aliud variādo, quòd
tunc iudex non parcat calamo,ſed faciat ſcribere omnes va-
riationes,& omnia quæ dicit.nam tunc ipſe dicit quòd ſæpe
& ſæpius etiam alijs indicijs non ſuperuenientibus,iudex po
terit eum in tortura repetere.ad quod alleg.Barto.in d.§.plu
rium.& dicit hoc eſſe bene no. quia hoc multoties fecit ſibi
honorem,dum eſſet aſſeſſor in urbe Roma.Et tu ultra eum
dicas,quòd idem uoluit Barto.in l.fin.in 2.colum. ff.de quæ-
ſtio.de quo etiam dixi in ſingu.meo 103. inci. uarietas in te-
ſte.vbi

ſte.vbi etiam alia no.adduxi in materia varietatis &c. de qua
materia dixi etiam aliquid in l.ex libero. in prin. in vlt.col. ff.
de quæſt.vbi videas &c. Et vide ſ.in hoc §.vbi etiam examina
ui latius hanc quæſt.nu.74.& hic etiam tetigi oblitus ibi teti-
giſſe, attamen non ſolent quæ abundant vitiare ſcripturas.
Vlterius quæri poteſt de notabili & quotidiano dubio,vide-
99 licet, † an ſolitus delinquere habeat ex hoc indicium delicti
contra eum,adeò quòd poſſit poni ad torturam? In quo Do
minus Alex.in conſ.ſuo 77.incip.in cauſa accuſationis.in ter-
tia colum.in prin.in 1.volum.tenet quòd ſic, vbi dicit, quòd
hanc partem tenuit Barto.in l.fi.ff.de quæſt. & Bal. in l.fi.ff.de
hæredibus inſtituendis. & dicit quòd hoc tenuit in terminis
glo.in l.iubemus.C.de probat. Et idem tenuit ipſe Alexan.in
conſ.ſuo 50.incip.viſis & opportune &c. in 6.col.in 1.vol. &
in conſ.5. incip. in cauſa inquiſitionis &c. & Saly.in l.fi.in vlt.
colum. C.de quęſt. & Guido de Suza.in tractatu de tormen-
tis,in 4.colum.Et pro hac parte facit optimè illa regula vulga
100 ta, † qui ſemel malus,ſemper præſumitur malus in eodē ge-
nere mali.l.non omnis.in §. à barbaris. ff. de re milita.l.ſi cui.
in §.iiſdem.ff.de accuſ.l.ſi aliquid.C.de ſuſcep.& archa.lib.10.
voluit glo. in l.iubemus. C. de proba. & probatur in c.mira-
mur.61.diſt.& in c.paruuli. 22. quæſtio.5. & in c.non poteſt.
2.quæſtio.7.& in c.ſcribā.de præſumptio. & in regula, ſemel
malus,de regulis iris.in ſexto.& in hac regula fundant ſe om-
nes tenentes hanc partem. Et pro hac parte & opinione poſ
ſunt plura adduci. Et primò adduci poteſt not.verbum Saly.
in l.fi.in vlt.col.in verſic.quæro an ſufficiat &c. in fi.C.de quæ
101 ſtionibus.vbi dixit, † quòd licèt incertitudo tollat poteſtatē
iudici condemnandi aliquem quando plures fuerūt in rixa,
& mortuus vel vulneratus non habet niſi vnicum vulnus, &
neſcitur à quo fuerit illatum, & ſimiliter tollat poteſtatē tor
quendi aliquem, vt veritas habeatur, quis intulerit dictū vul-
nus,attamen prædicta omnia limitātur & reſtringuntur, niſi
vnus ipſorum qui fuerit in rixa, ſit malæ conditionis vitæ &
famæ,vt quia aliàs alicui alteri intulerit aliquod vulnus, nam
hoc caſu non obſtante aliqua incertitudine, poterit talis tor
queri ad veritatem inueniendam,quod eſt ſingula.notan.Et
hoc idem videtur velle Guido de Suza. in tracta.ſuo de tor-
mentis.in 4.colum.in verſicu.quæ & qualia indicia,&c. circa
fi.De quo latius dixi in ſing.meo 217.ter vel quater &c.Item
adduci etiam poteſt glo.in l.inciuilem.C.de fur.quæ dixit, ꝙ
102 † ſolitus furari,in dubio præſumitur fur.& glo.in l.cum alle-
gas.C.de vſuris.quæ dixit,quòd ſolitus fœnerari,in dubio præ
ſumitur fœnerator.& glo.in l.Caſſius.ff.de ſenato.quæ dicit,
ꝙ qui ſemel deliquit, præſumitur in futurum delinquere.&
facit glo.in l.3.in §.lege Iulia.ff.de teſti.& glo. in l.qui cū vno.
in §.ignominia.ff.de re milita. & glo. in l.lege Cornelia. ff.ad
Sylla.Et facit etiam,nam ſtante ſtatuto ꝙ de damno dato ſte
103 tur ſacramento damnum paſſi,non ſtabitur ſi damnū † paſ-
ſus aliàs iurauit falſum.ita dixit Ioan.And.in addi.Spec.in tit.
de teſte.§.1.in 4.char.in addi.incip. allegat Pileum.Et idem di
xit Bar.in c.per tuas.per glo.ibi,de ſymo.vbi etiam ad hoc al-
legat tex.formalem in d.c.pauuli.22.q.5.quē tex.in glo.etiam
ad hoc allegauit Barba. in ſuo tractatu Cardinalium, in 2.q.
in 9.col.verſic.quartò limita,&c. & idem voluit Ang.in l.qui
iudicio.ff.de accuſa. vbi dicit hoc obtinuiſſe de facto. quem
refert & ſequitur Barba.in c.1.in 3.colum. de accuſ. Et facit
104 etiam,nam pauperi † ſeu forenſi remittitur ſatiſdatio,quan-
do cauere non poſſunt. l.de creationibus. verſic.inquantum
poſſibile eſt. C. de epiſco. audien. l. cum non facile. ff. ſi cui
pluſquàm per l.Falc.vbi dixit Ang. per illum tex.quòd remit-
titur vſufructuario ſatiſdatio,de qua in l.1.C.de vſufru.quan-
do eſt pauper.& ſimiliter dicit ꝙ talis ſatiſdatio remittitur fo
renſi ſtante ſtatuto,vt in hac ciuitate, quòd quis non audia-
tur niſi ſatiſdet de expenſis in caſu ſuccumbentiæ. & idem di
cit Io.de Imo. in d. l.cum non facile. quos refert & ſequitur
Barba.in conſ.ſuò 11. incip. pro præſentis conſultationis cla-
riſſima deciſione &c. in vlt.col.in 3.volum. Pro quibus facit
etiam text.in authen.generaliter. C. de epiſ.& cleri.& in cor-
pore vnde ſumitur.& text. in §. ſed hodie.Inſtit. de ſatiſda.&
in l.vnica. C. vt omnes iudi. tam ciuiles quàm mili. & in §. ſi
quis autem pro pecuniaria.in authen. de ſanctiſſimis epiſco.
& in authen.cui relictum. C.de indi.vidui.tollen.& in corpo
re.& faciunt alia plura iura quæ ad hoc adduxi in l.1.§.præte-
105 rea.in 18.col.ff.de quæſtionibus. † Iſtud tamen beneficium
iuratoriæ cautionis perdit ille qui aliàs talem cautionem nō
ſeruauit,ſecundum Bald. in authent. ei qui iurat. in princ.C.
de bon.authorit.iud.poſ per illum tex.& Ludo.Roma.in l.2.
in prin.in 9.colum.ff.ſol.matrimo.& Moder.in l.2.§.quod di-
ximus.ff.ſi quis cau.De quo etiam dixi in repe.mea.l.fin.C.de
proba.& in ſing.meo 74.incip. tu habes regulam. & latius in
repeti.mea rubr.ff.de fideiuſſo.in 22.quæſt.Facit etiam opti-
mè ad prædicta ſing.verbum Pau.de Caſt.in conſ.ſuo 303.in-
106 cipien.viſo dicto ſtatuto &c. vbi dicit, † ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ
rapiens mulierem per vim puniatur pœna mortis, ꝙ ſi quis
rapuerit mulierem ſolutam quæ fuit aliàs tacta ſeu deflorata
ab alio,non cadit in pœnam ſtatuti, quia non præſumitur ꝙ
eam rapuerit per vim,cum aliàs conſenſerit alteri. quod eſt
ſing.no. Et idem voluit Alber.de Roſa.in 2.parte ſtatut.q.92.
incip.ſed pone aliquis &c. & Gand. in tracta. ſuo malefi.ſub
rubr.de aliquibus quęſtionibus varijs in malefi.in 1.colum.in
fi.in verſ.quæro de facto &c. pro quo faciunt dicta per Iaco.
Butr.in addi.ad tract.Gand.de maleficijs ſub rubr.quomodo
de maleficio cogno. per inquiſitio. in 3.colum.in verſ. vnde
quamquàm &c. de quo latius dixi in ſingu.meo 74.incip. tu
habes regulam,&c. & idem dixit etiam Dom.Aug.de Ari.in
addi.ſuis ad Ang.de Are.in verbo, *che hai adulterata la mia don*
na. in 7.charta,in addi.incip. tu autem in hac materia de mul-
tiplici modo peccandi,&c.ante finem. Facit etiam ad prædi
107 cta,nam dixit Barto.in l.ędiles.ff.de via publica. † ꝙ repertus
mortuus in ſtrata, præſumitur mortuus ab eo, penes cuius
oſtium repertus eſt. quod dicit Ludo.Roma.in l.1.§.hoc re-
ſcriptum. ff. ad Syllan. eſſe verum in illo,qui erat ſolitus talia
facere,aliàs ſecus. Et dicit Ang. in l.iuſto errore. ff. de vſucap.
108 quòd ſi reperitur aliquis † mortuus in ſtrata, & neſcitur à
quo, quòd præſumitur mortuus ab illo, qui frequentabat il-
lam ſtratam.Quod intelligit Ludou.Romanus in d.§.hoc re-
ſcriptum.ſi ille erat ſolitus talia facere, aliàs ſecus.quam limi-
tationem Ludo. Roma. refert & ſequitur Alex. in d.l.ędiles.
de via publi.Facit etiam ad prædicta. Nam in his quæ depen-
109 dent † ab animo,ſtatur dicto aſſerentis cum iuramento.glo.
in §.aliæ.Inſtitu.de actio.quam pro ſing.allegat Pet.de Anch.
in conſilio 158.incip.rationes,quæ ſuperius.& Ang.in conſi-
lio 313. incip. viſo dicto teſtamento. in 2.colum. Sed alia eſt
ſimilis glo.in c.ſignificaſti.el primo,de homici.& in c.ſi verò.
el ſecōdo,de ſent.excom.& in l.ſi cui.in §.eiſdem. ff.de accuſ.
& in l.atqui natura.§.cum me abſente.ff.de neg.geſt.& in l.fi.
C. de anna.exceptio. & in l.1.in §.hoc interdicto.ff.de itinere
actuque priuato. & alia eſt glo. ſimilis in c.qui & humanis.
12.quæſt.ſecunda,& in c.propoſuiſti.82. diſtin. & in l.1.C.de
ſica. immo etiam hoc probatur in d.c.ſi verò.el ſecondo,de
ſenten.excommu.& in c.ſi verum.31. q.2.& in c.in lectū. 24.
q.2.& in c.nulli.de elec.in 6.& in c.Paſtoralis. de exce. de quo
latiſſimè ego dixi in repet.mea rub. ff.de fideiuſ.in 8.& 9.col.
& ponit etiam Iaſ.in §.ſed iſtæ.in pen.charta.Inſti.de actio.&
dixi etiam ſupra in hoc §. in numero 44. Sed omnia prædi-
cta limita non habere locum in eo, qui aliàs iurauit & fuit
periurus,quia non ſtabitur iuramento ſuo de his quæ conſi-
ſtunt in animo ſuo.ita dixit Do.Felyn. in c.ſignificaſti. el pri-
mo.de homici.ad quod allegat iura, de quibus ibi per eum.
Facit etiam ad prædicta, nam relaxandus fideiuſſoribus non
110 relaxatur, † ſed carceratur ſi aliàs aufugit de carceribus,quia
per illam fugam perdidit priuilegium. ita dixit Ang.de Are.
in tractatu maleficio.in verſ. fama publica.in verſiculo,quar-
to notandum eſt.Facit etiam,nam an inſtrumēta ſint de no-
111 uo † reperta,ſtatur iuramento producentis illa, ſm Barto.&
alios in l.admonendi.ff.de iureiurando.& Cano.in c.Paſtora
lis.de except. quod limitat Ludo. Roma. in d. l.admonendi.
non habere locum in illo qui aliàs fuit periurus,quia non ſta-
bitur iuramento ſuo. de quo latius dixi in repeti. mea rubri.
ff.de fideiuſ.in 22.q.Et facit etiam ad prædicta,nam ſtante ſta
112 tuto,ꝙ credatur † libro mercatoris,intelligitur niſi talis mer
cator ſit infamis,vel aliàs incurrerit infamiam. ita dixit Bal.in
l.cunctos populos.in 41.col.C.de ſumma Trin.& fide catho.
quem refert & ſequitur Iaſ.in §.ſed iſtę.in 24.col.Inſti.de act.
& faciunt etiam ad prædicta quę dixi in ſingu.meo 1. Et fa-
ciunt alia plura quæ dici poſſent de ſolitis, quę cauſa breuita-
tis non refero.Contrariam tamen partem credo veriorē, vi-
delicet, ꝙ talis ſolitus delinquere de ſtricto rigore iuris non
poſſit ex hoc ſolum ꝙ ſit ſolitus delinquere, poni ad tortu-
ram.Et ad hoc dicendū me mouent plura. Et primò dico, vt
dixi ſ.ꝙ omnes Doct. tenentes contrariam partem fundant
ſe in illa regula,ꝙ ſemel malus ſemper pręſumitur malus.tūc
113 dico ſic,ꝙ fundās ſe in lege vel ſtatuto,† debet inhęrere ver-
bis ipſius legis vel ſtatuti.c.porrò.c.accedentib. de priuilegijs.
Bal.in auth.ſi qua mulier.in fi.C.de ſacroſan.eccle.& in l.iube
bus.§.fi.C.ad Treb.Alex.in conſ.59.incip. viſis,&c. in 2.col.in
1.vol.Pau.de Caſt.in l.Gallus.in §.quid ſi tantum.in fine. ff.de
lib.& poſthu.& in conſ.ſuo 161.incip.in pręſenti cauſa,&c. in
2.col.Modo ſic inhęrendo verbis dictę regulę, in qua ſe fun-
dant,patet ꝙ ſolitus delinquere non poteſt poni ad torturā
ex hoc propter verbum,pręſumitur,appoſitum in dicta regu
la, ſemel malus. Et ratio eſt, quia à verbo, pręſumitur, de-
ſcēdit verbum, pręſumptio, & præſumptio eſt minus quam

114 indicium, † vt colligitur ex dictis per Bal. in l.ea quidem.in
2.colu.C.de accuſ. quem refert & ſequitur D. Amodeus Iu-
ſtinus in tractatu ſuo ſyndica. in 22. charta. in 1.col. & voluit
Ioan.And.in addi.Specu.in tit.de notorio crimine.§.vt autē.
in addi.magna.Et hoc quòd præſumptio ſit minus quàm in-
dicium,firmauit Iaſ.in l.1.in 2.colum. ff.de eo per quem fact.
erit. Pro quo facit glo. in l.2. C. de calumnia.Et faciunt dicta
per Bal.in l.1.in 1.col.ver.extra quæro. ff. de excuſa.tut.vbi di-
cit,ꝙ præſumptio eſt probatio probans non probatio pro-
bata,ſed indicium eſt probatio probata, ſecundum Bald. in
d.l.ea quidem.Item ſubdit Bald.in d.l.1.ff.de excuſ.tut.& dicit
quòd præſumptio indirectè tangit factum, ſed indicium di-
rectè tangit ipſum factum. Et ideo dicit ibi,quòd minus eſt
præſumptio quàm indicium.cum ergo in ſolito delinquere
non oriatur indicium,ſed oriatur ſolum prꝗſumptio contra
eum,ergo talis delinquere ſolitus nō poterit torqueri, quia
ad ponendum aliquem ad torturam non ſufficiunt præſum
ptiones,ſed requiruntur indicia de neceſſitate,ſecundū Bart.
& alios in l.1.ff.de quæſt.& Docto. in l.milites. & in l.fi.C.eo.
cum multis ſimi.Item pro hac parte & opi.mea facit glo.no.
quā credo ſingu.in l.abſentem.in verbo, damnari.ff.de pœn.
quæ dicit,ꝙ ex ſola præſumptione quis non grauatur.quam
glo.refert & approbat Io.And.in addi. Spec.in titu.de noto-
rio crimine.in §.vt autem.in vltima additione. Item pro hac
opinione mea facit etiam. Nam perſpicuæ præſumptiones
115 † faciunt argumentum, ſecundum Innoc.in c.cum in diœ-
ceſi.quem refert & ſequitur Soc in conſ.ſuo 90.incip.in cau-
ſa magnifici,&c. in 6.col.in 3.vol. Sed ſi faceret indicium, nō
dixiſſet Innoc.& Socin.vbi ſupra,ꝙ faciunt argumentum.

Item quòd præſumptio etiam veritatis non faciat indiciū
ad torturam,dixit expreſsè glo. in c.literas.el ſecondo.de præ
116 ſumptio. Item pro hac parte facit.Nam illud † quod facit ſe-
miplenam probationem in ciuilibus, facit indicium ad tor-
turam in criminalibus, quod etiam procedit negatiuè. Ita
dixit Bart. in l.fin. ff. de in lit.iuran. & Dominus Paris de Pu-
teo in tractatu ſyndica.in 105.charta. ad quod allegat glo.in
l.ſecunda.in §.ſi abſens.ff.ſi ex noxa.cauſa agatur.quam etiam
ad hoc refert & ſequitur Alexander in l.fi.ff.de quæſt.de quo
ego ibi dixi in ſecunda colum. & idem dixit Ang. de Are. in
tract. malefic.in verbo,fama publica.in verſicu.iuramentum
autem. Sed nullibi reperitur quòd in ciuilibus præſumptio
faciat ſemiplenam probationem, ergo in criminalibus non
faciet indicium ad torturā. Et pro hac opinione mea, quòd
ſolitus delinquere nō habet contra ſe ex hoc ſolo indicium
ad torturam, faciunt optimè dicta per Alex.in conſilio ſuo
313.incip.viſo themate anteſcripto.in 2.col.vbi no.loquitur.
& in conſilio 133.incip. ſtantibus. in quinta colum. in ſepti-
mo volum. fateor tamen quòd pro prima opin. contraria
multum faciūt dicta per Ang.in l.athletas.in §. calumniator.
in prima colum. ff. de infa. & per Alexan. in conſ. 151. incip.
viſo.in penult.colum.in ſeptimo volum.Attamen non rece-
do ab opinione mea, quòd ſolitus delinquere ex hoc ſolo
non habet contra eum indicium ad torturam per ſupradi-
cta. tene menti,quia iſta eſt conſideratio mea noua. Quæro
vlterius de importanti dubio & multum quotidiano, vide-
117 licet, † an dictum offenſi conſtituti in mortis articulo faciat
indicium ad torturam cōtra illum, quem dicit ipſum offen-
diſſe. Exēplum, aliquis fuit mortiferè vulneratus in loco vbi
non erant teſtes, vel de nocte, & talis vulneratus in articulo
mortis dicit ꝙ Titius fuit ille qui eum vulnerauit,an tale di-
ctum faciat indicium ad torturam cōtra dictum Titium, &
poſſent etiam poni alia exempla in ſimili? In quo videtur di
cendum quòd non, per textum & quæ ibi volunt Docto.in
l.ſi quis in graui.in §.ſi quis moriens.ff.ad Sylla. vbi dicitur, ꝙ
non creditur morienti de eo quod dicit, quod etiam voluit
Angel. de Are.in tractatu maleficiorum, in verbo,qui iudex
ad probationē ſuæ inquiſitionis. in 2.colum. & voluit etiam
Bal.in conſ.ſuo 43.incip.quidam fuit.in 1.col. in 3.vol.Et pro
hac parte facit glo.in l.mater.C.de calum.& faciunt dicta per
Alexand.in conſilio 238.incipien. ponderatis narratis in the-
mate &c. in 2.colum.& Ang.in conſ.38.inci. Chriſtophorus
Petri &c. in penult.colum. verſi. de ſecundo, &c. vbi loqui-
tur in iudice & in arbitro,qui in articulo mortis dicunt ſe tu
liſſe falſam ſentētiam,vel falſum laudum, quòd per hoc non
præiudicatur ſententiæ vel laudo,& idem tenent Bart.& Bal.
loquentes in teſte,in l.generaliter.in fi. C.de non num.pecu.
& in d.l.ſi quis in graui.in §.1.& Bald. in authen. ſi dicatur. in
3.colum.C.de teſti.& Pau.de Caſt.in l.Seia.in prin.ff.ad Sylla.
vbi loquitur de Notario aſſerente in articulo mortis ſe feciſ-
ſe falſum inſtrumentum, quod per hoc non derogatur ipſi
inſtrumento.Et prædicta affirmat Iaſ. in l.1. in 1. & 2.colum.
ff.de eo,per quem fact.erit,& Bal.in c.literas.in 3.col. de præ-
ſump. Pro quibus faciunt etiam dicta per Pet.de Anchar.in
118 c.fi.de ſucceſ.ab inteſta. vbi dixit, † quod ſi vulneratus mo-
riens dixit ſe mori culpa medici, quòd per hoc nō iuuat per-
cuſſorem,quod dictum refert & ſequitur D.Fely. in c.literas.
in pen.col.de præſump.Et dixit Bal.in c.in præſentia. in 4.col.
de proba.quòd ſi teſtator in teſtamento dixit, confiteor me
teneri ad reſtitutionem vſurarum à diuerſis extortarū,quod
tamen per hoc non præſumitur vſurarius. Et dixit idem Bal.
in addi.Specu.in titu.de confeſ. in verſic. confeſſio facta, &c.
quòd confeſſio facta in vltima voluntate non probat debi-
tum.de quo etiam per Dom.Fran.Bru.in tract.ſuo de indi.&
tortu.in 4.char.in 2.col.verſ.13.an aſſertio &c. Item facit pro
hac parte dictum Bal. in titu. de pa.Conſtan. in verbo,vaſalli
noſtri.vbi dixit,quod non omnis moriens eſt ſanctus Ioānes
Euangeliſta.pro quo facit glo.in c.literas.el ſecondo,de præ-
ſump.quę dixit,quod morientes non dicunt ſemper verum,
quod etiam dixit Oldra.in conſi.192.incipien.viſo diligenter
proceſſu &c. & Iaſ.in repeti.l.admonendi.in 55.colum. ff. de
iureiur.Item vltra prædicta quòd non faciat indicium ad tor
turam talis cōfeſſio ſeu aſſeueratio vel teſtimonium offenſi
conſtituti in articulo mortis, facit optimè,nam ſi aliter di-
ceremus, ſequeretur inconueniens quòd ipſe offenſus eſſet
teſtis in cauſa propria, & ſic contra regulam iuris, quæ eſt ꝙ
nemo poteſt eſſe teſtis in cauſa propria, vt in l.omnib. C.de
teſti. & in l.nullus. cum ſi. ff. de teſti. Et per iſta verba videtur
dicendum, quòd dictum offenſi etiam conſtituti in mortis
articulo non faciat indicium ad torturā contra illum quem
nominauerit, per prædicta. Sed contrariam partem.ſ.quod
dictum offenſi conſtituti in mortis articulo faciat indicium
ad torturam,tenuit Angel.in d.l.ſi quis in graui. in d.§.ſi quis
moriens.quod etiam ibi approbat Ludo.Rom. dummodo
talis aſſerens in articulo mortis illud dicat cum iuramento,
& idem videtur tenere Bal. in auth. ſi dicatur.C.de teſti.& in
c.literas.de præſump. in fi. & in c.quoniam frequenter. vt li.
non conteſt. Præterea pro iſta parte facit.Nam confeſſio fa-
cta in mortis articulo valet & tenet, quia conſtitutus in ar-
119 ticulo mortis non præſumitur † mentiri, ita dixit Bald.in
conſ.ſuo 25.incip.caſus ſuper quo &c. in 2.colum.in 1.vol.&
quilibet præſumitur memor ſalutis ęternæ.l.fin. C.ad leg.Iul.
repet. c.ſancimus. 1.q.7. & maximè ille, qui laborat in extre-
mis,contra quē non poteſt cadere aliqua præſumptio quòd
mētiatur,quia ſi vnquā hr̄ veritas ab homine, habetur quan-
do receſſurus eſt ab hoc ſeculo, & quando anima debet ſta-
tim ſeparari à corpore.Et pro hac parte facit gl.ſing.& vnica
apud omnes in l.1.in glo.fi.circa medium.C.de fal.cauſa adie.
leg.quæ dixit, ꝙ licèt confeſſus ſe habuiſſe & recepiſſe pecu-
niam ab aliquo poſſit intra biennium opponere exceptio-
nem non nume.pecu.vt in l.in cōtractibus.in prin.C.de non
num.pecu.tamen confitens in articulo mortis habuiſſe & re-
cepiſſe pecuniam ab aliquo, ipſe nec eius hæres non poterit
opponere talem exceptionem, quia moriens non expecta-
bat futuram numerationem & illam glo. ibi multum com-
mēdat Bal.in 1.col.in fi. & illam etiam pro ſing. ad hoc alleg.
Bal.in tit.de pace Cōſtan. in verbo,vaſalli noſtri. & in d.c.lite
ras.de præſump.& illam ſequitur Alex.in conſ.45.incip.habi-
ta ſuper his &c. in prin.4.col.in 1.vol. Pro quibus etiam facit
dictum Ang.in conſ.5. incip. viſis inſtrumentis & iuribus. in
fi.vbi dixit,ꝙ confeſſio facta in extremo vitæ præiudicat, nec
prꝗſumitur facta ſpe futuræ numerationis, per dictam glo.ſ.
alleg.quam refert & ſequitur Iaſ. in l. ſi pecuniam. in 2.col.ff.
ſi cer.pet.facit etiam pro hac parte. Nam licet confeſſio ſine
120 cauſa † non valeat,vt in l.2.§.circa.ff.de doli exce. & in l.cum
de indebito.ff.de proba.& habetur in c.ſi cautio. de fi.inſtru.
tamen ſi ſit facta in mortis articulo ſine cauſa,valet & tenet,
nec poterit reuocari.ita dixit Do.Anto.in d.c.ſi cautio.in vlt.
col.de quo ego latius dixi in repeti.mea rub. C.de probat. in
18.col.in fi.verſ.limita etiam.Ad prędicta facit etiā l.qui cum
maior.§.fin.ff.de bo.lib.vbi dicitur,quòd confeſſio teſtatoris
excuſat hæredem à calumnia. quod etiam habetur in l. 2. C.
de calum.& voluit Bal.in l.athletas.in §.calumniator.in 1.col.
ff.de his qui no.infa.vbi dicit,ꝙ licèt aſſertio vulnerati nō ple
nè ꝓbet, tamen pro ea multū præſumitur, adeò ꝙ excuſat à
calūnia.& faciūt quæ ego dixi in repet.mea rub. ff.de fideiuſ.
in 9.col.Pręterea pro hac parte facit ratio naturalis iuncta cū
argu. à communiter accidentibus,videlicet,ꝙ naturaliter &
communiter omnis homo videns ſe ſtatim ſeu de proximo
moriturum, non diceret mendaciū ſimpliciter, ſed etiā pro
quocūque pretio, & experientia rerum magiſtra hoc oſten-
dit.nam morituri magis timent mentiri & offendere maie-
ſtatē Dei q̄ aliquo alio tempore. & videmus ſæpe quòd ma-
ximi ribaldi,qui toto tempore vitæ ſuæ mala operati ſunt,&
nunquàm voluerunt deſiſtere, tamen in puncto mortis ve-

niunt

niunt ad pœnitentiam & contritionem. Pro quibus omni-
bus facit illud diui Hieronymi dicentis, Facilè contemnit
omnia, qui cogitat ſe moriturum. quanto fortius in illis qui
habent (vt ita dixerim) mortem ante oculos, & cognoſcunt
non poſſe tunc mortem euadere. Item ad prædicta etiam fa
cit quod voluit Soci.in conſ.54.incip.viſis teſtibus.in pe.col.
121 in 3.vol.vbi dixit, ꝙ inculpatio offenſi † facit aliquã preſum-
ptionem.ad quod alleg.glo.& Bal.in d.l.2.C.de calum.Et vlte
rius pro iſta parte non eundo per argu.quod aſſertio offenſi
conſtituti in mortis articulo faciat indicium ad torturam,te
nuit expreſsè Iac.de Beluiſo in ſua practica iudiciali. ſub rub.
de queſt.in 5.col.ad quod dicendum mouetur præcipuè per
illud quod ſupra dixi videlicet, ꝙ nemo præſumitur imme
mor ſalutis ęternæ, vt in dictis iuribus. Et iſta opin.videtur
mihi magis ęqua & rationi ac iuri naturali conſona, nõ ob-
ſtantibus incontrarium allegatis & adductis. Quibus poteſt
reſponderi. Et primò inquantum omnes Doctores tenẽtes
contrariam opinionem fundant ſe in illo tex. dictæ l.ſi quis
in graui.in d.§.ſi quis moriens. Dico quòd ille tex. non pro-
bat eorum intentionem, nam tex.ille non loquitur de indi-
cijs,ſed loquitur ad plenam probationem:quod patet, nam
dicit ibi tex.non eſſe credendum domino.ego fateor ꝙ non
eſt credendum domino in illo caſu quò ad plenam proba-
tionem,ſed ſecus quò ad indicium. Et ꝙ ille tex.loquatur de
plena probatione, & nõ quò ad indicium, patet. Nam verba
122 † ſemper debent intelligi in potiori & in digniori ſignifica-
to.l.1.§.qui in perpetuũ. ff. ſi ager vectig. vel emphy. petatur.
l.1.§.biduum. ff. quando appel. ſit.c.pen.de ſent.excom.§.ſed
quoties.Inſtitu.de iure naturali gentium vel ciuili. cũ ſi.ergo
illud verbũ,credendum, loquitur quò ad plenam probatio-
nem,& non quò ad indicium, ergo ille text.nõ probat dictũ
Doct.tenentium contrarium, cum ille tex.hoc non probet,
123 & dicta Doctorum † ſunt intelligẽda ſecundum leges, quas
allegant, vt dixit Bart.in l.non ſolum.in §. liberationis verba.
ff.de lib.lega.& in l.cum quidam.ff.de his, quibus vt indignis.
& Ioan.And.in c.cum nuntius.de teſtib.& Salyc.in l.ſi ex cau
tione.in 10.colum. C. de non nume.pecu. Nec obſtat etiam
illud,videlicet, ꝙ non omnis moriens eſt ſanctus Ioan.Euan
geliſta, & quod morientes non dicunt ſemper verum, quia
dico ꝙ licèt non omnis moriens ſit ſanctus Ioannes Euan-
geliſta,tamen maior pars moriẽtium nititur mori ſine one-
re conſcientiæ,vt docet experientia rerum magiſtra, & vali-
dum eſt arg.à communiter accidentibus,& non à raro con-
tingentibus. l.certi condictio. in §. ſi nummos. ff. ſi cert.pet.
l.palam. §.ſi qua cauponam.ff.de ritu nupt. l.nam ad ea. ff. de
legi.l.certi iuris. C.de iudi.Item ille, qui dicit conſtitutum in
mortis articulo mentiri,non debet audiri, quia dicit non ve-
riſimile,& dicens non veriſimile,non debet audiri,ſecũdum
Petrum de Anchar.in conſ.ſuo 157. incip.viſa facti narratio-
ne.in 7.colum.pro quo faciunt,quæ dixi ſupra in §.poſtq̃ nu
mero 8.& facit tex.in l.ſi ita quis.verſic. quòd nemo ſanus di-
ceret ff.de euict.Et ſic per iſta videtur dicendum, ꝙ creden-
dum ſit offenſo cõſtituto in mortis articulo, & eius dictum
faciat indicium ad torturam contra illum, quem dicit eum
offendiſſe. Attamen non obſtantibus ſuperius adductis ad
vtranque partem mihi videtur finaliter diſtinguendũ in hac
non leui dubitatione hoc modo videlicet, aut talis moriens
in articulo mortis conſtitutus eſt alienus à mente & intelle-
ctu,vt ſæpe morientibus contingit,iuxta tex. in l.hac conſul-
tiſſima.in §.at cum humana fragilitas.C.qui teſta.face.poſ. &
tũc habeat locum prima opinio,ꝙ dictum talis nullam pro-
bationem, nec indicium faciat. nam mortis timore oppreſ-
ſus ſimilis eſt mortuo,vt dicit tex.in l.iubemus. poſt princ.C.
de teſt.& voluit Pau.de Caſt.in cõſ.366.inci.viſo puncto,&c.
Et ideo dixit Bal.in l.extraneum.in prin.C.de hęre.inſti.quod
conſtitutus in mortis articulo, non poteſt adire hæreditatẽ.
Si autem talis cõſtitutus in mortis articulo, qui eſt offenſus,
eſt in plenitudine intellectus, diſtinguẽdum puto, quòd aut
illud quod ipſe aſſerit, poteſt probari per alios,aut nõ poteſt
probari.Si poteſt probari per alios, tũc dictum ipſius offenſi
non facit probationem,nec indicium. Sed ſi non põt proba
ri per alios,ne veritas pereat, & ne delicta remaneant impu-
nita, teneo quòd dictum ipſius offenſi conſtituti in mortis
articulo faciat indicium ad torturam. Ad quod dicendũ mo
ueor ex pluribus.& primò ex regula illa,quæ dicit,ꝙ quando
veritas aliter haberi non poteſt,conceditur illud quod aliter
non concederetur.& pp hoc receditur à regulis iuris cõmu
124 nis.quod patet ex plurib iuribus & doctrinis. † Et ideo dixit
Saly.in l.ea quidẽ.in 1.col.C.de accuſ.ꝙ ſi aliquis luſit in pro-
ſtibulo & fuit deceptus propter taxillos falſos, vel malè qua-
dratos,vel aliter, ꝙ hãc deceptionem poterit probare per le-
nones,& ſic per infames,licèt infames in cauſis criminalibus
non admittantur,vt in l.3.§.lege Iulia.ff.de teſt.& hr̃ in c.licet
ex quadam. & in c.teſtimonium. de teſti. & in c.forus.§.fi.de
verb. ſignif. quod dictum refert & ſequitur Ang. de Are. in
tract.malefi.in verbo, *mettitore di mal dadi.* in prima col. & in
eo.tract. & in verſ. qui iudex ſtatuit terminum ad opponen-
dum ↄ̄ proceſſum.in princ. & Alex.in conſ.ſuo 64.incip.viſo
themate.in 1.col.in .vol.vbi pro illo dicto allegat ea,quæ ha
bentur in l.ex conſenſu. C. de repud. & in l.ob carmen. ff. de
teſti.& in c.veniens.el ij.de teſti.Et facit etiam dictum Specu.
in titu. de teſte.§.de teſtium compulſione. verſ.ſed nunquid
vxor.& Abb.in c.in literis.in fi.extra de teſti.quos refert & ſe-
quitur Alexan. in conſ.102.incip.ſuper primo,&c. circa fi.in
7.vol vbi dixerunt,ꝙ quando veritas aliter haberi nõ poteſt,
125 †vxor admittitur in teſtem ↄ̄ maritum,licèt regulariter non
admittatur.Et facit etiam,nam aliquę ſunt perſonæ,quę inui
tæ non compelluntur ad teſtificãdum, de quibus in l.4.ff.de
teſti. tamẽ compelluntur teſtificari,quando aliter veritas ha-
beri non poſſet.ita no.dixit Hoſt.& Ioan.And.in c.1.de teſti.
cog.quod dictũ refert & ſequitur Lud.Ro.in ſingu.ſuo 396.
incip.tu habes,&c. Et faciunt plura & plura alia, quæ ad hoc
propoſitum adduxi in l.diuus Pius. in 2.& 3. col. ff. de quæſt.
& s̃.in hoc §.in nu.80.cum pluribus numeris ibi ſeq. vbi plu-
ra adduxi ad hoc propoſitum. Item pro prædictis etiam fa-
cit. Nam in his, quæ ſunt difficilis probationis & vbi mate-
ria de ſui natura non eſt probabilis per legitimas probatio-
126 nes,tunc lex contentatur ea probatione, quæ † fieri poteſt,
ſm Barto. & Imo.in l.in illa ſtipulatione,ſi calendis.in fi.ff.de
verb.oblig.& Bar.in l.ſi quis ex argentarijs.in §.pe. ff. de eden.
de quo dixi latius s̃.in prin.nu.13.14. & 15. & faciunt optimè
dicta per Pau.de Caſt. in conſ. ſuo 119. incip.notandum,&c.
ad fi.Præterea pro hac parte facit. Nam ſi diceremus ꝙ dictũ
offenſi cõſtituti in mortis articulo quãdo non adſunt aliqui
teſtes non faceret indicium ad torturam,ſequeretur ꝙ deli-
127 cta remanerẽt impunita,ↄ̄ † l.ita vulneratus. ff. ad l.Aquil.l.ſi
longius. §.1.ff.de iudi. l.Stichum.§.1.ff.de ſolu.l.ſi operis.C.de
pœn.c.vt famæ.de ſenten.excom.c.licet Hely.de ſymo.quod
eſſe nõ debet,imò vt delicta nõ remaneant impunita, aliqua
conceduntur,quæ aliàs non concederẽtur.Quod patet,nam
128 quamuis priuato † non liceat ſibi ius dicere,vt in l. .C.quan
do liceat ſe ſine iudice vindica.l.ſi quis in tantam. C. vnde vi.
c.placuit.16.q.3.c eum,qui. de præben. in 6.tamẽ quis poteſt
furem propria auctoritate capere, quando eſt ſuſpitio fugæ,
ex qua delictum remaneret impunitum. ita probatur in c.2.
& 3.extra de homi.& habetur in l.capite quinto. ff. de adult.
& ita dixit D.Fely.in d.c.2.de homi. vbi ſubdit no.verbum,vi
129 delicet,† ꝙ ſi video aggreſſorem meum fugientem,quẽ ego
accuſaui,poſſum me de iniuria vlciſci,ne delictum ſuum re-
maneat impunitum,ad quod allegat gl.& ibi Bal. in l.nullus.
C.de Iudæ.quam gl. ad hoc allegauit Abb. in c.1.in 19.col.de
iudi.& in c.cum nõ ab homine.in 3.col.eo.tit.& Lud. Rom.
in l.ſi verò.§.de viro.in 41.fal.ff.ſol.mat. Item minor pars vni-
uerſitatis punitur de delicto per eam commiſſo, ne malefi-
cia remaneãt impunita,ſm Hoſt.& Io.And.& D.Ant.in c.di-
lectus.de ſymo. quos refert Millus in reperto. ſuo. in verbo,
130 vniuerſitas.in 13.no.&c. Patet etiam, nam licèt † in pœnali-
bus & odioſis regulariter non fiat extenſio, quia odia debẽt
reſtringi.c.odia.de reg.iur.in 6.cũ ſi.tamen quando extenſio
tendit ad fauorem publicum, ne delicta remaneant impuni
ta, fit extenſio etiam in pœnalib. & odioſis.ita no.dixit Bart.
in l.quemadmodum.in 1.col.C.de agri.& cenſit.lib.11.quod
dictum refert & ſequitur Alex.in conſ. ſuo 410.incip.viſa. in
1.col.Pro quo dicto eſt tex.in l.hoc modo.ff.de condi. & de-
monſtr.& in l.ſi quis in graui.in §.hi quoq.ff.ad Sylla.& in l.2.
C.quando li.ſe ſine iud.vindi.& voluit etiam Bart. in l.2.in §.
exercitium.ff.de infa.& Bald.in l.non ſine. C.de bo.quæ libe.
& Pau.de Caſt.in l.bona fides.ff.depoſi. Et illud dictum Bart.
in d.l.quemadmodum. refert etiam & ſequitur D.Augu. de
Ari.in additio.ſuis ad tracta.Ang.de Are. ſuper maleficijs. in
verbo, *che hai tradito la toa patria*. in 2.char.in tertia col.& in
eo tract.in verbo, Sempronium mandatorem. in 6.char. in
prima col. & ibi in verbo, necnon ad denunciationem.in
6.char.in 3.colum.& Iaſ.in l.1.in vltima colum. C.de tranſact.
& in l.prima, in quarta colum. C. de ſacroſan. eccleſ.& in l.ſi
certis annis,in 2.col.C.de pact.& in l.ſi is,qui pro emptore.in
88.col. ff. de vſuca.& in l.qui ſe patris. in 29.col. C. vnde libe.
& in l.ſi quis maior.in 2.col. C. de tranſactio.& Dom.Roch.
de Curte,in c.fin.in 51.colum.in fi.de conſue.& Dom.Anto.
Corſe.in no.ſuo,in verbo,extenſo.in 2.no. in princ.& Dom.
Philip. Dec. in conſ.ſuo 65. in 2.colum. Facit etiam pro hac
parte & opi. Nam quando quis deponit de facto proprio,
cum præſumatur magis ſcire veritatem quàm alius, propter
hoc recedimus à regulis iuris communis. Quod patet, nam

ad plenam probationem faciēdam regulariter in quacunq;
cauſa requiruntur duo teſtes, nec eſt aliqua cau ſa, quæ termi
netur ex dicto vnius teſtis tantum, quacunque dignitate pre-
fulgeat, vt in c.licet vniuerſis.eo titu. & in l.iuriſiurandi.C.de
131 teſti.& in c.teſtes.§.vnius verò.4.q.3. †Attamen in facto pro-
prio vnus teſtis tantum plenè probat, ita multum ſing. dixit
Pau.de Caſt.in l.1.in §.ſi abſens.ff.ſi ex noxa. cauſa aga. & hoc
per tex.in l.quæro.§.fi.ff.de ędi. edi.vbi creditur vni ſeruo de
facto proprio, ergo à fortiori vni libero. Et idem etiam té-
nuit idem Pau.de Caſt.in l.ſeruos.C.de teſti.& in l.quicunq;.
ad fi.C.de ſer.fugi.& in conſ.ſuo 329.incip.viſa petitionc præ
dicta, in 1.col.& in conſ.38.incip.viſis actis & actitatis,&c. Et
idem tenuit Bal.& Salyc. in l.ſi quis decurio. in 4.oppoſitio-
ne. C. de fal.& Socin. in conſ.ſuo 49.incip. in cauſa epiſcopi.
in 2.col.in 3.volum. & ibi in conſ.28. incip. viſis &c. in 2.col.
Ex quibus omnibus mihi videtur concluden.quòd credatur
offenſo conſtituto in mortis articulo, ſi dicit aliquem eum
vulneraſſe, & dictum ſuum faciet contra illum, quem dicit
eum vulneraſſe, indicium ad torturam, quando talis offen-
ſus in mortis articulo eſt in plenitudine ſui intellectus, & eſt
homo bonæ conditionis vitæ & famæ, & tale delictum non
poteſt per alios probari.& iſta opinio mihi videtur iuſta, &
æqua,& optimis rationibus & iuribus roborata, non obſtan
tibus in ꝯrium adductis.tene menti, quia ſæpe contingit in
facto.Quæro vlterius, an dictum ſeu teſtimonium laici con-
132 tra clericum faciat † indiciū ad torturam? In quo videretur
dicendum ꝙ non: quia laicus non admittitur in teſtem con
tra clericum in cauſa criminali, vt hr̄ in c.veniens. el primo,
extra de teſti.& in c.laicos.2.q.7.& ibi glo. & voluit Specu.in
tit.de teſte.in §.1.verſ.item quod eſt laicus. & voluit Io.And.
in c.prælatis.de homici.in 6. Attamen ꝯrium eſt verius, nam
prædicta & ſimilia iura dicentia, ꝙ laicus nō admittatur con-
tra clericum in cauſa criminali, intelliguntur quò ad plenam
probationem faciendam, ſed ſecus eſt quo ad indicium, quia
dictum laici facit indicium ad torturam ꝯ clericum. ita ſing.
dicit Abb.in c.de cætero.de teſti.& ibi D.Fely. quod dictum
133 refert & ſequitur D.Alex.in l.maritus ff.de quæſt.† Pro quo
facit, quod voluit Bar.in l.fi.in fi.ff.de in litem iuran.vbi dicit,
quòd quotieſcunque probatio probat in ciuilibus, in crimi-
nalibus facit indicium ad torturam. ſed clarum eſt quòd in
ciuilibus teſtimonium laicorum cōtra laicos plenè probat,
ergo in criminalibus facit indicium ad torturam, de quo la-
tius dixi in ſingu.meo 98.incip.laicus,&c. & ibi etiam dixi, ꝙ
134 laicus † admittitur ad probandum famam contra clericum.
ita dixit Dom.Anto. in c.tam literis. in vlt.colum. de teſti.de
135 quo latius in d.meo ſing.98. Quæro etiā, † an teſtimonium
torti, qui de iure non poterat torqueri, faciat indiciū ad tor-
turam contra alium? In quo dicas, quod non.ita dixit Bald.in
l.fi.C.de accuſa.& Iacob.de Beluiſo in ſua practica cauſarum
crimi.ſub rub.de q.& qualitate tormen.in 11. col.poſt princ.
& ibi in col.ſeq.& iſtam partem etiam tenet Bart. in l.1.in §.
ſeruus bona fide. & ibi ego etiam aliquid dixi. ff. de quæſtio.
136 Quæro vlterius, † an contumacia faciat indicium ad tortu-
ram contra contumacem? In quo dicas ꝙ ſic, ſecundum Bal.
in l.1.in 11.col. C. de hære.inſti.& Iaco. de Bel.in ſua practica
iudiciaria cauſarum cri. ſub rubr. de criminoſo remiſſo. in
princ.& illud dictum Bal. pro valde no. refert & approbat
D.Franc.Bru.in tract.ſuo de indi.& tor. in 35. colum.in prin.
in verſ.addo alium,&c. de quo dixi ego in ſing.meo 117.in-
cip.ad torturam,&c. & in l.pen. in fi. ff. de quæſt.pro quibus
faciunt optimè, quæ ego dixi in repe.mea. l.de vnoquoque,
in 38.col.in fi.ff.de re iudi. Quæro etiam de no.dubio in hac
materia indiciorum, quod dubiū non memini me vnquam
vidiſſe tactum ab aliquo in voce, nec in ſcriptis vſq; ad hanc
horam, quod dubium tale eſt. Repertus eſt aliquis mortuus
vel vulneratus & neſcitur à quo, vel commiſſum fuit furtū &
neſcitur à quo, vel impoſitus fuit ignis in aliqua domo & ne
ſcitur à quo, attamē aliquis, puta Titius, ſcribit vnam literam
Seio, in qua dicit hoc modo, videlicet, qm̄ aliqui teſtes dicūt
te occidiſſe talem vel furtum cōmiſiſſe in tali apotheca, vel
impoſuiſſe ignē in tali domo, iō iudex ordinauit & mādauit
vt ſis captus pro tali delicto, ideo animaduertas ne capiaris.
tunc ille Seius recipit talem literam & illam legit & tacet &
nihil dicit ſe excuſando & dicendo, ꝙ miratur de tali re, cum
137 ipſe ſit innocens à tali delicto, † an talis receptio dictæ literæ
cum taciturnitate faciat ꝯ dictum Seium indicium ad tortu
ram de dicto maleficio commiſſo? In quo mihi vr̄ dicēdum
quòd ſic,& hoc propter regulam illam quæ dicit, quòd in cri
minalibus proceditur ad inſtar ciuiliū, vt dicit tex. in l.abſen-
tem.ff.de pœn. Sed in cauſa ciuili talis receptio ſimilis literæ
cum taciturnitate facit ꝓbationem vt ſtatim oſtendā, ergo
in criminalibus debet facere indicium ad torturam, arg. do-
ctrinæ Bar.in l.fi.in fi.ff.de in litem iuran.vbi dicit, ꝙ ea quę fa
ciunt ſemiplenam probationem in cauſa ciuili, faciunt indi-
cium ad torturam. Quòd autem talis receptio literæ cum ta
138 citurnitate in ciuilibus faciat plenam probationem, † voluit
Bar.in l.filiusfa.la ſeconda, per illum text.ff.ad Mace.vbi dixit,
ꝙ ſi ſcribo tibi literam, in qua rogo te vt reſtituas mihi mea
centum, quæ tibi mutuaui, quia illis egeo, tunc ſi tu recipis il-
lam literam & eam legis & nihil dicis in contrarium, ſed ta-
ces, per talem taciturnitatem eſt probatū creditum meum,
& idem dixit Bart.in l.quo enim.§.1.ff.rem ratam habe. & in
l.ſi tabernam.in §.idem quęſijt ff.de pig. & in l.Publia.in fi.ff.
depoſi.Et idem clarius firmat Mathe.in no.ſuo 22.inci.nota
mirabilem,&c. vbi alleg d.l.filiusfa.& tex.in clem.1. de ꝓcur.
Et idem voluit Bal.in l.ſi procurator abſentis.in princip.ff.de
procu.Bar.& Bal.in l.Titius Seio. ff. de conſti.pecu.& Bald.in
rub.C.de fide inſtru.in 14.col.& in l.ſi literarum.C.de ſolu.&
in l.fi.C.ad Maced.& Bal.in l.ſi literas.C.manda. & in l.fi.C.de
nouatio.& in c. ex parte. in 7.colum. de reſcrip. & in c.fin.in
8.col.de iureiur.& Io.de Imo.in l.qui in domini.ff.de teſt.&
in l.non ſolum.in §.morte.ff.de oper.no.nun. & in d.clem.1.
de procur.in fi.& Ludo.Roma.in l.quæ dotis.in 7.col.ff.ſolu.
matr.& Abb.in c.non iuſtè.in 3.colum.de procur.& Doct.in
d.l.fi.C.ad Maced.& D.Barth.Cępo.in caute.ſua 11.incip. po-
ne quòd filius.& Abb.in conſ.18.incip.in cauſa & quæſtio.in
2.col.in 3.vol.de quo etiam per Iaſ.in repeti. l.admonendi, in
62.colum. de iureiuran. & per me in repeti. mea rubr. C.de
probat. in 51.col. Et per iſta videtur dicendum, ꝙ talis rece-
ptio dictæ literæ cum taciturnitate, faciat indicium ad tortu-
ram contra dictum receptantem talem literam & tacētem.
Contra ſupradicta tamen fortiter facit, quod voluit Bart. &
Pau.de Caſt.in l.ſi cum dos. ff. rerū amo. & per Pau. de Caſt.
& Iaſ.in l.ſi quidem.C.de trāſact. ideo cogita mecum. Poteſt
139 etiam quęri, quid de meretrice publica, † an faciat indicium
ad torturam? In quo dicas ꝙ non, ſecundum Alexan. latè in
conſ.ſuo 11.incip.circa primum.in 2.col.in 1.volum.niſi deli
ctum non poſſet aliter probari, vt dixi ſupra in hoc §. in nu-
140 mero 81.cum ibi ſeq.& generaliter, † an & quando mulier
poſſit eſſe teſtis, vide Ioan.de Ana. in c.tanta labes. de ſymo.
vbi latè loquitur in materia. Quæro vlterius de alio dubio vi
141 delicet, an teſtis † qui non debuit examinari ſi ſit examina-
tus faciat indicium ad torturam? In quo dicas ꝙ talis teſtis
qui nō debuit examinari, examinatus facit indiciū qualecua
le, ſecundum Bald. in l.maritus. in verſ.vlterius oppono.ff.de
quæſt.& glo.in l.3.in prin.in verſ. aduertendus. ff.de teſti. Bal.
in l.cunctos populos.C.de ſumma Trini.& Bal.& Saly. & alij
in l.ſeruos.C.de teſti. & voluit Abb. in c.ex literis.in princ.de
tranſa.& Bal.in c.1.circa prin.de cōfeſ.vbi dicit, ꝙ minor, qui
ratione ætatis non debet examinari, examinatus facit indi-
cium ſolenne.cum quo dicto concordat Salyc. in l.fin. C.de
his, quibus vt indignis.de quo etiam latè per D.Franc.Bru.in
ſuo tractatu de indi.& tor.in 1.char.in vlt.col.cum 4. colum.
ibi ſeq.Et facit, quod voluit D.Flor.in d.l.3.ff.de teſtib.vbi per
glo.ibi dixit, ꝙ licèt teſtis in aliqua cauſa vt ſuſpectus repella-
tur à teſtimonio, tamen ſi ſit examinatus facit indicium. Et
dixit no.Bal in l.cum Titia.in fi.C.de iure do.quòd ubi regu-
lariter requiritur certus numerus teſtium, minor numerus
142 facit indicium. † Et dixit Bar. in l.2.ff.de appella. recip. quòd
teſtis, qui poſt datum terminum ad probandum non eſt exa
minatus, ſed poſtea examinet̄, facit aliquod indiciū. Et bene
facit glo.in c.cum olim.el primo, de priuileg.& tex.in c.cum
143 olim.de dolo & contu.per quem dicit ibi Abb. in 3.no. † ꝙ
teſtis examinatus ſine iuramento facit præſumptionem. de
quo per Alex.in conſ.24.incip.animaduerſis. in 4. char.in ſe-
cundo vol.de quo latius dixi in repe.mea l.fi.in 81.char. C.de
proba.de quo etiam dixi in l.maritus. in 2. colum. ad fi.ff.de
quæſt.& in l.1.§.diuus Antoninus.eo.tit.& vide Bart. in l.ſer-
uus pro domino. C. de teſta. & in l. ſi quis ex argentarijs.§.2.
ff.de eden.& Bar.in l.2.in §.impubes.ff.ad Sylla. & Bald. in l.1.
in 5.oppo. C. de ſumma Trinita. & fide catho. Et circa hanc
materiam teneas menti perpetuò, quòd in caſu in quo teſtis
144 non debet examinari, examinatus † facit indicium, eſt verum
ſi à principio antequàm fuerit examinatus non fuit per par
tem oppoſita ꝯ eum exceptio ſuæ inhabilitatis, ſed ſi anteq̄
fuerit examinatus fuit oppoſita exceptio ſuę inhabilitatis ꝯ
eum,& poſtea fuerit examinatus, eius dictum nullū facit in-
diciū & pro nullo reputatur. ita ſing. dixit D.Fran.de Are. in
c.ex parte Adę.in 5.char.de teſtib. & ibi allegat rationem di-
cens, quia ſicut teſtis à principio ſi repulſus eſt, nihil penitus
probat per producentē, quia non eſſet examinatus, ita ſi exa-
minaretur poſt reſeruationē, nullum penitus facit indicium
145 exceptione probata, quia † reſeruatio operatur effectū con
ſeruatiuum actus perinde ac ſi ſuo tempore factus eſſet quò
ad

ad omnia,vt probat tex. cũ gl. in l.item Labeo.in §.1.ff.famil. erciſcun.de quo meminit Bald.in l.terminato.C.de fruct. & lit.expen.pro quo bene facit,quod no.glo.& Doct. in c.cum contingat. de foro compet. Et ꝙ talis teſtis hoc caſu faciat nullum indicium,dicit ipſe D.Fran.ſe alle.caſum no.in Auth. de teſte.in §.ſi verò dicatur.circa prin.vbi dicit tex.ſecundum quod perinde eſt,ac ſi nunquam fuerit examinatus. Et ideo
146 dixit Bartol.in l.ille à quo,in §.teſtamento.ff.ad Treb.†quòd reſeruatio exceptionum operatur,ꝙ ſi poſtea pateat de veritate ipſarum exceptionum, omnia retro ſunt nulla. idẽ dixit Pau.de Caſt.in cõſ.392.incip.viſo quodam libello. in fi.2.col. & idem voluit glo.& ibi Docto.in c.cum contingat.de offic. deleg. quam ad hoc pro ſing. allegauit Iaſ. in §. præterea. in pen.col.Inſtit.de actio.de quibus omnibus latius dixi in ſing. meo 198.incip.teſtis,qui non debet examinari.Et circa prędictam materiam, quando teſtis nõ debet examinari,&c. ſcias
147 etiam † ꝙ teſtes inordinatè recepti non probant, etiam ſi eſſent recepti à Cardinalibus. ita dixit Bal. in authen. ſed & ſi
148 quis.in vlt.col. C. de teſti. Item ſcias etiam,quòd teſtis † non legitimè examinatus non facit indicium, etiam ſi talis teſtis ſit omni exceptione maior.ita dixit Bal.in c.1.§.ſacramentũ. in 2.col.de conſuet. recti feu. quem refert & ſequitur Barba. in conſ.ſuo 11.inci.illud, &c. in antepen.col.in 4.volum.pro quibus optimè faciunt dicta per Iaſ.in repeti.l.admonendi.in 81.colum.poſt medium.ff.de iureiur.Quæro vlterius,an duo
149 teſtes ſingulares ſuper eodem facto † coniunguntur ad faciendum indicium ad torturam? In quo dicas ꝙ nõ. ita dixit Bal.in l.ſi quis ex argentarijs.§.1.ff.de eden.quem refert & ſequitur Alex.in conſ.ſuo 179.incip. in cauſa Angelorum.in fi. 2.col.quod etiam dixit patere ex no. per D.Ant. in c.licèt. de teſti.quod etiam voluit D.Alex.in conſ.ſuo 292.incipien. viſo proceſſu cauſæ,&c. in 3.col.& in conſ.405.incip.ſentio in dubium,&c. in fi.2.col.vbi etiam ſubdit,quòd ita etiam intelligit Bal.glo.in l.2.ff.de excuſa.tut.per l.1.C.qui nu.tu. & idem etiam firmat D.Alex. in conſ.ſuo 228.incip.ponderatis narratis,&c. vbi dicit,ꝙ hoc etiam voluit Bal.in l.ſpadonẽ. §.quarta.ff.de excuſ.tu.& in l.iuriſiurandi.C.de teſti. & Ioan.Cald. & Ant.de But.in c.veniens.el primo,de teſti.& Nico. de Neap. in l.2.in princ.ff.de excuſa.tut.& Pet.de Anch. in cõſ.ſuo 267. incip.viſa diligenter, &c. pro quibus etiam faciunt dicta per me in l.vnius facinoris.in §.teſtes torquendi.ff.de quæſtio.Et dicta per Bal.in rubr.de contro.inueſtitu.in 1.col.vbi dixit,ꝙ ſi eſſent duo teſtes ſingulares non conferentes in vnum rei finem, qui eos produxit, nõ dicitur habere aliquem teſtem, & eis nulla fides adhibetur. quod eſt no. Pro quibus faciunt etiã plura no.quæ adduxi in l.de minore. in §. plurium. in 17. colum.in verſ.& bene aduertas,&c. ff.de quæſt.& vide etiam Soc. in conſ.89.incip.in cauſa. in 8.col. & Iaſ.in repe.l.admonendi.in 96.colum.cum ſeq.ff.de iureiur.videas tamen Cacialupum in ſua repet.l.admonendi. ff. de iureiur. quem refert & ſequitur Soc.in conſ. ſuo 34.incip.viſis teſtibus.in 1.col.in 3.vol.vbi dixerunt, quòd licèt plures ſemiplenæ probationes non cõiungantur ad faciendam vnam plenam probationẽ, tamen coniunguntur ad faciẽdum vnum indicium. de quo dicto aliàs multum dubitaui legẽdo. Vlterius circa hanc materiam indiciorum non omitto vnum, videlicet,ꝙ quãdoq; oritur indicium ad torturam contra eum, qui non requiſitus ſe ingerit in perquirendo malefactorem, adeò quòd dicit D.Paris de Puteo in tractatu ſuo ſyndi. in 69.char.in quar
150 ta col. poſt med. † quòd indicium aliquando ſumitur cõtra aliquem, qui primò dicatur vidiſſe ſeu inueniſſe maleficium ſeu occiſum,& contra aliquem quia valde ſolicitat in curia, & petit quòd maleficiũ inquiratur,de quo ad eum nihil ſpectat.Et refert temporibus ſuis bis occurriſſe de quodam,qui dixit inueniſſe occiſum & hoc curiæ denũciauit, & ipſe eum occiderat.Et ſimiliter refert,quòd quidam occiderat conſocium & ſæpe veniebat ad curiam importunè ſolicitando vt occiſor reperiretur,qui ſolicitator fuit captus vt ſuſpectus,& finaliter repertum eſt ꝙ ipſe illũ occiderat. Et prædictorum
151 omniũ ratio eſt regula illa videlicet,qui ſe ingerit †ſuſpectus eſt,vt probat tex.in l.vnius facinoris.in §.ſeruo qui vltro.ff.de quæſt. & concordat text. in l.quæ omnia. ff.de procura.& in l.fi.& ibi glo. ff. de officio præto.& in l.ſemper.ff.de iure immun. & in l.vxori.in §. qui ſe. ff.de fal.& in l.ſi quenquam.C. de epiſco.& cleri.cum concor.in glo.allegatis.de quo dixi in d.§.ſeruo qui vltro.in fi. pe.col.vide tamẽ,q̃ dixi inf.in §.expe
152 dita.nu.93. Quæro vlterius,† an ex indicijs indubitatis poſſit quis ad mortem condemnari? De quo vide quæ latiſſimè dixi in l.repeti.in 5.6.& 7.col.ff.de quæſt.quæ dicta ibi non repeto breuitatis cauſa. & ibi finaliter poſt adducta pro vtraq; parte tenui ꝙ nõ.& ibi in 7.col.in verſ.quæ autem ſint.expo-
153 ſui † quæ dicãtur indicia indubitata,quæ omnia omitto hic, ne idem per idẽ ſæpius repetam.& in tali materia vide ẽt quę dixi in repeti. mea rubr. C. de proba.in 47. col.vbi etiam latè loquutus ſum in materia. & quæ dixi inf. in §. quoniã.nu.29. Quærò vlterius de alio dubio videlicet, quidam reus fuit inquiſitus de quodam maleficio, & præcedentibus legitimis indicijs contra eum & ſeruatis ſeruandis fuit poſitus ad torturam,in qua confeſſus fuit ſe commiſiſſe illud delictum. & dixit ꝙ Titius fuit eius ſocius in committendo tale delictũ, poſtea ductus ad banchum iuris ad ratificandum negat & non vult perſeuerare in dicta ſua confeſſione,ſed dicit quòd illud quod dixit & confeſſus eſt, ꝙ fuit propter cruciatũ torturæ,& repetitus in tortura propter dictam ſuam confeſſio-
154 nem perſeuerat in negatione, † an hoc caſu vigore ſuæ primæ confeſſionis poſſit dictus Titius poni ad torturam tanquam ꝯ eum talis confeſſio faciat indicium ad torturam? & loquor in delictis, de quibus poteſt quis interrogari de conſocijs.in quo videretur primò dicendum ꝙ ſic,cum ſit quòd ille reus propter dictam ſuam primam confeſſionem poſſit repeti in tortura,vt volũt ſcrib.in l.repeti. & ibi latè ego dixi, ff.de quæſt.attamen hac ratione non obſtante contrariã partem credo veriorem. ratio eſt, quia non eſt eadem ratio dictæ confeſſionis ꝯ ipſum Titium,quæ eſt cõtra ipſum reum. nam dicta confeſſio ꝯ dictum reum facit nouum indicium, vt ipſe poſſit repeti in tortura,vt volunt Docto. in d.l.repeti. ſed non facit aliquod indicium ꝯ ipſum Titium,qui non negauit, nec confeſſus eſt, ideo niſi veſtiatur cum ratificatione & perſeuerantia ipſius rei qui hoc confeſſus fuit, nõ probat, ſed cum non perſeuerauerit in dicta ſua confeſſione, dr̃ nuda, & ſic non debet nocere ipſi Titio, & ſic nõ poterit ex ea torqueri, quia tanquam acceſſoria corruit corruente cõfeſſione rei,in qua non perſeuerauit, arg.regulæ, acceſſoriũ. de reg.iur.in 6.de quo etiam dixi in d.l.repeti. in 8.col. in ver.his
155 viſis, &c. Modò incidenter hic quæro, an † reus qui confeſſus eſt delictum poſſit ſine nouis indicijs repeti in tormentis,vt manifeſtet mandantem? In quo dicas ꝙ ſic, ſecundum Ang.in l.& ſi certus. ff. ad Sylla. & idem tenet Ang.de Aret. in ſuo trac. malefi. in verbo, Sempronium mandatorem. in 2.col.in verſ.& bene nota.& illud dictum Ang. in d.l.& ſi certus.refert & ſequitur Dom.Philip. Dec.in conſ.ſuo 189. inci. Lętatus ſum.in 6.col.& vide Ang.de Are.in d.tract.malefi.in verbo,fama publica. in 14. char. in verſ.quæro aliquis. vbi dicit,ꝙ confeſſus delictum poteſt poni in carcerem ſolummodo propter hoc vt manifeſtet mãdantem,& de materia vide Bal.in marga.ſua,in verbo, confeſſio. in 2.verſ.& Do.Flor.in l.ait lex.in §.Iulianus.el ij. ff. ad leg.Aquil.& D.Lud.Bologninum in conſ.ſuo 8.in 4.col.in prin.de quo etiam ego dixi in l.repeti.in 8.col.ff.de queſt.Et in hac materia adde Bal.in l.nõ
156 ideo minus.in 1.col.C.de accuſa.vbi dicit, ꝙ † aſſaſſinus ſine alijs indicijs poteſt torqueri,vt indicet mandantem, & idem voluit Alex.poſt Bart. in d.l.repeti.quæ omnia ſunt multum no.quia quandoq; accidunt in facto, & ego hic & alibi vidi hunc caſum in facto. Viſis ſupradictis,ſequitur alia nota.du-
157 bitatio,quæ eſt talis videlicet,† an in enormi crimine requirantur ſolennia indicia & aliæ ſolennitates, quæ requirũtur in alijs criminibus? In quo primo aſpectu videtur dicendum ꝙ non,nam enormitas delicti operatur vt iudex poſſit tranſgredi iura & regulas iuris cõis & ſtatutorum.Quod patet plu
158 ribus modis.Et primò in tali enormi delicto †poſſunt recipi teſtes lite non conte. & parte non citata, & ſic contra illum titulum,vt lite non conte.& contra regulam.l.de vnoquoq;. cum vulg.ff.de re iud.ita dixit Archid. in c.1.de homi.in 6.dicit ꝙ in caſu illius capituli poſſunt recipi teſtes lite nõ conte. & parte non citata.quod dictum ſequitur ibi Gemi.in §.fi.& eos refert & ſequitur D.Fely.in c.quoniã frequenter,in prin. in pe.col.vt lite nõ conte. Item pro hac parte facit regula illa
159 videlicet, † ꝙ propter enormitatem delicti, licitum eſt iura tranſgredi,ſm Innoc.& alios, in c.1.de conſt. & voluit Bal.in l.quid ergo.in §.pęna grauior.ff.de his,qui no.infa.in 4.col.& in c.1.in 6.col. qui feu. dare poſ. & in l.& ſi ſeuerior.in 2.col. C.ex quibus cauſis infa.irro.& idem Bal. in l.1. in 5.col. C.qui accuſ.non poſ.& in l.obſeruare.in §.proficiſci.in 6.colum.de officio procon.& in l.1.in prin.C.de preci. Impera.offe.& in c.1.§.iniuria.in prin.de pace iura.fir.& in auth.ſed nouo iure. in 1.col C.de ſeruis fugi.& in c.iurgantium.in fi.de re iudi. & volunt alij plures Iuriſlatores in alijs locis, quos retuli in l.fin. in repe.mea.C.de proba.in 73.& 74.charta. & in l.1.in princ. in 9.colum.ff.de quæſtio.& in l.vnius.in §.cogniturum.in 14. colum.eod.tit. Facit etiam ad prædicta, nam clericus faciens
160 † atrociſſimum delictum, poteſt ſine degradatione puniri, ſecundũ Io.And.in c.cum non ab homine. de iudi.& Gemi. in c.fi.de homici.in 6.& Pet. de Ancha. in conſ.157.incip. ex
161 narratis in facto.in 5.colum. Et facit etiam, † nam ſtatutum

T 8 con-

concedens abolitionem delinquentibus non comprehẽdit delinquentes enormiſſimi criminis,ſecũdum Ang. in diſputa.ſua incip.exorta guerra.& Lud.Roma.in l. ſi quis in graui.
162 in §.hi quoque.ff.ad Syllan.Item facit etiam,nam licèt regulariter reus criminis non poſſit renunciare † defenſionib.ſuis directè,vt dixi in l.1.§.fin.in 19.col.verſ. ſi autẽ loquimur,&c. ff.de quæſt.& in l.vnius.in §. cogniturũm. in 12.col. eod.titu. tamen committens enorme delictum poteſt renunciare defenſionibus ſuis.ita dixit D.Felyn.in c.cum veniſſent.in 3.col. de teſti. & Ludo.Roma. in rubrica de arbi. in 14. colum. &
163 Bal.in l.pronuntiare.C.de fer.Facit etiam,nam † committẽs enorme delictum non eſt ſecurus in aliquo loco,ſed poteſt vbique capi.l.1.C.de rap.virgi.c.1.de homi. in 6.in verſic.à toto populo Chriſtiano diffidatus &c. & in c.inter alia.de immu.eccleſ.c.felicis.§.pen.de pœn.in 6.l.3.§.transfugas.in verſ.
164 vbicunque.ff.de ſica.Item facit,nam† pro inſignibus furibus iudex non debet pati aliquem aduocare,ſecundum Ang. de Are.in tracta. malefi. in verbo, & veſtem cœleſtem abſtulit. verſic.& bene nota,&c. pro quo eſt tex.in l.per omnes.C.de defen.ciui.quod etiam voluit Ludo.Roma. in repe.l.ſi verò. in §.de viro. in 4.fal.ff.ſol. mat.& Barb. in c.quæreti.in 10.col.
165 de offic. deleg. Item propter enormitatem delicti, † poteſt procedi contra reum ordine iuris non ſeruato, ſecundum Dom.Paridem de Puteo,in tracta. ſuo ſyndica. in 51.char.in 2.colum.in fi.& ibi ſubdit, quòd in crimine aſſaſſinatus propter enormitatem delicti nõ requiritur plena probatio, ſed ſufficiunt probabilia argumenta. allegat iura de quibus ibi
166 per eum.Item facit,nam ſi aſſaſſinus ſit clericus,† poteſt puniri per iudicem laicum,ſecundum Lappum in d.c.1.de homici.in 6. quem refert & ſequitur Do. Paris vbi ſup. Et dixit Bald. in c.cum quidam. in fi.de iureiur.quod licèt magnates furcis non ſuſpendantur,tamen hoc fallit, quando committunt proditionem , quod eſt enorme crimen, quia tunc ſuſpenduntur furcis. Et facit etiam, nam propter enorme cri-
167 men † animal brutum punitur. c.mulier. 15.q.1.dixit glo.in l.2.arbo.fur.cæſa.ꝙ propter enorme delictum quis poteſt ſuſpẽdi, & poſtea beſtijs ſubijci, quam gl.dixit ſing. Lud.Rom. in l.2.circa fi.C.qui teſt.fac.poſ.Itẽ propter enorme delictum
168 poteſt damnari† memoria defuncti.gl.in §.per contrarium. Inſti.de hæredi.quæ ab inteſta.defe.quam dixit ſing. Ang.de Are.in trac.malefi.in verbo,qui iudex videns.verſ.& prędicta procedunt,&c.Io.de Imo.in l.defuncto. ff.de publi.iud.& in c.quoniam frequenter.vt li.non conteſt.Item propter enor
169 me delictum † reus poteſt ſpadachiari, & ita ſpadachiatus duci ad mortem,ſecundum Bal.in l.1. in 4.col. C.ne ex delic. defun.pro quo facit tex.in l.illuſtres.C.de modo mul.in verbo,grauiſſimum.Item propter enorme delictum põt procedi die feriato.l.prouinciarũ.C.de fer.& voluit Ange.de Are. in tract.malefi.in verbo, inchoata & facta. verſicu.quæro,an vno die.de quo etiam D.Ant.in c.fi.& ibi etiam per Abb.de iudi.& in c.fi.de ferijs.Et adduci poteſt etiam tex.ſing.in l.ad beſtias.ff.de pœn. vbi propter eminentem vtilitatem quis liberatur à morte.de quo tex. aliqua dicit Do.Felyn.in c.illud, extra de maio. & obed. Et poſſent alia plura in hac materia adduci,quæ alias adduxi in l.vnius. in §. cogniturũ. in 14. col. cũ ſeq.ff.de quæſt.& in l.1.in prin.in 11.col.eo.titu.& in repe. mea.l.vnicæ.C.de rap.vir.nu.100.cum pluribus nu.ibi ſeq. Et ſic ex prædictis videtur dicendum, ꝙ quando ſumus in enormi crimine,non requirantur ſolennia indicia,nec ſolennitates quæ eſſent ſeruandæ in alijs criminibus. Sed contrarium credo verius ſcilicet, ꝙ etiã in enormi, immo enormiſſimo crimine ſeruandæ ſint ſolennitates omnes requiſitæ in alijs criminibus.Et in hoc attende quæſo. Nam poteſt dici,quòd in cauſa accuſationis vel inquiſitionis enormis criminis dicatur ꝙ ſumus in delicto enormi, cum non conſtet ꝙ reus accuſatus vel inquiſitus cõmiſerit tale delictum, quia ſi hoc conſtaret, vlterius reus non accuſaretur, inquireretur, nec contra eum procederetur de tali delicto , ſed puniretur pro ipſo delicto pœna congruenti. Sed in tali caſu de neceſſitate debemus dicere ꝙ non ſumus in tali enormi delicto, ſed ſumus in imputatione enormis delicti, ideo meritò nõ habẽt
170 locum ſuperius adducta. † Nã non ſequitur,talis eſt accuſatus vel inquiſitus de tali enormi crimine, ergo eſt reus talis criminis verè. Ad quod ego adduco tex.no. in l.fi.C.de accu. in ver.non ſtatim reus exiſtimetur, &c. Item adduco text. in l.furti.in princ.ff.de his, qui no.infa.in verſ.pendente iudicio nondum inter famoſos habetur, &c. & facit text. in l.1.& in l.nullã.C.ex qui.cau.infa.irro.& facit etiam, nã non ſtatim ꝙ quis accuſatur reus eſt,ſed qui cõuincitur.ita dixit text.in c.ſi. in fi.15. q.vlt. & in c.nonne. 8.q.4.& in c.eorum. 11.q.3.& in c.laudabilem. vt li.penden.& hoc voluit Spec.in tit.de aduo.
171 in §.ſequitur.circa princ. Pro quibus etiam facit. nam † quis non dicitur talis, donec non eſt pronunciatus pro tali,ſecundum Spec.in tit.de inſtru.edi. in §.reſtat.verſ.quid ſi tabellio. & in verſ.quid ſi confectum.& Soc.in conſ.51.incip.præſtantiſſime Doctor,&c. in 4.col.in 1.vol.& Pau.de Caſt.in conſilio 32.incip.omiſſo ordine,&c. in fi.verbis.& Pet. de Ancha. in conſ.241.incip.per prædicta.circa fi.vbi dixit,ꝙ omnis exe
172 cutio eſt ſuſpenſa † contra excõicatum antequàm ſit declaratum per ſententiam,ipſum eſſe excõicatum, de qua materia latius ſum loquutus in rubr.extra de cri.fal.Et facit etiam,
173 nam ſtatutum † dans præmium accuſanti, intelligitur ſi ipſe accuſans probauerit cõtenta in accuſatione eſſe vera & non aliter.ita dixit glo. in c.1.in verſ.oſtenſum. de his, quæ fiunt à ma.par.ca.& probatur in c.poſt electionem. & in c.cũ ſuper. de conceſ.præben.& voluit gl.in c.non eſt. in verſ.allegat. de conſuetu.in 6.& gl.in l.ſi cuius appellatio. ff.de appel. reci. & in l.2.in gl.fi.C.quod me.cau.& voluit Alex. in cõſ.296.incip. diuini numinis.in 2.col.& in conſ.71. in 2.col.in 5.vol. quod incip. videretur in conſultatione, &c. de quo etiam dixi in l.qui falſum. in 6.colum.in princ. ff.de fal.Et facit etiam illud
174 vulgatum videlicet,quòd† non ſufficit dicere niſi illud quod dr̃ probetur,vt dixit gl.in l.1.ff.ſi qua.pau.fe.di.& glo.in l.2. de fer.& glo.in l.magis puto. in §. illud. ff.de re.eo.& glo.in l.ait prætor.ff.vi bo.rapt.& in l.1.ff.de incen.rui.nau. & gl.in c.ſup eo.extra de appel.& in clem.1.de reſtitu.in integ.de quo etiã dixi in l.qui falſam.in 5.col.in verſ. quinimò fortius. ff. de fal. item pro hac parte ꝙ in crimine enormi debeat ſeruari ſo-
175 lennitates, quæ ſeruantur in alijs criminibus, facit: † nam videmus ꝙ etiam in crimine lęſę maieſtatis,quod eſt enormiſſimum crimen,indicia debent præcedere torturam, ſicut in criminibus non enormibus.tex.eſt nota. & ibi gl.Cyn.Bal.& Salyc. in l.ſi quis alicui.C.ad legem Iul.maie.quod etiã voluit Ang.de Are.in tract.ſuo malefi.in verbo , *che hai tradito la toa patria.* in primis verbis. & Dom.Franc. Bru. in ſuo tracta. de indi.& tortu.in 9.char. in 1.col.poſt med.de quo etiam latius dixi in l.pen.in 5.q.in prin.ff.de quæſt.& in repe.mea.l.fi.C.de proba.in 77.char.& dixi etiam ſ.in §.conſtante.nu.2. Et ſic ex iſtis omnibus ſatis patet per iura & rationes ſuperius adductas,ꝙ in enormibus criminibus requiruntur indicia ſolẽnia & aliæ ſolennitates, quæ requiruntur in criminibus nõ enormibus.Et patet etiam,ꝙ illud quod ſ.dixi,ꝙ propter enormitatem delicti licitum eſt iura tranſgredi, habet locum in puniendo, quando cõſtat reum eſſe verum delinquentẽ, ſecus autem in procedẽdo, quia in proceſſu nondũ verè ſcitur an accuſatus vel inquiſitus ſit verus delinquẽs necne. Tene menti,quia non mentior, hæc conſideratio mea noua fecit aliàs mihi magnũ honorem in ciuitate Mediolani coram Capitaneo iuſtitiæ in quadã cauſa falſę monetæ, in qua oretenus allegaui & poſtea in ſcriptis conſului,vt voti compotem facerem illum Capitaneũ iuſtitiæ & eius vicarium , corã quibus agitabatur illa cauſa.Et circa illud,quod dixi ꝙ propter enormitatem delicti, licitum eſt iura tranſgredi, incidẽter teneas
176 menti,† ꝙ illud habet locum ſolum in maioribus magiſtratibus,ſed ſecus eſt in minoribus,vt ſunt Poteſtates & iudices terrarum,qui iurauerunt ſeruare ſtatuta, nam tales non poſſunt leges,ſtatuta,nec conſuetudines tranſgredi. ita dixit Bal. in auth.hodie.C.de iudi.quem refert & ſequitur Iaſ. in §. ex maleficijs.in 2.col.Inſti.de actio. vbi pro hoc dicto alle. Lud. Rom.in l.ſi verò.in §.de viro.in 46. fal.ff.ſol.matr.vbi dixit, ꝙ propter enormitatẽ delicti, non licet magiſtratui leges trãſgredi, ſed ꝙ imò tunc debet conſuli ſuperior,pro quo alleg. tex.quem dicit vnicum in iure,in l.diuus.la ij.ff.de fal.Et dicit Iaſ.vbi ſ.ꝙ iſtud dictum Lud.Roma.alibi non reperitur,licèt videatur ſibi ꝙ ille tex.hoc non probet. certè immo ille tex. optimè probat illud. ſed & illud quod dixit Bal. in d.authen. hodie.dixit etiam ipſe in authen.ſed nouo iure.circa 2.col.C. de ſer. fugiti. De quo etiam dixi in ſingu. meo 243. incip. tu ſcis illud &c. tene menti prædicta , quia in hoc multi iudices errant credentes ſibi licere tranſgredi leges, ſtatuta , & con-
177 ſuetudines,&c. Quæro modo vlterius,† an vnum indicium tantum ſufficiat ad torturam inferendam,an verò requirantur plura? In quo Bar.in l.maritus.de quæſt. dicit videri ꝙ plura indicia requirantur,quia leges de hoc loquentes loqui videntur in plurali numero , vt in l.prima, circa princip. ff. de quæſtionibus.ibi, alijs argumentis.& in l.vnius.§.primo,eod. titu. & in d. l.milites. eodem titulo . & facit l.ſicut. C. de fal. ſed quòd ſufficiat vnum indicium , facit glo. in d.l.maritus. quæ loquitur in ſingulari , dum dicit, ſed præcedente ſuſpitione, &c. & facit glo. in l.ſi quis. C. ad legem Iul. maie. Poſtea dicit Bart.quòd hoc,an ſufficiat unum indicium , uel requirantur plura ad hoc ut quis poſſit poni ad torturam , ꝙ hoc relinquitur arbitrio iudicis, ar.l.3. §.eidem quoque.ff.de teſt. nam ſecundum eum poſſunt eſſe quædam indicia generalia

neralia & remota, quæ non ſufficerent ſine alijs indicijs, & ponit exemplum ſi probatur ꝙ homo eſt male conditionis, nam hoc eſt indicium qualequale, vt in l.de minore.§.pen.ff. de quæſt.& dicit ipſe Bar.ſe putare,ꝙ tale indicium non ſuffi ciat ad torturam ſine alijs indicijs, ſed ſi eſſet tale indicium vnitum cum alio indicio,vtputa quia eſt homo male conditionis & conuerſabatur in domo illa,vbi factum fuit tale ma leficium,tunc iſta duo generant ſuſpitionem,vt hr̃ in l.domini horreorum.ff.loca.ſed ſi eſſet vnum indicium non remotum,ſed propinquum tangens negotium,de quo quæritur, vt puta vnus bonus teſtis de viſu,vel confeſſio extra iudiciū, vel eſt res reperta apud eum,tunc dicit Bart. ꝙ tale indicium ſolum erit ſufficiens ad torturam.& ita dicit ſe intelligere gl. in d.l.maritus. & in d.l.ſi quis. C. ad leg.Iul. maieſt.ita reſidet Bar.circa hoc dubium in d.l.maritus.Sed tu vltra Bar. vide de hoc articulo D.Pari.de Puteo in tract. ſuo ſynd. in 103. char. in vlt. col. vbi inter cætera adducit Azo. in ſumma de quæſt. dicentem ꝙ licèt dicatur ꝙ vnus teſtis inducit præſumptionem per l.Theopompus. ff.de dote præleg. tamen ſi talis teſtis eſt de veritate,ſufficit ad torturam,& iura loquentia ꝙ requiratur pluralitas indiciorum ad ponendum aliquē ad torturam,non habent locum, quando extat vnus teſtis de veritate delicti.Item ſubdit D.Paris vbi ſuprà,ꝙ tamen in hoc,an vnum indicium vel plura indicia requirantur ad hoc vt reus poſſit poni ad torturam,ꝙ relinquitur arbitrio iudicis.ad qđ alleg.Bar.in d.l.maritus.& in l.fi.ff.de quæſt.& alios etiā alleg. de quibus ibi per eum. Et idem dixit ipſe Do. Paris in d.ſuo tract.in 105.char. in 1.col. verſ. ad torturam inferendam. vbi etiam alia plura dicit, de quo etiam ego latius dixi in d.l.fin. ff.de quæſt.in 1.& 2.col.ad quem etiam vide D.Pari. in d.ſuo tract.in 94.char.in vlt.col.& ibi in 96 char.in 1.col. in verſic.ſi quis eſt inuentus,&c. circa fi.& vide etiam Io. And. in addi. Spec.in tit.de præſum.in §.ſpecies. in addi.incip.hic eſt inſtandum,&c.circa med.addi.& Iac.de Bel.in Auth.de exhi.reis.in §.ſi verò etiam.quem refert Io.de Imo.in l fi.in pen.col.ff.de hær.inſti. & Iaſ.in repe. l.admonendi. in 62. col.ff.de iureiur. Et vide omnino s̃.in hoc § nu.5.& nu. 11.& D.Pet.Phil.Cor. in conſ.58.inci.viſa inquiſitione.in 3.col.in prin. in 2. volum.

178 Quæro vlterius, † an tacita confeſſio, quæ fit per pacem ſequutam,faciat indicium ad torturam de delicto, in quo fuit facta pax? In quo D.Fran.Bru.in tract.ſuo de indicijs & tortura.in 4.char.in 2.col. in verſ.quæro, quid de confeſſione tacita &c.dicit ꝙ per talem pacem plenè probatur delictum,per ea quæ habentur per Bar.& Bal.in l.tranſigere.C.de traſac. & ꝑ Bal.in c.1.§.iniuria.de pace iura.fir. & dicit,ꝙ de hoc vr̃ text. in l.qm̃.C.de infami.poſtea dicit ꝙ Bal.in d.l.qm̃. & in l.furti. in §.pactus.eo.tit.dicit, ꝙ faciens pacem nunquam intelligitur confiteri delictum quò ad condemnationem.item alle. Archid. in c. in omnibus. 2.q.4.vbi dicit, ꝙ licèt paciſcens videatur fateri crimen,vt in d.l.quoniam.tamen iſtud eſt verū, ſi aliquo dato paciſcitur, ſecus eſt ſi gratis, vt d. §. pactus. Poſtea quęrit ipſe D.Fran.Bru.vbi s̃.quomodo fieri poterit pax vt per eam non videatur quis fateri delictum.ad quod alleg. Tancre.de Corneto in ſua cōpendioſa dicentem, ꝙ fiat hoc modo videlicet, ꝙ dicat, & hæc facit vt euitet ſumptus litis, non ꝙ commiſerit crimen,de quo facit pacem.alle.d.l.furti. §.pactus.item dicit ꝙ poteſt fieri alio modo videlicet, quòd is qui iniuriam vel damnum paſſus eſt,remittat per pactum omne damnum & omnem iniuriam,quod cōſtaret vel conſtare poſſet ſibi ab aliquo illatum quacunq; de cauſa,vel iniuriatus faciat pacem cum iniuriante & ei remittat iniuriam, quam conſtat vel cōſtare poſſet illū ſibi intuliſſe,quia ex hoc nihil vr̃ fateri. poſtea dicit ꝙ alij dicunt generalius, ꝙ Notarius debet dicere in inſtrumento,tales fecerunt pacē & concordiam de omnibus iniurijs,vulneribus & offenſis, quæ dicūtur per dictos ſe inuicem feciſſe & inuicem intuliſſe,nam tunc non vr̃ fateri.ita reſidet Do.Fran. Bru.in d.ſuo tract.Tu autē vltra D.Fran.Bru.vbi ſupra,vide D.Catal.in ſuo tra.ſynd. in verſ.625.incip.adde,an producens. vbi dicit, ꝙ producens inſtrumentum pacis, videtur confiteri delictum, ſi talis pax fuit facta gratis, quia tunc non vr̃ confiteri delictum. & alle. d.l.quoniam.ff.de infa.& Bal.in d.l.furti.in §.pactus.eo.titu.& alleg.etiam Arch.in c.omnibus.2.q.4. Et ſubdit Do.Cata.vbi

179 ſupra,in verſ.ibi ſeq. ꝙ † qui remittit iniuriam per pecuniā, eſt infamis.alle.gl.23.q.4.c.ſi illic.quod etiam no.Bart.ſ̃m eū, in l.athletas.in §.ſi quis.ff.de infa.& vide circa hanc materiam Bal.in c.1.in §.ſeu furtum.in 5.col. verſ.item quæſiuit Io.Mona.de pace iura.firman. Prædictis etiam adde ꝙ qui petit ve-

180 niam,† non vr̃ fateri delictum, ſ̃m glo. in c.exhibita.in verbo, veniam poſtulauit. de homic. quod etiam voluit Ludo. Roma. per illam glo. in l.1.in princ. per illam glo.ff.de noui. oper. nun. & Domi.Bartho. Cępo. in conſilio ſuo 21. incip. ego Bartho.in 6.col & vide Pau.de Caſt. in conſ.119.inci.notandum,&c. circa finem,& Dom. Fely.in c.teſtimonium. in 9.col.verſ.& aduerte extra de teſti. vbi allegat plures Doct.in pluribus locis loquentes circa hanc materiā. Quæro vlterius de dubio ſæpiſſimè occurrenti, quod ego ſæpe audiui de

181 facto videlicet, an † diuinatio ſeu incantationes faciant indicium ad torturam? Quam quæſtionem ponit D.Franc. Bru.in tract.ſuo de indicijs & tor.in 5.char. in 1.col.in princ. vbi dicit,ꝙ quandoque aliquis incantator conſultus dicit, ꝙ Titius cōmiſit tale furtum vel aliud delictum , an ex hoc poterit quis poni ad torturam.& dicit ꝙ ipſe vidit fieri incantationem in quadam fiala, vel cum ſorbice & cribro , & dicit quòd talia non faciunt indicium ad torturam, quia talibus non eſt adhibenda fides, vt l.item apud Labeonem.§.ſi quis aſtrologus. vbi hoc tenet Ang. ff.de iniur.& facit.l.verum.C. de infam.Dicit poſtea ꝙ Bald.in quodam ſuo conſ.incipien. in Dei nomine amen, quia quæſtio iſta de tortura;&c. dicit quòd licèt ars maleficiorum ſit reprobata , vt l. nemo. C. de malefic.& mathe.tamen quandoq; permittitur ꝙ maleficiū tollatur per aliud maleficium ſi alio modo nō poteſt quàm per incantationem etiam demonum,vt dicit notari in ſumma Confeſſorum per magiſtrum Io.de Ripa, ſub rub.de impedimento ligaminis , tamen animus non debet recedere à Deo,quicquid ore proferatur,ſ̃m opin.multorum Theologorum.nam licitum eſt aliquando de aqua turbida bibere , vbi fluminis ſtagnantis aqua deficit : medicinæ enim omnes ſumuntur non ratione delectationis quia ſunt aridæ , ſed ſolum ratione ſanitatis recuperandæ, retinendæ, vel adipiſcendæ,ſicut arte & natura manifeſtum eſt , ſæpe vulnus vulneri additur,vt vtrunque curetur . ita ſ̃m eum dicit Bald. in d.ſuo conſ.Ex quibus vr̃,ſ̃m D.Fran vbi ſupra, ꝙ quamuis ars diuinandi ſit reprobata,tamen vbi magnum ex delicto immineret ſcandalum , fortè nec Deo nec hominibus reprehēſibilis videretur,dummodo animus à Deo non recedat. non dico quòd ad torturam procederetur,ſed ad inquiſitionem.nam ſi diuinator aliquem inculpat, poterit iudex pro illo mittere & videre,qua conſtantia, quo rubore,& quo pallore loquatur,& ex hoc ſumere indicium veritatis, vt in l de minore.§. tormenta.ff.de quæſt.ita reſidet D.Franc.Bru.in d.ſuo tracta. Ego autem circa hanc materiam dico vnum,quod teneo firmiter,ꝙ talis diuinatio nō faciat indicium ad torturam , ſed ad inquirēdum, vt dixit D.Fran. cum ex iſtis diuinationibus, & incantamentis ſæpe animus hominis inclinatur & inducitur ad credendum aliquid eſſe vel non eſſe . Et memini me aliàs tempore iuuentutis meæ vidiſſe rem mirabilem & ſtupendam , dum eram Gubernator ciuitatis Albinghanæ, in partibus Ianuenſium,vltra Sauonam per 30.miliaria. Nam fuerat mortuus quidam homo nocturno tēpore & neſciebatur à quo , attamen multi erant ſuſpecti de morte ſua, & quidā homo ſenex dixit mihi,Domine Gubernator ſi vultis ſcire veritatem huius homicidij , faciatis coram vobis portare cadauer illius mortui, poſtea faciatis vocare illos qui ſunt ſuſpecti de illo homicidio,& veniant vnus poſt alium vbi eſt illud cadauer,tunc cum ſuperuenerit verus homicida,vulnera illius cadaueris fluent ſanguinem de nouo,& ſic habebitis certitudinē illius homicidij, quo audito feci portare coram me illud cadauer & feci vocari illos ſuſpectos de illo homicidio de vno in vnum,& cum ſuperuenit verus homicida,vulnera illius cadaueris incœperunt effluere,& emittere ſanguinem.de quo ſummè fui admiratus , attamen nihil dixi , non præſtans fidē tali rei,quæ nullibi ꝓbatur,attamen ex poſt per plures dies reperta ſunt indicia ſufficientia ad torturā ꝯ illum verum reū quem capi feci, qui habita copia indiciorū abſq; tortura cōfeſſus fuit ſe occidiſſe illū hominē, & poſtea eum condemnaui ſ̃m formam iuris & ſtatutorum illius ciuitatis.

182 Quæri ēt poteſt,† an in cauſis criminalib. poſſint teſtes cogi teſtificari? In quo remitto me ad dicta per Do.Franc.Bru.in tract.ſuo de indicijs & tortu.in 2.char.in 1.col. vbi etiam ponit,quæ perſonæ cogi poſſint. Quæro poſtremò,an ſi iudex ſine indicijs, vel cum indicijs minus legitimis poſuit reū ad torturā,qui reus confeſſus eſt delictū, quo caſu talis cōfeſſio eſt nulla etiam ſi ſit ratificata,vt hr̃ in l.pen. ff.de quæſt. & ibi

183 latè dixi,an ſi poſtea ſuperueniant indicia ſufficiētia,† confirment torturā præcedentē indebitè factā, & cōfeſſionē ex ea extortā? In quo Bal. formās iſtā q.in l.fi. C.de accuſa.tenet ꝙ nō.& hoc dicit ꝓcedere, qa fuit ordo peruerſus, vt patet ibi in gl.& dicit ꝙ hoc ēt tenuit gl.expreſsè in l.maritus.in 2.lect. ff.de quæſt. quod dicit eſſe notan.Tu vltra Bal.dicas,ꝙ idē tenent Doc.per gl.ibi in l.pe.ff.de queſt.& in l.q in aliena. §.Celſus.ff.de acq.hære.& Do.Catal. in ſuo tract.ſyndi.in verſ.165. inci. adde quod diximus. de quo etiam dixi in repe.l.fi.in 32. char.ante fi.C.de prob. Pro qua doc.Bal.& ſequaciū poſſunt

aliqua in ſimili adduci. Et primò adduci poteſt dictum Bal.
184 in l.ſi vxor.C.de condi.inſer. vbi dixit ꝙ licèt filiusfa. † poſſit
donare cauſa mortis cum conſenſu patris,vt l.tam is.§.1.ff.de
dona.cauſa mor.tamē ſi filiusfa.donat cauſa mortis ſine con
ſenſu patris,licèt poſtea pater ratificet,non tamen valebit ta-
lis donatio,quod dictū refert & ſequitur D.Franc.de Are.in
no.conſ.ſuo 70.incip.donatio.Et dixit Bal.in c.cum conſue-
tudinis.in 2.col.de conſuetu.quod pater non poteſt autora-
ri filio donanti cauſa mortis poſt donationem factam,etiã ſi
donaret fratri in eadem poteſtate conſtituto.pro quo faciũt
dicta per Bal.in c.quoties.de pac.& dicta per Old.in conſ.ſuo
306.incip.quamuis pater,&c. in 1.col.& dicta latius per Iaco.
de Bel.in conſ.ſuo incip.Cicolus Petri &c. quod conſiliũ eſt
inter conſilia Bal. in 6.vol. nu.57. & faciunt dicta per Bald.in
conſ.84.incip.verba libelli,&c. in fi.2.col.in 1.vol.& in conſi.
166. incip. caſus talis eſt, &c. in 3. vol. Et facit etiam dictum
Bal.in l.1.in antepe.col.verſ.extra quæritur.C.qui admitti.vbi
185 dixit,ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ mulier non † poſſit contrahere ſine
conſenſu propinquorum alias non valeat ɔ̃ctus, ꝙ ſi mulier
contrahit ſine conſenſu propinquorum,licèt poſtea propin
qui conſentiant,tamen non valebit ɔ̃ctus,quod dictũ refert,
& ſequitur Barba.in repe.rub. de fide inſtru.in 13.char.in vlt.
col.& in c.cauſam matrimonij.in vlt.char.in 1.col. de officio
deleg.& in c.cum in iure.in 27.col.eo. tit.pro quibus facit gl.
in l.ſi filius.C.de peti. hæred. Et idem in ſimili dixit Do.Alex.
in conſ.ſuo 170.incip. viſo proceſſu. in vlt. col. pro quo alle-
gat l.ſi filius.& l.eius, qui.in princ. ff.de teſta. & l.ſi minor.ff.ſi
ſeruus expor.& c.1.de deſpon.impub. lib.6.& no.per Bald.in
c.fi.de cap.mona.& per Dyn. in regula, non firmatur.de reg.
iur.in 6.Et facit quod no.dixit Bal.in titu.de pace Conſtan.in
186 verbo,ſententiæ.vbi dixit quòd laudum † latum non præce-
dente compromiſſo , non poteſt ratificari per partes , quod
etiam vr̄ de mente Salyc.in l.ſocietatem. in §.arbitrorum. in
15.q.ff.pro ſocio.& D.Ant.in c.Quintauallis.vltra med.de iu-
reiur.quod etiam voluit Pet.de Anchar. in c.canonum ſtatu
ta.in 14.quæſt.princ.11.col.de conſti.& idem tenet Lud.Ro.
in l.1.in fi.ff.de ferijs.vbi refert Bal. in d. §.ſententiæ quoq;. &
idem voluit Ioan.de Imo.in conſ.ſuo 106.inci. in cauſa quæ
vertitur & verſa eſt inter Chriſtophorũ &c. & pro illo dicto
Bal.eſt bonus tex.quem ipſe allegat in d.§.ſententię quoq;.in
c.examinata.de confir. vtili vel inutili.vbi dicitur, ꝙ non po-
teſt emologari laudum , ſuper quo non præceſſit compro-
miſſum.Et idem voluit Lud.Rom.in conſ.ſuo 155.inci.præ-
miſſum laudum.vbi conſuluit ſuper hoc. & dixit nõ refraga-
ri ſequens ratificatio,ſeu emologatio laudi, quando nõ præ-
ceſſit compromiſſum.& allegat d.c.examinata.& Bal.in d.§.
ſententiæ quoq;. & idem dixit ipſe Ludo. Rom. in conſ.ſuo
173.in fi.& Bald.in conſ.108.incip.cum plures, &c. quod ta-
men an ſit verum ſemper & indiſtinctè,non examino nunc,
cũ non ſit materia noſtra.ideo me remitto ad dicta ꝑ Doct.
in dictis locis,& ad Io.de Imo.in c.niſi eſſent.in 2.col.de præ-
ben.& ad Bald. in c.cum dilecta.de reſcri.& dicta per Bald.in
187 l.fi.in fi.C.de contrahen.emp. vbi dicit etiam,ꝙ † laudũ non
poteſt ratificari à partibus antequàm feratur.quod dicit vo-
luiſſe Dy.in conſ.ſuo incip. Ptolomęus, &c. quod tamen li-
mita vt ibi per eum.de qua materia vide etiam Lud.Rom.in
d.conſ.24.in fi.1.col.& Pet.de Anch.in conſ.254.inci.videtur
prima facie dicendum.in fi.& Io. de Imo.poſt Ang.in l.ſcien
dum.circa fi.ff.de verb.obli.& Ang.in conſ.ſuo 195.inci.prò
concluſione prædictorum.& D.Anto.in c.dilecti.de arbi. &
Abb.in d.c.examinata.& Bal.in l.cum antea.in 1.colum.C.de
arbi.& Pet.de Anch.in conſ. ſuo 120. incip.vnus ex procura-
toribus.Itē vltra prædicta pro hac parte, ꝙ habilitas ſuperue-
niens non validet actum à prin.nullum,facit glo.ſing.iuncta
tex.in l.pen.ff.de quæſt.quæ dixit quòd confeſſio facta in tor
mentis legitimis indicijs non præcedentibus non valet,dato
quòd poſtea ſuperueniãt indicia,& dato etiam ꝙ ratificetur.
de qua glo.plura dixi d.l.pen.& in repetitione mea l.fin.C.de
probat.in 22.char.poſt med.Item vltra prædicta pro hac par-
te, ꝙ habilitas ſuperueniens non validet actum à principio
nullum, facit tex. in l.obligari. in §.tutor. ff.de aucto.tuto. &
tex.in §.tutor.Inſti.eo.tit. in quibus iuribus dr̄ ꝙ ſi auctoritas
tutoris dēt interuenire in ipſa celebratione actus, aliàs actus
debet eſſe nullus,ꝙ talis actus etiam non conualidatur, ſi fa-
ctus ſit ſine illa ſolennitate, ſeu auctoritate , licèt poſtea talis
auctoritas interueniat. Pro quibus etiã faciũt dicta per Lud.
Rom.in conſ.ſuo 59.incip.circa propoſitam cõſultationem.
circa pen.col. vbi ad hoc ꝙ habilitas ſuperueniens nõ validet
actum à principio inualidum ꝑꝑ aliquam inhabilitatem, al-
legat plura.& primò tex.in l.ſi quis in ſenatorio.& l.ſi quis tu
tor. verſ. quid ergo. & l.eos. ff. de ritu nupt.& l.1.C.ſi rector
prouinciæ. & l.& ſi contra. C. de nup. & c.1. §.nec matrimo-
nium.de deſponſa.impub.in 6.in quib.iuribus patet,ꝙ ſi ma-
trimoniũ, vel ſponſalia ſunt nulla,qa inter inhabiles ɔ̃cta ꝑꝑ
defectum ętatis vel propter aliam inhabilitatem legalem,ea
inhabilitate ceſſante , vt quia ſuperueniat legitima ętas ipſo
iure non reconualeſcent.item allegat etiam Ludo. Rom. in
d.conſ.ad hãc materiam.l.1.C.de ɔ̃ctib. iudi.& l.fi.C.ſi maior
fac.vbi dr̄,ꝙ alienatio facta illi,qui prçeſt alicui loco pro iure
reddendo, non reconualeſcit ceſſante inhabilitate. ad idē al-
leg.l.minor.ff.de ſer.expor.in verbo,nullius momenti,&c. &
c.ſi eo tempore. de reſcrip.in 6. vbi hr̄ ꝙ conceſſio facta per
Principem nulliter eo quia inhabili ꝑꝑ defectum ętatis non
reconualeſcit ex hoc ſolo ꝙ ſuperueniat legitima ętas.& alia
plura ad hoc propoſitum adducit Lud.Rom. in d.conſ. Sed
ego vltra eũ adduco no.verbum Bar.in l.eum qui.alias incip.
Paulus.ff.de ſtatu ho.vbi dicit, ꝙ ſi ɔ̃ctum eſt matrimonium
188 in gradu prohibito, † licèt ſuperueniat diſpenſatio , tamen
filij ante nati non erunt legitimi. & idem tenet Bal. in c.1.§.
naturales. in vlt. col. ſi de feu.fue. contro.inter dominum &
agna.& dicit ꝙ Cyn.in d.l.Paulus.refert ꝙ iſta quęſtio fuit de
facto in quodam de Vbaldis.& idem clarius dixit Bal.in l.& ſi
contra. C. de nupt.in verſ.nota ergo, &c. & Bal.in l.ex libera.
C.de ſuis & legi.vide tamen quæ dixi inf. in §. ſecunda quæſt.
nu.51. Et facit quod voluit Io.And. in additio.Spec.in tit.de
189 teſte.in §.1.in 2. addit. vbi dicit, ꝙ ſi inimicus † recipiatur de
facto in teſtem contra inimicum,licèt poſtea ſuperueniat re
conciliatio inter eos, nõ tamen reconualeſcit teſtimonium
ſuum.& alleg.glo.in Auth. de teſte. in §.ſi verò quis dicat. in
verbo, non adſit . Et faciunt etiam dicta per Pau. de Caſt.in
conſ.322.incip.ſuper primo vr̄,&c. vbi dicit,ꝙ ſententia nul-
la ratione defectus probationum,non reconualeſcit ex atte-
ſtationibus poſtea receptis.Pro quibus etiã faciunt,quæ ego
dixi in l.iuriſiurandi.in 2.char. C. de teſti.& quæ latius dixi in
l.pe.in 6.7.& 8.col.ff.de quæſt.vbi omnino videas.& in repet.
mea.l.fi.C.de prob.in 32.char.& in conſ.meo 25. incip. con-
fundantur omnes, qui te derelinquunt Domine &c. in 2.&
3.char.& Pet.de Ancha.in conſ.338. incip. de efficacia &c. in
fi.tene mēti prędicta in materia præſentis dubitationis, quia
verè ſunt notab. Quæro modo vlterius, pone aliqua ſunt in-
dicia cõtra reum, ꝙ commiſit maleficium , aliqua verò ſunt
pro reo,ꝙ nõ commiſit maleficium , an vigore indiciorum
190 exiſtētium ɔ̃ eum † poterit poni ad torturam ? In quo dicas
ꝙ nõ.& hoc duplici ratione. Primò quia ſemper in obſcuris
debemus inclinare in benigniorē partem. l.ſemper in obſcu
ris.ff.de reg.iur.l.factum cuiq;.§.fi.eo. tit. regula,in pœnis. de
reg.iur.in 6.c.eos verò.l.diſtinctio. l.meritò.ff.pro ſocio.l.Ar-
rianus.ff.de actio. & oblig. Et vbi poteſt capi duplex intelle-
ctus,ſemper debet capi intellectus,per quem quis non cadat
in delictum,vt latiſſimè dixi ego adducēdo multas,& quàm-
plures doctrinas in repetitione mea.l.fi. C. de prob.in l.char.
& hr̄ per Franc.Curt.in conſ. ſuo 70. incip. circa primum. in
3.col.pro quibus optimè faciunt,quæ ego dixi in l.vnius fa ci-
noris.in §.in ea cauſa.in verſ.item pro prædicta regula &c. ff.
de quæſt.vbi plura nota.adduxi facientia ad materiam iſtam.
Pro quibus facit quod dixit Bal.in c.duobus. in 1.col. verſ. ꝙ
191 ſi iudices.de re iudi.vbi dixit, † ꝙ in teſtibus parti minori di-
ſcordantibus,præualet benignior pars. Secũda ratio eſt, quia
192 † vnum indicium tollit aliud, ſm Alex.in conſ.ſuo 77.incip.
in cauſa accuſationis.in vlt.col. in 1.volu. & vna præſumptio
193 † tollit aliam.l.diuus.ff.de in integ. reſtitu. c.accedens.de cri-
mine fal.& ibi glo.c.tuam.de ſponſalib. & ibi glo. voluit Bal.
in l.Pacumeuius.ff.de hæred.inſtit.& Ioan. de Ana.in cõſilio
ſuo 19.incip. viſis inſtrumentis. in 3.colum. Alex.in conſilio
103.incipiente,videtur.in 7.col.in 1.volu. & Cyn. in l.ſi cum
dotem.§.tranſgrediamur.ff.ſoluto matrimo. & Specu.in tit.
de expenſis. §. 4. verſicu. in hoc &c. circa med.Docto. in l.ſi
qui adulteri.C.de adulter.& in l.ſiue poſſidetis. C. de probat.
& habetur in l.mater.& ibi Ange.& Salyc.C.de calumnia. Et
194 idem dicimus in coniecturis, † quia vna coniectura tollit
aliam, ſecundum Bal.in conſilio 302.incip.proponitur. ante
fi.in 2.volum.& Fulg.in conſ.173. incip. in cauſa.& Angel.in
l.iniuriarum.in §.ſi quis de honore.ff.de iniur. Et idem dici-
195 mus in duobus veriſimilibus, † nam magis veriſimile tollit
minus veriſimile,ſecundum Bald.in l.fi.in ſecunda opp.C.de
hæred.inſti. Et maior veriſimilitudo tollit minorem, ſecun-
dum Bal.in l.ſiue poſſidetis. C. de probat. quem refert, & ſe-
quitur Iaſ.in l.ſi extraneus.in 2.colum. ff.de condi.cauſa data,
cauſa non ſequuta.Et circa hanc materiam quòd vnum indi
cium tollit aliud,teneas perpetuò menti,quòd iſtud eſt adeò
verum,ꝙ ſi contra reum adeſt vnum indicium maleficij,ſed
196 pro reo ſit ꝓbata bona fama , quòd hoc caſu ipſe reus † non
poterit torqueri vigore illius indicij, quod habet cõtra ſe,ita
not.dixit Bald.in l.fi.C.de proba.in vlt.colum.quem refert,&

ſequitur

ſequitur Dom. Alex.in l.fin.in 3.apoſtil.ff.de quæſtio. vbi di-
cit,quòd illud, quod dicitur, quòd quando contra reum eſt
aliquod indicium,ꝙ ex hoc ipſe reus poteſt torqueri: eſt ve-
rum & habet locũ quando talis reus eſt vilis perſona,& abie-
cta,ſecus autem vbi eſſet vir grauis, bonæ vitæ, conditionis,
& famæ:quia tunc non poterit torqueri, quoniam qualitas
præcedentis vitæ elidit huiuſmodi indicium, per l.non om-
nis.§.a Barbaris.ff.de re milit.& ca. cum in iuuentute.de præ-
ſumpt. quod dixit Alex. vbi ſupra eſſe not. & idem dixit ipſe
Alex.in conſilio ſuo 313.inc.viſo themate ante ſcripto. in pe
nul.colum.Et idem dixit Bald.in l.ea quidem.in antepe.colu.
ver.item quæro,an infamatus.C.de accuſa. vbi etiam reſpon
det ad cõtraria.& dicit ibi,quòd idem tenuit Gandi. licet nõ
dicat in quo loco.Et idem tenuit Bart.in l.3.in §.ſed ſi ex im-
prouiſo.ff.de re mili.& Alex.in d.l.fi.ff.de quæſt.in pe. apoſtil.
Et idem etiam tenuit Alex.in conſi.ſuo 237.incipien.ponde
ratis narratis in themate.in vlt.colum. vbi allegat Bald. in di-
ctis locis. Et idem tenuit Catal. in ſuo tractatu ſyndi. in verſi.
542.incip.adde,quia ſæpe &c.ante fi.dicti verbi.& Rapha. Cu
ma.in conſilio ſuo 135.incipiente,ad primum &c.in 2.colu.
in verſ.amplius dixit Bal.&c.vbi allegat Bal. in d.l.ea quidem.
in dicto verſi.quæro,an infamatus &c.Et idem tenuit Dom.
Pet.Philip.Corn.in conſ.ſuo 58.incipiente,viſa inquiſitione.
in 4.colum.2.volu.& Domi.Barth.Cæpol.in conſilio ſuo 40.
incipien.Lucius,&c.in 9.col.Et hanc partem etiam firmauit
Angel.in l.milites. C.de quæſt.quem refert,& ſequitur Alex.
in d.l.fi.ff.de quæſt.in 4.& in pe.apoſtil.Et hanc partem etiam
firmat Dom.Philip.Decius in conſ.ſuo 189.incipien. lætatus
ſum,&c.in pen.colum.in fi. ubi etiam adducit Bal. in l.1.in fi.
197 C.loca.vbi concludit, † ꝙ præſumptio delicti tollitur ex pro
batione bonæ famæ,ad quæ vide etiam Pet. de Ancha.in ca.
canonum ſtatuta.in 107.col.verſi.ſubiicio ſimilem quæſtio-
nem,de conſtit.quæ omnia ſunt notanda: quia multi eſſent,
qui dicerent contrarium. Nam quando ſpecialiter ſunt exa-
minati teſtes ſuper mala fama alicuius,tunc tales teſtes præfe
runtur teſtibus deponentibus in genere de bona fama.ita di
xit Ludo.Rom.in conſilio ſuo 167.incipiente,Antonius ac-
cuſatus.in fi.verbis.vbi allegat hoc voluiſſe Innocen.in ca. in-
quiſitionis.& in c.cum oporteat.de accuſ.Pro quo etiam fa-
ciunt dicta per Innocen.in c.auditis.de præſump. vbi dixit,ꝙ
198 probationes † in ſpecie præferuntur probationibus in gene
re,quod dictum refert, & ſequitur Domi. Alex.in conſil.ſuo
77.incip.in cauſa accuſationis.in princip.4.col.in 1.volum.&
ibi etiam ſubdit, ꝙ pro hoc facit, quod uoluit Bald. in l.ſiue
poſſidetis.in 2.colum.C.de proba.vbi dixit,ꝙ præſumptio in
ſpecie tollit præſumptionem in genere.Et facit regula,gene
ri per ſpeciem derogatur. de reg.iur.in 6. de quo per Domi.
Franc.de Curte,in conſilio ſuo 56.incip.ſuper proceſſu, &c.
in 7.colum. Item illud dictum Innocen.in d.c.auditis.de præ
ſcrip.refert,& ſequitur Alex.in conſi.ſuo 148.incip.excellen-
tiſſime Domine,&c.in 1.colum.in 2.vol. vbi etiam refert Ni
co.de Neapo.in l.turpia.in princi.ff.de leg.1. dicentem,quòd
199 † magis creditur duobus teſtibus in ſpecie deponentibus, ꝙ̃
pluribus deponentibus in genere.alle.quod no.per Innoc.in
dicto cap. auditis. de quibus omnibus dixi in l.de minore.in
§.plurium.in 18.colũ.in principio.ff.de quæſtionibus. vbi ſe-
quutus ſum hanc partem.Sed nunc diligentius,& accuratius
cogitans circa prædicta inclino in aliam partem tanquam be
nigniorem. Et hoc primò per regulam, ſemper in obſcuris.
& per alia, quæ ſupra adduxi. Secundo propter autoritatem
tantorum patrum contrarium tenentium, quos ſupra retu-
li. Pro qua parte,& opinio.faciunt optimè,quæ ego dixi in l.
falſam.in princ.in 15.colum.ff.de fal. & ſupra in hoc §.nu.96.
& 97.Quæ omnia teneas menti, quia ſæpe conferunt hono-
rem,& maximã vtilitatem. Vlterius dico, ꝙ omnia ſuperius
dicta continent materiam indiciorum exiſtentium contra
reos:quia aliqua etiam ſunt indicia,quæ faciũt pro ipſis reis.
ideo mihi videtur de talibus indiciis facientibus pro reis ali-
qua dicere,& in medium afferre,ideo ſcias,quòd exculpatio
200 † offenſi eſt magnæ importantiæ,& multum prodeſt reo in
quiſito,vel accuſato.Nam ſi aliquis fuit accuſatus,vel inquiſi
tus de vulnere illato in perſonam Titij, ſi ipſe Titius dicit, ꝙ
non fuit vulneratus ab illo inquiſito,vel accuſato,& eum ex
culpat, non poterit torqueri ex indicijs exiſtentibus contra
eum,quia habet indicium innocentiæ pro ſe. ita ſingul.dixit
Bal.in l.1.in vlt.colum.in ver.pone teſtator.C.communia de
leg.alleg.l.Paulus.§.1.ff.de bo.lib.quam doctrinam refert, &
ſequitur Do. Alex. in conſilio ſuo 24. incip.animaduerſis. in
6.col.in 2.volum.& in conſi.237.incip.ponderatis narratis in
themate.circa prin.& in conſil.224.incip.viſo proceſſu. in 2.
char.in vlt.colum.& idem firmat Bald.met in margarita ſua.
in ver.maleficium. in 1.ver.& Bald.in reperto. ſuo.in verbo.
vulnus.in 1.ver.& Do.Feli.in c.1.circa fi.de præſumpt.& in c.
liter.in 5.col.eod.tit. & Gandi.in tractatu ſuo maleficiorum.
ſub rubr.de tranſact.& pac.in malefici.in 6.colum.in vlt.verſ.
incip.ſed pone,ꝙ quidam mortiferè vulneratus,&c. & illam
doctrinam Bal. etiam refert, & ſequitur Alex. in l. ſi quis in
graui.in §.ſi quis moriens.ff.ad Sylla.& in conſilio ſuo 124.in
cip.quoniam abundè &c.ad fin.in 6.volu.& in conſi.30. inci.
ex allegatis &c.in vlt.col.in 7.vol.de quo etiam per Iaſ. in l.1.
in 2.col.ff.de eo,per quem fac.erit. & per eundem in d.l.1.in
fi. C.communia de leg.de quo dixi ego etiam in ſingu. meo
23. incip. confeſſio offenſi, &c. Item aliud eſt indicium pro
201 reo, quod indicium eſt tarditas accuſandi. † Nam ſi accuſa-
tor multum ſtetit ad accuſandum, eius accuſatio poſtea red
ditur ſuſpecta,ſecundum Bal.in conſi.ſuo 37.incipien. quidã
tabellio.in fi.in 1.volu.pro quo facit text.in ca.1.in ver.quia ſi
proclamare voluit,cur tam diu tacuit,&c. de frigi. & malefi.
ad quæ vide etiam Iaſ.in §.fuerat.in 5.col.Inſti.de actio. & in
in l.1.in 6.colu.ver.item pro extenſione &c.C.qui admit.pro
quibus etiam faciunt dicta per Alex.in conſi.115. inci.viſa.in
202 1.colu.ad fi.in 7.vol. Et facit etiam. † Nam violentia per lap-
ſum longi temporis præſumitur conuerſa in conſenſum,ſe-
cundum Spec.in tit.de præſumptio.in §.ſpecies.in ver.neceſ-
ſaria.Et pro iſtis faciunt optimè dicta per me in ſingul. meo
288.inci.tolle moras,&c.vbi videas. Et facit etiam: Nam ille
qui differt producere inſtrumentum ſolutionis, vel alterius
203 tenoris releuans eum a petitis, † non debet audiri illud pro
ducendo niſi refectis expenſis, quib. ſua tarditate vexauit ad-
uerſarium.ita dixit Bal.in c.exceptionem.in princ. de except.
quem refert Do.Feli.in c.ad audientiam.el 2.in 12.colum.de
reſcri.& in c.de cætero.in 4.col.de re iudi.pro quo alleg.c.ſu-
ſcitata.& ibi Abb.in 3.no.de in integ.reſtitu. Et pro hoc facit
optimè not.dictum Aegi.de Bellame.in deciſio.ſua 226.inci.
in cauſa,&c.vbi dicit:clericus, qui permiſit ſe condemnare a
iudice laico, & committere executionẽ, & poſtea allegauit
priuilegium clericale cum eſſet clericus,ꝙ debet condemna
ri in expenſis,quibus fatigauit actorem tardando opponere
dictam exceptionem, quod dictum refert, & ſequitur Do.
Feli.in c.exceptionem.in prin. de excep. & idem dixit Gemi.
in c.1.in 6.colum. in prin. de reſcrip. in 6. de quo plenius dixi
in l.patre,vel marito.in 16.col.ff.de quæſtio.vbi videas. & vi-
de etiam in materia Alex.in l.edita.in 4.col.ver.teneo opinio
nem.C.de eden.& Ioan.And.in additio.Spec.in tit. de requi
ren.conſi.§.inſuper.verſic.tu autem.& Ange.in conſ 136. in-
cipiente,in quæſtione vertente.& Alex.in conſilio 62. incip.
viſa facti narratione,&c.in 2.colum. in fi. in 2.volum. & Do-
minus Feli.in c.inter monaſterium.in 8.col.de re iudicata.&
in c.nullus.circa fin.de præſumptio.& Abb.in ca. ſuſcitata. in
penultima colum.de reſtitutione in integrum.& in c.ex par
te.el 2.poſt princip.de offic.deleg.& in c.ſuper.eo.titu.& Do.
204 Franc.de Aret.in c.ſuper his.in 11.colu. de accuſatio.† Aliud
eſt indicium non debile iudicio meo in ſignum innocentię
rei,& in eius fauorem, quod indicium nõ memini me vidiſ-
ſe poſitum, nec tactum ab aliquo ſcribente,quod indicium
eſt quando aliquis eſt accuſatus,vel denunciatus, vel inquiſi-
tus,& eſt in libertate poſitus, tamen ſponte ſe ponit in carce
rem. Nam iudicio meo tale eſt ſignum non leue, & indiciũ
quòd talis ſit innocens. Nam nemo eſt ita fatuus,& inſanus,
qui ſi eſt nocẽs, & verus reus delicti velit ſe priuare libertate,
& conſtituere ſe in carcerem, putans celare veritatem, quæ
finaliter mori non poteſt,niſi ſciat ſe innocẽtem, & loquor,
vbi tractatur de pœna vitæ.& ita tenet Dominus Bartho. Cæ
po.in conſi.ſuo 31.incip.ſuper homicidio.in 4. col. ver. deci-
ma & vltima.Et verè ego multos diebus meis præſentaui ad
carceres ſua ſponte,& ſemper reperti ſunt innocẽtes, & fue-
runt abſoluti,& liberati,& non credo, ꝙ aliud cadere poſſit
in capite ſani,& prudentis viri, quàm ꝙ talis ſe ſponte conſti
tuens ad carceres ſit innocens, licet ſæpe diſſuaſerim hoc plu
ribus clientulis meis memor illius dicti Bal.dicentis,ꝙ ſub iu
ſto clypeo ſæpe pereunt iuſti,& ſæpe ſuccumbit fouens iuſti
tiam.Et propter hanc ſpontaneam conſtitutionem in carce
rem memini me aliàs legendo feciſſe quandam conſidera-
tionem nunquam factam, nec relacam ab aliquo, quæ talis
eſt.Tu ſcis,quòd iura prohibẽt, & repellunt inimicum ab ac-
cuſando,cum magis præſumatur propter odium,& inimici-
tiam accuſare inimicum quàm propter veritatem,& zelum
iuſtitiæ,vt habetur in c.cum oporteat.& in c.repelluntur. de
accuſa.& in c.cum P.& in c.meminimus.eodem titu.& in c.
accuſatores.& in c.omnes,3.quæſtio.5. & voluit glo. in ca.1.
de accuſa.& Spec.in titu.de accuſatio.in §.1.in 15.colum. ver
ſicu.item quòd eſt inimicus,&c.Et idem dicimus de infame,
205 † qui ſimiliter non admittitur ad accuſandum. l.qui accuſa-
re.ff.de accuſa.l.criminis.C.qui accuſare non poſſunt.ca.pro-
hibentur.

hibentur.2.q.1.glo.in cap.1.de accuſatio. Et Specul.in titu.de
accuſatore.in §.1.in ver.Item quòd eſt infamis.& Hoſtien.in
ſumma de accuſ & Azo in ſumma.C.qui accuſare non poſ.
& glo. in rubr. C.qui accuſare non poſſ. Et ratio, quare infa-
mis non admittitur ad accuſandum eſt,quia aliàs propter ali
quod delictum per eum commiſſum incurrit infamiã.Ideo
præſumeretur etiam nunc fraudulenter accuſare per regu-
206 lam, ſemel malus, &c. † Item ſimiliter pauper non admitti-
tur ad accuſandum.l.nonnulli.ff.de accuſatio.cap.prohiben-
tur.2.quæſt.1 & voluit Specu.in dicto titu.§.1.in 13.colum.in
verſic.item excipitur contra accuſatorem, quòd eſt pauper.
& voluit glo.in dicta rubri. C.qui accuſare non poſſ. Et cau-
ſa,propter quam non admittitur pauper ad accuſandum eſt,
ne propter paupertatem accepta pecunia indebitè accuſet,
ſecundùm Specu.in dicto verſic.item excipitur contra accu-
ſantem,&c.Et in prędictis caſibus nulla alia ratio aſſignari po
teſt,propter quam prædicti repellantur ab accuſando,quàm
rationes ſuperius allegatæ, ergo illæ rationes debent haberi
207 pro expreſſis. Quia quando vna ratio tantum poteſt † aſſi-
gnari in l.vel ſtatuto; illa habetur pro expreſſa, ſecundum gl.
not.& ibi Docto.in l.quamuis. C.de fideicom. & voluit Cy.
in cap.fin.de reg.iur.& Bald.in l.fi.C.de libe. præte. & Rapha.
Cuma.in conſilio 146.incip.Simon.in 4.colum. & Fulgo.in
conſilio 78.incip.præſuppoſito ſtatuto,&c.in fi.1.colu.Sed ſi
dictæ cauſæ ceſſarent, deberet ceſſare effectus, quia ceſſante
cauſa ceſſat effectus.l.adigere.in §.quamuis.ff.de iurepatro.c.
cum ceſſante.de appellatio.Sed in dictis caſibus ceſſant dictę
præſumptiones,vt ſtatim oſtendam, ergo debet ceſſare effe-
ctus, quòd non poſſint accuſare. Quòd autem ceſſent prædi-
ctæ præſumptiones in dictis caſibus,oſtendo clarè, & lucidè.
Nam accuſans aliquem ad hoc,vt valeat, & procedat eius ac
cuſatio,debet duo facere de iure communi. primò debet ſe
ſubſcribere,ſeu inſcribere ad pœnam talionis.l.libellorum.ff.
de accuſatio. l.3. C. qui accuſare non poſſunt. & l.non prius.
C.de calumniatori.Quæ pœna talionis eſt,vt ipſe accuſans di
cat ſe velle pati illam pœnam,quam deberet pati accuſatus ſi
ipſe non probabit ſuam accuſationem. ita dixit glo. in dicta
208 l.3.C.qui accuſare non poſſunt.& Doct.in dictis locis.† Item
quòd durius eſt,tenetur ipſe accuſans intrare carcerem cum
accuſato,& ibi ſtare detentus donec probauerit, & lata fue-
rit ſententia,vel cauſa terminata,aliter non procedit accuſa-
tio.& hoc procedit,& habet locum tam de iure ciuili,quàm
de iure canonico.De iure ciuili hoc dicit tex.in l.fina.C.de ac
cuſat & tex.in l.2.C.de exhib.reis.& text.& glo. in l.ſi quis ali-
cui.C.ad legem Iuliam maieſt.De iure autem canonico hoc
dicit tex.in cap.ſi quis.2.quæſt.8.& tex.in c.fi.3.quæſt.9.& vo-
luit Bal.in l.ſed ſi is.ff.de in ius vocan.Sed ſi inimicus infamis,
vel pauper accuſant aliquem, & ſe inſcribant ad pœnam ta-
lionis, & vltra inſcriptiones debeant perſonaliter ſe conſti-
tuere in carcerem cum accuſato, vt ſupra probaui: verè, &
indubitanter ceſſat omnis ſuſpitio, & omnis præſumptio,
quæ poſſet obiici,& opponi eis,quòd accuſarent indebitè ali
cuius prætextu, cum nemo ſit ita demens,fatuus, vel beſtia-
lis,& tantum crudelis ſibiipſi,ꝙ vellet indebitè aliquem accu
ſare quando exponit propriam vitam in carceribus in mani
bus iuſtitiæ, vbi non eſt ſpes fugæ, vel alterius auxilij,& hoc
credo conſtare vnicuique ſani capitis. ergo prædicti paſſim
ſunt admittendi ad accuſandum. Nec obſtant præſumptio-
nes,quæ ſunt cõtra eos,quas ſupra retuli,quia maior eſt præ-
ſumptio in contrarium poſtquam exponunt propriam vi-
tam,ponendo ſe perſonaliter in carceribus. Et vna præſum-
ptio tollit aliam. l. diuus. ff. de in integrum reſtitutio.l.ſi qui
adulteri.C.de adulte.l.ſiue poſſidetis.C.de probatio. cap.lite-
ras.de præſumptio.c.accedens.de crimi. fal. Item vnum indi-
cium tollit aliud,& vna coniectura tollit aliam,& magis veri
ſimile tollit minus veriſimile, vt de iſtis omnibus dixi ſupra
in hoc §.nume.192. cum tribus numeris ibi ſequen. Et ſic ex
iſtis dico,quòd iura ſuperius allegata dicentia,ꝙ inimicus in-
famis,& pauper non poſſunt accuſare,ſunt delenda, quia nõ
poſſunt ſtare,nec locum habere ſtantibus dictis iuribus, qui-
bus cauetur, quòd accuſans debeat intrare carcerem ſimul
cum accuſato,præmiſſa inſcriptione ad pœnam talionis. Et
iſta fuit conſideratio mea noua nunquam audita ab aliquo,
quam ego alias feci, dum legerem titulum. C. qui accuſare
non poſſunt.ſuper glo.rubr.Et ideo argum.prædictorum di-
co, quòd ille qui in libertate poſitus ponit ſe ſponte in carce
ribus in cauſa,in qua tractatur de periculo vitæ, quòd ille ha-
bet pro ſe indicium innocentiæ, niſi eſſet aliquis fatuus, vel
furioſus,vel alius non compos mentis. Tene menti. Modo,
quia vidimus plura,quæ proſunt damnum paſſo, vel offenſo
mediantibus indicijs,ſcias quòd etiam quandoque ſine indi-
cijs ſuccurritur damnum paſſo, vt puta commiſſum eſt fur-
tum in bonis Titij, & licet ipſe non habeat aliqua indicia cõ-
tra aliquem de furto,attamen ſi habet aliquam ſuſpicionem
quòd bona ſibi furto ſubtracta ſint in aliquo loco, vel in ali-
209 qua domo,poteſt implorare † officium iudicis,& petere,ꝙ
ſibi fiat copia perquirẽdi in domo illius,vbi ſuſpicatur,quòd
ſint bona ſua, & iudex debet hoc facere. ita dixit Angel. de
Aret.in tract.ſuo maleficiorum. in verbo, veſtem cœleſtem
abſtulit.in 9.char.in verſic.& bene nota &c.allegat l.1. §. hoc
autem.& l.diuus.ff.de ſeruis fugi.& l.requirendi.C.eodem.&
dicit,quòd ita tenent Docto.in dictis locis. Et ſubdit,quòd
hoc eſt verum,non tantum in territorio, in quo factum eſt
furtum,ſed etiam ſi actum eſt furtum in vno loco, & porta-
tum ſit in alio territorio vel loco, & vni ſit aſſignatum fur-
tum: nam tunc hoc idem poterit impetrari a iudice, vt poſ-
ſim perquirere in illa domo in qua ſuſpicor, quòd apporta-
tum ſit tale furtum.ad quod allegat l.primã. C.vbi quis de cu
ria.& cohorta.lib.11.Et dicit,quòd hoc voluit Bald.in dicta l.
requirendi. De quo etiam latius per Domi.Augu.de Ari.in
ſuis addi.in d. ver. & bene nota, &c. & per Gandi. in tractatu
ſuo maleficiorum. in titulo de furibus, & latro.in fi.& Ioan.
de Ana. in capitulo,qui cum fure. in ſecunda colum. de fur-
tis.de quo etiam dixi in l.prima.in principio.in 9. colum.in fi.
ff. de quæſtio. Et per iſta finem impono pro nunc materiæ
indiciorum, quæ iudicio meo ſatis diffuſè tacta fuit ex ſu-
pradictis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an poſſit incipere a metu torturæ.*
2 *Torquendi metus torturæ æquiparatur.*
3 *Tormentorum formidine aliquid faciens an ſibi præiudicet.*
4 *Confiteri ſponte an dicatur qui torquetur.*
5 *Belli timor remiſſionem datiarijs implorat.*
6 *Debitorem ſuum propria authoritate capere ex ſola fugæ trepidatione an creditor poſſit.*
7 *Metum offendendi inferens pacem fœderis percuſſi uiolat.*
8 *Iudicandum idem an ſit de futuro inimico quemadmodum de præſenti.*
9 *Venditio metu facta,an poſſit reuocari per titulum de alie. iud. mutan. cau. fac.*
10 *Confeſſio quando dicatur metu tormentorum facta.& nu.13.*
11 *Confeſſio incarcerati dicitur uiolenta,& non ſpontanea.*
Carcer eſt ſpecies torturæ.
12 *Mortuus in carcere dicitur mortuus in cruciatu.*
14 *Tortura quibus modis probetur.15.16.*
17 *Potentia in habitu hoc poteſt,quòd potentia in actu.*
18 *Tempus ad appellandum hoc operatur,quòd ipſa appellatio.*
19 *Percutiens percutere uolentem,qui non percuſſit,an dicatur defenſionis cauſa percutere.*
20 *Mulier quæ a uiro vapulauit,ut contractui conſentiret,& poſtmodum præſtitit conſenſum,metu plagarum dicitur conſenſiſſe.*
21 *Metus probatio ex indicijs,& probationibus.*
22 *Edictum prætoris, quod metus cauſa,eſt uox Dei in ore prætoris inſufflata.*
23 *Metus cadens in conſtantem uirum actum eneruat.*
24 *Notarius ſcribens reum coram tortura ſponte confeſſum, falſum committit,& uenit puniendus.*
25 *Non ueriſimile eſt quædam falſitatis imago.*
26 *Experimentum uerorum ſermonum quale eſt.*
27 *Decuriones,& conſtituti in dignitate torqueri an poſſint.Et quid officio finito.28.Et quid de doctoribus.29.*
30 *Miles pro debito non poteſt carcerari.Et an idem de aduocato, & doctore.31.32.33.*
34 *Onerum impoſitio an extendatur ad doctorem.*
35 *Doctor dicitur in dignitate conſtitutus.*
36 *Milites torqueri an poſſint,& quid de doctoribus.37.*
38 *Torqueri quæ perſonæ non poſſint.39.40.41.42.43.44.*
45 *Priuilegium non torquendi ceſſat in crimine læſæ maieſtatis.*
46 *Confeſſio in tormentis perſonæ torqueri prohibitæ an ualeat.*
47 *Torqueri in quibus cauſis quis poſſit.*
48 *Teſtes an & quando,& in quibus caſibus torqueri poſſint.*
49 *Torturam a quo debeat incipere iudex quando plures ſunt torquendi.50.51.52.54.*
50 *Pater magis ueretur de filio,quàm de ſeipſo.*
52 *Nomen turpe indicium præbet iniquitatis.*
53 *Phyſiognomia bona prodeſt reo,mala nocet.*
55 *Torturam reus an poſſit ſponte ſubire iudice non decernente.*
56 *Committere alteri,ut ipſum puniat an quis poſſit.*
57 *Iudex terminos iuris excedens habendus,ut priuatus.*
58 *Pœna delicto commenſuranda.*
59 *Tortura an ſit grauior pœna quàm membri mutilatio.*
60 *Cauſa pecuniaria grauis, & ardua æquiparatur criminali, & in illa*

deueniri

deueniri poteſt ad torturam.
61 *Cauſa ciuilis habens crimen annexum torturam recipere poteſt.*
62 *Mercatores bancha rumpentes, & fugitiui, an poſſint torqueri.*
63 *Cauſa ciuilis in quibus differat a criminali. 68. 69. 73. 78. 79. 81. 82.*
64 *Induciæ deliberatoriæ in cauſis criminalibus nō dantur, nec reus cum iuramento reſpondet. 65. 66. Et in his cauſis iuriſdictio an prorogetur. 67.*
70 *Appellare a tortura, & futuro grauamine reus an poſſit.*
71 *Executor merus habens conſcientiam contra ſententiam quam uidet iniquam, an debeat illam exequi, maximè in cauſa criminali. 72.*
73 *Appellare continuè an poſſit qui continuè grauatur.*
74 *Iuramentum in ſupplementum probationis in cauſis criminalib. ſtante ſemiplena probatione an deferri poſſit.*
75 *Statutum quòd de damno dato ſtetur accuſatoris iuramento, an habeat locum in furto.*
76 *Princeps in cauſa criminali an poſſit de plenitudine poteſtatis tollere defenſionem reo.*
77 *Probatio ſemiplena unà cum fama non ſufficit in cauſis criminalib.*
79 *Mutilati uel corpore uitiati an poſſint in cauſa criminali contra clericos teſtimonium ferre.*
80 *Clerici contra laicos non admittuntur in cauſis criminalibus.*
81 *Probatio plena in cauſis ciuilibus ex pluribus indicijs fit.*
82 *Teſtium numerus in cauſis ciuilibus ſupplet, quod deficit in fide, ſecus in criminalibus.*
83 *Reus pro crimine enormi an poſſit die in honorem Dei feriato quæſtioni mandari.*
84 *Iudex aduerſus abſentem contumacem contra quem habet indicia criminis commiſſi, qualiter ſe debeat gerere.*
85 *Tortura cum moderamine infligenda.*
86 *Iudex ſeuerus in criminalibus ab officio deponendus. Vbi multa de iudicum crudelitate.*
87 *Iudex aliquem indebitè torquens an & qua pœna puniendus. Et quid ſi iniuſtè odio, uel fauore procedat. 88. Et quid ſi reus in tortura moriatur. 89. 90.*
91 *Conuerſatio cum iniquis indicium præbet iniquitatis.*
92 *Bonus ex mala conuerſatione efficitur malus.*
93 *Taciturnitas indicium facere poteſt ad torturam.*

§. Expedita materia indiciorum, ſucceſſiuè videndum eſt aliquid circa materiam torturæ, ad quam deuenitur data copia indiciorum reo cum termino ad illa purganda primò præcedente reſponſione negatiua facta inquiſitioni. circa quam materiam vltra ea, quæ dixi ſupra, in §. nunc videndum. ſcias primò, ꝙ ſicut iudex non poteſt incipere a tortura, vt dixi ſupra in §. conſtante. in pluribus verſiculis. ita nec etiam poteſt incipere a minis, ſeu a me-
1 tu torturæ, † ſeu a terrore aliquo, quia talis metus, † & talis
2 ſuſpitio torquendi æquiparatur torturæ, ſecundùm Bal. in l. interpoſitas. circa fi. C. de tranſa. quem ibi ſequuntur Docto. & voluit Dom. Alex. in l. 1. in §. diuus. ff. de quæſt. & iſto caſu ita dicetur confeſſio facta per torturam, ac ſi fuiſſet tortus. Et ideo dixit Bal. in l. nouiſſimè. in prin. ff. quod fal. tut. auto. ꝙ paria ſunt confiteri in tormentis, vel metu tormentorū, quod etiam dixit Barb. in c. ſi conſtiterit. in pen. col. de accu. & Do. Catal. in tracta. ſyndi. in verſi. 165. & Ange. Are. in tract. maleficiorum. in verbo, fama publica. in verſi. poſtquam aliquis &c. pro quibus faciunt dicta per Innoc. in cap. relatum. quod metus cauſa. & c. cauſam matrimonij, de officio deleg. & Ange. in l. qui in aliena. in §. Celſus. ff. de acquiren. hæred. vbi omnes concludunt, paria eſſe confiteri per tormēta, vel metu tormentorum. Et dixit Bal. in l. 2. in fine. C. quorum ap-
3 pel. non recip. ꝙ ille qui † formidine tormentorum aliquid facit, non ſibi præiudicat. pro quibus faciunt dicta per Corſ. in not. ſuis, in verbo, metus. & per Barba. in conſil. ſuo 70. incip. vbi Chriſtus, &c. in 3. colum. in 4. volum. vbi dicit, ꝙ pro-
4 bato metu, vel tortura, † impoſſibile eſt, ꝙ quis ſpontè fuerit confeſſus. allegat Bal. in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſco. & cleri. & alia plura dicit in materia iſta Barba. in dicto conſilio. Et facit tex. in l. ſi quis. in verbo, iacentem. ff. de incen. rui. naufrag. vbi dicitur factum in naufragio, vel pati in naufragio, quod quis fecit, vel paſſus eſt timore naufragij imminentis. & dicit ibi Bart. ꝙ ex naufragio dicitur fieri, quod fit trepidatione naufragij. & facit l. 3. §. qui armati. ff. de vi & vi arma. vbi ſufficit terror armorum. Et dixit Lud. Rom. in l. lege Cornelia. in 2. colum. ff. ad Syllania. quòd paria ſunt producere libellum minatorium accuſationis, vel libellum accuſationis. ad quod allegat tex. quem dicit non eſſe alibi in l. miles. in §. ſocer. ff. de adul. Et dixit Ang. in l. 1. C. vnde vi. ꝙ timor geminationis percuſſionis operatur, vt percuſſus poſſit percutere ſuum percuſſorem licitè. quod etiam voluit Bal. in conſ. ſuo 289. incip. de iſta quæſtione. in 1. vol. Et faciunt optimè dicta per Pet. de Anch. in conſi. ſuo 87. inci. præmiſſa facti ſerie, &c.
5 vbi conſuluit, † ꝙ datiarij alicuius datij, ita debent habere remiſſionem propter timorem belli, ſicut propter ipſum bellum. & allegat illud Senecæ, Peior eſt bello timor ipſe belli. Et faciunt dicta per eundem in conſi. ſuo 158. incip. rationes ſuperius. & facit glo. in l. ob negocium. C. de nego. geſt. quæ vult, ꝙ idem operetur exiſtentia curatoris, quod ſuſpitio exiſtentiæ. Et dixit glo. in l. pen. C. de pignora. actio. ꝙ idem operatur præparatio ad fugam, quod operatur actus ipſius fugæ. Et ideo dixit Alex. in conſi. ſuo 288. incip. & ſi celeberrimè. in vlti. colum. quòd ſufficit eſſe trepidatio fugæ ad hoc, vt poſſit
6 † quis ſibi propria authoritate ius dicere, & capere debitorē ſuum. Et idem dixit Bald. in conſi. ſuo 105. inci. ad euidentiā. ante fi. in 1. vol. vbi dicit, ꝙ licitè poteſt capi ille, qui ſe præparat ad fugam. De quo dixi aliqua in ſing. meo. 44. incip. debitor fugitiuus &c. ad quæ etiam vide, quæ dixi ſupra in §. diligenter. nu. 41. & 42. Et faciunt dicta per Ale. in conſil. ſuo 42. incip. ſuper præmiſſo themate. in penul. char. in vlti. colum. in 1. volu. vbi dixit, ꝙ idem operatur timor litis, quòd operatur ipſa lis quò ad tranſactionem faciendam. alle. text. in d. l. 1. C. de tranſactio. & l. cauſas. eod. titu. & not. in l. 3. ff. de tranſact. Et dixit Angel. nota. verb. in l. ſi cum exceptione. in §. ſatis. ff.
7 ꝙ metus cauſa. † ꝙ promittens non offendere, dicitur rumpere pacem, ſi infert metum offendendi. Et dicit Spec. in tit. de delegato. in §. ſequitur. in 2. col. verſi. porrò. ꝙ ſi aliquis nō turbat iuriſdictionem delegati, ſed eſt præſumptio, vel dubitatio de turbatione, ꝙ poteſt delegatus ipſum cogere, vt caueat de non turbando. quod etiam voluit Do. Ant. & Ioan. de Imo. in c. 1. de officio dele. quos refert Do. Feli. in rubr. de treuga & pace. in fi. Et dixit Bal. in c. 1. in vlt. col. quibus cauſis
8 feu. amitt. ꝙ idem † judicamus de inimico, ꝙ de eo, de quo dubitatur ex veriſimili ratione, ꝙ debeat effici inimicus. ad quod vide, quæ dixi in ſingu. meo 178. incip. inimicus &c. Et ad prædicta facit dictum Odo. quem refert, & ſequitur Bald.
9 in l. quoties. C. de rei vend. vbi dixit, ꝙ ſi timeo mihi † moueri quæſtionem ſuper domo, vel fundo, & ideo eam alieno, poſtea mihi mouetur quæſtio, dicit ꝙ talis venditio reuocabitur per titulum de alie. iud. mutan. cau. fa. quod etiam fuit de mente Bar. in l. qui petitorio. C. de rei vendi. & Bart. in l. 2. in §. fi. C. de alie. iudi. mutan. cau. facta. & Ange. in l. ſi autem. §. 1. C. de rei vendi. Et facit ad prædicta tex. in l. habitatores. §. fi. ff. loca. & ibi Doctores. vbi dicitur, ꝙ iuſtus timor facit, vt fiat remiſſio mercedis, licèt non ſit ſequutum periculum. de quibus omnibus latius dixi in repetitione mea. l. fi. C. de probat. in 67. charta, & in l. 1. in princ. in 10. & 11. colum. ff. de quæſt. vbi ſupradicta limitaui, videlicet, ꝙ tantum operatur timor torturæ, quantum ipſa tortura, hoc habere locum in hominibus timentibus torturam, & qui in ea cruciantur, vt multos vidi in diuerſis officijs, quæ habui. Sed ſecus eſſet in illis, q non timent torturam, nec alia tormenta, vt ſimiliter pluries vidi, quos ego habui in fortijs meis, qui aliàs fuerunt capti, & torti, & adeo ſunt aſſuefacti torturæ, ꝙ eam nihil timent, & cum non timeant realem illationem tormentorum, multominus timebunt minas eorum, argu. authen. multo magis. C. de ſacroſan. eccleſ. Sed meritò quæri poteſt nunc, quando
10 confeſſio † dicatur facta metu tormentorum? In quo dicas, quòd nedum dicitur facta metu tormentorum, quando realiter ſunt illata, & adhibita tormenta, ſed etiam dicitur facta metu tormentorum ſi non ſint adhibita tormenta, quando reus fuit ligatus ad torquendum, & ductus coram tortura, vel etiam ſi minæ de torquendo præceſſerunt. ita dicit Ange. de Are. in tractatu maleficiorum. in verbo, fama publica. in verſic. poſtquam aliquis. & ita dicit voluiſſe Iaco. Butri. Cy. & Saly. in l. 2. C. de cuſto. reorum. & Bar. in l. 1. §. diuus. ff. de quæſtionibus. Et idem dicit ſi reus ſit ſpoliatus ante torturam, & non ligatus, nec aliquo modo minatus. ad quod alleg. Barto. in l. nouiſſimè, per illum text. ff. ꝙ falſo tuto. auto. vbi dicit ſe hoc habuiſſe de facto Florentiæ. Et idem tenet Gandi. in tractatu ſuo maleficiorum. ſub rubri. de quæſtionibus, & tormen. in verſi. dictum eſt ſupra. Et ſcias, ꝙ ſi carceratus aliquid confiteatur etiam ſine alia tortura, talis confeſſio non dici-
11 tur ſpontanea, † ſed violenta, quoniam carcer dicitur ſpecies torturæ, ſecundùm Bar. in l. clericus. alias ſi clericus. in 2. colū. C. de epiſco. audi. & in l. 1. C. qui ad libert. perue. non poſſ. in
12 fi. vbi dixit, ꝙ mortuus in carcere, † dicitur mortuus in cruciatu. pro quo eſt tex. in c. nulli dubium. 3. q. 1. in fi. & in materia vide omnino Alex. in conſil. ſuo 275. incipiente, viſo themate. in vlt. col. vbi hoc tenet. & allegat Pet. de Ancha. idem dicentem in conſilio ſuo 23. incipiente, viſa inquiſitione formata in Philippum. de quo ibi latius per eum. pro quo faciūt dicta per me in conſil. 18. incip. requiſitus a ſer Franciſco de Ghiſilerijs &c. in 1. charta, in verſic. & licet ipſe Petrus, &c. &

per Gemi.in conſilio ſuo 15.incipiente, reuerende pater. in 4.col.verſic.ſuper ſecundo.& dicta per Cardi. Alex.in cap. ſuper eo.el 2.in 2.colum.poſt medium.poſt Dom.Philip.de Pe ru.ibi in 1.colum. de appellatio.& per Bal.in c. at ſi clerici.in prin.3.col.ver. & licet confeſſus. extrà de iudi.vbi videtur innuere contrarium.& vide quæ dixi in l.1.in prin.in 10. col.ff.
13 de quæſtio.Item ſcias,quòd ſufficit probare quem fuiſſe† detentum,vt eius confeſſio dicatur facta metu tormentorum. ita dixit Bal.in l.falſus.in l.fi.C.de fur.quem refert,& ſequitur Dom.Franc.Bru. in ſuo tractatu de indi.& tor.in 11. char.in 3.colum.ver.quibus adde &c.Et ita dixit Domi.Catal. in ſuo tracta.ſyndi.in verſic.163.incipiente,adde an tortura, &c. vbi ad hoc alleg.Bal.in dicta l.falſus. & Cyn. in l.ſecunda.C.quod metus cauſa.quod etiam videtur velle Bald.in l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſco.& cler.& voluit etiam Barba.in cap.ſi con ſtiterit.in pen. colum.extra de accuſ. de quo etiam dixi in repetitione mea l.fi.in 65.charta.poſt medium.C.de probat.& in l.prima.in §.diuus Seuerus.in 1.colum.ff.de quæſt. & infra
14 in §.attingam.num.27.28.& 29.Quæro, † vlterius quomodo probetur tortura? In quo dicas, quòd probatur pluribus mo dis.Et primò probatur a communiter accidentibus, adeo ꝙ ſi reus dicat ſe cõfeſſum fuiſſe per torturam, & Poteſtas, ſeu Iudex dicat, ꝙ imò ſponte confeſſus eſt, ꝙ creditur ipſi reo, quia Poteſtates terrarum, ſeu Iudices ponunt homines ad torturam nocturno tempore nemine ibi pro reo exiſtente. Ita dixit Pet.de Ancha.in dicto conſi.ſuo 23.incipien.viſa inquiſitione formata contra Philippum,&c. in 2.colum.verſi. præterea aduertendum, &c. vbi etiam refert Bald.conſuluiſſe pro hac parte. quod conſilium refert,& ſequitur Alex. in conſi.ſuo 275.ſecundum ordinem meum, incip.viſo themate.circa finem.quod conſilium Bal.in ordine eſt 669.in 6.volum.& incip. præmittendum eſt,ꝙ interdum tortura,&c. & idem conſuluit ipſe Bal.& melius & clarius,in conſ. ſuo 171. in eodem vol.& incipit,tres ſunt caſus &c.pro quo dicto faciunt dicta per Bal.in l.1.C.ne ex delic.defunctorum.in 5.colum.vbi dicit,ꝙ aſſeſſores videntur homicidæ,quia in camera torquent,& poſtea ad banchum faciunt ſcribi, ꝙ reus ſpõte confeſſus eſt.Et ideo dixit multum no.Bal.in l.ij.C.de cuſt. reo.in ver.& ideo aſſeſſores,ꝙ quando ſcriptura dicit, quòd reus eſt ſponte confeſſus,ꝙ talis ſcriptura, vt plurimũ eſt falſa.& illud dictum Pet.de Ancha.in dicto conſil. 23. refert,& ſequitur Do.Paris de Puteo in tractatu ſuo ſyndi.in 96. char. in 3.colum.in verſic.quidam fuit tortus.Et hoc etiam firmauit D.Alex.in conſi.ſuo 189.inci.in cauſa,& lite.in 3. col.in 6. vol.Pro quibus faciunt dicta per Bal in l.obſeruare.in §.proficiſci.in 13.q. ff.de officio proconſulis. Et faciunt quæ dixi in
15 ſingu. meo primo. † Item probatur etiam tortura probata detentione rei, vt dixi, quod voluit etiam Ale.in l.1. §.diuus
16 Seuerus. ff.de quæſtioni. † Item etiam probatur tortura per indicia,& coniecturas, ſecundùm Bald. in l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſc.& cler.pro quo facit. Nam cum iſtud ſit difficilis probationis,cum tortura detur in ſecreto vbi non adeſt copia teſtium, meritò poterit probari per indicia, & coniecturas, quia in his quæ ſunt difficilis probationis, admittitur probatio per coniecturas,vt dixi in d.ſingu.meo 1.& dixi ſupra in prin.huius operis,in nu.13.& 14.Item probatur etiam tortura ſi reus fuit auditus vociferare in occulto, ſecundum Ale.in d.l.1.in d.§.diuus Seuerus.ff.de quæſtio. De qua materia vide etiam Pau.de Leaza.in ca.grauis.de depoſi. Cano. in c.cum in contemplatione.de reg.iur.Et dixit etiam D.Alex. in d.§.diuus Seuerus. ꝙ tortura etiam probatur per famam. ad quod alleg.quæ habentur in l.de minore.in §.plurium.& in §.tormenta.ff.de quæſt.Et in hac materia vide etiam Ang. in l.1.in §.quæ onerandæ.ff.quatum rerum act.non datur. Et ſcias,ꝙ nedum confeſſio facta per torturam non præcedentibus indiciis eſt nulla,vt eſt glo.iuncta tex.in l.pe.ff.de quæſt. & ſimiliter ſi ſit facta per metum torturæ,vt dixi ſupra,ſed etiam ſi ſit poſtea ratificata ſtatim, vel ex interuallo durãte captura rei in fortiis ipſius iudicis,ita dixit Do.Catal.in tractatu ſuo ſyndi.in ver.165.incip.adde ꝙ diximus in ſuperioribus.& alleg.Bar.in d.l.pe.Et hoc quod dicit de perſeuerantia, intelligit ipſe eſſe verum, ſi perſeuerat in tali confeſſione antequã ſit repoſitus in priſtina libertate, quia tunc eſt præſumptio, quòd ſicut illicitè torſit,ita illicitè fecit eum perſeuerare, ſeu ratificare metu tormentorum futurorum, argum. l.ſi cui.§. iiſdem.ff.de acc. Secus autem dicit eſſe, ſi reus fuiſſet poſitus in priſtina libertate,& poſtea rediret ad iudicem, & corã eo fateretur delictum,nam tali caſu cõfeſſio ſua probaret, & eſſet puniendus,vt habetur in l.1.C.de confeſ. & facit l.pe.ff.de condi.ob cauſam.Et ſubdit,ꝙ hoc ſuadet ratio manifeſta, videlicet, quia intelligitur metus durare vbicunque durat eadem poteſtas torquendi.ad quod allegat Innoc.in c.1.quod metus cauſa.& in c.cauſam matrimonij.de officio delega.Et ideo ſecundum eum dicit Ang.in l.qui in aliena.in §.Celſus. ff.de acquir. hæredi. ꝙ cautus debet eſſe aduocatus inquiſiti, qui confeſſus fuit ad banchum iuris ſe maleficium commiſiſſe, vt faciat probari, ꝙ reus primò fuit tortus indebitè nullis præcedentibus indiciis ſufficientibus ad torturam, quia quo uſque detentus fuit,idem metus torturæ durare præſumitur, ideo talis perſeuerantia,ſeu ratificatio non nocet reo.ita reſi det Dominus Catal.in loco ſuperius allegato. Et idem dixit Ange.de Aret.in tractatu maleficio. in verbo, fama publi. in 4.char.in ver.& aduertas. vbi dicit idem voluiſſe Pet. de Ancha.in clem.1.de homicid.per tex.in c.1.de accuſatio.in 6.ſed latius ſuper hoc loquitur Augu. de Ari. in ſuis addit. ibi, qui refert ſe aliàs ex hoc euaſiſſe a pœna mortis quendã, qui vocabatur,vt ipſe,ſcilicet,Auguſtinus de Arimino. & ibi refert Bald.& Salyc.tenere contrarium,& malè,vt refert plures antiquos,& Modernos tenere hanc partem contra Bald.& Saly. Ego autem vltra Domi.Augu.vbi ſupra dico, quòd idem tenuit D Paris de Puteo in tractatu ſuo ſyndi.in 104.charta. in 3.col.in ver.datur regula, &c. vbi idem dicit, quod dixit Do. Catal.in loco ſuperius alleg. de quo etiam per Dom. Alex.in conſ.ſuo 5 incip.in cauſa inquiſitionis &c.in prin. in 1.volu. & in conſi.179.incip.in cauſa Angelorum.in penul.col.& in conſil. ſuo 224.incip. viſo proceſſu inquiſitionis formatæ.in 2.col.& in conſi.275.incip.viſo themate.in 2.col.& Gandi.in tracta.ſuo malefic.ſub rub.de quæſtio.in 5. col.in verſi. pone quidam &c.Et inquantum Ange.in d.l.qui in aliena.in dicto §.Celſus.ff.de acquiren.hære.& Do.Catal.& ſequaces dicunt, ꝙ ſi reus perſeuerat in confeſſione facta in tortura non præcedentib. legitimis indiciis antequam ſit poſitus in priſtina libertate,ꝙ talis confeſſio,& perſeuerantia ei nõ nocet, quia præſumptio eſt,ꝙ ſicut eum torſit indebitè,ita illicitè fecerit eum perſeuerare metu torturæ, quia quouſq; detentus fuit, idem metus tormentorum durare præſumitur.Adde D. Paridem de Puteo in tractatu ſuo ſyndi.in 69.char.in 3. colũ.in verſi.quidam fuit tortus &c. in fi.vbi dicit, ꝙ idem operatur
17 ipſa potentia† in habitu,quòd operatur ipſa potentia in actu. quod dicit probari in l.Labeo.ff.de ſtatu liber. & in c.non ſolum. de appellatio. in ſexto. Ex quo dicit,quòd confeſſio rei conſtituti in fortiis iudicis, dicitur facta metu tormentorũ, cum iudex ſemper habeat poteſtatem, & potentiam in habitu torquendi ipſum reum. Sed tu vltra Do. Pari. adde quòd pro hoc optimè facit glo.& quod ibi voluit Bar.& alij in l.ex
18 iudiciorum.ff.de accuſ.quæ dixit,† quòd idem operatur tempus datum ad appellandum, quòd operatur ipſa appellatio. quam glo.ſequitur Bal.& Imo.in l.qui a latronibus. in §.1.ff. de teſta.& Bal.in l.furti.in 2.col.ff.de his qui no.infa.& Bal. in l. ſi is.in §.1.in 3.col.C.ſi penden.appella.& Bald.in c.conſideramus.de electio.& Bald.in c.quoniam contra.in 24.colũ. de probatio.& Ioan.de Imo.in l.defuncto.ff.de pub.iudi. & Ange.in l.fi.C.ſi reus,vel accuſa.mor.fue. de quo etiam per Docto.in c.concertationi.de appellatio.lib.6 & voluit Bald. in l. addictos.poſt principium.C.de epiſco.aud. vbi ad hoc etiam alleg.glo.ſimilem in l.1.ff.nil noua.appellat.& idem firmauit ipſe Bal.in l.poſt rem.in 2.colum.ff.de tranſac.& Barb.in conſilio ſuo 7.incip.viſis dubiis eleganter,&c.circa pen. col. in 3. vol. & Oldra.in conſil. ſuo 18.incip. circa primum.circa me. vbi pro hoc allegat bonum tex.in l.appellatione. C.de appel. & in l.vnica.ff.nil no.app.pen.& tex.in d.c.non ſolum. de appel.in 6.vbi text.& glo.de hoc. Et hanc partem etiam tenuit Alex.in l.3.in §.ſi ſeruus.in vlti.col.ff.de acqui.poſ.de quo etiã per Corſe.in no.ſuo 2.in verbo,appellatio.& in verbo,terminus,in 1.not.Et pro iſtis facit optimè no. verbum Bart. in l.ſi ex plagis.in §.tabernarius. ff.ad legem Aquil. quem refert, & ſequitur Ang.de Aret.in §.iniuria.in 1.colum.in fi.Inſtitu. de
19 lege Aquil. vbi dixerunt, quòd ſi percutio te antequam † tu percutias me,dum tu es in actu percutiendi me, quòd dicor tunc feciſſe ad meam defenſionem. quod etiam voluit Angel. in l.quemadmodum. ff. de inofficio.teſtamen.quem refert,& ſequitur Do.An.Cor.in no.ſuis,no.1.in verbo,metus. Pro qua doctrina eſt tex.apertus in l.3.C.ad legem Cor.de ſica.& hoc etiam firmauit Ang.in l.prima. circa fin.C.vnde vi. vbi not.loquitur.Et idem dixit Ange.Aret.in tracta. malefic. in verbo, & dictus Titius ſe defendendo. in 1.charta. in vlti. ver.circa medium.vbi ſimiliter alleg. Barto.in dicto §. tabernarius.& Bald.in l.prima. C. vnde vi. Et idem in effectu dixit Do.Ale.in conſi.ſuo 123.incip.in caſu prædicto. in 3. colum. in verſi.circa ſecundum.vbi ad hoc alleg. bonum tex.in l.nouiſſimè. in verſic. quid ſi compulſus.ff.quod falſo tuto.auto. per quem tex.dicit Dy.ibi,ꝙ idem operatur probabilis ſuſpitio tormentorum, quòd ipſorum illatio. pro quibus etiam faciunt dicta per Bald. in conſilio ſuo 488. incip. Ioannes.in prin.

prin.5.col.in 3.vol.Et faciunt dicta per Pet.de Anch.in conſ.
ſuo 168.inci.rationes, quæ ſuperius &c. vbi dicit, quòd poſt-
quam quis ſcit ſe poſſe compelli per iudicem ad gerendum
actum,non minus dicitur coactè facere, licet ſpontè dicat fa
cere.& dicit de hoc eſſe caſum in dicta l.nouiſſimè. §.quòd ſi
compulſus.in verbo,ſi compulſus, aut metu ne compellere-
tur &c.& quod ibi no.Bal.Et ſubdit etiam Pet.de Anc.in di-
cto conſil.quòd inſpicitur nocendi potentia, ſicut nocendi
actus & allegat l.Labeo. ff.de ſtatu liber.& cap.Piſanis. de re
ſtitutio.ſpoliato.& idem firmauit Pet. de Ancha. in conſilio
ſuo 57.incipien. præmiſſa facti ſerie.& in conſil. 58.pro qui-
bus faciunt optimè,quæ ego dixi in repetitio.mea l.fin. C.de
probatio.in 66.& 67.char. & in l.penul. in 3.& 4.colum.ff.de
quæſtionibus, & dicta per Angel. in l.1.in §.quæ onerandæ.
ff.quarum rerum actio non datur.Et faciunt not. verba Bar.
in l.pen. in vlt.colum. ff. de condictione ob turpem cauſam.
20 † vbi dicit,quòd ſi maritus bene verberauit vxorem,quia no
lebat conſentire contractui fiendo,ſi poſtea ex interuallo ta
lis mulier conſentiat,præſumitur per metũ conſenſiſſe, quia
donec durat in matrimonio illius viri,ſemper metus ille du-
rabit. & hanc doctrinam refert, & ſequitur Iaſ. in §. quadru-
pli.in 10.col.Inſtitut.de actionibus.vbi allegat Ange.idem di-
centem in l.ad inuidiam.C.quod metus cauſa.Et pro hoc di-
cto faciunt dicta per Dominum Alexand.in conſil.391. inci-
piente,in cauſa prædicta.in 4.colum. vbi ad hoc alleg. gl.fi. in
ca.1. quod metus cauſa.quæ dicit,quòd viuente viro ſemper
metus præſumitur durare in vxore.Et adducit etiam Bart.in
l.1.C.quod metus cauſa.qui dicit,quòd ſi aliquis facit aliquid
metu tyranni, præſumitur durare metus donec viuit tyran-
nus.Et adducit etiam Inno.in c.ſuper hoc.de renuncia.vbi di
cit,quòd vbi apparent ſigna extrinſeca violentiæ,non poteſt
apparere de animo,tunc ex extrinſecis fit probatio q.d.quòd
ſi apparent acta extrinſeca violentiæ, licet timens violẽtiam
inferri faciat animo læto & iucundo,præſumitur tamen per
metum facere, nec audietur volens probare, ꝙ ſponte fecit.
& dicit, ꝙ tunc non admittitur directa probatio, ſed indire-
cta.& ibi Domi. Alex. ponit exempla.& dicit,ꝙ illud dictum
Innoc.ſequitur Ioan.And.D.Ant.& Io.de Imo.in dicto c.ſu-
per hoc.in 18.& 19.col.vbi referunt Boatinum dicentem, ꝙ
ſi filius in ſtudio exiſtens renũciauit beneficio ſuo, ſi probat
metum fuiſſe illatum a parentibus in patria, propter quẽ re-
nunciauit,non audietur aduerſarius, ſi dicit ſe velle probare
per teſtes,quòd liberè,& ſponte renunciauit,nam teſtes non
potuerũt videre metum,quem intrinſecè patiebatur. Et idẽ
dicit Abb.ibi referens Ioan.An.& Doc.præalleg. qui dicunt,
ꝙ quædam puella rapta,& deſponſata fuit,& poſtea aufugit,
& raptor volebat probare, quòd tempore contracti matri-
monij puellá ridebat,ideo ſponte contraxerat. dicit, ꝙ non
admittetur talis probatio, quia quæcunq; ſigna ſint exterio-
ra demonſtratiua lætitię,nullius tamen ſunt momẽti,ex quo
apparent ſigna intrinſeca metus, nam animum intrinſecum
hominis nullus mortalis cognoſcere poteſt, & multi fingũt
ridere,qui timent.ita dicit Domi Alexan.in dicto conſ.391.
incip.in cauſa prædicta.& in conſi.323.incip. in caſu ſupradi-
cto.in 3.& 4.colum.de quibus dixi in ſing.meo 325.incip.di-
xi tibi aliàs,&c. & vide D.Nellum in tractatu bannitorum.in
4.parte primi tempo. in 3.quæſt. & faciunt optimè dicta per
Dom.Philip.Decium in conſil.ſuo 219.incip. viſo puncto.in
3.colũ.vbi plura ſuperius adducta refert, & approbat. & pro
prædictis etiam faciunt dicta per Bal.in conſi.223.incip. pun-
ctus infraſcripti conſilij &c. in 1.vol. & Pau. de Caſt. in l.non
fatetur.in §.ſed an & ipſos.in fi.ff.de confeſ.& Soci. in conſil.
ſuo 27.inci.viſis.in penul.colum.in 4.vol. Et circa illud quod
ſupra dixi de confeſſione facta metu tormentorum, ſcias ꝙ
21 metus† probatur ex indiciis,& præſumptionibus ſecundùm
Pet.de Anch.conſi.299.incip. viſa ſupraſcripta facti narratio-
ne.& Bald.in conſi.26.incip.punctus.in 3.vol.& in l. ſi quis in
hoc genus.verſi.adde tamen vnum.C.de epiſc.& cler.de quo
latius per Do.Philip.Decium in conſ.219.incip.viſo puncto.
in 1.col.& per Soc.in conſi.4.incip. ſuper. in 6.col.ad fin.in 3.
volũ.Et circa ipſum metum ſcias,quòd edictum prætoris di-
22 centis,ꝙ metus cauſa geſtum eſt,ratum nõ habebo,† eſt vox
Dei, quam poſuit in ore Prætoris. ita dixit Ray. de Penna
forti,quem refert,& ſequitur Bal.in rubri.de contro.inueſti.
in fi. Item etiam ſcias, ꝙ non omnis metus inualidat actum,
23 ſeu confeſſionem, ſed ſolùm hæc operatur† metus cadens
in conſtantem virum, vt habetur in l.3.in §.metum.ff.quod
metus cauſa.& in l.interpoſitas. C. de tranſact. Et idem dici-
mus in muliere,nam requiritur talis metus, qui cadat in con
ſtantem mulierem,ſecundùm gl.in ca.quod locum. de ſpon
ſa.quam ad hoc allegat Dom.An.in cap.conſultationi. quod
met.cauſa.Item circa ea,quę dixi ſupra in hoc §.num.4.quòd
data tortura, impoſſibile eſt probare confeſſionem ſponta-
neam,ſecundùm Bald.in l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſc. &
cleri.ſcias quòd ex hoc dixit no.Bald.in ca.1.in §.iniuria. in 8.
24 col.verſi.quæro vtrum,de pace iura.fir. † quòd ſi quis ductus
ſub tortura,vel aliis tormentis, vel coram eis confiteatur ali-
quod delictũ, quòd tali caſu ſi notarius ſcribit, quòd ille fuit
ſpontè confeſſus committit falſum,& poteſt puniri de falſo,
quod dictum refert,& ſequitur Barb.in c.ſi conſtiterit.in pe.
colum.de accu.& Dom.Catal.in tractatu ſuo ſyndi.in verſic.
165.incipien Adde quod diximus,&c & Bald. & Lud.Rom.
in l.qui in aliena.in §.Celſus.ff.de acquir.hæred.de quo etiam
ibi per Ange.& per Barba.in quodam conſi.ſuo incipien.cle
mentiſſimi Dei patris. pro quo faciunt dicta per Bal. in l.1.in
6.colum.in ver.modo iuxta prædicta.C.de confeſſis. Et facit
etiã ratio naturalis, quæ eſt, quòd nemo præſumitur ita de-
mens,& fatuus,ꝙ confiteatur crimen, ſeu delictum ſpontè,
propter quod imponitur pœna mortis,vel mutilatio mem-
bri,ideo præſumptio & coniectura eſt pro ipſo reo in tali ca
ſu, quinimò dicere contrarium, ꝙ reus ſit ſponte confeſſus
delictum, eſt quædam falſitatis imago, cum ſit remotum a
25 verisimili,†vt dixit Bald.in l.1.in 3.col.de ſeruis fugitiuis. pro
quo facit tex.in l.milites.in §.oportet. C.de quæſt.Experimẽ-
26 tum enim † verorum ſermonum eſt, vt concordet cum re-
bus ſenſatis,& verificentur ſermones noſtri in communem
opinionem hominum fruentium intellectu, vt l.ſi ita quis.
in verſic.ꝙ nemo ſanus diceret. ff.de euictio. Vlterius circa
hanc materiam torturæ ſcias, ꝙ aliquæ ſunt perſonæ priuile
giatæ,quæ de iure non poſſunt torqueri, etiam in cauſis cri-
minalibus,etiam ſi contra eas ſint indicia ſufficientia ad tor-
27 turam. Et primò decuriones † non poſſunt torqueri, & alij
in dignitate poſiti.l.omnes.C.de decurio.lib.10.& iudex con
tra faciens punitur,vt ibi. & dicit ibi tex. ꝙ conſuetudo con-
traria non eſt ſeruanda,& idem habetur in l.2.in §. in filiis.C.
de decurionibus.& in l.diuo Marco.C.de quæſt. Quod intel
ligas etiam finito officio,vt habetur in l. nihil. C. de quæſt. &
in l.ſi quis decurio.C.de fal.& voluit gl. in d.l.omnes. de quo
latius dixi in l.edictum.in 4.col.ff.de quæſtio. & in ſing. meo
179.incip.viget communiter. & latè etiam ponit Do. Franc.
Bru.in ſuo tractatu de indi.& tortu.in 8.char.in 2.col.Et ſi of
ficialis vellet aliter facere,poſſet ei reſiſti de facto,vt habetur
28 †in d.l.omnes.& in Authen. quomodo oportet epiſco. in §.
fin.pro quo faciunt,quæ latè dixi in l.1.in 2.charta.C.de exec.
29 rei iudic.Item Docto. † non poſſunt torqueri de iure, ſecun
dùm Cyn.in l.milites.C.de quæſtio.vbi loquitur de Aduoca-
tis.& voluit Bar.in l.1.C.de Aduoca.diuerſo.iudi.de quo etiã
per Cy.in l.4.C.ad legem Iul.maieſtatis.& per Do.Alex.in d.l.
milites.vbi idem firmat Lud.Roma.in ſingu.ſuis,in 13.char.
in 3.col.in ſing. incip. milites Doctores &c.vbi alleg.d.l.om-
nes,pro ſing.& allegat etiam dictam l.diuo Marco. & hoc e-
tiam voluit Ang.de Aret.in tractatu ſuo malefi.in verbo, fa-
ma publica.in 16.charta.in verſi.ſextò quæro.& Ioan.And.in
d.c.cum in contemplatione. de regulis iur. Pro quibus facit,
30 quod dixit Bal.in l.1.C.qui bo.ced.poſ.vbi dixit,† quòd mili-
tes non poſſunt carcerari pro debito,per l.miles.ff.de re iud.
31 & idem dicendum eſt in Aduocato † & Doctore,per glo.in
32 l.medicos.C.de profeſ.& medi.lib.10.quæ dixit, † quòd non
tenentur vltra quàm facere poſſint.Et facit etiam,nã lex con
33 cedens capturam perſonæ,nõ extenditur ad Doctorem,† vt
habetur in l.medicos, præallegata. & voluit Bald. in l.1.C.qui
bo.ce.poſ.& facit l.ne quis.C.de aduoca.diuer.iudi.vbi impo
34 ſitio onerum perſonalium non † extenditur ad Doctorem
35 ratione ſuæ dignitatis.Quia Doctor† dicitur in dignitate cõ-
ſtitutus.c.quanto.de magi.& voluit Bar.in procœmio.C.& in
l.fi.C.de iudi.& in l.fi.C.de Iudę.& in l.generaliter.C.de decu.
& in d.l.omnes.eod.tit.Barb.in d.c.quanto.de magiſt.vbi plu
ra iura ad hoc alle.Et alibi dicitur,quòd Doctores quaſi radij
ſolis appellantur,vt habetur de pœ.diſt.2.c.multi.& 1.q.7.c.ſi
quis.vbi velut luminaria ſplendeſcere dicuntur. & facit ca.1.
de reliqui. & vener. San. in 6.vbi dixit, ꝙ Papa per Doctores
quaſi luminoſas candelas vniuerſum corpus orbis errorum
tenebris profugatis velut ſydus radiat matutinũ.Et facit text.
in c.ſuper ſpec.de magiſ.vbi tex.dicit,ꝙ Doctores velut ſplen
dor fulgent firmamenti.Et facit etiam c.cum ex iniuncto.de
hæret.& gl.in c.cum ex eo.de elec.in 6.quæ dixit,quòd aduo-
cati non minus prouidẽt humano generi,quàm ſi armis pa-
triam defenderent. & ꝙ Doctorum ſcientia mundus illumi
natur.Et faciunt dicta per Saly.in authen.habita. C.ne fi. pro
pa.in 1.colũ.vbi dixit, ꝙ mundus illuminatur Doctoribus,&
hominibus ſcientiæ,& dicit,quòd niſi fuiſſent Doctores, nos
eſſemus in tenebris. Et facit etiam ad prædicta, nam milites
36 †non poſſunt torqueri,vt eſt tex.in l.milites.C.de quæſtio. &
ibi Doct. imò nec etiam eorum filij, vt ibi dicitur, ergo nec
Docto-

37 Doctores,quia † priuilegia militum extenduntur ad Docto-
res,ſecundùm Cy.in l.1.C.de iu. & fac. igno. Pro quo facit e-
tiam,nam ſicut verſatur vtilitas publica in militibus, vt in l.1.
& fi.ff.de teſta.mili.ita etiam in Doctoribus,& Aduocatis.l.1.
& ibi gl.C.de ſtud.lib.vrb.Ro.quod etiam voluit Bar.in l.1.ff.
ſo.mat.& in l.Aduocati.C.de Aduo.di.iu.& hoc ponit latius
D.Paris de Pu.in ſuo tract.ſyndi.in 38.char.in ver.an Doctor.
& vide Do.Fran.Bru. in trac. de indi.& tor.in 8.char.in 3.col.
38 Item minores 14.annis † non poſſunt torqueri,ſecũdùm An
ge.de Aret.in tract.malefi.in verbo, fama publica,in 16.char.
verſi.6.quæro,&c.Nam ſecundùm eum talis minor debet fe
rula cędi.alleg.l.cum Syllanianum.ff.ad Sylla.ſed voluit allega
re.l.excipiuntur.eo.tit.pro quo facit l.1.& quæ ibi habentur.
39 C.ſi aduer.delic. Item maiores † magiſtratus durante officio
non debent torqueri.Ange.vbi ſupra arg.l.pars literarum.cũ
40 ſimi.ff.de iudi.Item etiam clerici † in ſacris conſtituti. quod
tamen intellige,niſi ſint infames,ſecundùm Doc.in c.grauis.
de depoſi.ad quod vide,quæ dixi ſupra in §.nunc videndum.
num.51.& in ſing.meo 55. incip.aduertas ad vnum &c.Item
41 nec † decrepiti debent torqueri.l.3.§.ignoſcitur.ff.ad Sylla.&
in l.1.§.impubes.& ibi glo.eo.ti. De quibus perſonis vide etiã
Do.Fran.Brù.in tra.de indi.& tor.in 8.char.in 2. col. & etiam
42 per Ale.in d.l.milites.C.de quæſtio.† Item ſi apparent indicia
contra aliquem vtilem reipublicæ,talis non torquebitur, ſi-
cut nec cæteri ſupradicti, ſecundùm Do. Par.de Pu.in d.ſuo
trac.in 39.char.in 1.col.ad quod alleg. Lud. Rom.in repe.l.ſi
verò.in d.§.de viro.in 10.fal.ff.ſol.mat.ſed ad hoc poterat alle
gare bonum tex.in l.ad beſtias.ff.de pœ. de quo tex. loquitur
Do.Feli.in c.illud.de maio.& obe.& Lud.Ro.in ſing. ſuo 11.
inci.Poteſtas.& Cæpo.in cau.ſua.2.& dixi in l.qui falſam.in 8.
43 col. ff.de fal. Item † nec etiam milites veterani torqueri poſ-
ſunt,vt volunt Doc.in d.l.milites. & Do. Paris de Puteo in d.
ſuo trac.in 38.char.in vlt.col.Quid autem in militibus noſtri
temporis,an poſſint torqueri,vide D.Fran. Bru.in d.ſuo trac.
in 8.char.& in 2. col. & Docto. omnes in dictis locis,vbi hoc
examinat̃. De quibus omnibus dixi referendo prædicta in l.
44 edictum.ff.de quæſtio.vbi etiam poſui,an mulier † prægnans
poſſit torqueri.vide ibi latè.Scias tamen,ꝙ licèt non liceat re
45 gulariter torquere prædictas perſonas,† tamen hoc caſu fal-
lit in crimine læſæ maieſtatis, quia in tali crimine ceſſat tale
priuilegium,& poterunt torqueri,ſecundùm Ang. de Aret.
in tract.malefi.in verbo,fama publica,in verſic.6. quæro, &c.
vbi alleg. ad hoc.l.de minore. in princ.& l.ex libero.§.1. ff.de
quæſtio.& l.proditores. ff.de re mili. & idem dicit eſſe in cri-
mine hæreſis,alleg.glo.in l.3.C.ad leg.Iul.ma.de quo dixi in l.
edictum.in fi.ff.de quæſtio.Vide tamen omnino,quæ dixi ſu
pra in §.diligenter. nu.170. cum pluribus numeris ibi ſeq. Et
teneas etiam menti,ꝙ ſi aliqua ex dictis pſonis torqueri pro
46 hibitis torqueatur, ꝙ confeſſio † facta per tales perſonas in
tortura,vel vigore talis torturæ non valebit,arg.gl.ſingu. in l.
penul.ff.de quæſtio.& arg.eius, quod voluit Franc. Ti. in l.fi.
ff.de decur.quem ego retuli in d.l.edictum.in 14.col.verſi. &
inquantum ſuperius &c. ff. de quæſtio. & hoc voluit etiam
Bal.in l.Imperator.la 2. ff. de ſtatũ homi. de quo etiam dixi in
d.l.edictum.in 4.col.verſi. & teneas menti &c.de quæſtio. &
Do.Fran.Bru.in tract.de indi.& tor.in 7.char.in 2.col. in verſ.
4.principaliter quæro. Vlterius quæri poteſt,in quibus cauſis
47 quis poſſit † torqueri.de quo vide Do.Fran.Bru.in trac.de in-
di.& tor.in 7.char.in 1.col.in verſ.tertio principaliter quæro.
48 Item an & quando teſtes † poſſint torqueri,& in quibus caſi-
bus,vide eundem D.Fran.in eod.trac.in 7.char. in 3. & 4.col.
Quæri etiam poteſt de no. dubio : videlicet, quando plures
49 ſunt torquendi,† a quo debeat iudex incipere torturam pro
habenda veritate. in quo dicas, ꝙ debet incipere a ſuſpectis,
ſiue loquamur in pluribus reis, ſiue in pluribus teſtibus tor-
quendis, ſiue in ſimilibus, de quo per Bald. in l.1.& ibi ego
dixi,in penul.col.ff.de quæſtio.vel dicas,ſecundùm Bar. ibi,ꝙ
debemus incipere ab eo,qui veriſimilius dicet veritatem,ſed
quando non eſt magis veriſimile de vno,quàm de alio,tunc
incipimus a magis ſuſpecto,vt in d.l.1.in prin.ita dixit Bar.ibi.
Sed tu vltra Bar.vide Gand.in trac.ſuo malefi. ſub rubr.de q̃-
ſtio.& tor.in ſecunda col.in verſi. nunc videndum. vbi dicit,
ꝙ quando de pluribus eſt habẽda tortura, ſagax iudex debet
conſiderare a quo facilius veritas erui poteſt,& ab illo debet
quęſtionem incipere tãquam a timidiori,& magis ſuſpecto,
& debet incipere a viliori,& non a fortiori, vel digniori. Itẽ
50 † ſi ſunt torquendi pater & filius,debet incipere a filio in cõ-
ſpectu patris,quia citius dicet pater quã filius,quia pater ma-
gis veretur de filio,quàm de ſeipſo, vt in l. iſti quidẽ. ff. quod
51 met.cau.& in §.fi. Inſtitu.de noxa. Item † a fœmina prius eſt
incipiendum quàm a maſculo, quia homo tanquam maio-
ris conſtantiæ tardius confiteretur,ſed ipſa mulier citius con
fiteretur,quia ipſa habet cor momentaneum,& inſtabile.al-
leg.l.filia in orbitate.C.de inof.teſta.& c.forus. de verb. ſigni.
ita etiam firmat ad literam Do. Paris de Puteo in ſuo tracta.
ſyndica.in 102.char.in 1.col.& Guid.de Suza.in ſuo trac. ma-
lefi.in 5.col.in verſ.quo ordine.Et idem in effectu videtur fir
mare Do.Fran.Bru.in ſuo trac.malefi.de indi. & tortu. in 12.
char.in 3.col.vbi vltra prædicta dicit vnum no. verbum vide-
52 licet,ꝙ quando inter torquendos eſt vnus,qui habet † turpe
nomen,vt puta Foraboſco,Tarabuſo,Spezacroce, & ſimilia
nomina,ꝙ tũc debet incipi ab illo, qui habet tale nomen,vt
etiam eſſet Piza guerra, Mezo,Falameſchia,Scaramella, &c.
& alleg. rationem, quia tale nomen facit indicium iniquita-
tis contra eum,& reddit ipſum ſuſpectũ.& hoc dicit voluiſſe
Ioan.Andr.ſecundùm quod retulit Magiſter ſuus in voce,in
c.cum in contemplatione.de reg.iuris. pro quo facit in arg.
text.in l.facta. & ibi glo.in §.ſi verò nominis. ff.ad Trebel.vbi
habetur,quòd quantũ poſſumus, procurare debemus habe-
re pulchrum nomen,de quo per Do.Felyn.in procemio de-
cretalium.in ver.Gregorius.in 8.col.& per Ange.de Aret.in
trac.malefi.in verbo,fama publica. in 26. colum.verſic.nunc
videamus,&c.Et pro iſtis facit,quod voluit Bal.in l.ij.in 2.co-
53 lum.C.quo.ap.non recip. vbi dixit, ꝙ bona † phyſiognomia
prodeſt reo,& mala eidem nocet, quia mala phyſiognomia
facit præſumi quem procliuum ad ſcelera. ita dicit ipſe ibi,
quod eſt no.de quibus etiam per Do.Pa.de Put. in ſuo trac.
ſynd.in 108.char.in 2.colũ. De quibus omnibus etiam latius
loquutus ſum in l.1.in prin.in pe.& vlt.col.ff.de quæſtio. vbi
etiam ex p̃dictis aliqua addidi. Et dixi,ꝙ quando plures ſunt
rei,qui ſunt torquendi pro aliquo delicto,vt veritas ipſius de
licti inueniatur, quòd non debent attendi prædicta, ſed ſi v-
nus ipſorum reorum aliàs cõmiſit ſimile delictum, pro quo
54 ſunt torquendi, ꝙ tunc † ab illo eſt incipienda tortura non
attenta diſtinctione Doctorum,de qua ſupra. ita ſingu.dixit
Saly.in l.fi.in vlt.col.in ver. q̃ro,an ſufficiat &c. C.de quæſt.&
hoc per regulam,ſemel malus,&c. de quo etiam feci mẽtio-
nem ſupra in §.diligenter. nume.101. & idem voluit Gandi.
in trac.ſuo malefi.ſub rub.de præſump.& indi.indubitatis.in
55 pe.ver.Tene menti,quia no.eſt.† Quæro vlterius,an quis poſ
ſit ſe ſubiicere torturæ ſponte ſua, & dicere, Domine iudex
ego non habeo indicia contra iſtum, quem accuſaui de tali
delicto,ſed volo ſtare ſecum ad torturam, & eum conuince
re in tortura.In quo Do.Fran.Bru.in ſuo trac. de indi. & tor.
in 16.char.in 1.col.in prin.dicit, quòd ſi aliquis ſit inculpatus
de aliquo delicto,& dicit, Domine iudex ego non commiſi
tale delictum, & offero me velle ſtare torturæ, ideo ponatis
me ad torturam,quòd licèt iſte ſit vna beſtia, attamen Pote-
ſtas non poteſt ipſum ponere ad torturam niſi præcedãt in-
dicia,& hoc per l.liber homo.ff.ad legem Aquil.Item etiam
quia poteſtas torquendi eſt meri imperij,vt l.defenſores. C.
de defenſo. ciui. & tenet Gui. de Cu. in l.imperium. ff.de iu-
riſd.om.iud.ſed ea,quæ ſunt meri imperij, nõ poſſunt pacto
priuatorum concedi.l.priuatorum.C.de iuriſ.om.iudi. Item
56 etiam,quia non † poteſt quis committere alteri,vt ipſum pu
niat.l.1.in §.vſqueadeo.ff.de iniur. & tenet Bart. in l. penul.ff.
de condi.ob turp. cau. & in l.interdum. in §. qui furem. ff.de
fur.licèt gl.ibi ſentiat contrarium.Et licet glo.& Barto. ibi lo
quantur quando quis committit ſe torturæ in manibus pri-
uati, tamen ipſe idem dicit, quando ſe committeret in ma-
nu iudicis, quoniam vt iudex in caſu illo torquere non põt,
57 quia habetur vt priuatus, quando † aliquid facit extra termi-
nos iuris,vt habetur in l.prohibitum.C.de iu.fiſ.Et propterea
dicit Do.Fran.vbi ſupra, ꝙ quando in caſu prædicto torque-
ret aliquem etiam volentem, non excuſaretur a pœna appli
canda fiſco,ſed excuſaretur ab actione iniuriarum, & ab ip-
ſius intereſſe, quoniam volenti non fit iniuria. l.1.§.adeo.ff.
de iniur.& ibi Bar.& habetur per Bar.in l.quamuis. in fi. ff.de
in ius voc. Ex quibus ſecundùm D.Fran. vbi ſupra, deciditur
alia quæſtio,quæ ſæpe occurrit. Nam aliquis inculpat aliquẽ
de delicto,& quia non habet veras probationes, nec vera in-
dicia,ac ſufficientia ad torturam dicit,Domine Poteſtas po-
natis me, & ipſum ad torturam, quia hoc modo volo ip̃m
cõuincere de dicto delicto, an iudex ipſe ſeu Poteſtas poſſit
hoc facere? & dicit, ꝙ multi ſunt fatui,qui putant hoc poſſe
fieri,ſed ipſe dicit contrariũ eſſe verius per ſupradicta in per-
ſona volentis,ergo fortius in illo,qui nollet.de quo etiam vi
de,quæ dixi in l.pen.in 1.col.ff.de quæſt.& Gandi.in trac.ma-
leficiorum.ſub rub.de pœnis reorum.in 7.col. verſic.1.incip.
Item pone fore &c.& Io.de Ana.in c.pen. in 2. col.ff.de ſica.
Vlterius quæri poteſt, in quibus cauſis de iure cõmuni poſ-
ſit quis torqueri? In quo dicas, ꝙ in cauſa pecuniaria ſeruus
poteſt torqueri,quod ſecus eſt in libero homine, vt habetur
in l.diuus.ff.de quæſt.ſed in criminalibus, & grauibus etiã li-
beri

beri torquentur, vt in l.edictum. eod.titu.& iſta eſt differentia quantum ad tormenta inter cauſas ciuiles, & criminales. Sed quòd imò nec ſeruus, nec liber homo debeat torqueri,
58 facit. Nam† pœna eſt commenſuranda delicto.tex.& ibi Bal. in authen. omnes peregrini. in fi. C.commu.de ſucceſ.in fi. pro quo facit illud, quod ſcribitur Deuterono. c.25.vbi dicitur, Iuxta menſuram delicti, erit plagarum modus.& in cauſa pecuniaria quis non poteſt punire niſi in pena pecuniaria, vt de ſe patet,& clarum eſt, ne pœna rei pecuniariæ excedat ipſam pecuniam, vt in d.Authen.omnes peregrini.ſed tenendo, ꝙ in inquirendo veritatem rei pecuniariæ poſſit ſeruus torqueri, ſequeretur, ꝙ maior eſſet pœna inquirendo quam pœna rei inquiſitæ repertæ, quia reperta veritate rei pecuniariæ inquiſitæ reus nō poterit puniri niſi in pecunia,& ſic maior erit pena in inquirendo quam in puniendo. Et ꝙ hoc ſit verum ſatis patet.nam nedum tortura, ſed etiam quælibet alia pœna corporalis minima, eſt maior quacunque pœna pecuniaria.l.in ſeruorum.ff.de pœnis. Quinimò grauior,& du-
59 rior† eſt tortura,& eius pœna, quàm vtriuſque manus abſciſſio, vt eſt tex.in Authen.vt nulli iudi.§.fi.& alibi dicitur, quòd ſupremas anguſtias ſuſtinere, potius eſt mori quàm viuere. Et dixit Bal.in repeti.l.1.in penul.colum.C.vnde vi.quòd cruciatus corporis æquiparetur morti. Et ſcribit Seneca in epiſtolis, ꝙ nemo tam timidus eſt, vt malit ſemper pendere, quã ſemel cadere. De quo ego latius dixi in l.diuus Pius, in 1. col. ff.de quæſtio. Poſſunt tamen prædicta limitari,& dici, quòd in cauſa pecuniaria non deuenitur ad torturam regulariter, vt in dictis iuribus.hoc tamen fallit in cauſa pecuniaria graui
60 & ardua, quia talis cauſa licèt ſit† pecuniaria, tamen æquiparatur cauſæ criminali, ſecundùm Bald.in l.parentes. C.de teſt.& Petrus de Anch.in conſilio ſuo 27.inc. rationes inductæ,&c. circa fi.& in conſi.62.inci.in cauſa quæ vertitur.in 2.col.& habetur in l.propter litem.§.1. ff.de excuſa. tuto. de quo dixi in l.1.in §.ſeruus municipium.& in §.præterea. in 7.col.in verſi. item dicuntur capitales &c. & in l.diuus Pius, in 1.colũ. ff.de quæſt. Sed in cauſa criminali regulariter omnes poſſunt torqueri, vt ff.& C.de quæſtio.ergo.
61 Secundò limita, niſi cauſa ciuilis,& pecuniaria habeat† crimen annexum, quia tunc deueniretur ad torturam contra omnes.ita habetur per Doc.in c.1.extra de depoſito. Ex quo dicto refert Domi. Paris de Puteo in tract. ſuo ſyndi. in 108. char.in 1.colum.verſ.an cauſa,&c.quòd aliàs ipſe dixit, quòd
62 mercatores falliti, ceſſantes & fugitiui poterunt† torqueri, vt indicent pecunias ipſis datas ad mercandum, quas nunc denegant habere,& dicunt illas perdidiſſe, quod eſt ſing.no.ſecundum eum, cum ſæpiſſimè eueniat in facto. Et de hac ſecunda limitatione vide etiam Alex.in conſi.77.incip.in cauſa accu.in 4.colum.in 1.vol.& vide quæ dixi in l.maritus.in 1. colum. ff. de quæſtio. Et circa illud, quod dixi ſupra, quòd in materia torturæ differt cauſa ciuilis a cauſa criminali &c. ad-
63 de, ꝙ etiam in pluribus aliis differt† cauſa ciuilis a cauſa criminali, licèt dicatur, ꝙ in cauſis criminalib. proceditur ad inſtar ciuilium, vt dicit tex.in l.abſentem.ff.de poen.& voluit Ludo. Roma.in ſingu.ſuo 717.incip.quæro nunquid,&c.& Bald.in l.qui crimen.in 3.colum.ad fi.C.qui accu.nõ poſſunt. Differt enim in danda dilatione, nam in cauſis ciuilibus dantur induciæ deliberatoriæ, vt in authen. offeratur. C. de lit. conteſta.& tamen in cauſis criminalibus non dantur induciæ de-
64 liberatoriæ.† ita dixit glo.not.in c.1.incip. de induciis.in q.2. quam glo.dixit auream Ludouic.Rom.in ſingu.ſuo 718.præallegato.incipien.quero, nunquid.& dicit eam eſſe ignotam. de quo etiam dixi in ſingu.meo 437.incipien. in cauſis criminalibus &c. Item in cauſis ciuilibus reus tenetur reſpondere cum iuramento, vt in toto titu. de iuramento calum. ſed ſe-
65 cus eſt in cauſis criminalibus, quia in illis† reus non debet reſpondere cum iuramento, nec iudex debet pati, ꝙ reſpondeat cum iuramento, etiam ſi ipſe reus vellet reſpondere cũ iuramento, vt ſatis latè dixi in l.pe.in pen col.ad fin.ff.de quæſtioni. Pro quo faciunt dicta per Baldum in l.1.in 2.col.verſi. oppo.nam contumax.C.quomodo & quando iudex.vbi di-
66 cit, quòd† in criminalibus non debet reus reſpondere criminoſis poſitionibus,& ſi eſt inobediens in reſpondendo, non debet haberi pro confeſſo, quia non poteſt de hoc imputari. de quo ibi latius per eum. Item in cauſis ciuilibus iuriſdictio poteſt prorogari in eo, qui non habet iuriſdictionem,
67 vt habetur in l.1.ff.de iudic.† Sed in cauſis criminalibus non poteſt prorogari iuriſdictio, vt habetur per Baldum in l.ſi ex conſenſu.in 2.colum. in verſic. reuoco igitur in dubium. C. de epiſcop.audien.& in l.1.in princ.verſic. ex hoc infertur.C. vbi de crim. agi oport.& in l.1.in vltima colum. C. de iuriſd. omn.iudic.& in l.1.in 5.notab.C.qui pro ſua iuriſdict.& per Bar.poſt gloſſam, in l.1.in 2.colũ.ff.de iudic.& per Baldum in addi. Speculator in titulo de competente iudice adi. verſic. quod in criminali.ad quod etiam vide Spec.in titu.de iuriſd. om.iud.in 3.char.& Innoc.in cap.de cauſis, in 1.col.de offic. deleg.& Alex.in l.1.ff.de iudic.& Bal.in ca. decernimus. extra de iudic.circa fin.& Alexand.in conſilio 216.incipien.ponderatis.in vltima colum.in 6.volumine. Alia eſt etiam differen-
68 tia inter cauſas criminales,& ciuiles:† Nam in cauſis ciuilibus habet locum reconuentio, vt habetur latè in l.cum Papinianus.& in authen.& conſequenter. C.de ſent.& interlo.om. iud.cum ſim.hoc tamen non habet locum in cauſis criminalibus, in quibus non fit reconuentio, ſecundùm Bal. in c.at ſi clerici.de iudi.in 4. colum. Item differunt etiam dictæ cauſæ ciuiles a criminalibus. Nam in cauſis ciuilibus licèt quis non
69 poſſit† appellare a futuro grauamine, vt habetur in cap. ante ſententiam.& in c.non ita.2.q.6.& voluit Barto. in l. Titia. in 5.col.ff.de accuſ.& Do.Ant.in ca.ex parte.in penul.colum. de appella.vt habetur latè per Cano.in c. vt debitus.eodem titu. tamen iſtud fallit in criminalibus, vbi tractatur de præiudicio
70 irreparabili,† vtputa ſi pronunciatur quis torquendus, nam licèt nedum ſit tortus, poterit tamẽ appellare ne torqueatur, cum per torturam tractetur de eius præiudicio irreparabili. ita habetur in l.ſi quis prouocatione. C. de appel.& per Do. Car.Alexand.in d.c.vt debitus.in 19 colũ.de appel.vbi ad hoc allegat etiam not.per Barto.in l.ij.ff de appel. recip. Pro quo faciunt not.verba Bal.in dicta l.ſi quis prouocatione.& dicta per Dom.Fely.in c.cum ſuper.in penul.col.de re iud.& in ca. cum inter R.priorem, in 8.col.de excep.& per Ang. de Aret. in trac.malefic. in verbo,& dictus Titius ſe defendendo.in 1. char.in vlt.verſic.inci.dixi,&c.poſt prin.& per Dom.Fely.vbi omnino videas, in c.ſignificauerunt.in vlt.colũ. poſt med.de excep.& in d.ca.cum ſuper. in 4.col.ante medium, pro quib. faciunt, quæ ego dixi in l.ſi quis ne quæſtio, in 1.col.& in l.1. in prin.in 3.co.. verſ.& ſubdit Bar.&c.& ibi in 8.col. verſic. ſequeretur etiam. ff.de quæſtio. Et ſcias aliam differentiam inter dictas cauſas ciuiles & criminales. Nam licèt merus execu
71 tor† habeat conſcientiam ſuam contra ſententiam, quã debet exequi, cum videat illam iniquam, tamen tenetur illam exequi, vt volunt Doc.in c.paſtoralis.in §.quia verò.& in cap. præterea.de offic.deleg.& in l ſi vt proponis.& in l. executorem.vbi per glo.& Bal.C.de execu.rei iudi. Tamen hoc fallit in cauſa criminali, in qua tractatur de pœna corporali, quia
72 † in talibus cauſis merus executor non debet exequi ſententiam iniuſtam contra conſcientiam ſuam, quia damnum talis executionis eſt irreparabile.ita not.dixit Inn. in d.ca.paſtoralis.in d.§.quia verò. quod dictũ refert,& ſequitur Iaſ.in §.ſi minus.in 7.col.in prin.Inſt.de act.ad quod etiamallegat Pau. de Leaza.& Pet.de Anch.in cle.1.de re iudi.& Bald.in l.addictos.C.de epi.audi. pro quo etiãfacit illud ſatyrici, videlicet.

Nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa eſt.

Et vltra eum dicas, ꝙ pro iſtis faciunt etiam dicta per D. Nellum in tract.ſuo bannitorum, in 4. parte primi tempo. in 5. quæſt.inci.quintò &c.in ver.ego verò,&c. quæ omnia addu-xi in ſing.meo 349.inci.in his, in quibus &c.vbi videas.& vide dicta per Ang.de Aret.in trac.malefi.in verbo, fama publica. in 16.char.in verſi.aduertas.& Bal.in l.ij.C.de epi.audi. vbi po-
73 nit de illo qui continuè grauatur,† qui continuè poteſt appellare.de quo etiam per Do.Phi.de Peruſio, in ca. ſuper eo. el 2.in 1.col.de appel.& latius in c.ex parte.eo.tit.in 3.colum. verſ.5.& vlt.infertur. Alia eſt etiam differentia, nam in cauſis ciuilibus ſtante ſemiplena probatione defertur iuramentũ in ſupplementum probationis, vt in l.iuriſiurandi. C.de reb. cred.& in l.admonendi. ff.de iureiur.& in l. manifeſtæ turpitudinis.eod.tit. Sed in cauſis criminalibus ſtante etiam ſemi-
74 plena probatione, non defertur† iuramentum in ſupplemẽtum probationis, ita habetur in l.fi.C.de prob.& in l.dolum. C.de dolo.& in l.metum.C.quod met.cau.& voluit Bar. in l. maritus.ff.de quæſt.& Pet.de Ancha.in c.mediatores. verſic. no.tertiò.de teſti.in 6.vbi pro hoc alleg.glo.in ca. tam literis. extra de teſti. quæ dixit, ꝙ in cauſa criminali etiam ciuiliter mota, licèt actor habeat præſumptionem pro ſe, non tamen ei defertur iuramentum in ſupplementum probationis, ſed imò tunc habet locum regula, ꝙ actore non probante,&c. quod etiam voluit in terminis gl.in c.cum ſint iura. de regu. iur.in 6.& voluit Alex.in conſi.ſuo 65.inci.viſo proceſſu,&c. in 1.col.in 1.vol.& in conſi.12.inci. viſo proceſſu vtriuſque cauſæ.in 2.col.in 2.vol.& Abb.in c.fi.in prin.in vlt.col.de iure iur.& D.Ant.in d.c.tam literis.de teſti. Et ideo ſtante ſtatuto,
75 ꝙ de damno dato credatur ſacramento accuſatoris,† nõ habet locum in furto,& ſic in cauſa criminali, niſi quatenus ius commune diſponeret, nam furtum,& damnum ſunt diuerſa.ita nota.inquit Bal.in l.nauta.in §. quæcunq;. ff.nau.caupo. ſtab.& idem dixit Alb.de Roſa.in 2.parte ſtat.q.63. incipien.

Item

Item quæro aliam quæſtionē,&c.Bal.in l.ait prætor.in princ.
ff.de iureiur. & in l.ſi ſeruus ſeruum. in §.ſi oliuam. ff.ad legē
Aquiliam.& Ludo.Ro. & Alex. in l.ij.ff.de dam. infec.& Al-
be.de Roſa.in l.1.§.occiſorum.ff.ad Sylla.& Ale.in conſi.167.
incip.requiſitus, vt breuibus.& volunt alij quamplures quos
ego adduxi in l.de minore,in §.tormenta. in 1.col.ff.de quæ-
ſtio. Eſt etiam alia differentia inter ipſas cauſas ciuiles, & cri-
minales.Nam licèt in cauſa ciuili, & pecuniaria Princeps poſ
76 ſit tollere defenſionem de plenitudine poteſtatis,tamen† in
cauſa criminali Princeps etiam de plenitudine poteſtatis nō
poteſt tollere defenſionem reo.ita ſing.dixit Bal.in l.3.in §.ſi
is pro quo.ff.quod quiſque iur.quod dictum refert,& appro
bat Dom.Fel.in c.dilecti.in 6.col.de excep.& in c.cum olim.
in vlti.colū. de re iud. & Soc.in conſilio ſuo 20.inc.memini
me alias conſuluiſſe.in 9.col.in verſi.tertius caſus,&c.in 4.vo-
lu.& idem voluit Bart.in l.filiusfa.in 2.colum. in verſic.ſed an
tunc.ff.de don.& Do.Paris de Puteo,in trac.ſynd.in 30. char.
in 3.colu.in c.inci. an Poteſtas qui miſit &c.idem voluit Do-
mi.Franciſ.de Aret.in conſi.ſuo 165.inc. ſicut Ioannes,in 13.
col.in ver.ad obiecta &c.& Soc.in conſilio 164. inci.viſa bul-
la.in 7.col.in ver.tertius quando Princeps.& in conſi. 166.in-
cip.in cauſa,quæ vertitur.in 20.col.in ver.tertius caſus. vbi di-
cit,ꝙ omnes Doc.tenent hanc doctrinam Bal.de quo etiam
dixi in l.1.§.cogniturum.in 11.colū. ff.de quæſtio. & latius in
ſingu.meo 388.incip.defenſio . Alia eſt etiam differentia in-
ter cauſas ciuiles,& criminales,quod patet . nam licèt in cau-
77 ſis ciuilibus ſufficiat ſemiplena probatio,vna cum fama, † ta-
men ſecus eſt in cauſis criminalibus, in quibus ſemiplena ꝓ-
batio vna cum fama non ſufficit.ita dixit glo.not.in c.veniēs.
el primo,de teſti.quam refert,& ſequitur Bal.in l.ij.in prin.ff.
de excu. tuto. & Imo.in l.intereſſe.ad fi.C.de accu.& Pau.de
Leaza.in ca.grauis. in penul.colum. de depoſito.& idem vo-
luit Cyn.in l.fi.C.de quæſtio.in l.qui crimen.in 3.colū.in fi.C.
qui accu.non poſſunt . & in l.ſi quis ex argentarijs.in §.ij.ff.de
eden.& idem,per illam glo.tenuit Ale.in conſil.ſuo 143.inc.
quoniam abundè, in 2.volu.& Iaſ. in repeti. l.admonendi.in
99.colum.poſt princ.ff.de iureiuran.vbi ſubdit fortius, videli
cet,ꝙ idem etiam eſt quando agitur ciuiliter de crimine . al-
legat hoc voluiſſe Ioan.Ana.in conſi.ſuo 59.incip.viſa inqui-
ſitionē.in 3.col.ad quæ etiam vide,quæ dixi in repe.mea rub.
C.de proba.in 62.& 63.colum.& in ſing. meo.437. incipien.
in cauſis criminalibus&c. Alia eſt etiam differentia inter di-
78 ctas cauſas: nam ſtāte ſtatuto,†ꝙ de litibus,qōnibus,ſeu diffe
rentijs fiat compromiſſum inter affines,tale ſtatutum nō ha
bet locum in cauſis criminalib. exiſtentibus inter affines . ita
dixit Innocen.& Io.& Abb.in ca.irrefragabili. in §. cæterum.
de offi.or.de quo feci mentionem in ſingu.meo 467. inc.vi-
get ſtatutum.circa medium. Item alia eſt etiam differentia.
79 nam mutilati† membris,vel corpore vitiati non poſſunt teſti
ficari contra clericos in cauſa criminali.ita no.dixit Abb.anti
quus in c.1.de excep.quem refert, & ſequitur Bald.in marga.
ſua in verbo,mutilati.& idem etiam dixit glo.in c.1.4 quæſt.
3.in fi. vlt.glo. quæ dicit idem eſſe in bigamo. ad quod etiam
vide glo.in c ipſi Apoſtoli.2.queſt.7.de quo dixi in ſing.meo
381.incip.clericorum priuilegia,&c.Et dicas idem eſſe in lai-
80 cis,quia laici non poſſunt conuinci† per clericos in cauſis cri
minalibus,quia clerici contra laicos nō admittuntur in cau-
ſis criminalibus,vt in c.teſtimonium.11.q.1. & voluit Innoc.
in c.cum P.de accu.Spec.& Ioan.And.in titu. de teſte. in §.1.
ver.item quòd eſt clericus,&c.& Abb.in c.de cætero.in prin.
de teſti.& Alexan.latius in conſi.65.inc.viſis proceſſibus.in fi.
in 2.volu. Alia eſt etiam differentia inter cauſas ciuiles,& cri-
81 minales, nam in cauſis ciuilibus † ex pluribus indicijs fit vera
probatio,& plena probatio,ſecundùm glo.ſing.in l.ij. in ver
bo,legitimis.ff.de excu.tut.quam dicunt ſing. Doct. in pluri-
bus,& diuerſis locis,quos ego retuli in repet.mea rubr. C.de
proba.in 62.col.vbi videas.tamen illa gloſ.non habet locum
in cauſis criminalibus.ita not.dixit glo.in c.veniens. el ſecon-
do.extra de teſt.ad quod vide Io.de Imo.in l.fi.in fi. ff.de hæ-
red.inſt.vbi dicit d.glo.eſſe ſing.& Alex.in conſi.143.inc.quo
niam abundè.in ſecunda colum.in 2.vol.ad quod etiam vide
Soc.in conſi.54.inc.viſis teſtibus.in 1.colum.in 3.vol.& Alex.
in conſi.180.inc.in cauſa,& lite.in vlt.col.in 5.vol. & Do.Phi.
Decium conſi. 33 inc.viſo &c.in 4.col.in fi.& in conſil. 167.
inc.in cauſa.in vlt.col.& vide Bal.in addi.Spec.in titu. de præ-
ſump.in vlt.addi.Reperio etiam aliam differentiam inter ip-
82 ſas cauſas ciuiles,& criminales.nam in cauſis ciuilibus† in te-
ſtibus,quod deficit in fide ſupplet numerus, ſecundùm gloſ.
no.in l.tertia.& ibi Iac.But.ff.de teſt.& no.Ioan.Andr.in add.
Specul.in tit. de noto. cri.in §.fama.in add.inc.aliàs ſupra &c.
& Nico.de Neapo.in l.excuſantur.in prin.ff.de excu. tuto. &
voluit Alexan.in conſi.ſuo 149.inc.viſo proceſſu.in 3.colum.
in 5.vol.& in conſi.ſuo 5.inc.in cauſa inquiſitionis.in 5.colū.
in 1.vol.& in conſi.78.incip.in cauſa,& lite.in 3.colum.in eo.
volu.& in conſi.47.inc.abundè.in 1.colum.in 2.vol. & in cō-
ſil.56.inc.viſo proceſſu.in vltima colum. & in conſil.111.inc.
viſis & diſcuſſis.in vltima colum.in eod.vol.& in conſi.3.inc.
viſo proceſſu.in fi.in ſexto vol.& ibi in conſilio 93. incipien.
repetitus.in pen.colum.& ibi in conſi.131.inc.perſpectis &c.
in 1.colum.& voluit Dom.Philip.Decius in conſi.163.inc.in
cauſa matrimoniali . in penul.colum. de quo etiam per Do.
Philip.in cap.teſtimonium.in ſecunda colum.de teſt.de quo
dixi etiam in ſing.meo 477.inc. in teſtibus. & voluit Ioan. de
Imo.in l.qui teſtamento.in 1.colum.ff.de teſti.& per Ioan.de
Ana.in conſil.ſuo 52.inc.in cauſa iſta . & ibi latius in addi. &
Alexand.in conſil.119.inc.viſo proceſſu.in 3.colum.in princ.
in 7.vol.& Dom.Franc.Curt.in conſil. ſuo 66.inc. ſuper pro-
ceſſu . in ſecunda colum. Iſtud tamen limita, quòd in teſtib.
quod deficit in fide,ſupplet numerus.nam hoc non habet lo
cum in cauſa criminali,vel in cauſa ciuili ardua. ita not. dixit
Bald.in cap.ad noſtram.de proba.ad quod alleg. tex.in cap.li-
cèt cauſam.in §.quidam verò.de proba.& ideo dicit Bal.in d.
cap.ad noſtram.quòd in cauſa criminali, vel ciuili ardua plu-
rimi teſtes infames non probant . Et illud dictum Bal. refert
& ſequitur Dom.Felyn.in cap.teſtimonium. in 5.col.in fi.de
teſti.& Dom.Phil.Decius in conſilio ſuo 133.inc.viſo proceſ
ſu.in fi.4.colum.vbi etiam ad hoc alleg.Pet.de Ancha.in con
ſil.247.inc.in cauſa agitata.& Ang.in conſi.127. & alia allega.
de quibus ibi per eum.de quo etiam dixi in d.ſing meo 467.
inc.in teſtibus, &c. Alia eſt differentia inter cauſas ciuiles , &
criminales,nam in cauſa ciuili filiusfam. non poteſt eſſe in iu
dicio ſine conſenſu patris,vt habetur in l.cum non ſolum.in
§.1.C.de bon.quæ lib. & in cap. ſi annum 14.de iud.in 6 Sed
ſecus eſt in cauſis criminalibus , quia in illis filiusfam. poteſt
eſſe in iudicio ſine conſenſu patris.ita dixit Bal. in l.penul.C.
de noxa. Et iſtæ ſunt differentiæ inter cauſas ciuiles & crimi-
nales,quæ præſentialiter mihi occurrunt,curioſus tamen le-
ctor poterit alias inuenire,& iſtis addere. iſtas tamen quæ ſu-
pra adduxi non reperies ſimul cumulatas ab aliquo vſque
nunc.Modò redeundo ad materiam torturę ſcias vlterius,ꝙ
83 etiam dieb. feriatis† in honorem Dei poteſt reus ſubijci tor-
turæ pro crimine enormi.tex eſt, & ibi Bal. in prima colum.
in l.3. C.de epiſco. audient. Quæri etiam poteſt in hac mate-
ria torturæ,de quotidiano dubio,de quo heri fui interroga-
tus a iudice maleficiorum huius ciuitatis.Quod dubium tale
eſt, aliquis tanquam reus citatus comparet , & dat fideiuſſo-
res,& negat maleficium commiſiſſe , ex poſt apparent cōtra
eum indicia dicti maleficij ſufficientia ad torturam, iudex fa
cit eum citare,quòd veniat ad ſe ſubijciendum torturæ pro-
pter indicia contra eum exiſtentia,qui reus eſt contumax, &
84 non vult comparere,quid debeat tunc facere iudex?† In quo
dicas,quòd glo.in l.penul. ff. de quæſtio. dat remedium ſcili-
cet , quòd cogat eū captis pignorib. & mulcta indicta. quod
verum dicit eſſe Bar. ibi de iure communi, ſecundùm quòd
ius commune abſens non poteſt damnari,etiam vbi eſt pœ-
na pecuniaria , niſi de maleficio conſtet , vt l.abſentem.ff.de
pœn.Sed ſecundùm ſtatuta terrarum,ſecundùm quæ abſens
contumax habetur pro confeſſo , dicit ipſe Bart.ꝙ ſicut ante
comparitionem ſi fuiſſet contumax , & pateretur ſe poni in
banno haberetur pro confeſſo,ita quando citatus eſt, quòd
veniat ad ſubeunda tormenta,& eſt contumax, & patitur ſe
poni in banno , debet haberi pro confeſſo . & hoc dicit pro-
bari in l.conſentaneum. C. quomodo & quando iud.& in l.
properandum.in §.ſin autem reus.C.de iud.in quibus dicitur
quòd ſicut contra contumacem ante lit.conteſt.proceditur
ad miſſionem in poſſeſſionem ex primo & ſecundo decre-
to,ita poteſt procedi poſt lit. conte. & ita dicit ipſe Bart. plu-
ries practicaſſe . ꝙ dicit eſſe menti tenendum , quia eſt mul-
tum no.de quo ego latius loquutus ſum in d.l.pe.in 2. col.ff.
de quæſtio.Sed vltra ea quæ ibi dixi, vide circa hanc quæſtio-
nem Gand.in trac.ſuo maleficio.ſub rubr.quid ſit agendum
reo abſente,& contumace.in 2.col.verſ.pone,ꝙ aliquis. & in
d.tract.ſub rub.quid agendum ſit reo præſente, & non cōtu.
in 3.col.verſi.ſed pone,quòd iſte,&c.

85 Vlterius ſcias, quòd tortura debet † fieri cum moderami-
ne, vt habetur in l.de minore. in §. tormenta . ff. de quæſtio.
quod intellige arbitrio iudicis , qui debet conſiderare com-
plexionem , & qualitatem rei videlicet , an ſit debilis, vel ro-
buſtus, & ferox,an nobilis, vel plebeius , an ciuis vel ruſticus.
item debet etiam conſiderare qualitatem criminis,an ſit le-
ue vel graue , ſeu atrox. ita dixit Dyn. in tractatu de quæſtio.
& in verſiculo,qualiter debeat , &c. & idem tenet Angel. de
Aretio in tractatu maleficio.in verbo , fama publica præce-
dente.in 16.char.in verſicu. ſeptimo quæro. & ibi Dominus

Augu-

Auguſtinus de Arim.in ſuis addi. vbi dicit,quòd licèt ille tra-
ctatus de quæſtioni.attribuatur Dyno,tamen in veritate fuit
Gandi.in tracta. malefi. in quo fecit rubricam de quæſtioni-
bus & tormentis.& alle. ipſum Gand.in d.trac. in princip. in
verſic.5.nota.vbi dicit, quòd iudices debent habere hoc tem
peramentum vt tormenta non ſumant in menſa de aliquo,
nec quantum accuſator poſtulauerit, ſed prout moderatæ
rationis temperamenta deſiderant,adeò quòd tortus ſaluus
ſit innocentiæ vel ſupplicio,ita ſecundùm eum dixit Io. An-
dreas in c.cum in contemplatione.de reg.iur.per tex.in l.quę
ſtionis modum.ff de quæſti.Et circa hoc vide etiam Bal. in l.
1.C.de confeſſ.in 6.colum.qui dicit quòd quo moderamine
ſit habenda tortura,hoc relinquitur arbitrio iudi . Et teneo
quòd cum hoc relinquatur arbitrio iud.quòd iudex ſemper
debet vti potius benignitate,quàm atrocitate, argumen. re-
gu.ſemper in obſcuris.cum multis ſimili. & in arbitrarijs iu-
dex ſemper debet ſeruare æquitatem,vt ſuprà,in §.conſtan-
te.nume.30.& in §.diligenter,nume.28.Et dicit nota. Domi-
nus Franciſcus Bru.in tractatu de indic. & tortu. in 10.char.
86 in prima colum. poſt med.† quòd iudex ſeueriter procedēs
in criminalib. debet priuari iuriſdictione : quod eſt ſummè
not.contra aliquos iniquiſſimos & ſceleſtiſſimos Iudices à
fęce leuati,qui omni carent ſcientia,virtute,& ratione natu
rali:qui cùm habent aliquem reum fortè indebitè inculpa-
tum in fortijs ſuis, illos non alloquuntur præterquàm dum
pendent in tortura, & ſi non confitentur illud quod ipſi vel-
lent,dimittunt eos in tortura pendentes, & in tali acerbiſſi-
mo tormento eos retinēt per vnam diem integram, vel per
vnam noctem,quando poſtea deponuntur,quomodo ſe ha
beant,& qualiter ſe reperiant,& cuius animi & voluntatis q-
libet cogitet, & de ſe faciant coniecturam. non ſunt adhuc
3. menſes, qnibus quidam iuuenis pictor hic Bononiæ fuit
captus & carceratus, & hora 11.fuit poſitus ad torturam, &
in ea altiatus vſque ad ſummum,& ita fuit dimiſſus vſque ad
horam 23.poſtea quando ille ſanctus Iudex veritatis & boni
tatis plenus ſuperuenit,& dixit illi reo exiſtenti in tortura,vis
etiam dicere veritatem? & videns ꝙ ipſe reus in tortura pen
dens non reſpondebat,iuſſit ipſum deponi, q depoſitus erat
mortuus & ſpirauerat in totum. Et iſta tolerantur à Deo, à
Papa,à Cardinalibus,& ab omnibus ſuperioribus & inferio-
ribus,& omnis lingua tacet, & quilibet homo videtur mu-
tus & ſurdus,& verè durū eſt talia pati.ſed tranſeat, de ſimili-
bus etiam plura dixi in vanum,tamen & fruſtratoriè in repe-
tit.mea rub.ff.de fideiuſ.in penul.& vlt.colum. Quæro conſe
87 quenter,ſi Iudex ponit aliquem indebitè † ad torturam, an
& qua pœna puniatur?In quo Bald.in rub. C. de pœna iudi.
qui malè iudi.in verſi. quæro, qualiter. dicit ꝙ talis iudex nō
punietur ſimilitudine ſupplicij,& ſic non punietur ſimili tor
tura,quia non reperitur iure cautum,quòd tortura impona
tur alicui pro finali pœna delicti,pro quo facit & habetur in
l.penul.ff.de quæſtio.& in l.item apud Labeonem.§.quęſtio
ni.ff.de iniur. ſed talis Iudex tenetur actione iniuriarum pro
motu Iudicis.alleg.l.iniuriarum ęſtimatio.ff.de iniur. Bal. au-
tem in l.decuriones.C. de quæſtioni. inducit illam l.in arg.ꝙ
de quacunque tortura, quam Iudex dolo malo facit & ſine
cauſa, ſit pœna capitalis. de quo ſe remittit ad no.in l.1.C.dę
priua.carce.vbi dicitur,quòd plus eſt torquere, quàm in pri-
uato carcere retinere.l.1.C.de cuſto.re. ſed pœna priuati car-
ceris eſt pœna vltimi ſupplicij & læſæ maieſtatis, ergo pœna
indebitæ torturæ erit pœna mortis. Ang. autem in d.l.decu-
riones,colligit ꝙ iudex qui torquet non torquendum, capi-
te punitur.Et iſtos Doct.refert & hanc partem approbat Io.
de Ana.in c.1.de cle.percuſ.in 3. col. in fi. Item hanc partem
ꝙ in tali caſu iudex ſit capite puniendus,tenet Ange. de Are.
in trac.malefi.in verbo,fama publica.in 15. char. in verſi.ter-
tiò quæro,&c.vbi dicit,quòd idem voluit Bal. in l. prima. C.
de priua.carce.quod dicit eſſe bene not.à Iudicibus. Pro qui
bus faciunt dicta per Bal.in l.milites.C.de quæſtio. vbi dixit,
quòd Iudex ſemel tortum non poteſt amplius torquere, &
ſi iudex repeteret tormenta & tortus decederet,quòd iudex
acriter puniretur. Et idem videtur tenere D. Paris de Puteo
in ſuo trac.ſynd.in 100.char.in 2.col.ante fi.vbi alleg.Bal.in d.
l.milites,& vide etiam Saly.in l.fi.C.de pœna iudi.qui malè iu
dic.vbi tenet opinio.Bal.in d.rub.illius tituli. Sed idem Salyc.
in l 2.C.de exhi.reis. tenet ꝙ Iudex ponēs aliquem iniuſtè ad
torturam,puniatur pęna capitis.quæ opi.videtur magis com
munis .quam etiam tenuit Ang.in l.Gracchus.C.de adult.de
quo dixi etiam in repe.mea.l.fi.C.de proba.in 37. char. Et vi-
88 de etiam Bald. in l.1.C. ne ex deli.defun.in 5.col vbi dicit,† ꝙ
Iudex in criminalibus procedens iniuſtè fauore vel odio, te
netur lege Cornel. de ſica. quæ omnia retuli in l. quæſtionis
mòdum.in vlt.col.ff.de queſtioni.Quæro modò,pone quòd
Iudex debitè & iuſtè torſit reum,qui reus mortuus eſt in tor
89 tura,† vel eſt debilitatus aliquo membro, an hoc caſu Iudex
puniatur,& qua pœna?In quo vide Bar.in dicta l. quæſtionis
modum. vbi dicit quòd ſi Iudex taliter torquet quòd reus
moriatur,vel aliquo membro debilitetur,quòd Iudex tene-
tur in ſyndicatu,ſi in torquendo exceſſit modum conſuetū,
& qui debebat adhiberi ſecundum qualitatem perſonæ tor-
tæ,aliàs ſecus,ſecundùm Bar.in d.l.quæſtionis modum,vbi di
cit ꝙ hoc accidit ſibi in facto,quia cum vidit reum iuuenem
& robuſtum, torſit illum taliter quòd ferè mortuus eſt, &
ideo dicit inſpiciendum,an Iudici hoc poſſit imputari,& al-
leg.no.per Cy.in l.Gracchus.C.de adult.
Sed tu vltra Bart.videas bonum tex.in l.item apud Labeo
nem.in §.ſed ſi iuſſu.ff. de iureiur. Et hāc partem etiam tenet
Tancre.de Cor.in compendioſa ſua,in 5.rub.in 19.q.vbi pri-
mò arguit ad partes, poſtea decidit quòd ſi Iudici poteſt im-
putari,vt quia exceſſit modū,tunc tenetur, aliàs ſecus. & idē
etiam ſentit Bar.in l.aut damna.in §.nec iura. ff. de pœn. pro
quibus etiam faciunt dicta per Bar. in l. fina. ff. de quæſtioni.
vbi dicit,quòd ſunt quidam Iudices ſtulti,qui ſtatim cùm ha
bent indicia contra reum,cogunt eum confiteri, quod fieri
non debet,ſecundùm eum,ſed debet adhibere tormenta cū
moderamine,& ita dicit ſe pluries feciſſe.Et faciunt dicta per
Baldum in l.1.C.de emenda.ſeruo.vbi dicit per illum tex.no.
contra Iudices, qui abſcindunt alicui carnem vt confiteatur
crimen.nam ſi talis moritur in tormentis,Iudex debet deca-
pitari tamquam homicida,ſecundùm Bal.ibi.Bal. autem in l.
3.C.de adul.in hoc diſtinguit, videlicet, quòd aut iudex non
exceſſit modum in torquendo,vt quia torſit in caſu licito,vt
eſt de conſuetudine ſine aliqua aſperitate,& tunc non tene-
tur,quia licitè fecit,argumē.l.item apud Labeonem.in §.quę
ſtionem.ff.de iniur.aut exceſſit modum, & tūc aut dolo ex-
ceſſit,& tunc tenetur lege Cornel. de ſica. pro quo allegat l.
1.C.de emenda.ſeruo.Aut exceſſit modum ex culpa,& non
ex dolo,& tunc teneatur ſecundùm qualitatem culpæ. Aut
exceſſit modum caſu,& tunc nullo modo tenetur, quia da-
bat operam rei licitæ. & ita dicit tenere Iacob. de Are. & ita
etiam dicit Bal.met in conſi.ſuo 336.incip.factum ſic propo
nitur,&c.in 4.volu.& hanc opinio.Bal. ſequitur Ange. in d.l.
Gracchus.Sali. autem circa hoc in d.l.Gracchus.arguit pro &
contra. & finaliter dicit quòd aut officialis vltra legitimum
modum non torſit & legitimis indicijs præcedentibus tor-
ſit,tunc non tenetur,quia fecit lege permittente & auctorā-
te.& ita debet intelligi quod habetur in dicta.l.aut damna.in
§.nec in ea.vbi habetur quòd plerique in tormentis deficere
ſolent.aut modum exceſſit,& tūc aut doloſè tantùm, & tūc
tenetur lege Corne.de ſica vt ff.ad leg.Iul.repetun.l. fi. & fa-
cit.l.1.in fine.C.de cuſto.reorum.aut culpabiliter tātùm, ſed
per modum culpæ, tunc punitur pro modo ipſius culpæ, ar-
gumē.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.Imperatores.ff.de adult.
modica tamen culpa non eſſet inſpicienda,ſecundùm eum.
argumē.§.illud.videlicet in Authen. vt iud. ſine quoquo ſuf-
fra.in dubio autem vt dicit ipſe Sali. exceſſum aſcribendum
potius culpæ quā dolo,ad quod allegat plura,de quib.ibi per
eum,& ibi ponit ipſe Sali.quando dicatur iudex modū exce
dere.Et iſta quaſi oīa refert & ſequitur Io.de Ana.in c.1. in 4.
& 5.col.de cle.percuſ.& ſic opi.Bar. in d. l. quæſtionis modū.
vr̄ cōiter approbata,de qōne vide ēt Ang.de Are.in trac.ſuo
malefi.in ver.fama pub.in ver.8.quęro,& ibi in addi.& D.Pa-
ri.de Puteo in trac.ſind.in 99.char. in 1.col. & ibi in 98. char.
verſ.an officialis,&c.& vide quę dixi in repe.mea l fi.C. de ꝓ-
ba.in 73.char.Et iſta oīa ad literam retuli in d. l. qōnis modū.
in pe.col.Sed etiam vltra ibi dicta de hoc vide Gādi.in tracta.
ſuo malefic.ſub rub.de quæſtionib.& tormentis. in 6. col.in
verſ.ſed quid ſi iudex.& D.Flor.in l.q occidit.ff.ad leg. Aquil.
& quæ dixi in l.1.in prin.in 13.col.ff.de quæſtioni.verſ.ſunt ta
men,&c.Sed vltra p̄dicta poteſt quæri, q̄d erit in illo Iudice,
90 q fecit ligare reū vt eū torqueret,† & talis reus fuit malè liga
tus,ex quo cecidit vel ſibi fregit brachiū,an talis iudex tenea
tur?Dicas ꝙ ſic,ꝙ tenetur de culpa.ita dixit Pau. de Caſt.in l.
ſi vt certo.in §.nunc viden.in fi. ff. commo. Modò vltra præ-
miſſa nolo omittere aliqua iudicio meo nō omittenda,quæ
tamen melius conueniſſent materię indiciorum,de qua dixi
ſatis amplè & diffusè,in §.diligēter.ſupra proximè. ideo tene
menti, ꝙ ille qui conuerſatur cum malis & iniquis homini-
91 bus, ex tali conuerſatione habet contra eum indicium † ini-
quitatis & delicti cōmiſſi, & ideo ſi commiſſum ſit homici-
dium, & Titius ſit ſolitus conuerſari cum homicidiarijs, ex
tali conuerſatione habebit cōtra eum indicium dicti homi-
cidij.ita dixit Ang.de Are. in tracta.maleficiorum, in verbo,
fama publica,in 2.char.in ver.quæro, an vnum indicium,vbi
dicit,quod quādo commiſſum eſt maleficium,bonus Iudex

inquiret cum quibus & per quæ loca conuerſabantur delati ſeu inquiſiti, quos torquere intendit, quoniam mala conuerſatio eſt malę operationis indicium, allegat ff. de admini-
92 ſtra. tut. l. ſi plures. in §. quamuis. quia ex mala † conuerſatione bonus efficitur malus vel vitioſus, vt l. ædiles. in §. Pedius. ff. de ædil. edicto. & idem tenet Dom. Augu. de Ari. in addi. in d. verſic. quæro, an vnum indi. & ibi dicit, quòd hoc idem dixit Gandi. in trac. ſuo maleficiorum, ſub rub. de quæſtio. in ver. quæ debeant præcedere quæſtiones, &c. Item teneas etiã
93 menti vnum aliud no. verbum, videlicet, † quòd ſi reperitur aliquis occiſus in vna domo & ſocius ſuus tacet & nihil dicit, tunc talis taciturnitas facit indicium contra eum, ex quo poterit poni ad torturam. ita multum not. dixit Lud. Rom. in l. excipiuntur. in fi. ff. ad Sylla. quem refert & ſequitur Do. Augu. de Ari. in ſuis addi. ad trac. Ange. de Are. ſuper maleficijs, in verbo, fama publica præcedente. in 8. char. in 1. addi. incip. tu autem in hac materia adde de iſta q. quam poſuit Io. And. &c. Ego autem non habeo hanc doctrinam pro expedita, per ea quæ dixit D. Paris de Puteo in tractatu ſuo ſyndi. in 99. char. in 2. col. & per ea quæ dixi ſupra in §. diligenter. nu. 150. & nu. 151. vbi omnino videas. Et per iſta ſit expedita præſens materia torturæ, quæ in criminalib. eſt maximi momenti & importantiæ, vt notum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Reus poſt torturam non ſtatim ruſumendus ut confeſſionem ratificet.*
2 *Reus ſufficienter tortus an iterum torquendus. 5. & 18.*
3 *Tortura leuis non dicitur tortura.*
4 *Vacillatio an ſit de per ſe ſufficiens ad torturam.*
6 *Confeſſio erronea etiam ſæpius iterata poteſt reuocari.*
7 *Teſtis varij ter examinati depoſitio an ſuſcipiatur, & quæ.*
8 *Iudex torquens vltra tres vices temporibus diuerſis, dicitur immoderatè procedere.*
9 *Indicia ſecunda per quæ reus repetitur in tortura, debent eſſe diuerſi generis.*
10 *Regula, infinitas eſt vitanda, in quibus locum habeat.*
11 *Præſentatio prima an liberet vadimonium de iudicio ſiſti. Et quid de illo qui promiſit præſentare toties quoties. nu. 12. 13.*
14 *Arbiter habens facultatem temporis prorogandi in compromiſſo, bis tantum poteſt prorogare.*
15 *Securitas eundi & redeundi conceſſa, an intelligatur pro prima tantum vice.*
16 *Licentia intrandi clauſtrum monialium conceſſa, primam tantum vicem admittit.*
17 *Emptor fructuum an debeat habere fructus qui ſecundario in eodem anno creuerunt.*
19 *Confeſſio facta extra iudicium, an faciat indicium ad torturam.*
20 *Confeſſio in criminalibus an ſemper ratificanda.*
21 *Conſequentia non tenet, pro tali habetur, ergo talis eſt.*
22 *Verbum habetur eſt nota improprietatis.*
23 *Statuta in odioſis & pœnalibus ad caſum fictum nunquam extenduntur.*
24 *Statutum loquens in maiore, an habeat locum in maiore ex priuilegio.*
25 *Reus qui delictum confeſſus eſt, an poſſit ſuam confeſſionem reuocare prætextu erroris.*
28 *Reus confeſſus de ſe crimen, an poſſit ſine nouis indicijs repeti in tortura.*
29 *Reus habens contra ſe indicia indubitata, an poſſit ſine alijs probationibus plecti capitaliter. Et ponitur exemplum. nu. 30. Et quid ſi ſit impubes, num. 31.*
32 *Præſumptio violenta neminem damnat criminaliter.*
33 *Pœna ex ſolis præſumptionibus debet eſſe mitis.*
34 *Indicia indubitata quæ ſint.*
35 *Reus quando dicatur in ſua confeſſione perſeuerare.*
36 *Perſeuerare ex diuerſis temporibus idem eſt quod pluries confiteri.*
37 *Perſeuerantia quid ſit.*
38 *Reus quo caſu poſſit ſine ratificatione condemnari. 40.*
39 *Confeſſio cauſa pietatis facta, an poſſit parere effectum abſque perſeuerantia.*
41 *Probatio delicti plena contra reum tollitur per torturam conſtanter paſſam.*
42 *Reus confeſſus poſt tormenta repetita quæ repeti non debuerant, an plectendus. 43.*
44 *Citatione non legitimè facta, proceſſus & inde ſequentia ſunt nulla. 45.*
46 *Denunciatio criminis perperam facta, inquiſitionem inde ſequutam eneruat.*
47 *Accuſatus à bannito cui tempus banni lapſum eſt, an habeatur pro confeſſo ex forma ſtatuti de habendo contumacem pro confeſſo.*
48 *Reo conſtanter quæſtionem paſſo, iudex quid facere debeat ne moleſtetur in ſyndicatu.*
49 *Tortus non confeſſus an & quando debeat relaxari, & abſolui. numero 50.*
51 *Iudex nolens reum fideiuſſoribus relaxandum relaxat, anteneatur actione iniuriarum in ſyndicatu.*
52 *Condemnatio an ſequi poſſit ex deductis in inquiſitione quæ non fuerunt ſpecialiter prolata.*
53 *Statutum puniens delictum commiſſum in ſtrata, & inquiſitio dicit commiſſum in via, non punit inquiſitum. Et quid de inſtigante cuius inquiſitio dicit illum mandaſſe delictum committit. numero 54. 55.*
56 *Statuti qualitates ſpecificè probandæ priuſquam pœna illius locum habeat. num. 57.*
58 *Inquiſitio requirit probationem omnium contentorum, aliàs corruit. Idem etiam de ſententia iudicis. nu. 59.*
60 *Probationes factæ contra accuſatum de vulnere quando non præiudicent accuſato.*
61 *Probatio licet habeat intellectus ambiguos, ſi tamen eſt concluſiua in omni intellectu prodeſt probanti.*
62 *Ignoſcendum eſt ei, qui prouocatus deliquit. 69.*
63 *Vim vi repellere quatenus liceat.*
64 *Aggreſſorem occidens etiam ſe non defendendo mitius punitur. Nec peccat ſi aggreſſor percuſſerit. nu. 74. 85.*
65 *Percuſſus inſequens vulnerantem qui fugiebat & eum occidens, an teneatur vt homicida.*
66 *Pœna temperanda in eo qui dolore accenſus delinquit.*
67 *Dolus in dubio non præſumitur in eo qui faciendo actum licitum exceſſit modum, in culpa tamen eſt. 68.*
70 *Prouocatus ſemper ad ſuam defenſionem feciſſe præſumitur. numero 72.*
71 *Percutere incipiens ſemper in culpa dicitur. Et animum repercutiendi habere dicitur. num. 73.*
75 *Clericus in altari aggreſſus & ſe defendendo aggreſſorem occidat, poteſt ſtatim ad altare redire.*
76 *Defenſio tanquam iuris naturalis competit etiam brutis. Quæ per principem tolli non poteſt, nec per Papam. nu. 77.*
78 *Statutum tollens defenſionem, intelligitur de ciuili, non autem de naturali.*
80 *Prouocato iura adeò fauent vt de occiſo aggreſſore in defenſione non puniant de homicidio. 81. Et contra aggreſſorem præſumunt. numero 82.*
83 *Verbera non dantur ad menſuram, & nemo in defenſione modum tenere poteſt.*
84 *Metus improuiſus inſtantis periculi rectum iudicium tollit & conſilium deliberandi.*
86 *Prouocatus quando non teneatur fugere ſed reſiſtere, & ſuam tueri ſalutem.*
87 *Fugare aliquem eſt iniuria. Maximè nobilem qui non tenetur dare terga fugæ. numero 88*
89 *Famam propriam negligens crudelis eſt.*
90 *Caſtigandi modum excedens tenetur tantum pro percuſſionibus in quibus modum exceſſit. nu. 92. & 93.*
91 *Initium attenditur ubi de delicti executione agitur.*
94 *Homicidam condemnare capitaliter quem impulit iracundia, in iudicis poteſtate eſt. nu. 95.*
96 *Delictum capitale minoris qua pœna puniendum.*
97 *Conſuetudo mala excuſat delinquentem à pœna.*
98 *Notarios à pœna falſi excuſat conſuetudo.*
99 *Ius diuinum poteſt moderari per principem.*
100 *Ius diuinum dicitur ius naturale.*
101 *Ius naturale per principem etiam ſuppleri non poteſt.*
102 *Conſuetudo contradicens iuri diuino, naturali uel gentium, dicitur vſurpatio.*
103 *Conſuetudines malę ex longo tempore non confirmantur.*
104 *Diſpenſatio propter multitudinem perſonarum inducitur.*

§. Quoniam. Regulariter poſt confeſſionem factam in tortura deuenitur ad ratificationem ipſius confeſſionis, ideo aliqua ſunt vidẽda & examinanda circa ipſam materiam ratificationis. Et ideo ſcias quòd quando præcedentibus legitimis indicijs reus confeſſus eſt delictum in tortura, non reducitur ſtatim ad ban-
1 chum iuris ad ratificandam illam confeſſionem, † quam fecit in tortura, ſed reponitur in carceribus, & poſtea elapſis aliquibus diebus, quando veriſimiliter ceſſauit dolor torturæ vel aliorum tormentorum, reducitur ad banchum iuris ad ratificandum. ita dixit Ang. de Are. in trac. maleficiorum. in verbo, fama publica. in 14. char. in verſi. poſtquàm aliquis &c. vbi dicit, ꝙ aliqui ſunt iudices qui faciunt malefactorem poſtꝙ̃ eſt cõfeſſus delictũ in tormẽtis ſtatim ad banchũ iuris ratificare: & dicit ꝙ male faciunt, quia adhuc ineſt dolor & metus

metus tormentorum : quia antequam ducatur ad ratifican-
dum,debet eſſe interuallum.ita ſecundum eum dixit Ia. But.
Bal.& Saly.in l.2.C.quod met.cau.& ibi etiam Ang. & Ia.Bu.
in l.2.C.de cuſt.reorũ. vbi dicit,ꝙ tortus dẽt quieſcere, ſaltẽ
per vnam diem naturalem poſt torturam antequam duca-
tur ad tribunal vt ratificet.Et ceſſato dolore, ducitur poſtea
ab banchum iuris publicè coram iudice & Notario, & corã
publicis perſonis, vt illud quod ſecretè dixit in tortura,con-
firmet,& in publicum confiteatur.ita dicit tex. & ibi Ang.&
Saly in d.l.2.C.de cuſto. reo. & Bar.in l.1.in §. diuus Seuerus.
ff.de quæſtio.& ibi ego dixi in vlt.col.ver. quærit vlterius Bar.
Et circa hanc materiam vide Do. Aug. de Ari.in ſuis addi.ad
Ang.de Arc.in trac.ſuo maleficiorum.in verbo, fama publi-
ca.in d.ver.poſtquam aliquis,&c. vbi allegat Gandi. & alios,
de quibus ibi eum ſatis latè loquentem. Et ſcias in practica,
ꝙ quando reus eſt deductus ad banchum iuris ad ratifican-
dum,ꝙ tunc iudex debet ibi palam,& publicè facere ꝙ nota-
rius maleficiorum legat & vulgarizet inquiſitionem & eius
confeſſionem,& debet notarius dicere ipſi reo, ꝙ bene ad-
uertat ad id,quod dicitur & ſibi legitur, nam ibi tractatur de
vita ſua.& ideo ſi illud quod eſt confeſſus eſt verum,illud cõ
firmet,ſi autem non eſt verum,illud neget & improbet,tũc
lecta & vulgarizata ipſi reo dicta inquiſitione & confeſſio-
ne,ſi ipſe reus dicit ꝙ confeſſio quam fecit eſt vera, dicitur
eam ratificaſſe,& approbaſſe,& perſeueraſſe in ſua confeſſio
ne.Et tunc iudex dicit Notario maleficiorum qui fuit roga-
tus de dicta confeſſione & ratificatione illius rei:Sis rogatus
qualiter audita confeſſione & ratificatione iſtius, puta Titij
inquiſiti, ego ſtatuo ſibi 10. dies ad faciendum omnem &
quancunq; defenſionem ſuam, quam facere vult, poteſt &
intendit,quoniam finito dicto termino ſi non fecerit legiti-
mam defenſionem,faciam eum decapitari, vel aliter mori,
ſecũdum formam iuris,& ſtatutorum.Quo facto in præſen-
tia dicti Notarij & teſtium eũ reum de nouo conſignat mi-
liti ſuo,qui eum ducit ad carceres inferiores, vbi omnes poſ
ſunt eum alloqui.Si verò ipſe reus tortus negat ad banchum
iuris,& dicit confeſſionem, quam fecit in tortura non eſſe
veram, ſed factam eſſe propter cruciatum torturæ, & tunc
an iudex poſſit de nouo torqueri, in hoc plura ſunt dicen-
2 da.† Et ideo ſcias,quòd ſi talis reus fuit ſufficienter tortus, ꝙ
non poterit de nouo torqueri,niſi ſuperueniant noua indi-
cia,quia illa prima indicia fuerunt purgata per torturam. ita
habetur in l.repeti.ff.de quæſtio.& ibi dixi poſt alios in 1.col.
& habetur in l.vnius.in §.j.eo.tit.Si verò non fuit ſufficienter
tortus,tunc poteſt repeti in tortura etiam nouis indicijs nõ
ſuperuenientibus.ita dixit Bal.in l.2.C. quorum app. non re-
3 cip.vbi dicit, ꝙ leuis tortura non dicitur tortura. Et dixit Cy.
in l.fi.C.de quæſtio.ꝙ aſſeſſores, qui repetunt tormenta ſine
nouis indicijs,vel ſine nouis argumentis, nõ habent Deum,
nec leges præ oculis. de qua materia plenius habetur in l. re-
peti.ff.de quæſtio.& per Saly.in l.2.C.de cuſto.reo. & per Dy.
in trac.de quæſtio.in ver.quid ſi aliquis fuit ſemel tortus, &c.
& per Ang.de Are.in trac.malefi. in verbo, fama publica. &
per Bal.in l.milites.C.de quæſtio.& per Alex.in cõſi. ſuo 177.
inci.in cauſa Angelorum.in pen.col.in 2.vol.& in l.j.§.diuus.
ff.de quæſtio.Et in hac quæſtione vide Bal.in l.in bonefi.in 3.
col.C.de reb.credi.in ver.item quæro de confeſſione,&c.vbi
dicit ꝙ reus qui in tortura confitetur,poſtea ad banchum iu
ris negat illud commiſiſſe,poterit de nouo torqueri,quia ex
prima ſua cõfeſſione remanet ſemiplena probatio, vt voluit
gl.ſecundum eum,in l.2.C.de cuſto.reo.Et ideo dicit, ꝙ niſi
ipſe reus reuocans talem confeſſionem ſuam probet cõtra-
rium, compellitur perſeuerare in dicta ſua confeſſione.pro
quo adducit quod no.Inno.in c.per inquiſitionem,extrà de
elec.Sed idem Bal.in l.2.C.de cuſto.reo. aliter dicit in hoc ar-
ti.videlicet,ꝙ quando in confeſſione reus nõ perſeuerat ta-
citè vel expreſſè, ſed reuocat eam,quòd tunc ſi ſunt aliqua in
dicia pro reuocatione admittitur reuocatio. alleg.l. 1.§.ſi qs
vltro.ff. de quæſtio. Si autem apparent aliqua indicia facien-
tia contra eum,tunc non admittitur reuocatio,quia vbicun
que poteſt quis cogi confiteri nõ admittitur reuocatio, ſed
iſte poteſt cogi cõfiteri vigore dictorum indiciorum ſuper-
uenientium contra eum,ergo fortius poteſt cogi perſeuera
re in confeſſione.Sed vbi nulla indicia apparent pro,vel con
tra,tunc videtur ꝙ iſta reuocatio nõ procedat niſi error alle
gẽt & probetur, vel nõ ſtaret per allegãtẽ ſed per iudicẽ quo
minus probaret,vt l.de ætate. §. fi. ff.de interrog.act. & facit,
quod no.in l.ictus fuſtiũ.ff.de his,qui no. infa. ita dicit Bal.in
l.2.C.de cuſto.reo. Et dicta Bal. in dictis duob. locis refert &
approbat D.Fr.Bru.in trac.ſuo de indi.& tortu. in 13. char.in
4.col.vbi dicit ꝙ iſta diſtinctio Bal.eſt elegãs.& dicit ꝙ ita de
bet intelligi quod not.ipſe Bal. in l.fi. C. de proba.Et dicit ac

concludit ipſe D.Fran.ꝙ hoc caſu poterit cogi reus per repe
titionem tormentorum in ſua confeſſione primò facta per
ſeuerare.Et idem etiam tenet Ang.de Are.in trac.ſuo male-
fi.in verbo comparuerunt dicti inquiſiti & negauerunt to-
tum.in 2.col.in prin.Et idem tenet Alex.in apoſtillis, in l. re-
peti.ff.de quæſtio.& D. Paris de Puteo in ſuo trac. ſyndic. in
108.char.in 2.col. verſi. viſo de repetitione.& in eo.trac.in c.
char.in 2.& 3. col. vbi plura allegat. Et pro hac opinione,quã
ſequor,quòd vigore dictę primæ confeſſionis poſſit reus re-
peti in tormentis ad perſeuerandum in dicta ſua prima con-
feſſione,vltra Doc.facit duplex ratio.Prima eſt, quia nõ poſ-
ſumus dicere quòd talis reus primò confeſſus & poſtea ne-
4 gans non ſit varius & vacillans.Sed †variatio ſeu vacillatio eſt
ſufficiens indicium ad torturam de per ſe, vt dixi latè in l.de
minore.in §.plurium.in 5.col.ff.de quæſtio. & in l. ex libero.
in prin.eo.ti.& in ſing.meo 103.inci.varietas, &c.& ſ.in §.di-
ligenter.nu.74.& nu.98.ergo tanquam nouum indicium ſu-
perueniens contra ipſum reum ſemel confeſſum poterit ite
rum torqueri.Item alia etiam ratio concurrit,videlicet, quia
ſi diceremus ꝙ confeſſus delictũ in tortura legitimis indicijs
præcedentibus,poſtea ductus ad banchum iuris ad ratifican-
dum negaret,ꝙ ſi nõ poſſet repeti in tormentis, ſequeretur
ꝙ raro vel nunquã punirentur rei,& vt plurimũ furca & mi-
niſter iuſtitiæ perderẽt teẽpus ſuũ,quia quilibet reus alicuius
criminis ſciens ſe non poſſe vlterius torqueri, negaret illud
quod confeſſus eſt dicendo inter ſe, ego paſſus ſum dolorẽ,
& tormentũ,quod pati debeo,ſi nego, ſum ſecurus & tutus
à periculo mortis. Et ideo multi ſunt q ſcientes ſe poſſe ite-
rũ torqueri ratificant primam ſuam confeſſionem,qui non
facerent ſi ſcirent non poſſe torqueri. Et de hac materia dixi
etiam latè in l.repeti.in 3.col. ff.de quæſtio. vbi omnia ſupra-
dicta quaſi de verbo ad verbũ poſui.Sed ſucceſſiuè quęri po-
teſt de not.quæſtione, videlicet, pone ꝙ reus fuit poſitus ad
torturam præcedentib.legitimis indicijs, q confeſſus eſt cri-
mẽ commiſiſſe,de quo eſt inquiſitus, poſtea debito tempo-
re ductus ad banchũ iuris ad ratificandũ,negat illud qđ con-
feſſus eſt,quo ſtante vigore dictæ ſuæ confeſſionis & aliorũ,
quæ ſ.dixi,iterũ fuit tortus, q in tortura iterum confeſſus eſt
commiſiſſe delictũ,poſtea ductus ad bãchũ iuris,iterũ negat
illud delictũ commiſiſſe,ſed dicit ꝙ illud quod confeſſus eſt
fuit cõfeſſus propter dolorem torturæ. Poſtea iterũ poſitus
ad torturam iterũ confitetur,poſtea ad banchũ iuris iterum
5 negat,vt ſ.an † hoc caſu poterit iterũ torqueri? Circa ꝙ repe
rio D.Parid.de Puteo in trac.ſuo ſyndic.in 108. char.in 3.col.
dicentem ſe hũc caſum habuiſſe in facto. & dicit ꝙ finaliter
ipſe talẽ reũ abſoluit & liberauit à tortura,cũ cautione tamẽ
6 fideiuſſoria.Et ſubdit,ꝙ confeſſio erronea etiã †ſæpius reite
rata poteſt reuocari,per l.1.C.de erro. cal. vbi dicit Bal.ꝙ etiã
ſi ſit reiterata ſeu repetita, poteſt infringi probato contrario
vt in l.cũ falſa.C.de iur.& fac.igno.Et alia plura & plura addu
cit,de quib.ibi per eũ, & inter alia adducit Ange. in l.fi.C.de
7 quæſtio.vbi dixit ꝙ ſi teſtis † examinatus varius & tortus di-
cit vnum,deinde repetitus dicit aliud,ꝙ debet tertiò exami-
nari,& ſtabitur illi tertio dicto,per glo.in d.l.fi.C.de quæſtio.
in verbo,alij.adducit etiam Pau.de Caſt. in conſi.ſuo 197.in-
8 cip.viſa inquiſi.circa fi. vbi dicit quòd † iudex torquens vltra
tres vices diuerſis temporibus,dicitur immoderatè procede
re,arg.l.fideicommiſſa.in §.ſi quis 10. ff. de lega.3. Et reſpon-
det etiam ipſe Do.Paris in loco præallegato,& dicit,quòd in
caſu noſtro non poteſt dici quòd ſuperueniãt noua indicia,
ſcilicet,illa confeſſio,quia tortus confeſſus eſt, & deinde pro
pter illam confeſſionem poſitus eſt ad torturam, & deinde
propter ſecundam confeſſionem eſt iterum tortus, quia ſe-
cũda indicia per quæ quis repetitur in tortura vel in alijs tor-
9 mẽtis,† debent eſſe diuerſi generis à primis indicijs, arg. no.
in l.per hanc.C.de temp.app.& tenet Bar.in l.vnius.in prin.ff.
de quæſtio.& in trac.ſuo de quæſtio.quæ omnia refert ad li-
teram Do.Paris,vbi ſuprà,de quo dixi ego in d. l. repeti.in 4.
col.Et vltra rationem ſuperius allegatam facit alia ratio non
leuis iudicio meo,videlicet,quòd ſumus in odioſis & pœna-
libus,in quibus fit reſtrictio,vt in regula,odia.cum ſi.Ex quo
ſequitur quòd magis vendicat ſibi locum in iſtis odioſis illa
10 regula,quòd infinitas eſt euitanda, † vt in dicta l. fideicom-
miſſa.in d. §.ſi quis decem.& in l.boues.§. hoc ſermone.ff.de
verborum ſignificatio. & in l. inter ſocerum. §. fina. ff. de
pac.dota. & in l. cum pater. in §. pater certam. ff. de lega. 3.
quæ regula in pluribus diſpoſitionibus fauorabilibus habet
locum & obſeruatur, quanto magis eſt obſeruanda in pœ-
nalibus, & odioſis. Et quòd obſeruetur in pluribus caſi-
bus ciuilibus, & fauorabilibus, patet ex pluribus exemplis
& doctrinis, nam ſi aliquis promiſit ſub pœna ali-
quem præſentare iudici ad ipſius iudicis mandatum,

11 † liberatur per primam præſentationem. ita dixit Benedi. de
Plum.in l.duobus.in §.primo,per glo.ibi in verbo, exhibue-
rit.ff. de iureiur.& ibi Pau.de Caſt. poſt eum : quos refert &
ſequitur D.Alex.in conſi.ſuo 360.incip.breuiter in caſu, &c.
ſecundum or.meum. Et idem dixit Io. And. in addi. Spec.in
tit.de accu.in addi.inci. Odofredus,&c. Et idem etiam eſt in
illo, qui promiſit aliquē præſentare toties quoties opus fue-
12 rit. † nam talis liberatur bina præſentatione. ita dixit Ang.in
l.ſi finita.in prin.ff.de dam. infe. & in l.2. ff. de cuſto.reo.in §.
qui exhibendi.& in l.oratione.ff.de fer.& in l.veluti. in §. hæc
vox.ff.de eden.Ludo.Roma.in conſi.15.incip.plura ſunt,quę
quæruntur. & idem dixit Alex. in conſi. ſuo 145. incip. quo-
niam abundè.in 2. col.in 2.vol.Et facit optimè dictum Bal.in
l.ſi duo.in §.ſemel.ff.de arbi.vbi dixit,quòd ſi ſit promiſſa pœ
13 na toties quoties† fuerit contra factum,quòd iſta promiſſio
habebit locum tantum in bina contrafactione vt bis tātum
exigatur pœna ſi contrafiat. Et facit etiam dictum Bal. in c.
ſua nobis. in fi. de appel. vbi dixit, quòd ſi data eſt poteſtas
14 † arbitro prorogandi tempus compromiſſi, quòd illud non
15 poterit prorogare,niſi bis. Et facit etiam. Nam † alicui con-
ceditur ſecuritas eundi & redeūdi, intelligitur pro prima vi-
ce tantùm.ita dixit Io.de Pla.in l.1.C.de nauicu.lib.11. quem
refert & ſequitur Dom.Alex.in d.conſi. ſuo 360. ſecundum
ordinem meum,incip.breuiter in caſu præmiſſo. in prin. Et
ibi etiam ſubdit, quòd ſi alicui concedatur licentia intrandi
16 † clauſtrum monialium, intelligitur de vna vice tantum : &
allegat rationem dicens,ꝙ in materia reſtringibili, debet in-
telligi conceſſio facta pro prima vice tantum.allegat hoc vo
luiſſe Alberi. de Roſa. in 2. parte ſtatu. quæſtio. 181.incip.ꝙ
ꝑ dictum fratrem Vbertum. Et facit etiam not. verbum Bal.
in l.diuortio.§.quod in anno.ff.ſolut.matrim.vbi dixit, ſi ali-
17 quis vendit vuas † vel roſas viridarij,quæ fructificabant bis in
anno,quòd emptor debet habere primas tātùm vuas vel ro-
ſas.Et facit etiam,quod voluit Bar.in l. cum quidam.ff.de an-
nuis lega.vbi dixit,quòd ſi teſtator reliquit fratribus Minori-
bus in feſto ſancti Franciſci vnam pitantiam, quòd intelligi-
tur ſemel tantùm.Et faciunt alia plura in propoſito iſto,quę
ego adduxi in rep.mea rubr.ff.de fideiuſ.in 9.quæſtione,quæ
omnia faciunt ad quæſtionem ſupradictam,vt reus vltra ter-
tiam vicem non poſſit torqueri. Vlterius quæro de not. alia
quæſtione,videlicet,pone quòd reus non per torturam, ſed
ſponte confeſſus eſt delictum,poſtea autem ductus pœnitē-
tia illud negat, & non vult in tali ſua confeſſione perſeuera-
18 re,an iſto caſu poſſit † cogi per torturam ad perſeuerādum?
In quo dubio puto fore diſting.hoc modo videlicet, quòd
aut iſte reus eſt maior 25.ann.aut minor. Si eſt maior, tunc
aut fecit hanc confeſſionem in iudicio,aut extra iudicium,ſi
illam fecit in iudicio & ſit veriſimilis, probabilis, & poſſibi-
lis,vt dixi in l.1.in §.ad quæſtionem. ff. de quæſtioni. & ſuprà
in §.poſtquam,nu.6.7.8. & tunc non eſt opus alia ratificatio-
ne,ſed poteſt condemnari,cum in confeſſum nullæ ſint par-
tes iudicis,niſi in condemnando.l. proinde. ad legem Aquil.
l.ſi confeſſus.ff.de cuſto.reo.l.qui ſententiam.C.de pœn.cum
ſimi.de quo dixi in ſing.meo 201.incip. in confeſſum. & hāc
partem & opin.firmiter tenuit Io.de Imo. in conſi.ſuo 109.
viſa inquiſitione.poſt prin.vbi dicit,quòd iſta eſt communis
opin.aut iſte reus hanc cōfeſſionem huius maleficij fecit ex-
tra iudicium, & tunc non poterit condemnari ex tali cōfeſ-
ſione, ſed ex ea bene poterit torqueri vt ꝑſeueret in tali ſua
19 confeſſione,quia confeſſio facta extra iudicium, facit † indi-
cium ad torturā.habetur per gl. in l.capite quinto.ff.de adult.
de quo dixi in l.de minore.in prin.in 9.colum. ff.de quęſtio.
& ſuprà,in §.diligenter.num.76.Aut iſte reus, qui ſpontè eſt
confeſſus delictum eſt minor,& tunc dico quòd etiā ſi ſpon-
tè ſit confeſſus delictum etiam cum authoritate curatoris,
attamen non poterit diffinitiuè condemnari ex tali ſponta-
nea confeſſione,niſi eam poſtea approbauerit & ratificaue-
20 rit.Cum habeamus,quòd † confeſſio in criminalibus regula
riter debeat ratificari, vt dixi in l.1.in §. diuus Seuerus.ff.de q̄-
ſtioni.de quo etiam ſatis amplè per Ang. de Are.in trac.ma-
leficio.in verbo,fama publica,in 18.char. in verſi. poſtquàm
aliquis,& ibi in addi.ad quod vide omnino quæ ego dixi, ſu-
prà in §.poſtquàm. nume. 22. Et non obſt.ſi diceretur quòd
imò confeſſio minoris cum curatore non requirit ratifica-
tionem,quando eſt ſponte facta, ſicut confeſſio maioris, vt
dixi ſuprà,attento quòd minor habens curatorem faciendo
actum, habetur pro maiore, vt in l. ſi curatorem habens C.
de in integ.reſtitu.mino. & in l. clarum. C. de auto. præſtan.
& in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. ven. cum ſi-
mi. Quia reſpondeo, quòd in caſu iſto non eſt verum quòd
iſta confeſſio ſpontanea minoris facta etiam cum autorita-
te curatoris operetur vt nō requirat ratificationem,ſicut cō
feſſio maioris, licèt dicatur, ꝙ minor habens curatorem
habeatur pro maiore,quia hoc nego, maximè in tali caſu.
21 Nam longa eſt differentia,an quis † ſit talis,an verò habeatur
pro tali.Et vt dicit regula, aliud eſt eſſe talis, aliud haberi pro
tali.l.fina.C.de interdicto matri.l.fin.C.de his,qui veniam ęta.
impet.& voluit gl.in lege,mercis.la ſeconda. ff.de verborum
ſignificat.& Dom.Philip.latius in rubr. de fide inſtrumen.Et
in caſu,quo habeatur pro tali, confeſſio talis minoris non di
22 citur vera,ſed ficta.& hoc propter verbum, habetur, † quod
eſt nota improprietatis, ut habetur in l. 1.§. deieciſſe.ff. de vi
23 & vi arma. Et ſtatuta maximè in pœnalibus † & odioſis non
extenduntur ad caſum fictum,ut habetur latè per Dom. Fel.
in d.rubr.extrà de fide inſtrumen.in 2.colum.ideo iſtis ratio
nibus teneo firmiter, quòd cōfeſſio minoris etiam cum cu
ratore, etiam ſi ſit ſpontè facta, debeat ratificari,aliàs ei non
noceat ad condemnationem capitalem, ad quod vide om-
nino,quæ dixi ſuprà,in §.poſtquàm.nume. 22. Et facit etiam
24 ad prędicta.Nā diſpoſitio legis,vel ſtatuti loquens † in mino
re,non habet locum in maiore ex priuilegio, vt in dicto c.fi.
C.de his,qui ven.ætatis impet.Teneas menti, quia hoc habui
in facto his proximis diebus, & hæc opinio à Iudicibus fuit
25 approbata.An autem reus,qui confeſſus † eſt delictum, poſ-
ſit reuocare ſuam confeſſionem prætextu erroris. dixi in l.1.
§.fin.in 18 columna. ff. de quæſt. & ponit Dominus Paris de
Puteo in tractatu ſuo ſyndic. in 202. charta, in ſecunda col.
in verſi.teſtis fuit tortus.& Dom. Iaſ. qui ſingu. loquitur in l.
magiſtratibus.in ſecunda colum.ff. de iuriſdic. omn. iudi. &
Dominus Paris in dicto ſuo tracta.in 30.char. in 3. colum.in
verſic.incipien.an Poteſtas qui miſit.Item quando reus præ
cedentibus indicijs indubitatis confeſſus eſt in tortura com-
26 miſiſſe delictum,& poſtea †ad bāchum iuris negauit,an poſ-
ſit cogi iterum cum tortura ad perſeuerandum in dicta con
feſſione ſua?vide quæ circa hoc dixi in l.repeti. in 5.colum.ff.
de quæſtio.Et circa materiam repetitionis torturæ tene mē-
ti perpetuò vnum, videlicet, quòd quando iudex habet ali-
quem ribaldum in manibus contra quem fama laborat,ꝙ ſi
fuit per eum tortus ſufficienter & noluit confiteri, adeò ꝙ
vlterius non poſſit torqueri,quia indicia ſint ſufficienter pur
gata per torturam ſi non ſuperueniunt noua indicia, tunc
cautela eſt vt poſſit de nouo pluries torqueri.Nam hoc caſu
iudex debet ipſum reum interrogare de dicto delicto, & de
eius circunſtantijs ſæpius & facere ſemper ſcribere dictum
ſuum & non parcere calamo. & hoc modo inueniet ipſum
reum varium & vacillantem in dictis ſuis Nam oportet mē
dacem eſſe memorem, tunc ex tali variatione poterit eum
27 iterum torquere,quia erit nouum indicium,cùm † variatio
faciat ſufficiens indicium ad torturam, ita dixit Ang.de Are.
in tracta.ſuo maleficio.in verbo, fama publica. in 17. char.in
verſic.nono quæro, &c. alleg. hoc voluiſſe Bartolum in l.de
minore.in §.plurimum.ff.de quæſtio.Sed tu vltra Angelum,
dicas quòd hoc voluit etiam Barto.in l.fi. in ſecunda colum.
ff.de quæſtio.& Ludouic. Roman. in conſi. ſuo 8.incipien.
viſo facto,&c.circa princ.de quo etiam ego dixi in ſing.meo
106.inci.varietas,&c.& in d.§.plurimum. in 5. col.vbi prædi-
cta limitaui,niſi iudex torqueret reum iniuſtè indicijs legiti-
mis non præcedentibus,nam tali caſu ſi bene reus millies va
cillaret,non eſſet talis vacillatio ſufficiens indicium ad tortu-
ram,per gloſſam ſingula.in l.penultima. ff. de quæſtionibus.
Ita dixit Domin.Auguſtinus de Ari. in additio. ſuis ſuper di-
cto verſic.nonò quæro,de quo latius valde dixi in dicto §.plu
28 rium.in 5.col.Et teneas bene menti in materia, ꝙ reus † con
feſſus de ſe delictum commiſiſſe, poteſt ſine nouis indicijs
repeti in tortura,ut manifeſtet mandantem.ita dixit Ang.in
l.& ſi certus.ff. ad Sylla. de quo latius dixi in §. diligenter. nu-
me.155.& in l.repeti.in 8. col. ff. de quæſtionibus. Quæro vl-
terius de vno,an reus qui contra ſe habet indicia indubitata,
29 † poſſit condemnari ad mortem ſine alijs probationibus? In
quo Doct. fuerunt uarij. Nam quòd poſſit condemnari eſt
tex.formalis in l.ſi quis adul.C.de adul.& ibi Doctores. & fa
cit c.afferte.de præſum.& facit in argum.l.final.C.arbit.tute.
& tex.in l.antiquæ.C.ad Velleian.& l.fina. ff. quod met.cauſa,
& in c.is qui.de ſpon.& c.quia veriſimile.de præſump.& pro
bat tex.c.excommunicauimus.in fine,de hęre.& in l.indicia.
C.de rei vendic.& in l.fi.C.de probationib. & in c.ſciant cun-
cti.2.quæſt.8.& hanc partem etiam tenet Specu.in tit.de pro
bat.in §.videndum.uerſi.decimotertio,& ibi clarius,& aper-
tius Ioannes Andreas,& Bartolus, in lege ſecunda. ff. de fur.
& Angel.de Are.in tracta.maleficiorum. in verſiculo, com-
paruerunt dicti inquiſiti & negauerunt totum. in tertia co-
lumna. Item pro hac parte facit optimè, quod voluit Sa-
licet.in lege fina.C.de probationib.vbi dixit, quòd ex iſtis in-
dicijs indubitatis poteſt deueniri ad condemnationem, &

30 ponit exemplum † de duobus rixantibus adinuicem: in qua rixa vnus percutitur, & vulneratur, & teſtes examinati dicũt quòd non viderunt, quando fuit facta talis percuſſio: ſed viderunt eos adinuicem rixantes, & ſtatim dimiſſa rixa viderunt quòd ille erat percuſſus & vulneratus, & dicit quòd certe ex hoc reſultat indicium indubitatũ, ex quo deueniri poteſt ad condemnationem, & iſtud dictum refert & ſequitur Dom. Franciſcus Bru. in tractatu ſuo de indi. & tortura, in 5. char. in 3. colum. poſt med. & ibi etiam ponit quamplura exẽpla de indicijs indubitatis. de quo dixi etiam in ſingu. meo 288. incip. dixi tibi. & faciunt dicta per Ioan. de Imo. in l. fina. ff. de hære. inſtitu. & per Bal. in dicta l. fina. C. de probat. & in l. neque natales. in 1. col. eodem titu. & in l. quicunque. C. de ſeruis fugitiuis, in vltima columna, & in l. milites. C. de queſt. & per Dominum Pari. de Puteo in tractatu ſuo ſyndi. in 95. char. in 4. colum. cum ſequenti. & facit dictum Bal. in l. excipiuntur. ff. ad Syllania. vbi dicit, quòd ex multis indicijs reſul-
31 tat plena probatio † etiam ad condemnationem capitalem, etiam contra impuberem. & facit etiam dictum Bal. in l. non eſt verſimile. ff. quod met. cauſa. vbi dicit, quòd ex pluribus indicijs, vel argumentis vehementibus poteſt in cauſa criminali iudicari. & faciunt dicta per Bal. in l. fi. ff. de offic. procon. & per Dom. Philip. Dec. in conſ. 163. incip. in cauſa, &c. in vlt. col. Sed contrariam partem. ſ. ꝙ quis non poſſit ex indicijs indubitatis condemnari, tenuit expreſsè Gandi. in trac. ſuo maleficiorum. ſub rubr. de præſum. & indicijs indubitatis, ex quibus condemnatio poteſt ſequi, in 1. q. & ibi circa fi. dicit quòd omnes Doct. qui erant Bononiæ tempore ſuo, & etiã alibi, dixerunt & concluſerũt pro hac parte, ſcilicet, quòd ex indicijs indubitatis non poſſit ſequi condemnatio. & ita ẽt dicit ſe vidiſſe vbiq; practicari, quòd talia indicia ſic vrgentia non ſufficiunt ad condemnationẽ pœnæ corporalis, ſed duntaxat pecuniariæ, & iudicio meo ipſe melius & copioſius examinat hanc quæſtionem omnibus alijs. quod dictum ſuũ refert & ſequitur Pau. de Caſt. in conſi. ſuo 197. incip. viſa inquiſitione. in vlt. col. in princ. vbi ſubdit, quòd propter iſtud dictum Gandi. non eſt diu quòd quendam defendit à pœna capitali, contra quem erant ita fortia indicia & indubitata, quòd animus & intellectus non poterat credere quòd alius feciſſet illud homicidium quàm ipſe. & ideo dicit concludẽdum eſſe in benigniorem partem, ſcilicet abſoluendo: cum etiam deducta in inquiſitione non ſint probata per ſpontaneam confeſſionem, nec per teſtes neceſſariò concludentes vt ibi latius per eum. Et illud dictum Gandi. & Pau. de Caſt. refert & approbat Do. Bartho. Cæpo. in conſi. ſuo 6. incip. veritas, &c. in 3. col. Et hanc partem etiam tenet Ang. in d. l. 2. ff. de fur. vbi reprehendit Bar. ibi, & dicit quòd ex præſumptio-
32 ne † violenta nemo poteſt damnari criminaliter, maximè ad mortem, ſed bene ad torturam. & idem tenet Imo. in l. fi. ff. de hære. inſti. & Ang. de Are. in trac. malefi. in verbo, fama publica. in 2. char. in verſic. quæro, an vnum indicium. & Do. Aug. ibi in addi. & Mathe. in no. ſuo 123. incip. nota quòd præſumptio violenta. & hanc etiam partem approbat Io. Andr. in addi. Spec. in tit. de proba. in §. videndum. in verſi. 13. ſuperius alleg. licet ibi in princ. dictæ addi. dixerit contrarium. Et hanc partem etiam cum pluribus limitationibus firmat Do. Fran. Bru. in trac. ſuo de indi. & tor. in 5. char. in 4. colu. circa finem. de quo dixi latius in repe. mea rub. C. de proba. in materia probationis, quæ fit per præſumptionem. vbi videas de quo etiam per Do. Philip. Dec. in conſi. ſuo 175. incip. in cauſa, &c. in vlt. col. Et pro ſupradicta opi. facit optimè illud, vide licet, quòd quando aliquis damnatur ex præſumptionib. tũc
33 nunquam debet ſibi imponi vera pœna delicti, ſed alia † mitior, vt voluit Inno. in c. quia veriſimile. de præſump. de quo dixi latè in l. repeti. in 6. col. cũ ſeq. ff. de quæſt. & s. in §. poſtquam. nu. 50. Stante ergo hac cõcluſione pro vera, quòd ex indicijs indubitatis non poteſt quis condemnari ad pœnam corporalem, dico in quæſtione propoſita, quòd ſi reus inquiſitus de crimine de quo vertitur pęna corporalis confitetur præcedentibus indicijs indubitatis, & dicit ſe commiſiſſe delictum vel contenta in inquiſitione eſſe uera; ſi poſtea ad bãchum iuris negat & non vult perſeuerare in tali ſua confeſſione, quod hoc caſu poterit propter eius confeſſionem, vt dixi ſuprà repeti in tortura vt cogatur perſiſtere in dicta ſua confeſſione, ſecus autem eſſet quãdo de delicto veniret imponenda pœna pecuniaria, quia cum de tali caſu ex indicijs indubitatis poſſit quis condemnari, non debebit iterum torqueri, ſed poterit condemnari, quia ſatis eſt eſſe probatum maleficium ad hoc vt ſequi poſſit condemnatio abſque eo quòd etiam exigatur confeſſio rei, per tex. in l. qui ſententiã. C. de poe. & per ea, quæ dixi in ſingu. meo 108. incip. aliàs fui
34 interrogatus, &c. † Quæ autem ſint indicia indubitata, vide Gandi. in dicto tracta. & Ang. de Are. & Fran. Bru. & Do. Pari. in dictis locis. vbi ponunt plura exempla & plures ſtrictiones circa ipſam materiam. & vide ſuprà, in §. diligenter. nu 153. Quæro, dixi ſuprà, quòd non valet cõfeſſio rei criminis, niſi ipſe reus in ea perſeueret. quæro ergo, quando reus dica-
35 tur perſeuerare † in ſua confeſſione: In quo Bar. in l. 1. §. diuus Seuerus. ff. de quæſtionib. dicit quòd tunc dicitur perſeuerare in confeſſione, quando poſt confeſſionem factam in tormentis reducitur in loco publico iudicij, ſcilicet ad banchũ iuris, & ibi coram Notario & publicis perſonis cõfitetur & ratificat ſeu confirmat ea, quæ confeſſus eſt in tortura. ita dicit probari ex tex. l. ſecundæ. C. de cuſto. re. de quo etiam habetur per Cano. in c. cùm in contemplatione. de regul. iuris, & per Bal. in l. 2. C. quorum ap. & per Angelum, & Imo. in l. qui aliena. §. fi. ff. de acqui. hære. & per Bal. in rub. C. de nouo Cod. compo. & in l. 1. C. de confeſ. & in c. 1. §. iniuria. in 6. col. de pace iur. fir. verſi. quæro, vtrum ſemel, &c & in l. 2. C. quod met. cau. & glo. in l. 4. ff. de pign. actio. Abb. in c. fin. de confeſ.
36 Et ſcias, † quòd perſeuerare ex diuerſis temporibus idem eſt, quod pluries confiteri, ſecundùm Bal. in 1. cõſtitutione Codicis. in vlt. col. verſic. ſed tu in hoc dic, &c. Et dixit etiam ipſe
37 Bal. in lege, quicunque. in penul. col. C. de ſer. fugi. † quòd perſeuerantia eſt animi declaratio iudicium ſic fuiſſe à principio. de quo etiam per eum in l. quidam. in nona col. C. de iu. deliber. & aliquid per Ang. Are. in tract. male. in verbo, fama publica, in 18. char. in verſi. poſtquàm aliquis eſt captus, &c. de quo etiã dixi in l. 1. in §. diuus Seuerus. in 2. col. ff. de quæſt. vbi etiam aliqua dixi circa perſeuerantiam rei.

Vlterius teneas menti circa hanc materiam ratificationis vnum not. dignum videlicet, ꝙ licèt vt s. dixi, confeſſio rei in criminalibus requirat perſeuerantiam ſeu ratificationem, ta-
38 men ſi reus primò confeſſus † fuiſſet delictum extra iudiciũ, & poſtea legitimis indicijs præcedentibus illud idem delictum confeſſus eſſet in tortura, quòd hoc caſu poterit condemnari ſine alia ratificatione. ita no. dixit Io. de Imo. in c. at ſi clerici. de iudi. quod idem melius & clarius dixit Do. Feli. in c. olim. in 6. col. in princ. de reſcript. & voluit Iaſ. in l. magiſtratibus. in 2. col. ff. de iu. omni. iudic. allegans ad hoc glo. in l. capite quinto. ff. de adult. Pro quo dicto faciunt optimè quę ego dixi in ſingu. meo 500. incip. ſponſalia de futuro. &c. vbi omnino videas. Ex iſtis adde gl. & Do. Alex. in l. capite quinto. ff. de adul. vbi dixi, quòd licet aliàs confeſſioni factæ in tormentis, non ſtetur, in l. 1. §. quæſtioni. ff. de quæſtio. tamen fallit, niſi de confeſſis præceſſerit bona confeſſio extraiudicialis, quia geminatio confeſſionis hoc operatur. de quo etiam per Bar. in l. cum ſcimus. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. de quo etiam dixi in d. l. 1. in d. §. diuus Seuerus. ff. de quæſtio. & vide etiam quæ dixi in d. l. 1. §. quæſtioni in 2. col. verſi. vlterius pro limitatione, eo. tit. Et teneas menti vnum not. à ſimili, videlicet, quòd ſicut confeſſio facta metu tormentorum non prę-
39 iudicat reo, niſi ipſe in ea perſeueret, vt dixi. s. ita nec confeſſio † ſeu renunciatio facta cauſa pietatis non valet, nec parit effectum, niſi confitens in ea perſeueret. ita dixit Abb. in c. afferte. in 1. col. de preſump. quod dictum refert & ſequitur D. Alex. in d. l. . in § diuus Seuerus. & ibi ego dixi in 2. col in fi. ff. de queſt. Scias etiam in hac materia repetitionis torturę, quòd non ſemper requiritur ratificatio, imò nec etiam aliquando non eſt neceſſaria cõfeſſio ipſius rei ad hoc vt poſſit ipſe reus condemnari de delicto, & hoc accidit, quando iudex contra ipſum reum habet plenas probationes delicti.
40 † Nam tunc poteſt ipſum condemnare ſine confeſſione & ſine ratificatione ſua. ita probat tex. in l. qui ſententiam. C. de pœn. & ibi Doctores. & hoc voluit Bal. in c. ad noſtram, per illum textum, de prob. circa fi. & Bal. in l. 1. in fi. C. de iuram. calum. & D. Alex. in l. vnius. in §. reus per illum tex. ff. de queſt. & Dom. Fran. Bru. in trac. ſuo de ind. & tor. in 10. char. in 1. colum. & Domin. Barthol. Cæpo. in conſi. ſuo 32. incipien. quidam ruſtici. in 10. colum. de quo latius dixi in ſingul. meo 108. incipien. alias fui interrogatus, &c. Et adeò eſt verum hoc, quòd non deuenitur ad torturam, nec ad confeſſionẽ, nec ad ratificationem ſtante probatione delicti, quod dixit not. Alber. de Roſa. in l. edictum. ff. de quæſtio. ꝙ ſi plenè eſt probatum delictum contra aliquem, ſi poſtea ipſe ſit tortus
41 ſuper ipſo delicto, & ipſe reus ſtet conſtans † in tortura & non confiteatur, quod tunc tollitur illa probatio tanquam non ſit vera, & hoc vult per gl. ibi, quam doctrinam refert & ſequitur Bartho. Cæpo. in conſilio ſuo 32. incip. quidam ruſtici &c. in penul. colum. vbi dicit, quòd iſtud etiam videtur eſſe de mente Barto. in l. vnius. in §. 1. ff. de quæſtio. & dicit quòd hoc etiam voluit Ange. de Aret. in trac. malefi. in verſic. comparent dicti inquiſiti & negant totum, & dicit quòd hoc vidit aliàs ſeruari Veronæ: & reſpondet ad aliquos te-

V 3 nentes

hentes contrarium. de quo etiam dixi in ſingula. meo 262.
incipien. quod potui, nolui. & in d. l. edictum.in 1. colum.
ver.& teneas menti. Scias vlterius quòd ſicut non valet con-
feſſio facta in tortura legitimis indicijs non præcedentibus,
vt eſt glo.& ibi Docto.omnes in lege penul.ff.de quęſtio.ita
42 reus confeſſus poſt tormenta † repetita quæ repeti non de-
buerunt,non poteſt ex tali confeſſione condemnari,per di-
ctam legem penul.cum glo. ff. de quæſtio.ita dixit Dom.Pa-
ris de Pu in ſuo trac.ſyn.in c.char.in 3. colu.ver. & ideo reus
&c.quod eſt no.ad materiam.l.repeti.ff.de quęſtio.Et teneas
menti perpetuò quòd non ſolum confeſſio facta in tortura
repetita, quæ de iure non debebat repeti non valet vt dixi,
43 ſed etiam non valent omnia alia inde ſequuta † poſt talem
illicitam torturam.ita dixit Dom.Paris de Puteo in ſuo trac.
ſyndi.in 102.char.in 3.colum. verſi. an confeſſio torti.vbi ad
hoc allegat plura iura de quibus ibi per eum. Pro quo dicto
facit glo.no.in l.ſi accuſatoribus.in gl.fi.C.de accuſ.quæ dixit,
44 † quod ſi citatio non eſt legitimè facta, proceſſus & ſenten-
tia & omnia inde ſequuta ſunt nulla. quam glo. refert & ſe-
quitur Bald. in c. ſi clericus.in 1.colum.de pace tenen.& in l.
cum fratrem.in vlt.colum. C.de his qui.vt indi.& in conſilio
ſuo 143.inci.pręſuppoſito.in 3.volum.Pro qua gl.facit quod
voluit Bald. in authen. omnes. C. ſi minor ſe ab hæred.abſt.
45 vbi † dixit,ꝙ vbi eſt vitium in citatione,nunquam valet pro-
ceſſus in præiudicio abſentium.Et facit optimè ſing.verbum
Bal.in addi.Specu.in titu.de inquiſitione.in 1. verſi. vbi dixit,
46 † ꝙ ſi non valet denuntiatio maleficij,non valet etiam inqui
ſitio propter eam formata tanquam acceſſoria: quod dicit
ſummè not. eſſe. Pro quibus etiam facit not. verbum Bal.in
l.ſi filius. ff. de inter. acti. vbi dixit, quòd accuſatus à bannito
47 † qui ex forma ſtatuti audiri non debet,licet patiatur ſibi la-
bi tempus & terminũ banni,tamen non habebitur pro con
feſſo ex forma ſtatuti volentis, quòd contumax habeatur ꝓ
confeſſo,quod dictum refert & ſequitur Catal. in tracta.ſyn-
di.in ver.390. incip. adde quòd accuſatus. de quo etiam dixi
in repe.mea l.de vnoquoque.in 11. colum. ff. de re iud. & in
rep.mea rub.ff.de fideiuſ.in 50.q.prin. pro quib. etiam faciũt
quæ dixi in d. repe. mea leg. de vnoquoque, in 10.colum.de
re iud.& infrà in §.ſecunda quæſtio.nume.87.Ex quibus poſ-
ſumus inferre,quòd ſicut corruente principali corruit acceſ
ſorium,vt in regula, acceſſorium. de regulis iuris. cum vulg.
ita & econtra, videlicet, quod corruente acceſſorio corruit
principale quandoque vt in ſupradictis exemplis. Quæri mo
do poteſt,pone quòd reus vel cum tortura vel cum teſtibus
purgauit omnia indicia contra eum exiſtentia, & ſimiliter
purgauit ſecunda indicia per quæ in eum fuit repetita tortu
ra,vt quia fuit conſtans & perſeuerauit in negatione,adeò ꝙ
debet relaxari,tunc quid dẽt facere iudex,vt de tali relaxatio-
48 ne non poſſit moleſtari in † ſyndicatu.in quo dicas ꝙ iudex
non debet eum tunc relaxare,ſed imò debet eum reponere
in carceribus,& videre ſi poteſt habere noua indicia,& ſi no
ua indicia ſuperuenient, poterit de nouo torqueri, vt ſuprà
dictum eſt. Si autem non ſuperuenient noua indicia, tunc
debet iudex aſſignare terminum accuſatori ſi proceditur ꝑ
viam accuſationis, ſi autem proceditur per viam inquiſitio-
nis, tunc debet aſſignari terminus denuntiatori vel ei ad cu-
ius requiſitionem fuit captus reus, quòd intra talem termi-
num debeat probaſſe & produxiſſe quicquid vult & poteſt
contra talem reum,aliàs elapſa tali dilatione ſi non fuerit ali
quid de nouo adductum vel probatum, ipſum relaxabit. ita
dicit Ang.de Aret.in tract.malefic.in verbo, fama publica.in
vlt.col.vbi ſubdit,quòd eſt bona cautela,ꝙ in relaxatione rei
iudex faciat apparere in actis torturam eſſe adhibitam in ꝑ-
ſona ipſius rei cum moderamine, ſecundùm quod indicia
contra eum exiſtentia requirebãt, & ideo quia fuerunt pur-
gata bene dicta indicia,& ipſe reus non fuit repertus culpabi
lis,iudex eum relaxauit.& dicit hoc notari per Bart. in l. fi.in
prin.ff.de quæſtio.quod dicit eſſe not. ne iudex aliter facien-
do poſtea teneretur in ſyndicatu, quæ dicta refert & appro-
bat D.Fran.Bru.in tract.ſuo de indi.& tor.in 13.char.in 2.col.
& ſubdit ꝙ ſi iudex torſiſſet aliquem indebitè & iniuſtè, ꝙ
vtatur hac cautela in relaxatione torti,videlicet,ꝙ blãdis ſua-
ſionib.faciat ipſum confiteri ꝙ fuit legitimè tortus, & ꝙ de
hoc faciat rogatum notarium, & hoc modo non tenebitur
in ſyndicatu.ad ꝙ alleg.Cara.in trac.ſuo ſyndi.in 3.ver.& in ſe
quenti.& dicit Do.Fran.vbi ſuprà, ꝙ Catal. dicit,quòd vidit
hoc practicari.de quo vide etiam Gand.in trac. ſuo malefic.
ſub rub.de quæſtio.& tor.in 4.col.in verſic. quid ſi tortus, &
vide etiam Do.Pari.de Put. in ſuo trac. ſyndi. in 51.char.in 2.
col.in verſi.iudex inquirens &c.& D.Alex. in l.2. in §.ſi publi-
co.in 14.apoſt.ff.de adul.vbi dicunt, ꝙ in tali relaxatione rei,
debet etiam citari ſyndicus camerę ſeu fiſci pro intereſſe rei-

publicæ,& hoc ſeruatur & practicatur in hac ciuitate Bono-
niæ paſſim quando relaxatur aliquis reus à carceribus. Et de
49 hac materia an & quando tortus nõ confeſſus † dẽat relaxa-
ri & abſolui,vide Salicet.in lege,ea quidem. C. de accuſati.&
in lege,ſi qui adulteri.C.de adulte.& in lege,quiſquis.C.ad le
gem. Iul. maie. Et communis practica totius Italiæ eſt apud
peritos iuſdicentes, vt in tali caſu accipiat fideiuſſores à reo
de ſe præſentando ad mandatum curiæ & dicunt in manda-
to relaxationis,Talis reus carceratus, puta Titius, relaxatur ꝓ
nunc de carceribus &c. de qua etiam materia vide per Do-
minum Paridem de Put.in tracta. ſyndi. in 108.char.in 4.co-
lum.verſi.& licet Bartolus,&c.& in eodem trac. in 104.char.
in 2.col.verſi.quidam latro famoſus &c. in princ. vbi aliquid
dicit in materia. Et ſcias quòd pendente agitatione proceſ-
ſus criminis,licet regulariter reus non debeat relaxari de car
cere niſi ſequuta abſolutione diffinitiuè per ſententiam, vt
habetur in toto titu.ff.& C.de cuſto.reo. tamen quando ap-
paret ipſum reum eſſe finaliter abſoluendum vt quando ꝓ-
ceſſus eſt publicatus, tunc etiam ante ſententiam debet rela-
50 xari etiam † ſine fideiuſſoribus.ita not. dixit Bald. in lege,ſed
ſi is. ff. de in ius vocan. ubi dicit quòd de hoc eſt tex. in lege,
nullus.C.de exhiben.reis.in verſic.donec repererit, &c.& ibi
Baldus & idem dixit ipſe. Baldus in lege, ſi quis poſt accuſa-
tionem ff.de teſtamentis. pro quo eſt bonus textus in lege,
qui pęnæ.in §.primo.ff.de manumiſſ.& hoc etiam firmat Lu
douicus Romanus in ſingula. ſuo 492. incipiente,accuſatus
de crimine capitali &c.quod eſt ſing.notandum. Nam quan
do tu es aduocatus alicuius accuſati,vel inquiſiti de crimine
capitali, & patet ex proceſſu quòd ipſe venit abſoluendus &
liberandus,vt quia plenè eſt probata innocentia ſua, hoc ca-
ſu tu potes petere à iudice vt dictum reum relaxaret de car-
ceribus, etiam antequam ſit liberatus diffinitiuè per ſenten-
tiam, & iudex tenetur eum relaxare, ſecundùm Bal.in dictis
locis.Et ego aliàs hoc pluries practicaui & obtinui in contin
gentia facti. ad quæ vide etiam omnino Iaſ. in l. naturaliter.
in 20.col.verſ.& per hoc deciditur.ff.de acq. poſſ. & pro iſtis
faciunt optimè quæ dixi in ſing.meo 106.incip.qui de proxi
mo &c. Et ſcias quod quando reus eſt fideiuſſoribus relaxã-
51 dus,ſi iudex non vult eum relaxare, † poteſt contra eum agi
actione iniuriarum in ſyndicatu,ſecundum Ange.de Are.in
ſuo tractatu maleficiorum, in verbo, pro quib.Antonius fi-
deiuſſit.in ver.& no.ꝙ ſi aliquis, vbi allegat Bar. in l.ſi verò ꝓ
condemnato.§.fi.ff.qui ſatiſda.cog.& vide quæ ego dixi in rę
peti.mea rub.ff.de fideiuſſo.in 31.q.Redeũdo modo ad prin
cipalem materiam ratificationis, videlicet, quando reus ad
banchum iuris ratificauit confeſſionem delicti per eum fa-
ctam in tortura, & quãdo habuit terminum ad faciendum
ſuam defenſionem,an illi termino poſſit renuntiare? dicam
Deo duce inf.in 7. q.extraordinaria, vbi plenè hoc examina
bo. finito autẽ termino ſibi dato & nulla facta defenſione,
tũc iudex deuenit ad ſnĩam diffinitiuam condemnatoriam
hoc modo & hoc ordine. Nam in ſero quando die ſequenti
vult facere ſnĩam diffinitiuam corporalem,ſignificat & inti-
mat hoc reo vt poſſit confiteri peccata ſua & diſponere de
bonis ſuis.Et ſm cõem conſuetudinem Poteſtas facit expen
ſis ſuis cęnam ipſius rei,& illa verè eſt cęna aſperiſſima, cala-
mitatis,doloris,& cruciatus,quę cęna parata portat per mili-
tem Poteſtatis ipſi reo, & miles dicit ipſi reo quòd Poteſtas
mittit ſibi vltimam cœnam vitæ ſuæ, & quod ſe præparet ad
mortem & ad patientiam,quia intendit eum in die ſequen-
ti condemnare diffinitiuè ad mortem, & fieri facere execu-
tionem. Poſtea ſeruatur,licet iſtud non ſit de iure,quod mã-
dantur duo homines religioſi alicuius ſocietatis ſpiritualis,
vel duo religioſi alicuius approbatæ religionis, vel duo laici
de ſocietate diſciplinatorum, qui tota nocte ſtant cum ipſo
reo,& hortantur eum ad patientiam & ad bene moriendũ,
ut ſi perdit corpus, non perdat animam. Die uerò ſequenti
iudex de mane hora tertiarum ſolita & conſueta in ſimili-
bus facit pulſare campanam ſolitam pulſari quando profe-
runtur ſententiæ capitales, & finito ſono campanæ facit Po
teſtas conuocare omnes ſuos aſſeſſores,officiales, & iudicia-
les maleficiorum, & ante eum & dictos omnes officiales ſe-
dentes pro tribunali facit ducere reum cum manibus ligatis
poſt terga, & ibi poſt eum eſt miniſter iuſtitiæ qui debet
eum examinare & morti tradere, & tunc alta & intelligibili
uoce facit à notario maleficiorum legere ſententiam con-
demnatoriam,in qua apponit genus mortis,in qua cõdem-
natus eſt,& quam pati debet ſecundum formam iuris & ſta-
tutorum,& ponit etiam locum fiendę iuſtitiæ ſeu executio-
nis. Et lecta tota dicta ſententia, reus ducitur ad mortem
per militem & per familiam Poteſtatis vel officialis ad lo-
cum iuſtitiæ & executionis deputatum, & ibi fit executio

per miniſtrum iuſtitiæ abſque aliqua dilatione. Poſtea miles Poteſtatis cui in dicta ſententia fuit mādata dicta executio, facit relationem in camera actorum de dicta executione facta. Et hoc modo finitus eſt proceſſus & ſententia pariter in vita ipſius rei, & iuſtitia habuit locum & effectum ſuū iuris ordine ſeruato, vt in ſimilibus conuenit. Et caſu quo ipſe iudex proceſſiſſet contra ipſum reum iuris ordine nō ſeruato, non potuiſſet imponere ipſi reo ordinariam pœnam delicti, vt dixi s. in §.conſtante, num. 100. quod hic non repeto &c. Aliqua tamen ſuperſunt neceſſaria valde vtilia & nō omittenda pro inſtructione iudicis, ne mortuo reo poſſint ſibi obijci in ſyndicatu. & ideo attende: Nam aut iudex venit ad ſententiam condemnatoriam ex confeſſione rei, aut ex probationib. teſtium factis contra eum, iuxta c.nos in quenquam. 2.q.1.cum ſi. Si ex confeſſione ipſius rei ſeruanda ſunt quæ dixi. s. in materia confeſſionis ad quę me refero. Si autem ipſe iudex peruenit ad ſententiam ex probationibus factis contra ipſum reum, tūc aduerte: quoniam non omnes probationes ſufficiunt ad talem condemnationem diffinitiuam. Et ideo teneas bene menti ne erres quando eris iudex, quòd niſi ſpecialiter ſint prolata deducta in inquiſitione vel
52 accuſatione, † non pōteſt ſequi condemnatio, etiam ſi omnia ſint probata excepta qualitate deducta in ipſa accuſatione vel inquiſitione. Nam quādo aliquid profertur in aliqua lege vel ſtatuto vel diſpoſitione cum aliqua qualitate, debet nedum res principalis probari, ſed etiam illa qualitas, ad hoc vt cōueniat verbis legis, ſtatuti, vel diſpoſitionis, aliàs illa qualitate non probata, non diceretur legitima probatio, ſecundum Iac.de Are.& Cy.in l.2.C.de proba. & Ioan. An.in addi. Spec.in tit.de accu. & inq.in rub.& glo.in l. cum actum.ff.de nego.geſt.& habetur in l.qui iuraſſe.in §.ſi pater il 2. ff. de iureiurā.& in l.Arethuſa.ff.de ſta.ho.& habetur per Bar.in l. denunciaſſe.in §.quid tamen.ff.de adulte. & per alios quamplures Doct.in pluribus alijs locis, quos ego retuli in l. ſi quis ne quæſtio in 26.col.ff.de q.& voluit Abb.in conſi. ſuo 78.inci. viſo toto proceſſu.in 2.col.Et ideo dixit Ioan. And. in c.1.de homi.in 6.in Nouella, ſe ſemel euaſiſſe quendam prælatum à pœna mortis, qui aſſaſſinauerat quendam hominem Chriſtianum, attamen non fuit probata illa qualitas quod homo ille aſſaſſinatus eſſet Chriſtianus ſecundū quod requirit tex. in dicto capitulo primo de homi.in 6.& per hoc fuit liberatus à pœna mortis ille prælatus, licet contra eum fuerit probatum dictum aſſaſſinamentum. ita refert Io.An.in dicto capitulo primo. quam doctrinam refert & ſequitur Bald.in l. ſi quis non dicam rapere.in tertia colum.C.de epiſco.& cle.& Pet.de Ancha.in conſilio ſuo 272.incip.de titulis criminum. in prima colum.in fine & Ludo.Roma.in conſi.ſuo 144.incipien.inquiſitio præſens.circa princ.& Dom. Alex.in conſi. 3.incip.in cauſa & lite vertente.in 4.col. in prin.in 2. vol.& in conſi.223.incip.viſo proceſſu.in 1.col. & in conſi. 224. incip. viſo proceſſu.in tertia char.in 2.col.& in conſi.171.incip.viſis & opportunè in 2.col.in 2.vol.& in conſi.306.incip.viſo proceſſu.in 6. col. & in conſi. 385. incip. viſis & optimè diſcuſſis in ſecunda colum. in quibus locis ipſe Dom. Alex. refert & ſequitur illam doctrinam Io. And. in dicto capitulo primo de homi.in 6.in nouella, & illam etiam refert & ſequitur D. Feli.in c.auditis, in penultima colum.de præſcriptio.& in capitulo, ita quorundam.circa princip.de Iudæ. Pro quo optimè facit dictum Pau.de Caſt.in l ſi communem.§. primo.ff. quemadmo.ſer.amit.vbi dixit, quòd ſi ſit inquiſitio vel accuſatio de crimine tanquam commiſſo tali tempore vel loco & probetur de alio tempore vel de alio loco, quod debet ſequi abſolutio, licet ſit probatum crimen. Et facit etiam dictū Barto.in l.penulti. C.de priuilegio domus Augu.lib.11.vbi di
53 cit, quod ſi ſtatutum † punit delictum commiſſum in ſtrata, & inquiſitio dicit delictū eſſe cōmiſſum in via, quod inquiſitus non poterit puniri. Et facit etiam dictum Bal.in l. ob hæc verba.ff.de his q no.infa.vbi dicit, quod ſi quis inquiſitus eſt
54 quod mādauit delictum committi † & probatum eſt quod inſtigauit, vt delictum committeretur, quod non poterit cōdemnari, quia nō eſt probatum ſpecialiter illud quod in inquiſitione continetur, quod dictum refert & ſequitur Do. Alex.in dicto conſi.ſuo 333. Et facit etiam ad prædicta. Nam ſi aliquis accuſat aliquem quod interfecit Titium, & poſtea probat quod hoc fecit per alium, accuſans ipſe ſuccumbet, proceſſus erit nullus. ita not. dixit Ioan. Mona. in regula, qui per alium, de regulis iur. in 6.de quo dicto facit feſtum Bal. in capitulo primo.§.iniuria.in vltima colum.in verſicu.pone accuſo te.de pa.iura.fir.& Dom.Fely.in capitulo, mulieres.in penult. colum. de ſenten. excom. de quo dixi in ſingu. meo 187. incip. qualitas appoſita &c. vbi etiam dixi pro hoc optimè facere. Nam quotieſcunque ſtatutum ſeu lex diſponit in aliquo caſu exprimendo aliquam qualitatem ipſius legis vel ſtatuti, tunc agens ſeu fundans ſe ex tali lege vel ſtatuto debet articulare, & probare qualitatem ipſius legis vel ſtatuti, & ad hoc adduxi Ang.in lege.vel necare.ff.quemadmodum teſtamen. aper. vbi dixit, quod vbicunque optima opinio
55 † teſtium eſt cauſa inductiua plenæ probationis, quę aliàs plena non eſſet, tunc de plena & optima opinione ipſorum teſtium eſt articulandum & probandum, vnde dicit quod cū ſtatutum Bononiæ diſponat quòd ad probationem mortis alicuius qui extra territorium deceſſit ſufficiat probatio per tres teſtes optimæ opinionis & famæ, quod hoc caſu ſi quis velit probare mortem alicuius, qui deceſſit extra territoriū, & illam probat per tres teſtes, quòd tamen non erit probata mors, niſi probetur illos teſtes deponentes de ipſa morte eſſe optimæ opinionis & famæ. Et idem dixit Ange.in l.prima in §.ſi quis neget.ff.quemadmo.teſtamen.aperian.quem refert & ſequitur Dom.Alex.in conſi.ſuo 82. incipien.in cauſa vertente.in tertia colum.in . volum. Et illud dictum Ange.in dicta l.vel necare, refert & ſequitur Do. Bartho.Cepol. in conſi.ſuo 58.incipien.Franciſcus.in vlt.col.ver.proſtremo &c.vbi conſuluit quòd ſi ſtatutum punit abducentem mu
56 lierem honeſtæ vitæ, bonæ conditionis & famæ, † quod iſtæ omnes qualitates erunt probandæ ad hoc vt abducens mulierem puniatur pœna ſtatuti, aliàs ſi tales qualitates non eſſent probatæ non poſſet abducens condemnari, etiam ſi ſit confeſſus talem mulierem abduxiſſe, de qua loquitur ſtatutum, de quo latius etiam dixi in d.ſing.meo 187. incip.qualitas &c. Et prædictis etiam adde Ang. in l.prætor.in §.docere. ff. vi bo. rap. vbi dicit, quòd ſi facta eſt accuſatio de vulnere
57 cum cicatrice, † & non probatum ſit vulnus ſimpliciter, ꝙ accuſator ſuccumbet, de qua materia latius loquutus ſum in l.ſi quis ne quæſtio.22. colum. in ver. pro hoc etiam optimè facit. & ibi in 27. colum. ver. item pro prædictis optimè etiam facit.ff.de quæſtioni.vbi omnino videas, & Dom.Philip.Dec in conſi.ſuo 256. incip. in cauſa inquiſitionis. in vlti. colum. Contra prędicta tamen multum facit quod dixit Bal. in l.ſi ea.C.de adulte. vbi inquit, quòd ſi aliquis in libello accuſauerit Titium de adulterio & probauit de ſtupro, quòd ſentētia lata ſuper ſtupro tenet, quod dictum refert & ſequi videtur Io.de Ana.in c.licet Hely.in vlt.col.prope fi.de ſymo. Item contra ſupradicta etiā tenuit Flo.in l.ſi is cui via.ff. quēadmo. ſer. amit. & in l.in delictis. in §.ſi detracta.circa fi.ff.de noxali. attamen prima opi. eſt magis communis & videtur magis concurrere cum naturali ratione, vt de ſe patet; vide quæ dicam inf in proxi.num.61. Item ſcias quòd dictæ qualitates poſitę in lege, ſtatuto, inquiſitione vel alia diſpoſitione ſunt probandæ vt dixi, quod eſt verum, etiam ſi per iudicem affirmatiuè ſint poſitæ in ipſa accuſatione vel inqſitione, eo quia verba iudicis poſita in inquiſitione, non probant contenta in ipſa inquiſitione, & niſi talia poſita in inquiſitione
58 probentur, corruit inquiſitio, † ſecundùm Raph.Ful.in conſil.ſuo 107 incip.ſuper eo in 2 colum. quem refert & ſequitur Dom.Philip.Dec.in conſi.ſuo 259.incip. in cauſa inquiſitionis.in vlt.colum.de quo latius dixi s.in §.conſtante.nu.16.
59 Pro quo facit etiam, † nam verba iudicis poſita in ſententia videlicet, viſo libello, lit.conte. viſa citatione & ſimilibus, nō probant illa, niſi aliter probentur, ita dicit Barba.in c.cum in iure.in 18.col.de off.deleg.& idem in citatione aſſerta à iudice dixit Inno.in c.quoniam contra.de proba. & Bart.in l.fi.ff. quando app ſit.& in l.1.C.de fi.inſtru.& Spec. & Io.An.in ti. de inſtru.edi.in §.reſtat.ver.in ſumma. & in tit.de proba.in §. videndum.verſi.ſed pone iudex, & voluit Alex.in conſi.386. incipi. viſo proceſſu. de qua materia habetur etiam per Socin. in conſil. ſuo 33. incipien. proſequendo ordinem, in 2. colum.& in conſi.66.incipien.fruſtra in 3.& 4.colum.& per Bal.in conſi.119.incip.in cauſa Dom.Gulielmi.in 3.volum.& per Abb.in conſi.ſuo 7.incip. tria circa primum.in 2.colum. & in conſi.18.incip.in cauſa, aliàs incip.primò quòd communitas, in 1.& 2.col.& latius vltra omnes loquutus ſum ego in hac materia, in l.1.in §.ſi quis dicatur.in 2.& 3.colum.ff.de q. vbi omnino videas. Item teneas menti circa prædictam ma
60 teriam vnum ſatis not. videlicet, quod probationes † factæ contra accuſatum de vulnere, non præiudicant accuſato ſi modo accuſetur de morte ſequuta ex dicto vulnere.glo.eſt in l. fi. C. ſi reus uel accuſat. mor. fue. ſuper uerbo, obiiſſe. quam dixit ſingu.Bald.in repertorio ſuo in uerbo, probatio. in pe.col.in uer.probationes factæ &c.pro quo facit dictum eiuſdem Bal.in d. reper.ſuo in uerbo, proceſſus.in ult. uerſi. in fine. Teneas etiam menti, quòd licet illud quod s. dixit ſit uerum, uidelicet quod niſi ſint ſpecialiter probata adducta in accuſatione uel in inquiſitione, non poſſit ſequi condemnatio per iura & doctrinas ſuperius allegatas: attamē ſi ꝓbatio eſt

61 tio eſt verificabilis,† & concluſiua in omni intellectu, ꝓdeſt
probāti, licet hēat ambiguos intellectus.Ita colligit Gemi.ex
verbis Io.An.in c.1.in vlt.col.de pact.in 6.Ex quo dicto infert
Dom.Alex.in l.inter ſtipulantem.§.1.in vlt. col. ff.de ver.ob.
quod ſi ego accuſo Titium quod occidit Seium,& teſtes ſu-
per hoc deponentes deponunt alternatiuè, dicentes quod
eum occidit cum gladio vel cum claua,licet videantur depo
nere incertè & ambiguè,tamen quia vterque intellectus cō-
cludit homicidium,habetur pro probatione certa,quod eſt
ſing.notandum.quod dictum refert & ſequitur Dom.Fel.in
c.ex parte.il 1.in 13. col. de reſcrip. & Iaſ.in l. dedi. in 1.col.ff.
de condi.cauſa data cauſa non ſequuta.& idem tenet Dom.
Philipp.Decius in conſi.ſuo 218.incip. in caſu &c.in 1.col.de
quo etiam dixi in ſing.meo 207. incip. incertitudo. & latius
in repet.mea rub.C.de proba.in 74.col.in uer.& ideo ſi accu-
ſo &c.Contrarium tamen expreſsè tenuit Fede. de Se.in cō-
ſi.162.inci.in quæſtione propoſita.& Pau.de Caſt.in l.ſi com
munem.§.1.in finalibus verbis.ff.quemadm.ſerui.amit.& vi-
de in materia Ang.de Are.in rubr.Inſtitu.de exceptio.in 16.
colum. Vlterius etiam iudex licet habeat ueras & plenas pro
bationes delicti, tamen non ſemper debet ferre ſententiam
condemnatoriam contra reū: ſed imò diligenter debet ani-
maduertere & cuncta diligenter rimari. Nam debet cōſide-
rare & ponderare cauſam quare,& ex qua cauſa ipſe reus cō
miſerit delictum contra eum probatum & contentum in
inquiſitione. Nam plures ſunt cauſæ quæ excuſant reum à
delicto & ab eins pœna,ut ego poſui 25.caſus in l.1.ff.de ſica.
in quibus occidens hominem non punitur pro ipſo malefi-
cio. Et ideo ſcias quòd licet probata ſit percuſſio contra ali-
quem reum,attamen talis reus non debet puniri ſeu condē
nari ſi iuſta cauſa ipſum induxit ad delinquendum; vt puta ſi
62 fuit prouocatus † ab ipſo percuſſo,nam tunc iudex non po-
teſt nec debet talem percutientem,vulnerantem vel occidē
tem condemnare,ſaltem vera pœna delicti: quoniam igno-
ſcendum eſt ei qui prouocatus deliquit.l qui cum maior.§.ſi
libertus. in verſic. ignoſcendum eſt enim ei qui prouocatus
voluit vlciſci &c. de bonis liberto. Pro quo eſt etiam tex. in
clemen.1.de homi.& in l. ſcientiam.in §. qui cum aliter.ff.ad
leg. Aquil.& in l.1. in prin.ff.ſi quadru.paupe.fe.di.cum ſimi.
Pro quo facit tex.ſingu.& aureus in lege, ſi adulterium cum
inceſtu. in §. Imperatores.in verſiculo, difficillimū enim eſt
iuſtum dolorem temperare.ff. de adulter.ad quod etiam fa
cit l. Gracchus.C.eo. Et hanc partem tenet Specu.per illa iu-
ra in titulo de crimine per modū except. opp. in §. in primis
in ver. ſed quare, & idem per illa iura firmat Pau.de Caſtro,
in conſilio ſuo 192.incipien.in cauſa incarceratorum,in vlti.
col.vbi not.loquitur.Gandi. in tracta. maleſi.ſub rub.de pœ-
nis reorum.in 24.colum.ver. pone etiam quòd plures homi
nes.& Oldr.in conſi. 71. incip. conſueuit &c.in vlt.colum.&
in conſi.ſuo 17.incip.nunquid &c.in prin. & Dom.Pet.Phil.
Cor.in conſi.ſuo 204.incip.pro deciſione. in fi. in 1.volu.Et
pro hac opi.facit optimè no.verbum Specu.in tit.de accu.in
prima parte. in §.primo,in verſi. quid ſi te vocaui latronem.
ubi dicit quòd ſi te prouocaui dicto vel facto ad iram, & tu
dicto vel facto mihi iniuriaris, quod non debes mihi ex hoc
condemnari.argumen.d.§.cum arietes. quod dictum refert
& ſequitur Do.Floren.in d.§.cum arietes.in vlt.col.in princ.
& Io.de Ana.in c.ſignificaſti.il 2.in vlt.col.de homi.& Ange.
in l.vt vim.ff.de iuſtitia & iure,& ibi Iaſ.ante fi. & Alex.in cō-
ſilio 116.incip.viſo proceſſu in prima col. in 7.volu.& etiam
refert & ſequitur Ang.de Are.in trac.maleſi.in verbo,verba
contumelioſa.in 2.char. in ver. quid ſi aliquo dicto vel facto
&c.& ibi dicit Dom.Aug.de Arim.in addi.quòd ſi cum ver-
bis iniurioſis prouocaſti me,& ego nō cum alijs verbis iniu-
rioſis offendi te, ſed cum gladio cum eſſet fortius, quòd de-
beo ſubueniri,ad quod alleg.Ange. in d.l.ſi adulterium cum
inceſtu.in dicto §.Imperatores.per illum tex.ff.de adul.Et idē
apertè etiam dixit Dom. Auguſt. de Arim. in eodem tracta-
tu.in verbo,& dictus Titius ſe defendendo.in 4.char.in addi,
incip. tu autem in hac materia. Adde quòd ideo videtur ꝙ
ex ſolis minis &c.Pro quo faciunt ſing. verba Domi.Ant.in
c.olim extrà de reſti. ſpo. relata ab Angu. de Arim. in d.uer-
bo,& dictus Titius ſe defendendo.in 3.char. in vlt.addi.circa
medium,quem vide. Et faciunt etiam dicta per Ang. in illo-
met verbo,in 4.char.in verſic.quærit ibi gl.&c.in fi. & per Io.
de Ana.in c.ſignificaſti.il 2.in vlt.colum.de homi. & per Do.
Alex.in coſi.ſuo 144.incip.poſt redditum &c. per totum.in
2.volum.& per me in l.1.in prin.in 9.colum. poſt me.ff.de ſi-
ca.Et faciunt optimè quę in contingentia facti dixi in conſi-
ſilio meo 68.incip. in nomine patris ſummi & omnipoten-
tis Dei &c. in 2. char. Et licet de iure cautum ſit ꝙ vim vi re-
63 pellere licet,† cū moderamine tamen inculpatæ tutelæ, aliàs

aliter repellens iniuriam tenetur, vt habetur per omnes in l.
vt vim.ff.de iuſtitia & iure.& in l.prima.C.vnde vi.cum ſi.At-
tamen talis prouocatus excedens debitum moderamen in
ſe defendendo & repellendo talem iniuriam, non punitur
pro toto facto,ſed pro exceſſu tantum. ita dixit Abb.in c.di-
lecti filij.extrà de excep.& ibi latius Dom. Fely.in 8.colum.in
ver.ſecunda declaratio &c. & fundant ſe in dicta l. ſi adulte-
rium cum inceſtu.in dicto §.Imperatores.in d. ver.quia diffi-
cillimum eſt iuſtum dolorem temperare &c.& dicit Do.Fe
ly.vbi ſuprà,quòd idem firmauit Ludou.Rom.in l.cum mu-
lier.in 32.colum.ff.ſolu.matri.Et ſubdit etiam Dom.Fely.qđ
64 pro hac parte facit.† Nam licet occidens aggreſſorem etiam
ſe non defendendo non excuſetur,tamen mitius punitur,ſe
cundum Iac.de Are.prout refert Do. Ant.in c.olim.il j.ad fi.
de reſti.ſpo.& ibi Abb.in 10.colum.ex quo dicit Dom. Fely.
65 vbi ſuprà quòd ſi percuſſus inſequatur †vulnerantem qui fu
giebat & eum occidat,non tenetur vt homicida,quia eſt po
tius culpoſus quàm doloſus, & idem dixit Dom. Pet. Philip.
Cor.in conſilio ſuo 204. incip. pro deciſione,in fi.in 1.volu.
pro quo faciunt dicta per Alex.in conſilio 119.inci.viſo pro-
ceſſu.in 2.colum.poſt medium.in 7.vol. De quo uerbo dicit
Dom.Fely.vbi ſuprà,nunquàm ſis oblitus, quia nō poſſet eſ-
ſe notabilius.& dicit quòd de hoc dicto exclamat Do. Fran.
de Aret.in conſilio ſuo 80.incip.ſicut decet &c.in fi.& alleg.
etiam Io.de Ligna.hoc tenentem in ſuo trac. de bello,in cō-
ſilio 127.incip.ſeptimò quæritur.Adducit etiam pro hac par
te tex.& quæ ibi habentur in c.ſignificauit. de pœn. & remiſ.
& Ioan.And.in addi.Specu.ſuper rubrica de homici.& Bald.
in c.primo.§.ſi uerò.de pace te.& Ludou. Roma.in ſing.ſuo
quarto. & Io. de Ana. in dicto c. ſignificaſti. il 2. in ulti. col.
de homic.& Pau.de Caſt.in conſi. ſuo 192. incip. in cauſa in-
carceratorum.ubi dicit Bal.ita conſuluiſſe, per d.§.Imperato
res.& per d.l.Gracchus.Item adducit etiam Bal.in d.l.ut uim.
& Pet.de Anchar. in clementi. j. de homic. & Ang. de Are.
in trac.maleficiorum. in dicto uerbo, & dictus Titius ſe de-
fendendo.in dicto uerſi. quæritur, Titius uulnerauit &c. Itē
adducit etiam gl.notabilem hoc tenentem 24.q.j.in ſumma.
Et ad prædicta facit etiam ſecundum eum,dictum Abb.in c.
olim.in 2.col.extrà de reſcrip.ubi ſecundùm eum dat genera
66 lem regulam,ꝙ quoties quis dolore accēſus deliquit, † pœ-
na debet aliquantulum temperari,per d. §. Imperatores.Ad-
ducit etiam ipſe Dom. Fely. ubi ſupra Alex. in conſi. ſuo 71.
incip.uiſa inquiſitione contra Fortunerium.in j.uolum. ubi
conſuluit Ferrariæ quòd nō diceretur exceſſiſſe moderamē
ille qui tenebatur per capillos ſubmerſus in Eridano & occi
dit tenentem,etiam ſi poterat ſperare de certo auxilio. & di
cit quòd inter alia ipſe Alex.allegat Bal.in l.j.in 6. colum.uer.
ſed pone quidam. C. unde ui.ubi dicit, quòd qui aliter non
poteſt ſine vituperio euadere maxillatam niſi cum gladio &
euaſit occidendo,excuſatur.quod etiam uoluit Alex.in con
ſilio 119.incipiente,uiſo proceſſu.in 2.colum.in 7.uolum.Di-
cit poſtea Dom.Felyn. quòd fortius ipſe reperit,uidelicet ꝙ
imò prouocatus ſolo inſultu hoſtili cum armis & adhuc nō
percuſſus,ſi occidit inſultantem,non tenetur de homicidio.
Ita dixit Alex.ſecundùm eum in l.non ſolùm. in §.ſed ut pro
bari. in fi. de operis noui nun.Item alia etiam no.circa hanc
materiam adducit Do.Fely.in d. c. dilecti filij. in 9.colum.de
exception.& in d.c.ſignificaſti.il 2. quæ per te uideas. Sed ul-
67 tra Dom.Fely.dicas tu quòd in dubio † non præſumitur do-
lus,ſed culpa in eo qui faciendo actum licitum exceſſit mo-
dum,ſecundùm Sali.in l. Gracchus. C. de adu.in illa quæſtio-
ne quando iudex torquendo occidit aliquem. quem refert
& ſequitur Dom. Augu. de Arim. in addi. ſuis ad tractatum
Ang.de Are.in lib.maleficiorum.in nerbo,& dictus Titius ſe
defendendo.in 3.char.in j.addi.Et circa hanc materiam uide
etiam omnino Dom.Alex.in conſi.ſuo 140.incip.uidetur in
68 caſu.in pe.& ulti.col.ubi dicit,quòd etiam ſi quis † ex animo
& propoſito exceſſit modum, quòd tamen non punitur ꝓ
toto ſed pro exceſſu tantum.allegat hoc uoluiſſe Pet.de An
cha.in clemen.j.de homi.de quo ibi latius per eum, de quo
etiam uide quæ latè ego dixi in c.2.circa fi.de homic.ad quæ
uide etiam Alex.in conſi.2.in 5.colum.7.uolum.& in conſi.
69 119.incip.uiſo proceſſu.in 4.colum.in eod.7.uol †Item adde
prædictis quòd ratio quare prouocatus ſeu inſultatus exce-
dens modum non punitur pro toto, ſed tantùm pro exceſ-
70 ſu eſt, † quia ſemper prouocatus ſeu inſultatus ſemper præ-
ſumitur feciſſe ad ſuam defenſionem ſecundum Bal. in l.j.§.
cum arietes.ff.ſi quadru.paupe.fe.di.& Gandi.in trac. maleſi.
ſub rub.de defen.à reo faciē.in 2.col. uer. ſed ponamus tu es
&c.& Bar.& Bal.in l.ſi ex plagis. in §. tabernarius. ff.ad legem
71 Aquil. & ibi dicit Bald. ꝙ ſemper † dicitur in culpa qui inci-
pit ꝑcutere. Et eum refert & ſequitur D. Hieronymus Tor-

tus

tus in conſilio ſuo quod fecit pro communi Florentiæ
apud Papam Sixtum, in 10.colum.ante finem,& Dom.Au-
guſt.de Ari. in add. ſuis, in dicto verbo, & dictus Titius ſe
defendendo. in ſecunda charta.in prima addit. circa me-
dium. de quo etiam per Ioannem de Ana. in capitulo,
ſignificaſti. el ſecondo, in vltima columna. de homicidio.
& ibi per Dominum Felynum, in antepenulti. columna.
Quinimo ſi quis vim iam factam repellit, præſumitur po-
72 tius quod faciat † cauſa defenſionis, quam vltionis, ſe-
cundùm dictam gloſſam 23. quæſtio. prima. in ſumma.
per quam gloſſam ita dicit Dominus Auguſt. de Ari. in
dicto verbo, & dictus Titius ſe defendendo. in 2. char-
ta. in prima additio. in ſecunda columna. Et illam gloſſam
refert & ſequitur pro valde notab. Abb.in capitulo,olim.el
primo, in 8. colum. de reſtitutio. ſpoliato. Et tantò magis
73 hoc procedit,quia † qui primo percuſſit,videtur habere ani
mum repercutiendi iterum, ſecundum Dom. Auguſt. de
Ari.in dicto ver.in 2.char.in 1.addi.in 2.colum.poſt prin.vbi
multum no,loquitur.Item circa prædictam materiam, quæ
eſt not.& multum quotidiana tene menti etiam quàm plu
ra alia.Et primò quod occidens inſultantem ſeu prouocan
74 tem taliter † occidendo,pro eius defenſione,non commit
tit peccatum. Et ideo dixit not.Ioa.de Ligna.in trac.ſuo de
75 bello,quod ſi clericus † ad altare celebrans miſſam aggredi-
tur ab aliquo,quod iuſtè dimittit celebrationem miſſæ,& ſi
in illa rixa ſe defendendo occidit aggreſſorem,quod poteſt
incontinenti redire ad altare.& miſſam perficere. quod di-
ctum refert & ſequitur Abb.in c.clerici.el primo,circa prin.
de vita,& hone.cler.quos refert & ſequitur D.Maria.Soc.in
repe.c.ad audientiam.in 31.col.de homici.in ver.27.Et ratio
76 eſt,† quia defenſio eſt de iure naturali,& tanquam iuris na-
turalis competit nedum hominibus, ſed etiam animalibus
brutis,vt habetur in d.l 1.§.cum arietes.Et talis defenſio tan-
quam iuris naturalis non poteſt tolli a principe ſiue à ſupe-
77 riore.tex.eſt & ibi Doc.in §.ſed naturalia.Inſti. de iure natu.
& voluit Bar.in tract.ſuo, qui ſint rebelles.in vlt.colum.&in
l.facultas.circa prin.C.de iure fiſ.lib.10. & Oldra. in conſilio
29 conſenſu partium validari,tamen hoc fallit ſi ſint inualidæ,
quia ſint receptæ à iuriſdictione carente,quia tunc non po-
terunt validari conſenſu partium. ad quod alleg. Dom. de
Rota. de quo ibi latius per eum. Et circa hanc materiam
differendi mortem rei condemnati ad mortem, teneas
30 menti quod ea die qua † ipſe reus recepit corpus Chriſti,
non debet tradi morti,ſed differri executio ſententiæ capita
lis in alia die.ita dixit Hoſt.in ſumma,in titu.de immu. eccle.
in §.inquantum.in 3.col.in verſi.ſed cum eccleſia. vbi etiam
ſubdit per verbum forte,quod differri debebit per tres dies
poſtquam recepit corpus Chriſti,de quo ibi latius per eum.
Et iſti ſunt modi differendi mortẽ rei cõdemnati ad mortẽ,
quos hucuſque reperi,de quibus etiam dixi in repe. mea.l.fi.
C.de probatio.in vlt.q.Et videas Dom.Alex.in l.debitoribus.
ff.de re iud.& gl.in c.cum apud Theſſalonicam. 11.q.3.& Do
cto.in c.quærenti.de offic.deleg.& Ioan.de Imo.in l.ſi is qui
reus.ff.de pub.iud.in antepenul.colum.& Petr. de Ancha. in
c.veniens.de accuſa.& Ioan.de Ana.in c.2.de his qui fil.oc.&
Bar.in l.diuus.ff.de extraord.cri.& Sal.in l.ſatis aperte.C.de fal.
Et vltra præmiſſa teneas etiam menti,quod admittitur exce-
31 ptio † vbi alias non admitteretur, quando tractatur de præ-
iudicio irreparabili,& de executione irretractabili, vt in ter-
minis noſtris.ita dixit Pau.de Leaza.in Clem.1.de re iud.quẽ
refert & ſequitur ibi Pet.de Anchar.quos refert & ſequitur
Dom.Alexan.in conſi.17.inc.requiſitus.in 4.colum. in 1.vol.
vbi dicit,quod idem voluit Bal.poſt Cyn.in l.ab executione.
in 2.colum.C.quorum appell.non recipi.& Bal.in l.eum qui
duas.C.de adul.& in l.ſi feriatis.ff.de fer.& Imo.in l.qui à latro
nibus.ff.de teſta.& in l.3.in §. Sempronius.ff.de acq.poſſ.& in
l.non ſolum.in §.morte.ff de noui ope.nunc.& Bal. in l.1. ff.
de in integ.reſt.ver.præterea ne aliquid &c.Iſtis modo expe
ditis quæri poteſt de notabili & quotidiano dubio, videlicet
32 an † reus captus & carceratus pro delicto alibi commiſſo an
te condemnationem,vel poſt,debeat remitti ad locum de-
licti,& ad iudicem illius loci vbi deliquit? In quo videtur di-
cendum,quod talis reus debeat remitti ad locum delicti, &
hoc per tex.in §. ſi quis vero comprehenſorum, in Auth. vt
nulli iud.vbi tex.imponit neceſſitatem iudici, qui cepit reũ,
vt eum remittat ad iudicem loci commiſſi delicti, vt punia-
tur vbi deliquit.ad quod etiam facit tex.in c.1.extra de rapto.
vbi tex.videtur imponere iudici quod eum non retineat,ſed
remittat.& ad idem facit tex.in c.ſi ille 23.quæſt.4.vbi tex.di-
cit ibi,vindicetur iniuria,vbi plectibilis eſt orta præſumptio.
Et facit etiam tex.in c.ſi peccauerit,ſecunda quæſt.prima,vbi
tex.dicit,vbi contingit malum, ibi puniatur. Item pro hac
parte facit,nam congruit bono iudici expurgare prouinciã
malis hominibus,vt in l.congruit.ff. de officio præſid. quare
cum propter delictum territorium ſuum & eius reſpublica
offendatur,ergo ad ipſum eſt fienda remiſſio,vt cæteri ad ip
ſum reum punitum intuentes abſtineant ſe à delictis, vt di-
cit tex.in Auth.vt iud.ſine quoquo ſuf.in §.ſi quis autem.vbi
eſt bonus tex.pro hac parte.in verſic.ipſe vbi iniuſtitiam fe-
cerit,illic quoque pœnas ſubeat &c.& idem dicit tex.in l. ca-
pitalium.in §.famoſos.ff.de pœn.Item pro hac parte eſt text.
in Authen. vt omnes obed.iud.in §.conſiderantes.in verſic.
vt vnuſquiſque in qua prouincia deliquit, illic etiam iuri ſub
iaceat & ad idem eſt tex.in l.ſi cui.in §.idem Imperator.& in
l.fi.ff.de accuſa.& voluit glo.in c.fi.de foro competenti. Sed
contra prædicta quod non debeat talis reus remitti ad locũ
delicti,facit tex.in c.fi.de foro competenti.vbi tex.ſimpliciter
vult,quod iudex domicilij poſſit punire reum de delictis vbi
que commiſſis.Item pro hac parte facit,nam ratione domi-
33 cilij poteſt quis † conueniri ex contractu vbique celebrato,
vt in c.fi.extra de foro competenti.ergo eodem modo ratio
ne delicti.Item ſi eſſet fienda remiſſio,fruſtra iura loquentia
de domicilio eſſent facta.& hanc opinio.tenet gl.in l.1.& 2.
C.vbi de crimine agi oportet.Quid ergo dicendum? reperio
quod Ioan.Cal.hanc quæſtionem latè examinauit in repeti-
tio.c.1.de rapto.& Petrus de Anchar.in c.poſtulaſti.de foro
competenti & Abb.in c.fi.de foro competenti, & in conſi-
lio ſuo 24.inc.Rodulphus ciuis Corneti,&c in 1.volum. Tu
dicas quod aut iudex loci delicti non petit hanc remiſſionẽ,
& tunc illa non eſt neceſſario facienda,tunc iudex domicilij,
qui vult cognoſcere,vel iudex loci vbi reperit reus, poſſunt
licite cognoſcere & punire,vt habetur in d.l.1. C. vbi de cri-
mine agi oportet.ſecundum vnum intellectum quem ſequi
tur ibi Bar.Aut à iudice delicti petitur fieri remiſſio, & hoc
caſu in leuioribus delictis,aut agitur ciuiliter,& non tenetur
remittere,ſecundum Io.Cal.in d.ſua repe.d.c.1. de rap. quo-
niam remiſſio ad locum delicti fit vt ibi puniatur,& eius pœ
na tranſeat alijs in exemplum,quæ ratio ceſſat vbi agitur ci-
uiliter.Si vero agitur criminaliter & delictum ſit atrox.gl.in
Clemen.2.de re iud.primò concludit quod remiſſio ſit fien-
da ex neceſſitate,non ex vrbanitate,vt voluit Cyn.& commu
niter Docto.in d.auth.qua in prouincia.& Bart.in l.ſi cui. ff.
de accuſa.poſtea dicit illa glo.quod licet iudex requiſitus no
luerit remittere,non tamen poterit puniri à iudice requi-
rente,quia par in parem non habet imperium, ſed debebit
re-

requirens agere coram ſuperiore contra requiſitum. Item dicit Io.Cal.in d.c.1.de rapto.quod aut delinquens eſt captus in loco domicilij,& hoc caſu iudex qui habet reum ſolum tenetur ex vrbanitate illum remittere ad locum delicti, ſed non remittens non debet puniri neque conueniri. Et dicit Ioan.Cal.in d.c.1.de rapto.quod quando eſſemus in caſu in quo eſſet fienda remiſſio,& cognoſceretur, quod remiſſio peteretur, vt in loco remiſſionis reus non deberet puniri, quod tunc non deberet fieri remiſſio, quia delicta remanerent impunita,quod eſſe non debet iurib. vulgaribus. quod eſt ſummè notandum, cum occurrat quandoque de facto. Item Ioan.Cal.circa hanc materiam facit alias diſtinctiones quas omnes ſi adducere vellem,ſtarem forte per tres lectiones,ideo videas eum in dicto cap.primo,de rapto.& ibi Io. de Ana.latè loquentem circa hoc. Et de hac materia an & quando fiat remiſſio rei capti & carcerati pro delicto vltra prædictos vide Alexand.in l.à diuo Pio.in §.ſententiam . per totum.ff.de re iud.& Angelum in l. hæres abſens. in §.1. in 2.colum.ff.de iud.& Gand.in tracta.malefic.in tit. de cita. in vlt.colum.circa prin.& Dom.Maria.Soc.in cap.poſtulaſti.in 10.colum.de foro compe.& Dom.Rochum Curtium in c. fi.in 15.columna,extra de conſue.& ibi in 124.colum.& Ludouicum Bolo.in conſilio 57. in 2. colum. & Corſetum in no.ſuis,in verbo,remiſſio.& Iacob. de Belui. in ſua practica iudiciaria cauſarum criminalium.ſub rubr.de fuga reorum.
34 in 12.colum.Quid autem † in contractibus an fiat remiſſio? vide Alexand.in l.1.in 1.colum.ff.ſi quis in ius voc.non ierit. & Corſe.in no.ſuis.in verbo,contumacia.il 2.Et teneas menti,quod hodie de conſuetudine totius Italiæ in criminalib.
35 non † fit remiſſio rei criminis capti in vno loco ad locum commiſſi delicti. ita dicit Bartolus. & Alexander in l. ſepulchri violati.in ſecunda colum.ff.de ſepul.vio.& Bal. in l.1. in 6.columna.C.de hæred. inſtitut. & voluit Abb. in conſilio ſuo 24.incip. Rodulphus ciuis Corneti &c. 2.& 3.colum. in 1.vol.& Angelus Aret. in tracta. ſuo maleficio, in verbo, qui iudex commiſit quod Cayus &c.in vltimo verſicu. incipien.quæro an citatione &c.& vide Baldum in l.prima,in prima columna.C.vbi de crimine agi oportet.in verbo,ſed nunquid hodie &c.& Bal.in l.ſenatus.poſt med.C.qui accuſa.nō poſſunt.Scias etiam quod licet de iure vel de conſuetudine non eſſet facienda remiſſio in aliquo caſu,tamen ſi ſunt duę
36 ciuitates confœderatæ adinuicem, & vnus committat delictum in vna ipſarum,& poſtea aufugiat ad aliam,poterit ibi capi & puniri.l. non dubito. in fi.ff. de cap. Et ideo caueant malefactores ne ad terras confœderatas confugiant,quia poterunt ibi puniri.ita;dixit Dom.Catal.in tractatu ſuo ſyndic. in verſicu.211.incip.adde quod ſi ſint &c.& voluit Baldus in reper.ſuo,in verbo,delinquens.in ſecunda columna, in verſiculo,delinquens in aliqua terra. & Cardina. Alexand. in capitulo primo.in §.conuenticulas.in vltima columna,de pace iuramen.fir.vbi ſingula. loquitur.in materia confœderationis.Et idem voluit Iaſ.in l.vbi pactum.in ſexta colum.in verſicu. limita niſi offenderet &c.C.de tranſactio.& Bald. in additio.Speculator.in titu.de compe.iud.adi.in verſiculo, an ratione delicti &c. in fi. licet contrarium videatur tenere Bal. in l.executorem.in octaua columna,in verſic. ſed quæro qd de ciuitatibus.C.de exceptio.rei iud.& Socinus in conſilio 86.inci.viſo capitulo.in ſecunda columna.in quarto volumine.attamen pro prima opinio.facit.Nam bannitus de vna ci
37 uitate,† intelligitur etiam bannitus de alia ciuitate illi confœderata,ſecundum Dom.Nellum in tractatu bannitorum in ſecunda parte ſecundi temporis, quæſtione trigeſimaſexta,incipiente,duæ ciuitates &c.& voluit Baldus in le. etiam. ante.fi.C.de iure dot.& Alex.in le.ſi conuenerit.in §.ſi nuda. ff.de pigno.actio.Pro quo facit, quia bannitus de vno loco,
38 † cenſetur bannitus de omnibus locis, quæ ſunt ſub eodem dominio,ſecundum Alber.de Roſa.in authē.qua in prouincia.C.vbi de crimine agi oportet.Pro quibus faciunt optimè dicta per Baldum in rubr.C.de fi.inſtrum.in fi.& quæ ego dixi etiam latius infra in hoc opere, in materia bannitorum. in verſicu.conſequenter quæri poteſt.& dixi in repe.mea le. primę.C.de rapto.virg.in verſi.ſeu numero 128.& ibi numero 123.vbi examinaui materiam hanc, quando habeat locū remiſſio in cauſis criminalibus,& ciuilibus, & ibi adduxi ad literam omnia ſuperius adducta. De qua materia generalib⁹ loquendo,an & quando habeat locum remiſſio in ciuilibus vel criminalibus,vltra ſupra dicta vide Cano.in c.Romana.in §.contrahentes.de foro compe.Bar.& Doctor.in l.hæres abſens.in §.ſi quis.ff.de iudic.Bar.in l.1.in fi.ff.de eo quod certo loco.gloſ.& Docto.in l.1.ff.ſi quis in ius vocan.non ierit.Bal. in l.cum Archimedoram. C.vt in poſſeſſio. legato. Doct. in auth.qui iurat.C.de bon.aut.iud.poſſ.Car.in cleme.2.in §.denique.in 11.quæſt.de re iudic.Specula.in titulo de 1.& 2.decre.§.nunc videamus.in verſi.& not.& per Bal.in l. conſentaneum.in 8.nota. C. quomodo & quando iud.& Paulus de Caſtro in conſi.146.incipien.in puncto præſenti &c.Innocētius & Ioannes Andræas in c.tuam.de ordine cognitio.in nouel.Bar.in l.Titia.ff.ſoluto mat.& ibi Dom.Alexand.in 3. colum.& Do.Bal.in add.Speculator.in tit.de remiſſ.in verſi.nota,quod remiſſio,&c.& Innocen.in c cum M.Ferrarienſis.in vlt.colum.verſi.ſed certe.de conſtitu.Dom.Bal.in Marga.ſua in verbo,petitio.in verſi.tertio,& Specu.in tit.de dilationi.§. 1.verſi.ſed dices,quare &c.& Dom.Bal.in rubr. C. de fide inſtrumen.ad ſi.Bal.in l.2.in 9.colum.verſi. ſed nunquid. C. de ſer.fugiti.Dom.Bal.in l.omnes.in §.1.C.de epiſcopis & cleri. Bal.in l.ſi Barſatoram.in 1.nota.C.de fideiuſſor. Dom.Bal.in additio.Specu.in tit.de compe.iud.adi.verſi.iudex originis.& in verſi.maleſactor,&c.Dom.Bald.in c.ſi iudex.de pace tenē. in verſi.ſed quæro.Domin. Bald.in l.fina.in vlt.colum. C. ſi à non compe.iud.Ioannes Andræas in c.cum æterni de re iud. in nouella.& Oldra.in conſilio 124. Dom.Bal.in l.2.C. manda.& in c.1.de contro.apud pares termi.Et in dictis locis Docto.ponunt plures quæſtiones in hac materia remiſſionis delinquentium,& etiam in materia contractuum, quando in illis,& ſic in ciuilibus cauſis fiat remiſſio.Vlterius videndum eſt de alio dubio,videlicet,iudex in ſententia diffinitiua condemnatoria dicit,Talem reum condemnamus in pœnā capitis,vel in pœnam capitalem,an hoc caſu intelligatur de pœna mortis,& ſic,an appellatione pœnæ capitis,veniat neceſſa
39 rio pęna mortis? In quo dicas quod non,eo quia pœna capitalis eſt triplex,vna,per quam imponitur pœna mortis,vna per quam perditur libertas,alia eſt pœna exilij,vt habetur in l.2.ff.de public.iudi.& in l.capitalium.ff.de pœn.& in l.1. C.de falſa mon.vnde in dubio intelligitur de mitiori pœna, vt eſt
40 tex.in † l.ſi præſes.ff.de pœn.& in l.penul.eodem titu.& in c. hæc autem.in §. pœnæ.de pœniten.diſtinct.1. & in l. ſemper. ff.de reg.iu.& in regula,ſemper in obſcuris.de reg.iur.in ſexto.Et quod appellatione pœnę capitis,non veniat pęna mortis,eſt gloſ.quæ ſolet allegari pro ſingu.in l. 1. C. ne mancip. Chriſtianum. ſed alia tamen eſt ſimilis in l.ne frumentum. & hoc ibi tenet Dom.Bald.& Salyc.C.quæ res ven.non poſſ. & alia eſt in l.tranſigere.C.de tranſac.hoc etiam probat text. in l.hos accuſare.in §.omnibus. in verbo, capitis. & ibi gloſ. de accuſa.& tex.in l.cum patronum.ff.de iure patrona.& probat tex.in l.præſenti.in princ.C.de his,qui ad eccleſi.confu.vbi Imperator videns non ſufficere eſſe factam mentionem,ſeu expreſſionem de pœna capitali, quia ex hoc de neceſſitate non inferebatur de pœna mortis, ideo ibi ſubmiſit,capitali & vltimi ſupplicij.Et idem probat text.in l.eos.§.ſuper his. C. de appella.& tex.in l.qui cum maior.in §.is demum.ff.de bo. liber.& text. in l.edicto.§.1.ff. de bono. poſſeſſio. vbi bonus text.& in l.capitalium.in princip.ff.de pœn.& tex.in dicta l.2. ff.de pub.iudic.Et pro iſtis facit,quod voluit Cyn.in l.1.C.de fal.vbi in proprijs quæſtionibus noſtris dicit,quod pœna capitalis interpretanda eſt in mitiorem partem, vt compræhendat deportationem,& non mortem naturalem. allegat l.ſi de interpretatione. ff. de pœn. Et hanc partem, quod appellatione pœnæ capitis, non intelligatur in dubio de pœna mortis,tenuit Ioannes Andræas in cap.4.de iureiuran. ad ſi.vbi refert, quod Ioannes gloſſator ſemel euaſit quendam à pœna mortis,qui fabricauerat falſam monetam, qui de iure debebat capite puniri, & idem voluit Ioann. de Imola,in l.2.ff.de publi.iudic.in 5.colum. vbi etiam firmat in ſtatu.dicente,quod ſit pęna capitis,quod dicit eſſe notan. Et hanc partem etiam firmat Dom.Alexander in conſilio ſuo 339.incipien. in cauſa inquiſitionis formatæ contra dominum, &c.in vltima colum.& in conſilio 121.incip.viſo proceſſu,&c.in prima colum.in 7.vol.& ibi in conſilio 119. inc. viſo,&c.in 1.colum.& Dom.Fel.in c. ex literis. in 11. colum. de conſtitu.& idem voluit Ange.de Are.in tracta.malefic.in verbo,& ibi caput à ſpatulis amputetur.in verſic. quid ſi ſtatutum.Et hanc partem tenuit quidam excellentiſſimus Doctor Bononienſis,qui fuit præceptor Dom.Alexan.de Imola,qui vocabatur Dom. Gaſpar de Arenghieria,in quodam ſuo conſilio,quod fecit apud Ferrariam in materia falſę monetæ,quod ſuum conſil.incipit,ſtatutum loquens,&c. & idē voluit Saly.in l.2.C.de falſa mo.vbi approbat dictum Ioannis Andr.in d.c.quanto.& idem firmat Rapha. Fulgoſ. in d.l. præſenti.de his,qui ad eccle. confu. vbi refert Oldra. dicere, quod ex hoc aſſeſſores practicant, quod in ſententijs capitalibus vltimi ſupplicij apponantur illa verba,videlicet quod taliter moriatur vt anima à corpore ſeparetur, & iſta eſt vera & communis opinio , licet in contrarium videantur textus aliqui. primò text.in l.relegati. cum gloſ. ff. de pœn.

tex.

tex.in l.ſaccularij.in §.ſunt quędam ff.de extraord.cri.tex. in l.
lege Iulia.§.fi.ff.ad legem Iul.repe.tex.in l.licet,la ſeconda.
ff.de verboſignifica. Tene tamen primam opi tanquam æ
quiorem & magis communem,quæ opinio poſſet fortè li-
mitari,& reſtringi.primo niſi pro illo crimine lex ciuilis im-
poneret pœnam capitis,vel pœnam capitalem , & poſtea e-
tiam ſtatutum pro eodem crimine ſimiliter imponeret pœ
nam capitis,vel pœnam capitalem , nam iſto caſu credo , ꝙ
intelligeretur tale ſtatutum de pœna mortis & vltimi ſuppli
41 cij , & hoc vt ſtatutum continens id,quod ius † commune,
operetur aliquid vltra ius commune, argumen.l. ſi quando.
in princ.ff.de leg.1.& c.ſi Papa.de priuileg.in 6.& voluit Bal.
in l.quarta,in §.prætor.ff.de damno infecto. & in l. ſecunda.
ff.de vſucap.& probatur in c.ex parte.lo vltimo. & ibi illum
tex.ponderat Dom.Anton.de verborum ſignifica.& in cap.
cum dilectus.& in cap.ſequen.per illum textum,de cler.non
reſi.& in cap.paſtoralis.& ibi not.Abba.de appella.,& Com-
po.in c.cauſam,quæ.de reſcrip. & Ioannes And. in additio.
Specula.in titu.de cleric.non reſi.in rubr.& Ange. in Authē.
de exhi reis,in prin.& Dom.Ant.in c.1.de reſcrip.& in c.cau-
ſam.de dolo & contu.& Bal.in l.non ſunt liberi. ff.de ſta.ho.
& in l.2.C.quomodo,& quando iud.& in c.1.de mili.vaſ.qui
cont.eſt.per gloſ.ibi,in verſicu.tertio.& hoc firmat Domin.
Alexan.in conſilio ſuo 119 incipien.viſo proceſſu. in prima
columna,vbi allegat prædictos Docto.in dictis locis. Ex qui-
bus infero,quod licet ſententia faciens mentionem de pœ-
na capitis,non comprehendat pœnam mortis, vt dixi , atta-
men ſi iudex in ipſa ſententia diceret,quod talem reum con
demnat ad pœnam capitalem ſecundum formam iuris,& ſta
tutorum,quod hoc caſu talis ſententia contineret pœnam
mortis & vltimi ſupplicij,vt ſtatutum aliquid operaretur vl-
42 tra ius commune,vt dixi. Pro quo faciunt, nam † licet ad
hoc vt quis cadat in pœnam non faciendo , requiratur mo-
nitio,vt faciat , aliàs non cadat in pœnam,vt dixi ſupra in §.
nunc videndum,num.4.& in l.patre,vel marito.in 6.colum.
ff.de quęſtio.tamen quando quis promittit,vel obligatus eſt
ad aliquid faciendum ex particulari obligatione,& etiam ſta
tutum arctat eum ad illud faciendum , tunc vt ſtatutum ali-
quid operetur,tenetur illud facere ſine monitione, aliàs ca-
dit in pœnam.ita dixit Federic.de Senis in conſilio ſuo 104.
incip.quod non fecit reſidentiam,&c.quem ſequitur Dom.
Anto.& Abb.in c.quoniam frequenter. in §.porrò.in 6.col.
vt lite non conteſt.& Soc.in conſilio ſuo 133.inc. profectò,
&c.in fi.verbis.in 1.volu.Et facit etiam gloſ. not.in Authen.
de exhi.reis.in §.ſancimus, quam ibi ſumme no.Angel. qui
dixit, quod licet habens iuſtam cauſam litigandi , non con-
43 demnetur in expenſis ſi ſuccumbat,vt habetur in l.qui inſo-
lidum.in §.etiam.ff.de leg.2.& in l.eum,quem temere.ff. de
iud.& in c.finem litibus.de dolo,& contu.cum ſimi. tamen
hoc fallit, niſi in loco iudicij extet ſtatutum , quod victus vi-
ctori condemnetur in expenſis,quia non obſtante iuſta cau
ſa litigandi condemnabitur in expenſis ſuccumbens,& hoc
vigore ſtatuti,vt aliquid operetur & aliquid addat iuri com-
muni.& illam gloſ.etiam refert & ſequitur Alexand.in conſi
lio ſuo 257.inc.viſo proceſſu.in fi.& in conſil.153 incipiente
viſo puncto.in fi. verbis,in 5.volum.& Dom.Fran.de Cre.in
no.ſuo.120.inc.habens iuſtam cauſam,&c.& Angel. in l.non
ſolum.ff.de rei vend.& illam gloſ.communiter tenent Doc.
licet Bal.aliter tenuerit in l.terminato.C.de fru. & lit. expen.
& Raph.Fulg.in conſi.140.inc.præſuppoſitis duobus ſtatutis
per totum.& alleg.Docto.in dictis locis illam rationem , vi-
delicet,vt ſtatutum aliquid addat iuri communi & aliquid
operetur vltra ipſum ius commune.de quo etiam per Barb.
in quodam conſilio ſuo incip.propoſita mihi,&c.de quo la-
tius dixi in l.patre,vel marito.in 6.columna.ff.de quæſtio. Itē
pro hac limitatione mea facit etiam notā.verbum Anto.de
Butr.in c.1.in 3.columna,extrà de reſcrip.vbi dixit , quod ille
44 cui conceſſum eſt per reſcriptum † ſeu priuilegium , quod
poſſit appellare, quod ad hoc vt tale reſcriptum ſeu priuile-
gium aliquid operetur vltra ius commune,quod poterit ter
tio appellare,& ratio ē vt dixi,vt reſcriptum,ſeu priuilegium
aliquid operetur vltra ius commune,alias ſi nihil operaretur
ſtatutum vltra ius commune,diceretur ius commune , non
ſtatutum,vt dixit Bal.in l.3.in fi.ff.de leg. 1. de quo etiam per
Ange.& Imo.in l.ſtipulatio.verſi.niſi.ff.de verb. oblig.& per
Bart.in l.1.ff.ad legem Falcid.& per tex.in l.1.C.de theſau.lib.
10.& per gloſ.in c.1.de conſtit.in 6.& per Bar.in l.4.§.prætor.
in 3.colum.ff.de damno infec.Quinimò ſtatutum debet tali
ter interpretari in dubio,vt aliquid addat iuri communi. Et
ideo dixit Io.de Imo.in l.ſi verò.§.de viro.in 4.col.ff.ſol.matr.
ꝙ quando ſtatutum poteſt aliquid operari interpretando il
lud ſecundum ius commune,tunc exponitur ſecundùm ius
commune,ſed ſi nihil poſſet operari,interpretaretur contra
45 ius † commune,vt aliquid operaretur.& ideo dixit Bald.in l.
2.C.quomodo & quando iud.in vl.col.quod ſtatutum dicēs
debere quem citari ter,operatur vt non ſufficiat vna citatio
pro omnibus,vt aliquid addat iuri communi.& idem dixit ip
ſe Bal in c.pen.de mili.vaſ.qui contumax eſt,& in l. non ſunt
liberi.ff.de ſta.ho.quem refert & ſequitur Do. Fel in rub. de
præſcrip.in 2.col.de quibus etiam dixi in d.l.patre,vel marito.
in 7.col.ff de quæſt.Poteſt etiam aliter limitari illa concluſio
ſuperius firmata,videlicet,quod appellatione pœnæ capita-
lis,non venit neceſſario pœna mortis,& ideo iudex ſimplici-
ter condemnans reum in pœna capitis , non intelligitur de
pœna mortis,& vltimi ſupplicij,hoc eſt verum , niſi crimen ,
pro quo eſt condemnatus,ſit puniendus de iure pœna mor
tis & vltimi ſupplicij,quia tunc ſententia iudicis ſimpliciter
dicens, quod condemnat eum in pœna capitis , intelligitur
de pœna mortis & vltimi ſupplicij,& hoc,quia pœna debet
46 correſpondere qualitati criminis,† vt in c.non afferamus.24.
q.1.& l.reſpiciendum.ff.de pœn.& facit in auth.omnes pere
grini. C. communia de ſucceſ.vbi dicitur,ꝙ pœna eſt com-
47 menſuranda delicto.& ad idem eſt tex.in l.1.§.ſed & qui.ff.de
abige.& §.ſi quis autem per donationem.in Authen.de non
[illegible].& in c.felicis in §.cæterum.de pœn.in 6.& in c. quæſiuit.
de his,quæ fiunt à maio.par.ca.& ſcribitur Deutero c.25.Iux
ta menſuram delicti,erit plagarum modus.de quo dixi in re
pe.mea l.1.C.de rap.virg.numero 256.& in l.fi.in 10.col.ff.de
ſica.Præterea contra ſupradictam concluſionem facit mul-
tum, nam vbi verba poſſunt verificari tam in morte ciuili,
48 † quam naturali,in dubio intelligitur de naturali.l. ex ea par-
te.§.inſulam.ff.de verb.obl.l.cum pater.§. hæreditatem. ff. de
leg.2.l.Statius.§.Corn.ff.de iure fiſ.c.ſuſceptum.& ibi per Do
cto.de reſcrip.in 6. Et verba ſemper capiuntur in potiori ſi-
gnificato.l.1.§.1.ff.ſi ager vect.vel emph.pet.c.ſi quem.de ſen
tentia excom.& dixi in repe.mea l.de vnoquoque. in princ.
49 ff.de re iudica. Et in ſtatutis † verba capiuntur proprie.l.3.§.
hæc verba.& ibi Bar.ff.de neg.geſt.c.in noſtra.& ibi Inno. de
iniur.Pœna autem capitis intelligitur proprie de morte na-
50 turali,& impropriè de morte † ciuili, ſecundum glo.ſecun-
dam in l.tranſigere.C.de tranſactio. Ex quo ſequitur , quod
plura iura loquentia de pœna capitis,intelliguntur de mor-
te naturali,& non de morte ciuili . quod eſt not.pro intelle-
ctu.l.ſaccularij.in §.ſunt quædam.in verſ.vſque ad pœnam ca
pitis.ff.de extraordina.crimi.& l.1.in verſi.punitur capite.eo-
dem titu.& l.1.in verbo,capite puniatur.C.de fal.mo. & in l.
capitalium.in §.ſolent.in verbo, capite plectendi. ff. de pœn.
& l.1.in verſi.capite punitur.C.de eunu.& in l.nemo.in verſi.
ſupplicio capitis,&c.C.de malefi.& in l.præſenti.C.de his,qui
ad eccle.confu.in l.deſertorem.in §.in bello, ff. de re milita.
in verſi.capite punitur,&c.Et iſta omnia ponit D.Fel.in c.ex
literis.in 12.col.extra de conſtitu.vbi etiam latiſſime exami-
nat quæſtionem illam,videlicet,quando pœna eſt arbitraria
51 † iudici,an tunc poſſit illam imponere vſque ad mortem in-
cluſiue , de qua dicam infra . Quæro vlterius, vidimus ſupra
ſententiam capitalem condemnatoriam contra reum.Item
vidimus plures modos differendi executionem ipſius ſen-
tentiæ.Modò quæro,quia communiter per Italiam ſunt ſta
tuta prohibentia appellationem in cauſis capitalibus , an di-
cta prohibitione non obſtante poſſit aliqua via ſuccurri tali
reo condemnato ad mortem ? In quo dicas quod ſic, quia
ille qui prohibetur appellare,non prohibetur implorare of-
ficium iudicis,ergo talis reus vt ſupra condemnatus,licet nō
poſſit appellare, poterit tamen implorare officium iudicis
per viam ſupplicationis & recurſus ad ſuperiorem,qui ſupe-
rior conſiderata æquitate debebit annuere tali petitioni.ita
dixit Ludou.Romanus in conſilio 325.incipien.quo ad pri-
mum,&c. in vltima colum.vbi dicit , quod quamuis aliqua
conſtitutio excludat generaliter quodcunque remedium ,
nunquam tamen intelligitur excludere implorationem offi
cij ſuperioris,qui conſiderata æquitate eius officium debet
annuere imploranti.ad quod allegat l.1.§.quæſitum.ff. de ſe-
para.& l.planè.& l.fi.ff.de petit.hæred. & idem voluit Bart. in
l.1.§.& paru.ff.quod vi,aut clam.& Bal.& Ang.in d.l.planè.&
in d.l.fi.de petit.hæred.& Dom.Anto.in c.item cum quis. de
reſtitutio.ſpol.& Pet.de Anch. in Cle.1.de cauſa poſ. & pro-
prie,& in repet.c.canonum ſtatuta.in 83.col.in verſi.ſubdit,
quod licet.extra de conſtitu.& idem voluit Ioan. de Imo.in
l.fi.ff.à qui.app.non licet.& idem voluit ipſe Ioan.de Imo. in
conſi.145.inc.viſis ac diligenter.in ſecunda,& in 5.colum.Et
idem voluit Alexan.in conſilio ſuo 113.inc.viſo themate.in
ult.col.in 5.vol.& in conſilio 435.inc.in cauſa Dominæ Bar-
tholomeæ de Blanchetis.in prima col.ubi ad hoc allegat Bal.
in l.fina.ad fi.C.de tempo.ap.& ibi Salyc.& Paul. de Leaza.in
Cle-

Clementina prima.de ſeque.poſ.& fru.& Sali.in l.ſi.circa vlti.
colum.C.de ſenten.& interlo.om.iudi.& Innoc.in ca.ex lite-
ris.de reſtitu.in integ.& Abb.in c.querelam.de procur.& Io.
de Imo.in l.ex conſenſu.in §.finali.ff.de appel. Et idem voluit
Ioan.de Imo.in conſilio 146.incip.in cauſa nauis.in 6.colũ.in
53 verſi.& ideo cum ſimilis.& ibi dicit no.verbum,† ꝙ in cauſa
recurſus ad ſuperiorem non probatũ poteſt probari,& non
deductum deduci,ſicut in cauſa appellationis,iuxta l.per hãc.
C.de tempo.ap. Item vltra prædicta, quòd ſtatutum tollens
appellationem, non tollat recurſum ad ſuperiorem per viã
ſupplicationis,vel querelæ,voluit Abb.in c.ex parte.il 2.de of
fic.deleg.& Barba.in conſi.44.incip.viſo puncto. in 1. char.&
in conſi.78.inci.viſis.in pen.char.& in conſil.84.incip.viſo.in
vlt.char.in 3.volum.& Corſetus in not.in verbo,querela.inc.
vbi ſumus in caſu,&c.& voluit Iaſon in l.vbi pactum.in 5.co-
lum.C.de tranſac.& in l.prima.in 7.colum. ff.de iuriſdict.om
nium iud.vbi ſingulariter dixit, ꝙ ſi ex forma ſtatuti in cauſa
54 ciuili† nullus debet admitti ad aliquam exceptionem oppo-
nendam, niſi reus perſonaliter compareat, quòd poterit ta-
men implorari officium iudicis,vt ipſe iudex capiat informa
tiones,quòd ipſe inquiſitus eſt clericus, vel quòd ille occiſus
erat bannitus,& ex forma ſtatuti poterat impunè occidi. &
dicit,quòd Angel.in dicta l planè.ff.de petitio.hæredita.dicit,
quòd iſta practica eſt vſus infinitis vicibus. & alleg. ad hoc a-
55 lios plures Doctores dicentes,† quòd ille qui ex forma ſtatu-
ti non admittitur ad excipiendum niſi ſatiſdet, quòd poteſt
implorare officium iudicis, cum officium & exceptio diffe-
rant realiter & eſſentialiter,ſecundùm eum.Item allegat etiã
Alberic.de Roſa.poſt Iacob.Butri.in dicta l.finali. de petitio.
56 hæred.vbi dicunt,† quòd ſtante ſtatuto,quòd in cauſa capita-
li non admittatur aliquis procurator ad aliquam exceptio-
nem, vel declinatoriam oppoſitionẽ, ſed principalis debeat
perſonaliter comparere,quòd ſi procurator compareat, nõ
debet opponere exceptionem, nec declinatoriam, ſed im-
plorare officium iudicis: allegat etiam ipſe Iaſon, vbi ſuprà,
Specul.& Ioan.Andr.in titu.de inſtru.edit.§.fin.verſ.ſed quid
ſi debitor.vbi dicit, quòd ſi pars renunciauit productioni te-
ſtium,vel inſtrumentorum cum iuramento, quæ renuncia-
tio valet.c.ſi verò.de iureiurando,tamen debet procurare te
ſtes recipi ex officio iudicis.& hoc etiam voluit Ioan.de Imo.
in cap.2.de probatio.& Lapus in ca. quamuis. de pac. in 6. &
Alexan. in authent.iubemus. C.de iudi. ſed poterat etiam al-
legare Floria.in l.ſi irruptione.in §.ad officium. in 3. colum.
verſi.per quæ iura.ff.finium regundo. Adducit etiam Iaſ. vbi
57 ſuprà,† quòd ſi alicui eſt pręcluſa via excipiendi,puta quia lap
ſus eſt terminus ſtatutus a iudice,vel a lege, vel iã eſt lata ſen-
tentia,ꝙ poteſt tamen implorari officium iudicis,vt ſe infor
met de tali exceptione, & ideo aduocatus debet eſſe cautus
in hoc,ſecundùm Ang.Fulg.& Moder.in l.nam & poſtea. in
§.ſi damnetur.ad fi.ff.de iureiuran.& Ang. in l.fi.in 2.colum.
ff.de petit.hæred.vbi dixit,ꝙ iſtud eſt tenendum fixum men-
ti,& nunquam exeat de memoria.adducit etiam Iaſ. in d.l.1.
in 8.col ff.de iuriſd.om.iudic.Bal.in l.ſi ex cautione.in 9. quæ
58 ſtio.C.de non nume.pecu.vbi dixit,† ꝙ ſi exceptio nõ nume-
ratæ pecuniæ,vel non numeratæ dotis nõ poteſt amplius op
poni,puta propter lapſum temporis,tamen officium iudicis
in locum illius exceptionis deficientis poteſt implorari. &
idem tenet Bal.in l.in contractibus.in princip.in 2. not. eod
titu.de non nume.pecu.& Bald.in l illicitas.in prin.per illum
tex.ff.de offic.præſi.Et ſubdit Iaſ.vbi ſuprà,ꝙ iſta faciunt con-
tra Bald.in l.in cauſæ.la prima,in prin.ff.de minor.vbi dixit,ꝙ
ſi ex forma ſtatuti contra inſtrumentum publicum nulla po
teſt opponi exceptio, an poſſit peti reſtitutio in integrum a
minore contra tale inſtrumentum? Videtur finaliter tenere,
ꝙ non,tamen dicit ipſe Iaſon,ſe putare indubitanter contra-
rium per ſupradicta, cum in integrum reſtitutio veniat offi-
cio iudicis,vnde excluſa quacunque exceptione ex forma ſta
tuti,non tamen intelligitur excluſum officium iudicis,vt di-
ctum eſt.& multò minus in minore,per id quod vult glo.ſin
gu.in l.poſtquam liti.in glo.finali.C.de pac.quæ dixit,ꝙ in ge
nerali excluſione nunquam intelligitur excludi beneficium
reſtitutionis in integrum competens minori.Et facit gl.no.
59 in l.1.in glo.pen.C.ſi de momenta.poſſeſ.fuerit app.† quæ di-
xit, ꝙ in caſibus,in quibus non admittitur appellatio, poteſt
tamen minor implorare reſtitutionem in integrum aduer-
ſus talem ſententiam.ad quod etiam allegat gl.in l.ſed ſi ſine.
in §.fi.ff.de minori.ita dicit Iaſ.in d.l.1.in 8.col.ff.de iuriſ.om.
iud.Pro quibus omnibus faciunt, quæ ego dixi in ſing. meo
88.incip.ſtante ſtatuto,&c.& in alio ſing.meo 289.inci.dolus
futurus,&c.& faciunt dicta per Domi. Flo. in l. ſi irruptione.
in §.ad officium.in tertia col. verſi. per quæ iura.ff.finium re-
gund. Et ſcias prædicta omnia eſſe vera in caſibus prædictis,
60 † niſi ſtatutum nõ ſolum tolleret appellationem,& omnem
exceptionem, ſed etiam tolleret omnem defenſionem: nã
tali caſu etiam intelligeretur ſublatus recurſus ad ſuperiorẽ
quocunq; modo.ita not dixit Bar.in d.l.1. §.& parui.ff.quod
vi aut clam.quem ad hoc refert, & ſequitur Abb.in d.cap. ex
parte.il 2.de offi.dele.& Lud.Ro.in conſi.ſuo 76. inci.in cau-
ſa nobilis viri.in vlti.col.& D.Franc.de Are.in conſi.ſuo 147.
inci.viſa in 2 col.& Sali.in l.ita nobis pudor. C. de adulter. &
D.Fel.in rub.de exce.in 1.col.& Iaſ.in l vbi pactum. in 5.col.
C.de tranſ.& Bald. in l.1.in pe.col.C.de cond.inde. & Pau.de
Caſt.in conſi.23.inci.viſo compromiſſo.in 2 col. & Ale. in d.
l.planè.ff.de peti. hære. Sed limita tamen dictum Bart. & ſec.
vbi ſuprà,eſſe verum,& procedere in cauſis ciuilibus, ſed nõ
ꝓcedere in cauſis criminalibus, nam in cauſis criminalibus
etiam ſi ſtatutum tollit omnem exceptionem, & defenſio-
nem, tamen non tollet recurſum ad ſuperiorem: quia licèt
Princeps,& ſic lex viua,poſſit de plenitudine poteſtatis tolle
61 re defenſionem in cauſa ciuili, & pecuniaria,tamen hoc† nõ
poteſt facere in cauſa criminali.ita ſing. dixit Bald. in l.3.in §.
ſi is pro quo.ff.quod quiſque iu. quod dictũ refert,& appro
bat D.Felin.in c.dilecti.in vlti.colum.de excep.& in cap.cum
olim.in vlt.colum.de re iudi.& Soci.in conſil.120.incip.me-
mini me aliàs,&c.& in conſi.164 incip.viſa bulla. in 7. col.in
verſi.tertius,quando Princeps.& in conſi.166.incip.in cauſa,
quæ vertitur.in 20.colũ.in verſic.tertius caſus,&c.vbi dicit ꝙ
omnes Doctor. tenent dictam doctrinam Bal. in dicto §. ſi
is pro quo. Et dictam doctrinam Bald. etiam approbat Do-
mi.Franc.de Aret. in conſilio ſuo 165.incipiente,ſicut Ioan-
nes.in 13.colum. verſi.ad obiecta,&c.& Soci. in dicto conſi-
lio 120.incipiente,memini me aliàs conſuluiſſe,&c.in 10.co
lum.in verſi.tertius caſus, &c. Et idem etiam videtur tenere
Bart.in l.filiusfam.in ſecunda colum. verſic. ſed an tunc.ff.de
dona.& Domi.Paris de Pu.in tracta.ſynd.in 30. char.in 3. co-
lum.in ca.incip. an Poteſtas, qui miſit,&c. de quo etiam dixi
in l.vnius facinoris.in §.cogniturum.in 11. col.ff.de quæſtio.
& in ſingu.meo 388. incip.defenſio. Et pro prædictis faciunt
62 dicta per Innoc.in c.quæ in eccleſiarum.de conſti.† vbi dicit,
ꝙ officium iudicis non poteſt tolli per ſtatutum.quod dictũ
refert,& ſequitur Bal.in Marga.ſua,in verſ.ſtatutum.in tertio
verſi.vbi dicit, ſtatutum non poteſt funditus impedire,quin
officium iudicis imploretur, quia etiam Princeps nõ poteſt
tollere,nec auferre implorationem,nec defenſionem, cum
ſit de iure naturali.Quæ doctrinę ſupra allegatę iudicio meo
in totum tollunt dicta per Alber.de Roſa. in 3.parte ſtatuto-
rum.quæſt.54.inc.item quæritur,an valeat ſtatutum,ꝙ in cri
63 minalibus non poſſit appellari.vbi† tenet,ꝙ tale ſtatutum va
leat.quod mihi videtur non eſſe verum per iura prædicta.Itẽ
limita doctrinam Bar.in d.§.& parui.& ſequacium, niſi eſſe-
64 mus in facto ita notorio,ꝙ iudex ſuppleret ex ſeipſo, † & nõ
ad petitionem partis,ſecundùm Bal.in d.l.planè.ff.de peti.hæ
redi. quem ibi refert, & ſequitur Alex. plura in hac materia
adducens,de quibus ibi per eum,de quibus dixi referens om
nia prædicta in repeti.mea.l.1.C.de rap.virgi.nume.160.cum
duabus char.ibi ſequentib. & vltra ibi dicta vide etiam Ang.
de Aret.Inſtitu.de actio.in princip.& in rubr.Inſtit.de excep.
in ſecunda col.& vide omnino ſingulares doctrinas in mate
ria implorationis officij iudicis,quę multum fraternizant cũ
recurſu ad ſuperiorem,per Iaſ.poſt alios in l.ſi me & Titium.
in 1.colum. ff. ſi cert. peta. Et ſcias,quòd in caſibus,in quibus
65 habet locum recurſus ad ſuperiorem,quòd talis† recurſus re
gulabitur, ſecundùm quod regulatur appellatio, quantum
ad tempus exercitij,& terminationis eius.ita ſing. dixit Bald.
in trac.ſuo ſuper ſtatu.in verſi.ſtatutum,in verſic.incip. ſtatu-
tum,quod permittit.& idem tenet Bald.in l.1.per glo. ibi.C.
de ſenten.præfec.præt.Pro quo faciunt dicta per Bal.in l.etiã.
66 ad fi.C.de iure dot.vbi dixit, quòd† actus ſecundarius regula-
tur a primitiuo,de quibus dixi latius in ſingu. meo 88. incip.
ſtante ſtatuto,&c.& ibi etiã dixi, intra quantum tempus poſ-
67 ſit qui grauatur habere† recurſum ad ſuperiorem.vbi ad hoc
allegaui Cacialupum in repeti.l.omnes populi.in 92.colum.
in fi.de iuſti.& iure. ad quæ vide Domi. Parid. de Put. plura
no.in hac materia adducentem in tracta.ſyndic.in 18.char.in
2.3.& 4.col.& vide quæ dixi in ſing.meo 277.incip. licèt, &c.
Item circa iſtam materiam recurſus ad ſuperiorem ſcias ge-
neraliter,ꝙ in caſib. in quib. non eſt licitum appellare a ſnĩa,
tamen eſt licitũ ſupplicare.quam regulã tradit gl.in ca.ex lite-
ris.in verbo,ſupplicauit.de in integ.reſti.ſed iſta regula intelli
68 gitur eſſe vera,quando a ſnĩa† non poteſt appellari ꝑꝑ excel-
lentiam eius,qui ſnĩam tulit,tunc bene poteſt ſupplicari,ſed
quando de iure cõi non poteſt appellari, non poteſt etiam
ſupplicari ad ſuperiorem,niſi beneficio ętatis,aut fauore ma
trimonij,ſecundùm Inn.& Cano.in d.c.ex literis. de in integ.

ſecti.& Cy.in l.ſi vbi glo. C.vt lit.pen.& Bal.in l.vnica. C. ne liceat tertio prouoca.& in l.fi.in §.illud.& in §.fi.ad fi. C. de tẽpo.ap.& in l.nemo.C.de iuriſd.omnium iud.& Dom. Anto. in c.paſtoralis.in 3.not.de appel.& Imo. in l.prima. §.fi.in 20. colum.ff.a quibus ap.non licet.& Paul.de Caſt.in l.ſi quis aduerſus.C.de preci. Imperato. offeren. & in l.fi.C.de edic.diui Adria.tollen.& Ioan.de Imo.in l.ex conſenſu.in §.fin.in pen. & vlt.col.ff.de appellatio.vbi tangit illam not.quæſtionem,vi
69 delicet,† an verus contumax,qui non poteſt appellare, vt ibi, poſſit ſupplicare.Et iſta refert Iaſ. in authen.quæ ſupplicatio. in 2.col.C.de preci.Imperat.offeren.Et quia,vt dixi,habere recurſum ad ſuperiorem, vel implorare officium iudicis multum fraternizant, ideo circa materiam implorationis officij iudicis ſtatui aliqua adducere,cum ſit materia ſæpius contingens Ideo ſcias,ꝙ licèt dubium ſit,an quando imploratur of
70 ficium iudicis† requiratur libellus.de quo per Bar.in l.3. C.de pign.in fi.& in l.4. C.depoſiti. & in l.1.§.fi.ff.de v[...] .& extraor. cog.& in l.ab hoſtibus. in §. ſed quod ſimpliciter.ff.ex quib. cau.maio.& in l.4.in §.hoc autem iudicium.in 6.& in 7.quæſtio. ff. de dam.infec.& per Bal.in authen. offeratur. C. de lit. conteſta.& in repeti.l.incerti.in pen.& vlt.col. C.de interdic. & in l.1.ff.de iuriſdict.omnium iudi.& ibi per Cy.& per Spe. de in integrum reſtitu.§.fi.verſ.vltimo.& per Dom. Anto.& alios in cap.fin.extrà de officio iudi. Scias tamen,quòd in caſibus,in quibus concludunt prædicti Docto.quòd in imploratione officij iudicis non requiratur libellus, in illis tamen ſemper requiritur qualiſqualis petitio in actis,quia non poſſet iudex aliter impartiri officium ſuum niſi peteretur, per l. 3.§.hoc autem iudicium.ff.de damno infect.Ita dixit Alberi. de Roſa.in l.ne quicquam.in §.vbi decretum.ff.de offic. proconſu.quem ibi refert,& ſequitur Iaſ.in 16.col.alleg.l.de ſubmerſis.C.de naufr.lib.10 & cle.ſæpe.de verbo.ſignificat.Scias
71 etiam quòd vbi imploratur officium † iudicis,ibi non habet locum reconuentio.ita dixit glo.in l.ſed ſi reſtituatur.in verſ. ſed ſi adierit.& ibi Angel. ff.de iudi.quam refert,& ſequitur Iaſ.in d.§.vbi decretum.in 17.col. Et ibi ſubdit,ꝙ licèt aliàs filiusfa.non poſſit eſſe in iudicio ſine conſenſu patris, vt in l.fi.
72 §.neceſſitatem. C.de bon.quæ lib. † tamen poteſt implorare officium iudi.abſq; licentia patris,ſecundum Ludo. Rom.in repeti.rubr.ff.de arbi.in 8.col.per glo. quam dicit ſingu.in l.1. C.qui admit.vbi etiam Angel.dicit illam eſſe ſingu. ſed Lud. Ro.vbi allegat concordantem,in l.3.in §.cauſa cognita. & in l.ſeruus.ff.de bon.poſſ.& idem Ludo.Ro.in l.cum filiusfamilias viaticum.ff.ſi cert.peta. ponderat ibi eſſe aliam gl.& dicit Iaſ.vbi ſupra,ꝙ ad hoc facit etiam alia glo.in l.cogi.§.ſi pater. in ver.obſequium.ff.ad Treb. quam gl. ſecundum eum dicit Lud.Ro.in d.repe.rub.ff.de arbi.in 8.col.eſſe ſingula.ad aliud, videlicet,ꝙ licet filius emancipatus non poſſit agere, niſi im
73 petrata venia,† tamen quando implorat officium iudicis, nõ requiritur impetratio veniæ.quæ glo.tamen ſecundùm Iaſo. hoc nõ bene dixit. poſtea ipſe limitat illud, quod dictum eſt de filioſa. qui poteſt implorare officium iudicis ſine conſenſu patris,de quo ibi latius per eum.& vide etiam ad prædicta Iaſ.in l.1.nu.22.ff.de iuriſd.om.iud.Et de hac materia implorationis officij iudicis,vide etiam Ang.in l.ſi finita. §.eleganter.ff.de dam.infec.glo.& Doc.in l.ſiue apud acta. C.de tranſac.& in authen.generaliter. de epiſ.& cle.Bart.in l.1.§.1.ff.de fer.Bal.in l.requirendi.C.de ſer.fug.Ang.de Arc. in tract. maleſi.in ver.& veſtem cœleſtem.in 9.char.in ver.& bene no.de quo dixi etiam ſupra,in §.diligenter.nu.209.& vide etiam circa hanc materiam Inn.in c.quæ in eccleſiarum.de conſtit. & Bal.in Marga.in ver.ſtatutum.in 4.verſ.& in practica Papieſi. in forma libelli ab interlocutoria.in §.in his ſcriptis. in 2.col.
74 ad fi.Et ſcias etiam,ꝙ officium iudicis eſt perpetuum,† & poteſt perpetuò implorari,nec talis imploratio tempore excluditur.ita dixit Bal. in addi.Specu.in tit.de arbit.in 6.col.verſi. duob. modis. de quo , an tempore tollatur talis imploratio, vide glo.Bar.& alios in l.ſicut.C.de præſcript.30.anno.& in l. querelam.C.de falſ. & Bal.in l.ij.in §.ſed quia noſtra.C.communia de leg.& in l.ij.in 4.col.C.de execu.rei iudic.& Bart.in l.ſocietatem.§.arbitrorum.in 5.vol.ff.pro ſocio. & Bal. in l.fi. in 12.oppoſit.C.de edi.diui Adri.tol.& Bar.in l.ij.C.de reſcin. vend.de quo etiam per Iaſ.in l.1.nume.25.ff.de iuriſ.om.iud.
75 † Item ſcias etiam, ꝙ ſi officium iudicis denegatur imploranti,poteſt appellari.ita dixit Bar.in l.1.in 5.col.ff.de iuriſd. omnium iudic.& hoc per tex.in l.1.C.ſi ſæpius in integ.reſtit.poſtu.vbi tex.dicit,appellare debueras, ſi tibi ſententia diſplicebat, in qua tibi denegata fuit reſtitutio in integrum poſtulata.hoc enim ego credo verum eſſe, niſi tale officium iudicis imploraretur per calumniam,quia tunc poſſet licitè denegari, nec admitteretur appellatio. & hoc per doctrinam Bal. in l.in contractibus.in prin.C.de non nume.pec.vbi dicit,quòd officium iudicis calumnioſè petitũ poteſt denegari. & idem dixit Alexand.in l.planè.in princip.ff.de petitio.hæredita.Pro quo dicto poſſunt adduci aliqua not. in iure ſparſa. Et ideo vide Ioan.And.in additio.Specu.titu.de legato.§.reſtat.verſi. quid ſi in ſtatuto.in addit.incip.Oldra.in ſua diſputa.vbi ſing.
76 dixit,ꝙ etiam vbi agitur de præiudicio irreparabili,† non admittitur aliqua exceptio contra executionem capitalem, ſi obſtat præſumptio calumniæ. quod dictum refert, & ſequitur Domi.Feli.in capitulo,de cætero.in 4.colum.de re iudic. licèt adducat Bald. contrarium dicentem in l. prima. in pen. colum.C.qui accuſa.non poſſ. de quo ibi latius per eum. & per Barba.in cap.ſuper eo.in pen.colum.de offic.deleg. Item dicit Dominus Felin.in dicto cap.de cætero. quòd exceptio
77 calumnioſa, † non admittitur in iudicijs ſummarijs,ſecundũ Cardina.& Ioan.de Imo.in dicto ca. ſuper eo. vbi dicit Abb.
78 propter gl. ibi, quòd iudex videns apertè calumniam, † non debet curare in tali caſu de appellatione interpoſita a reiectione exceptionis.Pro quibus etiam adducit ipſe Dom. Felin.Bal.in l.1.in 2.col.C.quomodo & quando iud.vbi dicit,ꝙ
79 iudex poteſt ſupplere pro reo,† quando videt euidentem calumniam actoris.alleg.Innocent.in cap.1.de offi.vica.vbi voluit ſufficere, quòd appareat de calumnia notoriè etiam aliter quàm ex forma petitionis.Et ſubdit etiam Domi. Felin.
80 in d.c.de cætero.quòd nec etiam debet concedi† remiſſoria ad partes,quando illa petitur calumnioſè.alleg. hoc voluiſſe Ludoui.Roma.in conſilio 273.ad fi. quod incip. clarum eſt, &c.vbi ponit aliqua ſigna ad cognoſcendum calumniam.Et facit not.verbum Alexand.in conſilio ſuo 65. incipiente,habita ſuper contentis. in 4.colum. in 1.volum.vbi dixit,quòd
81 exceptio calumnioſa† poteſt repelli,etiam ſi eſt efficax, & vera, ſed opponitur cauſa morandæ litis, & hoc etiam in iudicio plenario,dummodo tunc ſuſpitio ſit vehemens. Et ſubdit etiam ipſe Domi.Felin.vbi ſuprà,quòd præſumitur cauſa
82 † in iudice repellente exceptionem.ad quæ plura alle.de quibus ibi per eũ.Et ad prædicta facit etiam,quod voluit Dom. in c.eccleſia.in 4.colum.de conſtit.vbi dixit,ꝙ ſi iudex repel-
83 lat exceptiones rationabiles,motus† vehementi præſumptione calumniæ,non eſt ſententia iniuſta.allegat Innocen.in ca. poſt electionem.de conceſ.præb.quod etiam voluit Ioan.de Ana.in cap.ſuper eo.in 2.col.de crimine falſi.& Do.Feli.allegans plures alios tenentes hoc in d.c.decætero.in 5. colũ. vbi
84 ſubdit etiam not.verbum,† videlicet,ꝙ ſi ſtatutum dicit iudicem debere concedere conſilium ſapientis petitum à parte ꝙ tamen ſi ipſe iudex viderit dictum conſilium ſapientis calumnioſè peti, tunc debet denegare tale conſilium. allegat hoc voluiſſe Do.Signorel.de Homodeis in ſuo conſi.8. inci. ſtatuto Mediolanenſi,&c.Sed vltra Do.Feli.in d.c.decætero. adde tu etiam no.verbum videlicet, ꝙ exceptio euidẽter ca-
85 lumnioſa etiam ſi ſit admiſſa, † tamen nunquam videtur incluſa,ſecundùm Ang.de Are.Inſti.de exce.in rubr.in 47. col. in verſ.tertiò quæro,quid ſi proponitur exceptio.vbi ad hoc alleg.l.qui cum maior.in §.ſi patris.ff.de bo.lib.& alia,de quibus ibi per eum.Item ſcias etiam,ꝙ euidens calumnia opera
86 tur,† vt non ſtetur iuramento alicuius in caſu,in quo aliàs de iure ſtaretur.ita dixit Ang.in conſi.ſuo 164.inc.ſuper puncto præfato.Et faciunt ad prædicta,quæ ego dixi in l.patre vel marito.in 16.& 17.col.ff.de quæſtio.& vltra ibi dicta ſcias, quòd
87 † tranſactio euidenter calumnioſa ex parte actoris,vel rei,nõ valet.ita dixit Ang.in conſil.94. incip.pro parte negatiua,&c. in 4.col.quod etiam ipſe dixit in conſi.ſuo [1]8.incip. viſa narratione.in penul.colum.& vide glo.in d.l.qui cum maior. in §.ſi patris.ff.de bo.lib.quam pro no.refert Io. de Imo.in l.penul.§.ad crimen.verſi.ſextò fallit.ff.de pub.iud.& Lud. Rom. in conſi.ſuo 69.incip.viſo themate,&c.in vlt.colũ. vbi etiam aliqua alleg.pro illa glo. Ex prædictis etiam adde Pet.de Ancha.in conſi.ſuo 157.incip.ex narratis,in penul.colum.vbi di-
88 xit,quòd ſi iudex vehementer † ſuſpicatur calumniam in opponente exceptionem peremptoriam, poteſt eam non admittere, & licet ille appellet, non irritabitur factum iudicis, niſi ille probet veritatem ſuæ exceptionis. de quo dicto feci mentionem in repet.mea rubri.C.de probatio.in 37.colum. adde etiam no.verbum Bal.in l.prima.in 4.colum.in verſiculo.modò quæro,&c. C. ne ex delic. defuncto. vbi dixit, quòd licèt aliàs appellatio ſuſpendat pronunciatum,vt habetur in l. tale pactum.in §.qui prouocauit. ff.de pact. & in toto titu. ff.
89 nil nouari app.pen.cum ſimil.† tamen quando appellatio eſt notoriè calumnioſa,non propterea eſt differenda executio, quia tali caſu reipublicæ intereſt, talem appellationẽ non admitti,quod eſt no.de quo dicto feci mentionẽ in repe. mea rubri.C.de proba.in 4.col.ante fi. Item adde etiã prædictis: Nam clarum eſt in iure, quòd in cauſa capitali non admittitur procurator,vt in l.penult.§.ad crimen.ff.de pub.iud. & in

l.ſeruum quoque.in §.publicè.ff.de procur.& in l.reos. C. de
accuſ.& in cap.veniens. de accuſa. cum ſimilibus. Attamen
90 † ſi inſtituta eſt accuſatio capitalis contra aliquem, & ſit no-
toriè calumnioſa, tali caſu poterit interuenire procurator.
Ita nota.dixit Bal.in l.2.C.vt nemo priuatus.& alleg. hoc vo-
luiſſe Cyn. in l.reos. C.de accuſ.quod dicit eſſe menti tenen-
dum.quod dictum retuli in repetit.mea rubri. C. de probat.
in 43. colum. in verſic. item vltra præmiſſa,&c.Adde etiam,
quod omittẽs aliquid producere, petere vel excipere per ca-
lumniam,non auditur poſtea volens illud producere petere
91 vel excipere,†niſi refectis expenſis,ſecundùm Dominum Fe
li.in cap.ad audientiam.el ſecondo.de reſcrip.in 11.& 12.co-
lum.& in cap.1.in prin.de exce.de quo ego latius dixi in l.pa-
tre vel marito.in 16.& 17.colum.de quæſtioni.& in l. ſi quis
ne quæſtio.in 11.colum.in fine cum ibi ſeq.eodem titulo.&
circa omnia ſupradicta vide Domi. Feli. in cap. licèt cauſam.
in 4.no.de prob.& in cap.nullus.circa fi.de præſump. & in ca.
inter monaſterium.in 8.colum.in princi.de re iudi.& Dom.
Fran.de Aret.in ca.ſuper his.in 11.colum.de accuſa.& Dom.
Lauren.Calca.in conſilio 82.incipiente,quia in cauſa, &c.in
3.colum.& in conſi.44.inc.cum proxima,&c.in fi.Item ſcias,
quòd ſi ſtatutum, vel cõſuetudo diceret, quòd calumniator
92 † non puniretur, non valeret, quia eſſet contra bonos mo-
res,ſecundùm Bald.in l.qui crimen.C.qui accuſare non poſſ.
& Bald.ſuper ſtatutis.in verbo,calumniator.Tene menti præ
dicta in materia calumniæ,quia fortè ea ſimul cumulata ali-
93 bi non facilè inuenies. An † autẽ contra calumniantem poſ-
ſit vti calumnia,vide glo.not.in ca. cupientes.in verbo, mali-
gnantium.de elec.in 6.quæ dicit, quòd aduerſus calumniam
quis poteſt ſe defendere cum calumnia. quam glo. refert,&
ſequitur Bald.in rubr. C. de fide inſtrumento.in 8.colum. &
Ange.in l.maritus.quæ eſt l.pen. ff.de vſur. Et dixit glo. valde
not. in dicto cap. dominus noſter.23. quæſt.2.quòd aduoca-
tus fouens iuſtam cauſam, poteſt conuincere aduerſarium
ſuum cum malitia.pro quo faciunt dicta ibi per Arch. & per
glo.in cap.nullus.4.quæſt.4.& facit tex.notab. in l.cum pater.
in §.Titio.ff.de lega.2.in verſic. nec dolo videtur feciſſe, cum
fraudem excluſerit.quem tex.alleg. Angel. in dicta l.maritus.
& glo.in dicto cap.cupientes.in verbo, malignantium. Pro
quibus etiam poſſem adducere plura no. quæ adduxi in ſin-
gu.meo 177.incip.malitijs hominum, &c. quæ per te videas.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio in articulo mortis facta,an valeat. Et cur.nu.2.*
3 *Teſtibus poſt depoſitionem ſolennem dicentibus ſe falſum tuliſſe teſtimonium,an credendum.*
4 *Vulneratus dicens ſe mori ex medici culpa,an iuuet vulnerantem.*
5 *Teſtator in teſtamento mandans uſurarum reſtitutionem, an præſumendus vſurarius.*
6 *Solennitas eadem in deſtruendo requiritur,quæ in conſtruendo. Vt in ratificatione,& alijs.nu.10.11.*
7 *Teſtes tot ad reuocandum teſtamentum requiruntur, quot ad probandum.*
Idem in inſtrumento.nu.9.
8 *Decretum ſicut in contrahendo requiritur,ita diſtrahendo.*
12 *Morientes non dicunt ſemper uerum.*
13 *Mortis timore oppreſſus eſt ſimilis mortuo.*
14 *Periurus eſt infamis.Cuius dictum non probat.nu.15.*
16 *Reuocatio confeſſionis facta in carcere,nihil operatur.*
17 *Actus iudicialis fortior extraiudiciali.*

§.Reſtat modò pro complemento huius operis exa
minare aliquas quæſtiones vtiles, & quoti-
dianas,quas ſuperius vſque non potui loco congruo exami-
nare, quas quæſtiones pro maiori parte non vidi ſpecialiter
examinatas ab aliquo ſcribente antiquo nec moderno vſq;
in præſentem diem,ideo ad eas me conuerto. Et quæro pri-
mò de tali quæſtione videlicet, reus inquiſitus in proceſſu
contra eum facto ſeruatis ſeruandis in iudicio coram iudi-
ce,notario & teſtibus,dixit & confeſſus fuit,quòd Titius fuit
eius ſocius ad committendum delictum, de quo erat inqui-
ſitus,& tale delictum de quo ſocius criminis poterat interro
gari,& eius dictum faciebat indicium ad torturam, iuxta ea
quæ dixi in l.prima.in §.diuus Antoninus.in ſecunda colum.
ff.de quæſtio. & ſuprà, in §. diligenter.nume.59.cum ibi ſeq.
qui reus etiam ratificando ſuam confeſſionem affirmauit di
ctum Titium fuiſſe eius ſocium in dicto delicto.Poſtea lata
ſententia condemnatoria ad mortem cõtra dictum reum,
dum ipſe reus eſt in manibus carnificis ſuper furca, & habet
laqueum ſeu capiſtrum ad collum, dicit miniſtro iuſtitiæ,
ſeu carnifici, rogo te, expecta modicũ antequàm me proij-
cias inferius,& me occidas, quia volo dicere aliqua verba an
tequàm moriar. Et poſtea ibi dicit coram populo: Ego ro-
go vos omnes,vt mihi parcatis, ſi vos offendi aliquo modo,
quia peto veniam, & vos rogo, vt quilibet veſtrum dicat v-
num Pater noſter,& vnum Aue Maria, pro anima mea. Et
poſtea dicit, & quia accuſaui Titium, & dixi, quòd ipſe fuit
meus ſocius ad committendum hoc delictum, pro quo de-
beo nunc mori, ideo ne perdam, & condemnem animam
meã,fateor me falſum dixiſſe,& indebitè inculpaſſe illũ,ideo
dico dicta per me nõ eſſe vera,& pœnitet me hoc falſum di-
xiſſe,cũ ipſe Titius fuerit, & ſit innocẽs a dicto delicto. Quo
dicto ſtatim miniſter iuſtitiæ ad hoc paratus proiicit ipſum
reum a furca, & eum occidit: Vtrũ per talia verba ipſius rei
ſit exculpatus ipſe Titius, adeò ꝙ ſit ſublatum indiciũ ad tor
turam exiſtens contra ipſum Titium ex illa cõfeſſione in iu-
dicio legitimè facta,& ratificata per ipſum reum? Et verè ca-
ſus iſte apud me dubius eſt, & hanc quæſtionem vidi pluries
in facto,& ſemel hanc queſtionem vidi de facto Mediolani,
in qua fui aduocatus pro dicto Titio, & ſup lucratus fui plu-
res pecunias, &c. In qua quæſtione videtur primò dicendũ,
ꝙ talia verba, & talis exculpatio dicti rei proſit ipſi Titio in-
culpato,& tollat vel ſaltem debilitet indicium contra eũ exi
ſtens,adeò ꝙ nõ poſſit vlterius torqueri.& hoc propter not.
dictum Bal.conſi.ſuo 25.incip.caſus,ſuper quo &c.in 2.colũ.
1 in 1.vol.vbi dicit,ꝙ confeſſio † facta in articulo mortis valet,
quia non eſt præſumendum,ꝙ confitens illo tempore men
tiatur.pro quo faciunt plura,& plures no.doctrinæ, quæ ad-
duxi ad hoc,ſ.§.diligenter.nu.119.cum ibi ſequenti, & ſeq. q̄
omitto breuitatis cauſa, & ne idem per idem pluries repetã.
& facit etiam:nam quilibet(maximè in articulo mortis con
2 ſtitutus) præſumitur memor†ſalutis æternæ.c.ſancim⁹.1.q.7.
c.literas.vbi gl.de præſumpt.l fi.C.ad leg. Iuliam repetun.pro
quibus faciunt optimè dicta per Iaſ. in repeti. l.admonendi.
in 53.col.circa med.ff.de iureiur.Et facit etiam l.nihil tam na
turale. de reg. iur. vbi dicitur,ꝙ nihil eſt tam naturale,quam
tollere eodem modo id, quod dictum vel factum eſt. Ita in
caſu noſtro videtur, ꝙ indicium ortum contra illum incul-
patum ex verbis, & ex confeſſione dicti rei debeat tolli ſimi
liter ex verbis,& confeſſione eiuſdemmet rei.& faciunt opti
mè dicta per Bald. in conſil. ſuo 149.incip. poſtquàm Nota-
rius.in 4. volu. Ex quibus omnibus videtur dicendum, quòd
ex dictis verbis rei ſublatum ſit indicium exiſtens contra ip-
ſum Titium ex tali exculpatione facta in articulo mortis per
dictum reum ſuper furca exiſtentem,vt ſuprà. Sed contra-
riam partem, quòd imò non ſit ſublatum dictum indicium,
ſed ex eo poſſit torqueri, vt ante dictam exculpationem po
terat,facit primò tex.no. in l. ſi quis in graui. in §. ſi quis mo-
riens.ff.ad Sylla. vbi per illum tex. dicit Bart. & alij poſt eum,
quòd ſi aliquis iudex conſtitutus in mortis articulo dicat ſe
tuliſſe falſam ſententiam, non ſtatur dicto ſuo, nec ei credi-
tur,nec per hoc ſententia annullatur. Et idem tenet Angel.li
cèt non loquatur in confeſſione facta in mortis articulo,ſed
inter viuos,in conſilio ſuo 38.inci. Chriſtophorus Petri con
ductor.in tertia colum.vbi idem dicit.& idem dicit eſſe in ar
bitro,& idem in electoribus prælatorum, ſecundùm Innoc.
in cap.cum dilecti.de elect.in glo.quæ incipit,lex nullam. &
3 idem dicit†eſſe in teſtibus,quibus non creditur, ſi poſt eorũ
depoſitionem factam ſolenniter poſtea extra iudicium di-
cũt ſe falſum teſtimonium tuliſſe, & dicit de hoc eſſe caſum
in cap.ſicut.extra de teſti.iuncta glo.illius.c.& idem in ipſis te
ſtibus tenuit Ludouicus Roman. & Angel. in dicto §.ſi quis
moriens.& Bal.in l.generaliter.in 1.colum.C.de non nume.
pecu.& in Authen.ſi dicatur.in ſecunda colum.& Bal.in cap.
literas,in 3.colum.de præſumptio.Et dixit Pet. de Anchar.in
4 cap.fina.extrà de ſucceſ. ab inteſta. quòd ſi vulneratus † dixit
ſe mori ex culpa medici,quòd tamen per hoc nõ iuuat per-
cuſſorem,ſi aliter hoc non apparet,quod dictum refert,& ſe
quitur Feli.in c.literas.in pen.col.de præſump.de quo dixi in
ſingul.meo 22.incip.confeſſio offenſi. Et adeò eſt verum,ꝙ
non creditur conſtituto in mortis articulo, quod ſing. dixit
Bal.in cap.in præſentia.in 4.colum.de proba.quòd ſi teſtator
5 in † teſtamento ſuo dixit, confiteor me teneri ad reſtitutio-
nem vſurarum a multis, & diuerſis extortarum, quod ta-
men per hoc non præſumitur vſurarius. Et vltra prædicta
pro hac parte,quòd dicta exculpatio nõ tollat indicium præ
cedẽs,facit optimè vrgens ratio videlicet,quoniam talis reus
exiſtens ſuper furca illud, quod dicit extra iudicium,& ſine
iuramento, meritò non tollit illud,quod dixit in iudicio ſo-
6 lenniter, & cum iuramento. Nam eadem ſolennitas † re-
quiritur in deſtruendo, quæ requiritur in conſtruendo, vt
in authen.econtrà ſi filius.C.de repu.& in Authen.de defen.
ciui.in §.non habente. & in l.nihil tam naturale.ff.de regulis

iur.& in l.cum emptor.ff.de reſcin.vend.Et facit gloſ.no.in l.
cum proponeretur.ff.de lega.2. quæ dixit,ꝙ tot teſtes requi-
7 runtur ad pœnitentiam,vel reuocationem † teſtamẽti,quot
requiruntur ad probandum ipſum teſtamentum,quod etiã
voluit Bal.in l.quæſtionem.in pe.colum. C.de fideicommiſ.
& in c.ſi quis feudum.ſi de feu.fue.contro.inter do. & agna.
& in l.fi.in pe.col.C.de cad.tol.& in l.fi.in vlt.col. C.de fideic.
& in l.ij.in 2.colum.C.de bo.poſ.ſecundum tab.& in l.erro-
re.in 1.colum.C.de teſta.& Do.Feli. in c.cum acceſſiſſent.in
2.col.de conſt.vbi pro hoc allegat gl.in c.quamuis.de procu.
in 6.& dictam glo.in d.l.cum proponeretur.pro ſing.allega-
uit Bal.in l.fi.in pe.col.C.de eden.& idem voluit Car.& Ioan.
de Imo.in c.relatum.el 1.de teſta.& D.Alex.allegans d.glo.in
rub.ff.de acquir. poſ. & in l.inter ſtipulantem. §. ſacram.ff.de
ver.ob.& D.Fel.in c.edoceri.in 6.colũ.ver.non obſtat prædi-
ctis.de reſcri.& D.Alex.in conſi.ſuo 140.inci.ſuper teſtamen
to ſer Nicolai.in 1.col.in 1.vol.& in conſi.208.inci.ſtatutis ac
curatè,&c.in pe.col.in 2.vol.Item hanc partem, ꝙ eadem ſo
lennitas requiratur in reuocatione actus, quæ requiritur in
eius celebratione,firmauit Lud.Ro.in conſi.ſuo 65.inc.viſo
themate.vbi ad hoc alleg.l.hæredes palam. in §.ſi quis poſt.ff.
de teſta. & in l. ſi puellæ. ff. de ſponſa. & in l.nuptiæ.ff.de ritu
nup.& l.ſi,vt proponis.C.de nup.& Bal.in l.omnium. C.de te
ſta.& in tit.de pace Conſtan.in §.nos Romanorum.& in l.ex
placito.C.de re.permu. Pro quibus optimè faciunt dicta per
eundem Lud.Rom.in conſi.1 6.inc.viſis neceſſarijs,&c.poſt
prin.& dicta per Bald. in l.1. C.ſi aduer.tranſ.vbi dixit,ꝙ ſicut
8 in contrahendo † requiritur decretum,ita in diſtrahendo.Et
dixit Bal.in addi.Spe.in tit. de inſtru.edi.in 4.col.in ver. inſtru
mẽtum habet,&c.in prin.ꝙ tot teſtes requiruntur ad repro-
9 bandum inſtrumentum, quot † requiruntur ad ipſius validi-
tatem.Et faciunt dicta per eundem Bal.in c.1.in 3.col verſ.&
nota,ꝙ per inſtrumentum. in ti. quid ſit inueſti. Item hanc
partem, ꝙ eadem ſolennitas requiratur in reuocando actũ,
quæ requiritur in illo celebrando,tenuit Pet.de Anch.in cõ-
ſilio ſuo 338.inci.de efficacia.in 1.col.& Bal. in l.quoties.in §.
1.ff.de hære.inſti.& D.Fel.in c.accedens.el 1.in 3. col.vt li. nõ
cont. Et prædicta habent locum non ſolum vbi tractatur de
reuocando actum iam factum, ſed etiam vbi tractatur de
ratificatione ipſius actus.Nam etiam in ratificatione requiri
10 tur † eadem ſolennitas,quæ requirebatur in ipſo actu princi-
paliter celebrando.ita dixit Lud.Ro.in conſi.ſuo 12.inci.viſo
facto &c. ante fi.alleg. l.ſi,vt proponis.C.de nupt.& l.nuptiæ.
ff.de ritu nupt.& dicit,ꝙ pro hoc facit,quod no.Inn.in ca.cũ
dilecti.de emp.& vend.& Io.And.in c.cum laicis.de reb.eccl.
non alie.& idem voluit Pau.de Ca.in l. inuitum. ff.de ſeruit.
vrba.præd. Et ad corroborationem prædictorum facit opti-
mè,quod voluit D.Ale.in conſi.ſuo 81.inci. reuocatur in du
bium.in 1.col.in 5.vol.vbi dicit, ꝙ eadem ſolennitas requiri-
11 tur † in renunciando compromiſſo,quæ requiritur in illo ac
ceptando.& ideo dicit, ꝙ ſi arbiter acceptauit cõpromiſſum
ad inſtantiam vtriuſque partis,ꝙ non poterit illud renuncia-
re ad inſtantiam vnius partis tantum, aliàs renunciatio eſſet
nulla.Cum ergo in caſu noſtro non interuenerit in dicta ex-
culpatione facta per reum ſuper furca illa ſolennitas iudicij,
& iuramẽti,quæ interuenit in inculpatione, ergo meritò in-
dicium exiſtens contra illum inculpatum non erit ſublatum
per dicta verba ipſius rei facta ſuper furca, & ſic per dictã ex-
culpationem,licèt iſta ſit facta per reum in extremo vitæ ſpi
ritu.Et poteſt aſſignari ratio,quare non creditur confeſſioni
factæ in vltimo vitæ.ratio enim eſt, quia non omnis moriẽs
eſt Sanctus Ioannes Euangeliſta.ita dicit Bal.in tit.de pa.Con
ſtan.in verbo,vaſalli noſtri. Pro quo facit, quod dixit Oldr.in
12 conſi ſuo 192.inci.viſo diligenter proceſſu.† vbi dicit,ꝙ mo-
rientes non dicunt ſemper verum,quod etiam dixit gl.in ca.
literas.in verbo,graue.de præſump.& Iaſ.in repe. l.admonen
di.in 55.col.poſt med.ff.de iureiur.Et ideo dixit Bal. in addit.
Spec.in tit. de confeſ. in verbo, confeſſio facta in vltima,&c.
ꝙ confeſſio facta in vltima voluntate, non probat debitum
eſſe,vel non eſſe.& dicit,ꝙ talis confeſſio poteſt reuocari,qa
eſt ſpecies vltimæ voluntatis, nõ aũt eſt ſpecies probationis.
& ideo dicit ipſe Bal.ibi,ꝙ hoc facit pro eo,qui legat 10. pro
vſuris, vel malè ablatis, vt ſi reconualeſcat non poſſit ex illa
ſcriptura conueniri,de quo etiam dixi in repet.mea l.fina.in
64 char.de proba.Item quòd tali reo non credatur in hoc ca
ſu,facit optimè vrgens ratio.Nam vt quotidiana docet expe
rientia,iſti rei qui ducuntur ad mortem adeò cruciantur ti-
more,& dolore mortis,quòd ſunt alieni ab intellectu, & nõ
ſunt compotes mentis,& maximè quando habent laqueum
ad collum,& ſunt ſuper furca,& vident ſe ilico, & incontinẽ
ti morituros,vel quando debent decapitari, & vident ibi an
te ſe inſtrumenta ferrea parata ad incidendum ſibi caput, &
ideo tanquam non ſint in ſano intellectu,& non compotes
mentis,non eſt eis credendum, arg. tex. in l.hac cõſultiſſima.
in verſi. at cum humana fragilitas mortis cogitatione turba-
13 ta.C.qui teſta. face. poſ.talis enim † oppreſſus mortis timore
eſt ſimilis mortuo,vt dicit tex.in l.iubemus. poſt princ.C.de
teſt.& voluit Pau.de Ca.in conſi.366.inci.viſo puncto,& alle
gationibus.vbi etiam alia dicit in hoc propoſito.in verſi.nec
ſufficiunt ad inſtruct.Item pro hac parte,ꝙ non credatur ipſi
reo in tali caſu.facit alia ratio. Nam ſi verum eſſet,ꝙ ipſe in-
debitè inculpaſſet illum,non expectaſſet ad eum inculpandũ
tempus illud, quando erat ſuper furca cum laqueo ad collũ,
ſed illum exculpaſſet tempore quo cõfeſſus fuit peccata ſua
ſacerdoti,& accepit euchariſtiam,nam tunc vocaſſet Poteſta
tem & notarium,& illum exculpaſſet,nec eſt preſumendum
ꝙ voluiſſet accipere euchariſtiam cũ illo onere, & peccato,
& cũ illa indebita inſpectione ꝓximi, & ſic eum iuridicè ex-
culpaſſet, ꝙ certè veriſimile eſt,ſi ille inculpatus fuiſſet inno-
cens, nam tale tp̃s eſt magis conueniens ad exculpandũ inde
bitè inculpatos, q̃ tempus quo eſt ſuper furca cũ laqueo ad
collum. Item alia eſt etiam ratio, quare non ſit credendum
tali reo exculpanti aliquem ſuper furca,quia vt dixi, tales rei
ſuper furca exiſtentes non ſunt compotes mentis, nec in ſa-
no intellectu,ſed regunt linguam ſuam ſecundum & prout
ipſi dicitur ab illis confortatoribus, qui ſibi dantur, vt
eos hortentur ad pœnitentiam, & ad bene morien-
dum, & omnia, quæ eis perſuadent dicti confortatores,
dicunt & faciunt ipſi rei. Et ideo tales exculpationes
magis faciunt ipſi rei ad perſuaſionem, requiſitionem,
& inſtantiam talium confortatorum, quàm motu pro-
prio,quia ſibi perſuadent,ꝙ ſi talem exculpationem non fa-
ciunt,morietur in peccato,& in damnatione, & perditione
animæ,& corporis.Et ſæpe ac ſæpius affines ipſius inculpati,
vel amici rogant inſtanter, & inſtantiſſimè dictos cõfortato
res,vt velint facere,ꝙ reus exculpet amicũ, vel affinem ſuum
quem inculpauit,& ſibi ꝓmittunt aliqua ſi hoc faciat. & tũc
tales confortatores,vt lucrentur ſibi promiſſa,operantur to-
to poſſe,ꝙ reus faciat talem exculpationem,& perſuadẽt ipſi
reo,ꝙ ſi faciet talem exculpationem, ibit illo die ad prandiũ
cum beata Virgine, & ibi tripudiabit, & in æternum lætabit
cum Angelis.& ideo talis exculpatio non prodeſt inculpato
per iura,& rõnes ſuperius adductas.Pro qua parte,& opin.fa
cit alia rõ:Nam negari non p̃t,ꝙ iſte reus, qui primò ſolẽni-
ter in iudicio in forma teſtis cum iurõ dixit illum fuiſſe eius
ſocium ad cõmittẽdum illud delictũ,ſi mõ ſuper furca dicat
14 õrium non ſit periurus,& per conſequens infamis.† Nã per-
iurus eſt infamis,ſ m gl.in c.peruenit. de fideiuſ.& eſt tex.in l.
ſi quis maior.& ibi gl.& Doc. C.de tranſ.& eſt glo. in l.q̃ ſub
condõne.in verbo,interuenerit.ff.de condi.inſti. & in Auth.
ſcenicas non ſolum fidem p̃ſtent.in §.1.in verſi. ſi quæ oĩno.
& voluit gl.& Doc.in l.Lucius.ff.de infa. & Io.An.D.Ant. &
alij in c.teſtimonium.de teſt.& Hoſti.in ſumma de vſur.§.an
aliquo caſu.in vlt.col.verſi.de notorijs,&c quem refert, & ſe
quitur Archi.in c.ſicut nõ ſuo,46.di.& Arch.in c. paruuli.22.
q.5.Et idẽ tenet Io.de Imo.in cle.1.in 6.col.de iureiu.in verſi.
quæro,an periurus.& Bal.in c.querelam. poſt gl.de iureiu. &
Goffr.in ſum.de iureiu.in §.an periurus.& Barb. in c.teſtimo
nium.de teſti.vbi dicit, ꝙ de hoc eſt caſus in c.infames 8.q.2.
& in c.ſi quis conuictus.22.q.5.& in c.prædicantib. 22.q.1.&
in §.periurij pœna.eadem cã,& qõne.de quo latius dixi in re
petitio.mea.l.fi.C.de proba.in 10.char.vltra medium. Sed di-
15 ctum periuri † non probat,vt in c.ſicut.& in c.teſtimonium.
de teſti,& in c.quicunq;.6.q.1.& in d.c.paruuli.& in c. literas.
de præſum.& voluit Spe.in tit.de teſte.in §.1,ver.itẽ ꝙ eſt in-
famis.ergo dictum iſtius rei tanq̃ dictum periuri nihil opera
bitur.Item vltra prædicta iura,& rõnes,ꝙ talis exculpatio nõ
proſit inculpato,tenuit expreſsè Bal.in conſ.ſuo 79.inci.regu
la iuris &c.in fi. in 3. vol.vbi fortius dixit videlicet,ꝙ reuoca-
16 tio † confeſſionis, q̃ fit in carcere nihil operatur, quia fit ex-
tra iudicium,nõ in iudicio.alle.l.ij.C.de cuſt.reo. Pro quo fa-
17 cit.Nã fortior eſt actus,qui fit in iudicio,† q̃ qui fit extra iudi
cium,iuxta gl.in authen.generaliter.C.de epi.& cle. & voluit
Iaſ.in l.iubemus.in 2.colũ.C.de iudi.pro quo faciunt plura,q̃
dixi de calore iudicij in repeti.mea rub.C.de prob. in 19.col.
verſi.intellige ẽt prædictam cõcluſionem, &c. ergo actus ex-
traiudicialis non põt tollere actum iudicialẽ.& faciunt, quæ
dixi in ſing.meo 212.inci.cõis omnium ſcribentium. & hoc
etiam firmat Ang.in conſi.308.inci.factum tale,Chriſtopho-
rus Petri.in penul.col.ver.de ſecundo. Et ſic ex ſupradictis vi
detur concludendum, ꝙ talis exculpatio facta per reum ſup
furca cum laqueo ad collum, non tollat indicium exiſtens
contra inculpatum ex dicto ipſius rei ſolenniter, & iudiciali
ter facto. Attamen ſi volumus rectè cõſiderare, eſt maximũ
quid

quid apud Deum,& populum,quòd ille reus ſtatim moritu
rus exculpet illum,quem inculpauit, & talis exculpatio non
valeat. pro qua opi.ꝙ talis exculpatio proſit inculpato,addu-
xi plura vltra ea,quę hic adduxi ſupra,in §.diligenter.in num.
117.cum pluribus numeris ibi ſequentibus,vbi examinaui il
lam quæſtionem ſatis conſonam iſti videlicet,an dictum of-
fenſi conſtituti in mortis articulo faciat indicium ad tortu-
ram contra illum, quem dicit ipſe moriens eum percuſſiſſe.
Poſſet forte dici, ꝙ de æquitate, & in foro poli illa exculpa-
tio valeret,& prodeſſet ipſi inculpato, ſed ſecus in foro fori,
& de rigore iuris per dicta iura. Vel fortè iudicio meo poſſet
diſtingui hoc modo videlicet,ꝙ aut pro illa imputatione pri
mò facta per dictum reum concurrebat aliquod indicium,
præſumptio vel coniectura, & tunc ſimplex reuocatio, vel
exculpatio nõ proſit inculpato. Aut pro dicta inculpatione
nullum concurrebat indicium, præſumptio vel coniectura,
ſed ſola inculpatio nuda ipſius rei,& tunc exculpatio facta ꝑ
reum ſuper furca, vt ſupra, habet tollere indicium inculpa-
tionis.& ita mihi videtur concludẽdum, quæ diſtinctio mul
tum conuenit iuri,& rationi naturali, vt de ſe patet.ita mihi
videtur concludendum in præſenti quæſtione, & vide quæ
dixi in ſingu.meo 22.incip.confeſſio offenſi,&c.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex an poſſit condemnare ſine ſpontanea confeſſione.* 14.
2 *Confeſſio facta per torturam etiam millies ratificata quando nulla.* 3.6.7.
4 *Teſtes primò deponentes poſtea iurantes an probent.*
5 *Donatio facta per filiumfamilias ſine patris conſenſu, an poſſit per ſuperuenientem conſenſum reconualidari.*
9 *Principali annullato,annullatur acceſſorium.* 10.11.12.
13 *Iudex non poteſt interrogare reum de delictis, de quibus nulla ſunt indicia.*
15 *Veritas ſemper quærenda, & inuenta attendenda. Maximè in delictis.num.16.*
17 *Veritas eſt probatio probata,& eſt notoria.*
18 *Veritati omnia cedunt.*
19 *Veritas omnia vincit.*
20 *Veritatem curare debemus potius, quàm de apicibus iuris diſputare.*
21 *Modus non curatur,dummodo effectus habeatur. Vt in iuſtitia.n.22.*
23 *Probatio per viſum derogat legibus & ſtatutis. Et ponuntur multi caſus.nu.24.25.26.*
27 *Alienatio rei eccleſiæ ſine ſolennitate quo caſu teneat.*
28 *Contrariorum eadem eſt cenſura.*
31 *Torturæ metus torturæ æquiparatur.*
32 *Paria ſunt confiteri in tormentis,vel metu tormentorum.*
33 *Indicia multum vrgentia faciunt plenam probationem.*
34 *Adminiculum vehemens ſupplet probationem ſemiplenam.*
35 *Experientia eſt rerum magiſtra.*
36 *Locus a communiter accidentibus facit indicium indubitatum.*
37 *Iudex an poſſit reum ex indiciis indubitatis condemnare ad mortem.*
38 *Solennitas aut ordo iuris in cauſa ciuili non curantur,quando ſtat de veritate rei. Et quid in criminalibus.nu.39.*
40 *Pœnitentia ſiue temporalis, ſiue ſpiritualis pro peccato manifeſto impoſita ſine ordine iudiciario an teneat.*
41 *Ordo iuris in notorijs non requiritur. Et idem dicendum de ſolennitate iuris.nu.42.*
43 *Ordo eſt in ſummarijs non ſeruare ordinem. Nec curantur apices iuris.num.44.*
45 *Notorium ſententiæ æquiparatur. Et eſt probatio probata. nu.46.47.*
48 *Solennitas ſuperueniens contractui inſolennizato, an roboret contractum.*
49 *Teſtamentum excommunicati poſt abſolutionem reconualeſcit. Et idem dicendum de vſurario manifeſto præſtita ſatiſdatione de reſtituendo.nu.50.*
51 *Conceſſio ſuper molendino fiendo an extendat ſe ad iam factum. Et idem in ſtatuto de bannitis capiendis, vt trahatur ad iam captos.nume.52.*
53 *Legatum factum pro puella maritanda,quæ iam nupſerat,an ualeat. Et idem de vidua.nu.55.*
54 *Papa concedens epiſcopo teſtamenti factionem, an intelligat de iam facto.*
56 *Statutum de luxu ueſtium muniendo, an extendatur ad ueſtes iam factas.*
57 *Reſcriptum ſuper primo beneficio vacaturo,an retro trahatur ad iam adeptum.*
Actus a principio nullus in quibus caſibus ualidetur ſuperueniente habilitate.a nu.57.vſque ad nu.48.ſuprà.
58 *Expoſitum multipliciter, veritatem obnubilat.*
59 *Regula acceſſorium, in quibus non habeat verum.*
60 *Donatio inter uirum & uxorem iurata ualet.*
61 *Stipulari alteri poſſibile cum iuramento.*
62 *Confeſſio extraiudicialis iurata nocet confitenti. Et idem in confeſſione facta parte abſente.nu.63.*
64 *Obligatio mulieris intercedentis cum iuramento ualida, licèt Velleiano non fuerit renunciatum.*
65 *Donatio iurata excedens ſummam legalem etiam ſine inſinuatione tenet.*
66 *Iuramentum in quibus caſibus validet præcedentia aliàs inualida. Vſque ad nu.60.ſupra.*
67 *Via benignior in dubijs,& obſcuris,maximè in criminalib.ſequenda.*
68 *Cognoſcere non ſeruato iuris ordine eſt ius alterius auferre. Et nemo inferior a principe hoc poteſt.nu.74.*
69 *Iudex extra ordinem procedens,dicitur de facto procedere.*
70 *Papa ordinem iudiciarium tollere non poteſt.*
71 *Ordinis omiſſio præſumptionem fraudis inducit.*
72 *Banna ordine iudiciario ſpreto lata cancellanda.*
73 *Spoliatus per iudicem quando habeat interdictum recuperandæ.*
75 *Solennitates proceſſus neque legatus de latere ſupplere poteſt.*
76 *Teſtes etiam a Cardinalibus inordinatè recepti non probant.78.*
77 *Subſtantia deficit vbi non eſt ordo.*
79 *Iudex præcipiens ſine cauſæ cognitione pœnam non irrogat 80.& numero 81.*
82 *Ordinis omiſſio in extraordinarijs iudicijs vitiat ipſum iudicium.8.*
83 *Iudex iniuſtè facit qui ordinem non ſeruat.*
84 *Ordinem iudiciorum partes remittere non poſſunt. Et cur.85.*
86 *Ordini iudiciorum coram arbitro poteſt renunciari.*
87 *Libellus ineptus deſtruit ſequentia.*
88 *Exceptio ineptitudinis reddit iudicium retro nullum.*

§.Secunda quæſtio quæ ſequitur talis eſt, Poteſtas
ſeu Iudex maleficiorum nullis præcedẽ
tibus indicijs de iure validis reum inquiſitum de homicidio
de morte Titij poſuit ad torturã velo leuato,qui reus ꝑꝑ ma
gnum dolorem,& cruciatum torturæ confeſſus eſt cõmiſiſ-
ſe dictum homicidiũ, ſubiungens, ꝙ dicto Titio dedit duo
vulnera in capite,tria in pectore,& vnum in gutture,& ꝙ eũ
mortuum ex dictis vulneribus,ne res iſta veniret in lucẽ, ſe-
peliuit in eius horto,vel ſtabulo,nocturno tpe. Qua confeſ-
ſione facta,& indebitè extorta ꝯ iuris diſpõnem,Iudex miſit
ad fodiendum in loco vbi dixit eũ ſepeliſſe, & ibi eũ reperit
cum oĩbus vulnerib.allegatis per dictum reum. Modò dubi
tatur ſtantibus ꝑdictis, vtrũ Iudex poſſit de iure cõdemnare
ad mortem dictum reũ inquiſitum,& cõfeſſum non præce-
dentib. indicijs,& nullo iuris ordine ſeruato, verificata tamẽ
eius confeſſione,& delicto per notorietatem facti permanẽ
tis,q̃ oculis ſubijcitur. Et iſta qõ nõ eſt facta ſpecialiter ab ali-
quo ſcribente,quẽ viderim,& eſt no.& quotidiana, & adeò
dubia,ꝙ in ea ego magis vellem eſſe diſcipulus,q̃ præceptor,
cum plura,& plura concurrant iura pro vtraq; parte,vt infrà
demonſtrabo. Circa quam qõnem vr̃ primò dicendum, ꝙ
ſtantibus prædictis non poſſit de iure dictus reus condẽnari
ad mortem,vel ad aliam pœnam,& potiſſimè hac ratione vi
delicet,iudex non põt aliquem condemnare de delicto, niſi
1 talis condẽnandus ſit ſponte confeſſus, vel legitimè † conui-
ctus,tex.eſt in c.nos in quenquã.2.q.1.& in c.prohibentur.in
fi.& in c.multi.eadem cã,& qõne.& in c.primates.ibidem.&
in c.iudicantem.30.q.1.Sed in hoc caſu talis reus nõ eſt ſpon
te & legitimè confeſſus, nec ltĩmè conuictus per aliquos te-
ſtes.ergo non põt condẽnari pœna mortis,nec ẽt aliqua alia
pœna pro tali homicidio.Quod aũt non ſit ltĩmè confeſſus,
2 & per conſequens,ꝙ talis cõfeſſio ſibi nõ noceat,patet. † Nã
confeſſio facta per torturam ltĩmis indicijs non ꝑcedentib.
eſt nulla,& nullius momẽti,ẽt ſi millies ratificetur. iſta eſt gl.
iuncta tex.in l.pe.ff.de qõni.quam ibi ſequitur Bar.& ſequun
tur alij plures Doc.in diuerſis locis, quos ego retuli in d.l.pe.
in 2.& 3.col.vbi videas.Quinimò talis confeſſio eſt nulla ẽt ſi
3 poſtea † ſuperueniãt indicia,ſ'm glo.in l.maritus. eo. tit. & ibi
Bar.quod ẽt tenet Bal.poſt gl.in l.fi.C.de accu.in 1.col. vbi ad
hoc allegat gl.in d.l.maritus.& idẽ tenet Ang.de Are.in trac.
malefic. in verbo fama publica. in verſ. quintò quæro, iudex
torſit.& ibi Do.Aug.de Ari.in addit.qui dicit hoc ẽt tenuiſſe
Bal.in l.ea quidem.C.de accu.& Lu.Ro.in conſ.167.inci.An-
tonius accuſatus.in 1.col.& voluit D.Ale.in conſ.ſuo 179.in-
cip.in cauſa Angelorum. & in vlti.col.in 2.vol.& idem ẽt te-
nuit D.Fran.Bru.in trac.de indi.& tor.in 12.char.in 1.colũ.Et
hoc operatur peruerſio ordinis, quia primò indicia debent
præcedere torturam,& non ſubſequi eam,vt dixi ſuprà,in §.
conſtante.nu.1.& 2.& ordo iudiciarius debet attendi, vt in l.
prolatam.C.de ſent.Et ideo dixit Cy.in l.iuriſiurandi.C.de te
4 ſtib.ꝙ ſi teſtes primò deponunt,† & poſtea iurant, non valet
eorum dictum, quia de natura, & ordine iudiciorum eſt, vt
primò teſtes iurent,poſtea deponãt, vt probat ille tex.in ver-

bo,prius.& idem tenet Dom.Ant.in c.per inquiſitionem.in
ver.nota tertiò. de elect.de quo per Doc. in d.l.iuriſiurādi.&
per em latè in repe. mea.l.fi.C. de prob.in 32.char.Et pro hac
opi.ꝙ confeſſio facta in tortura legitimis iudiciis non præce
dentibus,non valeat, nec reconualeſcat ſuperuenientibus le
gitimis indiciis,& ſic quòd actus nullus ex aliqua cauſa a prin
cipio non reconualeſcat ceſſante illa cauſa,& ſuperueniente
habilitate, adduco aliqua in ſimili. Et primò adduco Bald.in
l.ſi vxor.C.de condi.inſer.vbi dixit,quòd licet filiusfam.poſſit
donare cauſa mor.cum conſenſu patris. l.tam is.§.1.ff.de do.
5 cauſa mor.tamen ſi filiusfa.donauit cauſa mortis ſine † con-
ſenſu patris,licet poſtea pater ratificet, non tamen reconua-
leſcit talis donatio.quod dictum refert,& ſequitur Do.Fran.
de Cre.in not.ſuo 70.inci.donatio.Et dixit Bal. in c.cum con
ſuetudinis in 2.col.de conſuetu.ꝙ pater non poteſt autorari
filio donāti cauſa mortis poſt donationem factam, etiam ſi
donaret fratri in eadem poteſtate conſtituto. Pro quo etiā
faciunt dicta per Bal.in c.quotiens.de pac.& per Oldr.in con
ſil.ſuo 36.inci.quamuis pater.in 1.col. Et faciunt plura,& plu
ra alia ſimilia,quæ adduxi in §.diligenter.ſuprà,in hoc opere.
in nu.183.cum pluribus ſeq.verſ.ibidem,quæ hic omitto bre
uitatis gratia.& quæ etiam latius dixi in l.pe.in 6.7.& 8.col.ff.
de quæſtio. Ex quibus omnibus videtur in q. præmiſſa,quòd
ſi reus fuit tortus non præcedentibus legitimis indiciis,& cō
feſſus fuerit crimen,quæ confeſſio eſt nulla,ꝙ talis confeſſio
non reconualeſcat,licèt poſtea ſuperueniat probatio per in-
ſpectionem oculorum,vel per alia indicia legitima vrgentia
& ſufficientia per prædicta. Quinimò dico vnum,ꝙ eſt for-
tius videlicet,ꝙ adeo eſt verum hoc videlicet,ꝙ confeſſio fa
cta in tortura legitimis indiciis non præcedentibus eſt nulla,
6 quòd iſtud eſt verum etiam ſi iudex habet† liberum arbitriū
in criminalibus, quoniam nec etiam tunc poterit aliquem
ponere ad torturam legitimis indiciis non præcedentibus,
aliàs teneretur in ſyndicatu.ita no.dicit Pau. de Leaza. in ca.
grauis.de depoſito.& D.Alex.in l.filiusfa. in 5.apoſt.ff.de do-
na.& Gandi.in trac.ſuo malefi.ſub rubr.de quæſtio. & tor.in
vlt.col.ver.præterea ego quæro,&c.& in verſi.ibi ſeq. & Do.
Paris de Puteo in tracta.ſuo ſynd.in 100.char.in 4.col.verſ.&
adde ꝙ licèt iudex, &c. & ipſe ibi plura ad hoc alleg. & idem
firmat Iaſ.in l.1.in 2.col.C.de ſacroſan.eccle.& in l.milites.C.
de teſta.mili.vbi dicit,ꝙ hoc etiam voluit Alex. in conſil.ſuo
65.inci.habita ſuper contentis,&c. in 2. col.in 1.vol.& Raph.
Ful.in conſi.96.inci.ſuper quæſtione formata.in fi. Et faciunt
etiam dicta per Pet.de Anch.in conſi.ſuo 166.incip.viſis dili-
genter omnibus.poſt prin.& per Domi.Catal.in tracta.ſynd.
in verſi.122.& in verſi.123.ibi ſequenti. de quibus etiam latè
dixi ſuprà,in §.conſtante. num.27. Et ſcias etiam aliud in hac
materia, videlicet, ꝙ nedum confeſſio torti facta ſine legiti-
mis indiciis in tortura eſt nulla,etiam ſi reus in ea perſeueret
vt ſuprà,ſed nec etiam valet ipſo iure,quicquid poſtea ſequi-
7 tur,ita † dixit Dom.Paris de Puteo in tract.ſynd.in 102.char.
in 3.col.in verſ.an cōfeſſio torti.vbi allegat plura iura,de qui-
bus ibi per eum. Pro quo dicto facit glo.not.in l.ſi accuſato-
8 ribus.in glo.fi.C.de accuſ.quæ dixit,ꝙ ſi† citatio non eſt legi-
timè facta,proceſſus & ſentētia,& omnia inde ſequuta,ſunt
nulla,quam glo.refert,& ſequitur Bal.in c.ſi clericus.in 1.col.
de pace tenen.& in l.cum fratrem.in vlt.col.C.de his,quib. vt
indig.& in conſi.ſuo 173.incip.præſuppoſito.in 3.volu.Et fa-
ciunt,quæ dixi ſuprà,in §.quoniam.nu.44. cum pluribus ver
ſicu.ibi ſeq.Modò in propoſito, cum dicta cōfeſſio dicti ho-
micidij facta per reum in tortura legitimis indiciis non præ-
cedentibus ſit nulla,& per conſequens omnia inde ſequuta,
vt dixi:ergo ſequens probatio maleficij reperti erit nulla, &
non præiudicabit reo,vt poſſit vigore illius cōdemnari. Pro
quo facit,nam negari nō poteſt, ꝙ illud homicidium reper-
tum,& verificatum non ſit repertum, & verificatum poſt il-
lam confeſſionem indebitam, & inualidam factam per tor-
turam,non præcedentibus legitimis indiciis.ex quo neceſſa-
rio ſequitur,ꝙ dictus reus non poterit puniri. Nam clarū eſt
9 in iure,ꝙ annullato † principali, annulliatur acceſſorium, &
corruente principali,corruit acceſſorium,vt in regula, acceſ-
ſorium.de reg.iur.in 6.& in l.fi.C.de conſtitu.Prin.cum ſimi.
Et ideo dixit Bal.in l.ex teſtamento. C.de fideicom.quòd an-
10 nullato inſtrumento,annullata † eſt etiam conſtitutio preca
rij in eo appoſita.& idem dixit ipſe Bal.per verbum, fortè,in
c.1.in §.ſi quis.in vlt.colum.de feu. dato in vicem legis com-
miſ.& eſt de mente Bart.in l.quod meo. in princip.ff.de acq.
poſ.& voluit Bal.in ſimili in l.abſentis.in 5.colum.ff.ſi cert.pe
11 ta.vbi dicit,ꝙ ſi non tenet† contractus principalis,non tenet
etiam præceptum guarentigiæ in eo appoſitum, vel confeſ-
ſio in eo appoſita,quod dicit probari per tex. in dicta l.fin.ff.
de conſt. Princip.quod etiam voluit idem Bald.in l.etiam.in
1.colum.C.de execu.rei iudi.& in l.in contractibus.in fi.prin
ci.C.de non nume.pecu.& Ludoui.Roma.in repet.l.ſi verò.
in §.de viro.in 33.fal.ff.ſol.matr.& in conſi.ſuo 42.incip. viſis,
quæ egregiè &c.poſt prin.vbi pro hoc allegat gl.in l.ſi patro-
nus.in verſic. Fauiana.ff.ſi quid in frau.patro.Et idem dixit e-
tiam ipſe Ludo.Rom.in conſi.ſuo 115.incip. viſo compro-
miſſo.ante fi. vbi etiam allegat dictam gloſſ. & idem etiā cla-
rius firmat idem Ludo.Roma.in conſilio ſuo 246.incip.cla-
riſſime aſſeſſor.poſt princip.Pro quibus etiam facit nota.ver
bum ipſius Ludoui. Roma. in conſilio ſuo 449. incipien.in-
quiritur contra Iacobum.& dicta per Pet.de Anchar.in con
ſilio ſuo 74.incip.viſo diligenter. circa fin. & per Bald. in au-
then.ſiue a me.in fi.C.ad Velleia.Item hanc partem,quòd an
nullato inſtrumento,ſeu contractu principali ſit nullum pre
carium in eo appoſitum,& etiam confeſſio,firmat Bald.in l.
non dubium.in 9.col.verſ.ſimiliter dico. C.de legib.& Dom.
Ale.in conſi.ſuo 305.ſecundùm ordinem meum.inci.lecto,
& diſcuſſo.in 7.col.& in conſi.ſuo 82.incip.perſpectis his &c.
in 5.colum.in 2.vol.Et faciunt etiam dicta per Bal.in additio.
Spec.in titu.de confeſſ.in addi.inci.quandoque proceſſus.vbi
dicit, ꝙ quando proceſſus non tenet ratione incompetētiæ
iudicis,non valet etiam confeſſio in eo facta. Et faciunt etiā
dicta per eundem Bal.in l.1.in 4.colum.verſi.quæro, vtrū iu-
12 ramentum.C.de inoffi.do.vbi dixit,† ꝙ ſi reſcinditur conuen
tio principalis,reſcinditur etiam pœnalis,& quælibet acceſſo
ria.Et faciunt, quæ latius dixi in l.penul.in 11.col. ff.de quæſt.
& in ſing.meo 17.inci.acceſſorium.& dicta per Abb.in con-
ſilio ſuo 38.inci.in quæſtione, quæ ad præſens. in 1.colum.in
2.volum.& per Soc.in conſi.ſuo 65.inci.circa primum.in 10.
colum.poſt princ.vbi not.loquitur.Vlterius etiam vltra præ-
dicta,quòd dictus reus non poſſit condemnari ad mortem,
non obſtante,quod verificatum ſit dictum homicidium,fa-
cit optimè: Nam in cauſis criminalibus proceditur ad inſtar
ciuilium,vt in l.abſentem.ff.de pœ.Sed in ciuilibus nemo ſi-
ne actione experitur,vt in l.ſi pupilli.§.videamus. ff.de nego.
geſt.& in l.quotiens.§.is,qui temporali.ff.de admi. tuto. cum
ſim.ergo idem dicendum eſt in criminalibus, & ſic in quæ-
ſtione noſtra.Cum autem in caſu,& quæſtione noſtra nulla
eſſent indicia contra dictum reum, ergo curia non poterat
experiri,nec moleſtare dictum reum. Sed cum fuerit dictus
reus tortus ſine indiciis,& confeſſus fuerit homicidium,& il
lud verificauerit,tamen hoc nō debet nocere reo. Et ꝓ hoc
facit optime,quod dicitur,ꝙ de delictis,de quibus nulla ſunt
13 indicia,† iudex non poteſt,nec debet interrogare reum,nec
a fortiori eum torquere,vt dixi latè ſuprà,in §.conſtante.nu.
14.Et vltra ibi dicta iſtud etiam voluit Odof. in tracta. ſuo de
quæſt.incip.ſed quid de quæſtione quotidiana,&c.de quo e-
tiam latè habetur per Ale.in conſi.ſuo 133.inci.ſtantibus,&c.
in 5.col.in 7.vol. de quo etiam latè dixi in l. repeti. in penult.
& vlti.col.ff.de quæſtioni.

Item vltra prædicta,ꝙ in caſu noſtro non poſſit ſequi con
demnatio,facit optimè alia ratio,videlicet, ſi reus confitetur
14 feciſſe homicidium† ad ſuam defenſionem,licèt ex tali con-
feſſione ſit fundata intentio curiæ,vt dixit Bart.in l.Aurelius.
§.idem quæſijt.ff.de lib.lega.& habetur per Bal.in addi.Spe.in
tit.de confeſ.in 2.col.in verſ.confiteor me occidiſſe. & habe-
tur per Bal.in l.ſi filius.§.in exceptionibus.ff.de interro.act. &
in l.codicillum.C.de codicil.& per Bald.in l.1.C.de confeſ.&
in l.decem.vbi etiam per Imol.ff.de verb.ob.& per Abb.poſt
gl.in c.cum veniſſent.de inſti.& in c.bonæ.de poſtu. præla. &
in c.1.de iura.calu.& per D.Fel.in c.paſtoralis.de exce.in 6.co
lū.& per alios plures,quos ego adduxi in ſing.meo 185. inci.
confeſſio inquiſiti.Attamen ex tali confeſſione non poterit
talis reus ad mortem condemnari,ſi de homicidio aliter nō
conſtat q̃ per dictam ſuam confeſſionem.ita not. dixit Abb.
in c.auditis.circa vlt.col.extrà de præſcrip. quem ibi ſequitur
D.Fel.dicens hoc eſſe dictum ſing.& alibi non reperiri, & ꝙ
apud practicos aduocatos eſt in ſolenni cultu, & idem dixit
ipſe in c.ſignificaſti.el 2.in pen.col.de homi. quod dictum e-
tiam ſequitur Alex. in l.non ſolùm.§.ſciendum.ff.de ope.no.
nun.Modò ad propoſitum, licèt reus cōfeſſus ſit homicidiū,
& ſit verificatum,attamen non debet poſſe condēnari ſi ali-
ter non probatur,ꝙ ipſe reus illud fecerit,quia non ſequitur
verificatum eſt delictum allegatum per aliquē,ergo ipſe fuit
ille,qui fecit illud, nec probatur per ſuam confeſſionem, ꝙ
ipſe fecerit tale homicidium, cum dicta eius cōfeſſio ſit ille-
gitima,cū fuerit facta vigore torturæ, & non præcedentibus
aliquibus indicijs,vt ſupra ſatis oſtenſum eſt. Et ſic ex omni-
bus ſupra dictis videtur dicendum, ꝙ iſte reus modo aliquo
non poſſit condemnari ſaltem ad mortem pro dicto homi
cidio,licèt ſit verificatum,& conſtet per euidentiā, vt ſuprà.

Iſtis tamen non obſtantibus contraria opinio videtur ve-

rior

rior videlicet,ꝙ imò talis reus poſſit, & debeat de iure con-
demnari ad mortem propter dictum homicidium confeſ-
ſatum,& verificatum,& hoc ex pluribus.Et primò,quia con-
ſtat de veritate homicidij, & ſic omnis dubietas ſublata eſt
ſtante veritate ipſius,quæ oculis ſubijcitur,& inficiari nō po
15 teſt.†quæ veritas ſemper eſt quærenda,& inuenta attenden-
da eſt,in l.fi.in ver.veritati locum ſemper fore. ff.de proba.&
habetur in l.prima.in fi.C.de La.liber.tol.per quem tex. dixit
Dom.Franc. de Cre. in conſilio ſuo incipiente, ſereniſſimus
Imperator.quod conſi.eſt inter conſil. Alex.nu.mihi 507. ꝙ
Imperator monet nos eſſe veritatis imitatores.& alleg dictā
l.1.in fi.& ibi ſubdit,quòd veritas ſuper omnia amanda eſt,vt
dixit Iuriſconſultus in l.cum ita legatum. ff. de condit. & de-
monſtra.quod etiam dixit Soci.in conſilio ſuo 8.incipiente,
viſis & diligenter.poſt princip. Et dixit Specul. in titulo de te
ſte.§.qualiter autem.verſi.deinde,&c.quòd Iudex debet cura
re,ne veritas pereat,vel occultetur.Et dixit Bal. in l.ſi quis ſer-
16 uo.C.de fur.†ꝙ in delictis veritas inſpicitur. & idem dixit Io.
And.in cap.cum quis.de reg.iur.in 6.in merc. & Alex. in l.di-
17 uus.ff.de ſica. Pro quibus facit,nam veritas eſt probatio†pro
bata,quæ non indiget diſcuſſione, vel diſceptatione fori, &
nihil poteſt allegari in contrarium, vnde veritas eſt notoria.
ita dixit Cy.in l.nam ita diuus.ff.de adopt.& ibi Dyn.in addit.
per ea, quæ not.Innoc. in cap. inter nos.de conſuetudi.quos
refert,& ſequitur Bal.in l.Imperator.la 1.in 1.colum.ff.de ſta-
tu hom.Et facit,quod dixit Bald.in l.executorem. in antepe.
colum.C.de execu.rei iudi.vbi dixit,quòd nihil eſt tam forte
18 quàm veritas. Et ideo dicimus, † ꝙ veritati omnia cedunt,vt
in c.veritati.8.diſtinct.& in cap.ibi ſeq. & in cap. fraternitatis.
de frigid.& malefici.& voluit Fed.de Senis in conſi. ſuo 263.
19 aliàs 243.Hinc etiam dicimus, † ꝙ veritas omnia vincit, vt in
cap.conſuetudo.8.diſtin.&in cap.veritate.ea.diſtin. & voluit
Hoſtiē. in ca.audientia.de ſententia excommu.& Fed.de Se-
nis,in conſi.14.Et ratio prædictorum oīum poteſt eſſe, quia
veritas eſt mater iuſtitiæ,vt inquit Barto.in l.libertini.ff.de ſta
tu homi.pro quibus faciunt dicta per Domi. Philip.Decium
in conſi. ſuo 151.incipiente,maximi ponderis,&c.circa prin
cipium,& per Ludo.Roma.in conſi.446.incipiente,primus.
in ſecunda colum.& per Dom.Card.in conſil.141.incipiēte,
in quæſtione illorum.in prin.& per Pau.de Caſt.in conſ. ſuo
362.incip.iudex.in princip.& per Bald.in c.cum cauſam.in 7.
colum.in princ.de teſtib.& per Innocen. in cap.niſi cum pri-
dem.in 4.colum.de renuncia.& per Angel.in conſil.262.inc.
bene & egregiè.in princ.& per Bal.in cap.1.in 3.colum.de of
ficio iud.& per Iaſ.in l.is,apud quem.in 2.col.in fi.C.de eden.
& per gloſ. in cap. cum Ioannes Eremita.de fide inſtrumen.
& per Dominum Franc.de Cur.in conſi.ſuo 20. inc.ſæpenu
mero,&c.in prima colum.in quibus locis Doct.ponunt no
ta.dicta in hac materia veritatis. Modò in propoſito,cum in
caſu noſtro habeamus veritatem dicti homicidij,quę veritas
eſt probatio probata, vt dixi, contra quam veritatem quādo
eſt notoria,vt in caſu noſtro,nihil poteſt allegari,vt dixit Bal.
in d.l.Imperator.ergo dictus reus poteſt, & debet cōdemna-
ri ad mortem propter dictum homicidium.Nec obſtāt alle-
gata ſupra in contrarium.Et primò non obſtat glo. in d.l.pe-
nult.ff.de quæſt.quæ dicit,ꝙ confeſſio facta per torturam nō
præcedentibus legitimis indicijs, vt in caſu noſtro, eſt nulla,
etiam ſi pluries reiteretur,ſeu ratificetur.de qua latè eſt dictū
ſupra.Quia reſpondeo pluribus modis.Et primò dico, ꝙ illa
glo.poteſt procedere,& habere locum in ſimplici confeſſio
ne non verificata,vt puta Titius captus eſt,& velo leuato po
ſitus eſt ad torturam nullis præcedentibus indicijs, qui vigo
re torturæ confitetur ſe hominem occidiſſe.poſtea aūt hanc
confeſſionem ratificat pluries,certè hoc caſu talis confeſſio,
& ratificatio ei non nocet,& tunc habet locum dicta gl.Sed
ſecus dico eſſe in confeſſione facta vigore torturæ non præ-
cedentibus legitimis indicijs,quando talis confeſſio,vt ſupra
verificatur,& conſtat de veritate delicti, quia tunc dicta gloſ.
non vendicat ſibi locum obſtante veritate per iura,& doctri
nas ſuperius allegatas. Pro quo facit,quod voluit Spec. in tit.
20 de actione,ſeu pe.in §.1.in ver.porro.vbi dixit,† quòd verita-
tem potius curare debemus, quam diſputare de apicibus iu-
ris.Præterea etiam aliter reſpondeo dictæ glo.& dico, quòd
poſtquam dictum homicidium eſt verificatum,& veritas ip
ſius apparet, non habet obſtare dicta gloſ. quoniam non re-
fert quomodo veritas inueniatur dummodo inueniatur, &
21 & non curamus † de modo, dummodo habeamus effectū.
l.cum ſeruus.de verborum obl.l.ij.C.de alimen.pup.præſtan.
l.fi. C.de donatio. quæ ſub modo.l.qui negociationem.ff.de
admi.tuto.l.item veniunt.§. a quo. ff.de petitione hæredita.l.
in ſponſalibus.la 1.ff.de ſponſa.voluit Ludo.Roma.in conſi-
lio ſuo 245.incipiente,donatio.vbi latè loquitur. & facit tex.
& quod ibi not. Bald.in l ſi mater. C.de inſtitutio. & ſubſtit.
ſub condi. fact.& l.quoties.§.ſi nomen.ff.de hæredibus inſti-
tuendis.cum ſimilibus. Et facit etiam quod dixit Bald.in re-
pertorio ſuo,in verbo,executio.in vltima colum.in verſi.in-
22 cipiente,executio facta per partem,&c.vbi dixit, † quòd pe-
tius eſt curandum de iuſtitia, quàm de modo.& facit tex.in
ar.in l.fi.§.ſi quod metus cauſa.de quo tex.latè loquutus ſum
in l.patre, vel marito. in duodecima colum.ff.de quæſtio. &
faciunt, quæ ego poſui in repertorio meo, in litera E. in 14.
charta.in vltimo not.vbi omnino videas.Habita ergo verita
te,vt habetur in hoc caſu, non eſt curandum de modo, via,
ſeu forma,quibus habetur veritas, ſed illa eſt attendenda, &
ſic videtur non obſtare dicta gloſ.& prædictæ doctrinæ. D
co etiam,quòd non obſtante dicta gloſ.& alijs ſuperius alle-
gat.quòd dictus reus eſt condemnandus ad mortem pro di-
cto homicidio attenta verificatione ipſius,quæ nō poteſt ne
gari,nec tergiuerſari,cum ſit facta per maiorem,fortiorem,
& digniorem probationem omnibus alijs prob.ſ.per proba
tionem,quę naturaliter videtur,& apparet,& quę oculis cor
poreis ſubijcitur. Quæ quidem probatio verior eſt omnib.
alijs probationibus,iuxta illud, Arbiter aure certior eſt ocu-
lus.q̄ probatio,vt dixi eſt nobilior,fortior, & potentior om
nibus alijs probationibus,vt dixit glo.in c.ad noſtram.el 3.de
23 iureiur. & talis probatio † derogat legibus, & ſtatutis,ſecun-
dùm Bal.in l.contra negantem.in fi.C.ad legem Aquil.vbi di
cit,ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ de dāno dato ſtetur ſacramento dam
num paſſi,quòd nihilominus non obſtante dicto ſtatuto,&
iuramento damnum paſſi,poterit dicere ipſe reus accuſatus,
Domine iudex veniatis ſuper loco vbi dicitur datū eſſe dam
num, & ſubijciatis rem oculis, & videbitis nullum eſſe datū
damnum, & hoc caſu iudex poterit recedere a ſtatuto præ-
dicto,& inſpicere locum,& ſi nullum eſt damnum, poterit
abſoluere dictum reum, non obſtante ſacramento actoris
damnum paſſi, quod dictum pro notabili magnifacit Barb.
in c.euidentia.de accuſa.& idem tenet Bal.in l.1.poſt mediū.
C.ſi aduer.lib.vbi ad hoc alleg.Azo.in ſumma,in titu. C.ad le
gem Aquil.quod dictum etiam refert,& ſequitur Dominus
Alex.in conſilio ſuo 379.incipiē. viſo proceſſu.Pro quo facit
ſingu.dictum Bal.in l.ſi quis teſtibus.in fi.C.de teſtib. Et facit
optimè,quod voluit idem Bald.in rubrica.C.de probat.in 2.
24 colum.vbi dixit,ꝙ nunquam lex † vel ſtatutum tollit proba-
tionem,quæ fit per rei euidentiam, & alleg. Azo vbi ſupra,
quod etiam voluit Barba.in c.1.in vndecima colū.de officio
ordin. Et facit etiam, quod voluit Io. de Imo. in l.2.ff.a qui.
appel.non licet.in 11.colum.verſi.tertiò limita, &c. vbi dixit,
25 quòd ſtante ſtatuto,quòd contra† inſtrumentum publicum
nō poſſit opponi aliqua exceptio ſolutionis,quòd tamē po-
terit opponi alia exceptio,quę notoriè ex inſpectione ipſius
inſtrumenti apparet, vt puta quia promiſſio eſt ſine cauſa.
alleg.in argum.l.fi.C.de edicto diui.& not.per Bal. in l.ſi non
ſortem.§.1.ff.de condi.indebiti. Pro quibus faciunt etiam di
cta per Innocen in c.1.de officio vic.& idem,quod tenet Io.
de Imo.in d.l.fi.tenuit etiam Oldr.in conſilio 106.inci. quòd
literæ executiuę.Et idem tenet Io.de Imo.in l.ſi expreſſum.ff.
de appella.& in l.de pupillo.in §.qui opus.ff.de ope.no.nunc.
vbi refert Do.de Rota ſic tenere.Et idem firmat Pet.de An-
cha. in conſilio ſuo 212. incipiente, de iure communi. circa
fi.vbi dixit,quòd ſtatutum prohibens contra ſententiam op-
26 poni † de nullitate,non habet locum in nullitate, quæ con-
ſtat ex inſpectione actorum. Et faciunt dicta per Pet. de An-
cha.in conſi.ſuo 197.incipiente,ſubtiliter,& ad plenum.in 1.
col.ad fi.vbi dixit,quòd quando euidentiſſimè conſtat de vti
27 litate † alienationis rei eccleſiæ,valet alienatio ſine ſolennita
te alias a iure requiſita in ſimilibus alienationibus,de quibus
in c.ſine exceptione.12.q.2.Et facit quod voluit Bar.in l.poſt
diuiſionem.in fi.C.de iur.& fac.igno.vbi limitat illam regulā
videlicet,ꝙ præſumitur pro teſtamento non habere locum,
quando ex ipſius inſpectione apparet de aliquo eius vitio,vt
puta de minori numero teſtium,quia tunc non præſumitur
pro teſtō.Et ad prædicta adduci poteſt gl. no.in l.ex conque-
ſtione.C.de reſti.ſpol.quæ voluit, quòd ſi a ſententia eſt prohi-
bitum appellare, non habet locum talis prohibitio, vbi gra-
uamen eſt notorium.pro quo faciunt dicta per Bal.in l.1.C.
ſi de mo.poſ.fue.appel.Et facit etiam,quod voluit Angel. de
Arē.in tractatu malefi.in verbo,cicatrix.in prima colum.vbi
dixit, quòd ſi ſtatutum dicit, quòd non poſſit ferri ſententia
condemnatoria de cicatrice, niſi adhibitis medicis. quòd ta-
men ſi ipſa cicatrix eſt notoria ex inſpectione oculorum,po
terit iudex facere condemnationem ſine medicis. Et idem
dixit Bald.in l.1.in 2.colū. C.vt quæ deſunt aduo.par.iud.ſup.
Et faciunt etiam dicta per Barto.in l.libellorum.ff.de accuſa.
& in l.demonſtratio falſa.ff.de condit.& demonſtr.vbi dixit,

quòd vbi locus eſt euidenter notorius,non eſt neceſſe, quòd
apponantur confinia. Et adduci poteſt gl.in l.1. §.hoc inter-
dictum.ff.de tabulis exhiben.quæ voluit, quòd licèt conuen-
tus illo interdicto de tabulis exhibendis,non poſſit oppone-
re,& dicere, quòd inſtrumentum, quod petitur exhiberi eſt
imperfectum,& nullius momenti,vt in l.ſi quis argentum.ff.
de fal.& dicto §.hoc interdictum.tamen hoc eſt verum,ſi ta-
lis imperfectio ſit abſconſa, ſed ſecus ſi apparet ex inſpectio-
ne ipſius inſtrumenti,quam glo.dixit ad hoc ſingu. Lud.Ro
ma in conſilio ſuo 42.incipiente,viſis &c. & Barba.in conſi-
lio ſuo incip.clementiſſimi Dei patris.& in cap. cum in iure.
in pen.char.in vlt.colum.de offic.deleg.& in c.1.in 4.colū. de
offic.ord.& Barba.in l.ſi ex prædijs.C.de euictio.& Abb. in c.
ex parte.de offic.delega.& dixit Bald.in dicta l.ſi ex prædijs. ꝙ
ſtante ſtatuto, ꝙ contra inſtrumentum nulla poſſit opponi
exceptio, quòd tamen tunc poterit opponi exceptio euidēs
ex inſpectione inſtrumenti,quod dictum refert Bart. in cap.
cum in iure.in penul.char.in pen.colum.de offic.dele. & Lu-
do.Rom.in conſilio ſuo 42.incipiente,viſis quę egregiè,&c.
facit etiam nota.verbum Bart. in l.eum,qui duas. C.de adul-
ter.vbi dicit,ꝙ ſi quis occidit bannitum, quando bānum eſt
nullum,& apparet bannum nō abolitum, nec cancellatum,
ꝙ ipſe occidens nō cadit in pœnam aliquam,quod dicit eſſe
verum, dummodo nullitas ſit latens,ſecus autem ſi nullitas
eſt patens,adeò ꝙ oculis inſpiciatur,quia tunc punietur tan-
quam ſi occidiſſet non bannitum. Et facit etiam optimè ad
prædicta illud,quod ego dixi in conſilio meo 33.incipiente,
ſuper eo,quod quæritur.in 1.& 2.col.& quæ ego dixi in l.1.in
materia notorij.C.de execut. rei iudicatæ. & in l.ij.in 2.char.
eod.tit.& in l.1.in §.ſi ſerui quaſi.in 1.& 2.colum. ff.de quæſt.
vbi omnia ſupradicta quaſi ad literam adduxi, & quæ latius
etiam dixi in repetitione mea rubr. C. de probatio.in 33.&
34.& 35.colum.Ex quibus omnibus ſatis patet,quòd illa quę
conſtāt, & apparent per inſpectionem oculorum,non ſubij-
ciuntur regulis iuris,legibus,vel ſtatutis.ideo cum in caſu no
ſtro conſtet de vero homicidio per inſpectionem oculorū,
debebit reus puniri non obſtantib. apicibus iuris,& non ob
ſtante d.gl.l.penul.ff.de quæſtio.cum alijs ſupra allegat.Præte
rea, quòd ſequi debeat condemnatio in caſu iſto vltra ſupe-
28 rius adducta facit. Nam contrariorum eadem † eſt cenſura,
vt Inſtitu.de his,qui ſunt ſui,vel alieni iuris. in principio,in l.
1.ff.eod.& in l.Pomponius.in §.ſed ſi is.ff.de procuratoribus.
& Inſtitu.de tute.in princip.& voluit glo. in l. ſecundum na-
turam.ff.de reg.iur.quæ allegat plures concor. Sed veritas ap
parens per inſpectionem oculorum tollit,& annullat ſentē-
tiam,& proceſſum ſolenniter factum,vtiſtatim oſtendam,er
go eodem modo veritas euidenter apparens per inſpectio-
nem oculorum,debet tollere omnem nullitatem, & inuali-
ditatem proceſſus. Quod autem veritas apparens per inſpe-
ctionem oculorum tollat,& annullet ſententiam,& proceſ-
ſum ſolenniter factum patet,nam ſi eſt captus Titius, qui in-
quiſitus de morte Caij ſponte confitetur ſe dictum Caium
occidiſſe,ex qua confeſſione ſeruatis ſeruandis eſt condem-
natus ad mortem, & antequam ſit facta executio contra ip-
ſum apparet ex inſpectione oculorum ipſum Caium eſſe vi-
uum, tunc per talem veritatem apparētem annullatur dicta
ſententia,& proceſſus.ita probat tex.in l.inde Neratius.in §.ſi
quis hominem viuum.ff.ad leg.Aquil.ad quod etiā facit tex.
in l.confeſſionibus. & in l.ſi is qui.ff.de interrog.actio.& fa-
ciunt dicta per Dominum Anto.in c.ſignificaſti.in 2.colum.
de homic.& per Bald.in l.1.in 8.colum.verſi.ſed quid dices.el
2.C.de confeſ.& per me in l.1.in prin.in 14.colum. ff.de quæ-
ſtionibus.& in dicta l.1.§.fi.in 15.col.eod. titu. vbi inter cæte-
ra allegaui Bart.in conſilio ſuo 100.incipiēte, a Domino Cy
no de Bononia.vbi dixit,quòd licet ex forma ſtatuti contu-
29 max debeat haberi pro confeſſo,†attamen ſi liquet iudici ta
lem abſentem eſſe innocentem,& non culpabilem, licet ſit
contumax, iudex non poterit eum cōdemnare. & ita etiam
colligitur ex verbis Bal.in rubrica.C.de manu. vindi. quod e-
tiam voluit Dominus Barthol. Cæpo. in cōſilio 49.incipiēte,
quāquam.in vltima colum.& in cautela ſua 254.incipiēte,ſi-
milem cautelam.& in caute.68.incipiēte, in cauſa criminali,
&c.Et faciunt alia,quæ dixi in l.j.§.fin.in 15. colum.ff.de quæ-
ſtio.vbi etiam dixi fortius,videlicet,quòd ſi poſt cōfeſſionem
30 liquet de innocentia rei,†quòd tunc non debet contra eum
fieri executio corporalis.& adduxi Innocen. ita dicentem in
capit.ſignificantibus.in fi.de purg.vulga.quem ibi ſequuntur
Docto.quod etiam voluit Bald.ſequendo Innocen. in l. vni-
ca,in vltima colum.C.de cōfeſ.Dom.Fel.in cap.cōſanguinei.
in prima colum.de re iudica.& faciunt etiam alia plura, quæ
adduxi in dicta l.fin.in 15. colum. ff. de quæſtio. cum colum.
ibi ſequen.& ſupra in §.oportunè.nume.7.vſque ad num.18.

& vide Dominum Philippum Decium in l.& ſi nihil.ff.de re
gul.iur. Et ex iſtis videtur ſatis cōſtare, quòd in caſu iſto talis
reus cōfeſſus per torturam indicijs non præcedētibus, ſi eui-
denter apparet de delicto,quòd poterit cōdemnari.Nec ob-
ſtat ſi diceretur, & opponeretur cōtra prædicta hoc modo,
videlicet, quòd licèt cōſtet in caſu noſtro de homicidio, ta-
men talis reus non debet puniri,quia non ſequitur,cōſtat de
homicidio, ergo illud homicidium commiſit ille, qui illud
cōfeſſus eſt,ſtāte maximè,quòd talis eius cōfeſſio dicti male
ficij non fuit ſpontanea,ſed violenta, & per torturam extor-
ta,cui non eſt ſtandum, nō præcedentibus legitimis indicijs,
vt in caſu noſtro.Et nedum non ſtatur confeſſioni factæ me
tu tormentorum indicijs nō præcedentibus, ſed etiam non
ſtatur confeſſioni factæ metu tormētorum indicijs nō præ-
31 cedentibus.Quoniam metus torturæ,†& ipſa tortura, æqui-
parantur,ſecundùm Bal.in l.interpoſitas.circa fi. C.de tranſa-
ctio.quem ibi ſequūtur Docto. & voluit Alexan. in l. prima.
in §.diuus.ff.de quæſt. Et dixit Bald. in l.nouiſſimè. in princ.ff.
32 quod fal.tuto. auto. quòd paria † ſunt confiteri in tormētis,
vel metu tormētorum.quod etiam voluit Barba.in cap.ſi cō
ſtiterit.de accuſ.in penult.colum. & Domi. Catal.in tractatu
ſyndi.verſi.75.& Ange. de Aret. in tractatu maleficio. in ver
bo,fama publica.in verſi.poſtquam aliquis. de quo latiſſimè
dixi in l.prima.in princip.in 10.colum.ff.de quæſtio. & dixi e-
tiam ſupra in §. expedita. nu. 2. Cum ergo clarè nō appareat,
quòd dictus reus,qui cōfeſſus fuit maleficium,fuerit ille,qui
illud commiſit,meritò nō eſt dicēdum, quòd ipſe poſſit cō-
demnari ꝓ dicto homicidio. Cui obiectioni ego reſpōdeo
& dico,ꝙ hæc obiectio nō habet obſtare, eo quia ſatis dici-
tur eſſe probatum, ꝙ ipſe reus commiſerit illud homicidiū,
quod ipſe cōfeſſus eſt cōmiſiſſe, & ꝙ poſtea verificatum eſt
ex pluribus. & primò,quia nemo præſumitur ſeipſum habe-
re odio,& ſeipſum indebitè inculpare,maximè vbi tractatur
de pœna vltimi ſupplicij,imò vnuſquiſque, inquantum po-
teſt,aufugit mortem,& homo vellet potius omnia mala pa-
ti,quàm mori,quoniam vltimum terribilium,eſt mors. Pro
quo facit in ar.illud,

Vt corpus redimas ferrum patieris,& ignes.

Et experientia rerum magiſtra hoc docet. Item non eſt veri-
ſimile,ꝙ quis etiam vigore torturæ dicat ſe commiſiſſe deli-
ctum, de quo eſt innocens. & ſi cōtingit aliquādo aliquem
hoc cōfiteri,tamē in ratificatione poſtea ad bāchum iuris re-
uocat illam cōfeſſionem melius cognoſcens, ꝙ tractatur de
periculo vitæ ſuæ, ideo nō perſiſtit in ea, imò vult potius ite-
rum torqueri,& in tortura aliquantulum pendere, & ſtare,
quàm in furca cōtinuè pendere. Præterea reſpōdeo aliter,&
dico,ꝙ poſtquàm ipſe reus ſciuit præcisè locum ſepulturæ il
lius interfecti,ſciuit præcisè dicere, & exprimere omnia vul-
nera,& percuſſiones ipſius occiſi, talia ſunt ſigna, argumēta,
& indicia quaſi indubitata,ꝙ ipſe fuerit ille, qui fecit tale ho
micidiū,imò ſi fuiſſet alius,qui feciſſet illud homicidium,no
luiſſet ipſe reus pati torturam pro tertio, ſed vidēs ſe debere
torqueri manifeſtaſſet rem,& noīaſſet ipſum reum. quæ ve-
rè oīa apud quemlibet ſani capitis inducūt vehemētia indi-
cia,& vehemētes præſumptiones, ꝙ ipſe fuerit verus occiſor
dicti hominis mortui, quo caſu indubitāter venit puniēdus.
33 quoniam,vt dixi ſupra,in §.diligēter.nu.21.† indicia multum
vrgentia faciūt plenam probationem,ſecundùm Abb.in cō-
ſil.114.inc.tria ſunt.in 2.col.in 2.vol.Pro quo facit.Nam vehe
34 mēs adminiculum†ſupplet ſemiplenam probationem,ſecū-
dùm Bal.in cōſi.ſuo inci.quidam Petrutius de Viterbio. quē
refert,& ſequitur Soc.in cōſi.89.inc. in cauſa agitata.in 6.col.
in fi.in 1.vol.Pro quibus etiam faciūt,quæ dixi ſupra in §.dili-
gēter.nu.19.& 20.& in d.§.num.31.vbi videas. & quæ dixi in
ſing.meo 288.inc.dixi tibi,&c.& in repet.mea rubr.C.de pro
bat.in 47.col.& faciunt etiam quàmplura, quæ adduxi in di-
cta repetitione mea,in 46.& 47.col. & in l.patre, vel marito.
in 12.colum.ff.de quæſtio.& in ſingula.meo 205.incip.vehe-
mens opinio,&c.Et ſic ex iſtis patet,quòd non obſtat prædi-
cta obiectio. Pro qua ſolutione, & reſponſione vltra præ-
miſſa facit. Nam cōfitentes in manu curiæ, ſeu iudicis com-
miſiſſe delictum non ſolent mentiri, & mendacium profer-
re, ſciētes tractari de periculo eorum vitæ, ſed a communi-
ter accidētibus tales cōfitentes ſe deliquiſſe dicunt veritatē.
& ſi vnus reperiatur,qui in tali caſu dicat mendacium, mille
reperiuntur dicere veritatem, vt experientia docet, quæ eſt
35 rerum † magiſtra,vt in c.quam ſit.& ibi gloſ.de electio. in 6.
& in cap.cupiētes.in princip.eod.titu. & in cap. ſtatutum. de
reſcri.eod.lib. & ideo dixit Imperator, ex rerum experientia
inuenimus. in Authen. de appellatio.& intra quæ tempo.in
prin. & voluit Bald. in conſilio 302. incipiente, proponitur.
in 2.colum.in 2.volu. Sed locus a communiter accidentibus

† facit

36 † facit indicium indubitatum,ſecundum Bal.in addit.Specu.
in tit.de ſenten.& his, quæ ipſam ſeq.in antepen.col.in verſi.
incip.ad mortem, &c. ergo ita in caſu noſtro ex tali confeſ-
ſione rei, ex qua oritur indicium indubitatū, poterit dictus
reus condemnari ad pœnam mortis,cum ex indicijs indubi
37 tatis etiam iudex poſſit reum condemnare ad mortem, † vt
tenent Docto.maximè Specu.in titu.de proba.§.videndum.
verſ.13.& ibi clarius Ioan.And.& Bar.in l.1.ff.de fur.& Ange.
de Aret.in tract.malefic.in verbo, comparent dicti inquiſiti,
& negant totum.in 3.col.& Salyc.in l.fin. C.de proba. & hoc
etiam probatur iuribus. Nam hoc probat text.in l.ſi adulte-
rium.C.de adult.& ibi Doct. & facit c.afferte.de præſump. &
l.fi.C.arbi.tut.& l.antiquæ.C.ad Velle.& c.is qui.de ſponſa. &
hoc etiam probat tex.in c.excommunicamus. in fi. ff. de hæ-
reti.de quo latius dixi in l.repeti.in 5.colum. in ver.videamus
ergo. ff. de quæſt. Item & vltra prædicta quòd iſte reus poſſit
condemnari ad mortem non obſtante nullitate, ſeu inuali-
ditate ſuæ confeſſionis poſtquam in veritate conſtat de deli
cto,facit optimè. Nam in cauſis criminalibus proceditur ad
inſtar ciuilium. l.abſentem. ff. de pœn. Sed quando in cauſa
38 ciuili † conſtat de veritate rei, non curantur ſolennitates,
nec curatur ordo iuris, ſed fit executio nō obſtante illorum
prætermiſſione,vt eſt tex.no.& ſingu.in l.fi. §. fi.ff.quod me-
tus cauſa.ergo eodem modo in caſu noſtro poſtquam con-
ſtat de veritate dicti homicidij, non attentis ſolennitatibus
39 iuris,poterit ipſe reus capitaliter condemnari. † De quo tex.
d.l.fi.§.fi.ff.quod metus cau.vide Bal.in l.obſeruare.in §.profi-
ciſci.in 23.quæſt.ff.de offic.proconſ. & in additio.Spec.in tit.
de ſenten.in 3.colum. & in c.ſuper hoc. de renun.& Abb. in
c.fi.in 6.col.in fi.de iudi.& Ang.& Alex.in l.à diuo Pio.in §.in
venditione.poſt Imo.ibi.ff.de re iudi.in 2.col.verſ.iuxta hanc
glo.& Albe.de Roſa.in l.fi.in vlt.col.ff.de iudi.vbi etiam alios
allegat ad intellectum d. l.fin. de quo etiam per Bart.in l.3.in
repeti.C.de pignorib.in 5.q.princ.& in q.ſua incip.Lapus car
ceratur.& per Pet. de Anchar. in conſ.ſuo 293.incip.videtur
prima facie &c. circa fi. & in conſ.292. incip. ſuper pluribus.
in vlt.col.& per Pau.de Caſt.in conſ.39.incip.in cauſa captu-
ræ.in fi.& Card.Alex.in c.vt debitus.in 2.col. verſ.non obſtat
tex.&c. de appellationi.& per Bar.in conſ.328.incip.à princi-
pio titu.in 1.vol.& per Abb.in c.ad petitionem.in princip. de
accuſa.& per Barba.in c.ſuper literis. in 15. char.de reſcrip. &
in c.ab excommunicato.in 6. colum. eo.titu.& per Do.Fely.
in c.ſciſcitatus.in vlt.col.de reſcrip.& vide D.Franc.de Cre. in
not.ſuo 293.incip.tenuta &c. & per Ludo.Rom. in conſilio
ſuo 158.incipiente, circa articulum.in 2.col.& per Innoc. in
c.cum veniſſent.in 4.colum. de reſtitu. in integ. de quo text.
etiam aliqua dixi in l.patre vel marito. in 12. col. ff. de quæſt.
Pro quo tex.etiam & eius materia faciunt optimè,quæ dixit
Dom.Philip.Decius in conſ.ſuo 191.inci.in cauſa. in vltimis
verbis. Itē vltra prædicta, quòd dictus reus poſſit ad mortem
condemnari,facit optimè no.verbum Innoc.in c.cum veniſ-
ſent.in 4.col.extra de reſti.in integ.vbi dixit, ꝙ ſi pro peccato
40 manifeſto † imponitur pœnitentia ſiue temporalis,ſiue ſpi-
ritualis,ſine ordine iudiciario,quòd tenet talis pœnæ impoſi
tio.alleg.l.vlt.& l.moris.ff.de pœ.& c. ſi quis ab epiſc.2.q.7.ita
videtur dicēdum in caſu noſtro. quòd cum delictum ſit ma-
nifeſtum,ex inſpectione oculorum,ꝙ valebit ſententia con-
demnatoria,& pœnæ impoſitio ſine ordine iudiciario, non
obſtante ꝙ confeſſio dicti delicti fuerit facta in tortura, in-
dicijs non præcedentibus. Faciat etiam pro hac parte. Nā in
41 notorijs † non requiritur ordo iuris,vt dicit tex.in c.qui Lo-
tharius,2.q.1.& voluit Bal.in l.presbyteri.in pen.colum. C.de
epiſco.& cleri.& in l.ea quidem.in 12.col. C.de accuſatio. &
Innoc.in c.fi.de cohabita.cleri. & mulierum, & Do.Alex. in
l.emptorem. ff. de actio. empti. & in l.2. in §.ſi publico.in 3.
colum.ff.de adulte & voluit Bal. in l.1.C.de iudi.& Petrus de
Ancha.in conſ.ſuo 197.incipien.ſubtiliter & ad plenum.in fi.
42 1.col.vbi dixit,ꝙ in notorijs † ſolennitas iuris relaxatur.alleg.
c.1.de elect. & c.ad noſtram. de iureiuran. de quo etiam per
Dom.Fely.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.in 9.col. de conſtitu.&
per Iaſ.in l.inter ſtipulantem.§.ſi Stichum. in fi.ff.de verborū
obliga.& facit tex.& quæ ibi habentur in l.ictus fuſtium.ff.de
43 his,qui notan.infa.† Quinimò in notorijs & ſummarijs ordo
eſt ordinem non ſeruare.ita dixit Bal.in c.ad noſtram.el 3.de
iureiur.Cum ergo ſimus in notorijs, & in his quæ ſubijciun-
tur oculis,non obſtabit illa oppoſitio glo.d.l.pen.ff.de quęſt.
videlicet, quòd iſta confeſſio nō valeat eo quia iſte reus fuit
tortus legitimis indicijs non pręcedentibus, quia vt dixi, in
44 notorijs iſtę ſolennitates,& apices iuris non curantur, † quia
notorium inducit plenam probationem, vt voluit Hoſtien.
in ſumma.in titu.de proba.in §.fin.& eſt text.in l.emptorē.in
45 prin.ff.de ac.emp. vbi dicitur,† quòd notorium ęquiparatur
ſententiæ.Et dixit Bal.in l.1.circa med.verſ.porrò. C.de reuo-
46 can.his,quę in frau.alie. ſunt. quòd notorium † eſt probatio
probata.Et dixit idē Bal.in l.1.in 2.col.C.quomodo,& quan-
do iu.ꝙ vbi eſt notorium,ibi non eſt diſputare,ſed diſputatū
eſſe.Et ideo dixit Innoc. in c.ex parte.el primo, de verbo.ſig.
47 † quòd in notorijs iudicijs pronunciatio non eſt propriè ſen
tentia, ſed quędam iuris executio, quem refert, & ſequitur
Ludo.Roma.in conſ.324.incip. in propoſita conſultatione.
in verſ.ſecunda quidem,&c.de quibus latius dixi plura in ma
teria notorij cumulando in repe.mea rub.C.de proba.in 41.
& 42.col.Ex quibus omnibus ſatis puto, ꝙ minimè obſtat di
cta glo.in d.l.pen. ff.de quæſt.Nec etiam obſt.illud,quod pro
parte contraria adductum eſt, videlicet, ꝙ confeſſio inuali-
da,vt in caſu noſtro,propter aliquam cauſam non validatur,
nec reconualeſcit ceſſante cauſa & ſuperueniente habilitate,
per iura & rationes adductas ad hoc. Quia reſpōdeo hoc nō
eſſe ſemper verum, ꝙ inualida à principio non validentur
ſuperueniente habilitate & ceſſante cauſa inhabilitatis,& ſu-
perueniente ipſa habilitate reconualeſcit actus à principio
nullus,vt patet ex dictis Io.Mo.in c.1.de re.ec.non alie.quem
48 refert & ſequitur † Pet.de Ancha.in conſ.122.incip.ex narra-
tis in facto,&c. vbi dixerunt,ꝙ ſolennitas omiſſa à principio
non reddit contractum ipſo iure nullum,quia ſolennitas ſu-
perueniens ex poſtfacto firmat ipſum contractum primò fa
ctum. Et patet etiam hoc ex conſ.Feder. de Se.139.quod re-
fert,& ſequitur D.Fely.in c.cum dilectus.de accuſa. vbi dixit,
49 † quòd quamuis teſtamentum excommunicati ſit nullum
ipſo iure,ſecundum aliquos,per c.decernimus.vbi gl. de ſen.
excom.in 6.attamen ſi excommunicatus abſoluitur, eius te-
ſtamentum reconualeſcit. Et facit etiam, quod dixit Ang.in
ſua diſput.incip.Aſtenſis miles,&c. vbi dicit,ꝙ teſtamentum
50 factum per † manifeſtum vſurarium non præſtita ſatiſdatio-
ne de reſtituendis vſuris, reconualeſcit ſi poſtea pręſtetur ta-
lis cautio,quod dictum refert,& ſequitur D.Fely.in c.cum di
lectus.in 2.colum.in prin.de accuſa.quod etiam firmat Ang.
in Authen.de nupt.in §.primæ quidem.Et facit etiam, quod
voluit Pau.de Caſt.in l.ſi quis filio.in §.irritum. per illum tex.
51 ff.de inoff.teſta.vbi dixit,ꝙ ſi iudex dedit licentiam † alicui,vt
faciat molendinum in flumine publico,quòd ſi ille habebat
molendinum iam factum, poterit illud retinere virtute il-
lius conceſſionis. Et facit etiam tex. & ibi Bald.in l.Lucius. in
§.Lucius.ff.de libe.& poſthu. & quod voluit Bal. in l.ſed ſi de
ſua.in §.1.ff.de acquir.hęre.& Bal. ſuper ſtatutis, in verbo,ca-
pere.in verſ.incip.ſtatutum,quòd quicunque,&c. vbi dicit,ꝙ
ſtatutum dicit ꝙ quicunq; ceperit bannitum,habeat cētum,
52 † quòd habebit locum etiam in illo qui iam cepit bānitum.
vide tamen,quæ dixi s̄.in §.diligenter.nu.188.Et faciunt dicta
per Bald.in l.fi.in vlt.col. C.de ſent.quæ ſine certa quanti. vbi
53 dixit,ꝙ ſi teſtator legat cētum pro Berta maritanda, † & ipſa
iam erat maritata tempore teſtamenti, quòd tamen debe-
bunt ſibi illa centum,per l.ſi iam facta.ff.de condi.& demon.
& per l.antepen.C.de inſtitu & ſubſtitu.ſub condi.fact.quod
dictum refert,& ſequitur Alex.in conſ.ſuo 146. incip.in cau-
ſa & lite,in 2.col.in 5.vol.vbi dicit, quod pro hoc facit etiam
tex.in l.Iulianus.& quod ibi no.ff.qui ſatiſda.cogantur.vbi ha
betur,ꝙ ſi Titius ſine mandato meo egit contra te nomine
meo,& à te per me accepit fideiuſſores iudicatum ſolui: po-
ſtea pendente dicto iudicio mandaui ſibi vt ageret cōtra te,
videor ratificare ꝙ antea fecit, & ideo fideiuſſores qui pro-
miſerunt iudicatum ſolui, obligabuntur mihi. & dicit quòd
Domini de Rota deciſ.443. incip. item fuit dubitatū vtrum
procuratores ad cauſam &c. volunt ꝙ procurator habens
mandatum ad ſubſtituendum, ſi ſubſtituat vnum qui antea
ſine mandato egerat,videtur ratificare iam geſta per ipſum,
& alia etiam alleg.D.Alex.in d.conſ. ad hoc propoſitum quę
non refero breuitatis cauſa.& faciunt etiam dicta per Dom.
Alex.poſt Pau.de Caſt.in l.vt militibus.in prin.C.de teſta.mi-
54 lit.vbi dixit,ꝙ ſi Papa conceſſit † epiſcopo,vel abbati vt poſſit
facere teſtamentum de redditibus ſuorum beneficiorum,
ꝙ talis licentia extenditur etiam ad teſtamentum antea fa-
ctum.Et faciunt dicta per Dominic.de ſancto Gemi.in c.vni-
co.in 2.col.in princ.de exceſ.prelato.in 6.vbi loquitur de con
ceſſione facta per Papam fratribus S.Franciſci de obſeruan-
tia,vt poſſint hic Bononiæ ędificare eccleſiam in monte. Et
facit etiam quod voluit Pau. de Caſt. in l.cum quidam.ff.de
55 leg.2. vbi dixit, † quòd ſi pater facit legatum in teſtamento
filię ſuę quę remanebit vidua, compręhendit etiā filiam, quę
ante teſtamentum erat vidua.Et faciunt etiam dicta per Bal.
in l.omnes populi.in 8.colum. ff.de iuſtitia, & iure. vbi dixit,
56 quòd ſtatutum † prohibens fœminis certa genera veſtium,
intelligitur etiam de veſtibus ante ſtatutum factis, quia nec
eas poterunt portare.de quibus etiam per Do.Fely.in c.quo-
niam.

niam.in 12.col.de conſtitu.& in c.conſtitutus.in pen.colum. verſ.ſi ſcribitur.de reſcri. Et faciunt dicta per Bal.& Ange. in l.Titius.in §.Lucius. ff.de libe. & poſthu.vbi dicunt ꝙ ſi Papa
57 † mandat alicui prouideri in certo loco de prima vacatura, ꝙ poterit illi prouideri de illa, quæ vacabat ante dictam prouiſionem Papæ,ſaltem ſi Papa ignorabat illam vacare. Et faciunt etiam ad prædicta,quæ latius dixi in l.pen. in 8. & 9.col. ff.de quæſt.Ex quibus iuribus & doctrinis ſatis apparet, quòd non eſt ſemper verum ꝙ actus à principio nullus non validetur ex poſt ſuperueniente habilitate & ceſſante cauſa inhabilitatis.& ideo non obſtat dicta obiectio, cum vt dixi, non poſſit fieri fundamentum ſuper dicta regula, cum habeat naturam brocardicam,vt dixit Do.Felyn.in c.cum dilectus. de accuſa.Pro quo facit quod dicimus, videlicet, quòd eius,qđ
58 † multipliciter exponitur,veritas ignoratur,vt inquit Bald.in l.ne quicquam.in §.vbi decretum. ff. de officio Proconſulis. & in l.teſtamentum.in 5.col.verſ.tertiò quæritur. C. de teſt. quem refert,& ſequitur Barb.in c.licet in beato. in 4.colum. de accuſa.Pro quo faciunt in argu.quę ego dixi in l.patre vel marito.in 8.col. verſ. limita etiam prædictam regulam. ff.de quæſt.Nõ obſtat etiam illud videlicet,ꝙ verificatio dicti homicidij eſt acceſſorium ad dictam confeſſionem inualidam factam per torturam non præcedentibus indicijs, quæ corruere debet corruente ipſa confeſſione, vt in iuribus ſupra allegatis.Quia reſpondeo,ꝙ dicta regula,ꝙ corruente principali corruit acceſſorium,non habet locum in ſimilibus caſibus,vt eſt caſus noſter,videlicet,quando acceſſorium eſt potentius principali,quoniam tunc corruente principali, non
59 corruit † acceſſorium.ita habetur in l.ex placito. C.de rerum permuta.& in l.ſi is,à quo.C.de prædi.mino.Et hoc etiam patet in iuramento. Nam ſi fiat contractus inualidus, & in eo apponatur iuramentum, ſi corruit contractus principalis tanquam nullus,non corruit iuramentum, quod eſt acceſſorium ad ipſum contractum.ſed immo ipſe contractus ſuſtinetur per ipſum iuramentum, & hoc apparet in donatione facta inter virum, & vxorem, quæ de iure non valet,vt habetur in toto tit.ff.& C.de dona.inter virum,& vxorem.tamen
60 talis donatio valet, † ſi in ea ſit appoſitum iurm., & idem eſt in alijs donationibus prohibitis à iure, ſecũdũ Gul. de Cu.in l.ſed ſi poſſeſſori.in §. item ſi iurauero.ff. de iureiur. & Feder. de Se.in conſ.ſuo 140. incip. punctus quæſtionis eſt, ſtante matrimonio.& Bar.in l.Seius.& Augerius.ff.ad leg.Falcid. & in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ.& Bal. in l.1.in repetitione antiqua.ff.de dona.inter virũ,& vxorem.Bal. in l.2.ff.de iureiur. in 24.col.verſ.venio ad ſecundum & dico,&c. & idem tenet Ioan.de Imo.in repeti. c.cum contingat. in 10. membro. de iureiur.& ibi Abb.& Raph.Cu.in l.ſi quis inquilinos.§.1.ff.de leg.1.& Angel. in l.pen. in §. mulier.ff.ſoluto matr.& Pau.de Caſt.in l.pacta,quæ contra. C.de pact. & in conſ.ſuo 101. incipiente,notandum eſt ꝙ præfatum ſtatutum,&c.in 2.col.& Dom.Alex.in conſ.ſuo 156.incip.viſo inſtrumento donationis.in 5.col.vbi alleg.prædictos Docto.ad hoc. & Bal.in l.fi.C. de dona.& in l.fi.C.pro donato.& in l.ſi donatione.C.de collatio. & in repeti.l.ſecunda,in octaua columna, de iureiur.in quibus omnibus locis tenent prædicti Doct.quòd talis donatio firmaretur iuramento, licèt Bar.videatur tenere contrarium in l.Aurelius.§.fin. ff. de liber.leg.& Cyn.in l.1.in fi.C.de ſacroſ.eccle.de quo dixi in repetitione mea. l.fi.in 24.charta. C.de proba.de quo etiam per D.Franc. de Aret. in conſ. ſuo 74.incip.diligenter, & maturè, &c. in verſ.ad ſecundũ igitur. & per Pet.de Anch.in conſ. 308.incip. nulli dubium,&c. Patet etiam alio exemplo.Nam clarum eſt,ꝙ alteri ſtipulari nemo poteſt,& talis ſtipulatio non valet,vt in l.ſtipulatio iſta.in §.alteri.ff.de verb.oblig.& in §.alteri.Inſtitu.de inuti. ſtipu. & habetur in l.debitor.in §.fin. ff.de nego.geſt.& in l.quod dici-
61 tur.ff.de verb.oblig. † Hoc tamen fallit, niſi in tali obligatione interuenit iuramentum, quoniam tunc erit valida talis ſtipulatio.ita dixit Bart. in l.ſi quis pro eo. in 6.membro.ff.de fideiuſſo.& D.Anto.& Io.de Imo.in c.cum contingat.de iureiur.quod etiam firmat Dom.Alex. in conſ. 221. incip. viſa facti narratione.in pen. col. Patet etiam in alio exemplum. Nam licèt confeſſio extraiudicialis non noceat confitenti,
62 vt habetur in l.capite quinto.ff.de adulte. tamen hoc † fallit, niſi in tali confeſſione interuenerit iuramentum, nam tunc præiudicat ipſi confitenti.ita dixit D.Alexan.in l.cum ſcimus. C.de agri.& cenſi.lib.11.in apoſt.ad quod ipſe alleg. Barto.in l.cum quis decedens. §.codicillis.alias in §.Titia.ff.de leg.3.de quo etiam dixi in repet.mea.l.fin.C.de proba. in 35.char. Ad
63 idem etiam facit. Nam confeſſio facta abſente parte, † non probat vt in l.certum. in §.ſi quis abſente.ff.de cõfeſ.& in l.fi. ff.de interrogatorijs act.cum ſimil.tamen talis confeſſio plenè probat ſi ſit facta cum iuramento, ſecũdum Pau. de Caſt.

in conſ. ſuo 241. incip. primò videndum eſt, &c. circa princ. Similiter etiam patet alio exemplo. Nam mulier intercedẽs pro alio non obligatur, niſi renunciauerit Velleia. & fuerit certiorata de beneficio ipſius Velleiani,vt habetur. ff.& C.ad Velleia.maximè in l.2.in fi.vbi eſt bona glo.ff.ad Velle. & voluit Hoſt.in ſumma.de fideiuſ. in §.& quis.verſ.idem eſt. & Ioan.And.in c.2.de pac.in 6. pro quo allegat in arg. c.placuit. 38.diſt.& §.ordinandus in Auth.quomodo opor.epiſcopos.
64 † iſtud tamen fallit,niſi mulier promittendo, & intercedendo pro aliquo appoſuerit iuramentum in contractu, qa tũc valet obligatio,licèt non renunciauerit Velleiano,& nõ fuerit certiorata de beneficio Velleiani.ita dixit Bar.& Angel.in l.2.C.de reſcin.vendi.& in l.ſciendum.ff.de verb.obligat.& in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vend.& in l.ſi duo patroni.§.Iulianus.ff.de iureiur. & Archi. & Io.And.in dicto c.2.de pac.in 6.& D.Anto. in c.ſi diligenti. de foro compe.& in c.ex reſcripto.de iureiur. & Bald.in l.1.in fi. C.de reb.credi. Abb.in c.pen. de emptio. & vend. & Alex.in conſ.127.incip. viſo proceſſu, &c. in fi. in 2.vol. & in conſ.42. in 8.colum.& in conſ.221.incip.viſa facti narratione.in 1.& 2.col. Aliud eſt etiam exemplum. Nam donatio excedens quingentos ſolidos,ſeu aureos,debet inſinuari,aliàs non valet. l.ſancimus.C.
65 de dona.tamen ſi in tali donatione † ſit appoſitum iuramentum,valet talis donatio perinde ac ſi fuiſſet inſinuata.ita dixit Ioan.And.in addi.Specu.in tit.de inſtru.edi.in §. porrò.in vlt. addit.quem ſequitur Ang.in l.ſancimus.in §. fi. C.de dona.ſe remittendo ad Io.And.in d.addit.Et ita etiam firmat Fed.de Se.in conſ.281. incip. caſus talis eſt, ſtatuto cauetur quòd ſi donationes &c. circa fi.& Io.de Imo. in repeti. c.cum cõtingat.in 10.membro.circa 4.q.de iureiur.& ita tenet conſulendo Dom.Alex.in conſ.156.incip. viſo inſtrumento donationis.in 2.volum.& in conſ.4.in pen. col.in 1.volum. & in eod. volum. in conſ.12.in fi.& in conſ.125.in pen. col.& in conſ. 83.in vlt.col.in 2.vol.& in conſ.8.circa med.in eod.vol. & ibi in conſ.32.in prin.3.col.& in conſ.12.in fi.2.col. eo.volum.& in conſ. 243. incip. ponderatis. in 3.col. & in conſ.244.incip. attentis his.in 4.col. & in conſ.276. incip. viſis.in pen.colum. & idem tenuit Ludo.Rom. in conſ.16. incip.pro deciſione. in 1.col.de quo latius dixi in dicta repeti. mea l.fi.C.de prob. in 34.char. vbi plures alios caſus, & plura alia exempla poſui, in quibus corruente principali non corruit acceſſoriũ,quando non eſt eadem ratio in principali,quę eſt in acceſſorio,& quando potentius eſt acceſſorium quàm principale,vt eſt iuramentum appoſitũ in contractu. de quo etiam dixi in ſing. meo 17.incip.acceſſoriũ.Et vltra prædicta pro iſtis facit optimè.Nam ſtante ſtatuto ꝙ venditio ſeu alius contractus excedens ſummam centũ non poſſit probari niſi per inſtrumentum publicum,tunc ſi factus ſit contractus excedens dictam ſummam & in eo ſit appoſitũ iuramentum, ſed de ipſo contractu non fuit factum inſtrumentũ,ſed ſolum interfuerunt teſtes, quo caſu contractus ipſe non poterit probari per te-
66 ſtes ex prohibitione ſtatuti prædicti, † attamen hoc caſu poterit probari iuramentum appoſitũ in dicto contractu, quo probato poterit iudex cogere dictos contrahentes ad obſeruantiam ipſius contractus, quod eſt multum nota.ita dixit Ioan.de Imo.in repet.c.cum contingat. in 6.char. de iureiur. quod dictum refert,& ſequitur Do.Fely. in c.ſicut conſuetudo.in 6.col.in verſ.6.intellige,&c. de proba. pro quo faciunt dicta per Pau.de Caſt.in conſ.219.inci. in cauſa quæ vertitur. de quo dixi in ſing. meo 126.incip. in multis ciuitatibus,&c. Ex quibus omnibus ſatis patet, ꝙ acceſſorium non ſequitur principale,quando non eſt eadem ratio in vtroque,& quando acceſſorium eſt potentius principali. ideo ita dicendum puto in caſu noſtro, quòd acceſſorium, quod eſt verificatio delicti confeſſati per torturam, non ſequetur naturam principalis,ſcilicet confeſſionis,cum talis exiſtentia,& verificatio delicti quæ ſubijcitur oculis, ſit potentior ipſa confeſſione, cum non ſubijciatur regulis iuris, vt ſubijcitur confeſſio, vt ſupra ſatis latè oſtenſum eſt. Et ſic per iſta tollitur obiectio facta de regula,acceſſorium, & etiam tollũtur ſequentes oppoſitiones factæ ſuperius. Et per iſta videtur omnino dicendum,quòd iſte reus in caſu noſtro ſit condemnandus,& puniendus pœna vltimi ſupplicij, adductis in contrarium non obſtantibus.Verumtamen non audeo hanc partem ita indiſtinctè affirmare propter duo.Primò, quia non poteſt negari quod quæſtio iſta nõ ſit multum dubitabilis propter iura cõtraria & varia ſuperius adducta, vt ex inſpectione ipſorum iurium apparet.Sed quotieſcunq; ſumus in dubijs & obſcuris,& maximè in criminalibus,vbi tractatur de vita hominis,
67 vt in hoc caſu,benignior via † eſt amplectenda & ſequenda, vt in l.ſemper in obſcuris. ff.de reg. iur. & in l.factum cuiq;. §.fi.eo.tit.& in regula,in pœnis.de reg.iur.in 6.& in c.eos verò. 50.diſt.

50.diſt.& in l.meritò. ff. pro ſocio. & in l.Arianus.ff.de actio.
& oblig.& voluit Innoc.in c.quia veriſimile.de præſumptio.
de quo latiſſimè fortè vltra omnes loquutus ſum in repeti-
tione mea.l.fi.C.de proba.in 50.charta. & in ſequenti, vbi ad
iſtud propoſitum adduxi multas doctrinas. de quo etiã per
Iaſ.in l.fructus.in 3.col.verſ.tertiò adde. cum verſ.ibi ſeq.ff.ſo
luto matrim.ergo debemus inclinare in mitiorem partem,
& benigniorem,& ſic debemus potius inclinare,& iudicare
dictum reum eſſe in hoc caſu abſoluendum quàm condem
nandum.& iſta ratio & argumentatio pro hac parte iudicio
meo multum ſtringit,quam rationem,& argumẽtationem
ſępius adduxi coram officialibus, ſeu iudicibus maleficiorũ,
dum pluries & pluries fui aduocatus plurium reorum cauſa-
rum criminalium, cui rationi, & argumentationi non fuit
mihi datum congruum reſpõſum, immo propter hoc mul-
toties feci abſoluere reos inquiſitos,ſeu accuſatos. Secundò
non audeo hanc partem indiſtinctè firmare,ſcilicet,quòd in
caſu noſtro reus poſſit ad mortem condemnari, & hoc hac
ratione. Nam ſi iſte reus poſſet in caſu noſtro condemnari
ad mortem,daretur iudicibus materia delinquẽdi & iniuſtè
procedendi cõtra homines in cauſis criminalibus,in quibus
tractatur de vita hominis,& multi homines perirent contra
rigorem iuris. Nam vnuſquiſq; iudex ex abrupto velo leua-
to,nullis pręcedentibus indicijs & nullo iuris ordine ſeruato
ponerẽt homines ad torturam, & multi propter cruciatum
torturæ confiterentur commiſiſſe aliquod delictum, quod
fortè verè commiſiſſent,cum nemo ſine crimine viuat,& ſic
multi homines perirent hac via,quod non eſt dicendũ. ideo
videtur ex hoc ꝙ dictus reus non ſit condemnandus ne ape-
riatur via iudicibus procedẽdi iniuſtè & indebitè,& ne detur
eis materia delinquendi.Nam iudex indebitè & iniuſtè pro-
cedens dicitur delinquere, maximè cum iurauerit in princi-
pio ſui officij iura & ſtatuta ſeruare,& ſępe taliter proceden-
do facit litem ſuam,vt habetur in tit. de pœna iud. qui malè
iudi.& in l.prolatam.C.de ſent.Et ideo dixit Bald. in c.1.§.ſeu
68 furtum.in 5.col.de pa.iur.fir. † quòd cognoſcere iuris ordine
non ſeruato, eſt ius alterius auferre. Et iudex procedẽs extra
69 ordinem, † dicitur procedere de facto, ſecundum Bald. in
l.ictus fuſtium.in vlt.col. ff. de his qui no.infa.Et illud dictum
Bal.in d.§.ſeu furtum.refert & ſequitur Catal. in ſuo tractatu
ſyndi.in verſ.416.incip.adde quòd cognoſcere. & Do.Hiero.
Tortus in conſ.ſuo, quod fecit pro communi Florentiæ in-
cipiente,in nomine patris & filij,&c. in 26.colum.Et iſta præ
termiſſio ordinis iudiciarij non eſt parui momenti,& maxi-
mè in cauſis criminalibus.Et ideo dixit Bal.in l.ſi accuſatorib.
in princ.2.colum. C. de accuſat.per illum text. quòd in cauſis
70 criminalibus ordo iuris eſt ſeruandus. † Et Papa non poteſt
tollere ordinem iudiciarium, niſi quò ad forum ſuum. ita
dixit glo.no.in Cle.diſpendioſam.in verbo,vſuris.de iud. quã
ad hoc refert Bal.in l.eos.in §.ſuper his.in fi. C.de vſu.Et omiſ
71 ſio ordinis inducit † præſumptionem fraudis, ſecũdum glo.
in l.1.C.de fide inſtrumen.& iure haſtæ fiſ. lib.10. quã refert,
& ſequitur Lud.Rom.in conſ.53.incip.viſis. in vlt.colum. Et
in hac materia ordinis iudiciarij teneas menti not. verbum
Ang.in conſ.176. quod refert, & ſequitur Do.Philip.Dec.in
conſ.74.in 4.col.vbi dixerunt,ꝙ quando in inſtrumento ven
ditor promittit emptorem defendere de iure,& de facto,&
ꝙ plus eſt obligat ſe etiã per iniuriam iudicis res euincatur
hoc pactum intelligitur, quãdo per ignorantiam iuris vel fa-
cti circumueniretur,qui iudex ſeruato iuris ordine proceſſit,
ſecus autem eſſet ſi prætermiſſo ordine iudex procederet &
res euinceretur,quia iſto caſu vigore prædictæ promiſſionis
venditor non obligaretur.& adducunt no.rationem de qua
per eos in dictis locis.Et adde ſing.verbum Bal. in c.cum cau-
72 ſam.in vlt.col. de teſtib. vbi dicit † ꝙ banna de facto lata ſine
ordine iudiciario,debent cancellari.& alleg. Inno. & glo.ibi.
Et facit etiam.Nam licèt ſpoliatus à iudice non habeat inter-
73 dictum recuperandæ,† vt voluit gl.no.in c.præſentium.7.q.1.
& habetur in c.notum.2.q.1.& voluit Specu. in tit. de poſ.&
pe.in §.fi.in princ.& Bal.in l.fi.per illum tex.à contrario ſenſu.
C.vnde vi.iſtud eſt verum & dicta iura procedunt, ſi iudex,
qui ſpoliauit, ſpoliando ſeruauit ordinem iuris, ſed ſecus ſi
non ſeruauit ordinem iuris,quia tunc etiam ſpoliatus à iudi-
ce debet reſtitui.ita no.dixit Soc. in conſ.12.incip. quoniam
in præſentiarum. in 3.colum. in 1.volum. vbi ad hoc allegat
plura iura, de quibus ibi per eum. de quo etiam latius dixi in
l.qui cædem.in pen.col.ff.de ſica.Facit etiam ad prædicta.Nã
74 nullus † inferior à Principe poteſt committere cauſas iuris
ordine non ſeruato, etiam ſi eſſet legatus, ſecundum glo. in
c.fin.in verſ. figura. de hæreticis.in 6. & hoc ibi tenet Lap.&
Dom.de ſancto Gemi.& voluit glo.in clemen.ſępè.in verbo
mãdamus,de verbo.ſig.& ibi hoc firmat Zenzelinus, & Pau.
de Leaza.& Card.& voluit Spe. in tit.de legato.in §.ſupereſt.
in 1.col. & voluit Pau. de Caſt. loquẽs de iſtis gubernatorib.
ciuitatum in conſ.94.incip.viſo quodam proceſſu agitato.in
ſecunda col.in 1.vol.vbi etiam dicit,ꝙ de hoc eſt caſus in l.ne
quicquam.in §.fi.ff.de officio proconſulis. ad quæ vide Alex.
in cõſ.106.inci.perſpectis.in 5.col.in 2.vol.& Bal. poſt Guliel.
in l.ne quicquam. in §. de plano. ff. de officio proconſulis. &
Ang.in ſua quæſt.quæ incip.Aſtenſis miles.& D.Ant.in c.dile
cti.de iud. & Alex.in l.nemo poteſt.in 1.colum. ff.de leg.1.&
D.Roch.Cur.in c.fi.in 112.col. de conſuet. & in rub. de con-
ſuetu.in vlt.col.& D.Anto. Corſe. in not.in verbo, ſententia
vt ſcis,&c.Et vltra prædicta ſcias quòd nec gubernator ciuita
75 tis, † nec etiam legatus de latere poſſunt ſupplere ſolenni-
tates proceſſus,ſecundum Abb. in conſ.25.incip. attingã iſta
dubia &c. in 1.col.in 1.vol.pro quo faciunt dicta per Domi-
num Pet. Philip.Cor.in cõſ.68.incip.aliquandiu &c. in 3.col.
in 2.vol.Et adde ꝙ adeò eſt ſeruandus ordo iudiciarius,quòd
76 teſtes inordinatè † recepti non probãt, etiam ſi ſunt recepti
à Cardinalibus.ita no.dixit Bal. in authen. ſed & ſi quis.in vlt.
colum.C.de teſtib.& poteſt eſſe ratio,quia vbi non eſt ordo,
77 † deficit ſubſtantia, ſecundum Bal. in c.1.in 1.col.qui ſucceſſ.
tene.in vſibus feudo.videmus etiam ꝙ teſtis nõ legitimè exa
78 minatus, † nõ facit indicium, etiam ſi talis teſtis ſit legitimus
& idoneus.ita dixit Bal.in c.1.§.ſacramentum.in 2.colum.de
conſue.recti feu.quem refert & ſequitur Barba.in conſ.11.in-
cip.illud &c. in antepen.col.in 4.vol. pro quo faciũt dicta per
Iaſ.in repet.l.admonendi.in 81. col.in fi.ff.de iureiur. Et circa
hanc materiam vide omnino plura,& plura not.quæ adduxi
in l.qui cædem,in pe.& vlt.col.ff.de ſica.Et vltra ibi dicta,vide
no.verbum Alber.de Roſa.in 2.parte ſtatutorũ, q.153.incip.
79 quærit etiam Guliel.&c. vbi dixit, ꝙ ſi iudex facit † præceptũ
pœnale alicui ſine cauſæ cognitione,ſi ille cõtrauenerit,non
cadit in pœnam.Et ratio poteſt eſſe,quia iudex procedẽs cõ-
80 tra aliquem ſine cauſæ cognitione, † cenſetur tanquam pri-
uatus,& ſibi nõ eſt obediendum, ſecundum Card.in clem.1.
in fi.de celeb.miſ.quem refert, & ſequitur D.Fely. in c.eccle-
ſia ſanctæ Marię,in 12.col.de cõſtitu.de quo etiam dixi ſupra
in §.nunc vidẽdum.nu.39.Adde etiam in materia iſta vnum,
videlicet,ꝙ licèt dicatur ꝙ pręſumitur pro iudice & pro eius
ſentẽtia,vt habetur in l.2.C.de offi. ciui.iud. & in c.Piſanis. de
reſtitu.ſpoliat. & in l.Herennius. in §.Caia. ff.de euictio. hoc
81 † eſt verum, ſi iudex ſeruauit debitum iuris ordinem in pro-
cedẽdo, ſed ſi omiſit debitum ordinem in procedẽdo, non
præſumitur pro iudice,nec pro facto ſuo.ita dixit Bal.in l.ſan
cimus.in 4.col.verſ.13.quæritur. C.de iudi.quod dictũ refert,
& ſequitur Domi.Paris de Pu.in tracta.ſyndi. in 19.charta,in
3.col.&c. Et iſte ordo iuris nedum debet ſeruari in iudicijs
ordinarijs,ſed etiam in extraordinarijs.Et ideo dixit multum
nota.Innoc.in c.tua. ad fi. de cohabita. cleri.& mulie.ꝙ ſicut
82 omiſſio ordinis iudiciarij † reddit proceſſum nullum in ordi
narijs iudicijs,vt in l.prolatã. C.de ſent.ita omiſſio qualisqua-
lis ordinis in extraordinarijs iudicijs vitiat ipſum iudiciũ. qđ
dictum refert & approbat Pet.de Anchar.in cõſ. ſuo 66.inci-
piente,viſis diligenter.circa fi.quos refert & ſequitur D.Fely.
in c.1.de lit.cõteſt.in 3.col.in verſ.dicas tamen.& in c.eccleſia
ſanctæ Mariæ.in 12.col. verſ.quinto no.de cõſtit.de quo dixi
in ſing.meo 256.incip. eadem ratio,&c. & in l.qui cædem.in
pen.col.in verſ.nõ omitto tamen. ff.de ſica. Et ſcias etiam, ꝙ
83 iudex nõ ſeruans ordinem † iuris,dicitur iniuſtè facere,ſecun
dum Io.And. & Gemi. in c.dilecto. de ſentẽtia excõmunica.
in 6.& Ang.in l.1.ff.ne quis eum. & Ang. de Are.Inſti.de act.
in §.quadrupli.in 3.char. & ideo tali caſu põt ipſi iudici reſiſti
de facto per regulam,quæ habet, ꝙ iudici iniuſtè proceden-
ti poteſt reſiſti de facto,vt dixi in §.diligenter. nu.51.& in l.1.
in princ.in 6.col. verſ.aliud etiam ſequeretur,&c. ff.de quæſt.
Scias etiam,ꝙ adeò iuris ordo eſt ſeruãdus in iudicijs, quòd
84 etiam † talem ordinem iudiciorum nõ poſſunt partes remit
tere.ita habetur in l.2. in §. ſed quia veremur.C.de iuramẽto
calum.& habetur in auth.offeratur.C.de li.conteſt. & in c.de
cauſis.de offi.deleg. & habetur in c.cum olim. de cauſa poſſ.
& proprieta.& per Bart. in l.quoties. C.de priuil.ſchol.lib.12.
& per D.Anto.Corſe.in no.ſuis,in verbo,ſentẽtia.in verſ.ſen-
tentia,vt ſcis,&c. & per gl.& Doc.in c.fi.de ſentẽtia, & re iud.
in 6. & per Alex. in l.ius publicum. ff. de pact. Et ratio, quare
partes nõ poſſunt renũciare ordini iudiciorũ eſt, quia ordo
85 iudiciorum † fuit introductus propter publicam vtilitatem,
ſecundum Card.in clem.ſæpe. in princ. in 12. q.de verb.ſign.
& ideo renunciari non poteſt per partes.l.ius publicum.ff.de
pac.& volunt Doct.in dictis locis.Dixit tamen Bar. in l.ſocie-
tatem. in §. arbitrorum. in 3.col. ff. pro ſocio.ꝙ prædicta ha-
bent locum coram iudice, ſed ſecus eſt coram arbitro, quia
86 coram arbitro poteſt † renũciari ordini iudiciorum, ſecun

dum

dum eum ibi. Et iſte ordo iudiciarius requiritur in cauſis cri minalibus, vt dixit Spec. in titu. de accuſa. in §. 1. in vlt. colum. verſ. in ſumma. de quo etiam vide omnino quæ dixi in ſing. meo 293. incip. ſtatutum tollens, &c. Et hæc omnia dicta de iſto ordine iudiciario multum faciunt in q. noſtra pro dicto reo, vt non poſſit condemnari pro dicto homicidio, cum contra eum non fuerit ſeruatus ordo iuris, ſed iudex proceſſerit ex abrupto, leuato velo, vt dictum eſt, & indebitè torſerit eum. Et, vt dixi, ne detur materia delinquẽdi iudicibus & procedendi velo leuato, nõ videtur mihi ꝙ dictus reus ſuper tali proceſſu nullo & inualido poſſit cõdemnari, nec etiam debet abſolui ſtãte verificatione delicti, & hoc vt delicta nõ remaneant impunita. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. cum ſimili. Quid ergo dicendum videtur? Ego puto, ſaluo ſemper ſaniori iudicio, ſic eſſe dicẽdum, videlicet, ꝙ dictus reus non poterit condemnari vigore illius proceſſus attenta nullitate, & inualiditate dictæ confeſſionis, & conſequenter omnium retro agitatorum, ſed iudex debebit ipſum reum abſoluere non tamen diffinitiuè, ſed ſolum ab obſeruatione iudicij, poſtea autem ipſe iudex debebit formare nudã inquiſitionem dicti maleficij contra dictum reum, & contra eum procedere ſeruatis ſeruandis, & poſtea ſuper illo proceſſu nouiter facto poterit condemnare dictum reum, & hoc modo ſeruabitur ordo iuris, & tale delictum non remanebit impunitũ, vt decet. Et hanc determinationem & concluſionem ad hãc quæſtionem elicio ex quodam conſilio Ang. quod in ordine eſt 278. & incip. viſis actis prædictis, &c. vbi dixit, ꝙ quãdo libellus eſt ineptus, ſeu inquiſitio eſt inepta, quicquid ſequi-
87 tur, † eſt ipſo iure nullum. & dicit ꝙ Guli. de Cug. per l. ſi patronus libertum. ff. de iureiur. dicit, quòd exceptio ineptitu-
88 dinis † reddit iudicium retro nullum, & ꝙ etiam poſt ſententiam poteſt hoc opponi. Item etiam ſubdit, propter ineptitudinem nullus proceſſus intelligitur factus, ergo nõ poteſt ſequi ſententia diffinitiua. & ideo dicit ipſe Ang. quòd ſi tali caſu iudex aliquam pœnam vult inferre, poterit illam extra ordinem imponere, non tamen poterit imponere pœnam ordinariam, quia ordo proceſſus iam facti repugnat. vnde dicit, ꝙ in tali caſu tutior eſt via ꝙ abſoluatur reus ab obſeruatione iudicij propter libelli ineptitudinem, & iterum procedi poterit. & dicit ꝙ ipſe ita conſuleret, vt iudex in tali caſu fugeret retia ſindicatorum. & dicit ꝙ licitum eſt iudici in tam dubijs eligere ſecuriorem partem, vt hr̃ in l. dos à patre. C. ſoluto matr. Et refert Ang. in d. conſ. 178. in fine, ꝙ aliàs ipſe ita obtinuit de facto, dum eſſet aduocatus D. Rainerij Lanfr. de Piſis, olim Poteſtas Peruſij, dum erat in ſyndicatu. qui nõ obſtante inquiſitione inquiſitos abſoluit propter ineptitudinẽ libelli, ſeu inquiſitionis, & poſtea de nouo inquiſitionẽ formauit & proceſſit. Ita dico in caſu noſtro, ꝙ poſtquam dicta confeſſio facta per torturam indicijs non præcedentibus eſt nulla & inualida, ꝙ ipſe reus non poterit condemnari ſuper dicto proceſſu, ſed iudex debebit ipſum abſoluere ab obſeruatione illius iudicij, & poſtea debebit nouum proceſſum inchoare, & nouam inquiſitionem formare de dicto maleficio cõtra dictum reum, & ſeruatis ſeruandis poterit dictum reum diffinitiuè condemnare. & hoc modo delictum non remanebit impunitum, & ſolennitates à iure requiſitę erũt ſaluę. Et ita mihi vr̃ concludendum in hac notabili q. &c.

SVMMARIVM.

1 *Iudex torquens non præambulis indicijs, an puniendus in ſyndicatu. Et qua pœna. nume. 10.*
2 *Iudex procedens ſine debita cauſæ cognitione facit litem ſuam.*
3 *Iudex delinquens in officium, non iuuatur ratione officij.*
4 *Officialis procedens de facto facit litem ſuam.*
5 *Illicitum perueniens ad optimum finem, non excuſatur à pœna.*
6 *Dominus non tenetur ad expenſas procuratoris impetrantis per ſimoniam ſuo nomine. Et idem in iudicio calumnioſo. 7.*
8 *Iudex ferens ſententiam etiam iuſtè poſt terminum inſtantiæ, debet puniri.*
9 *Iudex prætergrediens legum limites, præſumitur doloſus.*
11 *Pœna eſſe collata in arbitrio iudicis quando intelligatur. 13.*
12 *Res indeterminata ſtat in iudicis arbitrio.*

§. Succeſſiuè videndum eſt de tertia quæſt. dependente à proxima præcedenti quæſt. quæ tertia quæſtio talis eſt, videlicet, vtrũ in caſu quæſtionis præcedẽtis iudex, qui dictum reum poſuit ad torturam non
1 præcedentibus indicijs, debeat puniri in ſyndicatu † pro tali illegitima tortura? In quo videretur dicendum ꝙ non, quia poſtquàm in veritate iſte reus erat culpabilis & verè commiſerat dictũ delictum, poterat cõtra eum procedi nõ ſeruata ſolennitate iuris, argum. text. no. & eorum, quæ ibi habentur in l. fi. §. fin. ff. quod met. cau. vbi habetur, quòd valet executio contra debitorem, etiam ſi in ea non ſint ſeruatæ ſolennitates iuris, quando in rei veritate ille talis, cõtra quem eſt facta executio, erat debitor in veritate, de quo tex. latius loquutus ſum s̃. in §. præcedenti. nu. 39. ideo eodem modo videbatur dicendum in caſu iſto, videlicet, ꝙ poſtquàm in rei veritate iſte reus commiſerat dictũ delictũ, ꝙ non eſſet aliqua pœna puniẽdus dictus iudex, qui poſuit eum ad torturam non præcedentibus indicijs legitimis. Præterea pro hac parte facit etiam. Nã poſtquàm ex opera dicti iudicis res iſta occulta peruenit in lucẽ, videtur ꝙ dictus iudex magis ſit laudandus, & præmiandus, quàm vituperandus, & condemnandus, argu. eorum, quę habentur in l. ſed ſi lege. in §. conſuluit. ff. de peti. hæred. & quod voluit Bal. in l. 1. C. ne ex delictis defunct. in 5. col. in verſ. item tenetur l. Cornelia, &c. Attamen cõtrariam ſententiam & opin. puto veriorem, ſcilicet, ꝙ immo dictus iudex, qui in ſimilibus, in quibus tractatur de prçiudicio irreparabili exceſſit modum, & non ſeruauit debitas ſolennitates à iure requiſitas, debeat puniri de tali exceſſu, & de tali tortura ſine indicijs illata. Nam iudex procedens ſine debi-
2 ta cauſæ cognitione, punitur, † quia facit litem ſuam, ſecundum Bal. in l. obſeruare. in §. proficiſci. in 25. queſt. ff. de officio procõſ. Item iudex non obſeruans iuris ordinem, vel debi-
3 tam conſuetudinem, † redigitur ad inſtar priuati, nec iuuatur ratione officij, cum deliquerit in ipſum officium contra naturam ipſius officij. ita dixit Bald. in conſ. 336. incip. factum ſic proponitur. in 4. vol. Pro quo facit. Nam tutor non bene adminiſtrans bona pupilli, non fingitur tutor, ſed tenetur tanquam quilibet. l. qui fundum. §. ſi tutor. ff. pro empt. l. interdum. §. qui tutela. ff. de fur. facit. l. item apud Labeonem. §. queſtionis. ff. de iniur. de quo etiam in ſimili per Guidon. de Suza. in tract. ſuo maleficiorum, in antepenult. char. in vlt. verſ. incip. an ſi iudex, &c. & ibi Ludo. Bolo. in addi. Et dixit Bald. in l. lectos. ff. de pericu. & commo. rei vendi. ꝙ officialis
4 procedens de facto † facit litem ſuam, & ꝙ tali caſu poſſunt iura cedi contra ipſum, ſicut contra priuatum, quod dictum refert, & ſequitur Catal. in tract. ſyndi. in verſ. 303. incip. adde ꝙ officialis, &c. Nec videtur ſufficere ſi dicatur, ꝙ poſtquam res bene ſucceſſit, & poſtquã ipſe reus fuit repertus in vero delicto, non debet puniri ipſe iudex pro dicta tortura indebita, ſed immo eſt laudandus, & præmiandus, vt ſup. dixi. Quia reſpondeo pluribus modis. Et primò dico, quòd quando aliquis fecit aliquod illicitum, non excuſatur à pœna illius illici-
5 ti, † licèt tale illicitũ peruenerit ad optimum finem. ita probat tex. in l. deſertorem. §. in bello. ff. de re iudi. vbi dixit tex. ꝙ qui rem prohibitam à duce belli fecit, vel mãdata ab ipſo duce belli non impleuit, capite punitur, etiam ſi res bene ſucceſſerit. pro quo facit dictum Abb. in c. bonæ. el ij. de poſtul. prę-
6 lato. vbi dixit, † quòd ſi procurator impetrauit & obtinuit per ſimoniam aliquid nomine domini, quòd dominus non tenetur ſibi reſtituere expẽſas, quas fecit. Et faciunt dicta per Moder. in l. prima. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius di. non ob. vbi
7 dicunt, ꝙ ſi procurator egit iudicium calumnioſum † nomine domini, & obtinuit, quòd nihilominus non poterit hoc caſu repetere expenſas, quas fecit, à domino. pro quib. etiam facit. nam iudex ferens ſententiam etiam iuſtè poſt terminũ
8 inſtantiæ, † debet puniri, ſecundum Pet. de Anch. in c. vnico. de reſt. in inte. lib. ſexto, in vlt. colum. Et facit etiam ad prædicta, quod voluit Bald. in conſ. 233. incip. quæritur &c. in fi. in
9 primo volum. vbi dixit, quòd iudex † præſumitur doloſus, quando tranſgreditur leges. Ita dicendum videtur in caſu noſtro, in quo iudex velo leuato tranſgreſſus eſt leges, & iura, meritò debet puniri non obſtantibus adductis in contrariũ. Sed operepretium eſt ſcire, qua pœna ſit puniendus talis iudex? In quo videretur dicendũ ꝙ eſſet puniendus pœna mor-
10 tis, eo quia iudex torquens aliquem indebitè, † vel doloſè, debet puniri pœna mortis, vt dixit Bald. in l. decuriones. C. de quæſt. & ibi Ang. & voluit Io. de Ana. in c. 1. in 3. col. de cleri. percuſ. & Ang. de Are. in tract. malefi. in verbo, fama publica. in 15. char. verſ. tertio quæro. & volunt alij Doct. quos retuli in l. quæſtionis modum. in vlt. col. ff. de quæſt. & in l. repeti. in prima col. ff. eod. titulo. Et in caſu noſtro talis iudex indebitè torſit non ſeruando leges, vel ſtatuta volentia, quòd reus non poſſit torqueri, niſi præcedant indicia & alia neceſſaria. Item doloſè proceſſit tranſgrediendo legem, & procedẽdo velo leuato, vt dixit Bald. in conſ. 233. ergo videtur, ꝙ debeat puniri pęna vltimi ſupplicij per dicta iura & rationes. de quo etiam latius dixi ſupra in §. expedita. nume. 87. attamen prędictis iuribus & rationibus non obſt. crederem quòd hoc caſu dictus iudex non deberet puniri pœna mortis, attento quòd pur non torſit innocentem, ſed verè nocentem & culpabilem,

lem,& verum homicidam.& ideo magis credo ꝙ ſit punien
dus arbitrio iudicis,ſeu ſuperioris,cum in tali caſu non ſit ſta
11 tuta, nec ſpecialiter ordinata certa pœna, quo caſu † pœna
intelligitur eſſe collata in arbitrio iudicis, vt habetur in l.1.§.
expilatores.ff.de effrac.& expil.& in l.hodie.ff.de pœ.& in l.3.
verſ.ſtellionatum.cum verſ.ſeq.ff.de cri.ſtellio.& probatur in
ſimili,in l.1.ff.de iu.delib.& in l.fi.ff.de act. emp.& in l.in ven-
ditione.§.in tempore.ff.de bo.aucto.iudi.poſ.& in l.mora.in
princ.ff.de vſur.& in l.continuus. §.cum ita.ff.de verb.obliga.
& in c.fi.de tranſact.& in c.finem litibus.de dolo,& contu.&
in c.de cauſis.de officio deleg.& in c.quęrenti.de verb.ſignif.
in quibus iuribus habetur quòd res indeterminata ſtat in ar-
12 bitrio iudicis. † de quo etiam per Alex.in conſ.111. inci.pon
deratis verbis.in 5.col.in 1.vol.de quo latius dixi in l.de mino
re.in princ.in 8.col.veſ.qua autem pœna,&c. ff.de quæſtio.&
in l.Corne.in fi.ff.de ſica. Et à contrario ſenſu dicimus, quòd
vbi pœna eſt expreſſa in lege,vel ſtatuto,vel in alia diſpoſitio
13 ne, † tunc nihil operatur arbitrium,iudicis. & ideo ſtante ſta
tuto quòd in maleficijs iudex habeat liberum arbitrium, tale
ſtatutū intelligitur ſolū in delictis, ſeu maleficijs, in quib. nō
eſt expreſſa pœna in lege,vel ſtatuto,ſecus autem erit in ma-
leficijs,in quibus à ſtatuto imponitur certa pœna, quia in il-
lis non poterit recedere à ſtatuto. & tunc nihil operabitur
eius arbitrium.ita dixit Pau.de Caſt.in l.certo generi. §. ſi to-
tus.in fi.ff.de ſeruit.ruſtic.prædio.& in conſ.119.incip. notan-
dum eſt &c. in 2.colum.& idem dixit Bald.in c.1.in 7.colum.
de mi.va.qui contumax eſt. & idem tenuit Corſe. in no.ſuis.
in verbo, ſtatutum.in nota.incip. ſtatuto cauetur ꝙ pro ho-
micidio &c. Et facit ꝙ voluit Bal.in l.fi.C.de prob.circa fi.vbi
dixit, ꝙ licèt quando proceditur ex præſumptionibus miti-
getur pœna, tamen quando pœna habet certos fines, nun-
quam poteſt ex qualitate probationū augeri, quod dictum
refert & ſequitur Franc.Bru.in tracta.ſuo de indi.& tor.in 6.
charta.in 1.col.& dicit Bal.in d.l.fi.quòd ex hoc iudices debēt
eſſe contenti finibus pęnarum, prout ſcriptæ vel notatę ſunt
à iure.de quibus etiam dixi in repe. mea rubr. C. de proba.in
50.col in fi.de quibus etiam per Geor. Nat. in clem. ſæpe. in
§.non ſic tamen.in 25.col.de verb.ſignif. Tene menti prædi-
cta, quia ſunt quotidiana & tractabilia.

SVMMARIVM.

1 *Ratio naturalis ſubrogatur loco legis.*
Et illam corrigit.2.
3 *Lex eſt omne quod ratione conſiſtit.*
4 *Iudex ad quem in criminalibus, an teneatur ſtare proceſſui iudicis à quo, vel nouum proceſſum inchoare.*

§.Occurrit modo alia quæſtio valde dubia, quam
non memini me vidiſſe ab aliquo ta-
ctam,licèt quotidie occurrat in facto. de quo mirandum eſt
ꝙ aliqui Doctores,& maximè ſcribētes ſuper maleficijs eam
non tetigerint,& illam propter eius frequētiam non exami-
nauerint. Quæ quidē quæſtio talis eſt.In aliqua ciuitate ſunt
plures magiſtratus & plura officia, vt eſt in hac noſtra ciuita-
te Bononiæ, mihi patria, in qua primus eſt R.dominus Gu-
bernator,ſeu Locumtenens Legati Apoſtolici.Item eſt ma-
gnificus Dominus Vexifer iuſtitiæ & antiani.Item dominus
Poteſtas iudex ordinarius, qui habet merum & mixtum Im
perium & omnimodam gladij poteſtatem. Item ſunt etiam
tribuni plebis,qui vulgariter appellātur domini de collegio.
Item eſt etiam iudex mercatorum.Modò pone,quòd antia-
ni vel tribuni plebis capiunt aliquem accuſatum vel denun-
ciatum de aliquo crimine,& eum de facto torquent ſine ali-
quibus indicijs vel aliter indebitè non ſeruato iuris ordine,
nec ſeruatis ſeruandis, & ipſe confitetur ſe commiſiſſe illud
delictum,quo ſtante cōfeſſio ſua eſt nulla, per gl.in l.pe. ff.de
quæſtio.circa quod plura dixi ſup.in §.ſecūda quæſtio.in plu-
ribus ver. Poſtea talis reus remittitur per dictos antianos vel
tribunos plebis ad Poteſtatem, & ſic ad iudicē ordinarium.
qui iudex interrogat ipſum reum, vtrum cōmiſerit delictū,
quod confeſſus eſt commiſiſſe in tortura coram antianis vel
tribunis, & ipſe reus iterum confitetur ſe dictum delictū cō-
miſiſſe,an hoc caſu iſta confeſſio facta ſine tortura corā ipſo
Poteſtate noceat ipſi reo,& habeatur pro ratificatione dictę
primæ confeſſionis factæ in tortura coram antianis, vel præ-
ſumatur facta metu tormentorum ſicut prima fuit facta in-
debitè & iniuſtè per cruciatum torturæ coram antianis vel
tribunis plebis.Vel pone ꝙ dicti antiani, vel tribuni habebāt
indicia ꝯ dictum reum de dicto maleficio, & vigore dictorū
indiciorum inceperunt torquere eum,attamen eum nō tor
querunt ſufficienter,poſtea cum remiſerunt ad Poteſtatem,
an hoc caſu ipſe Poteſtas vigore indiciorum quę erant cōtra
ipſum reū poſſit ipſum de nouo ſufficienter torquere inci-
piendo nouam torturam, non habito reſpectu ad illam pri-
mam quam ſibi intulerunt antiani vel tribuni,vel debeat ha-
bere reſpectum ad illam torturā & illam computare in tor-
tura quam ipſe vult inferre dicto reo. Et poteſt poni exem-
plum.Contra illum reum erant duo indicia,propter quę an-
tiani vel tribuni dederunt ipſi reo quatuor ictus torturæ &
poterant ſibi dare ſex, cum de cōſuetudine totius Italię pro
quolibet indicio dentur tres ictus torturæ.Modò Poteſtas vi
gore dictorum indiciorum vult torquere dictum reum, an
poterit ſibi dare ſex ictus torturæ propter illa duo indicia ꝯ
eum exiſtētia,vel ſolum poterit ſibi dare duos ictus,qui defi-
ciebant ad numerum ſex, computando illos quatuor ictus,
quos habuit ab antianis vel tribunis? & ſic vtrum tortura il-
lata reo ab vno magiſtratu ſeu officiali, debeat cōputari ipſi
reo ab alio officiali procedente ꝯ ipſum reum pro eodē cri-
mine, vel alius iudex procedens,vt dixi, ꝯ ipſum reum poſſit
incipere & finire nouam torturam,nullo habito reſpectu ad
illam primam torturam, quam paſſus eſt ipſe reus corā alio
primo iudice vel magiſtratu pro eodem delicto. & verè iſtæ
ambæ quæſtiones ſunt multum dubitabiles, & apud me val-
de ambiguę ſunt & maximę importantiæ & effectus. Quò.n.
ad primam mihi vr̄ dicendum, ꝙ dicta confeſſio prima per
ſecundā non dicatur ratificata,nec dicatur aſſumere aliquod
robur per dictam cōfeſſionem factam coram Poteſtate, &
hoc attenta nullitate & inualiditate ipſius primæ cōfeſſionis
factæ coram antianis vel tribunis plebis. Nam etiam ſi dicta
ſecunda confeſſio eſſet facta coram eodemmet iudice, co-
ram quo fuit facta prima, nō validaret primam, cum clarum
ſit quòd confeſſio facta per torturā non præcedentibus indi
cijs legitimis non valeat,etiam ſi millies ratificetur,ſecūdum
gl.in l.pen.ff.de quæſt.de quo ibi latè dixi.& ſ.dixi in §. ſecūda
quæſtio.nu.2. & ſimiliter omnia inde ſequētia ſunt nulla, vt
dixi in dictis locis.Veruntamen aliquod dubium facit in hoc
caſu,quia dicta ſecunda confeſſio non fuit facta in eodē iudi
cio & coram eodem iudice,ſed coram diuerſo iudice,quod
tamen non vr̄ obſtare, quia licèt fuerit facta coram diuerſo
iudice,non tamen fuit facta circa idem delictum, variatio.n.
iudicum non variat delictum,& ideo mihi videtur ꝙ omni-
no dicta prima confeſſio facta ſuper eodē crimine vna cum
confeſſione ſubſequuta ſit nulla,licèt ſit facta coram diuerſis
magiſtratibus dicta ſecunda confeſſio, ex qua non poterit
cōdemnari ipſe reus.Sed poſſet fortè in hoc caſu fieri diſtin-
ctio hoc modo, videlicet, ꝙ aut iſte reus q fuit primò ab an-
tianis indebitè & iniuſtè,velo leuato, ſine indicijs tortus,erat
homo idiota & rudis, qui nullam doctrinam, nec experien-
tiam habebat,vtputa erat quidam ruſticus,vel mulier,qui nō
intelligunt requiſita à iure in ſimilibus.& tunc videtur ꝙ di-
cta confeſſio ſecunda facta coram Poteſtate non noceat ipſi
reo,ſicut nec prima facta coram antianis vel tribunis ei non
nocuit,per gl.d.l.pen. ff.de quæſt.quia ipſe reus vr̄ hoc dixiſſe
vigore torturæ præcedētis,cogitans ꝙ ſicut fuit indebitè tor
tus ab antianis vel tribunis, ita poſſet de nouo indebitè tor-
queri ab ipſo Poteſtate, & hoc timore ductus fuerit confeſ-
ſus coram Poteſtate,arg.illius carminis videlicet.

Qui ſemel eſt lęſus fallaci piſcis ab hamo,
Omnibus vnca cibis æra ſubeſſe putat, &c.

Et ideo dicta confeſſio eſt nulla ſicut prima, argu. eorum
quæ habentur in d.l.pen.& in l.repeti.ff.de quæſt. Aut erat ho
mo ſagax,practicus & expertus, qui veriſimiliter poterat ſci-
re ꝙ Poteſtas eum non torqueret niſi haberet ſufficiētia in-
dicia, & ſeruatis ſeruandis propter timorem ſyndicatus, &
tunc talis confeſſio facta ſecūdo loco coram poteſtate ei no
ceret, quia nō videretur illa feciſſe timore torturę quæ ei nō
poterat de iure inferri, ſed talis confeſſio hoc caſu vr̄ magis
ſponte facta ex cōſciētia criminis. Vel poſſet etiam dici aliter
videlicet,ꝙ ſi antequā ipſe reus torqueretur à poteſtate, ipſe
poteſtas dixiſſet tali reo vt ſolent dicere boni iudices,ꝙ non
dubitaret de aliqua illicita tortura quæ ei inferretur iniuſtè
& de facto,ſed diceret veritatem de eo quod erit interroga-
tus,tunc ſi cōfiteretur,talis cōfeſſio ei præiudicaret,quia non
præſumeretur facta metu tormētorum. Et licèt de iſta mihi
non occurrant pręſentialiter iura, tamen habent in ſe ratio-
1 nem naturalem,quæ ſubrogatur loco legis, † vt hr̄ in lege,cū
ratio,ff.de bon.dam.& in l.ſcire oportet.§.ſufficiat.ff.de excu.
tuto.& in l.fi.ff.pro ſoc.& voluit gl.in c.ex eo. de elec. in 6.&
non minus attenditur ratio naturalis,q̄ lex,ſm Pet.de Anch.
in conſ.226.inci.ſcripſit &c,in vlt.col.imò ratio naturalis cor
2 rigit † legem,ſm Bart. in prooemio. ff.in §.fin. † Et ideo dixit
3 And.de Iſer.in procе. feud. in vlt.col.ꝙ eſt rationabile dictū.
Ita debet mouere iudicem ad iudicādum, ſicut ipſa lex, quia
lex

lex eſt omne,quod ratione conſiſtit, quod dictum refert & ſequitur Iaſ.in l.illam. in 3.col. C. de colla.& in authen.ſi qua mulier.in 3.col.circa prin. C. de ſacroſan.eccl.Et dixit Bald.in conſ.38.incip.Thomas &c.in fi.in 3.vol. quòd ratio naturalis cuncta rectè diſponit.& vix reperitur aliquid ɔ rationem naturalem, quod non remordeat cōſcientiam. de qua ratione naturali plura dixi in repe.mea rub.C.de prob.in 38.col.Quo autem ad ſecundam q.videlicet,an tortura illata reo per vnũ iudicem debeat reiterari per alium iudicem, cui remiſſus eſt ipſe reus,vel debeat computari in numero torturæ habendę & patiendæ coram iudice ad quem eſt remiſſus talis reus? In quo videretur primum dicendum ꝙ in totum tortura debe ret reiterari, cum ipſe Poteſtas ad quem remiſſus fuit dictus reus,ſit nouus iudex, & debeat facere nouum proceſſum, & non teneatur ſtare proceſſui alterius, cũ ipſe teneatur in ſyndicatu ſi male proceſſerit, vt habetur in toto tit. de pœ.iudi. qui male iudi.& voluit Bart. in l.non dubium. ff. de cuſt.reo.
4 vbi dicit, ꝙ in † cauſis criminalibus iudex ad quem remiſſus eſt reus, non tenetur ſtare proceſſui facto per iudicem qui reum remiſit, ſed ipſe poteſt facere nouum proceſſum. ad quod alleg.quæ habentur in §.ſi verò crimen.in Authent.de ſanc.epiſ.& per Guil.de Cu. in l.magiſtratibus. ff.de iur.omn. iudi.& ibi per Iaſ.in fi.Attamen contrarium credo verius,videlicet, ꝙ immo iſte Poteſtas ſecundus iudex debebit computare torturam iam habitam & paſſam per ipſum reum ab alio iudice,l.ab antianis vel tribunis plebis,ne ipſe reus magis nec durius torqueatur q̃ iura honeſta & conſuetudo patiantur.Nam ſi Poteſtas habens eadem duo indicia,quæ habebāt antiani,torqueret reum tribus ictibus torturæ pro quolibet indicio,ſequeretur ꝙ ipſe reus haberet quinq; ictus torturæ pro quolibet indicio,& ſic excederetur modus & ordo torturæ cōſuetus.Item ſequeretur ꝙ prima tortura in nullo cōputaretur & pro nihilo haberetur,& non eſſet in conſideratione,ꝙ verè ſaperet iniquitatem & iniuſtitiam.Item ſequeretur ſi vnus reus remitteretur plurib.iudicibus diuerſis temporibus pro eodem delicto,ꝙ poſſet ab vnoquoq; iudice de nouo torqueri pro eo delicto, ꝙ modo aliquo nō eſt dicendum,nec de rigore iuris,nec de ęquitate. Et licèt ſuper hac q. nō habeamus tex.vel gl.vel doctrinā expreſſam alicuius Doc. tamē habemus rationem naturalē, quæ vt s̃.dixi, ſubrogatur loco legis. Sed vltra rationē naturalem adduco no. verbum Iaſ.in l.inter ſtipulantē.§.ſi Stichũ.in pen.col.ff.de verb.oblig. vbi examinando certā q̃ōnem dixit poſt multa,ꝙ declaratio quæ fit ex mera voluntate iudicis nō tranſit ad ſucceſſorē in officio, ſed ſecus eſt in declaratione quæ fit ex veriſimilibus coniecturis,vel ex actis cauſę, quia illa bene tranſit ad ſucceſſorē in officio.& hoc tenet Bar. ſm eum in l.ab executore.in prin.ff.de app.& in l.terminato.C.de fruct.& lit. expen.& Bal. in l.fi. C. de legi.& Ang.& alios in d.§.ſi Stichũ. Et ſubdit ipſe Iaſ.ibi,ꝙ ratio huius eſt, quia cēſetur idem iudiciũ & eadem perſona.alle.l.proponebatur.ff.de iudi.& c.innotuit.de elec. Ideo ſubdit, ꝙ officium cuius reſpectu anteceſſor inquiſiuit vel ſententiauit nunquam moritur.c.gratioſè. de reſcri. ideo ſucceſſor in eodem officio pōt declarare. de quo latius per Iaſ.in §.ſi Stichũ.Ex quib.verbis colligitur deciſio prędictæ q. ſaltem argumentatiuè, videlicet, ꝙ iudex ſuccedens in dicta cauſa,antiani vel tribunus plebis nō poterit incipere nouam torturā, ſed poterit incœptam perficere, & ſic tenebitur ipſi reo torturam iam habitam coram antianis, vel tribunis cōputare cum torturą per eum danda ipſi reo. Pro qua concluſione etiam faciunt dicta per Bal.& Pau. de Caſt.in l.eos.in §. ſuper his.C.de appel.Et faciunt no.verba Pau.de Caſt.in l.edictum.ff.de iudi.ꝙ omnino vide pro deciſione huius q̃ō. vbi inter cætera dicit,ꝙ numerus citationũ factarũ à primo iudice,debet compleri à iudice ſucceſſore, & non debent de nouo inci.pro quo etiam vide eundē Pau. de Caſt. in l.mortuo iudice.eo.tit.vbi dicit, ꝙ iudex ſubrogatus loco alterius iudicis,debet iudicare ex eiſdem actis, vt no.in l.ſi vt proponis.C. q̃ũo & quando iudex. & ſubdit ꝙ non ſoluitur iudiciũ, licèt ſoluatur iuriſdictio.Et faciunt etiam dicta per eundem Pau. de Caſt.in l.proponebatur.ff.eo.tit.de iudi. vbi dicit, ꝙ nō eſt neceſſe inchoare iudicium de nouo, licèt aliqui ex iudicibus ſint mutati,& aliqui loco illorũ ſint ſubſtituti,imò illi ſubſtituti reaſſumēt cām in eodem ſtatu in quo erat ante dictam mutationē, de quo ibi latius per eũ. Et pro prædictis etiā faciunt optimè dicta per Lud.Ro.conſ.279.inci.circa primum quæſtionis articulum &c. in 1.col.vbi omnino videas,quia dicta ibi per eum multum deſeruiunt quæſtioni noſtræ &c. ex quibus remanet expedita ipſa quæſtio ſatis dubitabilis.

S V M M A R I V M.

1 *Procurator in cauſa criminali an admittatur.& nu.2.& 3.*
Et an ad vnum articulum tantum.23.
Et an ad opponendas exceptiones dilatorias.4.
Et in quibus alijs caſibus 19.24.25.26.42.
5 *Minor an poſſit petere reſtitutionem in integrum per procuratorem in cauſa criminali.*
6 *Procurator interuenire poteſt in cauſa criminali quando petitur quòd ſententia declaretur nulla.*
Et quando interuenire poſſit.8.27.29.30.31.36.41.46.
7 *Iudex quando poſſit compellere reum comparere perſonaliter ſiue ſit locus torturæ ſiue ſimplici interrogationi.*
9 *Probationes factæ tempore lapſo, ſed admiſſæ parte non opponente ſunt validæ.*
10 *Iudicium agitatum cum excommunicato valet, ſi non fuit reiectus à parte vel à iudice.*
11 *Probationes in contrarium contra præſumptionem iuris & de iure admiſſæ valent, ſi non ſit oppoſitum.*
12 *Inſtrumentum per clericum confectum valet,ſi ei non opponatur.*
13 *Religioſi S.Franciſci quando poſſunt eſſe teſtamenti executores.*
14 *Clericus prohibetur fideiubere pro alio, & quid ſi fideiuſſerit.*
Multa impediunt contrahenda quæ non dirimunt contracta. à nu.14. vſque ad num.6.ſuprà.
15 *Negatiua quando inducat neceſſitatem præciſam.18.*
16 *Papa de potentia ordinaria,an poſſit in cauſa criminali procuratorem admittere.*
Et an Princeps hoc poſſit per reſcriptum.17.
20 *Statutum promittens impunitatem occidenti bannitum, de quo bannito intelligat.*
21 *Accuſatio de vulnere facta ſequuta morte, an teneat locum accuſationis de morte.22.23.*
28 *Exceptio quòd delictum de quo quæritur ſit impunibile, an impediat litis ingreſſum.*
32 *Obligatio impoſſibilium nulla.*
33 *Iudicis præceptum impoſſibile, nullius eſt momenti.*
34 *Impoſſibilitas excuſat ab excommunicatione.*
Item appellationem à proſecutione appellationis. 35.
37 *Carceratus an poſſit citari,& quādo proceſſus cōtra eũ factus valeat.*
Et an excuſetur à termino non ſolutæ penſionis.38.
39 *Bannitus pro contumace an poſſit haberi.*
40 *Legum diſpoſitiones naturalibus conueniunt.*
43 *Iudex debet quærere ex officio ſuo probationes innocentiæ rei, etiam nullo hoc petente.44.*
45 *Actus ex ſolennitate perperam interueniente an vitietur.*
47 *Iudex debet audire extraneum allegantem innocentiam abſentis.*
48 *Cautelis in perniciem animæ non vtendum.*

§.Sequitur modo quinta quæſtio valde quotidiana, quæ quotidie paſſim quaſi in omni iudicio,ſeu cauſa criminali occurrit, quæ verè eſt magnę importātiæ & effectus. circa quam fiunt ſępiſſime allegationes in voce & in ſcriptis.quæ quæſtio eſt iſta,videlicet, an in cauſa criminali poſſit interuenire procurator.Quam quæſtionē cum omnibus ſuis dependentibus,emergentibus & cōnexis latius & fortè melius omnibus alijs examinat Maria. Soci.in ſua ſolenni repe.c.veniens.de accuſa.&c. ideo ego ſolum circa ipſam quæſtionem procedam ſuccinctè per quaſdam cōcluſiones, quas puto de iure veras, adducendo etiam aliqua vltra Maria. & alios vſq; ad hęc tempora. Et ideo intrans di-
1 ctam quæſtionem dico primò,ꝙ regulariter † in cauſa crimi
nali non admittitur procurator,vt habetur in l pen. §. ad crimen.ff.de publ.iud.& in c.veniens.extra de accuſ.& in l.ſeruũ quoq;.§.publicè intereſt.ff.de procur.& in l.reos. C. de accuſ. cum ſimi.& vtrobiq; per Doc.Et hoc procedit nedum ad to
2 tam cauſam,† ſed etiam ad vnũ articulum tantum,quoniam
etiam ad vnum articulum tantũ nō poteſt procurator comparere in cauſa criminali.ita dixit Bal.in l.reos.circa 9.colum. verſ.quæro circa hanc partē.C.de accuſ.& Spe.in tit. de proc. in §.1.verſ.ſed nũquid media,&c. & Saly.in d.l.reos. in 12.col. in verſ.quæro,an ſaltem ad vnũ articulum. vbi dicit, ꝙ ſi reus ſit in vinculis detentus,ꝙ procurator non poterit interuenire ad actum ſubſtantialem iudicij, ſed ad alium actum ſic, vt ſunt poſitiones,& earum reſpōſiones & teſtium productiones.& hæc dicit voluiſſe Io.And.in addit. Spec. in tit.de ꝓcu. in d.verſ.ſed nunquid media,&c.& huic opi.aſſentit Bart.ſm eum,in d.§.ad crimen.Refert tamen ibi Saly. aliquos tenētes contrarium,& bonis rationibus,quos ipſe ſequitur. ſubdens tamē,ꝙ procurator in cauſa criminali poteſt interuenire ad producendum ſimpliciter vt nudus miniſter,& ibi allegat rationem. De qua q.an & quando procurator in cauſa crimi-
3 nali poſſit interuenire ad vnum articulum tantũ,† vide vltra
prædicta Doct.in c.veniens.& in d.§.ad crimen.& in d.l.reos. & Ant.in c.ex parte.in 16.col.de teſti.& Spec.in tit.de legato. in §.excipitur.verſ.quid ſit certus articulus.& Io.And. in c.inquiſitionis.ſuper verbo,interdum.de hæreti.in 6.in nouel.Et

4 an procurator † in cauſa criminali admittatur ad opponen-
das exceptiones dilatorias, vide Doct.diſtinguentes in dictis
locis.& vide Alex.in conſ.138.incip.viſa copia,&c. in vlt.col.
in 6.vol.Et ſcias, quòd adeò eſt verum hoc,quòd in cauſis cri
minalibus non admittitur procurator, quòd hoc etiam ha-
bet locum in petendo reſtitutionem in integrum aduerſus
5 ſententiam latam in cauſa criminali ꝯ minorem. †Nam ipſe
minor nō poterit per procuratorem petere reſtitutionem
in integrum in cauſa criminali,ſed debebit ipſe minor perſo
naliter comparere ad hoc petendum. ita dixit Bal.in l.1.in §.
pen.in fi.ff.de poſtul.quod dictum pro no. & ſingu. refert &
ſequitur Fran.de Are.in c.veniens.in 22.col.de accuſ. de quo
ego dixi in ſingu. meo 22. incip. reſtitutio in integrum, &c.
Scias tamen quòd quando petitur ꝙ ſententia lata in cauſa
6 criminali † declaretur nulla,poteſt ad hæc interuenire procu
rator.gl.eſt no.in c.hoc quippe.3.q.6. quam ad hæc magnifa-
cit Franc.de Are.in d.c.veniens.in 25.col. verſicu.& adde,&c.
de accuſa.& hanc partem tenet Bal.in l.reos.in pen. col.C.de
accuſa.Item adde etiam hic no.verba Bal.in l.fi.C.de procur.
in 2.col.in verſic. tu dic quòd vbi ſunt,&c. vbi dicit,quòd vbi
ſunt indicia contra reum probata iudici ordine iudiciario,
7 † quòd tunc poteſt compellere reum perſonaliter compare
re,ſiue ſit locus torturæ, ſiue ſimplici interrogationi. Si autē
non ſunt aliqua indicia contra reum legitimè probata, tunc
nunquam poteſt iudex auferre reo beneficiū mittendi pro-
curatorem legitimè inſtructum.& idem dixit ipſe Bal.in l.ſer
uum quoq;.in §.publicè intereſt.ff.de procuratori.& Alex.&
Iaſ.in d.l.fi.C.de procur.poſt med. Modò vltra prædicta ego
quęro,pone quòd procurator, qui nō poteſt interuenire in
cauſa criminali,vt ſupra dixi,interuenit & non fuit oppoſitū,
8 nec fuit repulſus,ſed tacitè admiſſus, † an iſto caſu valeat iudi
cium? In qua gl.valde no.in c.1.in verbo, criminalis. extra de
iudi.in 6.dicit ꝙ valet tale iudiciū.& idem dixit gl.in l.quãuis
indubitati.C.de adulte.Pro quibus facit l.filiusfamil.in §.vete
rani.ff.de procu.& l.ita demum.C.eo.tit.cum glo.ſua. & facit
glo.in l.reum criminis.C.de proc. Et hanc partē tenet etiam
Spec.in tit.de procu.in §.1.verſ.item quòd eſt miles.& Dom.
de ſancto Gemi.in c.1.de iudi.in 6.& Archi.in c.qui ad agen-
dum.de procurat.in 6.& Ioan.de Lig.in d.c.veniens. & Ang.
in d.§.ad crimen.& Franc.Accur. in d.l.quamuis indubitati.
quem ibi refert & ſequitur Cyn.& Saly.Et idem tenet Cępo.
in cautela ſua 222. incip. ſtatuta quandoque, &c. vbi allegat
pro hac parte Ang.de Aret.in tracta.malefi. in verſ.qui iudex
videns quòd inquiſiti non comparent.in pen. col. verſ.quæ-
ro,pone ꝙ in criminali,&c. Et Oldr.in conſ.136. incip.omiſ-
ſa prolixitate. in pen. colum. vbi etiam plura ſimilia alleg. Et
hanc partem etiam tenet Ang.in dicta l.quamuis indubitati.
Pro qua parte faciunt dicta per Alex.in conſ.157.incipien.in
cauſa & lite vertente.in fi.in 2.volum. vbi dixit, quòd proba-
9 tiones,quæ debebāt fieri intra certum tempus, † ſi factę ſunt
poſt illud tempus, & ſint admiſſæ parte non opponente,
tunc valent.ita dixit Innoc.in c.fraternitatis.de frig.& malefi.
& in c.cum Bertoldus. de re iudi. & in c.cum dilecta. dę re-
ſcrip.& Anto.in c.is,qui.de ſponſ. & dicit quòd eſt de mente
Bart.in l.inter ſtipulantem. §.1. ff.de verborum oblig. & hoc
ibi clarius voluit Ioan.de Imo.Et idem voluit Alex.in conſi-
lio 212.ſecundum ordinem meum, incipien. viſo & oppor-
tunè. Et faciunt dicta per Lud.Roma.in conſ.215.incip. duo
ſunt,quæ principaliter quęruntur.in prima colum.vbi in iſtis
proprijs terminis tenet hanc partem. & dicit quòd ſi procu-
rator interuenit in cauſa criminali,& fuit admiſſus,& nō fuit
oppoſitum,quòd valet iudicium.ad quod alleg. glo.in dicto
c.1.de iudi.in 6.& Docto.in dictis locis. & dicit ꝙ pro hac par
10 te facit.Nam iudicium agitatum cum excommunicato † va
let,ſi non fuit reiectus à parte, vel à iudice, licèt aliàs excom-
municatus non poſſet ſtare in iudicio, per c.intelleximus. de
iudi.hoc dicit probari in c.pia.ad fi.de exceptio. in 6. & no.in
c.exceptionem.eodem titu.in antiquis.pro quibus alleg.l.ita
demum.C.de procur.& in d. §.veterani. Et faciunt etiam, ſe-
cundum eum ibidem, quæ habentur per gl.in Auth. quibus
mod.natu.effic.legit.in §. ſi quis ergo. verſ.ſi ergo licētia,&c.
quam glo.ponderat Bart.ſecundum eum, in l.poſt mortem.
in §.neq;.ff.de adop.vbi dicit, quòd valida ſunt facta per pro-
curatorem, etiam ſi per eum fieri non poſſent, quando fuit
admiſſus ad faciendum, eo quòd nō fuit ſibi aliquid oppoſi-
tum. Subdit etiam ipſe Ludo.Rom. vbi ſuprà,quòd pro hac
parte faciunt dicta per Innoc.in d.c.fraternitatis. de frigid. &
malefi.vbi dixit, quòd licèt contra præſumptionem iuris, &
11 de iure non † admittatur probatio in contrarium, niſi per
confeſſionem partis.l.fi.C.arb.tute.l.antiquæ.C.ad Vell.Atta-
men probatio admiſſa valet, ſi non eſt oppoſitum, quod di-
ctum refert,ſecundum eum,Ant.in c.is,qui.de ſpon. adducit
etiam idem Ludo.Roma.in c.1.de reſti. ſpol.vbi habetur, ꝙ
licèt contra agentem interdicto recuperandæ,non admitta-
tur exceptio, nec probatio dominij, tamen admiſſa valet &
tenet,ſi non fuit oppoſitum.Item ſecūdum eum,facit l.vni-
uerſis.C.de decurio.lib.10.vbi dicit Barto.quòd licèt clericus
12 non poſſit inſtrumenta † conficere,vt in c.ſicut.extra ne cler.
vel mona.tamen confecta valent, ſi eis non fuit oppoſitum.
Item & vltimò pro hac parte adducit ipſe Ludo.Ro.dictum
conſil.& illam regulā videlicet,quòd multa de iure fieri non
debent,quę tamen facta tenent,vt in c.ad apoſtolicam.de re
gula.& in l.1.§.biduum.ff.quando appell.ſit.& l.1. ff. de fer.cū
ſimi.Ita reſidet Lud.Rom. in d. conſ.215. Pro quibus etiam
faciunt optimè dicta per eundem Ludo.Roma.in conſ.225.
incip.quò ad primum quæritur,&c.in 2.col.vbi dicit no.ver-
bum in materia. Et faciunt etiam dicta per eundem Ludo.
Roma.in conſ.409.incip.quò ad primum propoſitæ conſul-
tationis,&c. vbi dicit,ꝙ religioſi,& maximè ſancti Franciſci,
13 non poſſunt eſſe † executores teſtamēti alicuius,& officium
executoris exercere,niſi à ſuperiori ſuo ſuper hoc habuerint
licentiam, vt in c.religioſus. de teſt. in 6. & in Cle.religioſus.
eo.tit.& in Cle.exiui.de verb. ſignif. tamen ſi id,quod voluit
teſtator fuit excutum per aliquos religioſos, & non fuit op-
poſitum, valet quod fecerunt. & dicit ꝙ hæc fuit ſing. deciſ.
Fed.de Senis in conſ.293.incip.factum tale eſt,ante conſtitu-
tionem &c.in fi.pro quo dicto ipſe Ludo.vbi ſuprà,adducit.
14 Nam clericus prohibetur fideiubere † pro alio,vt in c.1.de fi-
deiuſ.& in c.te quidē.11.q.1.tamen ſi fideiuſſerit pro aliquo,
valet fideiuſſio. c.peruenit. & c.conſtitutus.de fideiuſſ. Item
adducit etiam dictum Bar.in l.vniuerſos. C.de decu.lib.10.&
d.l.ita demum,& d.§.veterani.Et pro iſtis etiam faciunt dicta
per Bar.in l.1.§.accuſationem.ff.ad Turpil.vbi dixit,quòd per-
ſonæ quæ prohibentur accuſare, ſi accuſant, & eis nō oppo-
natur,valet accuſatio.pro quo facit quod dixit Bal.in rubr.C.
qui accu.non poſ.& faciunt optimè dicta per me, in l.ſi quis
ne quæſtio.in 20.col.cum ſeq. ff.de quæſt. & per Iaſ.in repet.
l.admonendi. in 9.col. ff. de iureiuran.Et ex iſtis omnibus vī
concludēdum, quòd ſi procurator interuenerit in cauſa cri-
minali,& non fuit reiectus, nec ſibi fuit oppoſitum, ꝙ valet
iudicium per ſupradicta.De qua quęſtio.vide etiam Ioan.de
Imo. in d. §. ad crimen.in pen.char.in 1.& 2.col.Sed Barb. in
d.c.veniens.de accuſ.ſubtilius conſiderans dicit, ꝙ imo con-
tra gl.& Doc.tenentes hanc partem,eſt text. ibi in d.c.veniēs.
inquantum dicit,admittere nec poſſemus,&c.ex quibus ver-
bis apparet,ꝙ lex ipſa,ſeu canon reſiſtit actui,ergo meritò iu
dicium eſt ipſo iure nullum.l.non dubium.C.de legi.l.cū lex.
ff.de fideiuſſ. c.vides.10. diſt. Dicit etiā ꝙ pro hoc facit ratio,
videlicet, quia in illo tex.negatiua præcedit actum poteſtati-
15 uum.Et quando negatiua † præcedit actum poteſtatiuum,
inducit neceſſitatem præciſam, vt eſt glo.ſecūdum eum,no.
in c.1.de reg.iur.in 6.& in Cle.diſpēdioſam.de iud.& in l.Gal-
lus.in prin.ff.de libe.& poſthu.vbi Bart. & alij.& in c.teſtimo-
niū.& in c.fi.de teſti.& in l.nemo poteſt. ff.de leg.1. Et ſubdit
etiam Barb.vbi ſup.ꝙ hanc partem videlicet, quòd tale iudi-
cium non valeat,tenet Io.And.in d.c.1 de iudi.in 6. in nouel.
dicit etiam ꝙ Bal.in d.§.ad crimen.damnat illas glo. ſuperius
alleg.& tenet hanc partem, quòd tale iudicium ſit nullum,
dato quòd non fuerit oppoſitum.& dicit Bal. ſecundū eum,
in d.§.ad crimen.quòd verbum fruſtra,poſitum in d.§.ad cri-
men.eſt canon latę ſententiæ. pro quo facit l.1. C. de modo
mul.& l.fruſtra.eod.titu. & ſic ipſe Barb.in d.c.veniens.tenet
hanc partem ſcilicet,quòd tale iudicium ſit nullum, dato ꝙ
non fuerit oppoſitum aliquid contra talem procuratorem.
Et dicit quòd pro hac parte facit, quod dixit Innoc.in d.c.ve
16 niens.vbi dixit ſecundum eum,ꝙ † Papa de potentia ordina-
ria non poteſt in cauſa criminali admittere procuratorem,
licèt de abſoluta potentia poſſit. quam doctrinam refert &
ſequitur Ioan.de Imo.in d.§.ad crimen.in 26. col.& ibi Alex.
17 & Ang.vbi etiam ſubdit ipſe Ang.quòd † Princeps poteſt fa-
cere per reſcriptū, quòd quis compareat per procuratorem
in cauſa criminali,dummodo in reſcripto dicat, non obſtan
te tali lege in contrarium faciente.& hæc arg.l.fi. C. de iniur.
Sed ipſe Barb.ibi reprehendit Ang. & reprobat eius dictū, &
hoc per tex.in d.c.veniens.in d.verſ.nec poſſemus,&c.ſed for
tè nō bene eum reprehēdit, maximè per text.in c.propoſuit.
de cōceſ.præben.ita finaliter reſidet Barb. in d.c.veniēs. ſuper
hoc paſſu.Ex quibus dictis per eum remanet dubia illa com-
munis opin.Doct.quos ſupra retuli,tenentium quòd ſi pro-
curator interuenit in cauſa criminali & non opponatur, ꝙ
valet tale iudicium,ideo cogita ſuper prædictis. Et vide Fely.
in c.ſciſcitatus.in 3.& 4. col. de reſcrip.& Franciſ.de Aret. in
d.c.veniens.in pen.colum.de accuſ. Et inquantum ipſe Barb.
dixit in d.c.veniēs.quòd negatiua præcedens actum poteſta-

tiuum,

18 tiutim,† denotat neceſſitate præciſam,& priuat omni poten
tia.. Tu circa hoc vide etiam Bald.in l.prima,in pen.colum.
C.qui admit.& in l.quæſtionem.in vlt.col.C.de fideicom. &
Bal.in l.prima.ff.de iniuſto teſt.& vide Anto.in c.præterea.de
dila.in quinta colum. vbi dicit, ꝙ ſi ſtatutũ impedit ꝙ iudex
non poſſit exercere iuriſdictionem ſuam vltra limites ſuæ iu
riſdictionis,quòd non valebit ſe pronuntiare iudicem com-
petentem, quando per hæc excederet terminos ſuæ iuriſdi-
ctionis, per ea quæ no. in c.ſi iudex laicus. de ſenten.excom-
muni.in ſexto, cum alijs ibi per eum alle. Et in materia vide
etiam Alexand.in conſilio 301.incipien.viſis dubitationibus
eleganter formatis.in princip.& Abba. in conſilio 64. incip.
caſus in effectu talis eſt, &c. in prima colum.in tertio vol. &
Socin.in conſ.93.inci.circa primum,in vlt. col. in 1.volum.&
omninò Nellum in tractatu banni.in ſecunda parte ſecundi
tempor.q.66.& Iaſ.in §.curare.in princ.Inſtitutio.de actio. &
vide etiam latè per Antonium Corſe. in nota. ſuo, in verbo,
poteſt. & eundem in nota.ſuo,in verbo,valeat.& vide etiam
Alexan.in conſilio 173.incip.viſis.in 3.colum.in 7.vol.Modò
redeundo ad quæſtionem noſtram,operępretium eſt quęre
re,vtrum ſit aliquis modus,vel aliqua cautela,per quã in cau-
ſa criminali quis poſſit comparere per procuratorem in cau
ſa criminali? In quo dicas quòd ſic. ad quod diligenter aduer
tant procuratores, & illi qui volunt adiuuare amicum ſuum
inquiſitum, ſeu accuſatum de crimine capitali. Nam vna eſt
cautela, quòd amicus ſeu comparere volens pro reo inquiſi-
to adeat iudicem, quãdo ipſe iudex procedit per inquiſitio-
nem, & nominet teſtes iudici in ſecreto, qui ſciunt verita-
tem, & inſtet apud iudicem in ſecreto, quòd recipiat illos te
ſtes pro reo abſente inculpato & inquiſito. Item & det ſibi
interrogatoria,ſuper quibus debent interrogari,& tũc iudex
ex officio poterit hos teſtes examinare & diligenter interro-
gare, & ſi ex illis atteſtationibus apparuerit reũ inquiſitum
non eſſe culpabilem, iudex poterit & debebit ipſum reum
abſoluere.pro quo eſt text. in l. ſi non defendantur.in fine.
ff.de pœn. vbi habetur, quòd iudex debet & poteſt inquire-
re de innocentia rei. & ſi reperiat eum innocentem, debet
eum abſoluere. Et iſtum modum, ſeu hanc cautelam tradit
Bartholomęus Cepolla in cautelis ſuis,cautela 68.incipiente,
in cauſa criminali,&c. vbi allegat illum textum dictæ l.ſi non
defendantur. dicit, quod hæc notat ibi Bart. & etiam in l.is,
qui reus. & ibi per alios.ff.de pub.iudic.& in l.prima. §.fi.ff.de
quæſt. Et dicit ibi Bartholo.in dicta ſua caut.ſe ſemel adiuuaſ
ſe hoc modo amicum ſuum. ad quod vide quæ dixi in repe.
mea rubr.C.de prob.in 14.col.in verſic.eſt etiam alia via,&c.
Alius eſt etiam modus & cautela comparendi per procura-
torem in cauſa criminali,quam ponit ipſe Bartholo. in d.ſua
cautela videlicet,quòd imploretur officium iudicis,vt admit
tat comparẽtem.Et poteſt poni exemplum, ſtatuto cauetur
quòd banniti poſſint impunè occidi: modò Titius occidit
bannitum, inquiritur contra eum de occiſo.iſte Titius non
audet comparere, licèt hæc fecerit permittente ſtatuto, nec
poteſt mittere procurato.quia cauſa eſt criminalis, vt in d.§.
publicè.cum ſimili.tunc enim cautela eſt, quòd quidam Ti-
tius,etiam quilibet de populo compareat corã iudice inqui-
rente,& ſibi oſtẽdat illum Titium fuiſſe bannitum,& ſic im-
punè potuiſſe occidi,& tunc imploret officium iudicis & di-
cat, Domine iudex,peto vt abſoluatis Titium inquiſitum &
vlterius contra eum non procedatis, quia ipſe occidit banni
tum qui poterat impunè occidi, & tũc iudex debet admitte-
19 re eum.† Ita ſingu.dixit Bar.in l.vbi pactum.per glo. ibi.C.de
tranſact.quem refert & ſequitur Cęp. in dicta ſua cautela 68.
Ego autem vltra Bartholo.Cępol.ibi dico,quòd idem voluit
Bart.in d. §. ad crimen.in pen.col.& ibi Io.de Imo.in antepe.
char.in vlt.colum. & Bart. in l.ſi ſeruus.C.de his,qui ad eccle.
confu.& in conſ.incip.à Domino Cyno, &c. & idem voluit
Ang. in l.filiusfamilias.in §.veterani.ff.de procurato.vbi dicit
hoc infinitis vicibus practicaſſe. & idem firmat ipſe Angel.in
l.reos.C.de accuſ.& in l.quos prohibet. ff.de poſtula. in quib.
locis dicit, quòd iſta fuit originalis doct. Richar. Mal.in d. §.
veterani. Item hanc partem etiam tenuit Pet. de Anchar. in
c.veniens.de accuſa.& Ang.de Aret.in l.non tantum. in prin.
ff.de appel.& Bal.poſt Cy.in d.l.reos.& Bal.in l.prima,in 2.col.
C.quomodo & quando iudex.de quo etiam aliquid per Bal.
in l.decuriones. C. ex quibus cauſis infa. irrog.& per Bald. &
Ludo.Rom.in l.1.in §.Offilius.ff.ne quis eum, qui in ius voc.
eſt,vi exi.& per Ang.de Are.Inſti.de act.in §.ſequens.in 2.col.
& Inſti.de excep.in rubr.& per Bal.in c.1.in §.iniuria. de pace
iur.fir.& per Bart.in l.poſt legatum.in 3.colum.ff.de his,quib.
vt indignis.& per Angel.de Are. in tractatu malefi.in verbo,
qui iudex videns quòd inquiſiti non comparent. in verſicu.
quæro, an talis bannitus tali banno, &c. & in verſ.ibi ſeq. &
Barto.in l.abſentem.in fi.ff.de pœn.vbi dicit, ꝙ quando con-
ſtat iudici illud quod eſt commiſſum,nõ eſſe delictum,nun-
quam debet procedere ad condemnationem. Et vide etiam
circa hanc materiam ſeu quæſtio. quę latè dixi in d.l.filiusfa.
in d.§.veterani.ff.de procu. & in l.ſi quis ne quæſtio.in 25.col.
ff.de quæſtio. & ſuprà, in §.conſtante. nume.38. & Gandi. in
tract.maleficio.ſub rub.vtrum procurator in maleficijs inter
ueni.in 5.col. verſ.vlt. circa materiam, &c. verſ.ſeq.& Nel. in
tracta.banni.in 1.parte primi temporis.in 2.quæſt. & in 2.par
te ſecũdi temporis.in q.14.vbi latius loquitur. & vide Iaſ.no.
loquentem circa hanc materiam, in d.l.vbi pactum.in 4.col.
in fi.cum col.ibi ſeq.& eundem Iaſ.in l.1.in 7.col.ff.de iuriſdi.
omn. iudi. Et teneas menti perpetuò circa hanc materiam,
quòd ad hoc vt prædicta habeant locum ſcilicet, quòd occi-
dens bannitum gaudeat beneficio ſtatuti permittentis ban-
20 nitum poſſe impunè occidi, † ꝙ debet occidere bannitum
ex veris probationibus delicti, non autem bannitum ex con
tumacia,quia tale ſtatutũ non intelligitur de bannito ex cõ-
tumacia.ita ſing.dixit Alex.in l.omne delictum.circa princ.ff.
de re mili.vbi alleg.hæc voluiſſe Bald.& Io.de Imo.in l.mora.
ff.ſolu.matri.& vltra eum dicas, quòd iſtud etiam voluit Bal.
ſuper ſtatu.in verbo,pax.in 3.verſ.inci.ſtatutum dictat.& Bal.
in l.tranſigere.in 4.col.verſ.nono oppono. C.de tranſact.pro
quo faciunt optimè dicta per Alex. in l.cum filiusfa. in 1.col.
ante fi.ff.de verb.oblig.& faciunt, quæ ego dixi in l.infans. in
verſ.circa tertium &c.ff.de ſica.& in ſingu.meo 4.incip.quo-
ties,&c. & dicta per Bertha.in reper.ſuo,in verbo, contuma-
cia.in vlt.col.ante fi.verſ.contumacia non facit delictum,&c.
& faciunt etiam ſing.uerba Fely.in c.cum Bertoldus.in 9.col.
extra de re iudi. vbi omnino videas. de quo dicto etiam feci
mentionem ſupra,in §.poſtquam.nume.54.cum ſeq.Eſt præ
terea alia no.& ſing. cautela, qua mediante poterit procura-
tor comparere in cauſa criminali, quam ponunt Moder. in
d.l.vbi pactum.C.de tranſac.vbi dicunt,ꝙ quando aliquis vul
nerauit aliquem, ex quo vulnere ſequetur mors, quòd tunc
cautela eſt, quòd reus faciat ſtatim formare inquiſitionem
contra eũ de vulnere, in qua poteſt interuenire procurator,
quia communiter ex forma ſtatuti venit imponenda pœna
pecuniaria pro vulnere,nõ autem corporalis. Et licèt poſtea
ſuperueniat mors,attamen procurator poterit interuenire,
quia attenditur quod principaliter agitur, & ſic attenditur
inquiſitio vulneris.l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi cer.peta. & nõ at-
tenditur quod ſecundario, vel in conſequentiam ſequitur.
alle. hoc voluiſſe Io.de Imo.in d. §. ad crimen. vbi dicit ibi in
12.col.verſ.item adde, &c. ꝙ vbi iudiciũ principaliter agitur
ad effectum ciuilem,quòd ſi in conſequentiam poſſet reſul-
tare effectus pœnæ criminalis, quòd tamen admittitur hoc
caſu procurator.quod eſt no. Sed parcãt mihi ponentes hũc
modum,& hanc cautelam ad comparendum in cauſa crimi
nali per procuratorem,quia non bene loquũtur.& talis cau-
tela eſt nullius momenti, quod oſtendo. Nam facta inquiſi-
tione de vulnere, ſi poſtea ſequatur mors, iudex formabit
inquiſitionem de morte quòd nõ prohibetur ex nouo effe-
ctu mortis ſubſequente,quo caſu non poterit cõparere reus
per procuratorem, licèt poſſet comparere per procuratorẽ
in prima inquiſitione vulneris.Nec obſtat illud,quod atten-
ditur,quòd principaliter agitur, quia dico ꝙ illud eſt verum,
quando duo ſimul intentantur,vnum principaliter, aliud ſe-
cundario.quod in caſu noſtro non poteſt interuenire, quia
nõ poteſt formari inquiſitio de vulnere & de morte ſimul,
morte nondum ſequuta. Secundò reſpondeo quòd verum
eſt illud,quod attenditur quod principaliter agitur, niſi illud
quod ſecundario ſequitur ſit potentius eius, quod principa-
liter agitur, arg. eorum quæ dixi ſ.in §.ſecũda quæſtio.nu.59.
vbi videas plura no.ad hoc,ex quibus neſcio videre quomo-
do poſſit procedere dictus modus, & dicta cautela ad com-
parendum per procuratorem in cauſa criminali. Attamen
circa dictam materiam vulneris ſequuta morte, teneas men
ti aliqua no.digna.Et primò,quòd ſi facta ſit accuſatio de vul
nere, & ſequuta ſit ſententia abſolutoria vel condemnato-
21 ria, ſi poſtea † ex illo vulnere ſequatur mors, nõ poterit fieri
accuſatio de morte,ſecundum Specu.in titu.de accuſ. in §.1.
verſ.quid ſi vulneraſti, &c. & verſ. quid ſi primò, &c. ibi ſeq.
De quo etiam per Alber.de Roſa.in 2.parte ſtatu.q.46.incip.
item quæro continuando,&c. Item ſi facta ſit pax de vulne-
22 re, † an extendatur ad mortem ſequuta morte, vide Bald.in
addi.Spec.in titu.de accuſa.in 1.colum. verſi.pax facta,&c. &
in l.tranſigere.C.de tranſ.& vide etiam Spec.in titu.de accuſ.
in §.viſo.in verſ.ſed pone,A.accuſauit B.& Nel. in tract. ban-
ni.in 3.parte ſecundi temporis,in 41.quæſt.& Bal.in reperto.
23 ſuo,in verbo, pax.in 3. verſ. Item adde etiam, quòd † proba-
tiones factæ contra accuſatum de vulnere, non præiudicant
accu-

accuſato,ſi modò accuſatur de morte ſequuta ex dicto vul-
nere.glo.eſt in l.fina.C.ſi reus,vel accuſ.quam gloſ. dixit ſin-
gu.Bald.in repert.ſuo,in verbo,probatio.in penult.colum.in
ver.incip.probationes factæ,&c.de quo etiam per Bald.met,
in d.reper.in verbo.proceſſus.in vlt.verſi.in fi.& dixi ſupra in
§.quoniam,nu .60. Tene menti prædicta, quia ſunt quoti-
diana,& lucroſa.

Alius eſt etiam caſus,in quo procurator poteſt interueni-
re in cauſa criminali,qui caſus eſt in cauſa vniuerſitatis, nam
24 quando † agitur contra aliquam vniuerſitatem criminali-
ter,tunc admittitur procurator pro ipſa vniuerſitate.ita ſin-
gu.dixit Bal.in l.2. in 2.col. ver.ex iſta opi. C. qui accuſa. non
poſſ.quod dictum refert & ſequitur Ioã.de Ana. in cap.dile-
ctus.il ſecondo,de ſymo.in vlt.colum.vbi dixit,quod iura di-
centia,quod in cauſa criminali non admittitur procurator,
non habent locum in ſyndico vniuerſitatis. & allegat Bald.
in d.l.2.alleg.rationem dicentem,quod ratio huius eſt, quia
vniuerſitas habet corpus repręſentatum , & fictum , quod
non poteſt perſonaliter comparere,ideo admitti debet pro
curator.pro quibus faciunt optime dicta per Spe.in titu. de
procu.in §.ratione igitur.ver.24.ſi vniuerſitas.Alius eſt caſus
25 in quo in cauſa criminali admittitur procurator,† videlicet,
in cauſa illuſtrium perſonarum,in qua cauſa ipſæ illuſtres p-
ſonæ poſſunt reſpondere per procuratorem.c.abſens. §. niſi.
3.q.9.& l.fi.C.de iniu.& voluit Spe.in tit.de procu. §. ratione
igitur.in ver.præcedens regula fallit,&c.& Bart.in d.l.fi. C. de
iniur.Item alius eſt caſus,in quo in cauſa criminali admitti
26 tur procurator,qui caſus eſt † in probatione notorij . Nam
ad probandum notorium in cauſa criminali admittitur pro
cura.Ita dixit Bal.in l.2.in fi.C.vt nemo priua.quem refert, &
ſequitur Alex.in l.pe.§.ad crimen.ff.de pub.iud.quod eſt no.
quia ſeruit ad multa.

Item poteſt etiam interuenire procurator in cauſa crimi
27 nali,† quando ex forma alicuius ſtatuti poteſt procedi in cã
criminali contra abſentem.ita dixit Cy.in l.reos.in 3.q. C. de
accu.vbi dicit,quod Dy.conſuluit ſuper hoc. & idem voluit
Iac.de Are.in l.inter accuſatorem.ff.de pub.iud.& Io.And.in
add.Spec.in tit.de procu.in §.1. ver.item quod eſt cauſa,&c.
& Io.de Imo.in d.§.ad crimen.& voluit Alex.in conſi.116.in
cip.animaduerſis ſtatutis.in 1.col.in 2.vol. Ego tamen puto
circa hunc paſſum ſeu articulum eſſe diligenter aduerten-
dum,quia eſt paſſus magnæ importantiæ,& magni effectus,
& ſi eſſet vera opi.iſta,quod quando ex forma legis,vel ſtatu
ti poteſt procedi in criminalibus contra abſentem,tunc poſ
ſet comparere pro eo procurator, certè poſſet ſemper pro
reo comparere procurator, quoniam ſtatuta ciuitatum in
omni loco volunt,quod ſi reus eſt contumax & ſic abſens,
poſſit tamen contra eum procedi,& cõdemnari & bãniri,&
ſic tacitè daretur materia delinquendi,cum rei ſcirent ſe poſ
ſe defendi per procuratorem,quod nõ eſt dicendum, per l.
conuenire.ff.de pac.do.Et ideo multi ſunt Doct.qui expreſ-
ſe tenent,videlicet quod immo in tali caſu, quando poteſt
procedi contra abſentem nõ poſſit interuenire procurator.
quam opi.tenuit Ray.in d.l.reos.& ibidem Bal. in 8. colum.
in ver.quæritur,quando abſunt.& idem tenet ibi Salyc.in 2.
q.Et hanc partem ſequitur ibi Fulg.& idem tenuit Barto. in
d.l.pe.§.ad crimen.in 5.colum.per illum tex.in l.1. ff.an per a-
lium cauſæ.inducendo,vt ibi per eum.& idem tenet Bart.in
extraug.ad repri.in verbo,legitimè.& probat hoc eſſe de mẽ
te & intentione ſtatuti diſponentis,quod contumax habea-
tur pro confeſſo,nam ſi poſſet comparere per procuratorẽ,
nunquam eſſet contumax, & ſic nunquam haberetur pro
confeſſo.& idem tenuit Ant.in c.veniens.de accuſ.& Bal. in
l.ſeruum quoque.in §.publicè.in pe.colum. & ibi Angel. &
idem firmat.Alex.referens prædictos Doct.dicens hanc eſſe
communem opi.quæ ſeruanda eſt,in d.conſi. 111. incipien-
te,animaduerſis ſtatutis,&c.in 7.colum.in ver. item reſpon-
deo,&c.& vltra eum ibi,hæc etiam tenet Bal.in c.veritatis.in
4.colum.in fi.de dolo, & contu.Sed primam opi. tanquam
magis communem firmat Iaſ.in l.is,qui. in 3. colum. C. qui
teſta.facere poſſ.& Bartho.Cœpol.in conſi.41.incip.licet in-
uitus.in 3.colum.& in conſi.46 incip. Titius vulnerauit Sem
pronium.in 1.& 2.col.& in conſil.ibi ſeq.& Alexã. in conſil.
4.incip.viſo proceſſu inquiſitionis.in pe.colum.in 6.volum.
vbi dicit,quod cum ex forma ſtatutorum & conſuetudinũ
totius Italiæ poſſit in crimine capitali procedi contra abſen-
tem in contumaciam,poteſt in tali caſu comparere pro ab-
ſente aliquis tanquam inſtructor curiæ,ſeu tanquam defen-
ſor ad oſtendendum innocentiam,per tex.in l.ſeruum quo-
que.in §.publicè.ff.de procurato. ac etiam, quia vbicunque
iudex proceſſurus eſt contra abſentem in contumaciam,dẽt
perquirere veritatem omnibus modis, & cõſequenter tali-
ter venientes audire,vt l.ampliorem.C.de app.in auth.qui ſe-
mel.C.quomodo & quando iud.de quo vide latius per Ale.
in d.conſi.3.Quid ergo dicendum circa hanc cõtrarietatem
Doct.nõ modicam? Mihi videtur ſaluo ſemper ſaniori iudi
cio,quod diſtinguẽdum ſit in hoc dubio,quod aut procura
tor dictæ rei vigore dicti ſtatuti,volentis,quod cõtra abſen-
tem poſſit procedi per d.§.publicè intereſt. vult comparere
pro reo ad omnes actus occurrentes in ipſo iudicio & non
poſſit per rationes adductas per Doct.tenentes, quod tali ca
ſu non poſſit cõparere procurator.Aut vult comparere pro
reo docendo de innocẽtia ſua,vel de legitima ſua abſentia,
vel de priuilegio ſuo.puta ꝙ eſt clericus,qui nõ poteſt à iudi
ce laico inquiri,vel ad oſtendendum incompetentiam iudi
cis,vel in ſimilibus caſibus,& tunc comparere poteſt,ne pro
cedente iudice iudicium poſtea redderetur fruſtratorium ,
argu.eorum , quæ dicuntur à Docto.in d.§.publicè.& in d.l.
reos.C.de accuſ.& ibi per Bal.in vlt.colum.ver.breuiter, veri
tas eſt iſta &c.& in d.c.veniens.de accu.& eorum,quæ dixi ſu
pra,in hoc §.nume.19.ſed ſecus ſi vellet abſolute comparere
ad omnia occurrentia in dicto iudicio, quia nõ poſſet, nec
deberet admitti,& iſtud credo verum & iuri conſonum.Et
per iſta iam eſt annus,quod ego in cõtingẽtia facti obtinui
in contradictorio iudicio vnum.Nam quidam puer ſeptem
annorum caſualiter percuſſit alium puerum eius vicinum ſo
cium & beniuolum,qui ex illa percuſſione intra quindecim
dies mortuus eſt,iudex cõtra dictum puerum formauit in-
quiſitionem de homicidio,&erat prohibitum de iure com
muni & de iure municipali inquiri de tali in delicto caſuali-
ter cõmiſſo à puero ſeptem annorum,comparuit procura-
tor pro dicto puero,& iudex noluit eum admittere,cum de
iure communi & ex forma multorum ſtatutorum,& proui
ſionum procurator non poſſit interuenire in cauſa crimina
li. tãdem ego comparui,& dixi, quod ex pluribus debebat
admitti & maxime quia ex pluribus rationibus & iuribus ta
le homicidium erat impunibile.Et iſta exceptio,ꝙ delictum
28 † de quo inquiritur eſt impunibile,impedit litis ingreſſum,
ſecundum Bar.in l.ſi ſeruus.C.de his,qui ad eccleſiam cõfug
quem refert & ſequitur Iaſ.in rubrica,C.vt nemo priua. cir-
ca princ.& idem tenet Iaſ.in l.nam & poſtea.vbi latius loqui
tur,in prin.in 2.col.ff.de iureiuran.de quo etiam dixi in conſi
lio meo 00.incip.Spiritum ſapientiæ.in fi. Si ergo impuni-
bile,ergo admittebatur procurator,qui admittitur in cauſis
criminalibus,vbi non ingeritur pœna corporalis, tantò for-
tius in caſu illo,in quo obſtabat exceptio impediens litis in-
greſſum.ex quibus fuit admiſſus ille procurator,& fuit abſo-
lutus ille puer, & meritò, ideo teneas menti prædicta, quia
ſunt multum vtilia,& non vana loquor, quia expertus ſum
talia.Et teneas etiam menti circa hanc materiam, quod vbi-
cunq; formata eſt ꝯ aliquẽ inquiſitio calumnioſa,tũc admit
29 titur in tali † iudicio procurator non obſtante quod ſit iudi
cium criminale.ita nota.dixit Cynus in l.reos.C.de accuſ.quẽ
refert & ſequitur Bal.in l.1.C.vt nemo priua. quod dicit eſſe
nota.& menti tenendum. Item teneas etiam menti, quod
quando inquiſitio eſt inepta aliquo reſpectu,tũc admittitur
30 † procurator in tali iudicio.ita dixit ſing Bal.in conſi.106.in-
cip.verba accuſationis. in 1.vol.quod eſt multum not. quia
ſæpe iſta eueniunt in facto.& ego iſta pluries practicaui cum
honore & lucro.Et teneas etiam menti perpetuo,quod quã
do reus accuſatus,vel inquiſitus,contra quem proceditur in
cauſa criminali , eſt carceratus ab alio iudice ex aliqua cau-
ſa,quod tunc poteſt in cauſa accuſationis, vel inquiſitionis
31 contra eum † formatæ reſpondere per procuratorem,ſecũ-
dum Angel.per illum tex.in l.eos.in §. ſuper his.circa fi.C.de
app.vbi dicit,quod tali caſu propter neceſſitatem imminen
tem poterit talis carceratus comparere per procuratorem.
&dicit,ꝙ hoc etiam tenet Odof.in l.minime.eod.tit.de app.
& Cy.in l.reos.C.de accuſ.& Bar.in l.penul.§.ad crimen.ff. de
pub.iud.in antepe.colum.in ver.dic ego ſic,&c.Quam opin.
dico veram indubitanter.primo propter autoritatem tanto
rum patrum.Ex quo ego do tibi nouam cautelam & nouũ
modum comparendi per procuratorem in cauſa criminali,
non obſtantibus aliquibus legibus, ſtatutis, prouiſionibus,
vel alijs in contrarium facientibus , vel diſponentibus. Qui
modus & cautela eſt,vt quando proceditur in cauſa crimi-
nali contra aliquem, puta Titium, quod facias cautè eum
intrare carceres in aliqua alia ciuitate , vel loco pro aliquo
ficto,vel aſſerto debito vel delicto.Et poſtea per literas offi-
cialis illius ciuitatis, vbi eſt carceratus, notificare facias
iudici inquirenti, vel procedenti contra dictum Titium
capturam , & carcerationem ipſius, quo facto erit ne-
ceſſe, quod ipſe iudex taliter procedens admittat procu-
ratorem pro eo in tali cauſa capitali, vel ſuperſedeat in

illa cauſa,donec & quouſque ille Titius fuerit relaxatus à prę
dictis carceribus,& poſſit comparere perſonaliter. & hoc,
vt dixit Angelus,propter neceſſitatem & impoſſibilitatem
imminenrem,quæ hoc debet operari.& ita etiam tenet Bal.
in l.minime.C.de appellat.Et licet Bald.in hoc teneat contra
rium,in dicta l.eos.in dicto §.ſuper his.attamen teneo con-
tra eum,primò quia contraria opinio a pluribus tenetur, vt
refert ibi Angelus.pro qua faciunt optimè dicta per Bald. in
add.Spe.in tit.de accuſa.in prima parte,in penul.col. in prin-
cip.in add. inci. ſed quid ſi familiaris,&c.Secundo,quia eſt fa
uorabilior & magis iuri & æquitati conſona. quod patet,
quia opinio Bal. obligat hominem ad impoſſibile, eo quia
vult quod carceratus in vno loco perſonaliter compareat a-
lio loco,quod eſt penitus impoſſibile,ideo non eſt tenenda
32 cum impoſſibilium nulla † ſit obligatio.l. impoſſibilium. ff.
de reg.iu.l.cum hæres.§.1.ff.de ſtatu liber.l.ſi ſtipuler.§.1. & 2.
ff.de verbo.oblig.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.eo.tit.§.impoſ
ſibilis.Inſti.de hære.inſti can. Abbati.54.diſt.c. ſine exceptio-
ne.12.q.2.c.fi.de pact.c. nemo.de re.iu.in 6.cũ ſimi. Pro quo
33 facit,nam præceptum iudicis impoſſibile, † nullius eſt mo-
menti.l.fi.ff.quæ ſenten.ſine app.reſcin.l. cum dies. §. antepe.
ff.de arb.de quo per Alex.& alios in l.ſi deceſſerit.in princ.ff.
qui ſatiſda.cog.Et ideo dicunt Doct.poſt gl.in c.quæſt.de ap
34 pel. † quod impoſſibilitas excuſat ab excommunicatione.
Item etiam impoſſibilitas vitiat & annullat contractum,l.im
poſſibilis.ff.de verb.oblig.& ibi Docto.l.non ſolum.ff.de act.
& oblig.§.impoſſibilis.Inſtitu.de inuti.ſtipulat.l. certi condi-
ctio.in §.item quærit.ff.ſi cer.pet.Item impoſſibilitas,ſeu im-
potentia excuſat appellantem à proſecutione appellationis,
35 adeo † vt elapſo tempore dato ad proſequendum appel. nõ
dicatur deſerta appel.ſecundum Innoc.& alios in c. ex ratio
ne.de appel.Bal.in l.fi.C.de cond.inſer.Bart.in l.ſi procurato-
rem.in §.ignorantes.ff.mand.Guil.de Cu.in l.eos.C.de appel-
la.Bal.in c.ſi qui teſtamentum.de teſtib.& in l.2.in §.ſi quis in
iudicio.ff ſi quis cau.& in l.nummis.ff.de in lit. iuran. & in c.
1.de eo,qui mit.in poſſeſ.rei ſeruan.cau.Bal.in l.acceptam.C.
de vſur.Ang.poſt Bar.in l.illud.in ſuis add.ad Bar.C. de anno.
& trib.lib.10.Mathe.in no.ſuo vlt.Franciſcus de Cre.in not.
ſuo 121.inc.ſtatuto cauetur Moder.in l.quod te.ff. ſi certum
petatur.Bald.in l.continuus.in §.illud.ff.de verbor.obligatio.
de quo latius dixi in conſilio meo 46. incipiente, in cauſa
mercatorum.in 1.& 2.charta.& facit c.erit autem lex 4. diſt.
in ver.impoſſibile.& non obſtant reſpõſiones Bal.in d.l. eos.
§.ſuper his.quia ſi bene cõſiderentur,non tollunt modo ali
quo impoſſibilitatem exiſtentem in perſona ipſius Titij car
cerati in alio loco,vt comparere non poſſit perſonaliter co
ram iudice inquirente,ideo teneo opi.Bart. & ſequa. quam
ipſe ibi refert.Pro qua parte & opi. faciunt dicta per Bart. in
l.2.in §.qui exhibendi.in 2. colum. ver. circa hoc quæro.ff.de
36 cuſt.reo.vbi dicit,ſi iudex procedebat † contra aliquem, qui
ex iuſta cauſa poterat comparere,quod ſi iudex ipſe ſciebat
talem cauſam &tamen proceſſit,quod proceſſus erit ipſo iu
re nullus.alleg.not.per glo.in l. quæſitum.ff de re iud.& alia,
de quibus ibi per eum.Et faciunt etiam dicta per Bal.in l.ad-
dictos.in vlt.verſi.C.de epiſco.audien.& per Bal.in l.non tan-
tum.ff.de appella.& per Gand.in trac.malefi.ſub rubrica,vtrũ
procurator in maleficijs interueniat.in 2.colum.&ibi in ſeq.
per totum.& per Card.Alexan.in c.ex parte tua. in vl.col.ver.
ſed nunquid ad opponendum.de app.& per dicta per Fel.in
c.veniens.in 4.col.in verſic.quarta concluſio.de accu.Et facit
optimè tex.qui videtur expreſsè probare hanc meam nouã
cautelam in l.2.C.quibus ex cauſis maio.vbi dicitur,quod de
tẽto in carcere ſuccurritur, vt ſibi non currat tempus,quod
ſi cucurrerit,debet reſtitui. Et faciunt etiam optime dicta
per Maria.Soc.in ſua repeti.rubrice de dilationibus. in deci-
ma char.in 4.colum.per totam colum.maximè in verſic. ter
tio caſu,&c.& in eadem charta,in 1.colum.verſic.25.quæro,
quæ omnino videas.& vide etiam Iaſo. in l.2. in 2. colum.
verſicu. 7. not. ff. de in ius vocan. vbi alleg. Barto. & alios in
pluribus locis tenentes, quod carceratus non poteſt ci-
37 tari,& proceſſus factus † contra eum eſt ipſo iure nullus, &
hoc debet eſſe verum,ſi iudex citans carceratum habet noti
tiam & ſcientiam de ſua carceratione.ad quæ faciunt etiam
dicta per Bal.in add.Spec.in tit.de citatione.in pen.colum.in
add.incip.no.quod in criminali.& faciunt dicta per Iaſ.in au
then.res quæ.in 6.col.ante fi.ver.adde tu primò,&c.C. com-
munia de leg.vbi etiam tenet,quod quando quis eſſet carce
ratus propter delictum,vel culpam ſuam, adhuc non poteſt
citari, nec contra eum procedi. de quo ibi latius per eum.
Et facit etiam ad prædicta,quod dixit Pau.de Caſtro in l. ſed
& ſi quis.in princ.& in §.1.ff.ſi quis cauti.Et facit in arg. not.
verbum An.in cap.ſignificante. in 1.col.de pign. in ver.nota
quod à quolibet,&c.vbi dixit, quod ex eo quod quis in car-
38 cere eſt detentus, † dicitur legitime impeditus ad ſoluendũ
in termino quod ſoluere tenebatur,quod dicit no.eſſe, ma-
xime pro debentibus ſoluere penſiones in contractibus em
phyteuticis.quod dictum pro no.refert & ſequitur Iaſ. in l.1.
in 20.colum.verſic.31.C.de iure emphy.& Phil.Dec.in conſi
lio 146.in 1.col.pro quo faciunt dicta per Socin. in conſilio
80.incip.in quæſtione.in vlti.colum.in 3.volum.Et facit in ar
gum.regula illa,videlicet,quod non valenti agere non cur-
rit tempus.de qua habetur in l.pe.C.de annali excep. & facit,
quod dixit Alex.in conſilio 385.incip.viſis & optime diſcuſ-
ſis.in fi.1.col.& Bald.in cap.querelam.de iureiur.& in l.2 in fi.
C.de iure emphy.& facit etiam nota.verbum Bal.in l.2. C.de
iure emphyt.& in c.cum ſicut.in 2.col. de eo,qui mit. in poſ.
39 vbi dixit, quod † bannitus,qui per mortem Poteſtatis non
potuit comparere in termino banniti,non habetur pro con
tumace.Et faciunt nota.verba Fely. in c. perſonas. in vltima
colum.de appella.& Soc.in conſilio 121.incip.viſa contingẽ
tia.in 2.colum.in 1.volum.& faciunt dicta per Bald.in l. acce-
ptam.in 2.colum.verſi.oppono.C.de vſur.vbi dixit legum di
40 ſpoſitiones naturalibus debent conuenire.Tene ergo bene
menti prædictam cautelam meam nouam,cum qua, inuitis
dentibus omnium iudicum, poteris de iure in cauſa crimi-
nali comparere per procuratorem,non obſtantibus quibuſ
cunque ſtatutis, prouiſionibus, ordinamentis ſuperiorum
nolentium, quod modo aliquo in cauſis criminalibus ad-
mittatur procurator,& ex hac cautela poteris conſequi ho-
norem,& beneuolentiam clientulorum tuorum. & in hoc
paſſu dicere carmen illud.

Inuentum medicina meum &c.

Modo vlterius ſcias,quod ſi quis eſt banniendus in pœna pe
cuniaria,& ex forma ſtatuti talis ſic bannitus poteſt impunè
offendi, tamen in tali caſu admittetur procurator. ita dixit
Bal.in l.reos.in penul.quæſtio.C.de accuſa.quem refert & ſe-
quitur Alexander in dicto conſilio 126 incipiente,animad-
uerſis ſtatutis. in ſecunda colum. vbi etiam ad hoc adducit
Bald.in l.data opera.in 27. colum. verſicu. ſuper ſecundo di-
cto.C.qui accuſa.non poſſunt.Et circa hanc materiam com-
parendi in cauſa criminali per procurato. vide etiam vnum
verbũ per Flori.in l.ſi irruptione.in §.officium.in 3.col.in ver
ſicu.per quæſtura,&c.ff.fi.regun.Adde etiam in hac materia,
quod ſi dubitatur,an vulnus ſit lethale, poterit interuenire
41 procurator ſub conditione; † ſi apparuerit vulnus non
eſſe mortale, valeat comparitio procuratoris, ſecus ſi ap-
parebit eſſe mortale.ita nota. dixit Bald. in l. eleganter. §.ſi
dolo.ff.de dolo.quem refert, & ſequitur Alexander in l.pe-
nult.in §.ad crimen.in prima apoſtil.ff de publi. iudic. vbi e-
tiam ad hoc allegat Barto. in l.1.in princip.ff.de damno in-
fecto.ſed Barto.in libro meo nihil dicit de hoc. Item ſcias
quod quando in cauſis criminalibus imponitur pœna ipſo
iure,tunc in talibus cauſis non poteſt interuenire procura-
42 tor. † ita dixit Bald. in l.reos.C.de accuſa. & Petrus de An-
chara.in l.ſeruum quoque. in §.publicè intereſt.ad finẽ. ff. de
procura. & Alexander in dicta lege penult.§. ad crimen. de
publi.iud.

Vlterius pro quodam ſigillo, vt dixerim,huius materiæ,
ſcias & menti habeas, quod ſtante ſtatuto, prout com-
muniter extant ſtatuta per Italiam, quod in cauſis cri-
minalibus non admittatur procurator, debet tamen ad-
mitti inſtructor ad oſtendendum innocentiam inquiſito-
rum abſque eo quod compareant perſonaliter ipſi inquiſi-
ti. Ad quod dicendum moueor ex pluribus. Et primò di-
43 co, quod iudex ex officio ſuo debet quærere probationes
innocentiæ rei, etiam nullo hoc petente.l. ſi defendantur.
ff.de pœ.volunt Docto. in l.prima.§.fina.ff. de quæſtio. per
illum textum, & voluit Alexander in conſilio 746. incipien.
pulchrè reſpondet,&c. in fine, & in conſilio quarto, in pe-
nult.colum. in ſexto volumi.& Angel. in conſilio 308. inc.
factum tale eſt, Chriſtophorus Petri. in vltima columna, &
Rapha.Cu. in conſilio 134. incipiente,viſis denuntia. &c. in
2.volum.poſt med.& Barto.not.in conſilio 100.incip.à Do
mino Cyno de Bono.in vlt.colum.& in conſilio 107. incip.
viſis omnibus ſtatutis.& in l.4. in §. hoc autem iudicium.
ff.de damno infecto,& in alio conſilio incipiẽ. Bernardinus
percuſſit Herculanum.quem refert & ſequitur Pau.de Caſt.
hanc partem firmando in conſilio 33.incipiente ſuper pri-
mo quæſito.in 2.columna,& idem voluit ipſe Paul. de Ca-
ſtro in conſilio 207.incipiente, ſuper primo. in vltima co-
lumna.& Cœpol.& in conſilio 47. incipiente, quidam Do-
minus.in vltima columna. & in conſilio 48.incipien. quam-
quàm. in vlt.colum.& dixit Bar.in dicto conſilio 107.quod
iudex debet quærere innocentiam rei, etiam ſi ipſe reus

ſe

ſe non defendat, per d.l. ſi non defendantur.& dicit, quod
44 hoc non ſolùm debet † facere ante ſententiam,ſed imò etiā
poſt ſententiam.& dicit,quod ſi eum reperiat non culpabi-
lem,debet facere quod poteſt, vt abſoluatur. ita formaliter
dicit Bart.in dicto conſilio 107.Et idem dixit Gemi. in con-
ſilio 26.inc.caſus.in 2.col.& Ioannes de Ana. in conſilio 56.
incip.viſa inquiſitione.de quo etiam dixi ſuprà,in §.nunc vi-
dendum.nu.7.& in §.opportunè.nu.14.cum pluribus ibi ſe-
quen.Sed ſi iudex dēt ex officio ſuo recipere informationes
& probationes innocentiæ rei, etiam nemine inſtante, nec
petente,ergo dēt circa dictā innocentiā audire & admittere
inſtructorem,quia ſi hoc poteſt,& debet facere ſine inſtru-
ctore,vel alio,ergo debet admittere inſtructorem ad hoc fa
ciendum pro minori ſuo labore,etiam ſi expreſſe appareret
dictum inſtructorem non habere legitimam perſonam ad
hoc faciendum,&c.Et ratio poteſt eſſe,quia quando certus
45 actus † poteſt fieri ſine certa ſolennitate,ſi illa ſolennitas in-
terueniat & minus legitime,non tamen vitiatur actus ſecun
dum gl.in l.vinum.in fi.ff.ſi certum petatur quam pro nota.
in ſimili allegat Ludo.Romanus in conſilio 497. incip. dili-
genter perſcrutatis.circa med.& ad idem eſt gl.Inſt. de liber-
ti.in §.multis.in ver.tranſitu.& gloſſa in l.qui teſtamento. in
§.per contrarium.ff.de teſta.pro quibus gl. eſt bonus text.in
l.1.in prin.C.de rei vxo.actio.& in l.cum tabulæ.ff.de bono.
poſſeſ.ſecundum tabu.de quibus gl.& eius materia latè locu
tus ſum in repetitione mea.l.de vnoquoq;. in 11.col.ad fi.ff.
de re iud.vbi videas.Sed vltra prędicta expreſſius loquendo,
& demonſtrando, quod dictus inſtructor ſit admittendus
ad reſpondendum & dicendum & docendum de innocen-
46 tia † talium inquiſitorum,non obſtante ſtatuto prohibente
procuratorem comparere in cauſa criminali,tenuit hoc ex-
preſſè Franciſcus de Aret.in conſilio 147.incip.viſa conſulta
tione,&c.in fi.2.col.& ibi in fi.3.col.dicit,quod licet aliqui te
nuerint contrarium, tamen quod iſta eſt communior opi.
& alleg.plura,de quibus ibi per eum.& idem tenet & firmat
Alexand.in conſilio 4.in pe.col.in 6.volu.& Iaſ.in l.2.in 3.co-
lum.C.qui teſta.facere poſ. vbi ſimiliter affirmat, hanc eſſe
communem opi.Et dicit,quod licet ex forma ſtatuti ciuita
tis Mediolani,& totius illius dominij ſi accuſatus vel inquiſi
tus ſit contumax,habeatur pro confeſſo & conuicto, quod
tamen tali caſu poterit interuenire quilibet etiam penitus
extraneus ad eum excuſandum,& ad oſtendendum ſuam in
nocentiam,non obſtante quod ſtatutum,ſeu decretum Me
diolani dicat,quod reus debet perſonaliter ſe ponere in car-
ceribus.quod dicit eſſe ſummè not. pro adiuuando amico,
qui nō audet perſonaliter comparere.Et idem etiam firmat
Barth.Cœp.in conſ.20.inc.quidam dum eſſet Poteſtas, in 3.
colum.verſicu.quinto caſu principali.vbi dixit, quod iudex
47 etiam debet audire extraneum allegantem † innocentiam
abſentis.& idem dixit Io.de Imo.in c.veniens.de accu. quem
ibi refert & ſequitur Io.de Ana.in 7.col.in ver. nunquid au-
tem,ſi ſtatutum,&c.vbi no.loquitur.Et idem voluit Pe. Phi.
Cor. in conſi.17.incip.licet mortis, in 3.col.in ver. ſed poteſt
dicere defenſor, &c. Et hanc partem expreſſè firmat etiam
Ang.Aret.in tract.maleſi.in verbo,qui iudex videns,quod in
quiſiti non comparent.in ver.quæro,an talis bannitus, ante
fi.& Cœp.in conſi.41.incip.licet inuitus.in 4.col.& in conſi.
51.& in tribus conſilijs ibi ſequen. Et idem expreſſe firmat
Mari.Soc.in quodam ſuo conſi.inc.prædictam dubitationē.
Vbi dicit,quod licet extaret ſtatutum in ciuitate Senarum,
ꝙ in cauſa criminali teſtes nō poſſint produci, niſi per reum
principalem,attamen ipſe Marian.dicit,quod quatuor vici-
bus obtinuit,quod quis poſt inſtructorem,vel excuſatorem
admitteretur ad probandum innocentiam rei abſentis ra-
tione intereſſe ipſius rei,& ratione intereſſe reipublicæ, cu-
ius intereſt potius nocentem abſoluere quàm innocentem
condemnare,per l.abſentem.ff.de poe.Et ſubdit, quod cum
verſetur intereſſe publicum,iudex debet impartire officium
ſuum.l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infec. Cum ergo
tot excellentiſſimi patres,& inſignes in iure viri, teneant in-
trepidè hanc patrem,& aſſerant hanc eſſe communem opi.
illa ergo meritò amplectenda & ſequenda eſt,quam etiam
tenuit Pet.Phi.Cor.in conſ.204.inc.pro deciſione præſentis
&c.in 1.vol.vbi dicit,pro hac parte ſe pluries conſuluiſſe. &
in conſ.194.inc.licet ex hac excitatione. de quo late ego dixi
in conſil.meo 81.quod feci apud Buſetum.inc.Salus omniū
in te confidentium,&c.vltra medium.Et faciunt etiam pro
iſtis optimè dicta per Iaſ. quem omnino vide in l.1. in 7.&
octaua col.ff.de iuriſdict.omnium iudic. & quæ ego dixi in
repetit.mea rub.ff.de fideiuſſo.in 63.col.in fi.& ibi in colum.
ſeq. & quæ latius dixi in repeti. mea.l.1.C. de raptu virgin.
41.char.& in duabus char.ibi ſeq.Tene menti prædicta,quia
dabunt tibi honorem, & gloriam & non modicum lucrū,
& iſta ita amplè & diffuſè vt hic,alibi non reperies,& dum vi
xero,ac etiam poſt mortem meam forte eris mei memor, ſi
prædicta practicabis.Poſtremò teneas menti vnum, licet ali-
quantulū extra materiam præcedentem,quod ponit Barth.
Cœpo.in dicta ſua caute.68.videlicet,quod quando crimen
commiſſum per amicum tuum debet denunciari per ſyndi
cum, vel miniſtralem loci, vbi fuit commiſſum delictum
ſi vis eum adiuuare,facias pro poſſe, quod ille qui debet de-
nunciare illum reum,apponat in ipſa denunciatione nomi
na teſtium,qui nihil ſciant de tali maleficio,nam tunc exami
natis dictis teſtib.qui dicant ſe nihil ſcire de dicto maleficio.
de neceſſitate iudex debebit reum abſoluere, ex quo nihil
contra eum probatum eſt,argumen.l. qui accuſare. C. de e-
den.c.vt noſtrum.extra vt eccle.bene.cum ſimil. Dicit tamē,
quod iſta cautela nihil proficeret reo,quando procederetur
per accuſationem,quia tunc accuſans poneret teſtes veros,
& inſtructos de tali maleficio.Et ſubdit etiam Bar. vbi ſuprà
48 † quod cauendum eſt ne quis vtatur hac cautela in perniciē
animæ ſuæ.Dico ego quod etiam talis officialis denuncians
cum talibus teſtibus,qui nihil ſciunt de illo maleficio,caueat
& bene aduertat,quod non perueniat ad aures, & ad noti-
tiam iudicis, coram quo fuit facta talis denunciatio, quod
eam fecit doloſè & fraudulenter,vt liberaret reum,qui com
miſit tale delictum,quia ipſe iudex ex pluribus iuribus & ra-
tionibus poſſet punire talem officialem non debili pœna,&
dare ſibi malam ſequentiam,& bene meritò.

SVMMARIVM.

1 *Initium potius quàm finis attenditur.nu.6.*
2 *Debitor quando poſſit capi in domo licite & extrahi ab illa licitè.*
3 *Statutum de occidendis impunè animalibus in proprio fundo repertis an includat animal quod aufugit & extra occiſum eſt.*
4 *Captus,qui ducitur per eccleſiam,an poſſit immunitate gaudere. Et quando delinquens veniat ab eccleſia extrahendus,nu.5.*
7 *Homicidia,quando impunibilia.num.8.9.*
10 *Recreatio ex colluctatione permiſſa à iure virtutis gratia.*

§. Vlterius Et ſextò quæri poteſt de alia quæſtione, videlicet, an in delictis attendatur princi-
pium.an vero attendatur finis. Circa quam aliqua dixi ſuprà
in §. quoniam. nume. 91. Sed nunc latius loquendo dico,
1 quod attenditur initium, ſeu principium, † non autem fi-
nis.ita probatur in l.qui cum maior.circa princip. verſiculo,
ſed ſi minor.ff.de bo.liber.& in l.quod ait lex. §. quod ait. ff.
de adulter.& ibi Barto.& volunt Docto.in l.Gracchus.C. de
adulter.& Bald. in l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſcopis
& clericis.in tertia columna.& Alexand.in conſil. 299.incip.
viſo themate,in vltima colum.& Ioann.de Ana. in conſilio
ſuo vndecimo,incipi. omiſſa diſcuſſione. in ſecunda colum
na.Et ideo ſtante ſtatuto, quod percutiens aliquem in pla-
tea cadat in pœnam centum, percutiens autem in palatio
antianorum puniatur pœna manus. modò aliquis per-
cuſſit Titium in platea, qui Titius fugiendo intrauit pa-
latium antianorum,& ibi etiam percuſſus fuit ab illo per-
cutiente, qui eum ſemper inſecutus fuit percutiendo eum,
iſto caſu dictus percutiens debebit puniri ſolum pœna cen-
tum,cum attendi debeat principium,& ſic locus plateæ, vbi
incœptum eſt delictum,non autem locus palatij vbi eſt fini-
tum dictum delictum,& ſimiliter ſtante ſtatuto,quòd percu
tiens aliquem de die ſoluat 10. & percutiens poſt primā ho-
ram noctis ſoluat 20.modò Titius incœpit percutere Seium
ante primam horam noctis, & ita eum percutiendo elapſa
eſt prima hora noctis, hoc caſu qua pœna puniat̄ iſte Titius
percutiens,an pœna 10.an pœna 20.dicas, quòd debet puni-
ri pœna 10.tantum,quia attenditur principium,& non finis
ita probant iura ſuperius adducta, & idem etiam firmat Bal.
in l.neganda.in 8.colum.C.qui accuſare non poſſunt.& in ca
pitu.cum olim.in fi.de dolo & contu.& Bar. in l.libellorum.
in ſecunda colum.verſ.ſed quæro,aliquis.ff.de accuſa. Pet.de
Ancha.in repeti.capituli, poſtulaſti. de foro competenti. in
28.colum.vbi ad hoc allegat vnum textum in l.& ſi amicis.ff.
de adult.Item hanc partem etiam tenuit Ludouic.Roma.in
l.1.in §.occiſorum.in 8.columna. ff. ad Syllania. & Angel. de
Aret.in tracta.maleficiorum. in verbo,in platea communis.
in verſic.quæro quid ſi aliquis.in fin.verbis.Et circa hanc ma
teriam adduci poteſt not. verbum Bald. in l. cunctos popu-
los.in repetitio.poſt medium.C.de ſumma Trinitate,& fide
catholica.vbi dicit,quòd licèt pro debito ciuili quis non poſ-
2 ſit capi in domo,†ſi tamen repertus fuit per officialem extra
domum, & aufugerit in domum, quòd tunc poterit extra-

hi de domo & ibidē capi licitè. Et facit quod voluit Bal. in d.
l.quod ait.in §.fi.ff.de adul.vbi dixit, quod ſi quis ex forma
ſtatuti poteſt offendere ingredientem poſſeſſionem ſuam,
& aliquis eam fuit ingreſſus,& poſtea aufugit, & dominus
eum inſequitur,quod poterit eum offendere extra poſſeſ-
ſionem.Item facit etiam no.verbum Sal.in l.Gracchus.in pe
nult.col.in verſicu.ex prædictis habes, &c.C.de adulterijs.vbi
dixit,quod ſtante ſtatuto,prout eſt hic Bononiæ, quo cautū
3 ſit † quod vnicuique liceat animalia quæ repererit in fundo
ſuo occidere,animal illud aufugerit extra fundum , quod
poterit tunc illud extra fundum impunè occidere.quod di
ctum retuli in ſingul.meo 225.incip.in delictis.item & vltra
præmiſſa vide Ange.in l.nemo carcerem.in pen.col.verſicu.
item iuxta prædicta.C.de exact.trib.vbi dixit,quod alias fuit
de facto quæſtio Senis.Nam quidam Peruſinus,nomine An
dræas,cum mutuaſſet certam quantitatem pecuniæ cuidam,
qui diligens homo & fidelis reputabat, talis debitor aufugit
& ipſum ſic fugientem dictus Andræas perſecutus eſt, & cū
inueniſſet in ciuitate Senarum autoritate propria eum ce-
pit tanquam fugitiuum,& tunc cum clamor ibi inſurgeret
cucurrit familia Poteſtatis & cepit vtrunque,& dicit, quod
dictus Andræas fuit inquiſitus & condemnatus de detentio
ne liberi hominis.ſed dicit Ang.quod male fuit iudicatum ,
quia etiam ibi capi potuit,ſi iudicis copia deerat.alleg.gl.in l.
1.C.vbi quis de curia.vel cohor.qui dicit eſſe valde not.Item
prædictis addi poteſt,quod voluit Oldr.in conſi.ſuo 54.inci.
an fugiens,&c.vbi dixit,quod captus extra eccleſiam,ſi ita ca
4 ptus ducatur poſtea per † eccleſiam,quod non gaudebit pri
uilegio,ſeu immunitate dictæ eccleſiæ,ſed poterit licitè ex-
trahi de dicta eccleſia.& dicit quod hoc voluit Archi.in c.an
tiquitas.17.q.4. Et ratio huius dicti eſſe poteſt illa, quā ſuprà
dixi,videlicet,quia principium,quod fuit licitum, attendi de
bet in ſimilibus.Et faciunt etiam optime dicta per Cy.in au-
th.ſi quis ei.C.de adulter.vbi dixit,quod licet quis de eccleſia
5 extrahi non debeat,tamen ſi delinquit extra eccleſiam,† &
aufugit in eccleſiam,adeo quod officialis cum inſequens ca
pere non potuit,poterit tunc eum extrahere de eccleſia. &
hoc per textum in Auth.de mand.princ.in §.ſed neque. quā
doctrinam Cy. refert & approbat Alex.in conſil.24.inc.ani-
maduerſis.in 10.col.in 2.vol.Et idem firmat expreſſe D.Petr.
Ferrarius in ſua practica Papienſi,in verbo,hæc eſt quædam
inquiſitio.in 7.col.verſi.ex his poteſt.de quo etiam per Do.
Nel.in tracta.banni.in 2.parte ſecundi temporis.quæſt.29.in
cip.ſtatuto cauetur.in quæſt.ibi ſeq.fateor tamen, quod hæc
regula,videlicet,quod attenditur initium,ſeu principium rei
& non finis,non eſt ſemper vera, etiam in delictis, quia ali-
qui caſus reperiuntur,in quibus in delictis attenditur finis,&
non principium , ideo ſi vis plenius videre de hac quæſtione
videas Alb.de Roſ.in 4.parte ſtatu.quæſtio.26.inc.diſputauit
etiam ipſe Old.&c.Io.And.in regula,in obſcuris.de reg.iu.in
ſexto.in mercu.& Ang.in l.nemo carcerem.C.de exac. trib.
lib.11.& per Bal.in l.1.C.de ſeruis fug.& in repetit.l.1.C.de ſer
uis fug. & in repetit. l.1.C. de ſumma Trinitate , & fide ca-
tholica.in 7.char.& per Ang.in tracta.ſuo maleſi.in ver.fama
publica.in verſi.ſextò quæritur,&c.& in dicto trac.ſuo,in ver
bo,in platea communis in verſi.quid ſi aliquis.& Ant.in c.fi.
de foro competenti.& Ioan.And.in additio.Specu.in tit. de
accuſa.in §.fi.in additio.mag.in 10.colum.in verſicu. elegans
Oldradi &c.& vide etiam Spec.in tit.de inquiſi.in §.nunc tra
ctemus.in verſ.ſuper hoc vide decretalem,&c.& Sal.in l.pen.
C.de accu.& Bal.in c.1.§.furtum.de pace iuramento firman.
& Ang.de Aret.in tracta.maleſi.in ver.in ſcalis ſancti Petro-
nij.circa prin.& Cy.in l.preſenti.C.de his,qui ad eccle. confu.
& Domi. Anto.& Abb.in c.fi.de immu.eccle.& in c. inter a-
lia,eodem titulo.& Salyce.in auth.ſi quis.C.de adulter. & Al-
be.de Roſa.in rubr.C.de his,qui ac eccle.confu. & vide quæ
ego dixi in repeti.mea.l.ſi.C.de probatio.in 7.quæſtio. extra-
ord.& in c.1.& 2. circa fi. de homic.& in ſingu.meo 225. in-
cip.in delictis,&c.& vide Iaſ.in l.plerique.ff. de in ius voc. in
ſecunda colum.verſic.nonò procedit. vbi tenet contra do-
ctrinas ſuperius adductas.attamen plures opinio.concurrūt
pro dictis doctrinis,quam opi.Iaſ.& plura etiam iura cōcur-
runt,quæ alleg.Doct.in dictis locis.Et argumentatiuè loquē.
ad prædicta etiam teneas menti duo not. circa hoc,quod in
delictis attenditur principium & non finis,videlicet, quod ſi
aliqui aggrediuntur aliquem animo & intentione eum ba-
6 ſtonandi,& ſic baſtonando eum interfecerunt, † quod in-
terfectores de occiſo non tenentur, ſed aliter mitius puniū
tur , cum vltra propoſitum deliquerint.ita ſingu.per opti-
mas rationes conſuluit Paul.de Caſtro,in conſilio 92. incip.
in cauſa incarceratorum.& ibi reſpondet ad contraria, quæ
dici poſſent.quod dictum refert & ſequitur Aug. de Ari. in
add.ad trac.Ang.de Are.ſuper maleſi.in verbo,& appenſatè.
in fi.vlt.additio.& in eo.trac.in verſi.& dictus Andræas,arma
tus.circa fi.1.add.& ratio huius dicti eſt,quia voluntas & pro
poſitum diſtinguūt maleficia,vt in l.qui iniuriæ.ff. de fur. &
in l.quod reipub.ff.de iniur.& in l.1.C.de ſicar. & in l. ſi non
conuicij.C.de iniur.cum ſi.de quo etiam dixi in ſingu. meo
176.incip.voluntas & propoſitum , &c. & latius dixi in d.l.1.
ſuper 1.not.C.de ſica.Secundò teneas menti etiam vnum a-
liud,videlicet,quod vbicunque à lege,vel ſtatuto conceditur
alicui facultas aliquid operandi,vel faciendi aliquem actum,
tunc ſi faciendo talem actum ſequitur homicidium,tunc tā
le homicidium erit impunibile . exemplum poteſt poni
in familia Poteſtatis,cui conceditur licentia capiendi reos
criminis, vel debitores aliorum , nam ſi tales capiendo reſi-
ſtant armis & à familia occidantur,talia homicidia erunt im
7 punibilia. † Ita probatur in l.ſeruus.& ibi Bar.C.de his,qui ec
cle.confu.& in l.quemadmodum.§.fina.ff.ad leg.Aquil.& fa
cit textus in l.ſi.C. quando lice.ſe.ſi. iud.vind.& voluit etiam
Bald.in l.fina.C.de exhiben.re.& in l.prima.C.vnde vi.& in l.
nec timorem. ff. quod metus cauſa. & Bald. & Angel. in l.
vt vim.ff.de iuſtitia , & iure. Et hanc partem tenuit Pau. de
Caſt.in conſilio 194. incipien. viſo ſupradicto puncto,ſecun
da columna. vbi alleg. etiam hoc voluiſſe Iacob. Butri.in l.
ſecunda.C.de his,qui latr.& hanc partem etiam tenet Albe-
ric.de Roſa.in 4.parte ſtatu.quæſtio.36. incipien.adhuc quæ-
ritur. & idem tenet Catal.in tracta. ſuo.ſyndica. verſicu. 339.
incipiente. adde, quod Biroarius, &c.& in eo.tracta.verſicu.
250.incipien.adde quod ſi familia. Et idem firmat Angel.de
Are. in tracta. maleſic. in ver. fama publica. in verſicu. ve-
rum quia,&c.de quo etiam dixi in l.prima,in 15.limita.ff. de
ſica.de quo etiam habetur per Flori. in l.ſi ſeruus , in vltima
colum.in princ.ff.ad leg.Aquil.& Ludou. Bolo. in conſilio
63.incipien.viſo.in ſecunda colum. & per me in cap.2. extrà
de homic. Et poteſt etiam poni exemplum in illo , qui ha-
bet poteſtatem à lege vel à ſtatuto ſe vindicandi, nam vindi
cando ſe ſi occidat aliquem,non debet puniri de homicidio
pœna mortis,ſed alia forte mitiori pena , ſi exceſſit modum.
Ita habetur per Pau. de Caſt. in conſilio 193.incipien.qui-
dam Nicolaus,&c.aliàs incipien.viſo proceſſu,&c. quod di-
ctum refert & ſequitur Ludo. Bolog. in conſilio 63.in vlti-
ma colum.in princ. de quo dixi in dicto c.2.de homi. Et fa-
ciunt etiam optime dicta per Pau. de Caſtro , in conſ. 194.
incip.viſo ſupraſcripto puncto.vbi dicit quem in nihilo de-
bere puniri,ſtante ſtatuto permittente quem poſſe impunè
offendi,quando offenſus ſe defendere voluerit,& reſpondet
ad plura per eum in dicto conſilio alleg. in contrarium , de
quo latius per eum in dicto conſi. quem refert , & multum
magnifacit illud conſilium Domin.Ludou.Bolog.in præal-
legato conſil.ſuo 63.incipien.viſo igitur ſtatuto. in ſecunda,
& tertia columna.Et iſta ſunt multum not. ad ſtatutum no
ſtrum poſitum ſub rubr.de generalibus,ſeu communibus
pœnis bannitorum. in verſic.ordinamus inſuper,&c.in quo
cautum eſt,quod bannitus in libris centum , vel ab inde ſu-
pra, poſſit liberè & impunè in perſonam à quocunque of-
fendi citrà tamen mortem dicti banniti,&c.quo caſu ſi quis
eum vulneraret,& in vulnerando excederet modum , quia
8 ipſe bannitus ſe defenderet , † & reſiſteret, & eum occide-
ret,non puniretur pro tali homicidio per prædicta. in caſu
quo poſſet de iure aliquo modo puniri, punietur pro ex-
ceſſu , & non pro tota , per doctrinam Bal. in l. 1. in verſicu.
nono.C.vnde vi.quem refert & ſequitur Ioan. de Ana. in c.
2.de homi. de quo etiam ego in dicto capitu. ſecundo,
latius dixi , vbi etiam adduxi Alexand. in conſilio 140. incip.
videtur in caſu propoſito.in pen.& vltima colum. in ſecun
do volum.vbi ſingu.loquitur de excedente modum. de qua
materia etiam late ſatis locutus ſum ſuprà , in §. quoniam,
nume.63.67. 68. 90. & 92. cum ſeq. & infra, in §. aggredior.
nume.75.cum pluribus verſi.ibi ſequen.

Et circa hanc materiam huius quæſtionis, ſcilicet , quod
in delictis attenditur principium , & non finis; attende di-
ligenter , quod adeo eſt verū hoc , quod ſi aliqua lege , ſta-
tuto , vel conſuetudine permittitur,ſeu toleratur aliquis ac-
tus, & ex illo actu ſequatur homicidium , quod tale homi-
cidium non punietur aliqua pœna. Et poteſt poni exem-
9 plum, † in aliqua ciuitate , vel loco eſt conſuetudo , licen-
tia , vel tolerantia ludendi cum pugnis tali die , vt eſt Se-
nis, & Papiæ, ac etiam Mediolani, vel colluctandi cum ſa-
xis, vt eſt conſuetudo, & antiquus mos puerorum hic Bo-
noniæ, tunc ſi in talibus ludis permiſſis ſequatur aliquod
homicidium , vt ſæpe contingit, talia homicidia ſunt im-
punibilia, & aliqua pœna nec corporali nec pecuniaria pu-
nienda ſunt. Ita ſingulariter & mirabiliter dixit Philipp.

Dec.

Dec.in not.conſilio ſuo 9.in 2.colum.in verſi.ſed tamen his
& ſimilibus.& hoc dicit ex pluribus,&primo per tex.in l.qua
actione in §.ſi quis in colluctatione.ff.ad leg.Aquil.vbi dici-
tur,quod ſi quis in colluctatione, dum exercerentur , alius
alium occiderit,non tenetur lege Aquil. quia gloriæ, & vir-
tutis cauſa illud factum eſt.& gl. ibi ponit exemplum, ſimul
luctabantur pugnis. Ita tex. ibi cum gloſ. hunc caſum deci-
dit,quod tali caſu non punientur aliqua pœna, & dicit ratio
nem eſſe,videlicet,quia cum non teneantur ibi lege Aquil.
in qua culpa etiam leuiſſima conſideratur.l.in lege Aquilia.
eodem titu.datur intelligi,quod nulla pœna teneantur . Se-
cundo dicit, pro hoc videtur textus in c lator.de homic.vbi
ſecundum Doct.ille text. intelligitur de ludentibus ad bra-
chia,& dicitur ibi,quod ſi ex tali ludo homicidium ſequatur
alter clericus,qui luſit non prohibetur ad ſacros ordines pro
moueri.ex quo infertur quod ex tali homicidio nulla culpa
ſibi aſcribitur,&nullam penitus pœnam patiatur,c.præsbyte
rum.& cap.ſuſcepimus.de hom.Tertiò hoc efficaci ratione
10 probatur, † nam talis colluctatio cum pugnis, vel brachijs
permittitur à iure,quia fit gratia virtutis.tex. eſt cum gloſ.in
dicto.§.ſi quis in colluctatione.& ad idem eſt text.in l.ſecun-
da.in fi.ff.de aleato.adeo quod etiam clericis permittitur, vt
probatur in dicto cap.lator.illud ergo,quod occaſione talis
ludi poſtea ſequitur, non imputatur,nec aliquo modo de-
bet puniri,quia quod fit lege permittente,pœnam non me
retur.l.Gracchus.C.de adulter.& iſta eſt ratio Iureconſul. in
dicto §.ſi quis in colluctatione.dum inquit,quod non tene
tur lege Aquil.& quia gloriæ, & virtutis cauſa illud factum
eſt.dicit poſtea ipſe Phili. Dec. poſt prædicta in dicto con-
ſilio 9. quod facit,& 4.pro hac parte deciſio not. in termi-
nis Flo.de ſancto Petro,in l.dolo malo. ff.de ſer.cor. vbi in-
quit, quod ſi quis in ludo occiſus eſt, puta in ludo cum pu-
gnis,prout luditur Senis, & ex illa percuſſione mors ſequa-
tur,iudicari debet mors caſualis , & ſic non tenetur aliqua
pœna , & ita habemus deciſionem ad caſum iſtum . quam
doctrinam etiam ſequitur Bartho.Cœpo. in conſilio 31. in-
cipien.ſuper homicidio. in penul. colum. Quintò pro hac
parte facit, quod dixit Petr.de Ancharano,in conſilio 280.
incipien.iure ſtricto,& conſuetudine, &c. vbi latè probat,
& concludit, qđ cùm eſſet bona cõſuetudo inter pueros in-
uicem colluctandi, & iactandi lapides , vnus contra alium,
ex quo toleratur talis conſuetudo, videtur permitti, & con
cedi impunè quicquid ex tali ludo ſequitur, argumen. l. 21
ff.de iuriſdictione omnium iudicum, & l.oratio. ff. de ſpon
ſali. vnde concludit , quod cùm iactus lapidis non poſſit
moderari nec regulari, de omnibus, quæ ſequuntur , ſci-
licet de vulneribus & de morte videtur venia conceſſa , &
ideo in caſu ſuo concludit puerum, qui alium in tali ludo
cum lapide interfecit, non debere puniri, cum enim talia
autoritate publica concedantur,pœnam non merentur. al-
leg.etiam Bald. ad hoc , in dicta l. qua actione. in dicto §. ſi
quis in colluctatione. vbi in princip. dicit, quod quando
prælium autoritate publica eſt permiſſum , non meretur
pœnam.Et ſubdit ibi Petr. de Ancharano , quod licet talis
conſuetudo videatur potius corruptela , tamen excuſat,
per nota. in c. cum venerabilis. de conſuet.& ſequitur Ioan.
de Ana.in cap.1.de torneamentis, &c. Sextò pro hac parte
adducit etiam ipſe Philip.Dec.quod no.Angel.in l.non con
trahit.ff.ad leg.Iul.mai.vbi inquit,quod qui proijcit lapidem
in aliquem locum prohibitum, & percutit tranſeuntem,pu
nitur de culpa,& non de dolo,per illum textum. ſi autem a-
ctus proijciendi non ſit prohibitus,tunc nec de dolo,nec de
culpa tenetur.alle.l.item Mela.in princip.ff.ad leg.Aqui.cum
ergo in caſu, de quo ſupra,ludus eſſet permiſſus, non debet
teneri.Septimò & vltimò dicit, quod facit pro hac parte gl.
not.in cap.eum,qui aſſeuerat, 50. diſtinct. quæ dicit; quod
cum ludus licitus eſt,& conſtat,quod in ludo quis mortuus
eſt,non eſt neceſſe probare,quod caſu occiderit.alleg.cap.ſu
per eo. de ſentent. excommunica. & ita tale homici-
dium à caſu reputatur, & per conſequens eſt impunibile .
Ex quibus omnibus concludit Phili.in dicto conſilio , quod
in caſu,ſuper quo conſului,ille reus inquiſitus erat abſoluen
dus ab omni pœna Et iſta omnia quaſi ad literam refert ip-
ſe Philip.Dec.in dicto conſilio 9.in 2.& 3.columna.Pro qui-
bus faciunt optimè, quę ego dixi in conſilio meo 90. inci-
pien.illumina me quæſo Domine, &c.& in conſilio 100.in-
cipien.ſpiritum ſapientiæ, &c.vbi omnino videas. & vide,
quæ dixi in capitu.ſecundo,de homic.Tene menti prædicta,
quia non poſſent eſſe vtiliora, &c.& vide Ioann.de Ana.in
cap.1.in ſecunda columna,de torneamentis.vbi firmat hanc
partem , quod talis occidens in tali ludo permiſſo, non pu-
niatur aliqua pœna.

SVMMARIVM.

1 *Reus confeſſus,cui datus eſt terminus ad faciendam defenſionem,an poſſit tali termino renunciare.*
Et in quibus fallat nu.2.3.5.6.13.15.16.17.21.
4 *Reus in flagranti crimine deprehenſus,an poſſit de facto puniri.*
7 *Incipi ab executione in notorijs,an poſſit.*
8 *Citandus non venit,qui ius notoriè conſtat non habere.*
9 *Fideiuſſor non facta excuſſione contra principalem conueniri poteſt vbi principalem non eſſe ſoluendo notorium eſt.*
10 *Aduocatus publice delinquenti non eſt dandus.*
11 *Iudex in notorijs poteſt de facto ſupplere.*
12 *Fideiubere pro alio vbi agitur de pena corporali nemo poteſt.*
14 *In cauſis criminalibus non concluditur in cauſa.*
18 *Reus ſponte delictum confeſſus,an poſſit relaxari fideiuſſoribus.*
19 *Appellans qui expreſſe appellationi renũciat,an videatur habere malam cauſam.*
20 *Aduocare pro furibus inſignibus iudex pati non debet.*
22 *Aſſaſſinus a quolibet offendi poteſt.Et contra quem iudex ex officio poteſt procedere.nu.23.24.*
25 *Aſſaſſinus clericus poteſt per iudicem ſecularem puniri: etiam ſi affectu ſit.nu.26.27.*
28 *Teſtis dictum de auditu facit indicium ad torturam contra aſſaſſinũ.*
29 *Teſtis dictum de auditu facit qualemqualem præſumptionem.*
30 *Iudex timore tumultus an poſſit tempore dilationis procedere ad executionem capitalem.*
31 *Reus qui defenſioni renunciauit an poſſit reuocare defenſionem*
32 *Confeſſio facta extra iudicium & reuocata, an faciat indicium ad torturam.*
33 *Reo confeſſo,vel conuicto iudex dare debet terminum defenſionis.*
34 *Contumax non poteſt condemnari ſine noua citatione ad faciendam excuſationem.nu.35.*

§.Examinanda Nunc venit ſeptima quæſtio,
quæ eſt quando datus eſt per
iudicẽ reo cõfeſſo,vel cõuicto terminus ad ſuam defenſionẽ
faciendã,an tũc ipſe reus poſſit tali termino ſuæ defenſionis
renũtiare,& ſi renũciat,an valeat talis renũtiatio ? De hac q̄-
ſtione aliqua dixi incidenter & ſuperficialiter, ſ. in §. poſtq̄.
nu.33.& in §.diligenter.nu.162.Sed magis accuratè & magis
1 ample loquendo dicas,quòd tali termino renũciari nõ põt,
ſecundum gl.ord.in l.pactum inter hæredem.ff.de pac. & gl.
in l.cuſtodias.ff.de pub.iu.& voluit Bal. in in auth. iubemus.
C.de iudi.& Bar.in d.l.pactum.& Bal. in l. quidam ſunt ſerui.
ff.de pœn.& in l.non tantũ.ff.de app.& Bal.in d.l.cuſtodias.&
hanc partem etiam videtur tenere Bal.& in l.nam.& poſtea.
in §.ſi minor.ff.de iureiu.in fi.vbi dicit, ꝙ ſi certũ eſt reũ ha-
bere defenſiones,ꝙ non tenet renunciatio,cum ipſe reus ex
tali renũciatione læderetur . Et hanc partem,ꝙ nõ poſſit re-
nũciari tali defenſioni,tenet Bald.in l.fi.qui accuſa.nõ poſ.in
verſ.& præmitto,ꝙ omnis eorũ defenſio,&c. pro quo facit
ratio;nam nemo eſt dominus membrorũ ſuorũ.l. liber ho-
mo.ff.ad leg.Aquil.& voluit Bal.in add.Spe.in tit.de cõfeſ. in
verſ.Titius cõfitetur,&c.vbi ponit pulchrum dictũ.& alleg.l.
1.§.item illud.ff.ad Sylla.Sed contrariam partem videlicet, ꝙ
valeat talis renũciatio facta per reum,tenet gl.in l. ff.de fur.
balnear.&idẽ tenuit Sal.in d.auth.iubemus.C.de iud.Quid er
go dicendũ? Ego reperio Ludo.Rom.in repeti.rub.ff. de ar-
bi.in 16.co.in ver.ſed an vigore,&c.dicentem verũ eſſe,ꝙ nõ
poteſt renũciare reus defenſionibus ſuis,per glo.in d.l.pactũ
inter hęredẽ.cũ alijs ſ.allegat.ꝙ tamen ipſe dicit limitandum
2 eſſe,† niſi in publico & famoſo latrone,quia in eo valebit re
nũciatio defenſionis.alleg.Bal.in l.prouincialiũ. C. de fer. Se-
cundò ipſe Lud.Roma.vbi ſuprà,limitat dictam gl.l.pactum
inter hæredem.niſi reus repertus fuerit in flagranti crimine
3 † quia tali caſu poteſt renuntiare defenſionibus ſuis,& valet
talis renuntiatio.ad quod alleg.Bal.in l.vt vim.ff.de iuſtitia,&
4 iure.& dicit, ꝙ poteſt † tunc de facto puniri.alleg.l.pen.ff.de
condict.ob cauſam.& gl.in l.ictus fuſtium ff.de infam.& idẽ
dixit Paris de Put.in ſuo trac. ſynd. in 30.char.in vltima col.
vbi ad hoc alleg.Bal.in l.1.C.qui accuſare non poſſunt. & in
l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſcopis, & cleric.Pro qui-
bus faciunt plura not.quæ adduxi de reperto in flagranti cri
mine,in repetit.mea l.vnicæ.C.de raptu virgi.in nu.91. cum
pluribus numeris ibi ſequentibus.Item limitat etiam Ludo
uic.Roma.vbi ſupra d.glo.l.pactum inter hæredem.niſi reus
5 dicat † non habere defenſiones,quia talis tacita renunciatio
valet. & hoc per glo. in dicta l.1. ff. de fur. balnea. & dicit,
quod ita not. Bald. in l. ſeruum quoque. in §. publicè. ff.
de procurator. Tu autem pro iſtis limita. Ludoui. Roma.
adde nota. verbum Bal. in l. à procedente. C. de dilatio.
in fine. vbi dixit colligi poſſe ex illo tex. quod ſi aliquis eſt

confeſſus maleficium,& petit non obſtante confeſſione ter
minum ad ſe defendendum,quem iudex denegat,quia ma-
leficium eſt notorium,quod iudex ſtatim poteſt procedere
ad condemnationem,præmiſſa tamen quadam interlocu-
toria,per quam interloquatur dilationem non eſſe dandam
tanquam petitam per calumniam. Et ſubdit ibi ipſe Bal. vti-
le eſſe in talibus interloqui,alleg.not,per Innoc.in cap ad pe
titionem.de accuſa.Item poteſt etiam adduci pro dictis Lu-
dou.Roma.vbi ſupra,quod voluit Bal.in l.raptores.C. de epi
ſcop.& cler.vbi dixit,quod licet alias in cauſa criminali non
poſſit renunciari appellationi,per l.non tantum.ff.de appel-
6 la.tamen hoc fallit,niſi † crimen ſit notorium,quia tunc va-
lebit renunciatio ipſius appellationis.quod etiam voluit An
gel.in dicta l.pactum inter hæredem.& Abb.in c.2.de re iud.
quod eſt ſingu. not.ad limitationem d.l.non tantum, de ap-
pellat.Pro quo facit not.verbum Ang.in l.libertus,in §.ſerui
tus,in fi.ff.de ſta.hom.vbi dixit,quod in notorijs poteſt inci-
7 pi ab executione.quod etiam voluit Bal.in l.ictus fuſtium.ff.
de his,qui no.infam.& Innoc.in cap.ſtatuimus.de electio. in
ſexto.Et adduci poteſt etiam,quod voluit Inn. & poſt eum
Hoſtien.in c.cum olim.de re iudic.vbi dixit, quod quando
8 notorie conſtat quod quis non habet ius,quod talis non de
bet citari.Et faciunt etiam dicta per Bal.in l.fi.in 1. colum. C.
vt quæ deſunt aduo.par.Et facit dictum Barto. in l. ſi ego.in
fi.ff.ſi certum petatur.& gl.in l.decem.ff.de verbo. obliga. &
quod volunt Mod.in l.exitus controuerſiæ.ff.de acquirenda
9 poſſeſſio.vbi dixerunt,quod vbi † notorium eſt, principalē
non eſſe ſoluendo,poteſt conueniri fideiuſſor non facta ex-
cuſſione contra ipſum principalem.Et dixit no.Bal.in l.iube-
mus.C.de defen.ciui.& in auth.ſed nouo iure. C. de ſer. fug.
10 quod non eſt † dandus aduocatus publice delinquenti. pro
quo videtur tex.in c.bonæ.il 1.in verſicu.porrò.de elect.& fa
cit etiam textus in l.2.in §.qui de frumentaria.ff. de adminiſt.
rerum ad ciuit.pertin.Et faciunt optime dicta per Barba. in
c.euidentia.in 2.colum.de accuſa.Et facit etiam, quod dixit
Ange.de Aret. in tracta.malefic.in verſic.cicatrix.in ver.dicit
11 quod in† notorijs iudex poteſt ſupplere de facto.ad quod al
leg.Bal.in dict l.prima.C.vt quæ deſunt aduo.par.&c.

Et faciunt dicta per Ludo.Roma.in l.ſed ſi quis.in §.quæ-
ſitum.ff.ſi quis cautio.& per Ang. de Are. in tracta. malefic.
in verbo,qui iudex ſtatuit terminum ad eorum defenſionē
faciendam.in vlt. verſi.vbi dicit idem,quod dixit Ludo. Ro-
ma.in dicta rub.de arbit.& faciunt plura not. quæ dixi in ma
teria notorij ſupra,in §. ſecunda quæſtio.nu.42. cum ver. ibi
ſeq.vbi vide.Item vltra Doc. ſuperius allegatos reperio Phi.
examinantem hanc quæſtionem & multum not. more ſuo
ſolito,in cap.cum veniſſent.in 3.col.de teſta.vbi inter cætera
dicit,quod renunciatio facta teſtibus per accuſatum non va
let,ſecundum Bald.in dicto c.cum veniſſent & hoc per glo.
in dicta l.pactum inter hæredem.& ideo Bar.ſecundum eum
in dicta l.cuſtodias.ff.de public.iudic.dicit,quod male viden-
tur facere aſſeſſores, qui faciunt, quod reus renunciet ter-
mino & defenſionibus ſuis,contra l.non tantum.ff.de appe.
& l.addictos.C.de epiſ.aud.Et dicit,quod ratio potiſſima eſt,
quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum.d.l. liber ho-
12 mo. Vnde † nemo poteſt fideiubere pro alio,vbi agitur de
pœna corporali,ſecundum glo.ſing.in cap. cum homo. 23.
q.5.quam ſequitur Bald.in l.neque.C.ne fil. pro patre.& in c.
breui.in 3.colum.de iureiuran. & in l. ſecunda. C. de conſti.
pec.& in c.veritatis.in 4.colum. de dolo & contu. & Petr.de
Anchara.& Ioan.de Imo.in rubr.extrà de fideiuſſ. & Ludo.
Roma.in conſilio 15.& in l.filiusfa. la ſeconda.in 15. colum.
ff.ſol.matr.& Saly.in l.ad commentarienſes. ff. de cuſto. reo.
de quo etiam vltra eum videas Bald.in l.nullus.C. de exhibē.
reis.& Aug.Ari.in additio.ad tract.Ang.ſuper malefic.in ver
bo,fama publica.in 11.char.in 1. add.circa med. Pro quibus
etiam faciunt,quæ ego dixi ſupra,in §.expedita.nume.55.vbi
videas.Et adduci etiam poſſunt no.per Ioan.Andr.in regula
ſemel malus.de re.iu.in ſexto.quem refert Abb.in c.cum ec-
cleſijs.de maio.& obed.& glo.2.q.3.in ſumma.& Ioan. And.
in c.cum C.laicus.de foro competenti.in ſexto. & Salyc.poſt
Bal.in l.fi.C.de nego.geſt.& gl.ſingu.ſecundum Dyn.in c. ip-
ſa pietas.23.q.4.& Ang.in l.quicunque.C.de ſeruis fugi. & gl.
fin.in auth.immo.C.de actio.& obli.

Subdit poſtea Dominus Phil.vbi ſupra,& dicit, quod di-
cta renunciatio defenſionis in nouem caſibus non tenet.pri
mo ſi reus eſt confeſſus maleficium ſponte, quia tunc non
renunciando termino poſtea ſibi dato,præiudicat ſibi,ſecū-
13 dum Bal.in l.ſi accuſatorib.† in 1.col.C. de accuſ.quod etiam
voluit Bald.in rubr.extra de pac.in 2.col.& idem ſi renuncia-
ret defenſionibus,quæ ſunt de apicibus iuris & ſtatutorum,
& non de iure gentium,ſm Bal.in l.1.in 25.col.verſi.ſuper 5.

C.qui accuſare non poſ.& in d. cap. cum veniſſent. & idem
dicit eſſe,ſi tacite renunciaret, puta permittendo labi tem-
pus defenſionis, ſecundum Bald. ibi.& ꝙ poſſit reus omit-
14 tendo defenſiones ſibi † præiudicare,eſt glo.in d.l.1.ff.de fur.
balnear.Et idem dicit,ſi eſt latro famoſus ſibi,vt dixit Ludo-
uic.Roma.in dicta rubr.ff.de arb.Et idem, ſi notorium eſt
nullam defenſionem competere,ſecundum Ang.in d.l. pa-
ctum inter hęredem.Et idem ſi reus ſit captus in flagrāti cri-
mine ſecundum Bal.in d.l.vt vim.in prin.ff.de iuſt.& iure. Et
idem etiam dicit ſi reus renunciaret exceptionibus declina-
torijs fori,ſecundum Bal.in l.pe.C.de pac,& in c.1.in 1.col.de
iudic.Et idem dixit ſi renunciet per concluſionem in cauſa
ſecundum Ange.in dicta l.pactum. quem tamen ibi repro-
bat Fran.Are.ſecundum eum,quia eſt eadem ratio, tum qa
15 † non concluditur in cauſa in cauſis criminalibus,ſecundum
Bal.in l.1.in 3.col.ver.quarto quæro.C.de cond.indeb.niſi ſta
tutum imponat concluſionem,ſecundum Bal.in d.l.ſi accu
ſatoribus,quaſi in fi.Et idem dicit vbi pœna non eſſet corpo
ralis,quia tunc ceſſat ratio dictæ concluſionis,ſecundū Fran.
de Aret.niſi forte ſm eum ageretur de infamia, quia dici-
tur eſſe mutatio ſtatus.per not.in l.de minore. in §. tormen-
ta.ff.de quæſtio.Extra autem dictos nouem caſus ſtat firma
concluſio,quod reus non poteſt renunciare defenſionibus
ſuis.Quod procedit etiam ſi reus in renunciatione iuraret,
16 ſecundum Bal.in l.1.in 15.col.C.de confeſ.& procedit etiam
ſi renunciaret exceptionibus,puta quod procedatur tempo
re feriato,ſecundum Bar.in d.l.cuſtodias.per illum tex.ita for
maliter dicit Phil.in d.c.cum veniſſent.Mihi autem pro hac
concluſione,& limitationibus prędictis vr̄ aliquid addi poſ
ſe.Et primo inquantum D.Phil.dicit,quod valet talis renun-
ciatio quando ipſe reus eſt ſponte confeſſus maleficium.di-
17 co † quod hoc etiam expreſsè voluit Bal.in rub.extra de pac.
in pe.ſeu vlt.col.in ver.per pactum &c.& ꝙ pro hac limita-
tione facit optime ꝙ voluit Bal.in l.nullus.C.de exhib.reis.vl
tra med.vbi dixit,ꝙ licet vbi tractat̄ de pœna pecuniaria im-
ponenda reus ſit fideiuſſorib.relaxandus,hoc tamen fallit ni
18 ſi ipſe reus ſponte ſit confeſſus delictum,quia tunc nō relaxa
bitur fideiuſſorib.quod dictum refert & ſequit̄ Aug. de Ari.
in ſuis add.ad Ange.ſuper malefi.in ver.pro quibus aūt fide-
iuſſit.in 1.add.& idem dixit Ang.de Are.in d.trac.in verbo,fa
ma publica.in 9.char.ver.decimo quæro &c.Itē inquantū D.
Philip.dicit, ꝙ reus tacite pōt renunciare defenſioni ſuæ per
mittendo labi tempus ꝙ non poſſet expreſsè,videas tu Bald.
qui huic dicto vr̄ aliqualiter contrariari,ſi accurate pōderen
tur verba ſua,in c.1.in §.iudices.in vl.col.de pace iuramen.fir.
verſ.porrò ſi appellās &c. vbi dicit,ꝙ ſi appellans expreſsè re-
19 nūtiat appellationi,† vr̄ habere malam cauſam,& ita fateri,
ſecus aūt ſi tacitè permittendo labi tempus,quia tunc per ta
lem tacitam renunciationem non inducitur talis confeſſio
tacita.& vide ēt Bal.in l.vbi adhuc.in 5.col.ver.aduerte. C. de
iu.do.& dicta per Alex.in conſ.398.inc.In nomine ſanctæ,&
indiuiduæ trinitatis.in 5.col.ver.quibus tamen non obſtanti
bus. Item inquantum D.Phi.poſtea dicit,ꝙ prædicta conclu
nō hēt locū in latrone famoſo,quia talis latro famoſus pōt
renunciare defenſionibus ſuis.ad ꝙ alleg.Lud.Rom.in dicta
Rubr.ff.de arb.in 16.col.& Bal.in l.prouinciarum.C.de ferijs.
Tu vltra eum potes aliqua adducere ad hoc, quę aliàs tem-
pore iuuentutis meæ cumulaui in repetit.mea.l fi.C.de pro
ba.in 24.char.cum ſeq.Et primo adduco Ang.de Are.in ſuo
tract.malefi.in verbo,& veſtem cœleſtem abſtulit. in verbo,
20 & bene no.vbi dicit, † pro furibus inſignibus iudex non de
bet pati aliquem aduocare,per l.omnes.C.de defen.ciuit.vbi
eſt bonus tex.ad hoc quod etiam voluit Lud. Rom.in l.ſi ve-
ro.in §.de viro.in 46.fal.ff.ſol.matr.& Barba.in c.quærenti.in
10.col.de offi.deleg.Et facit optime quod voluit Par.de Put.
in ſuo trac.ſyn.in char.31.in 1.col.in ver.& iō dico &c. vbi di-
21 xit,ꝙ † aſſaſſinus,qui per pecuniam homines offendit,pōt re
nunciare defenſionibus ſuis,quia eſt hoſtis publicus diffida-
tus à lege,& à quolibet offendi poteſt,per cap.1.de homi. in
22 6.& contra ipſum de facto proceditur, † vt dicit Barto. in
l.nō ſolū.in §.ſi mandato.ff.de iniu.in quo eſt maior ratio, q̃
in latrone publico.Et faciunt etiam dicta per eundem D.Pa
ridem in dicto ſuo trac.in 51.char.in 2.col,circa fi.vbi dicit,ꝙ
23 iudex cōtra aſſaſſinum † pōt procedere ex mero officio ſuo.
allegat plura.& dicit poſtea,ꝙ propter immanitatem aſſaſſi-
namēti proceditur iuris ordine prætermiſſo, alle.Bar.in l.nō
ſolū.in §.ſi mandato.ff.de iniu.Et dicit,ꝙ plus dicunt cano.in
c.pro humani.de homi.in 6.ꝙ in hoc crimine non exigitur
24 † plena probatio, ſed ſufficit conſtare per probabilia argu-
mēta.arg.l.nō oīs.in §.à barbaris.ff.de re mil.& l.famoſi.ff.ad l.
Iul.maie.c.ſeculares.de foro comp.in 6.& alleg. etiā Cald. in
2 conſilio ſuo 4.in titu.de dila. & dicit etiam quod ſi † aſſaſſi-

nus

nus ſit clericus,quod poterit puniri per iudicem ſecularem,
ſecundum Lapum in d.c.pro humani.quia ipſo iure viden-
tur degradati, & videtur data vnicuique poteſtas ipſos capiē
di.c.1.de ſchiſma.in 6. & per ius videntur ſpoliati omni pri-
uilegio clericali, vt ibi per Doĉto. Et ſubdit etiam,quod ta-
les aſſaſſini tenentur reſtituere pecuniam quam acceperunt
per aſſaſſinamentum,ſecundum Bal.in l.1.§.fina.ff. de eo per
26 quem fac.erit. Et tales aſſaſſini etiam ſi non † deduxerunt aſ
ſaſſinamentum ad effeĉtum,puniuntur tamen pro affeĉtu,
vt per gl.in l.2.ff.quod quiſque iur.& ibi Ludo.Roma.& An
ge.in d.§.ſi mandato.de quo etiam per Ange.in l.1.C. de ſe-
pulch.vio.ita dixit D.Par.vbi ſupra,contrarium tamen tenet
Ang.in l.item apud Labeonem.in §. ſi curauerit. ff. de iniur.
de quo etiam vide Bald.in l. 1. §. hæc autem.ff.quod quiſque
iur.& Petr.Philip.Cor.in conſi.249.inc.licet &c.in 1.volu.Et
de iſto enormi deliĉto alia plura & plura adduxi ſuprà, in §.
diligenter.nume.159.cum pluribus num.ibi ſequen.quæ hic
omitto,ne idem per idem repetam. Et per illud diĉtum D.
Paridis ſupra relatum,videlicet, quod contra aſſaſſinos non
27 requiritur plena † probatio,ſed ſufficit conſtare per probabi
lia argum.vt etiam dixit Ange.in conſilio 14.incip.nos Caro
lus &c.Dixi ego his proximis diebus in quadam allegatione
mea in ardua faĉti contingentia,quod licet teſtis de auditu
28 auditus † non probet,vt habetur in c.teſtes.4.quæſtione 9.&
in l.teſtium.C.de teſt.& habetur in Specu.in titu. de teſte. in
§.1.verſic.item quod deponit de auditu.& in diĉto titu. in §.
nunc traĉtemus.in 5.colum.in ver.de auditu quoque.tamen
talis teſtis faciet indicium ad torturam contra aſſaſſinum, &
hoc quia tale diĉtum teſtis de auditu auditus facit qualem-
29 qualem preſumptionem,ſeu conieĉturam, † vt ſingu.dixit
Archid.in c.hoc videtur 92. quæſtione 5. quem refert & ſe-
quitur Ludo.Roman.in repe.l.ſi vero.in §.de viro.in vlt.col.
ff.ſoluto matrimo.& Alex.conſil 72.incip.in cauſa accuſatio
nis.de crimine falſi.in 1.vol.& Pau.de Caſtro,in conſi.17. in-
cip.In cauſa que vertitur Parmæ.quos refert & ſequitur Iaſ.
in l.admonendi.in 65.col.in princi.ff.de iureiuran. Sed ſi tale
deliĉtum facit qualemqualē præſumptionē,&conieĉturam,
& contra aſſaſſinos ſufficiat probatio per probabilia argu-
menta,ergo ſufficit qualiſqualis præſumptio, quæ in ſe plus
habet quam argumentum,vt colligi poteſt ex diĉtis per Bal.
in l.ea quidem.in 2.colum. C. de accuſa. quæ omnia teneas
menti contra inquiſitos de enormi crimine. Sed tamen vi-
de omnino,quæ dixi ſupra in §.diligenter.nume.169.& 150.
Et de iſtis aſſaſſinis vide etiam aliqua per Bald. in l. non ideo
minus.poſt princip.C.de accuſat.& ſupra, in §. diligenter. in
nume.156.Vlterius circa prædiĉtam materiam renunciatio
nis defenſionis,tene menti tria.Et primo,quod licet reus re
gulariter non poſſit renunciare defenſionibus ſuis, tamen
etiam pendente diĉto termino & diĉta dilatione iudex po-
teſt procedere ad executionem capitalem quando timet,
30 quod fiat tumultus.Ita dixit Ludo. Roma.in ſing.589. incip.
Licet iudex procedere non poſſit &c. & dicit, quod ad tu-
multum populi executio capitalis poteſt accelerari. & alleg.
iura.Sed vltra Ludo.Roma.in d.ſing.vide Bald.in l. cum reis.
C.de pœnis.vbi dicit,quod ſi iudex dedit dilationem conui-
ĉto,ſed ad faciendas defenſiones ſuas,quo ſtante amici eius
procurant,quod fiat adunatio hominum, vt ipſe liberetur,
quod hoc caſu iudex non debet iſta expeĉtare,ſed debet face
re reum conuiĉtum renunciare dilationi,& facere ipſum de
capitare.& hanc doĉtrinam Bal.refert, & ſequi videtur An-
ge.de Are.in traĉta.maleficiorum.in verſic. qui iudex ſtatuit
terminum ad eorum defenſionem &c.in verſi.ſi autem ali-
quis &c.ad quæ etiam vide quæ dixi in l.qui cædem.ff.de ſica
rijs. Secundo teneas menti quod caſu quo reus habuit ter-
minum defenſionis & renunciauit diĉto termino & defen-
ſionibus ſuis,poteſt tamen poſt diĉtam renunciationem re-
31 uocare † talem renunciationem,qua reuocatione faĉta non
poterit iudex procedere ad executionem niſi finito termi-
no prin.dilationis datæ ad facien.ſuam defenſionem.ita no.
dicit Ange.in diĉta l.paĉtum inter hæredem.in vlt.columna.
ff.de pac.vbi dicit, quod cautus debet eſſe aduocatus inquiſi
ti,vel accuſati,qui renunciauit defenſionibus ſuis vt reuoca-
re faciat ab ipſo reo talem renunciationem, qua reuocatio-
ne faĉta,nō poterit ipſe iudex procedere ad aliquā executio-
nem contra ipſum reum,quod eſt diligenter notan. in pra-
ĉtica. Pro quo facit in ſimili,nam licet confeſſio faĉta extra
iudiciū faciat indiciū ad torturam,ſ'm gl.& Doĉt.in l. capite
32 quinto.ff.de adulte.iſtud eſt verum,† niſi talis confeſſio reuo
cetur per ipſum reum qui eam fecit,quia tunc non poterit
torqueri,ſ'm Bal.in l.1.in pe.col.C.de cōfeſ. vbi ſubdit,ꝙ cau
tus dēt eſſe aduocatus rei,vt faciat illam confeſſionem reuo
care,quam pōt reuocare etiam non doĉto de errore, cū ſit
confeſſio nudi faĉti,& idem dicit in confeſſione faĉta corā
iudice incompetēti.quod diĉtum exclamat Iaſ.in l. magiſtra
tus.in 2.col.ff.de iuriſd.omnium iud. & Fel.in c. olim. in 3.
col.in ver.2.&c.de reſcrip.de quo etiam dixi in ſing.310. inc.
credo te ſcire &c.& ſuprà,in §.diligēter.nu.79.Tertiò teneas
etiam menti circa hanc materiam vnum not.verbum, vide-
licet,quod ſemper iudex debet dare terminum defenſionis
reo confeſſo,vel conuiĉto,alias non dato ſibi diĉto termino
33 non † poterit deueniri ad aliquam condemnationem con-
tra diĉtum reum.ita multum not.dixit Ang.in d.l.paĉtum in
ter hæredem.ff.de pac.pro quo alleg.tex.in l.3.§.ſi ad diem.ff.
de re milit. de quo latius per Auge. vbi ſupra, & idem dixit
Bal.in l.raptores.circa med.C.de epiſco.& cler.vbi alleg.diĉtā
l.3.§.ſi ad diem.Sed tu in ſimili adde quod cōtumax non po-
34 teſt condemnari ſine noua citatione ad † faciendum excuſa
tionem ſuam vt doceat de impedimento ſuo quare non cō
paruit.ita dixit Bal.in l.2.in vlt.colum.ver.ſed quæro. ff. ſi quis
in ius voc.non ierit.de quo etiam per Alex.poſt Bar.in l.1. in
prin.in vlt.col.ff.ſi quis ius dicen.non obtem.& Alex.in con-
ſil.212.inc.ponderatis.in 3.col.in 6.vol.de quo etiam per gl.
& Abb.in c.quoniam contra.extrà de prob.& per Fel.ibi, in
8.col.& per gl.in c.honoratus.in verbo,tot ſcriptis.74.diſt. &
gl.in c.de illicita.in verbo,peremptorio.24.q.4.& per me in l.
patre vel marito.6.col.verſic.vlterius ſcias &c.ff.de quæſtio.&
quæ latius etiam dixi in repet.mea l. de vnoquoque. in 39.
col.ff.de re iud.Tene menti prædiĉta,quia vere ſunt praĉtica
bilia,vtilia,& multum lucroſa.

SVMMARIVM.

1 *Pœna in deliĉtis,quæ attendi debeat,an legalis an ſtatutaria.nu.5.*
2 *Lex noua tollit antiquam.*
Et idem in ſtatutis.nu.4.
Et quid ſi expreſſum non ſit.nu.13.
3 *Vltima derogant prioribus.*
6 *Iudex fatuus eſt, qui omiſſa pœna ſtatutaria imponit pœnam iuris communis.*
7 *Statutum quod attendi debeat vbi ſunt duo ſtatuta contraria.*
8 *Diſpoſitio reſpiciens perſonas eſt ſpecialior quam diſpoſitio reſpiciens res vel cauſas.Et illa ſpecialior in qua maior eſt ſpecialitas. n.9.*
10 *Statutum tollens aliud, de primo mentionem facere debet.*
11 *Confeſſioni primæ non intelligitur per ſequentem fuiſſe derogatum ſine ſpeciali mentione.*
12 *Clauſula,non obſtante,an ſit ſufficiens in ſecundo ſtatuto ad tollendum primum*
14 *Clauſula generalis reuocatoria omnium in contrarium confeſſorum, an tollat beneficium miſerationis cauſa,ſi non ſingulariter exprimatur.nu.15.*
16 *Derogatio generalis an ſufficiat ſine ſpecie expreſſa.*
17 *Clauſulæ,de plenitudine poteſtatis,effeĉtus.nu.20.*
18 *Opponi nihil poteſt ei quod princeps facit de plenitudine poteſtatis.*
19 *Reclamās cōtra faĉtū principis de plenitudine poteſtatis,repellēdus.*

§.Quæritur Modo & oĉtauo de alia quæſtione,
quæ eſt, quæ pœna in deliĉtis debeat
attendi,an pœna legalis,an ſtatutaria,vt puta ſtatutum dicit,
quod homicida,vel fur,vel alius malefaĉtor puniatˉ tali pœ-
na: ius autem commune punit tales delinquentes alia pœna,
vel maiori aut minori,tunc quæ pœna ſit attendenda,an le-
1 galis,an verò ſtatutaria.in quo † dicas, quod videtur dicen-
dum,quod attendi debeat pœna impoſita à ſtatuto, tanquā
illa habeat tollere pœnam iuris communis,quoniam lex no
2 ua tollit antiquam,† vt habetur in l.1.C.de accuſa.& in l.agra
ria.ff.de ter.amo.& facit l.ſanĉtio legū.ff.de pœnis. Vltima.n.
3 derogant † prioribus,vt habetur in l.ſi mihi & tibi. §. in lega-
tis.ff.de lega.1.& in l.ſi quis in prin. teſtamenti.& in l.ſi inter.
ff.de lega.3.& in l.ſi quis priore.ff.ad Trebel.& in c.cum Mar
thæ.de celebra. miſ.& in c. vltima voluntas. 13.q.2.& voluit
4 Ange.in l.in ciuile.ff.de leg.vbi dixit,† quod vltimum ſtatutū
derogat primo.quod etiam dixit Cyn.& alij poſt eum in l.2.
C.de teſta.& Alexan.in conſi.140.incipien.viſo.in 4.col.in 2.
vol.& in conſi.445.incip.viſo & conſiderato.in 3. col. & idē
in ſtatutis firmat Bart.in l.ſi certarum.in §.fi.ff.de teſt.mili.&
Barto.poſt gloſ.in l.cum proponas C.de cod & in l.1.in §.ne
autem.ff.de bo.poſ.ſ'm tab.& Bar.in l.1.C.de edic. diui Adri.
& D. Alex.in conſi. 456.inc.viſo in prin.& Bald.in l. diximus,
in §.ſi duas.ff.de excuſ.tu.& Cyn.in l.1.in fi.de leg.& Ang.in l.
ſi miles.ff.ad leg.Falc.& in auth.de hæred.& fal.in §.inordina-
tum.& Bal.in l.omnes populi.in 22.col.ff.de iuſtitia, & iu. &
in c.de cauſis.de offi.deleg.& in c.cum olim.de conſu.& Bar
to.& in 1.conſti.C.& Ang.in l.omnium.C.de teſt. & Specu.
in titu.de inſtru. edi. in §. inſtrumentum. in verſicu. ſed po-

pius contingit ꝙ inquiſiti, accuſati ſeu denunciati non com-
parent, & ideo banniuntur ſecundum formam iuris & ſtatu
torum, ideo ſtatui plura circa ipſam materiam bannitorum
adducere. Ideo quęro, ſtatuto cauetur in ciuitate, ꝙ ſi captus
fuerit aliquis bannitus à ciuitate vel comitatu bannientis, &
præſentatus fuerit Poteſtati, ꝙ ipſe Poteſtas faciat executio-
nem banni intra tres dies nulla defenſione, vel exceptione
audita, vel admiſſa, & tale ſtatutum eſt hic Bonon. in hac no-
ſtra ciuitate. Modo ſtante tali ſtatuto, ſi captus ſit aliqs banni
tus & præſentatus Poteſtati, an indiſtinctè ſit fiẽda executio,
vel ſit dare modum vel viam per quam impediatur executio
non obſtante dicto ſtatuto? In quo videtur prima facie di-
cendum ꝙ non, propter reſiſtẽtiam & aperta verba dicti ſta-
tuti, etiam ſi ipſe bannitus haberet legitimam exceptionem
vel defenſionem, cũ ſublata ſit omnis exceptio & defenſio
ipſius banniti ex illis verbis, nulla defenſione vel exceptione
audita, vel admiſſa &c. Attamen cõtrarium puto verius eſſe,
videlicet, ꝙ non obſtante dicto ſtatuto & eius verbis poterit
impediri dicta executio banni ex pluribus iuribus & rationi-
bus. Et primò dico ꝙ ipſe bannitus eſt admittendus ad pro-
bandas & faciendas ſuas exceptiones & legitimas defenſio-
nes non obſtãte dicto ſtatuto, eo quia ſtatutum tollens om-
1 nes defenſiones ſeu excep. intelligitur ſolummodo † tollere
friuolas & inanes, non autem legitimas & iuridicas. ita dixit
Bar. in l. omnes populi. in pen. col. verſ. vltimo quæritur. ff. de
iuſti. & iure. vbi pro hac adducit plura iura, & idem ipſe dixit
in l. 1. §. 1. ff. quod vi aut clam. poſt prin. verſ. iuxta glo. in l. 1. §.
interdum. ante fi. ff. à qui. appella. non licet. & Alber. de Roſa.
in prima parte ſtatu. quæſt. incip. item quæro ſi ſtatuto caue-
tur ꝙ nullæ. & Pau. de Caſt. in conſ. 183. incip. in cauſa quę ver
titur. in 3. col. & Barb. in c. ex parte tua. in prin. vbi eſt optima
litera ad hoc, & ibi gl. de offic. deleg. & in c. edoceri. poſt prin.
de reſcri. & in conſ. 44. incip. viſo puncto. in ſecunda colum.
in 3. volum. & Iaſ. in l. 1. in 2. col. C. de ſacroſan. eccl. vbi dicit,
2 quòd fideiuſſor † promittens ſoluere liberè ſine aliqua exce-
ptione, nõ tamen per hoc intelligitur renunciaſſe beneficio
de fideiuſſoribus, quin prius excuti debeat principalis debi-
tor, cum iſtud veniat ex natura actus. l. quæro. §. inter locato-
rem. ff. loca. & illa verba (ſine aliqua exceptione) intelligun-
tur ſolum de friuola. c. ex parte. el ſecondo, de offi. dele. ita di-
xit Ludo. Rom. quem ipſe alleg. in conſ. 211. incip. allegatio-
nes Doctoris &c. in 2. col. & idem dixit Corſein no. ſuo, in
verbo, executio. in 1. no. & Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus. in §. poſſum.
circa fi. ff. de verbo. oblig. de quo etiã dixi in repetitione mea
rub. ff. de fideiuſſ. in 36. quęſt. & in ſingu. meo 332. incip. credo
te ſcire. Pro quibus facit glo. no. in c. pro illorum. de præben.
& facit etiã. Nam ſublata vel remota appellatione per Princi
3 pem, † intelligitur de friuola, non autem de iuridica & vali-
da, ſecundũ Bar. in locis proximè alleg. & voluit etiam Ludo.
Roma. in repet. rubr. de arbi. in 25. col. verſ. ſcias tamen. Et fa-
ciunt etiam alia adducta ad hoc per Barb. in d. conſ. 44. in ſe-
cunda colum. ideo in hoc caſu ſi ipſe bãnitus faciat exceptio
nes, vel defenſiones validas & iuridicas, debebunt recipi &
admitti per Poteſtatem ſeu iudicem cauſæ.

Secundo dico, ꝙ ſi dictus bannitus vellet opponere exce-
ptioni vel defenſioni, quæ oculis ſubijcerentur, vt quia ex in-
4 ſpectione alicuius ſtatuti clarè & manifeſtè apparent, † illę eſ-
ſent accipiendæ & admittendæ, ad quod dicẽdum moueor.
Nam defenſio ſeu exceptio quæ oculis ſubijcitur & apparet
ex inſpectione oculorum, nunquam intelligitur reiecta nec
ſublata per ſtatutum tollens omnes defenſiones & exceptio
nes. ita dixit Bal. in l. ſi ex prædijs. C. de euic. vbi dixit, ꝙ ſtante
ſtatuto ꝙ contra inſtrumentũ nulla poſſit opponi exceptio,
tamen poterit opponi exceptio euidẽs ex inſpectione ipſius
inſtrumenti; quod dictum refert Barba. in c. cum in iure. in
pen. char. in vlt. col. de offic. deleg. & Ludo. Roma. in conſ. 42.
incip. viſis quæ egregiè. & Barba. in c. 1. de offic. ordi. Et dixit
Io. de Imo. in l. fi. ff. à quibus app. non licet. circa 12. col. verſic.
tertio limitat &c. ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ ꝯ inſtrumentum non
poſſet opponi aliqua excep. niſi except. ſolutionis, quòd non
obſtante tali ſtatuto poterit opponi alia excep. quæ notoriè
apparet ex inſpectione dicti inſtrumenti, vt puta quòd pro-
miſſio eſt ſine cauſa, ex quo iudex tunc ſecundum eum pote
rit repellere agentem, per no. in l. vbi pactum. C. de tranſa. de
quo latius per eum vbi ſuprà. Et faciunt alia plura quæ addu-
xi ſ. in §. ſecunda quæſtio. nume. 23. cum pluribus nume. ibi
ſeq. & plura, & plura alia, quæ adduxi in l. 1. §. ſi ſerui quaſi. in
prima & ſecunda col. ff. de quæſt. Et ex iſtis apparet, ꝙ dictum
ſtatutum non obſtat d. bannito, quin poſſit adducere defen.
& excep. ſuas quæ ex inſpectione ſtatu. banni, vel actorum ap
parent. Pro qua concluſione facit etiam quod voluit Bal. in
5 rub. C. de proba. vbi dicit, quòd nunquam † lex vel ſtatutum
tollit probationem quę fit per rei euidentiam. de qua doctri
na etiam latius loquutus ſum in dictis locis.

Tertiò dico, ꝙ ſi ex diſpoſitione alicuius ſtatuti compete-
ret bannito prædicto aliqua excep. vel defenſio, deberet ipſe
bannitus admitti ad illam faciendã non obſtan. ſtatu. de quo
6 ſup. Nã ſtatutum tollens omnes excep. & defenſiones, † nun-
quam tollit except. vel defenſiones prouenientes ex alio ſta-
tuto. ita dixit Bar. in l. 1. §. & parui. circa me. in ver. vtrũ poſſint
opp. ff. quod vi aut clam. & in l. prætor. §. eritq; differentia. cir-
ca fi. ff. vi bo. rap. & voluit Anto. in c. item cum quis. de reſti.
ſpo. & Ioan. de Imo. in c. ex parte. el ſecondo, de offi. deleg. &
in l. fi. ff. à quibus appel. non licet. & Alex. in conſ. 165. incip. vi-
ſo &c. in fi. verbis. in 5. vol. & in conſ. 301. incip. viſis. in penult.
col. & Pet. de Anchar. in conſ. 222. incip. diſtinguendum. in fi.
verbis. & in conſ. 323. incip. viſo. in vlt. col. & Fran. de Are. in
conſ. 106. incip. in præſenti dubio. in 3. dub. & Nel. in tracta.
banni. in 2. parte 1. tempo. in 2. q. in fi. vbi allegat Bar. in dictis
locis. Et dixit ſing. Bal. in c. à nobis. in fi. verbis. extra de excep.
7 † quòd ſemper in ſtatutis intelligitur eſſe clauſula illa videli-
cet, ſaluo alio ſtatuto cõpatibili. Et ideo dixit in terminis no-
ſtris ſing. verbum Barb. in c. 1. in pen. char. de reſcri. ꝙ ſi ſtatu-
to cauetur, ꝙ iudex teneatur ſeruare certam formam in ban
niendo vel in ferendo bannum ꝯ delinquentes, alio ſtatuto
cauetur, ꝙ ſi Poteſtas cepit bãnitum intra terminum trium
dierum debeat facere illum decapitari nulla excep. vel defen
ſione audita, vel admiſſa. Modo Poteſtas banniuit quẽdam
in pęnam capitis, & in banno ferendo nõ ſeruauit formam
ſtatuti, quibus ſtantibus poſt certum tempus captus eſt ille
bannitus per Poteſtatem, qui elapſis tribus diebus vult face-
re illum decapitare, an poſſit. Et dicit ꝙ nõ. & ita dicit ſe obti
nuiſſe de facto in hac ciui. Bono. in quodam bannito capto
cui non fuerat ſeruata forma ſtatuti in eo banniendo, & Po
teſtas volebat facere eum decapitari, dicit ꝙ conſuluit quòd
hoc facere non poterat. & dicit ꝙ facto eius conſilio ſuper
illo caſu, ꝙ regimina Bononiæ videlicet conſilium ſeu colle
gium 120. poſuerunt partitum, in quo obtentum fuit quòd
inhiberetur Poteſtati vt non procederet vlterius ꝯ dictum
bannitum & ita ei inhibitum fuit. & alle. ipſe Barb. ad prædi-
cta Io. And. in addi. Spec. in tit. de execu. ſen. in §. poſtremo. in
addi. incip. ꝯ̃rium vide &c. vbi refert antiquos dicentes. Statu
tum in loco dat formam ſentẽtiandi: aliud ſtatutum dicit, ꝙ
ſententiæ intra certum tempus mandentur executioni non
obſtãte aliquo alio ſtatuto, an hoc caſu ſententia in qua con
ſtat non fuiſſe ſeruatã formã primi ſtatuti, mãdabitur execu-
tioni? & dicit ꝙ non, quia illa clauſula poſita in vlt. ſtatu. non
impedit vnum ſtatutum limitari & ſuppleri per aliud. Item
alle. etiam ipſe Barba. vbi ſ. Io. And. in addi. Spec. in tit. de ſen.
in §. vt autẽ. in addi. inci. ad hęc. & ea quæ &c. vbi ſimiliter re-
fert antiquos dicere, ſtatuto cauetur ꝙ minor nõ poſſit obli
gari ex præcepto ſine certa ſolẽnitate. & alio ſtatuto cauetur
ꝙ contra præceptũ nil poſſit opponi quin mandetur execu-
tioni. Modo minor obligauit ſe ſine ſolennitate ſtatuti, op-
ponitur ꝙ non valeat obligatio, replicatur quòd nihil poteſt
opponi

opponi in executione. dicit ibi Ioannes And. quòd poterit
8 opponi de ſolẽnitate nõ ſeruata alterius ſtatuti, quia † vnum ſtat.limitatur per aliud.Item etiam ipſe Barba.alleg.Bal.in l.1. in pe.col.C.ne lice.in vna eademq; cauſa ter.prouo.vbi dixit, ſtatuto cauetur,ꝙ ſententia feratur de conſilio antianorum. alio ſtatuto cauetur,quòd ſententia ſtatim execu.mandetur. dicit ibi Bal. ꝙ niſi appareat, ꝙ ſententia lata fuerit de conſilio antianorum,non mandabitur executioni,quia vnũ ſtatu. limitatur per aliud.Item alleg.etiam ipſe Bar.ad prædicta plures & plures alias doctrinas no.quas breuitatis cauſa omitto. Et prædicta omnia quaſi ad literã ponit & refert ipſe Barba. in c.cauſam quæ.in octaua char. de reſcrip. & idem firmauit ipſe Barba.in conſ.ſuo incip.ſcripſit &c. quod eſt inter conſilia Alex.in ord.470. in 6.col. Sed vltra Barba. dico ego quòd idem in præmiſſis tenuit poſt multa argumenta pro & contra Alber.de Roſa.in 4.parte ſtat.in quæſt.73.incip.ſed quid ſi ſtatuto cauetur. & Gandi. in trac. maleſi. ſub rubr.de multis quæſt.dependentibus à ſtatutis.in 6.col.verſ.item pone contineri &c. & Pet.de Ancha.in repe. c.canonum ſtatuta.in 79. col.verſ.hic etiam quæro &c. de conſti. Et idem expreſsè tenet Pau. de Caſt. in l.1. in 1.col.ff.de conſti.pec.vbi dixit aliás de facto reſpondiſſe Florentiæ, quòd ſtante ſtatuto ibidem quòd contra inſtrumẽtum guaren.nulla excep. poſſit opponi, ꝙ tamen poterit opponi quòd ille qui ſe obligauit in dicto inſtrumento,non erat habilis ad ſe obligandum, vt quia erat minor,& non poterat ſe obligare,ſine auctoritate curato.ex forma iuris,& ſe obligauit ſine prædicta aucto.tuto.vel cura.& ſic forma non fuit ſeruata.ad quod alle.Ioan.And.in d.loco ſcilicet,in addi.Spec.in titu. de ſent.in §. vt autem.Pro quibus faciunt etiam optimè dicta per eundem Pau.de Caſt. in conſ.15.incip. pro clariori &c. in prima col. & facit quod voluit Bal.in addi.Spec.in tit.de execu.ſent.in pen.col.in verſ. bãnum &c. vbi dixit,quòd cauti debent eſſe aſſeſſores quando ſtatutum dat formam qualiter procedatur ad bãniendũ aliquem,quòd illam obſeruent, aliàs bannũ & quicquid ſundatur ſuper eo eſt nullum ipſo iure. Item ſubdit etiam ipſe Bald.in princ. illius verſ. quòd bannum generale vel ſpeciale
9 † inordinatè vel ſine cauſa factum vel datum alicui, non habet vim legis vel ſententiæ.alleg.hoc voluiſſe Dy.in l.4.§.condemnatum.ff.de re iudi.ſiue ſit lata vel latum interlocutoriè ſiue diffinitiuè.& idem videtur dicere ipſe Bal.in addi.Specu. in titu.de accu.in 5.colum.verſ. & nota quòd accuſatio. & in ver.& nota ꝙ vbi libellus &c. Item vltra prædicta faciũt optimè dicta per Soc.in conſ.98.incip.in præſenti conſultatione. in 3.colum.poſt med.& in conſ.95.incip. capiendo primum.
10 in vlt.colum.vbi inter alia dicit,† quòd quoties ſtatutum procedit per viam regulæ, intelligitur repetitum in alijs ſtatutis. alle.Bar.in l.prætor.in §.eritq; differẽtia.ff.vi bo. rap. vbi poſt Oldr.dicit,ꝙ ſi ſtatutum dicit ꝙ iudex teneatur dare quamlibet ſententiam cum conſilio ſapientis, & alio ſtatuto cauetur ꝙ in quibuſdam cauſis iudex debeat procedere ſummariè,certè in hoc vltimo ſtatuto cenſetur repetitum quòd debeat ſententiam dare cum conſilio ſapientis.& dicit Soc.vbi ſupra in d.conſ.95. quòd illam deciſionem approbat Bald.in l.quemadmodum.§.fi.ff.ad leg.Aquil.& Anto.& Io. de Imo. in clem.1.de ſup.negl.præla. Et ad prædicta faciunt etiã dicta per Nel. in ſuo tracta. banni. in 2.parte ſecundi temporis. in 2.quæſt.poſt princ.& in ſecunda parte ſecundi temporis,quęſtio.35. incip. pone ſtatuto &c. & in eodem tract. in 3.parte primi tempo. in 9.quæſt. incip. nouo ſtatuto aliquo &c. in quibus locis ipſe Nel.multum no.loquitur in propoſito noſtro,de quo etiam dixi in ſingu.meo 293. incip.ſtatutum tollens &c. Ex quibus omnibus iuribus & doctrinis clarè cõſtat dictum ſtatutum non obſtare ipſi bannito capto & carcerato,vt non poſſit facere & allegare excep. & defenſiones ſuas prouenientes ex alijs ſtatutis. Quartò quòd non ſit fienda executio in caſu iſto contra dictum bannitum, ſed ꝙ immo ſuæ excep.& defenſiones legitimæ ſint acceptandæ à ius dicẽte obſtante d.ſtatuto. Moueor, nam ſtatutum tollẽs
11 ſeu excludens omnes excep. † non tollit nec excludit excep. innocentię ita ſing.dixit Bald. in l.edita. in repe. Paduana.in pen. colum. C. de eden. quod dictum refert & ſequitur pro valde eleganti Ioan.de Ana.in conſ.59. incip. viſa inquiſitione &c. in 1.col.& Alex.in conſ.113.incipien. viſo themate.in 2.colum.in 5.vol. vbi dicit, quòd hoc etiam voluit Bal. in l.1. §.Offidius.in pen.colum. ff.ne quis eum qui in ius voc. eſt vi exi.& Ang.in conſilio 174.incipiente,in facto proponitur ꝙ Balthaſar.& idem Alex.in ſuis apoſtil.ad Bar.in l.1.§.parui.circa fi.ff.quod vi aut clam.& idem voluit Iaſ.in l.is qui. in 3.col. C. qui teſt.fa.poſſ.pro quibus faciunt ſing.verba Iaſ. quę omnino vide in l.hi qui.in 3.& 4.col. C. qui teſt. fa.poſ. Et ſubdit Io.de Ana.in d.conſ.59. quòd immo iudex ex officio etiam
12 inquiſito non petente, poteſt † & debet recipere probationes & teſtes ad probandum innocentiam rei. alle.Bart.in l.1. §.fi.ff.de quæſt.pro quo facit ſecundum eum tex.& quod ibi habetur in c.omnibus.ad fi.2.queſt.5.& quod no.in c.cum in iuuentute.de pur.can.& in c.cum P.de accu.& per Bar. in l.ſi non defendantur.ff.de pœ.de quo latius dixi in ſing.meo 59. incip.innocentibus.& in l.1.§.fi. in 16. colum.verſicu. & vltra prædicta. ff. de quæſt. Quinimò ſtatutum nudum non tollit excep.innocẽtiæ ante ſententiam,ſed nec etiam poſt ſententiam tollit ipſam innocentiã.& ideo ſi poſt confeſſionem &
13 condemnationem liquet iudici de † innocentia rei,non debet contra eum facere ſeu committere execu. corporalem. ita dixit Innoc.quem ibi ſequuntur Doct. in c.ſignificantib. in fi.de pur.vul.quod etiam voluit Bald. ſeq. Innoc. in l.vnica in vlt.col.C.de confeſ.& Felyn.in c.conſanguinei. in 1.col. de re iud.& Salyc.in l.fi.in 3.colum.verſicu. ex quo colligit.C.de quæſt.in fi.de quo dixi in ſingu meo 72.incip.per totam ferè Italiam.in l.1.§ fin. in 15.colum.ff.de quæſtio. pro quibus faciunt quæ dixit Specu.& ibi Ioannes And.in addi.in tit.de accuſa.in quarta parte.in §.ſequitur videre.in 9.col. verſicu. ſed pone,A. Et facit etiam in argum. in materia iſta, quòd licèt
14 ex forma ſtatuti contumax debeat haberi pro confeſſo, † ſi liquet iudici talem contumacem abſentem eſſe innocẽtem & non culpabilem,licèt ſit contumax, non poteſt nec debet eum condemnare.ita dixit Bart.in conſ.101.incip. a D.Cyno de Bononia. in vlt. col. per l.ſi non defendantur. ff.de pœ.ita etiam colligitur ex verbis Bart.in rubr. C.de ma.vin.& voluit Bartho.Cęp.in conſ.49.incip.quàmquàm,in vlt.col. & in caute.ſua 354.incip.ſimilem cautelam.in fi. de quo etiam dixi ſ. in §.opportunè.nu.8.& §. ſecunda quæſt.nu.29.ad quæ vide etiam Phil.Decium in l.& ſi nihil. ff.de reg. iu. Pro quibus faciunt dicta per glo.Bar.& Doc. in l.vbi pactum. C.de tranſac. & per Bar.& Doct.in l.ſeruum quoq;.in §.publicè. ff.de pcu. & in l.pen.in §.ad crimen.ff.de pub.iudi. & per Bartho. Cœp. in conſ.29.incip.viſo.in antepen.col.& per Gand.in tract.maleſi.ſub rub.de quæſtio. & tortu. circa 5.col. Sed quid erit de quæſtione.& Guido de Suza.in trac.ſuo de tort. in 10.col.in verſ.ſed quid de quæſtione &c.ad quæ faciũt etiam dicta per Franc.de Aret. in conſ.147.incip.viſa conſultatione.in 3.& 4. colum.& faciunt quæ in hac materia latius dixi in l.1. §.fin.in 15.col.verſ.nota etiam.ff.de quæſt. & in ſingu.meo 59.incip. innocentibus.& ſupra in §.opportunè.in pluribus ver.Et inci
15 denter ſcias & teneas menti quòd innocentia probatur † ex præſumptionibus vel per præſumptiones.glo.in l.1.C.de ſicarijs. & voluit Bart. in l.fi.§.de illo. ff.de bonis eorum qui ante ſenten.ſibi mortem conſciu.& Cœpo. in conſ.1. in 3.col. de quo etiam per Alex.in l.ſi non defendantur.ff.de pœn.Quintò quòd non ſit fienda executio dicti banni, ſed ꝙ ipſe bannitus poſſit facere eius exceptiones & defenſiones, non obſt. præfato ſtatuto dicente,nulla exceptione vel defenſione audita vel admiſſa. facit. Nam quando in aliquo caſu ſtatutum
16 tollit omnem exceptionem vel defenſionem, † debet intelligi,niſi pars velit incõtinenti probare excepta, quoniam tali caſu debet audiri non obſt.tali ſtatuto,quia ratio præſumptę calumniæ, propter quam ſtatutum facit talem prohibitionẽ ceſſat quando offertur probatio in continenti. ita no. dixit Abb.in c.ſciſcitata. in pen.col.de in integ.reſt. ad quod alleg. bonum text. in c.literas. in verbo, propterea. de reſti.ſpo.& quod no.glo.in l.1.ff.de tabul. exhi. Et idem dixit ipſe Abb.in c.ſuper eo.in vlt.verbis.de offi.deleg.Pro quo dicit bene facere quod no.Bal.in l.data opera.C.qui accuſ.non poſ. & Oldr. in conſ. 45. Et idem dixit Card. in conſ.71. incip. ſeriatim.in 4.col. in princ. pro quo etiam faciunt dicta per Abb.in c.ex parte.el ſecondo,de offi.deleg. Et facit quod voluit Barto. & Ludoui.Roma.in l.ſi feriatis.in princ. ff.de fer.vbi dicunt, ꝙ
17 excep.nullitatis nõ impedit executionem ſentẽtię † niſi probatio nullitatis ſit in promptu, nã tunc nullitas impedit executionem.alleg.l.fin.C.ſi ex fal.inſtru.pro quibus faciunt quę habentur in c.interpoſita.de appel.in prin.& in l.ſi is à quo.ff. vt in poſ.leg.& per Spec.in tit.de teſt.§.1.ver.quid ergo ſi præmiſſa deijciens &c. vbi dicit, quòd ſi teſtis dicitur excommu
18 nicatus vel infamis,ꝙ per hoc† non retardatur eius examinatio,ſed ille excep.reſeruantur in fine iudicij. tamen hoc fallit ſm eum ibi,niſi pars obijciens prædictas exce.contra teſtem vellet incontinenti illas probare: quia eſt audiendus ſi habet probationes in promptu.alle.plura,de quibus ibi per eum.Si ergo dictus bãnitus offerat ſe incontinenti probaturũ excepta per eum, ceſſat præſumptio calumniæ & debebit audiri, & debebit ſuperſederi in dicta executione banni,nõ obſtan. prædicto ſtatu.per prædicta. Sextò quòd dictum ſtatutũ non obſtet dicto bannito, adeò quòd ipſe non poſſit facere ſuas defenſiones,facit.Nam conſiderandum & ponderãdum eſt

 dili-

diligenter,ꝙ dictum ſtatutum expreſſè & apertè tollit defenſionem in cauſa capitali, vbi tractatur de vita hominis, & de pœna vlt. ſupplicij. & hoc patet ex verbis d.ſtatuti in verbo, nulla excep.vel defenſione audita vel admiſſa &c. quæ quidē defenſio tanquam iuris naturalis nō pōt tolli à Principe vel à
19 ſuperiore, † vt eſt text. & ibi oēs ſcribentes,in §.ſed naturalia. Inſti.de iu.nat.& hr̄ in clem.paſtora. de re iudi.& voluit Bart. in trac.ſuo,qui ſint rebelles.in vlt.col.& in l.facultas. C. de iu. fiſci.lib. 10.& Old.in conſ.43.incip.quæritur vtrū citatio.Prin
20 ceps.n.ſiue ſuperior nō poteſt † tollere nec dare ea quæ ſunt iuris naturalis,nec illa ſupplere.Et ideo dixit Ang.in l.adoptio non iure facta,ff.de adopt. ꝙ licèt Princeps per eius cōfirmationem poſſit s.omnes defectus ſi apponat in reſcripto clauſulam,ſupplentes omnes defectus,vt per Bal.in l.fi.ff.de teſta. tute. & per Oldr.in conſ.257.incip. factum tale eſt.in 4.col.tamen intelligitur ſupplere omnes defectus iuris ciuilis, non autem iuris nat.quod dictum refert & ſequitur Alex.in cōſilio 469.incip. viſo puncto in 7.col. quod etiam voluit Card. in cle.1.in vlt.col.de elec.& Spec.in tit.de leg.§.nunc oſtēdendum.in verſ.1.& Io.de Imo.in l.quidam conſulebant.ff.de re iudi.in 8.col.& Ant.in c.1.de tranſact.Et hanc partē ꝙ defenſio tanquam iuris natu. non poſſit tolli à Principe ſeu ſuperiore,vr̄ firmare Bal.in c.à nobis.in fi.de excep.vbi dicit,quod ſtatutum tollēs defen.intelligitur tollere ciuilem, nō autem natura.de quibus dixi s. in §.qm̄. nu. 76.77.& 78. Pro quibus facit quod voluit Bar.in tract.ſuo, qui ſint rebelles. in verbo,
21 mille librarum.vbi dixit,quo ſtatutum † dans iuriſdictionem ꝯ indefenſum eſt iniuſtum. Et ideo dixit multum ſing.Bal.in l.3.§.ſi is pro quo. ff.quod quiſq; iuris.ꝙ Princeps de plenitu-
22 dine poteſtatis poteſt tollere † defenſionem in cauſa ciuili & pecuniaria, ſed ſecus in cauſa criminali. quod dictū refert & ſequitur Fely.in c.dilecti.in 6.col.de excep. & in c.cū olim. in vlt.col.de re iud.& idem voluit Par.de Put.in tract.ſynd.in 30.char. in 3.col. in c.incip. Poteſtas qui miſit.& dixi latius in ſing.meo 386.incip.defenſio. & vide omnino quæ dixi circa hanc materiam in repet. mea.l.vnicæ.C.de rap.vir.in 44.char. parua, circa med. Et dixit Bar. in l.facultas. C. de iu. fiſ.ꝙ non
23 valet ſtatutum † tollens defenſionē. & idem dixit ipſe in l.cū mulier.& ibi cæteri ſcribent.ff. ſo.mat. & Bal.in l.vt vim.ff.de iuſt.& iu.& Ang.in l.ſi ſic.in prin.ff.de leg.1.de quo etiam per ſcri.in c.paſtora.de app.Quinimò etiam reuſmet non poteſt ſibijpſi tollere,ſeu auferre defenſionē in cauſa criminali, ſm glo. or. in l.pactum inter hæredē. ff.de pact.quod etiā per illā gl.dixit Bar.& Bal.in auth. iubemus.C.de iud.in rub. extra de pac.in pe.ſeu vlt.col.& Barb.in c.cum dilecti.in 4.col.verſ.nota.ibi,renuntiare.de accu.& Bald. in c.ſignificante.in 2.col.de app.& Ang.de Are.in tract.malefi.in ver.qui iudex ſtatuit terminū ad eorum defenſionem faciendam.in vlt.verſ.& ibi in addi.Et idē tenet Bal.dicens hoc eſſe verū,etiam ſi reus apponeret iurm̄ in tali renunciatione.in l.1.in 15.col.C.de confeſ. quē refert & ſeqt̄ Felyn.in c.cum veniſſent.in vlt.col.de teſti. Et ideo dixit Bart.in l.cuſtodias.ff.de pub. iud. ꝙ malè videntur facere aſſeſſores qui faciunt ꝙ reus renūciet termino & defenſionibus ſuis,ꝯ l.non tātū.ff.de appel. & l.addictos.C.de epiſ.audien. de qua materia latius dixi s. in §. examinanda. in nu. 1. Et pro iſtis etiam faciunt. Nam ſi ſtatu. cauetur,ꝙ pro tali delicto delinquens condemnetur in centum,quæ ſi non
24 ſoluerit intra menſem, decapitetur. certè hoc caſu † poterit dictam pœnā pecuniariā ſoluere nedū ipſe condemnatus vt euitet pœnam corporalē, ſed etiam hoc poterit facere pro eo aliquis eius coniunctus,vel etiam extraneus etiā ſi cōdemnatus hoc non mandauerit,vel ratum non habuerit.ita dixit Bal.& Imo. in l.fi.in princ. ff.de condi. inſti.& Ang.de Are.in trac.malefi.in verbo,quas ſi non ſoluerit intra 10.dies amputetur ei manus dextera.in ver. qd ſi ſtatutū dicit ſimpliciter. vbi ſubdit,ꝙ imò plus eſt, ꝙ etiam inuito ipſo reo condēnato, poterit pro eo ſolui dicta pecunia, ſeu dicta pœna pecuniaria, vt euitetur corporalis. ita dixit Bart. in l.Stichus.ff.de pec. leg.& Bal.in l.fi.C.de neg.geſt. intātum ꝙ vt dixit ibi Bal. poteſt per extraneum auferri de bonis ipſius cōdemnati, ēt dicto condemnato inuito,& ſoluere dictam condemnationem.arg.l.ſi procura.in §.ignorantes.ff.mand.& no.per Bart. in l.4.§.Cato.ff.de verb.oblig.de quo etiā per Aug.de Ari.vbi ſupra in addi. ſuis. & per Alex. in addi.ad Bar.in d.l.Stichus.ff. de pec.leg.Ex quibus omnibus apparet, ꝙ dictum ſtatutū tollens omnē defen.reo corporali puniendo pęna vlt. ſupplicij, nō valere & per conſequens non obſtare prædicto bannito in caſu quæſtionis noſtræ vt opponere non poſſit excep. & facere legitimas ſuas defenſiones. Septimò ad confirmationem prædictorū facit. Nam licet aliquo caſu vel aliquo modo obſtet ſtatu.de defenſionibus rei fiendis in cauſa criminali,tamen tali obſtantia non obſtante poſſunt fieri defenſiones rei.Et hoc patet, nam habemus ꝙ poſt concluſionem in
25 cauſa,† ſublatæ ſunt probationes & productiones teſtium & iurium, cum tūc non poſſit dici nec allegari aliquid iuris vel facti,vt hr̄ in c.paſtoralis,de cauſa poſſeſ.& propriet.& voluit Bar.in l.error.in 5.col.de iuris & fac.igno.& paria ſunt cōcluſum eſſe in cauſa, & ſnīam eſſe latam,vt de omnibus latè dixi s.in §.ſequens quæſt.per totum. Sed tali concluſione in cauſa non obſtante, ipſe reus criminis poteſt etiā probationes
26 † & defenſiones facere ſm̄ Bar.in l.1.§.fin de quæſt.& in l.diui.ff.de pen.& in l.vnius.in §.cogniturum.ff.de quæſt.& in l.2. in §.ſi publico.in 6. col. ff.de adulte.& in authen.qui ſemel.in vlt.col.C.de proba.& in ſua diſpu.incipien.iudex maleſi.& in tract.ad reprimen.in verbo,neglexerit.& in conſ.ſuo 107.incip.viſis omnib.& in alio cōſ.ſuo 100.incip à Do.Cyno.& volunt plures alij quos retuli in l.1.in 2.col.ff.de quæſt. Cū ergo talis probatio legis non tollat facultatē producendi teſtes & faciēdi probationes rei in cauſa criminali. Ita dicendū puto in caſu noſtro,ꝙ non obſt. probatione dicti ſtatuti, poterit ipſe bānitus facere ſuas excep.& defenſiones. Octauò alia ratione moueor ad dicēdum,ꝙ non obſt. d.ſtatu.dicente, nulla exce.vel defenſione audita vel admiſſa &c. tamen ipſe bannitus ſit audiendus ſi vult facere ſuas excep. vel defenſiones. Nam dico ꝙ licet ſtatutum dicat,ꝙ contumax habeatur pro confeſſo, tamen ſi bannitus per contumaciam fuerit captus per Poteſtatem,& tunc opponat exceptionem quæ ſi fuiſſet oppoſita à principio ante bannum,ipſe bannitus non fuiſſet compulſus iudicium ſuſcipere, ꝙ eſt audiendus, & tūc iudex
27 declarabit † iudicium & bannum eſſe nullum. ita ſingu.dixit Bar.in l.non vr̄.quæ eſt l.3.in fi.ff.de iudi. quod dictum refert & ſequitur D.Nellus in tract.ſuo bannitorum. in 2.parte primi temporis. in 2.q.in fi. Pro quo dicto etiam faciunt dicta per Do.Alex.in d.l.3.ff.de iudi.& per Pau.de Caſt.in conſ.ſuo
28 33.inci.ſuper primo quæſito.in 2.col.vbi dixit,† ꝙ ſi poſt terminum bannī comparet bannitus & negat ſe feciſſe delictū, ꝙ videbatur tacite confeſſus ex cōtumacia ex forma ſtatuti, ꝙ ipſe eſt audiendus.alleg. quāmplura, de quib.ibi per eū.de quo latius dixi in ſing.meo 72.incip.per totam ferè Italiā &c. ita puto dicendum in caſu noſtro, ꝙ ſi iſte bannitus in cōtumaciam nunc captus & carceratus opponat exceptionem, quam ſi in principio oppoſuiſſet ſi cōparuiſſet & non fuiſſet compulſus ſuſcipere iudicium, quod debet audiri, & iudex debet declarare iudicium & bannum eſſe nullum per prædicta. Nonò ad confirmationē prædictorum facit optimè ſnīa glo.ordi.in l.tale pactum.in §.fi.ff.de pac.cum ſua materia.de quā dixi latè in l.ſi quis viduam.in 3.col.ff.de quæſt.Nam præſumendum & coniecturandum eſt, ꝙ ſi ſtatuentes qui fecerunt illud ſtatutum & dixerūt,nulla exceptione vel defenſione audita nec admiſſa &c. ſi fuiſſent interrogati, ſed ponamus domini ſtatuentes ꝙ bannitus in contumaciam eſt captus,& ſtatim vult oſtendere ſuam innocentiam,vultis ne ꝙ tunc nō audiatur? certe nemini dubiū eſt,ꝙ dixiſſent ſe velle ꝙ audiretur,& ſi diceremus ꝯriū, certè ſequeretur ꝙ tale ſtatutum eſſet iniquū, & tanquā continens iniquitatem nō valeret,per tex.in c.erit autem lex.4.diſt.Decimò pro hac parte, ꝙ non obſtante dicto ſtatuto ipſe bannitus admittatur ad faciēdas ſuas defenſiones,facit. Nam ſcelus eſt punire innocentem,& melius eſt nocentē abſoluere,q̄ innocentem cōdemnare.l.abſentem.ff.de pœn.& hr̄ in l.ſancimus. C.eo.tit. & rigor & ęquitas expoſcūt ꝙ innocens nō puniatur aliqua pœna,& maximè pœna vltimi ſupplicij,vel alia pœna in qua tractetur de præiudicio irreparabili & vbi ęquitas aliquid expoſcit,tunc iudex obſtante vel reſiſtente lege vel ſtatuto habet latas habenas, & poteſt in cauſis ciuilibus indēnitati reorum & oppreſſorum prouidere, ergo à fortiori in criminalibus. authen. multo magis. C. de ſacroſan. eccl.& l.cum ipſe.C.de ꝯhen.empt.cum ſi. Et ꝙ poſſit indemnitati eorum prouidere in cauſis ciuilibus,& à fortiori in criminalibus,patet ex his quæ ſatis latè dixi s. in §. ſequens quæſtio. in nume.32. & 33. cum pluribus numeris ibi ſequentibus.vbi videas. & vltra ibi dicta faciunt dicta per Bal.in rubr.extra de conſti.in 2.col.vbi
29 dixit,ꝙ † conſtitutiones laicorum ſunt ſeruandæ in foro ſpirituali ſi continent naturalem ęquitatem. alleg.Innocen. in c.quia plerią;.de immu. eccle. & Io.And. in c.1.de ope.noui nunc.in nouel. Modo in caſu noſtro cōcurrit maxima ęquitas, quæ eſt vt quis nō perdat vitam ſi habet aliquam verā legitimā defenſionē, ergo iudex debet talem defenſionē admittere,non obſtāte dicto ſtatuto.Et ſic ex iſtis omnib.rōnibus & fundamentis apparet, ꝙ dictus bannitus poteſt facere exceptiones & defenſiones ſuas non obſtante dicto ſtatuto dicente, ꝙ capto reo bannito intra tres dies exequatur bannum,nulla eius exceptione nec defenſione audita nec admiſſa,vt in dicto ſtatuto dicitur. Et hanc partem firmauit etiam

Do.Bo-

D.Bonifacius de Vitalinis in trac.ſuo maleficiorum. ſub rub. de forma accuſe porrectæ per ſyndicum.in 20. col. in verſic. ſed quid, M.accuſatus &c.Stante ergo hac opin.firmata à pluribus ex pluribus iuribus & doctrinis, operę pretium eſt reſpondere aliquibus obiectionibus quæ fieri poſſent ꝯ prædictas rationes & fundamenta,ideo ad illa condeſcendo.Et dico quòd non obſtat ſi per curiam diceretur ꝙ primum fundamentum de exceptione inualida & friuola, quæ intelligitur reiecta,non autem de valida & iuridica. Nam poſſet dicere curia,nobis non conſtat ꝙ iſtæ exceptiones ſeu defenſiones fiendæ ab iſto bannito ſint validæ & non friuolæ, ergo non tenemur eas admittere obſtante prędicto ſtatuto.Quia reſpondeo ꝙ imò conſtat ipſi curiæ. Nam friuola ſeu nulla
30 dicuntur illa,† quæ probata non releuant,& non ſunt in conſeruatione.arg.l.quartæ §.condemnatū.ff.de re iudi.& l.quoties.ff.qui ſatiſdare cogantur.cum ſi.& hř in l.actor. & in l.ad probationem. C. de proba. Sed exceptiones innocentiæ & aliorum ſupradictorum fundamētorum ſunt talia quæ probant & ſecum portant victoriam.patet in iuribus allegatis in dictis fundamentis, ergo non poſſunt dici friuola & inualida, ſed valida & iuridica. Non obſtat, etiam ſi diceretur per curiam,ꝙ in caſu noſtro non eſt audiendus dictus bannitus modo aliquo,eo quia ſtatutum prædictum ſupra pluries allegatum anferret ipſi bannito omne remedium, & omnē defenſionem,vt patet ex dictis verbis videlicet, nulla exceptione vel defenſione audita, nec admiſſa &c. Et quando ſtatu-
31 tum tollit omnem †defenſionem,non ſolum tollit friuolas, ſed etiam legitimas,ſm Bart.in l.1.in §.parui. in 2.col.verſ.ſtatutum.ff.quod vi aut clam.Quia reſpondeo pluribus modis, & primò reſpondeo prout dixi ſ. ꝙ ſtatutum tollēs omnem defenſionem non valet,cū defenſio ſit de iure naturali, quæ tolli non poteſt per Principem ſeu ſuperiorem, vt dixi latè ſuprà in § quoniam.nu.76.77.& 78.Item reſpondeo & aliter videlicet,quòd caſu quo ſtatutum tollens defenſionem valeret,attamen intelligitur ſolum tollere defenſiones requirentes lōgam diſputationem & altiorem indaginem, nō autem
32 intelligeretur tollere †defenſiones claras,ſuccinctas & promptas.& intelligitur tantum tollere defenſiones ſeu exceptio. dilatorias, non autem peremptorias, quod probo per argu-
33 mentum ab abſurdo,† quod eſt validum in iure, vt habetur in l.nam abſurdum.ff.de bo.lib.& voluit Bal.in l.conuenticulam.in tertia columna. C.de epiſco. & cler. Sed ſi intelligeremus ꝙ ſtatutum tollens omnes defenſiones, tolleret claras promptas & peremptorias, ſequerentur plura abſurda & inconueniētia. Nam ſequeretur ꝙ ſi bannitus haberet ſaluum conductum,& cum eo veniret ad ciuitatem à qua eſt bannitus,ꝙ deberet decapitari non obſtante ſaluo conductu, quia ſi eſſet captus & cōſignatus Poteſtati ex forma ſtatuti intra tres dies deberet decapitari,nec poſſet ſe iuuare ex ſaluo conductu,quia quando vellet ſaluum conductum producere & illum oſtēdere Poteſtati & curiæ, poſſet ſibi obijci ſtatutum ſupradictum,volens ꝙ nulla exceptio vel defenſio ipſius banniti audiatur, vel admittatur, ſed ſi nulla excep.nec defenſio eſt audienda,nec admittenda,ergo etiam excep.ſeu defenſio ſalui conductus non eſſet admittenda, quia qui omne dicit, nihil excludit.l.cum pretor.ff.de iudi.cum vulg.& ſic ipſe bannitus reperiret ſe deceptū ſub fide & clipeo ſuperioris qui fecit ſibi ſaluum cōductum, quod eſſet nedum abſurdum, ſed etiam abſurdiſſimum & iniquiſſimum,ꝯ Deū, iuſtitiā,ęquitatem & rigorem,& ꝯ honorem ſuperioris, ar.l.1.ff.de cōſtitu. pecu.vbi graue eſt fidē fallere. & facit. l.1. ff. de pact.& l.iuriſgentium.§.prætor ait.eo.tit.& l.1.ff.ſi menſ.fal.mo. di. & epiſtola,inter claras.C.de ſumma Trin.& fi.catho.Item ſequeretur etiam aliud inconueniens & abſurdum videlicet,quod ſi aliquis eſſet bānitus ab hac ciuitate Bononiæ ſub pœna capitis,& talis bannitus eſſet puta Florentię,Ferrariæ,Mediolani, vel alibi in loco non ſuppoſito iuriſdōni Bononiæ, & fuiſſet in aliquo loco nō ſuppoſito iuriſdictioni Bon. captus & per vim ductus hic Bononiæ & preſentatus Poteſtati,ꝙ deberet eum decapitare nō obſtante ꝙ per vim fuiſſet ductus Bono. ſi non deberet audiri obſtante prædicto ſtatuto prohibente omnem exceptionem & defenſionem bannito, quod eſſet iniquiſſimū & plus quàm abſurdum, & eſſet ꝯ ius & iuſtitiā, quia talis bannitus exiſtens extra iuriſdictionem Bononiæ ſi eſt captus extra iuriſdictionem & diſtrictū Bononiæ, & per
34 vim ductus † hic Bononiæ,non debet puniri,nec poteſt contra eum exequi bannum, ſed debet relaxari vt poſſit reuerti vbi erat,vel alibi extra iuriſdi. Bononiæ.ita dixit Bald.in auth. item nulla cōitas. C. de epiſ.& cler.in fi.& Bald.ſuper ſtatu.in verbo,bānitus.in 3.verſ.& Iaco.But. in addi.ſuis ad trac. Gādi. ſuper maleficijs.ſub rubr.de banni.pro maleficio. in 5.col. & D.Nel.in tract.bannitorum.in 2.parte.2.temp. in q.30. & voluit Iaſ.in l.fi.poſt prin.ff.de iur.om.iudi. pro quo faciunt plura & plura in propoſito quæ alias ſimul reduxi in l.1. in prin. in 2.fallen.ff.de ſica.& in l.1.C.eod.Reſultaret etiam aliud inconueniens & abſurdum. Nam ſi bannitus occideret alium bānitum & eſſet poſtea captus à Poteſtate,& vigore ſui bānni poteſtas vellet facere ipſum mori intra triduum ſm formam prædicti ſtatuti,ꝙ ipſe bannitus volens facere ſuam defenſionem, & docere ꝙ ipſe per occiſionē illius alterius banniti conſequutus fuit remiſſionem & liberationem ſui bāni ex forma ſtatuti,non poſſet,quia pari modo curia poſſet ſibi dicere,tu non potes facere aliquam defenſionem,quia ſtatutum tollit ſibi omnē defenſionem, & ſic poſſet facere eum mori. & hoc modo ipſe bannitus periret ſub clipeo alterius ſtatuti,quod eſt inſanum dicere vel opinari. Et poſſent poni plura alia exempla vt in bannito capto in eccleſia,& in ſimilibus,quæ non refero breuitatis cā.Ex quib.cōſtat,ꝙ licet ſtatutum tollat omnē defenſionem bannito, tollit ſolummodo friuolas,fruſtratorias,cauilloſas,ſeu calumnioſas & dilatorias, non autem ſibi tollit defenſiones legitimas, validas & perēptorias,maximè illas quas in promptu ſecum habet ipſe bannitus.Et ſi aliter diceremus,ſequeretur abſurdum, & abſurda de quibus ſ.& eſſet propriè iudaicè interpretari ſtatuta quæ ciuiliter & rationabiliter ſunt intelligenda & interpre-
35 tanda,& non iudaicè, † ſm gl.in l.damni.in §. ſi is.ff.de dam. intec.quãm refert & approbat Bal in l.quicunq;. in antepen. col.C.de ſeruis fugi.& in l.omnes populi.in 14.col. ff.de iuſti. & iure.& Dom.Alex.in conſ.ſuo 144 incip.poſt redditum.in 2.col.ad quod dicit bene facere tex.in l.cum autem.in §.excipitur.in verſ.capitale autem. ff.de ędi.edic.& faciunt etiam dicta per Alex.in conſ.83.incip.viſa facti narratione. in 2.col.in
36 2.vol.vbi ſubdit,† ꝙ omnis intellectus abſurdus fugiēdus eſt in legibus & ſtatutis,per l.ſcire oportet.in §.aliud. ff.de excuſ. tut.& in l.in ambigua.ff.de legi.& per l.nam abſurdū.ff.de bonis lib.& quod etiam voluit Barto.in l.omnes populi. in 6.q. princ. in verſ.iuxta pręmiſſa quæro &c. ff. de iuſti. & iu. & in l.non dubium.C.de legi.& voluit Lud.Rom.in cōſ. ſuo 485. incip.in caſu propoſito. & Alex. in conſ.ſuo 325. incip.ſuper eo de quo quæritur. in 3. col. Pro quo faciunt dicta à beato Hieronymo relata à Pet.de Anchar.in conſ.ſuo 284.incip.in auxilium veritatis.in pen. col. vbi dicit, ꝙ veritas nō conſiſtit in verbis ſcripturarum,ſed in eorum ſententia,nō in ſuperficie ſed medulla, nō in folijs,ſed in radice rationis, vt habetur in c.Marchion & Baſilides.1.q.1.& in l.ſcire leges.ff.de legi.& voluit Cyn.in l.1.C.quæ ſit longa conſue.& faciunt alia plura quæ dixi in l.ſi quis viduam.in 4.col.ff.de quæſtio.& dicta per Soci.in conſ.ſuo 35.incip.circa prędictam.in 2.col.verſ.ſanus. & per Abb.in conſ.ſuo 75.incip. primò eſt videndū. in 3.col. Ex quibus omnibus amplè patet dictam oppoſitionem non obſtare.Nec obſt.etiam ſi ꝯ ſuperius dicta opponeretur & diceretur,ꝙ licèt ſtatutum tollens omnes exceptiones, nō tollat exceptiones prouenientes ex alio ſtatuto, nam hoc non opitulatur ipſi bannito, quia hoc debet intelligi de exceptione probata ſeu manifeſta alterius ſtatuti.ſecus autem ſi exceptio ſeu defenſio proueniens ex capite alterius ſtatuti nō ſit notoria vel probata,quia bannitus tunc non poterit admitti ad illam probandam tunc eo tempore quo eſt captus & carceratus obſtante prædicto ſtatuto. Quia reſpondeo ꝙ licèt non ſit probata exceptio proueniens ex capite alterius ſtatuti,attamen ipſe bannitus habet intentum in hoc,quod oſtendo.Nam poſtq̃ ſtatutū tollens omnes exceptiones & defenſiones non tollit exceptionem ex alio ſtatuto, vt dixi, ſed ſi ipſam non tollit, ergo ipſam exceptionem prouenientem ex alio ſtatuto admittit & cōcedit vt de ſe patet:& ēt patet,quia ꝑiorū eadem eſt cenſura,vt iuribus vulgari. Si ergo eam admittit & concedit,ergo omnia alia admittit & concedit per
37 quæ deuenitur ad illud † l.oratio.ff.de ſpōſalibus.c.cum quid vna via.de reg.iur.in 6.l.2.ff.de iuriſdi.om. iud.l.ſi venditor.ff. de religio.& ſum.fu.l.vxori.ff.de auro & arg.lega. de quo latè per Old.in conſ.ſuo 1[illegible].inci.thema tale eſt. & per eundem in conſ.2[illegible].incip.thema tale eſt,vacante &c. & per Do.Felyn.in c.cauſam quæ.in 1.& 2.col.de re iudi.& in c.quã ſit.de Iudeis. circa princ.& faciunt quæ latè dixi in ſing.meo 175.incip.cōceſſo vno.& in ſing.meo 17. incip.acceſſorium &c. Ita ergo eſt dicendū in caſu iſto, videlicet, ꝙ poſtquam admittitur & cōceditur à iure exceptio proueniēs ex alio ſtatuto,vt ſ.dixi, ēt intelligūtur cōceſſa & admiſſa omnia per quæ deuenitur ad illas exceptiones & defenſiones. Et iſta reſpōſio tollit etiā aliqua alia obiecta,quæ fieri poſſent ꝯ aliquas alias oppoſitiones ad ſupradicta.Nec obſt.ēt ſi diceretur,ꝙ imò ſi aliqua defenſio ſeu exceptio innocētiæ vel alterius rei competeret ipſi bannito,ꝙ tamen illa vti non poſſet, eo quia illam ſeu illas nō oppoſuit tempore quo contra eum procedebatur ad

bannum,quo caſu ſuccedit illud,videlicet, ꝙ quãdo aliquod
ius ſeu priuilegium ſeu exceptio alicui competit, & ille talis
debito tempore illam non opponit, videtur ei renuntiare,
adeò quòd valet proceſſus qui non valuiſſet ſi illud oppoſuiſ
ſet. Exemplum poteſt poni in procuratore comparente in
cauſa criminali,qui in tali cauſa non poteſt interuenire,vt in
l.pen.in §.ad crimen.ff. de public.iud.cum ſimili.tamen ſi in-
teruenit & non fuit oppoſitum per partem vel per curiam,
valebit iudicium, vt dixi late ſupra, in §.ſequitur. nume.8.&
in l.ſi quis ne quæſtio.in 20.colum.ff.de quæſt. Quia reſpon-
deo quòd hoc non habet obſtare in caſu noſtro dicto ban-
nito,eo quia ipſe bannitus fuit bannitus in contumaciam,&
ſic ſibi non licuit aliquid opponere,dicere,allegare,vel dedu
cere,quia contumax neſcit quid contra eum agatur,& in ta-
li non potuit mittere procuratorem,cum in cauſa criminali
non poſſit interuenire procurator,vt dictum.eſt.iura autem
ſuperius allegata vendicant ſibi locum in illo qui non eſt cõ-
tumax,ſed in illo qui cõparet & poteſt allegare,dicere,oſten-
re & deducere iura ſua & exceptiones & defenſiones ſuas fa
cere.Nec obſtat etiam ſi dicatur ꝙ ipſe bannitus non eſt au-
diẽdus circa aliquam defenſionem vel exceptionem facien-
dam,quia ſi audiretur & admitterentur ſui teſtes & ſua iura,
poſſet forte ſequi ex apicibus iuris ſententia abſolutoria in
fauorem ipſius banniti,quo caſu ſequeretur maximũ incon
ueniens,videlicet,ꝙ delictum propter quod ipſe bãnitus fuit
bannitus, remaneret impunitum cõtra voluntatem & men-
tem ſtatuentium,& contra diſpoſitionem iuris ciuilis & ca-
nonici,ꝙ eſſe non debet.l.ita vulneratus. ff.ad l.Aquiliam.cũ
ſimilibus.ergo non debet admitti. Quia reſpondeo verum
eſſe quocunque iure ſtatutario,ciuili,& canonico,& diuino
delicta non debere remanere impunita,attamen dico quòd
propter hoc non ſequitur ꝙ innocens ſit puniendus,vt deli-
cta non remaneant impunita, argumen.capituli, ex tenore.
de foro competenti.& c.nuper.de donat.ante nupt.item di-
co ꝙ delicta nõ debent remanere impunita, eſt verum hoc,
attamen pœna debet tenere ſuos autores,& non innocẽtes,
iuxta l.ſancimus.C.de pœnis.& capitulũ, quæſiuit.de his quæ
fiunt à ma.parte cap. & c.ſecundo, & vtrobique per gloſ. &
Doct.de conſti.immo ſi aliqua lex vel ſtatutum diceret con-
38 trarium,eſſet iniquum & non eſſet ſeruandum, † ſecundum
Dominum Cardinalem in conſ.44.incip.pro Dom.Chriſto-
phoro,immo deterius eſſet vt delicta nõ remanerent impu-
nita,punire innocentem pro nocente,quàm relinquere deli
cta impunita,vt in l.abſentem. ff.de pœnis. Et iſte bãnitus de
quo in caſu noſtro dicitur innocens, ex quo habet iuſtas de-
39 fenſiones,quoniã innocenti † par eſt qui habet iuſtas defen-
ſiones,ſecundum Bald. in l.ſecunda.C.qui teſtamenta facere
poſſunt.& Pau.de Caſt.in l.ſi quis filio.in §.hi autẽ. ff. de iniu-
ſto teſtamento.vbi allegat bonum tex. in l.Iulia. in fi.ff.ad le-
gem Iuliam repet.& idem dixit Bal.in reperto.ſuo,in verbo,
iudex. in 3.colum. verſ. iudex faciens executionem &c. & in
d.l.addictos.in prima colum. C.de epiſc. audien. de quo etiã
dixi ſupra,in §.opportunè.nume.27. Nec etiam obſtat illud,
videlicet, quòd eſſet peſſimum exẽplum in populo,niſi ipſe
bãnitus occideretur. Quia reſpõdeo, quòd peius eſſet exem-
plum in populo,ſi ipſe bannitus innocens occideretur. pro-
priè eſſet ponere populum in maxima anxietate, perplexita-
te ac timore,conſiderando quòd innocentia non iuuat ho-
minem à pœna nec à morte, & tantum prodeſt eſſe nocens
ſicut innocens,& tantum bonitas quantum iniquitas, & ſic
plures poſſent fieri malę cogitationes circa hoc. Et ex iſtis
omnibus firma remanet concluſio, quòd in caſu quæſtionis
prædictæ iudex non poterit facere executionem contra di-
ctum bannitum,ſed debebit admittere & recipere ſuas exce
ptiones & defenſiones legitimas prædicto ſtatuto vel ſimili
non obſtante. Pro quibus omnibus faciunt dicta per Specu.
in titulo de accuſatione.in §.ſequitur.in nona col. in verſ.ſed
pone.A.fuit accuſatus &c. & quæ dixi ego in ſing. meo 293.
in c.ſtatutum &c.Tene menti prædicta, quia verè ſunt quoti
diana,vtilia & practicabilia.Et Deũ atteſtor, quòd hanc quæ-
ſtionem habui in facto diebus meis 4.vicibus, in 4. perſonis
quæ bannitæ erant pęna mortis, & eas liberaui,& adhuc etiã
omnes viuũt. vnus vocabatur Petrus Antonius de Ferneſio,
alius vocabatur Rixius de Scarſellis,alius vocabatur Nicolaus
de Guarmanis. vltima fuit mulier quæ vocabatur Rubea. &
pro vnoquoque ipſorum oretenus allegaui & conſului in
ſcriptis vt apparet in meis cõſilijs. primò conſului pro dicto
Petro Antonio,& conſilium quod feci pro eo in vol.conſi-
liorum meorum eſt. 16. & incip.inclina cor meum in teſti-
monia tua Domine &c & conſilium pro Rixio de Scarſellis
eſt 38.& incipit, qm̃ ſaluos facis ſperantes in te Domine &c.
& conſilium quod feci pro Nicolao de Guarmanis in ordi-
ne dictorum meorum conſiliorum eſt 55.& incipit, in cau-
ſa Nicolai de Guarmanis &c. cõſilium autem quod feci pro
dicta Rubea eſt in ordine 97. & incipit, notã fac mihi viam
in qua ambulem Domine &c.in quibus conſilijs me ſatis ex
tendi circa dictam quæſt. ideo videas dicta mea conſilia.

SVMMARIVM.

1 *Statutum permittens bannitum poſſe impunè occidi valet & tenet. Et quid ſi pro pecuniario debito.nu.2.*
3 *Beneficio ſtatuti permittentis bannitum poſſe impunè occidi an gaudeat qui ignoranter occidit bannitum quem neſciebat exulare. Et quid de rebannito.4.5.*
6 *Cancellatus indebitè de banno quando quis dicatur.*
7 *Cancellatio actorum quando habeat vim ſententiæ.*
8 *Cancellationes inualidæ factæ per magiſtratum vel tabellionem non derogant ſcripturæ.*
9 *Bannum in pluribus libris deſcriptũ & in vno cancellatũ,an ſufficiat.*
10 *Bannitum occidens quando bannum non erat ſolenne, an gaudeat priuilegio ſtatuti impunitatem continentis.*
11 *Statutum impunitatem occiſori exulis ſtatuens reclamat iuri diuino. Nec releuat ab infamia.nu.12.*
13 *Homicidium omne habet in ſe dolum & delictum, etiam ſi à ſtatuto permittatur.*
14 *Homicida in facto graui non poteſt recipi in teſtem ſine tortura.*
15 *Statutum offendendi bannitum impunitatem præſtans an videatur etiam permittere quòd poſſit impunè occidi.Et an extendatur vſq; ad bonorum combuſtionem.nu.16.*
17 *Bannitus ſeipſum vulnerans, an excuſetur virtute ſtatuti de bannitis occidendis.*
18 *Clericus qui ſtudioſe ſeipſum vulnerat, an incidat in canonem.*
19 *Delinquere in ſe non eſt minus quàm in alium delinquere.*
20 *Maſſarius qui delictum commiſit,an cadat in pęnam ſtatuti de maleficijs denunciandis ſi non denunciauerit.*
21 *Statutum præmians banniti occiſorem, an trahatur extra bannientis territorium.*
22 *Bannum Principis bannientis de terris ſuis, an trahatur ad poſtea acquiſita.*
23 *Bannitus de vna ciuitate, an intelligatur bannitus de alia ſibi confœderata.*
24 *Bannitus incarceratus, non poteſt impunè occidi:*
Incarceratus eſt ſub curiæ protectione,
25 *Inimicum captum occidere in bello licito eſt illicitum.*
26 *Meretricatio & acceſſus ad publicas meretrices non nuptas, eſt impunibilis de iure fori.*
27 *Bannitus qui de proximo eſt rebãniẽdus,an impunè poſſit occidi.30.*
28 *Bannitus qui à ſuperiore toleratur, an poſſit impunè occidi.*
29 *Patientia nihil operatur vbi requiritur ſcriptura de neceſſitate.*
31 *Clericum veſtimento laicali,indutum percutiens quem ſciebat clericum,à pœna excommunicationis non excuſatur. Et idem in virgine meretricio habitu veſtita.*
32 *Error communis in quibus non faciat ius.*
33 *Ignorantiam eorum quæ publicè fiunt allegans non audiendus.*
34 *Bannitus qui communi æſtimatione pro non bannito capiebatur, an poſſit impunè occidi vigore ſtatuti de bannitis occidendis.*
35 *Inſtrumenta facta per Notarium fictum an valeant, cum apparet illum non eſſe Notarium.*
36 *Facta à non vero prælato qui verus credebatur, valent.*
37 *Legitimus reputatur partus ex matrimonio reputato legitimo.*
38 *Actus ratione officij facti intelligitimè tolerantur,ſi communi exiſtimatione legitimi reputabantur. Et quid de præſentatione per patronum fictum facta.nu.39.*
40 *Excõicatio ab epiſcopo lata de gemmis in capite non ferendis, an liget mulieres quæ vnanimiter recipere prohibitionem noluerunt.*
41 *Bannitum dum ducitur ad patibulum occidens, an iuuetur beneficio ſtatuti de bannitis occidendis.*
42 *Tranſitus per ciuitatem etiam cum refectione non includitur ſub habitatione.*
43 *Statutum loquens de bannitis, comprehendit bannitos tempore ſtatuti,non ex poſt.*
44 *Immunitas eccleſiæ conceſſa non porrigitur ad futuram eccleſiam.*
45 *Reſcripta ad lites non trahuntur ad futuras.*
46 *Ferijs renuntians, de præſentibus intelligitur.*
47 *Pacem faciens pro ſe & adhærentibus vel filijs,non trahitur ad futuros.48. Et idem in ſubſtitutione.nu.49.*
50 *Cedens omnia iura ſua, non comprehendit conditionalia vel in diem.*
51 *Statutum loquens per verba præteriti temporis, quando trahatur ad tempus futurum.*
52 *Statutum loquens ſuper priuilegijs conceſſis, quando habeat locum in concedendis.*
53 *Bannitus occidens bannitum,an gaudeat priuilegio ſtatuti de bannitis occidendis.54.*
55 *Generalitas ſtatuti ad habiles perſonas reſtringenda.Et quando fallat.num.58.*

56 *Statuta non patrocinantur bannitis, qui extra protectionem communis ſunt.*
57 *Statutorum beneficia non dantur bannitis.*
59 *Statutum odioſum quando extendendum. Et idem de lege odioſa. numero 60.*
61 *Reipublicæ vtilitas quantæ potentiæ. Vſq; ad nu. 57. ſup. & nu. 63.*
62 *Taciturnitas ad alium obligandum non habetur pro conſenſu.*
64 *Extenſio ex identitate rationis de ſimilibus ad ſimilia etiam in exorbitantibus fauore reipublicæ fit.*
65 *Statutum concernens publicam vtilitatē, dicitur pium & fauorabile.*
66 *Statutis duobus ſtantibus, quod illorum dicatur ſpecialius.*
67 *Cardinales à Papa petentes licentiam eundi ad conſilium, an poſſint ire licentia non obtenta.*
68 *Viri literati propter publicam vtilitatem eccleſiæ vniuerſalis ad pluralitatem beneficiorum ſunt extollendi.*
69 *Statutum contra rempub. non interpretandū in eo quod poteſt alios tangere.*
70 *Reſpublica officialibus ſuis arbitrium generale præbens non intelligitur contra bonum publicum.*
Bonum publicum eſt maximi priuilegij.
71 *Reſcripto Principis quod publicæ vtilitati repugnat, non parendum.*
72 *Statutum in fauorem reip. etiam ſi ſit contra clericos, eſt validum.*
73 *Statutum quando publicè intereſt illud non ſeruari, non ſeruandum.*
74 *Vtilitas publica dicitur iuſta cauſa.*
75 *Statutum de bannitis offendendis & non occidendis, an includat caſum quando offendens perimit bannitum propter reſiſtentiam.*
76 *Reſiſtentiam facere actui licito non licet.*
77 *Homicidium ex actu ad formam ſtatuti conceſſo ſecutum, an impunibile.*
78 *Cauſa quælibet etiam iniuſta à dolo excuſat.*
79 *Correctio patris in filium licita. Item & magiſtri in diſcipulum. numero 80. Et mariti in vxorem. nu. 81.*
82 *Defenſio non cenſetur maleficium.*
83 *Bannitus qui poteſt impunè occidi, an poſſit poſt mortem ſpoliari.*
84 *Pax bannito facta an ſeruanda.*
85 *Rixa noua ſuperueniens an dicatur rumpere pacem. Et quando præſumatur ex antiqua cauſa. nu. 86.*
87 *Treuga percuſſa an admittat offenſionem ex iuſta cauſa.*
88 *Bannitus in ære & perſona, habetur pro mortuo.*
89 *Legitima filio bannito banno capitali, an debeatur.*
90 *Banniti perſona non reputatur eſſe in rerum natura. Quod fallit in bannito pro debito ciuili. nu. 91.*
92 *Bannitus quilibet habetur pro fugitiuo, & quocunque die capi poteſt.*
93 *Bannitus ſtatim quod in banno eſt poſitus, cenſetur eſſe in fuga.*
94 *Bannitus ex cauſa famoſa, interim à teſtimonio repellitur.*
95 *Bannitus an ſit infamis.*
96 *Bannitus per Principem reſtitutus, an reſtituatur in fama.*
97 *Infamis ad famam de ordinata iuſtitia reintegrari non poteſt.*
98 *Bannitus perdit iura ciuitatis. nu. 99. Et an perdat beneficium ſuccedendi. nu. 100. Et quid de patria poteſtate nume. 101. Item de tutela & alimentis. nu. 102. 103.*
104 *Bannito ſaluus conductus per iudicem fieri an poſſit.*
105 *Banni executio qualiter fieri debeat.*
106 *Iudex procedens contra aliquem tanquam contumacem qui pro confeſſo haberi debet, quam debeat ſeruare cautelam.*
107 *Sententia canonis vel legis officium iudicis executiuum non habet ſine hominis ſententia cum cauſæ cognitione.*
108 *Notarius falſi notatus ex forma ſtatuti an poſſit inſtrumenta conficere ante ſententiam iudicis.*
109 *Prohibitum à lege vel à ſtatuto faciens, an teneatur ad pœnam ſine ſententia iudicis declaratoria. 113*
110 *Executio contra excommunicatum ante declarationem eſt ſuſpenſa.*
111 *Criminis infamiæ probatio nō ſufficit ſine confeſſione aut iudicis ſnīa.*
112 *Statutum de amiſſione feudi per feloniam à vaſallo commiſſam qualiter intelligendum.*
114 *Sententia iudicis in pœnis requiritur.*
115 *Emphyteuta quantumcunque promiſerit ſoluere, an intelligatur cecidiſſe à iure ſuo per ceſſationem canonis ſine ſententia iudicis. 122.*
116 *Verba futuri temporis qualiter interpretanda.*
117 *Sententia iudicis declaratoria in quibus caſibus requiſita antequam diſpoſitio à iure vel ſtatuto expreſſa effectum ſortiatur. Vſque ad num. 106. & nu. 118. 123. 124.*
118 *Mulier quo caſu non præferatur creditoribus mariti in bonis in inſtrumento dotali expreſſè obligatis.*
119 *Mulier inexcuſſis mariti bonis, an poſſit agere hypothecaria contra tertios poſſeſſores.*
120 *Executio liberè etiam incitato condemnato poſt ſententiam ipſo iure prolatam fieri poteſt.*
121 *Contumaciam conſtare ex actis an ſufficiat ſine iudicis declaratione.*

§. Aggredior modo materiam bannitorū, quam
ſuprà pollicitus ſum tractare, quia
eſt (nō fallor) materia valde vtilis & quotidiana, & multum
lucroſa, quam tamen latius tetigi in tractatu meo bannitorum.
vbi tetigi & examinaui ipſam materiam & dependētia,
cohærentia & connexa, ſed nunc tangam ſuccinctè aliqua
1 principalia. Et ideo ſcias, quòd ſtatutum † permittens bannitum
poſſe impunè occidi, valet & tenet, ſecundum Io. And.
in additio. Spec. in titu. de conſtitu. in §. 1. circa pen. & vlt. col.
& Hoſtien. in c. fin. de conſue. in eo qui eſſet bannitus in pœna
corporali, & voluit Bart. in l. omnes populi. in 3. quæſtio.
princ. ff. de conſtituti. & in l. 2. per illum tex. C. quando liceat
ſe ſine iudi. vind. & Barto. & Bald. in l. vt vim. ff. de iuſti. & iure.
& Alb. de Roſa. in vlt. parte ſtatu. quæſtio. 17. & Bal. in l. Gracchus.
C. de adult. & in l. fin. C. ſi contra ius vel vti. pub. & in
l. vnica. in 13. colum. C. de confeſſis. & in l. 1. in 9. colum. C. de
ſumma Trini. & in l. 1. C. ſi à non compe. iudi. Dom. Anto. &
Ioan. de Imo. in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. quos omnes
refert & ſequitur Dom. Alex. in conſilio ſuo incip. ponderatis.
in 1. colum. in 1. volum. & in conſilio ſuo 284. incip. attenta
diſpoſitione. in prima colum. de quo etiam per D. Albertum
de Cataneis Combononienſem Doctorem profectò
excellentiſſimum in tract. ſuo violantes. in verbo, mortui. in
13. char. in 1. colum. verſ. item dubitatur quia &c. & latè per
Iaſ. in l. vbi pactum. C. de tranſact. in 3. & 6. colum. Et tale ſtatutum
debet latè interpretari, cum contineat publicam vtilitatem,
de quo per Dom. Philip. Dec. in cōſ. ſuo 65. in 2. col.
Et ſcias econtra, quòd ſtatutum permittens bannitum pro
2 debito pecuniario poſſe † impunè occidi, non valet, ſecundū
glo. 4. q. 1. in ſumma. de quo latius per Iaſ. in d. l. vbi pactum. in
5. colum. Et ſcias quòd ſi quis ignoranter occidit bannitum
3 quem † neſciebat eſſe bannitum, gaudet tamē beneficio ſtatuti
permittentis bannitum poſſe impunè occidi, & ſic non
incidit in aliquam pœnam. ita dixit Bart. in l. inter omnes. in
§. rectè. in vlt. colum. ff. de fur. & in l. genero. per illum text. ff.
de his qui no. infa. quem refert & ſequitur Alexan. in d. conſilio
114. inci. ponderatis. in 4. colum. in 1. vol. Item ſcias etiam
4 quòd occidens bānitum qui erat rebannitus, † ſed non erat
cancellatus adhuc de banno, gaudet beneficio dicti ſtatuti, &
ideo nō debet puniri perinde ac ſi occidiſſet bānitum, ſecundum
Pau. de Caſt. in l. ſi duo. ff. de acq. poſ. quia ſufficit quòd
eſſet deſcriptus in libro bānitorum, quoniam talis occidens
excuſatur auctoritate publicæ ſcripturæ, de quo latius per
Dom. Alex. in d. conſ. 114. in 3. colum. pro quo facit etiam ꝙ
voluit Bal. in l. Labeo. §. 1. in fi. ff. de pac. vbi dicit ꝙ licet bānitus
ſoluerit cōdemnationē, ſeu pœnam, tamē niſi ſit cācellatus
de bāno, adhuc poterit impunè occidi. de quo latius per
D. Alex. in d. cōſi. 114. in 1. vol. in fi. & in cōſi. 289. incip. attēta
diſpoſitione. in 1. col. vbi oīno vide D. Nellū in trac. bannitorum,
in 1. parte. 2. tempo. in 2. quæſtio. Item ſcias ēt quod oc-
5 cidēs † bānitū indebitè cācellatum de bāno nō punitur ſicut
ſi fuiſſet cancellatus, ita no. dixit Bal. in c. 1. in princ. in tit. hic
finitur lex Conra. & in l. ſcriniarios. C. de teſt. mil. & Io. And.
in c. veniēs. de accuſa. in nouella. & D. Nellus in trac. bāni. in 1.
parte. 3. tempo. in 3. q. & D. Barth. Cœpo. in cōſi. ſuo. 7. incip.
quidā fuit Paduæ cōdemnatus. in 2. co. vbi dicit, quod idē voluit
Raynerius in l. ſi nō ſerui. per illum tex. ff. de do. inter virū
6 & vxo. Et teneas mēti, quod quis præſumitur indebitè † cācellatus
de bāno quādo nō apparet cauſa propter quam fuit
cācellatus, ſecūdum Bal. in c. cum ſuper. in vlt. col. de re iudi.
& in l. ſi nō fortē, in §. adeo. ff. de cōdi. indebi. & in l. præſes. C.
7 quom. & quan. iud. in fi. vbi no. loqt̄. † Et inter cetera dicit, ꝙ
cācellatio actorū hēt vim ſnīæ quādo iudex expreſſit cām cācellationis,
vel quādo ita ſe habet cōſuetudo. quod intelligit
ibi Bal. ante fi. quādo cōcellatio fuit valida, ſecus ſi fuit inualida.
vnde dicit ipſe quod cācellationes inualidæ factæ per ma-
8 giſtratus † vel per tabelliones, nō derogāt ſcripturæ, qđ dicit
eſſe mēti tenēdum. Et vide ad prædicta circa materiā cācellationis
D. Nellū in trac. bāni. in 3. parte 2. tēp. q. 35. incip. ſed
circa idem &c. & Abb. in conſi. 7. incip. tria circa primum. in
3. col. ver. ex hoc capite &c. in 3. vol. & Bald. in reper. ſuo. ver.
bannum cum cancellatur. & vide ēt in materia Spec. in titu.
de accu. in §. ſequitur, in 9. col. in ver. & not. quod cum banna.
& ibi Bal. in add. in tit. de inſtru. edit. in ver. ſed ſi bānū. &
eundem Bal. in l. ſcriniarios. in ver. item ſcias. C. de teſta. mili.
& in l. emancipatione. in fi. C. de fi. inſt. & in l. noſtra. in 1. col.
C. de teſta. & Bar. in l. acta. in prin. in pe. q. ff. de re iud. Itē ſcias
9 ēt ꝙ ſi bānum ſit in pluribus libris deſcriptū, † nō ſufficit vna
cācellatio niſi cācelletur de omnibus libris. ita dixit Ang. in l.
fi. per illum tex. ff. de his, quæ in te. delen. & ibi Rapha. Cuma.
quos refert & ſequitur Alex. in d. conſi. 289. incip. attenta diſpoſitione
&c. in 2. col. Et de omnib. ſupradictis vide quæ late
dixi in ſingu. meo 347. inc. caute agāt &c. Et ſi quis occidit
bānitū quādo bānū nō erat ſolenne an puniatur, † licet exi-
10 ſtat ſtatutum, quod bannitus poſſit impunè occidi, vide Bar.

poſt Dyn.in l.pen.ff.de adult. & Salyc. in l.eum qui duas.C.de
adult.de quo latius per Alex.in d.conſ.ſuo 289.in 3.colum.in
verſ.adde etiam &c. Et vide etiam omnino Bal.circa cancel-
lationem banni.in conſ.ſuo 31.incip.per dominum &c.aliàs
incip.hæc quæſtio fuit &c. in 4. vol. Item de illo qui occidit
bannitum quando bannum non erat ſolenne, an puniatur.
vide Bar. in l.3.in §.ſi ſeruus.ff.de acquir. poſ. Angel.in l.cum
verò.in prin.ff.de fideicom.liber. & Bal.in l.2. ff.de iureiur. &
in l.1.C.ſi à non compe.iudi.& in authen.quæ ſupplicatio.C.
de preci.Imperat.offe.& in l.lite. C. de libera. cauſa.& in l.qui
à latronibus. in §.1. & ibi Io.de Imo. ff. de teſta.& in l.ſi quis
filio exheredato.§.quod ſi quis.ff.de iniuſ. teſta.& Bar. in l.nõ
putauit.in §.non queuis.ff.de contratabu.& in l.3.in §.cõdem
natum.ff.de re iu.& Bal.in l.ex morte.C.ad l.Aqui. & in l.quis
ſit fugitiuus.§.apud Labeonem. ff. de ędi.edicto.& Bal.in l.2.
in 4.col.ff.ſi quis in ius voc.non ierit. Ioan.And. in mercu.in
regula,ꝙ quis mandato.de reg.iur.in ſexto,& Bal. in l.1.C.de
pœnis.& vide etiam Specu.in titu.de accuſa.in 4.parte.in §.1.
verſicu.ſed quid ſi bannitus.& in tit.de obliga. & ſolu.in rub.
in fi.& Ang.in l filio quem pat.ff.de libe. & poſthu.& in l.hu-
iuſmodi.in §.ſi ita.ff.de leg.1.& Bald. ſuper ſtatutis.in verbo,
bannitus.in 11.col.in 2. verſic.& Alex.in conſ.301.incip. viſis
dubitationibus. in 2.colum. Vlterius ſcias quòd licèt valeat
prædictum ſtatutum,quòd bannitus in pœna vitæ poſſit im-
punè occidi,vt ſuprà dixi,& licèt tunc occidens bannitũ non
puniatur aliqua pęna, hoc eſt verum pœna humana & ſecun
11 dum humana iura, † ſed ſecus eſt ſecundũ ius diuinum, quia
talis homicida punitur pœna ęterna,quia venit contra pręce
ptum diuinũ in quo dicitur,Non occides.de quo dixi in l.pa
tre vel marito.in prima col.in fi.ff.de quæſt. Et ſcias etiam, ꝙ
licèt talis homicida non puniatur aliqua pęna, vt dixi, tamen
12 † eſt infamis.ita no.dixit Bal.in l.decuriones.C.ex quib. cauſis
infa.irrogatur.quem refert & ſequitur Io.de Ana.in c.ſi per-
fodiens.in tertia colum.de homicidio.& D.Fely. in c.quæ in
eccleſiarum.in quinta col.de conſtit.& Pet.de Anchar.in re-
pet.c.canonum ſtatuta.in 85.col.in verſ. in hac eadem mate-
ria &c. de conſtitu.de quo dicto ego feci mẽtionem in cõſi-
lio meo incipiente,adiuua me & ſaluus ero &c. in 9.char. ꝙ
in ordine eſt conſilium 9.& in l.prima,in prin.12.limita.ff.de
ſica.Pro quibus facit quod dixit Bald.in l.1.in 2.colum. C.ſi à
13 non competen.iudi.vbi dixit,quòd omne † homicidium ha-
bet in ſe delictum & dolum,quãtuncunq; permittatur à ſta-
tuto.Et facit dictum Bald.in authent. ſi dicatur.in vlt.colum.
14 C.de teſti.vbi dixit,ꝙ homicida dicitur † vilis perſona, adeò
quòd in facto graui non poteſt recipi in teſtem ſine tortura,
quod eſt multũ no. Pro quib. faciunt dicta per me in d.l.pa-
tre vel marito. in ſecunda col. ff. de quæſt. in c.2. in 3.char.de
homici.& per Dom.Albertum de Cataneis,in dicto trac.vio-
lantes.in verbo,mortui.in 52.colum. verſi. adde etiam quòd
occidens &c. Scias etiam quòd ſtatutum permittens ꝙ ban-
15 nitus poſſit impunè offendi, videtur etiã permittere † quòd
poſſit impunè occidi.ita dixit Bar.in l.3.in §.fin.ff.de adimen.
leg.& Ioan.And.in addi.Specu. in titu.de conſti.in §.1.in vlti.
addi.magna.in fi.& Pau.de Caſt.in conſ.ſuo 194.incip.viſo.in
vlt.col. verſ. ad tertiam rationem. & Flo. in l.binas ædes,ff.de
ſeruit.ruſtic.prædio.ad fi.& D.Fely.in c.quæ in eccleſiarum.in
quinta col.de conſtit.& Dom.Nellus in trac. banni.in ſecun-
da parte.in 2.tempo.quæſt.7.incip. examinatis quæſtionibus.
& Dom.Lud.Bologni.in conſ.ſuo 63.incip.viſo igitur &c.in
fi.de quo etiam vide Iaſ.in l.in actionibus.in 4.colum.ff.de in
litem iur.& Do.Petrum Philip.Cor.in conſ.ſuo 53.inci. pla-
cet mihi &c. in primo vol. Et tantò fortius ſtante dicto ſtatu
to poterit ipſe bannitus vulnerari, & contumelijs affici.ita di
xit Bart. in l.nec in ea. ff. de adult. & Cyn.in l.1.ad fi.C.quæ ſit
long.conſuet.& Bal.in l.ſi quis non dicam rapere. in princ.C.
de epiſ.& cle.& Ang.& Pau.de Caſtr.in l.in ſuis.ff.de liber. &
poſthu.quos refert & ſequitur Iaſ.in l.in actionib.in 4.col.de
in litem iurando. vbi ſubdit, quòd eodem modo poterit te-
neri in priuato carcere & torqueri, ſecundum Bald.in l.1.C.
de exhiben.reis.& in l.1.C.de priuat.carceribus. Itẽ ſtante præ-
dicto ſtatuto quòd banniti poſſint impunè offendi, an pote-
16 rit † bannitus offendi in rebus, puta ponendo ignẽ in domo
ſua. vide D.Nellum.in tract. bannito.in 2.parte.2.temp.q.55.
incip. ſtante ſtatuto &c. Item ſcias ꝙ ſtante dicto ſtatuto ꝙ
bannitus poſſit impunè offendi, ſi aliquis bannitus ſeipſum
17 † vulneraret, non excuſaretur virtute ſtatuti ita dixit Bald. in
l.1.in 8.col.C.de ſer.fugi.quem ibi ſequitur Saly.Fulg. & Pau.
de Caſt.& etiam Iaſ.ibi in 2.colum. vbi ipſe adducit Io.And.
hoc plenè diſputantem in addi. Specu. in tit.de pœnis.in §.1.
verſ.ſecundò quæro, an vulnerans ſeipſum. vbi late diſputat,
an vulnerans ſeipſum incidat in pœnam ſtatuti impoſitam
vulneranti alium. & arguit pro & contra, & dicit de conſue-
tudine ſeruari, quòd non. poſtea refert Richar. Malumbra,
ſcripſiſſe quòd iſta quæſtio euenit in quodam aduocato.itẽ
adducit etiam Bal.in proœmio decreta.in 8.colum. vbi quæ-
18 rit † an clericus qui ſtudioſè ſeipſum vulnerat, incidat in cà-
nonem.c.ſi quis ſuadente.17.quæſt.4. in quo ipſe diſtinguit,
& finaliter concludit, ꝙ ſi ſtatutum ſimpliciter loquitur di-
cendo,ſi quis vulnerauerit, tunc punitur pœna ſtatuti: quia
19 delinquere † in ſe non eſt minus delictum quàm delinque-
re in alium, vt no.in l.athletas. in §.Pomponius. ff.de infami.
vnde dicit quòd ſi monachus in eccleſia trahit ſibi ſanguinẽ
percuſſiuè, eccleſia eſt interdicta. & ꝓ iſtis dicit facere quod
not.per Doct.in l.ſed ſi damnum. in §. ſed ſi ipſe.ff. de pecul.
ita reſidet Dom.Iaſ.in d.l.1.in 2.col.C.de ſer.fugi.Et ratio pręe
dictorum poteſt eſſe, quia propria perſona non intelligitur
comprehenſa in lege, vel ſtatuto. Et ideo ſi ex forma ſtatuti
20 † maſſarius villæ tenetur denunciare maleficia commiſſa in
villa ſub pœna,ſi non denunciat maleficium per ipſum com
miſſum,non cadet in pœnam,ſecundum Pet. de Anchar. in
c.canonum ſtatuta,in 12.q.princ.in 3.col.de conſti.& Saly.in
l.ea quidem.in verſic.17. quæro de quæſtione.C.de accuſ. &
Ang.de Are.in tract.maleficio. in verbo necnon ad denũcia-
tionem,in 6.char.in verſ.quæro ſecundum Salyc. & ibi latius
per D.Auguſt.in addi.& per Ioan.de Ana.in c.qui cum fure.
in 7.colum.in verſ.adde etiam prædictis. extra de fur. in l.4.in
§.ſi tibi iudicium.ff.de cond.ob tur.cauſam.& Bal.in l.1.C.de
cond.ob tur.cau.vide tamen in materia Bal.in l.1. C.de preci.
Impe.offe.& vide Alex.in l.libertus.ff.de capi.diminu.& vide
in arg.dicta per Dom.Nellum in tracta.bannito.in tertia par
te ſecundi tempor. quæſt.48. incipiente, iſta quæſt.&c. Item
ſcias etiam quòd ſtatutum dans præmium occidenti banni-
21 tum, † comprehendit etiam occidentem bãnitum extra iu-
riſdictionem,ſeu territorium bannientis.ita no. dixit Bald.in
conſ.ſuo 397.incip.præmitten.eſt ad euidentiam ꝙ quædam
ſunt quæ requirunt &c. in 6.volum.in fi.ad quod vide etiam
Bal.in c.ex literis.in fi.de conſtit. & Bal.in l.accuſatio.C.quod
met.cau.& Bald.ſuper ſtatutis in verbo, bannitus. in verſic.2.
& Dom.Nellum in tracta.bannito. in ſecunda parte ſecundi
tempor.quæſt.56. & 57. & 58. vbi omnino videas.item vide
etiam Alexan. in ſimili in conſilio ſuo 41.incip.viſis.in 1.col.
uer.nec etiam videtur obſtare.&c. in 5.vol.item vide Bald.in
Margarita.in litera E.in verſ.excõmunicatus repellitur etiam
ab accuſatione. circa med. & vide Iaſ. in l.fin. in princip.& in
verſ.16.limita.ff.de iuriſdictio.omn.iud.& in l.vbi pactum.in
6.colum.C.de tranſact.vbi plura allegat circa hoc. Vlterius in
materia iſta bannitorum quæro de notab. quæſt. videlicet,
Princeps propter aliquod delictum bãniuit Titium de ciui-
22 tatibus,terris,dominio,& territorio ſuo,† an intelligatur etiã
bannitus de ciuitatibus, locis, & territorio poſtea per ipſum
Principem acquiſito? In quo primò videas Bald. in l.etiam
poſt med.verſ.& hæc.C.de iure do.& Dom.Nellum in tract.
ſuo banni.in prima parte ſecundi tempor.q.56.incip.quærit,
Sempronius fuit bannitus &c.& vide Alex. in l.ſi conuene-
rit.in §.ſi nuda.ff.de pigno.actio.& Alex. poſt Bart.in l.damni
infecti ſtipulatio.§.ſi is qui ædes. ff. de damni infect.& Cardi.
in clem.ſtatutum.de electione. in ſecunda colum. Angel. &
Salyc.in authent.præterea.C.vnde vir & vxor. Pau. de Caſtro
in l.item ſi fundi.in §.huic vicinus.ff.de vſufruc.Dò.Laurent.
Calca.in conſ.ſuo ſecundo incipiente, licèt iſta materia &c.
in 24.colum.in verſic.ad vnum tamen eſt aduertend. Et vide
omnino Bald.in conſilio ſuo 65.incipiente, ad euidentiam.
in ſecunda col. uerſ. amplius. in primo uolum. & Alber. de
Roſa.in prima parte ſtat.quæſt.116.incip.Mutinæ fuit &c. &
in 2.parte ſtatu. q. 131. incipien. exiſtente guerra &c. uide in
ſumma Roſella,in uerbo,interdictum.in prima colum. ante
fi.ubi dicitur,quòd ſi interdicantur omnes ciuitates alicuius
dominij,non intelligitur interdicta ciuitas acquiſita poſt in-
terdictum. item uide etiam Dom. Franciſ. de Are. in l.ſed ſi
plures.§.filio impuberi.in 1.colum.ff.de uulg. & pup.& Abb.
in conſilio 62.incipien. in controuerſia. in 8.colum. & uide
quæ ego dixi in l.fin.C.quæ res pigno.obliga.poſ.& uide om
nino Iaſ.in l.ſi ſtipulatus fuerim.in §.cum ſtipulemur. in pen.
colum.ff.de uerborum oblig. & eundem in §. in perſonam.
in 3.colum. Inſtit. de actio. & uide Alexand. in conſilio 177.
incip.in occurrenti &c.quaſi per totum,in 2. uolum. & uide
Pet.de Anch.in rep. c.canonum ſtat.in 64. col. uerſicu. iuxta
effectum.de conſtitu.Et uerè non ſunt adhuc 10.anni,quòd
iſta quęſtio uenit in facto in ciuitate Fauentiæ. nam ibi mo-
ram trahebat unus Venetus qui erat bãnitus de toto territo-
rio Venetorũ, poſtea ipſi Veneti acquiſiuerunt ciuitatem il-
lam Fauentiæ, quo ſtante fuit captus ille bannitus ibi Fauen-
tiæ, dubitatum fuit an eſſet bene captus, adeò quòd contra
eum poſſet fieri executio bãni necne.plures Doct.conſulue-
runt,

runt,ego autem tunc infirmitate detentus non potui peten
tibus inſeruire,nec intellexi quid ſequutum fuerit, ſed ex di-
ctis Doct. in dictis locis pōt percipi iuris diſpoſitio , ad quos
Doct.me remitto . Conſequenter quæri poteſt de alia not.
23 queſtione videlicet,an bannitus de vna ciuitate,†intelligatur
etiam bannitus de alia ciuitate illi confœderata. in quo vide
Dom.Nellum in trac.bannit.in 2.parte ſecund. tempo. quæ
ſtio.36.incip.duæ ciuitates,&c. & Catal.in tract.ſynd. in verſi.
21 .incip.adde,ꝙ ſi ſunt duæ ciuitates,&c. & Iaſ. in l. vbi pa-
ctum.in 6.colum.ver.limitat niſi &c.C.de tranſact.& Bal. in
reper.ſuo.in verbo,delinquens.in 2.colum. verſi.delinquens
in aliqua terra,&c.& vide Abb.in conſi.51 incip. ad dilucida
tionem,&c.in prin.in 3.vol.& vide etiam Barba.no.loquen-
tem in conſilio ſuo 62.incip.Paulus &c. quaſi per totum. in
4.vo.& eſt glo.no.ad hoc in cap.1.in titulo,hic fin.lex Conra.
& vide omnino Cardi.Alexan.in cap.1.§.conuenticulas.in 3.
colum.de pace iur.fir.vbi ſingu.loquitur in materia iſta. & vi
de Bar.in l.non dubito.in verſi.vlt.no.ff.de capti.Bald.in l.exe
cutorem.in 11.col.verſic. ſed quæro quid de ciuitatibus con-
fœderatis.C.de execu.rei iudi.& in l.1.in 10.colum.verſic.ſed
hic quæritur ſi bannitus.C.de ſumma Trinita.Bar. in l.filij.in
§.relegatus.ff.ad munic. Bal.in authen.item nulla communi-
tas.in fi.in ver.deinde dicit hic Iac.C.de epiſc.& cle.& Soci.in
conſilio ſuo 7. incip. nunc quæſitorum.& in conſil.74.incip.
in præſenti.in 3.colum.verſ.præterea,&c.Io.de Ligna.in trac.
de bello.in 40.cap.inci.11.quæritur,&c.de qua quæſtione di-
xi etiam ſuprà,in §.opportunè.nume.36. & 37. Vlterius pro
ampliatione huius materiæ bannitorum adde quàm plura.
Et ſcias, quòd licèt adſit ſtatutum in ciuitate permittens ban
nitum poſſe impunè occidi propter tale ſtatutum, non ſem
per poteſt bannitus impunè occidi. Nam bannitus captus a
24 familia dum eſt captus, vel carceratus, † non poteſt impunè
occidi, imò occidens eum tunc punitur, acſi occidiſſet non
bannitum.& ratio eſt,quia capti ſeu carcerati ſunt ſub prote
ctione curiæ,vt habetur.in l.fi.C.de cuſto.reo. Ita dixit Bar.in
l.in laqueum.ff.de acqui.re.do.& in l.3.§.fi.ff.de ſicar. & in l.le
gis Iuliæ.ff.ad leg.Iul.de vi priua.& Bal.in l.libertas. ff. de ſtatu
ho.vbi ſubdit,ꝙ ſi captus,& carceratus,eſt bannitus,& debet
ex forma iuris ſuſpendi,ꝙ ſi affines ſui eum venenant in car-
cere ne vituperentur ex morte ſua,ꝙ puniri debent tāquam
parricidæ,& idem dicit Ioan.de Ana.in c.cum iuramento.in
vlt.col. de homici. Et idem de bannito carcerato tenuit Bal.
in l.fi.C.de malefi.& mathe.& in l.fideicommiſſa.in §.ſi quis.
ff.de leg.3.& in l.1.in pen.col.C.vnde vi.& Bar.in §.arripiat.in
Authen.vt omnes obedien.iudi.& Ioan.Andr.in addi. Spec.
in titu.de accu.in quarta parte.in §.ſequitur. in addi. magna.
in 3.col.& Ioan.de Imo.in l.Publius.§.1.ff.de cond. & demō.
& Io.de Ana. in d.c.cum iuramento.& in c.1.in fi.de ſortile.
& idem tenuit Ange.de Are.in §.illud quæſitum.Inſtit.de re
rum diui.& Ioan.de Imo.in l.pupillus.§.1.ff.de cond.& dem.
& Ange.de Are.in tract.maleſi. in verbo, fama publica. in 9.
char.in ver.tertiò quæritur ſi bannitus.& ibi per Do.Auguſt.
in addit. Pro quibus etiam faciunt dicta per Paul. de Caſt. in
25 conſi.ſuo 113.incip.viſo proceſſu.in 2.col.vbi dicit,†ꝙ etiam
in bello licito non eſt licitum occidere inimicum captum
poſtquam eſt captus,per d.l.libertas.ff.de ſta. hom,quod etiā
dixit Ange.de Are.in locis ſuperius allegatis. Et facit ēt.Nam
acceſſus ad publicas meretrices non nuptas eſt impunibilis
26 de iure fori,†vt habetur in l.ſi vxor.& ibi Bar.ff.de adult.& in
l.ſi in ea.& in l.quæ adulterium.& vtrobique per Ange.C.de
adult.& dixi latius in ſingu.meo 150.inc.acceſſus,&c.attamē
ſi publica meretrix eſt carcerata,non poterit aliquis libidinis
cauſa ad eam accedere,imò accedens ad eam,& habens rem
ſecum,punitur acſi acceſſiſſet ad mulierem honeſtam.ita ſin
gu.dixit Dom.Paris de Puteo in tract.ſuo ſynd. in 16.charta.
ſub verbo,adulterium.de quo latius dixi in dicto ſingu.meo
150.& in l.1.in prin.in ampliationibus.ff.de ſica. Item ſcias ēt
ꝙ bannitus qui ſtatim,vel de proximo eſt rebanniendus, nō
27 poteſt†impunè occidi,licèt exiſtat ſtatutum,ꝙ bāniti poſſint
impunè occidi.ita dixit Bal.per illum tex.in l.1.in §.ſerui. ff.ad
Sylla.quod dictum pro no.refert,& ſequitur Do. Bartholo.
Cæpo.in conſi.ſuo 39.incip.Baptiſta.in 5.colū.pro quo dicto
ipſe adducit tex.in l.mulier.in §.non eſt dubitādum.ff.ad Tre
bel.vbi dixit Pau.de Caſt.argu. illius textus,ꝙ ſi bannitus ſpe-
rat infallibiliter debere rebanniri,vt quia obtinuit gratiam,li
cèt adhuc non ſit cancellatus, non tamē poterit offendi tan-
quam bannitus, ad quod alleg.l.ſi non ſortem, in §. Labeo.
cum ibi no.ff.de condi. indebi. & le. creditores. C.de fideic.
vbi hoc idem tenet Pau.de Caſt.& in l.3.§.ſi ſeruus.ff.de acq.
poſſeſ.& prædicta intellige,dummodo occidens talem ban-
nitum ſciret eum habuiſſe gratiam, vel de proximo eſſe re-
banniendum, quoniam tunc eum offendēdo debet puniri,
ſecus ſi prædicta ignoraſſet ſecundùm Doc. in locis prælle
gatis. Pro quibus faciunt,quæ dixi in ſing.meo 106.incip.qui
de proximo.& in l.1.in princ.in quinta ampliatione,ad illum
tex.ff.de ſica.& facit tex.in l.qui pœnæ.in §.diuus.ff.de manu-
miſ.& tex.in d.l.ſi non ſortem in §.Labeo.& in d.l.ſi credito
ris.C.de fideicom. & in l.penul.ff.de teſtam.mili. & gloſ.in l.
quamuis indubitati. C. de adulter.Et hanc partem,ꝙ ille qui
de proximo eſt rebanniendus, habeatur pro rebannito fir-
mauit Bart.in d.l.penul.& Bal.in d.l.ſi non ſortem. in §.adeò.
in primis verbis,& ibi Pau.de Caſt.in fi.Et facit tex.no.in præ
dicta l.mulier.§.dubitādum.ff.ad Trebel. per quem tex. dicit
ibi Pau. de Caſt.ꝙ paria ſunt aliquid eſſe de præſenti, vel ſpe-
rare,quòd incontinenti fiat.ex quo ſumit, vt ſuprà dixi,argu.
ꝙ ſi bannitus ſperat infallibiliter cancellari de banno, vt qa
obtinuit gratiam in communi, licèt adhuc non ſit cancella-
tus, ſi agit non poterit repelli tanquam bannitus ex forma
ſtatuti.Et idem dicit in excommunicato,qui ſperat abſolui,
nondum tamen eſt abſolutus.Et facit ad prædicta no. verbū
Angeli in l.ex eo tempore.ff.de teſta.mili.vbi dixit,ꝙ vadens
ad ſepulchrum,habet indulgentiam licèt non peruenerit ad
ipſum ſepulchrum morte præuentus. & faciunt etiam quæ
latiſſimè dixi in hac materia in cōſ.meo 94.inci.auxilium Do
mini non me deſerat,&c.

Item etiam alio caſu bannitus non poteſt impunè of-
fendi ſeu occidi licèt exiſtat dictum ſtatutum in ciuitate, ꝙ
28 bannitus poſſit impunè occidi. nam hoc caſu bannitus†qui
toleratur in ciuitate a ſuperiore, non poterit occidi nec of-
fendi tanquam ſi non eſſet bannitus,ita ſingu.dixit Salic.in l.
nullus.C.de Iudæis. quod dictum refert, & ſequitur Ioan.de
Ana.in c.ſicut Iudæi.in 4.colum.de Iudæis.& ibi Domi. Feli.
in pen.colum.& illud etiam refert,& ſequitur Dom.Alex.in
conſi.ſuo 1.in vlti.colum.in 2.volu.vbi plura adducit pro illo
dicto.& illud etiam refert,& ſequitur Dom.Ale. in conſilio
107.incip.pro inueſtigatione.in vlti.colum.& in conſi.8.in 2.
colum.in 6.volu.& in l.fi.ff.de adul.& Dom.Fel. in ca. quæ in
eccleſiarum.in 3.colum ver.quartus caſus,&c.de conſti.& in
c.1.in 7.colum.de treu.& pace.de quo dixi in ſing.meo 77.in
cipiente,patientia &c.& in d.l.1.in princi. in 6. ampliatione.
Sed aduertas tamen diligenter ad vnum, quòd nuper conſi-
deraui,videlicet,ꝙ videtur dici poſſe,quod illud dictum Sali.
in d.l.nullus. C.de Iudæis.& ſequacium non ſit verum, & nō
poſſit procedere ratione non debili videlicet,quia in aliquo
caſu non reperitur,ꝙ plus operetur tacitū quam expreſſum,
& hoc ſatis de ſe patet. Sed gratia expreſſa facta bannito per
ſuperiorem,& ſic rebannito nihil operatur, niſi interueniat
ſcriptura rebannitionis, & gratiæ, & cancellatio banni cum
cauſa cancellationis,vt dixit Paul.de Caſt.in l.ſi duo.ff.de acq.
hæred. vbi dicit, ꝙ occidens bannitum, qui erat rebannitus,
ſed non erat adhuc cancellatus de banno,non debet puniri,
quia ſufficit,quod eſſet deſcriptus in libro bannitorum,quo
niam excuſatur auctoritate publicæ ſcripturæ, vt dixi ſupra
in hoc §.nume.4.cum ſequen.& in ſing.meo 340.incip. cau-
te agant. Si ergo in expreſſe rebannito requiritur ſcriptura
rebannitionis,& cancellationis,vt dixi,ergo a fortiori in taci
tè rebannito requiritur ſcriptura cancellationis, & gratiæ, a-
liàs nihil operabitur talis gratia,& talis rebannitio. Modo di-
co, ꝙ quando ſumus in aliquo caſu, in quo requiritur ſcri-
29 ptura de neceſſitate, † tunc patientia,& tolerantia nihil ope-
rantur.ita ſingu.dixit Bal.in l.venia.in penul.colum. C. quan-
do non pet.par.quem refert,& ſequitur Iaſ. in l.1.in 18. colū.
in verſi.item per prædictam communem concluſionem.C.
de iure emphy.& in l.ij.in 49.colum.eodem titu.de quo dixi
in ſingu.meo 230. incip.ſi bene ſis memor &c. ergo cum ad
validitatem gratiæ, & rebannimenti requiratur ſcriptura cā-
cellationis,& cauſa ipſius,vt dixi,ergo per ſolam patientiam,
& tolerantiam ſuperioris bannitus non habebitur pro rebā
nito,ſed poterit impunè offendi,& iudicialiter, & extraiudi-
cialiter,& a priuato,& a fortiori a ius dicente loci vbi reperi
tur ipſe bannitus.Et ſic ex iſtis ſatis patet, ꝙ dictum Sal in d.l.
nullus.C.de Iudæis,& ſequacium,non eſt verum,& vobis ſer
uit de vento. Puto tamen præmiſſis non obſtantibus,quòd
dictum Saly.ſuſtentari poſſit,& defenſari.Et conſidero,ꝙ ta-
lis patientia, & tolerantia ſuperioris ſit publicè, & palam ab
ipſo ſuperiore,& aliàs ſi fieret clam,& occultè non poſſet p-
priè dici patientia,& tolerātia ſuperioris,vt ſatis patet ad ſen-
ſum. Quando autem priuato,vel etiam magiſtratui publico
conſtat bannitum fuiſſe rebannitum,& de hoc habent verā
ſcientiam,tunc non licet eis offendere talem bānitum, licèt
30 nondum fuerit cancellatus † de banno,imò tunc eum offen
dens punitur perinde,ac ſi occidiſſet non bannitum, ſecun-
dùm D.Nellum in trac. bannitorum. in 1.parte.3. tempo.in
2.quæſt.& voluit Bal.in l.ij.in 3.colum.in princ.ſſ.ſi quis in ius
vco.

voc.non ierit.& in l.quis ſit fugitiuus. in §. apud Labeonem.
ff.de ædil. edic. & Ioan.And.in regula,ꝙ quis mandato.de re
gul.iur.in 6.in mercurialibus,& Bal.in l.1.C.de pœnis. & Ale
xan.in d.conſi.114.incip.ponderatis.in 2.col.ante me.in 1.vo
lu & Bal.in l.huiuſmodi.in §.ſi ita.ff.de leg.1.de quo etiam di-
xi in d.ſingu.meo 340.incip.cautè agant &c.vltra med.in ver.
limita ij.&c.Pro quibus faciunt dicta per Dom.Flo. in l.ſi pu
31 tator.ff.ad leg. Aquil.vbi dixit,† ꝙ ſciens aliquem eſſe clericũ,
non excuſatur a pœna excommunicationis ſi eum percutit,
licèt ſit indutus veſte laicali, & idẽ dixit in virgine induta ve-
ſte meretricali, & in alijs pluribus ſimilibus caſibus. & idem
dixit Iaco.de Beluiſo in trac. ſuo maleficiorum. in verbo, ꝙ
dictus,in 5.colum.Item facit etiam,nam licet communis er-
32 ror † faciat ius, vt hr̃ in l. Barbarius. ff. de offi. præto. & in l.1.
C.de teſta.& in cap. ad probandum.de re iudi.& in cap.fi.qui
fil.ſint legi.cum ſim.adeò quòd ſententia lata ab inhabili,qui
reputabatur habilis valeat,vt in d.iuribus. attamen hoc fallit
niſi illi inter quos eſt lata ſententia ſciant illum communem
errorem eſſe falſum, quia tunc talis ſententia non ſuſtinebi-
tur ratione communis erroris.ita ſingu.dixit Ioan.Cald.in d.
cap.ad probandum.quem refert,& ſequitur Do.Ant. in cap.
ſciſcitatus.de reſcriptis.quos refert, & ſequitur Corſe.in not.
ſuo in verbo,error communis.circa fi. vbi dicit, ꝙ ratio hu-
ius dicti eſt, quia ratione comperta cedit opinio veritati. &
dicit,quod ratio huius dicti colligitur ex tex.ca.conſuetudo.
8. diſtin. pro quibus omnibus faciunt dicta per me in ſingu.
meo 13.incip.volo tibi dare,&c.& in repe.mea.l.fi.C.de pro-
ba.in 47.& 48.char.& in reper.meo in litera S, in 26.char. in
pe.not.Sed talis tolerantia, & patientia ſuperioris erat nota,
& cognita offendenti dictum bannitum toleratum publicè
& notoriè ab ipſo ſuperiore, ergo non fuit licitũ ipſum of-
fendere. Quinimò ſi eum offendens allegaret ignorantiam
illius patientiæ,& tolerantiæ ſuperioris tolerantis illum ban
33 nitum publicè non eſſet audiendus,quoniam allegans igno-
rantiam eorum,quæ publicè fiunt,non debet audiri,vt habe
tur in c.1 de poſtul.prælat.& in cap.exceptionem. de except.
& in c. quod dicitis. 16. diſtin. cum multis ſi. ibi in glo. alle-
gatis.ad quod etiam facit tex.in l.ſed ſi.in §.literis. ff. de inſtit.
& in l.ſi filium.ff.de libera.cauſa.Et faciunt dicta per Dom.de
Rota,in deciſ.nouis.deci.236.inci.extra Rotã. quos retuli in
hac materia in l.qui ignorans.in 4.colum.poſt me.ff.de fal.&
in l.qui falſam,in 12.colum.poſt me.eod.titu.Ex quibus om-
nibus ſic aliàs tranſiui in pluribus locis cum illo dicto Salyc.
in d.l.nullus.& eum pluries in facto practicaui, & obtinui,ita
etiam nunc nuperrimè eum affirmo,& approbo nõ obſtan-
tibus in contrarium ſuperius adductis, quæ prima fronte vi-
dentur multum ſtringere,& dictam doctrinam tollere,ideo
tene menti prædicta,quia non ſunt dicta,nec cogitata per ali
quem vſq; in præſentem diem,& loco, & tempore poſſent
tibi dare honorem & lucrum. Alio etiam caſu bannitus nõ
poteſt offendi,nec occidi a priuato, nec etiam a iuſdicente,
etiam ſtante dicto ſtatuto, quòd bannitus poſſit impunè oc
cidi, videlicet, quando ipſe bannitus erat extra territorium
bannientis,in loco vbi ſibi licebat morari, & ibi fuit captus,
& per vim, & contra eius volũtatem ductus fuit in loco vbi
erat bannitus,nam hoc caſu non poteſt,nec debet iure occi
di,nec offendi.ita dixit Bald.in authen.item nulla communi-
tas.C.de epiſc.& cler.de quo ſatis latè dixi ſupra in §.vlti.quæ-
ſtio.nume.34.& in conſi.meo 29.incipiente, largiri mihi di-
gneris,&c.vbi etiam latius loquutus ſum in materia,& in l.j.
§.præterea.in 3.4.& 5.colum.ff.de quæſtionibus. Et ideo to-
ta hæc ciuitas alias ſummè admirata eſt vltra modum, cum
iam ſint anni tres elapſi,quòd in loco Mirandolæ fuerunt ca
pti quindecim homines Bononienſes pro maiori parte om
nes banniti ab hac ciuitate Bononien. & per vim fuerunt cõ
ducti ligati ſuper equis in hanc ciuitatem,Papa Iulius ſecun-
dus voluit, quòd ſuſpenderentur omnes ſimul in plateis,
& ita factum fuit.& ego vidi eos omnes ſuſpendi iniuſtè, &
indebitè, & obſtupui, cognoſcens tantam iniuſtitiam in
Pontifice qui alios deberet redarguere ſi committerent in-
iuſtitiam,attamen vſus fui ſilentio,dicens in animo,hoc etiã
tranſeat cum alijs erroribus, & iniuſtitijs, quæ fiunt hoc tp̃e
in hac infeliciſſima & miſeranda ciuitate,quę vix precario te
net ipſum.Vlterius ẽt alio caſu bannitus nõ põt impunè occi
di,ẽt ſtãte p̃dicto ſtatuto,ꝙ bannitus poſſit impunè occidi,q
caſus eſt in bãnito,qui cõi exiſtimatione reputabatur pro nõ
34 bannito.†nã tali caſu nõ poterit impunè occidi, vel offendi.
ita dixit Ang.in l.ſi duo.ff.de acq.hær.pro quo faciũt dicta ſu
perius de bãnito qui tolerat̃ per ciuitatẽ a ſuperiore. Et facit
ẽt.nã ſi aliquis diu ſe geſſit ꝓ notario,& multa acta, & inſtru
35 menta fecit, talia † acta & inſtrumenta valebunt, licèt appa-
reat poſtea illum non eſſe notarium,ſecundùm Bart.in l.Bar
barius.circa fi.de of. præto. & cum eo ibi trãſit Bal.in 10.col.
de quo etiam per Bart. in l.actuarios.C.de actuarijs. lib.12.&
per Bald.in l.ij.C.de ſenten.& in l.repetita.C.de epiſ.& cle. &
in l.1.in fi.ff.de iudic. & in l.ad teſtium. ff.de teſt. & in l.1.in 5.
colum.eodem titu.& Bal.in l.quædam. in §.nummularios.ff.
de eden.& in l.1 in prin.C.ad Mace.& per Pet.de Anch.in cõ
ſilio 188.incip.iſte B.de Gernatio,&c.Pro quibus facit regu-
la illa videlicet,ꝙ communis error facit ius, vt habetur in l.1.
C.de teſta.& in l.Barbarius.ff.de of. præto.& in ca.pen. & fin.
qui fil.ſint legi.cum ſim.Et faciunt no.per Innocen. in ca.ni-
36 hil.de elec.in gl.vbi dixit,†quòd facta a non vero prælato,qui
tamen reputabatur verus prælatus eccleſiæ,valent & tenent.
Et facit etiam,nam ordinationes,& alia ſacramenta facta, &
data ab hæreticis,& ab alijs quibuſcunque criminoſis occul-
tis, ſi communi opinione tolerabantur, & habebantur pro
veris & legitimis prælatis,valent & tenent ſecundum Innoc.
in c.1.de ſciſma.quem refert & ſequitur Soc.in conſilio ſuo
32.inc.ex his,quæ &c.in 8.col.in 1.vol.& etiam ſubdit, quod
37 legitimus reputatur filius,†etiam ex non legitimo matrimo
nio natus, dummodo matrimoniũ reputaretur legitimum.
alle.c.fi.qui fi.ſint legit & l.auunculo.ff.de cond.ſine cauſa.&
§.aduerſus.Inſt.de nup.& ibi gl.& l.qui contra.C.de inceſ. nu
pt.Item dicit,quod propter opinionem populi,filij iudican-
tur liberi.l.prima.§.ſed & qui.de lati.li.tol.& ꝙ propter com
munem opin. non poteſt obijci de adulterio. capitulo gau-
demus. de diuor. Dicit etiam quod tenet mandatum fa-
ctum de adeunda hæreditate viuentis,qui communi opi.re-
putabatur mortuus,cum non eſſet. l. ſi quis mihi bona. in §.
plane.ff.de acq.hæred.alleg.etiam in argumen.alia plura iura
de quibus ibi per eum.Et ſubdit,quod collatio,electio,& ſi-
miles actus quos quis facit ratione officij,quod quis gerit il-
38 legitime,tolerãtur, ſi communi opi. reputabatur legitimus.
7.q.1.cap.nonne.vnde dicit,quod tenuerunt quæ fecit Iudas
quamdiu fuit toleratus,ſicut facta aliorum apoſtolorum. 1.
quæſtio.1.c.dedit baptiſmum Iudas.& c.Chriſtus.23.q.4.alle.
etiam plura iura de quibus ibi per eum.& idem dicit de eo,
qui communiter reputabatur pro notario, licet non eſſet,
vt ſuprà dixi.alleg.c.decernimus.de ſent.excom.in 6. & dicta
per Specu.in tit. de inſtru.edi.in §.reſtat. in ver.ſed quid ſi in-
ſtrumentum.Subdit poſtea D.Bartho.Soc.in dicto conſilio,
quòd communis opin.exiſtens de habilitate, & legitimitate
agentis tempore quo aliquid facit, operatur vt illud valeat,
& perpetuò illud tueatur,licet poſtea appareat ipſum inhabi
lem ſeu illegitimum eſſe,ſeu fuiſſe.& ideo præſentatio facta
per aliquem non patronum, ſi communi opinione reputa-
39 batur patronus † illius beneficij non vitiatur,licet poſtea ap-
pareat ipſum non fuiſſe patronum,vt in c.conſultationibus.
de iure patro.& in c.querelam, de elect.per quam decretalẽ
idem dicimus de rectore putatiuo.& idem de collatione fa
cta ab eo, qui poteſtatem conferendi putabatur habere, de
cauſa poſ.& proprie.c.cum olim. Et facit etiam, nam quãdo
filiusfam.facit aliquem actum qui filiusfam.communi.opin.
reputabatur liber, tenet, licèt tunc non eſſet ſui iuris, vt C.
ad Maced.l.ij.& ff.eo.l.3.Item ſoluens ei qui communi exiſti
matione reputabatur procurator creditoris ad pecunias exi
gendas liberatur,quamuis procurator non eſſet.l.eius qui in
prouincia.ff.ſi cert.pet.l.ſi quis ſeruo. ff.de ſol.& iſta,& plura
alia adducit Soc.in d.conſil.ſuo 32. incipien. ex his quæ. in 8.
colũ.quæ multum ſunt not.ad propoſitum dicti banniti,qui
communi exiſtimatione raputabatur pro non bannito. &
vide no.verba Dom.Nelli in trac.bannitorum. in 3.parte ſe-
cundi temporis. quæſtio.84.vbi not.loquitur. Et circa hanc
materiam adde in ar.not.verbum Do.Card.in prooemio cle.
in verſi. vniuerſitati,&c.vbi dicit fuiſſe determinatum de fa-
cto. Epiſcopus Tudertinus facit ſtatutum excommunicans
mulieres portãtes perlas, quod ſtatutum a nulla muliere fuit
receptum.dubitabatur an incidant in pœnam ſtatuti,ſeu ex-
40 communicationis.& † refert Matthe.dicere, quòd non.per
can.in iſtis.§.1.4.diſt.quod dictum refert, & ſequitur Barb. in
conſilio ſuo incipien.ſcripſit eccleſiaſticus,&c.in 7.col.quod
conſilium inſertum eſt inter conſilia Alexan.in ordine meo
470.ad quod vide etiam Iaſ.in l.rem non nouam, in 2.colũ.
C.de iud.& Dom.Catal.in trac.ſuo ſyn.in verſi.68. inci. adde
quia dicit. & Dom.Fran.de Are.in conſilio ſuo 11.inci.pro-
cedendum.in pe.col.circa princ.& in conſilio 153.incip. cõ-
ſultatio propoſita.in 2.col.& Alex.in conſi.ſuo 78.incip.vide
retur prima conſideratione.in 2.col.in 6.vol.& glo.ſingu. &
ibi Doct.in cap.1.de treu.& pace.& Ludoui.Rom. in conſil.
512.incipien.quo ad primum.in vlt.columna. & Alexand.in
cõſi.6.incip.viſo themate.in 2.col.in 1. vol. & in conſi. 262.
incip.viſa facti narratione.in 1.col.in 1.vol.& Dom.Fel.in c.
paſtoralis.in pen.col.de fide inſtr.& Card.Alexand.19.diſt. in
ſumma.

ſumma.& voluit Old.in conſi.256.inci. impugnatur electio.
in 2.colum.in ver. præterea ſtatutum,&c. & probatur in ca.
denique.in §.fi.3.diſt.& voluit Dom.Phi.Deci. in conſil.262.
incipiente,in cauſa.in pen.colum.ver.vlt.non obſtat. & vide
Ioan.de Ana.in c.felicis.in prin.2.colum.de tornea.vbi no.lo
quitur in materia iſta.Et de ſupradicto articulo quādo com-
munis error faciat ius,vide etiam Cyn.in l.decernimus. C.de
ſacroſan.eccle.Barto.in l.ij.ff.de ſup.leg.Domi.Anto.in com
mento cap.conſultationibus.de iurepat. Bal.in l.ij.C.de ſent.
Salic.in l.Xenodorus.C.ad Maced.Ang.de Aret.in §.ſed cum
aliquis.Inſtitu. de teſta. & Modernio. in dicta l. prima. C. de
teſtament.

Modo vlterius dico , quòd alius eſt caſus in quo bannitus
non poteſt impunè occidi,etiam ſtante ſtatuto,quòd banni
tus poſſit impunè occidi , qui caſus eſt in bannito condem-
41 nato dū ducitur ad mortem,ſeu ad locum iuſtitię,† nam oc
cidens eum tunc,debet puniri pęna l.Cor.de ſic.etiam ſi hoc
facit aliquis de familia iudicis,licet haberet dubium, ꝙ eripe
retur ſibi per viam,nam tenetur de occiſo niſi habuerit hoc
in mandatis. ita dixit Bal. in l.addictos.C.de epiſc.aud. & in l.
fideicommiſſa. in §.ſi quis. ff.de leg.3.& in l.fi. C.de maleſi.&
mathe de quo etiam per Bar.in l.cuiuſque.ff.ad leg.Iul.maie-
ſta.& per Alexand.in l.3.§.transfugas.ff.de ſica. pro quibus fa-
ciunt,quæ dixi ſuprà,de bannito carcerato. Scias etiam ſtan-
te ſtatuto,quòd banniti non poſſint ſtare,nec habitare in ci-
uitate,aliàs poſſint ibi capi,& decapitari, quòd ſi aliquis ban-
42 nitus† tranſit per illam ciuitatem,& comedat in hoſpitio,nō
poterit capi,nec decapitari.ita dixit Do.Nel.in tract.ſuo ban
nitorum.in prima parte ſecūdi temporis.q.58.inci.pacto,vel
ſtatuto cauetur.& Pet.de Anch.in conſi. ſuo 74.inci.viſo di-
ligenter.in fine.

Item vltra præmiſſa circa hanc materiam bannitorū ſcias,
43 ꝙ ſtatutum loquens† de bannitis,comprehendit ſolùm ban-
nitos tempore ſtatuti,non autem bannitos ex poſt.ita no.di
xit Ange.in conſi.ſuo 67. incip.ex themate prædicto duo eli
ciuntur dubia,&c.poſt medium.in verſi.de ſecundo aūt &c.
& idem Ange.in conſi.ſuo 260.incip.thema prædictum,&c.
per totum conſi.maximè vltra med.& Pet. de Anch.in repe.
c.canonum ſtatuta.in 48.char.in 3.colum.de conſtitu.& Do.
Phil.Decius in conſi.ſuo 65.inci. diligenter conſideratis,&c.
ante finem.Pro quo faciunt dicta per Dom.Nel.in tract.ban
nitorum.in 1.parte.ſecundi tempo.quæſt.58. & in 1.parte. 1.
tempo.in 10.quæſtio.& in 3.parte ſecundi tempo.in 10.q.in
cip.circa idem &c.Et faciunt dicta per Bald.in l.1. C.de capti.
vbi dixit, ꝙ ſi ſtatutum dicit,quod exitij poſſint impunè of
fendi,quod non poteſt intelligi de filiis, qui poſtea naſcātur.
Et facit etiam.nam exemptio ſeu immunitas conceſſa eccle
ſiæ,vel capellis,non porrigitur ad eccleſiam,nec ad capellam
44 †futuram,ſecundùm Doct.in c.cum capella.de priui.& Bart.
in l.damni.in §.ſi is qui in penul.quæſtio. ff.de damno infec.
& in conſilio 59.incip.commune Spoleti.in vlt.colum.& ha
betur per Ale.in conſi.177.incip.in occurrenti,&c.in 4.colū.
in 2.volu.Pro quo facit optimè tex.no.in cle.1.ad fi.de cenſi.
vbi dicit tex. priuilegia ſeu exemptiones huiuſmodi ad mo-
naſteria,ſeu eccleſias,quæ ad eos in poſterum obuenire con
tinget,volumus non extēdi.Et facit etiam : nam reſcripta ad
45 lites† non extenduntur ad lites futuras.c.fi.de reſcri. Item lite
ræ ad beneficia,nō trahuntur ad beneficia poſtea creata. cle.
fin.de reſcri.Item facit,nam compromiſſum factum in arbi-
trium de omnibus,non porrigitur ad lites futuras.tex.eſt no.
in l.de his. & ibi Bar.ff.de arbi. vbi ampliat hoc etiam ſi dictū
eſſet in compromiſſo de litibus,quæ ſunt,vel eſſe poſſunt in
ter ipſas partes.vnde illud (eſſe poſſunt) intelligitur ex cauſa
de præſenti,& rebus ſe habentibus,ſecundùm Iaſ.in l. ſi ſtipu
latus fuerim. §. cum ſtipulamur.in penul.colum.ff.de verbo.
obli.vbi pro hoc,alle.l.quòd Seruius.ff.de condi.ob cau. & vl
tra Bar.adducit etiam tex.in cap.2.de renunc. & quod voluit
Bar.in l.qui Romæ.in §.duo fratres.in 6.quæſt.de verbo.obli.
Et ipſe Iaſ.ampliat hoc etiam ſi in cōpromiſſo eſſent illa ver
ba,ex quacunque cauſa,ꝙ tamen adhuc non porrigitur ad li
tes futuras,ſecundùm Ludo.Roma.in conſil.88.incip.tribus
rationibus.Item ſubdit ipſe Iaſ.vbi ſupra,ꝙ renūcians feriis ,
46 intelligitur renunciare† præſentibus,nō autem futuris,ſecun
dùm Bar.in l.1.§.1.ff.de fer.& in l.ſi ita.ff.de auro & arg.leg.&
ſequitur Dom.Anto.in c.fi.de fer.per tex.in d.c.2.de renunc.
dicit tamen , quòd in hoc vltimo contrarium tenuit, & me-
lius Ful.& Dom.Ale.in d.l.1.§.1.in 1.colum.ff.de fer. item ad
prædicta etiam facit pro prima opi.nam ſi Princeps facit pa-
47 cem pro ſe,& adhærentibus ſuis,† intelligitur de adhærentib.
præſentibus tantum,& non de illis qui poſtea fecerunt adhę
rentiam . & ſi aliquis obligauit ſe ad pacem ſeruādam pro ſe
48 & filiis,intelligitur de natis tantum, † non autem de poſthu-
mis,& ſic de poſtea naſcituris , ſecundùm Bald.qui vtranque
deciſionem ponit in c.inquiſitioni.in vlti. colum. de app. ad
quod alle.Archi.11.quæſtio.3.c.excellentiſſimus.vbi tenet, ꝙ
ſi Papa excommunicat Titium,& omnes fautores,vel com
municatores eius,comprehenduntur tantum præſentes , nō
49 futuri,ſecundum eum ibi. Quibus† etiam adde, ꝙ ſi teſtator
ſubſtituit aliquem,& eius filios,intelligitur de natis tunc, nō
autem de poſthumis,ſecundùm Bar.in conſi.incipiente,Bo-
nauentura condidit teſtamentum. Sed Iaſ.in d.l.ſi ſtipulatus
fuerim.in d.§.cum ſtipulamur.in pen.colum. dicit circa præ-
dicta eſſe aduertendum , quoniam contrarium tenuit Ioan.
Andr.in addi.Spec.in titu.de treu.& pace.ſuper rubr. ad fi. in
pen.q.vbi tenet,ꝙ ſi duæ ciuitates fecerunt pacem, vallatam
pœna pro ſe,& ſuis ſubditis , quòd iſta pax extenditur ad illā,
quæ ſe poſtea ſubmittit alteri dictarum ciuitatum, & refert
ſic fuiſſe iudicatum per l.ſi quis filiabus.ff.de teſta. tute. & ca.
quia circa.& cap.cum capella.de priui.& eum refert,& ſequi
tur Pau.Caſt.in l.qui ædificium.ad fi. prin. ff.de ſer.vrb.præd.
vbi etiam dicit, ꝙ iſta quæſtio fuit in March. Montisferrati.
Et ſcias,quòd illam doctrinam Bar.in d.conſi.inci. Bonauen
tura condidit teſtamentum,etiam refert, & ſequitur Soc.in
l.ſi cognatis.in 12.colum.ff.de rebus dub.& in conſi.152.inc.
caſus iſte,&c.in primo volu.& Petr.de Ancha.& Io. de Imo.
in c.iudicante.de teſt.& Ale.in conſi.358.incip.adſit Spiritus-
ſancti gratia. in 4.colum. de qua materia etiam vide Soci. in
conſilio ſuo 51.incip.viſa facti,&c.in pen.colum.in 4.volu.&
ibi in conſi.72.incip.capiendo.in 7.colum.in fi.& in conſ.69.
incip.viſo teſtamento.in 5.colum.in 3.vol. & ibi in conſi.10.
inci.conſideratis,&c.in vlti.colum.& vide Ia.in l.ij.in 77. col.
C.de iure emph.& in l.ſuggeſtioni.in 1.& 2.col. C.de verbo.
ſign.& in l.3.in §.illud quoque.in fi.ff.quòd quiſque iur.& vi-
de Dom.Philip.Decium in conſil.ſuo 250. in cauſa iſtorum.
in 1.colum.& in conſi.222.incip.viſo.in 1.colum.& in conſi.
253.incip.proponitur.in vlti.colum.& in conſil.299. incip.in
cauſa.in 4.colum.& Corſet.in not.ſuo.in verſic.metus. Item
vltra prædicta adde Bal.in l.ſi ita ſcripſiſſet.ff.de lega.2. vbi di-
50 cit,quòd ſi aliquis ceſſit omnia † iura ſua alicui, ꝙ in tali ceſ-
ſione non veniunt conditionalia, vel in diē . & hoc ſequitur
Imola ibi.& reputat hoc eſſe no. ſed iſtud reprehendit Raph.
Cuma.& Dom.Alex.in d.§.ſi ſtipulamur. vt dicit Iaſ.ibidem
in vlti.colum. eo quia in debito in diem ante diem ius com
petit,& eſt orta obligatio,& actio,licèt obſtet exceptio. l.cē-
teſimis.in prin.ff.de verb.obl.& l.1.in fi.ff.quādo dies leg.ced.
Et ſubdit Iaſ.aduertendum eſſe,quia ipſemet Domi.Alexan.
ſibi contrarius ſequitur illam deciſionem Bal.in conſilio ſuo
106.incipiente,viſis & opportunè ponderatis ſtatutis, &c.in
2.colum.tamen dicit Iaſ.quòd melior eſt contraria ſentētia,
& ita reſidet.Tu autem vltra præmiſſa circa prędictam mate
riam vide Alexan.in conſi.192.incip.ex themate prēmiſſo.in
3.colum.in fi.& ibi in 4.colum. in prin.& omnino Alexand.
in conſi.ſuo 177.inci.in occurrenti.quaſi per totum,in 2.vo-
lum.& Iaſ.in l.ſi pater puellæ.verſi.quartò facit.C.de inoffi.te
ſtam.Et adde quòd licèt lex vel ſtatutum loquatur per verba
præteriti temporis , tamen extenditur ad tempus futurum
51 †quando tollitur materia delinquendi . ita not. Dominicus
de Sancto Gemi.in conſi.ſuo 18.incip.quia copioſè,& c. vbi
ad hoc allegat Bart.in l.cum lex.ff.de legibus.& glo.in clem.1.
de teſta.& Ioan.And.in c.ne aliqui.de priui.in 6. vbi tenet,ꝙ
52 ſtatutum diſponens† ſuper priuilegijs conceſſis habet locum
in concedendis,quando vult obuiare delictis.idem ſecundū
eum tenet Ioan.Andr.in c.vnico.quod met.cau.in 6.in gl.ſu-
per verbo, extorſerint. de quo latius per Gemi. in dicto ſuo
conſilio.& ſic per iſta non audeo firmare,quòd ſtatutum lo
quens de bannitis non comprehendat bānitos futuros,ideo
cogita . Redeundo modo ad principalem materiam banni-
torum,quæro an ſtatutum loquens,& dicēs, ꝙ bannitus poſ
ſit impunè occidi, vel offendi, comprehendat etiam banni-
53 tos,adeo quòd tunc† bannitus poſſit impunè occidere ban-
nitum,in quo Bal.in l.cum mulier.in 5.colum.ver.ſtatuto ca
uetur,quòd banniti.ff.ſolu.mat.poſt Bar.ibi in 1.colum. for-
mat iſtam quæſtionem,& arguit pro vtraque parte.finaliter
tamen inclinat,quòd etiam bannitus comprehendatur in ta
li ſtatuto,cum ſit fauor publicus, quòd banniti occidantur a
quocunque.& allegat iura, & rationes de quibus ibi per eū .
de quo etiam per Ale.ibi in 2.co .& idem dicit Bal.in marga
rita ſua.in verbo,excommunicatus.in 12.colum. verſi.incip.
excommunicatus repellitur . Et pro hoc etiam facit,nam ſi
54 ſtatutum dat præmium occidenti bannitum,tunc† bannitus
occidens bannitum conſequitur præmium . ita dixit Ludo.
Roma.in l.3.§.vtrum.ff.ad Sylla.& Bal.in eadem l. in §.hi quo
que.& Bal.in l.1.in 2.col.C.de condi.ob tur.cauſam.& voluit
Ang.de Are.in trac.maleficiorum,in verbo,fama publica.in
12.char.

12.char.in ver.quæro, an bannitus capiens bãnitum &c. Sed
contrarium videtur tenere Bar.in l.licèt.in §.ſi tibi.ff.de cōdi.
ob tur.cauſam.& Sal.in l.1.C.de mul.quę ſer.pro.ſe immiſ.&
in l.ij.in 2.col.de noxa.& in l.pe.C.de condi.ob tur.cauſam.&
Ang.& Raph.in d.l.3.§.ex ſtipulatione.ff.ad Sylla. Et fundant
ſe dicendo, ꝙ ſtatuta ſunt fauorabilia, ergo non comprehen
dunt bãnitos,& odioſos.vide in l.amiſſione.in §.1.& ibi Bar.
& alij. ff.de capi. dimi. Item dicunt, ꝙ licèt dictum ſtatutum
loquatur generaliter, tamen talis generalitas debet reſtringi
55 ad habiles perſonas.†l.vt gradatim.§.1.ff.de mun.& hono.l.j.
per glo.C.de ſacroſan.eccle.l.1.& ibi glo. C.de fide inſtru. l.ij.
C.vbi de ratioci.agi oportet.& facit gl.in l.vnica.C.vbi cōue
niatur qui cer.loco dare promiſ.& eſt gl.in Authē.de nup.in
§.diſponat.& glo.fin.in l.qui autem.ff.de conſti.pe.pro quib.
faciunt alia quamplura,quæ ad hoc adduxi in l.vnius. in §.co
gniturum.in 5.colū.ff.de quæſtio. Item dicunt etiam,ſtatuta
non patrocinantur bannitis,qui ſunt extra protectionem cō
56 munis,†vt no.Cy.C.de natur.lib.in l.1.& in l.reos. C. de accu.
& habetur in authen. item nulla communitas. C. de ſac.ſan.
eccle.Item dicunt etiam prædicti Doct. poſſe offendere ban
nitum impunè, eſt beneficium a ſtatuto datum, vt de ſe pa-
57 tet.Sed beneficia ſtatutorum non † dantur bannitis,vt habe-
tur in l.Gallus.in §.quid ſi tantum.ff.de libe.& poſthu.& in d.
l.amiſſione. §.1.de quibus etiam per Bal. in authen. & omni-
no.in 4.col.in ver.dixi de perſona iudicis. C. ne vxor pro ma-
rito.& per me latius in conſi.meo inci. Spiritusſanctus ſit mi
hi a dextris,&c.in 6.char.vbi latè locutus ſum. Attamē prima
opinio, ꝙ tale ſtatutum comprehendat etiam bannitos,ve-
rior eſt,per plures rationes allegatas a Doc. in dictis locis, &
potiſſimè per illam rationem videlicet,quia tale ſtatutum,ꝙ
bannitus poſſit impunè occidi, vel offendi, nō eſt factum in
fauorem,vel in beneficium offendentis,ſed factum eſt in fa-
uorem reipub.vt l.congruit.ff.de offi.præſid.Item licèt gene
58 ralitas reſtringi debeat ad perſonas habiles,†tamen hoc fallit
fauore reipub. quia tunc talia verba recipiunt ampliationē,
non autem reſtrictionem,vt eſt tex. no. in l.hoc modo.ff.de
condi.& demon.& probat etiam tex.in l.ſi quis in graui.in §.
hi quoque.ff.ad Sylla.& in l.ij.C.quando lice.ſe ſine iudi.vin-
di.& vtrobique per Doc.& hoc etiam voluit Ale.in conſilio
ſuo 410.inci.viſa quadam conſtitutione.in 2.col. pro quo ēt
facit notabi.verbum Bar.in l.quemadmodū.C.de agr.& cēſi.
li.11.vbi dicit, ꝙ ſtatutum ſeu lex pœnalis,vel odioſa, licèt nō
debeat extendi,ſed potius reſtringi,vt in regula, odia. de reg.
iur.in 6.& in l.cum quidam.ff.de libe.& poſthu.& in l.qui ex
59 ceptionem.ff.de condi.indebi.tamen†vbi extenſio tendit ad
fauorem reipub. ita debemus legem ſeu ſtatutum odioſum
extendere ſicut legem, vel ſtatutum fauorabile. quod dictū
ſequitur Io.de Imo.in l.cætera.in §.ſi quis ff.de lega.1. & Do.
da. tuto. poſſ. quæ dixit, ꝙ debitor minoris in modica quanti
tate, poterit eſſe tutor pupilli, pro quo facit etiam dictũ Bal.
in auth. præterea. in fi. C. vnde vir & vxor. vbi dixit, quòd mu-
lier etiam ſi habeat paruam, aut modicam dotem, ſuccedit
viro in 4. de qua materia minorum vide quæ ego dixi in di-
cto ſing. meo 276. incip. parùm &c. & Barb. in conſi. 74. inci.
ſcripſit &c. in 1. col. in 4. vol. & Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore. in
10. col. de vſuca. & Iaſ. omnino in l. ſciendum. in 3. & 4. col. ff.
qui ſatiſda. cog. vbi adducit plura no. dicta in hac materia, &
in l. ſed ſi hac. in §. prætor ait. in 1. col. ff. de in ius voc. Vlterius
quæri poteſt, ſtatutum punit vulnerantem, modo pone ꝙ
infugaui te, ex qua infugatione tu cecidiſti in terram, & ex
9 hoc te ipſum vulneraſti, an † hoc caſu debeam puniri pœna
ſtatuti? In quo dicas quòd nõ debeo puniri tanquam vulne-
rans, ſed ſolum vt faciens fieri vulnus, ita dixit Bar. in l. ſi gemi
na arbor. in 2. col. ff. arbo. fur. cæſ. ad quod etiam vide in ſimi
li Bal. in l. de pecoribus. C. ad legem Aquil. & in l. 3. ff. de iure-
iur. in §. 1. & Bal. in l. qua actione. in §. Celſus. ff. ad legem Aql.
& in l. ſi de interpretatione. ff. de legi. & Bal. in l. 1. in 4. col. C.
ſi ſeruus extero. Et vide etiam Bal. in l. 1. §. quod prætor. ff. ne
quis eum qui in ius voca. eſt vi ex. vbi dicit quòd ſi ſtatutum
punit vulnerantem, aut percutientem, debet intelligi de per
10 cutiente † doloſè, pro quo faciunt quæ dixi in l. de minore.
in prin. in 6. col. ver. & quoties ſtatutum &c. ff. de quæſtio. &
in ſing. meo 176. incip. voluntas & propoſitum, & in l. 1. C. de
ſica. Vlterius quæri poteſt de no. q. videlicet, quidam fuit ac-
cuſatus, vel inquiſitus de vulnere, aut percuſſione cum ſan-
guinis effuſione, vel cum alia qualitate, quæ auget pœnam
delicti, & probata fuit percuſſio, ſed non qualitas, an debeat
11 inquiſitus, vel accuſatus abſolui? † dicas quòd ſic. ita conclu-
dit Pau. de Caſt. in l. duobus. in §. ſi quis iurauerit. ff. de iureiu-
ran. de quo etiam per Barto. in l. denuntiaſſe. in §. quid tamẽ.
ff. de adulte. & in l. is qui reus. ver. venio ad quæſtiones. ff. de
pub. iud. & in conſilio ſuo incip. accuſatio &c. & per Bal. in l.
1. in 2. col. C. qui accuſ. non poſ. & in l. 1. in pe. col. C. de condi-
ctio. indebi. & in l. is q. ff. quemadmodum ſeruit. amit. & idẽ
Bal. in l. contra negantem. in 2. col. C. ad leg. Aquil. & in l. edi-
ta. in 20. col. verſi. circam ſextam. C. de eden. Bal. in l. bonæ. in
§. aliquando. ff. de ædi. edic. Bal. in l. & ſi ſeuerior. in pe. col. C.
de his q no. infa. Bal. in c. olim. in prin. de reſcrip. Bal. in c. ſigni
ficaſti. de appel. Bal. in c. ſignificante. eo. ti. Bal. in c. prętere a, de
teſti. cog. Saly. in l. 2. C. ad leg. Iul. de vi pub. Ludo. Rom. in l. Ti
tia. in 12. colu. ff. ſoluto matrimonio. Abb. in c. dudum. in 17.
col. de electio. & in c. examinata. in 3. col. de iudi. & in c. con-
queſtus, in 4. col. de foro competenti. Et faciunt dicta per Io.
And. in c. 1. de homicid. in 6. in nouel. vbi dixit ſe ſemel euaſiſ-
ſe quendam prælatum à pœna mortis qui aſſaſſinauerat quẽ
dam hominem Chriſtianum, ſecundum tenorem inquiſi-
tionis, & nõ fuit probata illa qualitas quòd homo ille aſſaſſi-
natus fuiſſet Chriſtianus, ſecundùm quod requirit ille tex. in
dicto c. 1. de homicid. & per hoc fuit liberatus prælatus ille à
pœna mortis, licet contra eum fuerit probatum aſſaſſinamẽ
tum, ita refert Io. And. in dicto c. j. quam doctrinam refert, &
ſequitur Bal. in l. ſi quis non dicam rapere. in 3. col. C. de epiſ.
& cler. & Pet. de Anch. in conſilio ſuo 272. incipien. de titulis
criminum, in 1. colum. in fi. & Ludo. Roma. in conſilio 114.
incipiente, inquiſitio præſens &c. circa princip. & Do. Alex.
in conſilio ſuo 3. incipiente, in cauſa, & lite vertente. in 4. col.
in princip. in 2. vol. & in conſil. 233. incipiente, viſo proceſſu,
in 3. char. in 2. colum. & in conſi. 171. incipiente, viſis & opor
tunè &c in 2. col. in 2. volum. & in conſilio 306. incipiente, vi
ſo proceſſu in 6. col. & in conſi. 385. incipiẽte, viſis & optimè
diſcuſſis. in 2. col. in quibus omnibus locis ipſe Alex. refert &
ſequitur illam doctr. Ioan. And. in dicto c. 1. de homicid. in
6. in nouel. & illam etiam refert, & ſequitur Do. Fely in c. au-
ditis. in penul. col. de præſcrip. & in c. ita quorundam, circa
princip. de Iudæ. Pro quo etiam facit dictum Pau. de Caſt. in
l. ſi communem. in §. j. ff. quemadmodum ſeruitu. amitt. vbi
dixit, quòd ſi inquiſitio, vel accuſatio fit contra aliquem de
12 crimine tanquam commiſſum † tali tempore vel loco, & ꝓ-
batur de alio tempore vel loco, quòd debet ſequi abſolutio,
licet ſit plenè probatum crimẽ. Et facit ẽt dictũ Bar. in l. pen.
C. de priuile. do. Aug. li. 11. ubi dixit, ꝙ ſi ſtatutum punit deli
ctũ in ſtrata, & inquiſitio dicat delictum eſſe commiſſum in
13 via. † ꝙ inquiſitus nõ poterit puniri. Et facit dictũ Bal. in l. ob
hæc verba. ff. de his qui no. infa. vbi dixit, ꝙ ſi quis inquiſitus
eſt ꝙ mandauit delictum cõmitti, & probatum eſt, ꝙ inſti-
gauit, vt delictũ committeretur, ꝙ non poterit condemna-
ri, quia non eſt probatum ſpecialiter illud quod in inquiſi-
tione cõtinetur. quod dictũ refert & ſequitur Do. Alex. in d.
conſi. ſuo 223. Et facit no. dictum Io. And. in c. auditis, de præ
ſcript. quem refert & ſequitur D. Alex. in conſi. ſuo 33. incip.
viſo themate. in 2. col. in 2. vol. vbi dixit, quòd ſi conductor
equi ad vecturam dicit equum conductum mortuum eſſe
14 in via, ſeu in itinere diuino iudicio, † & probat equum quem
ipſe equitauit in itinere mortuum eſſe diuino iudicio, quòd
per talem probationem non erit liberatus à ſolutione equi,
quia erat neceſſe probare de identitate mortis equi accom-
modati ſeu locati & conducti ad vecturam. Item facit etiam
ad prædicta, nam ſi aliquis accuſat aliquem quòd interfecit
15 Titium, & poſtea probat † ꝙ hoc fecit per aliũ, accuſans ipſe
ſuccum-

ſuccumbet & proceſſus erit nullus. ita ſingu. dixit Io. Mona.
in regula,qui per alium. de regu. iur. in 6. de quo dicto facit
feſtum Bal.in c.1.§.iniuria.in vlt.colum.verſi. pone accuſo te
&c.de pa.iur.fir.& Dom. Feli.in c.mulieres.in pe.col.de ſent.
excommuni.& facit etiam no.verbum Ange.in l. prætor.in
§.docere. ff. vi bo. rapto. vbi dixit, quòd ſi facta eſt accuſatio
de vulnere cum cicatrice, & probatum ſit vulnus ſimplici-
ter, quòd accuſator ſuccumbet. Et faciunt optimè quæ ego
dixi in ſing.meo 187.incip.qualitas appoſita &c.& quæ latius
etiam dixi in l.ſi quis ne queſtio.in 26.& 27.colum.ff.de que-
ſtio.& vide etiam vltra dicta in dictis locis Bar. in ſimili, in l.
non ſolùm.in §. ſed vt probari. ff. de ope.no.nun. & in con-
ſilio ſuo incip.viſo proceſſu facto &c.& Bar. in l. libellorum.
in 4.col.ff.de accu.Barto. & Bald. in l.cum actum.ff.de nego.
geſt.Bal.in l.matrem.C.de proba.& in l.fi.C. an ſeruus ex ſuo
facto,& Bal.in l.de rebus.C.de donatio.ante nup. & Bal.in c.
cum contingat.in fi.de offic.deleg.& Bar. in l.1. ff.ne quid in
loco publico. Modo vlterius quæro de no. & quotidiana
quæſtione,videlicet, ſi vulneratus poſt vulnus illatum ex in-
16 teruallo moriatur,in dubio, † an præſumatur mortuus ex di
cto vulnere? In quo Bart.in l.fi.ff.de ſica.dicit,quòd glo. in l.
1.C.de emen.ſeruo. videtur dicere, quòd in dubio ſi ipſe vul
neratus ſurrexit,& ambulauit poſt triduum:quòd non vide-
tur deceſſiſſe ex vulnere, & dicit quòd de hoc eſt tex. in c. 2.
de cleri.percuſ.poſtea dicit ipſe Bart.quòd dici poteſt, quòd
ex diuturnitate temporis non præſumitur deceſſiſſe ex vul-
nere,& dicit quòd iſta poſſent eſſe vera in dubio,ſed in caſu
certo ſtaremus certo. Et ſubdit poſtea ipſe Bart.quòd in hoc
& in contemplatione percuſſionum eſſet recurrendum ad
iudicium medicorum,vt in l.ſi ſemel.C. de re milit.lib.12. &
in l.j.ff.de ven.inſpic.& in l.comparationes.C. de fide inſtru-
men.& dicit quòd de hoc eſt caſus expreſſus in c.ſignificaſti.
il 2. de homic. Poſtea dicit quòd ſi plures medici non re-
perirentur,quòd tunc ſtaretur dicto vnius tantum,vt in Au-
then.de non alie.in §.quòd autem. ita finaliter reſidet Bar. in
dicta l.fi.Ego autem ſuperius dictis per Barto.addo aliqua:&
primò dico quòd illam gl.in dicta l.1. C. de emen. ſer. ibi ap-
probant & ſequuntur Doct.& eam refert, & ſequitur Ioan.
de Ana.in c.presbyterum.in 2.col.de homic.& Ang.de Are.
in tractatu maleficiorum.in verbo, & dictus Titius ex inter-
uallo ex dictis vulneribus mortuus fuit, & eſt in prin.in ver.
ſi ex interuallo &c.& Io.de Ana. poſt alios in c. 2. in antepe.
col.de cle.percuſ.& Bal. in repertorio ſuo,in ver. vulneratus.
in 2.ver.& Barb.in conſi.ſuo incip.à Ioue principium,& Ce-
pol.in conſi.ſuo 41.incip. licet.in 5. col.& Ang.in l.ꝙ ſi nolit.
in §.qui mancipium.ff.de ædil. edic. & Pet.de Ancha.in con-
ſil.ſuo 184.incip.iure ſtricto &c.& Bal.in l.1.in 4.colum.C.de
ędi.actio.& Lud.Rom.in l.in illa.in 28.col.ff. de verbor.obli-
gatio.Attamen poteſt dubitari de illa gl. eo quia tex.in c.cō-
tinebatur.de homicid.dicit, quòd vbi vulneratus moritur ēt
poſt octo dies,quòd præſumitur mortuus ex vulnere, & di-
cit tex.in d.c.2.de cleri.percuſ.quòd vulneratus moriens poſt
octo menſes à die illati vulneris, non præſumitur mortuus
ex cauſa vulneris,ſed ſecus ſi ante octo menſes moriatur, qa
tūc præſumitur mortuus ex vulnere. Quid ergo dicendum?
mihi videtur quòd Abb. in d. c. 2. de cler. percuſſo. rectè lo-
quatur in hac materia, nam dicit quòd etiam ſi vulneratus
moriatur poſt octo menſes,dummodo nunquam reconua
luerit à die illati vulneris, ſed ſemper proceſſit de malo in
peius, quòd tūc præſumitur omnino mortuus ex cauſa vul-
neris ſibi illati,& non vult Abb. quòd habeatur reſpectus ad
ſpatiū temporis, ſed ad bonam,vel malam valitudinem ſub-
ſecutam in perſonam dicti vulnerati. Et ideo mihi videtur
concludendū, quòd ſi vulneratus ſemper proceſſit de malo
in peius,& finaliter moriatur non attento temporis ſpatio,
quòd dicatur ſemper mortuus ex vulnere. Ex quo reſultat
quod glo.in d.l.1.C.de emen.ſeruo. eſt vera, cùm ex ea appa-
reat quòd vulneratus non proceſſit de malo in peius,quia ſi
proceſſiſſet de malo in peius, non ſurrexiſſet poſt triduum
ambulando,& ideo ſi poſtea deceſſit,non præſumitur mor-
tuus ex vulnere,ſed ex aliqua alia cauſa,& ideo tūc vulnerans
non tenetur de occiſo. Et pro illo dicto Abb.in d.c.2.de cle.
percuſſo.facit quod voluit Bald.in c. 2. in vlt. col.de pactis.in
ver.pone ſtatuto cauetur &c.vbi dicit,pone quòd ſtatuto ca
uetur,quòd laborantes in extremis non poſſint contrahere
ſine conſenſu propinquorum, nunquid dicetur in extremis
laborare ille, qui poſt contractum vixit multis annis? & re-
ſpondet & dicit, quòd omnis qui ex illa infirmitate decedit
abſq; ſano interuallo, dicitur laborare in extremis. ad quod
alleg.tex.quem dicit eſſe vnicum in iure, in l.alūnæ. ff.de adi.
leg. Et vide etiam ad prædicta Io. de Ana. in d.c.presbyter.in
4.col.in prin.de homic. & Bar. & Bal.in l.ait lex.ff.ad leg.Aql.
17 & Bal.in c.1.in 6.col.q.mod.feud.amit. † vbi dicit difficile eſſe
probare vulneratum non eſſe mortuum ex vulnere,& ideo
dicit,quòd ſi medici ſunt diuerſi,& contrarij,ꝙ debet iudica
ri contra vulnerantem. quod dictum refert & ſequitur Do.
Feli.in c.presbyterum.in 1.col. in fi. de homi. & Do.Catal.in
tract.ſyndi. in ver. 27. incip. adde quòd quando &c.pro quo
mihi videtur tex.in c.ſignificaſti.il 2.in §.fi.de homi.quod di-
ctum etiam refert,& ſequitur Cępol. in conſil. ſuo 62.incip.
magnifice &c.in vlt. col.de quo etiam dixi ego in ſing. meo
218.incip.regulam habemus. Sed iſtud dictum videtur mihi
valde dubium, eo quia eſt de directo contra illam regulam
vulgatam,videlicet,quòd in dubijs,& obſcuris ſemper debe-
mus inclinare in mitiorem partem, vt in l.ſemper in obſcu-
ris.ff.de reg.iur.& in l.factū cuiq;.§.fi.eo.ti.& in regula,in pœ-
nis de reg.iu.in 6.& in c.eos verò.1.di.& in l.merito.ff.pro ſo
cio.& in l.Arrianus.ff.de act.& oblig.cum ſi.de quo latiſſimè
vltra omnes locutus ſum in repet.mea.l. fi. C.de bat.p.in 50.
char.cum ſeq. vbi plures doctrinas cumulaui ad hoc propo-
ſitum.Item videtur dubium propter doctrinam Lud.Rom.
in l.1.§.fi.in 3.col.ff.de ver.ob. quem vide. Item etiam reddit
valde dubia illa doctrina Bal.in dicto c.1.quib.cau.feud.amit.
eo quia contrarium tenuit ipſe Bal.met in conſi.ſuo 195.in-
cipiente,an vulnus &c.in 1.vol.in duob.locis illius conſilij,&
Raph. Cuma. in conſilio 134. incipiente, viſis.in 2. col.ante
med.& Soc.in cōſilio 178.incipiente,primo aſpectu.in 3.co-
lum.de quo etiam dixi ſuprà,in §.ſecunda quæſtio. num. 67.
quæ opinio magis videtur ſequenda, cum magis adhæreat
dictæ regulæ l.ſemper in obſcuris. de quo etiam dixi in l. pri-
ma.in 9.& 10.char.C.de ſicarijs. Vlterius quæro, pone quòd
vulneratus eſt Titius aliquo vulnere, quod vulnus poterat ſe
18 habere ad vitam & ad mortem, & † vulneratus noluit habe-
re medicum, an tali caſu ſi moriatur vulneratus vulnerans
teneatur de occiſo? In quo videtur dicendum quòd ſic, per
textum in l.nihil intereſt.ff.de ſicarijs.cum ſimilibus,vbi pro-
batur regula illa,videlicet,quòd qui cauſam damni dat,dam-
num dediſſe videtur,nam in dicto caſu ſi non fuiſſet ſibi illa-
tum tale vulnus non fuiſſet mortuus. cùm ergo ſecuta ſit
mors, neceſſe eſt dicere quod vulnerans tanquam dans cau-
ſam morti,teneatur de morte ſecuta. Sed dicas contrarium
eſſe verius,videlicet, quòd tali caſu vulnerans non tenebitur
de morte, quia conſtat quod vulneratus ſua culpa deceſſit.
ita no.dixit Baldus in l.ſi ab hoſtibus in §.ſi vir.per gl.ibi.ff.ſo-
luto matrimonio;quod dictum ibi ſummè no. Pau.de Caſt.
& Dom. Alex.q dicit,quòd idem tenuit Tancre.in compen-
dioſa ſua.in 2.rub.in 9.q.& Bal. in l. q occidit. in §.fi.ff.ad legē
Aquil.& in c.1.quib.modis feud.amit. & volunt Docto.in c.
2. de cleri. percuſ. pro qua parte facit etiam ſecundum eum
tex.in l.huic ſcripturæ.in §.1.& in l. item Mela. in §. Celſus.ad
legem Aquil.& illud dictum Bal.etiam exclamat Io.de Imo.
in dicto §.ſi vir. vbi dicit hoc eſſe valde quotidianum, quod
dictum etiam magnifacit Dom. Feli. in c. presbyterum. in 1.
col.de homicid. Et idem etiam dicas eſſe,& locum habere ſi
ipſe vulneratus habuit medicum imperitum,vel ſi inordina
19 tè vixit † comedendo res ſibi nocituras,vel ſi noluit obedirę
medico,ſecundùm Dom.Felin.in dicto c. presbyterum, vbi
ſubdit, vt dixi, idē eſſe ſi ipſe vulneratus inordinatè vixit poſt
vulnus, vt puta quia concubuit cum vxore,uel cum alia fœ-
mina,ad quod alleg.Bal.in dicta l.qui occidit,& ibi Do. Flo.
& adducit etiam Bal.in l.ſi nō ſimpliciter. in 4. col.C.de ędil.
20 acti.vbi dixit,† ꝙ vitium medici vel malitia medicinę excuſat
vulnerantem.& adducit etiam Ang.in l.ꝙ ſi nolit.in §.ſi mā-
cipiū.ff. de ędil.edic.vbi dicit, ꝙ ſi vulnus poteſt ſe habere ad
vitam,& ad mortē,tūc ſi vocatur medicus imperitus,& mo-
riatur percuſſus,non imputatur vulneranti,& ideo Bar. in d.
l.ſi ab hoſtib. exclamat contra vocantem medicum imperi-
tum q neſcit vnam literam,vt multi modernis temporib.re
periuntur, q etiam neſcirent curare vnam beſtiam infirmā.
Et facit etiam quod voluit Bal.in addit.Spe. ſuper rub.de ho
mic.vbi dicit, ꝙ ſi conſtat de inordinata vita infirmi, mors ſu
perueniens ſibi imputabitur,& non uulneranti. Pro quib.fa
ciunt dicta per D.Flo.latè in l.ait lex.§.1. ff.ad legem Aql. ubi
loquitur de non obedicte medico. Adducit etiā Io. de Plat.
in l.nec ſemel.C.de re militari.lib.10.ubi dixit, ꝙ ſi poſt rela-
tionē medicorum referentiū ꝙ uulnus non ſit mortale uul
neratus moriatur,ꝙ præſumitur mortuus ex mala cuſtodia
& ideo dici poteſt ꝙ in prædictis caſibus ille, qui dedit cau-
ſam morti, tamen non uidetur dediſſe mortem adeò quòd
puniatur de ipſa morte,& ſic contra dictam regulam,uideli-
cet,quòd qui cauſam damni dat,damnū dediſſe uidetur,quę
regula non eſt ita generaliter & indiſtinctè intelligenda,ſed
debet intelligi quādo cauſa de per ſe fuit apta naturaliter ad
inferendū damnum, ſecus ſi non de per ſe fuit apta ad dam

num inferendum, ſed ipſe damnum paſſus produxit cauſam ad effectum ſeu ad ipſum damnum, vt in dictis exemplis, & doctrinis. Et vltra Do. Feli. in dicto c. presbyterum. quando vulneratus mortuus eſt ex inobedientia, vel ex imperitia me
21 dici, & quando febris † ſuperuenit nō mortiferè vulnerato, an vulnerans teneatur de occiſo? vide de iſtis & ſimilibus caſibus Dom. Feli. in c. interfeciſti. il. 2. in 1. col. de homicid. & Dom. Bartholo. Cepo. in conſi. 62. incipiente, magnificę, ac generoſe &c. per totum conſilium. & Albe. de Roſa. in 2. parte ſta. in q. 36. incipiente, item quid ſi aliquis. & Soc. in conſi. 178. incipiente, primo aſpectu, & Bal. in conſi. 195. incipiente, an vulnus. in 1. volum. & Raph. Cuma. in conſi. ſuo 134. incipiente, viſis denuntiat. &c. & Alex. in conſilio ſuo nondum impreſſo. incipiente, & vt oportet &c. Item teneas etiam mē ti vnum aliud, videlicet, quòd ſi vulneratus facit ſe medicare
22 per incantationes, ꝙ dicitur in culpa, adeò ꝙ vulnerans † nō tenetur de morte, ſecundum Soci. conſilio ſuo 128. incipiēte, primo aſpectu &c. in vlt. col. Pro quo facit tex. in l. 1. §. ſed ſi obſtetrices. ff. de varijs & extraordinarijs cognitio. & voluit
23 etiam Io. de Ana. in rub. extrà de magiſt. † vbi dicit, ꝙ incantator non dicitur medicus. Scias etiam quòd ſi vulneratus
24 moriens dicat ſe mori culpa medici, † tamen per hoc nō iuuat percuſſorem, ſi aliter hoc non appareat. ita no. dixit Petr. de Anch. in c. fin. extrà de ſucceſ. ab inteſta. quod dictum refert, & ſequitur Dom. Feli. in c. literas. in penul. colu. de præſumptio. de quo dicto feci mentionem in ſing. meo 22. incipiente, confeſſio offenſi. Vlterius ſcias quòd quandoq; ex
25 ſola percuſſione quis punitur pœna mortis: † puta ſi quis ꝑcutiat imaginem aut tabulam in qua ſit imago Dei, vel beatiſſimæ virginis Mariæ vel ſanctorum. ita no. dixit Ang. in l. ex ſenatus. ff. de ſica. & eſt bonus tex. in c. 2. §. fi. de eſt. or. lib. 6. Item vltra prædicta dubitatur an contra vulnerantem mor
26 tiferè † poſſit ante mortē agi de occiſo: & ſic an iura loquētia in occidente habeant locum in mortaliter vulnerāte? In qua quæſtione videntur iura pro vtraque parte. Et primò ꝙ non habeat locum in vulnerante mortaliter videtur tex. in l. item Mela. §. Celſus. ff. ad legem Aquil. & in l. huic ſcripturæ. eod. titu. in quibus iuribus dicitur, quòd ſi quis mortiferè aliquem vulnerauit, & poſtea alius ſuperueniat, & illum taliter mortaliter vulneratum in totum occidat & exanimet, ꝙ non primus totaliter vulnerans, ſed ſecundus exanimans illum tenetur de occiſo, & hoc etiam firmat Bald. per illa iura in l. ita vulneratus. eo. tit. ad legem Aquil. vbi ſubdit quòd q̄dam aduocatus vulnerantis dedit conſilium primo vulnerāti ꝙ faceret per alium in totū exanimare vulneratum mortiferè, eo quia poſtea ipſe nō tenebitur niſi de vulnere. Et dicit Bal. quòd dignum præmium dicti aduocati fuiſſet vnus laqueus. & hoc dictum Bal. refert, & ſequitur Do. Feli. in c. de cætero. de homici. Et hanc partem per illum tex. firmat Lud. Roma. in ſing. ſuo 259. incipiēte, quidam fuit vulneratus &c. vbi refert quòd ex hoc dicto lucratus fuit alias vnam cappā de ſerico. Et hanc partem etiam per illum tex. firmat Domi. Franciſ. de Cre. in no. ſuo 56. incipiente, quidam malus aduocatus &c. de quo etiam dixi in l. 1. in prin. in verſicu. 15. limita &c. ff. de ſica. de quo etiam per Io. de Ana. in c. ſignificaſti. il 2. in 4. col. de homicid. Et pro hac parte etiam facit, quia nō eſt mortuus qui adhuc viuit, vt habetur in l. qui duos. ff. de manu. teſta. Item quòd habeatur pro mortuo mortaliter vulne
27 ratus, eſt quædam fictio quæ non habet locum † in ſtatutis, vt habetur per Bal. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſcopis, & clericis, & ibi per alios. & in authē. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugitiuis. & in l. dāni. in §. Sabini. ff. de damno infecto, & in l. ſi is qui Stichum. ff. de confeſ. & ita etiam dixit Bal. in c. 1. in prin. quibus cauſis feud. amit. Item pro hac parte faciūt etiam dicta per Bal. in c. 1. in §. iniuria. in penult. col. de pa. iur.
28 fir. vbi dixit, quòd vulnerans mortaliter † non poteſt ſtatim puniri de homicidio, licet certū ſit vulneratum euadere nō poſſe, poſito quòd ſtatutum dicat quòd occidēs occidatur. & alleg. rationem Bal. dicens quòd donec anima eſt in corpore, non eſt quis mortuus, licet ſit mortiferè vulneratus, vt in l. in hac. ff. de tritica. & dicit quòd ita tenuit Bald. in l. damni. in §. Sabini. ff. de damno infecto. Item pro hac parte facit etiam quod voluit Bal. in l. 1. ff. de origine iuris. & in l. ſed & milites. §. planè. ff. de excuſat. tutorum. quem refert, & ſequit Dominus Alex. in dicto §. Sabini. vbi dixit, quòd ſi ex forma ſtatuti, vel alicuius conſtitutionis Poteſtas tenetur cognoſcere de delictis ſuo tempore commiſſis, quòd ſi aliquis tempore vnius Poteſtatis fuit mortaliter vulneratus & tēpore ſucceſſoris ſui fuerit mortuus, quòd cognitio talis delicti ſpectabit ad ſucceſſorem Poteſtatis cuius tempore ille vulneratus mortuus eſt. Pro quibus faciunt dicta per Bartolum in l. eū qui. §. in popularibus. ff. de iureiurando. ex quibus omnibus videtur concludendum in queſtione prædicta quod iura loquentia de occidente, nō habeant locum in mortaliter vulnerante. Sed contrariam partem firmat Baldus in l. prima. C. de nundinis. vbi dicit, ꝙ ſtatutum loquens de occidente, habet locum in mortiferè vulnerante, & idem voluit Bal. in c. 1. in prin. qb. cauſis feud. amit. vbi dixit, ꝙ mortuus & ad mor
29 tem vulneratus æquiparantur, † licet non in omnibus, & ibi ponit exemplum. Pro quo facit gl. Inſti. de lege Fuſia Canin. in uerbo morientibus. Et facit etiam regula illa, videlicet, qui de proximo eſt cingendus, habetur pro cincto, de qua regula habetur in l. penul. ff. de teſta. mili. & in l. item legato. ff. de lega. 3. & in l. ſi quis cum ſciret. ff. de vſucap. pro emp. & in §. fi. in Auth. vt exa. inſtan. do. de qua regula plura dixi in ſing. meo 106. incip. qui de proximo &c. Et faciunt etiam dicta ꝑ D. Flo. in l. ait lex. in 1. & 2. col. ff. ad leg. Aqui. vbi dicit, ſtatuto cauetur quod pro vulnere puniatur quis pœna centum, pro morte autem pœna mille, ſi pro inculpato de vulnere mortifero aliquis fideiubet & promittit pro eo de iudicio ſiſti & de iudicato ſoluendo, & poſtea ex illo vulnere mors ſequatur, fideiuſſor tenebitur ſoluere pœnam mille quæ pro morte imponitur. Et faciunt etiam alia ibi dicta per eum, & etiā in dicta l. ſi vulnerato. Et idem tenet Spe. in tit. de fideiuſſo. §.
30 primo. verſic. ſed pone, R. vulneratus à P. vbi dixit † ꝙ fideiubens in caſu vulneris tenet de morte ſecuta ex vulnere, quando pœna eſt pecuniaria, & mouetur dicens, ꝙ occiſus videtur qui eſt mortaliter vulneratus, eo quia quæ incontinenti fiunt, videntur ineſſe. alleg. in arg. c. officij. de elec. & l. penul. de teſtamen. mili. & l. ſi quis pro. §. 1. ff. de fideiuſ. & l. fi. C. quorum lega. & c. 2. de cle. percuſ. quod dicit ipſe Spec. ſolum ꝑcedere vbi vulnus eſt mortale, ſed ſecus eſt quando vulnus non eſſet mortale, ſecundum eum. ad quod alleg. l. qui occidit. in §. fi. ad leg. Aquil. de qua materia vide Flo. in l. ait lex. ff. ad leg. Aquil. Item pro prædictis etiam facit, nam pax facta
31 de vulnere † extenditur ad mortem ſubſecutam quādo vulnus erat mortale, quia mortiferè vulneratus habetur ꝑ mortuo. Ita dixit Spe. in tit. de accuſato. in 1. parte in §. viſo. in verſi. ſed pone A. accuſauit B. de quo etiam per Do. Flo. & alios in l. ſi vulnerato. ff. ad leg. Aquil. & per Bal. in l. transfigere. C. de tranſac. & in addi. Spec. in tit. de accuſa. in prima col. verſi. pax facta &c. cum tribus verſi. ibi ſequen. de quo etiam dixi ſupra in dicto §. ſequitur. nu. 22. Et facit etiam, nam mortiferè vulneratus ſemper dicitur eſſe in articulo mortis, cū qualibet hora & quolibet momento expectet mortem, vt docet experientia rerum magiſtra. Sed conſtitutus in articulo mortis habetur pro mortuo, ſecundum Bar. in auth. dos dota. C. de dona. ante nup. quod etiam ſentit idem Bal. in l. cum non ſolum. in fi. prin. C. de bo. quæ liber. vbi dixit ꝙ exiſtens
32 in articulo mortis, neq; omnino † viuit, neq; omnino mortuus eſt, ergo idem eſt dicendum de mortiferè vulnerato ꝙ de iam mortuo. Ex quib. vr̄ cōcludendum in quæſtione prędicta, ꝙ iura loquentia in occidente, habeant locum in mortaliter vulnerante. Quid ergo dicēdum? Mihi certè magis placet prima opi. ſ. ꝙ iura loquentia in occidente nō habeant locum in mortaliter vulnerante, nā quod mortiferè vulneratus habeatur pro mortuo, iſtud procedit per quādam fictio
33 nem, nō autem propriè, † quæ fictio non cadit in ſtatutis, maximè pœnalibus, vt volunt Doct. in auth. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugitiuis, & in l. quicquid aſtringendę. ff. de verb. obl. & voluit Bar. in l. hæres. ff. de acquir. hæred. & in l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. ge. & Bal. in l. meminimus. C. de leg. hære. & in addi. Spec. in tit. de accuſatore. in prima parte. in 2. colu. in ver. ſed ſtatuta terrarum &c. vbi etiam dicit ꝙ fictio non habet locū in conſuetudinibus terrarum. de quo etiam per Abb. in cōſil. ſuo 72. incipien. in hac cauſa &c. & hoc maximè procedit in ſtatutis pœnalibus, ſecundùm Bal. in l. 1. in princip. C. qui teſta. face. poſ.

Pro quo facit, nam ſtatutum loquens in contractu, non
34 habet locum in quaſi contractu, † ſecundùm Bar. in l. apud Iulianum. ff. ex oui. cau. in poſſeſ. eatur, & in l. minor. ff. de acqu. hæred. ita econtra ſtatutum loquens de quaſi contractu, non habet locum in contractu vero, vt volunt Docto. in c. decet. de immu. eccle. in 6. & Abb. in dicto conſilio lxxij. incip. in hac cauſa. in 2. colum. vbi etiam ad prædicta allegat Bar. in l. non dubium. C. de legi. & Ioan. Andre. in regula, pro poſſeſſore. de regu. iur. in ſexto, in mercu. & in cap. ſtatutum. de elect. lib. 6. Cùm autem verba legis & ſtatuti intelligantur propriè & non impropriè, vt dixi, ergo verba legis vel ſtatuti loquentia de occidente non habebunt locum in mortaliter vulnerante: nam ille, qui eſt mortiferè vulneratus, non dicitur propriè mortuus, ſed ille propriè dici-
35 tur mortuus à cuius corpore anima ſeparatur, † ſecundùm glo. in l. verum. in §. fi. ff. pro ſoc. Et de prædicta quæſtione an iura

iura loquentia de occidente habeant locum in mortaliter
vulnerante,ſi vis latius videre vide Barto.Ang.& Moder.in
d.l.damni.in §.Sabini.ff.de dam.infec. Bal.in l.non quemad-
modum.ff.de iudicijs.vbi dicit,quod non poterit puniri de
occiſo ante mortem,licet certum ſit illum ex tali vulnere
moriturum.& Bar.in d.l.ſi vulnerato.ff.ad leg.Aquil.& Bald.
in l.item Mela,in §.Celſus.eodem titulo,& Bal.in l. huic ſcri-
pturæ.§.ſi ſeruus.eod.titu.& Bal.in l.bello amiſſi.ff.de excuſa.
tuto.& in cap.1.in 1.colum. quibus mo.feu.amit.& in c. 1. §.
iniuria.in 8.columna de pa. iur. fir. Et adde quod proceſſus
36 factus contra vulnerantem,non † proderit,vbi agitur de oc-
ſo,vt per Bart. in d.§.Sabini.& per Bald.in dicta lege,ſi vulne-
rato.& in d.l.non quemadmodum. ff. de iud. de quo etiam
dixi ſuprà in §.quoniam.nume.60.& in §.ſequitur.nu.23.&
dixi etiam in rubr.extrà de homi.Et circa hanc materiam ad-
de etiam no.verbum,videlicet,quod ſi vulnerans confitetur
ſe occidiſſe,poterit pro tali confeſſione ſecuta morte confi
tens decapitari abſque alia probatione.gloſſa eſt nota. & ibi
Ange.in lege,qui Stichum.ff.de confeſ.& firmat Bald.in d.§.
iniuria.Quæro etiam de alia quæſtione,videlicet,quid ſi vul
neratus ab aliquo ab eodem mortuus fuerit,an teneatur de
37 vulnere,† & etiam de occiſo? In quo dicas quod ſi talis vul-
nerans ex interuallo occidat,quod hoc caſu de vulnere &de
occiſo tenetur, ſecus autem ſi eodem impetu plura vulne-
ra intulerit ex quibus mortuus fuerit,quia ſolum de homi-
cidio tenebitur.ita dixit Bal.per illum textum,in l.illud quæ-
ſitum.§.1.ff.ad leg.Aquil.& ſentit Bar.in l.nunquam plura.cir
ca 4.colu.ff.de priuat.delic.& Bar.in l.quod ait lex.ff.de adult.
pro quibus facit gl.not.in l.qui de crimine.C.de accuſa. quæ
dixit,quod percutiens aliquem cum armis, non debet puni
ri de percuſſione, & de portatione armorum,ſed ſolum de
38 percuſſione.† & idem dicit Bar.in l.quemadmodum.in §. il-
lud.ff.ad leg.Aquil.& Bar.in l.inficiando.in §.infans.in fine.ff.
de fur.& Pet.de Anchar.in conſil.ſuo 272.incip.de titulis, in
pe.col.& Bald.in l.diuortio.in fi.2.col.ff.ſol.matr.& Ange.de
Are.in tracta.malefi.in verbo,fecit inſultum.in 1.char.in ver.
aduertas tu iudex.& ibi in add.& in d.tract.in verbo, admo-
nuit.in princ.de quo etiam per Ioannem Andream in add.
Spe.in tit.de homi.in rub.verſi.vulgata eſt quæſtio &c.& per
Bar.in l.4.C.ad leg.Iul.de vi pub.& per Albe. de Roſa.in ſecũ
da parte ſtatu.q.26.& quæſtio.34.& per Abb. in capitulo pri-
mo,de pœnis.& per Gand.in tracta.ſuo maleficio. in tit. de
pœnis reorum.in 19.colum.verſic.pone inſuper.& ibi etiam
in 14.columna,in fi.& per Bald.in lege, quicunque.in prima
colum.C.de ſer.fugi.& per Dom.Ludo.Bolog.in conſi.ſuo
8.in 6.col.& per Dom.Nellum,in tracta.ſuo bannitorum. in
3.parte ſecundi tempo.q.58.incip.ſciendum eſt &c. de quo
etiam dixi ſuprà in §.pro complemento.num.38.Et ſcias cir
ca prædictam quæſtionem præcedentem, quod ſi contra
me vulnerantem deponit teſtis,& dicit,quod ego inſultaui,
& mox vulneraui,an hoc caſu debeam puniri de inſultu, &
de vulnere? Dic quod de vno delicto tantum debeo puniri
39 propter dictionem mox,† quæ exponitur,ſcilicet,incontinẽ
ti.ita voluit Bald.Ioan. de Imo.& Ludou.Roma. in l. diuor-
tio.in prin.ff.ſol.matr.& Imo.in l.quoties.§.ſi quis ita.ff.de hę
red.inſti.& Bal.in l.aduerſus.C.de fur.& in auth. ſed nouo iu-
re. in 3.col.C.de ſeruis fugitiuis,& Rapha.in l.fructus.ff.ſolu.
matr.Iſtud tamen limita non procedere ſi teſtis dixiſſet, pri
mo inſultauit,mox vulnerauit,quia tunc veniret puniendus
de duobus delictis,ita dixit Bald.in d.l.quoties.in §.ſi quis ita.
ff.de hæred.inſtit.Secundò limita niſi eſſet diuerſa pœna in-
ſultus à pœna vulneris,quia tunc vnum per aliud non con-
funditur.ita dixit Bar.in l.nunquam plura.in 4. colum. verſi.
ſecundò pone.ff.de priua.delict.& Bal.in d.l.cum ancillis. in
3.col.C.de inceſt.nu.Et de illa dictione mox,vide pleniſſimè
per D.Alberi.Cataneum Bono.aliàs præceptorem meum in
ſuo no.trac.violantes.in verbo,ex interuallo.vbi plura no.po
nit circa illam dictionem mox, &c. Vlterius etiam dubitari
40 poteſt,nunquid de qualitate† vulneris poſſit eſſe rogatus no
tarius &de hoc conficere inſtrumentum,in quo dicas,quod
non,niſi eſſet notarius,vel officialis ad hoc deputatus. ita di-
xit Bal.in rub.C.de fide inſtrumen.in 7. col. licet videatur ali-
ter loqui Bar.in auth. ſi quis in aliquo.in ſecunda col.ver. hic
aduerte.C.de eden.Sed iſta quæſtio dependet ab alio dubio,
videlicet,vtrum delictum poſſit probari per inſtrumentum,
41 † de quo per Bart.in l.ſenatus.ff.ad Turpillia.& per Bald.in l.
fi.in 3.col.C.de probat.& in l.contra negantem.C. ad legem
Aquiliam.& in l.obſeruare. C. quorum ap. non recipiun. &
Bal.in l.cum in eccleſijs.de maio.& obe.& Angel. in l.diuus.
in prin.ff.de cuſtod.reo.& Abb.in c.3.loco.in quinta colum.
de proba per gl.in c.fi.de iureiuran.in 6.per Barto.in l. nõ in-
telligitur.in §.tacita.ff.de iure fiſci.gl.in c. ſecundo. de verbo-
rum ſignificationibus.in 6.Io.And.in regula,ſemel malus.de
reg.iuris.in mercu.Tancre.de Corneto in compendioſa ſua.
in prima quæſtio.& facit tex.& gl. ſecundum Ioan. de Imo.
ibi in c.1.de eccleſ.benefi.in prima colum.& vide Ludo.Ro-
ma.in conſilio 349.incip.dum quæritur &c.vbi dicit, quod
crimen excommunicationis poteſt probari per inſtrumen-
tum.& vide quæ latius dixi circa hoc in repet.mea.l.fi. in 58.
char.C.de proba. Et per iſta pro nunc ſit expedita materia
vulnerum,& vulneratorum.aliqua alia dixi in trac.meo ban
nitorum,in pleriſque locis &c.

SVMMARIVM.

1 *Incarceratus regulariter eſt fideiuſſoribus relaxandus, & in quibus caſibus fallat.nu.2.3.4.5.6.7.8.*
9 *Conſuetudo quod valeat fideiuſſio vbi agitur de pœna vitæ vel membrorum mutilatione,an abroganda.*
10 *Iudex fideiuſſores minus idoneos pro capto acceptans an poſſit reum iterum capere.*
11 *Reus fideiuſſoribus relaxandus, an datis pignoribus ſolis veniat relaxandus.*
Et quid ſi iudex noluerit acceptare.nu.12.17.
13 *Incarceratus indebite ſtatim relaxandus non expectata alia interlocutoria.*
Et an requiratur iudicis autoritas.nu.18.
14 *Incarceratus de proximo relaxandus non detinendus ſub arcta cuſtodia.*
Et quid de ſenibus & infirmis.nu.15.
16 *Incarceratus quando ſine fideiuſſoribus relaxandus.*
19 *Incarceratus omni die dicitur grauari,ideo tanquam à nouo grauamine poteſt omni die appellare.*
20 *Incarceratus an poſſit citari.*
Et an poſſit contrahere.num.22.23.
21 *Accuſans de crimine capitali, quando poſſit per procuratorem comparere.*
24 *Incarceratus an dicatur qui habet cuſtodes ne aufugiat.nume.26.*
25 *Libertatem reſtituere qui tenetur ab obligatione qualiter liberetur.*
27 *Actus à carcerato factus an dicatur coactus.*
28 *Carcer eſt ſpecies torturæ.*
29 *Confeſſio vt dicatur metu tormentorum facta an ſufficiat probaſſe detentionem,licet aliter non probetur tortura.*
30 *Pœna perpetui carceris æquiparatur morti.*
31 *Carceratus poteſt iuſtum metum allegare.*
32 *Incarceratus pro vna cauſa,an poſſit pro alia recommendari.*
Et quid de delicto.nu.33.
34 *Incarceratus indebite an poſſit pro iuſta cauſa recommendari.*
35 *Recommendatio carcerati an poſſit fieri die feriata.*
36 *Fugiens de carcere aut fractor illius qua pœna puniatur. nu.37.38.*
39 *Iudici non obſtante appellatione exequenti ſententiam capitalem an poſſit de facto reſiſti.*
40 *Captus iniuſtè ſi aliter non poſſit euadere, an debeat cuſtodes occidere.*
41 *Clerici an poſſint iniuſte condemnatum à morte de facto eripere.*
42 *Captus iniuſte ſi non frangit carceres cum poſſit, capite punitur.*
43 *Carceratus iniuſtè quando quis dicatur.*
44 *Carceratus aufugiens de carcere habetur pro confeſſo.*
Et in quo fallat.nu.45.52.
46 *Carceratus an aufugiat periculo Poteſtatis.*
Et quid ſit captura.nu.47.
48 *Pœna promittentis repræſentare carceratum quid requirat.*
49 *Captum iniuſtè à manibus familiæ eximens,an puniatur.*
50 *Accuſans volentem frangere carceres,an cõſequi debeat liberationẽ*
51 *Mortuus in carcere culpa cuius præſumatur mortuus.*
53 *Creditor qui debitorem capere fecit,an poſſit petere tenutam bonorũ*
54 *Carcer non ſoluit debitum ſed burſa.*
55 *Captura rei principalis an liberet fideiuſſorem.*
56 *Debitor priuſquam capiatur quid neceſſarium.nu.57.*
58 *Sequeſtratio bonorum in bonis alicuius an poſſit fieri quando offertur ſatiſdatio de iudicio ſiſti &c.*
59 *Captura quæ poteſt fieri contra debitorem principalem,an poſſit fieri contra eius hæredem.*
60 *Hæres adiens hæreditatem cum beneficio inuentarij,an euitet executionem in perſonam ſuam.*
61 *Carcerari propter quas cauſas quis poſſit.*
62 *Perſonæ capi quæ poſſint.*
63 *Mulier pro debito ciuili capi,an & quando poteſt.nu.64.65.*
66 *Meretrix carcerari poteſt.*
67 *Meretrix maritata an poſſit incarcerari.*
69 *Filiusfamilias an poſſit pro debito incarcerari.*
70 *Clericus an poſſit pro debito incarcerari.*
71 *Clericus an poſſit ex aliqua cauſa capi à laico, vt præſentetur iudici eccleſiaſtico.*

Iudex

72 *Index obligatus eſt viſitare carceratos.*
73 *Cuſtodes an teneantur de cuſtodia ſi vnus illorum cum carcerato aufugerit.*
74 *Creditor quando teneatur debitorem in carceribus alere.*
75 *Carceratorum cauſa eſt ſummaria, ſicut cauſa miſerabilium perſonarum.*
76 *Carcerati dicuntur miſerabiles.*
77 *Relicta carceratorum, dicuntur relicta ad pias cauſas.*
78 *Iudices capiendi poteſtatem, qui habeant.*
79 *Iudex delegatus an poſſit facere capi aliquem.*

§. Attingam Non immerito vltimo loco quoti
dianam, & practicabilem materiã
capturæ,& carceratorum, quoniam in agitatione cauſarũ
criminalium ſæpe contingit homines carcerari,vt experien-
tia docet,ideo pro communi vtilitate verſantium in palatijs
aliqua adducam circa dictam materiam capturæ,& carcera-
torum. Et ideo ſcias primo,quod regulariter carceratus eſt
1 fideiuſſoribus relaxandus,ſecundum Doct.in l.1.ff. de cuſto.
reo.& in l.nemo dubitat.ff.de re.iur.de quo etiam per Ang.
no.loquentem in l.2.C.de exhi. reis. & in l. nemo carcerem.
C.de exact.tribu.lib.10.& per Ludo.Roma.in l.1.qui ſatiſda.
cog.& per Ang.de Are.in tracta.maleficiorum.in verbo, fa-
ma publica.in materia capturæ.Iſtud tamen fallit in pluribus
caſibus,in quibus carceratus non relaxatur fideiuſſoribus.Et
primo fallit in cauſis criminalibus,in quibus venit imponen
da aliqua pœna corporalis,vel corporis afflictiua, nam tunc
reus non relaxatur fideiuſſoribus,vt habetur per Bar.& alios
in d.l.1.ff.de cuſto.reo.& in l.2.ff.de pub.iud.& latè per Ange.
de Aret.in trac.malefic.in verbo,fama publica.in verſic.deci-
mò quæro,&c.cum verſicu.ibi ſequen.& in eo.tract. in ver-
ſic.pro quibus Antonius fideiuſſit.in prin.& in talibus caſib.
etiam ſi reus daret mille fideiuſſores,non tamen debet rela-
xari,ſecundum Bald.in l.eos.in §.ſuper his. C. de ap.imò ſi in
criminalibus vbi venit imponenda pœna corporalis inter-
2 ueniret † fideiuſſor,non valeret talis fideiuſſio , ſecundum
gloſ.ſingu.in ca.cum homo.23.q.5.quam refert & ſequitur
Ange.de Aret.in dicto verbo, pro quibus Antonius fideiuſ-
ſit.in primo verſi.& ibi Dom.Aug.de Ari.in ſuis addit.Item
fallit etiam dicta regula in aliquibus caſibus etiam vbi tracta
tur de pœna pecuniaria, in quibus reus non eſt relaxandus
fideiuſſoribus.Primus caſus eſt quando reus à principio nõ
3 voluit dare † fideiuſſores,ſed potius voluit carcerari,ſed po-
ſtea in fine quando ſententia debet fieri dicit ſe velle dare fi-
deiuſſores,nam tunc non debet audiri,nec debet fideiuſſo-
ribus relaxari,non obſtante quod pœna quæ venit imponẽ
da ſit pecuniaria.ita ſingu.dixit Ang.in l.2.C.de exhi.reis.pro
quo allegat tex.no.in l.2.ff.de cuſt.reo.quod dictum pro no.
refert & ſequitur Dom.Aug.de Ari.in additio.ſuis ad Ange.
Are.in tract.ſuo malefi.in verſi.pro quibus Antonius fideiuſ
ſit.in prima additione.Pro quibus faciunt optimè,quæ ego
dixi in ſingu.meo 261.incip.quod potui, nolui &c.& in alio
ſing.meo 284.incip.tolle moras &c. & iſta addere poteris ,
quæ dixi in dicto ſing.meo 272.Quibus adde tex.in c.1.in ver
ſic.quia ſi proclamare voluit, cur tamdiu tacuit &c. de frig.
& malefi.& vide quæ dixi in l.patre vel marito. in 16. col. ff.
de quæſtionibus.& Iaſ.in §.fuerat.in 5.col.Inſti.de act.& in l.
1.in 6.col.ver.item pro extenſione.C.qui admit.& in ſingu.
meo 281.incip.ſocius,&c.& dicta per Alex.in conſil.115.in-
cip.viſa &c.in 1.col.ad fi.in 7.vol.& per Dom.Philip.Decium
conſi.129.in 3.col.verſi.nam quando epiſcopus,&c.& Bald.
in conſi.391.incip.proponitur,quod propter,in 2.volum.&
Socin.in conſilio 54.incipiente, abunde &c. in 2. columna,
verſic.tertius & vltimus,&c.& faciunt quæ dixi ſupra,in §.di-
ligenter.num.203.

Alius eſt caſus in quo etiam vbi venit imponenda pœna
pecuniaria reus non eſt relaxandus fideiuſſoribus, qui caſus
4 eſt quando ipſe reus ſponte cõfeſſus † eſt delictum pro quo
venit imponenda pœna pecuniaria, nam tunc non eſt fide-
iuſſoribus relaxandus.ita dixit Bal.in l. nullus.C. de exhi.reis.
quod dictum pro nota.refert & ſequitur Dom.Aug.de Ari.
in addi.ad tract.Ange.de Aret.ſuper maleficijs.in verbo, pro
quibus Antonius fideiuſſit. in prima addi.& idem dixit ipſe
Ang.de Aret.in d ſuo tract.in verbo,fama publica.in 9.char.
verſi.decimo quæro &c.de quo etiam dixi in l.vnius. in §.co
gniturum.in 13.col.circa me.ff.de quæſt.pro quo etiam fa
ciunt optimè dicta per Ang.de Are.in trac.ſuo malefi.in ver
bo, præſente Caio,& appellante.in 4.char.ver. an autem iu-
dex &c.& vide ſupra in §.poſtquam, nu.30.

Alius eſt etiam caſus in quo reus non eſt relaxandus fide-
iuſſoribus,licèt pœna ſit pecuniaria,videlicet,quando eſt re-
5 pertus † in flagranti crimine & captus eſt, nam tunc non eſt
relaxandus fideiuſſoribus.ita dixit Dom.Augu.de Ari.in tra-
cta.Ange. de Aret.ſuper maleficijs.in verbo,fama publica.in
11.charta.in addi.magna.incip.Tu autem in hac materia ad-
de primò &c.poſt princip.vbi dicit,quod quando aliquis eſt
inuentus cum armis, non eſt fideiuſſoribus relaxandus. ad
6 quod † alleg.Bald.in l.ſed ſi is.ff.de in ius vocan.ſed Bal.in lib.
meo hoc non dicit,ſed immo expreſsè dicit contrarium.for
te illud dixit Bal.in lectura antiqua,quam non vidi.Attamen
pro Dom.Aug.faciunt optime dicta per Innocen. in c.vt fa-
mæ,de ſententia excommunicationis,& per Flo.in l.4.ff.ad
legem Aquiliam.& per Ange.de Are.in tract.ſuo malefi. in
verſi.fama publica.in 10.char.in verſi.nonò nota &c. & per
Dom.Ant.& alios in c.cum non ab homine. de iud. & Do.
Fel.in c.ſi verò.el primo.de ſententia excommunicationis,
& per Domi.Alex.in l. ſi quis.de fur.& faciunt optime dicta
per me in l.vnius.in §.cogniturum.in 15.col. ff. de quæſtio.
in quibus locis Docto.loquuntur de reperto in flagranti cri
mine.ego latius locutus ſum in repetit. mea legis vnicæ. C.
de raptu virg.numero 88.& numero 93.94.& 95.vbi videas.
Alius eſt etiam caſus,in quo vbi tractatur de pœna pecunia-
ria,reus tamen non eſt fideiuſſoribus relaxandus,qui eſt quã
do talis,qui petit relaxari fideiuſſoribus aliàs aufugit de car-
7 ceribus,in quibus erat pro tali,vel ſimili cauſa. nam hoc caſu
non debet relaxari fideiuſſoribus,ſed debet detineri in carce
ribus.ita no.dixit gloſ.in l.lege Cornelia.ff. ad Sylla.quam ibi
multum no.Ludou.Roma.& eam etiam ad hoc pro valde
nota.refert & ſequitur Alex.in l.prima.ff.de cuſto.reo. in pri
ma apoſtil.& Dom.Auguſt.de Arim.in add. ad trac.Ang.de
Aret.in maleficijs.in verbo,pro quibus Antonius fideiuſſit.
in prima add.vbi etiam dicit pro hoc bene facere quod not.
Bar.& Bald.in l.tertia.de epiſcopa.audien.& illam refert & ſe
quitur Ange.de Aret.in dicto tracta.in verbo,fama publica.
in 13.char.in ver.quarto notandum.vbi no.loquitur.de quo
etiam per Dom. Aug. in addi. Pro quibus faciunt optime ,
quę ego dixi in ſing.meo 74.incip.tu habes regulam &c.vbi
poſui plura circa materiam regulæ,ſemel malus.de reg. iuris
in ſexto.& in l.maritus,in 6.colum.in verſi.modo quæri po-
teſt,&c.ff.de quæſtio.vbi ſimiliter plura poſui circa materiã
dictæ regulæ, ſemel malus. Addo etiam , quod fortè poſſet
dari alius caſus in quo reus non eſſet fideiuſſoribus relaxan-
dus etiam vbi tractatur de pœna pecuniaria,videlicet,in caſu
quo reus eſſet captus pro crimine falſi,& pœna eſſet pecu-
niaria ex forma legis , vel ſtatuti , nam tale crimen falſi eſt
enorme,& propter eius enormitatem habet aliqua ſpecia-
8 lia vltra crimina,vt † ego dixi in ſing.meo 143.incip.crimen
falſi &c.& habetur per Dom.Nellum in trac. bannitorum.
in tertia parte ſecundi temporis. in quæſtione duodecima.
& quæ ego dixi in l.prima.§.ſi ſeruus.in 3. colum.in fi. ff. de
quæſtio.Et ſcias,quod illud quod dixi ſupra,quod non valet
fideiuſſio facta pro aliquo vbi agitur de pœna vitæ, vel mu-
tilationis membrorum,eſt verum.tamen hoc fallit niſi con
9 ſuetudo † eſſet in contrarium , quia tunc valet talis fideiuſ-
ſio.ita dixit gloſ. ſing. in dicto c.cum homo.vigeſimatertia,
quæſtione quinta.quem refert & ſequitur Ludo.Roma. in
ſing.ſuo 120.incip.tu ſcis,quod in cauſa criminali &c. & D.
Aug.de Ari.in tract.Ange.de Aret.ſuper maleficijs.in verbo
pro quibus Antonius fideiuſſit.in prima addi.Item ſcias etiã
quod ſi iudex maleficiorum pro capto acceptauit fideiuſſo
10 res non idoneos,& captum relaxauit, † quod nihilominus
poterit iterum reum capere & facere,quod iterum præſtet
fideiuſſores,quibus præſtitis primi fideiuſſores etiam ſunt
obligati.ita dixit Bald.in l.1.in 1.col.ff.ſi quis in ius vocan. nõ
ierit.quod dictum refert , & ſequitur Dom.Auguſt.de Ari.
in add.ad tract.Ang.de Aret.ſuper maleficijs.in verbo , fama
publica.in vndecima char.in add.incip.tu autem in hac ma-
teria adde primo,quod licet &c.circa fi.illius addi. Scias etiã
quod in caſu in quo reus poteſt relaxari fideiuſſoribus, pote
rit etiam relaxari ſine fideiuſſoribus, dummodo ipſe reus
11 † det pignora,quæ loco fideiuſſoris ſubrogantur.ita notan-
ter dixit Bald.in l.prima.ff.qui ſatiſdare cogan.& voluit gloſ.
& ibi Pau.de Caſt.in l.more Romano.ff.de ferijs. Quinimo
dixit Bar.in l.ſi verò.in §.qui pro rei qualitate.in 3.not.ff. qui
ſatiſ.cog.quod ſi reus,qui debet relaxari datis fideiuſſoribus
vult dare pignora loco fideiuſſorum,& iudex non vult eum
12 † relaxare,quod poterit agere contra ipſum actione iniuria
rum.quod eſt no.Adde etiam quod carceratus pro delicto
vel pro debito ciuili,debet ſtatim relaxari,cum conſtat eum
13 non deliquiſſe,vel debitorem non eſſe,non expectata alia in
terlocutoria.ita probat tex.in l.ſecunda.C.de exhib.reis.in fi.
quem tex. ita intelligit & ad hoc allegat Ludo.Roma.in l.2.
in 4.col.ff.ſi quis in ius voc.non ierit,& Iac. Butr. Bar. & Bal.
in l.ſed etſi is.ff.de in ius vocan.& Alex. in conſi.ſuo 179. in-
cip,

cip.in cauſa Angelorum.in pen.col.in prin. In ſecundo vol.l. 1.ff.de cuſto.reo.in 2.apoſtil.pro quo etiam allegat dicta per Bar.in l.qui vltimo.ff.de pœnis. Et ſcias ēt circa hanc materiā quod carceratus,qui de proximo eſt relaxandus,non eſt de-
14 tinendus † nec cuſtodiendus ſub tam magna & ſtricta cuſtodia,prout antea.ita dixit gl.in l.ſi pecuniam.in §. ſed ſi acceperit. in verbo,carcere.ff.de cōd. cau.da.& ibi Doct.& Ludo.Roma.in l.in lege. ff.ad Sylla. de quo etiam per Iaſ. in dicta l.ſi pecuniam.in dicto §.ſed ſi acceperit. Et idem dicas in
15 ſene † & in infirmo carceratis,qui non ſunt ita ſtrictè cuſtodiendi ſicut iuuenes,& ſani,ſecundum gl. & Doct. in l. ſi vt certo.in §.1.ff.commoda.Et ſcias etiam & ſemper menti habeas,quod licet vbi tractatur de pœna corporali imponenda , non ſit reus fideiuſſoribus relaxandus, vt iam ſatis ſupra dixi.attamen talis reus quandoq; eſt relaxandus ante ſententiam,etiam ſine fideiuſſoribus,& hoc euenit quando an
16 te † ſententiam apparet ipſum omnino eſſe abſoluendum, vt quando eſt publicatus proceſſus.ita nota.dixit Bal.in l.ſed etſi is.ff.de in ius voc.vbi dicit de hoc eſſe tex.in l.nullus.C.de exhib.reis.in verſic.donec repererit,&c.& ibi Bal.& idem dixit Bal.in l.ſi quis poſt accuſationem.ff.de teſta. pro quo eſt bonus tex.in l.qui pœnę.in §.1.ff.de manumiſ. & hoc etiam firmat Lud.Roma.in ſing.ſuo 492.incip.accuſatus de crimine capitali,&c.quod eſt ſing.notan. in practica. Nam quando es aduocatus alicuius accuſati,vel inquiſiti de crimine capitali,& patet ex proceſſu,quod ipſe venit abſoluendus,& liberandus , vt quia plene ꝓbata eſt innocentia ſua, certè hoc caſu tu potes petere à iudice,vt dictum reum relaxet de carceribus etiam antequam ſit liberatus diffinitiuè per ſententiam.& iudex tenetur eum relaxare ſecundum Bal. in dictis locis.Et ego alias hoc pluries practicaui,& obtinui in contingentia facti.Et hanc partem tenuit Dom. Bene. de Plumbino,in dicta l.qui pœnæ.§.1.de manumiſ.quem refert, & ſequitur Iaſ.in l.naturaliter.in princ.in 22.col.in verſi.tu confirma concluſionem Bar.&c.ff.de acquiren.poſſeſ.vbi alia plura adducit.pro qua etiam faciunt, quæ dixi in ſing.meo 116. incip.qui de proximo eſt cingendus,&c.Et ſcias etiam quod quando reus eſt fideiuſſoribus relaxandus, ſi iudex non vult
17 eum relaxare, † poteſt contra eum agi actione iniuriarum in ſyndicatu,ſecundum Ang.de Aret.in tracta.malefic.in verbo,pro quibus Antonius fideiuſſit verſi.& nota,quod ſi aliquis &c.alleg.Barto in l.ſi verò pro condemnato. §. primo. ff.qui ſatiſda.cog.de quo etiam dixi ſuprà,in §.pro complemento.num.32.ad ꝙ etiam vide,quæ dixi in repeti. mea rubri.ff.de fideiuſſor.in 31.quæſtione.Item ſcias etiam quod ſi aliquis fuit indebite carceratus non ſeruata forma ſtatutorum,adeo quod debeat relaxari incontinenti , debet tamen hoc fieri autoritate iudicis,& non propria autoritate cuſto-
18 dis cacerum,vel alterius,ſecundum Pet. de Ancha. in conſil. ſuo 341.incip.viſo themate &c.in fi.& Ang.de Aret. in trac. malefic.in verbo,fama pub.in 14.char.ver & aduertas tu iudex.& Io.de Ana.quem vide in conſilio ſuo 53.inci.viſis &c. ante.fi.de quo etiam dixi ſuprà in §.opportune.nu. 19.

Vlterius ſcias & menti habeas,quod carceratus omni die
19 dicitur grauari, † & ideo tanquam à nouo grauamine poteſt omni die appellare,ſecundum Spec.in tit. de appel. in §. reſtat.verſi.& nota.& ver.& quid dices &c. & voluit gl. in ſimili.& ibi Doct.in l.ſecunda.C.de ſerui. & aqua. & Bald. in l. 2.in 2.col.in fi.ver.ſecundò quæro. C. de epiſ.aud. & in l.1.C. ſen.reſcin.non poſ.& Dom.Philip.de Peruſio,in c.ſuper eo. in 2.col.de app.& in c.ex parte.eo.tit.in prima char. de quo etiam per Bar.in l.2.ff.ſi quis in ius voc.non ierit. & per eundem Bar.in tract.ſuo de carceribus.in 2.col.in princ.& Bald. in add.Spec.in tit.de app.in ver.à grauamine &c. & in verſi. ſi iudex &c.& per Bal.in cap.de teſtibus. extrà de teſti. & per Dom.Anto.& Io.de Imo.in c.cauſam.de elec & per Io.Andræ.in c.dilectus.el ſecondo,de rapto.& per Ang.in auth.hodie.C.de app.& per Dom.Anto.in c.fi.in 4.colum. de ferijs. & per Alex.ſatis late,in l.inficiando.in §.infans.ff.de fur.& in l.prima.§.1.ff.de ferijs.& in l.eum qui.§.in popularibus.& ibi Pau.de Caſtro,poſt gl.ff.de iureiuran.& per Ang.de Aret.in tract.ſuo maleficiorum.in verbo, qui iudex dictum Caium detineri,& carcerari iuſſit.in penulti. col.in verſic.quæro aliquis captus eſt &c.& per Card.Alex.in c.ex parte tua. in prima,& ſecunda col.de appe.& per Iaſ.in l.exigendi. in 3. col. de procu.& per Dom.Fel.in c.exceptionem.in 7.col. verſic. fallit tertiò.de excep.& per eundem in c.accedens.el ſecondo,in 7.col.vt lite non conte.vbi latiſſime loquitur in materia iſta.& adducit plura ſimilia. Dicit enim idem dicendum eſſe in exceptione loci ſuſpecti,quia habet grauamen ſucceſſiuum.&ideo talis exceptio poteſt quandocunque opponi. ita tenet ſecundum eum Specu.in titu.de citatione. in §.1.in verbo,quid ſi reus.& Dom. Ant. & Ioan.de Imo.in c. exceptione.de excep.& Lud.Rom.in l.recuſare.in §. ſi quis alio. ff.ad Treb.& Io.de Imo.in Clem.1.in 2.col.poſt Pau. ibi , de fo.comp.Item adducit etiam Ang.poſt Bal.in l.1.in princ.ff. de ferijs.vbi dicit,quod,citatus tempore feriarum,qui in prima comparitione non oppoſuit, poteſt tamen in ſecunda opponere de ferijs.allegat etiam ipſe Do.Fely.Bal.in l.elegāter.in §.ſi quis poſt.in 2.col.vet.quæritur quid ſi poſt litem. ff.de condi.indebiti, in apoſtil.vbi dicit,quod licet delatoria ſuperueniens poſt litem conteſtatam debeat incontinenti opponi.c.inſinuante.de offic.delega.tamen fallit in exceptione habente cauſam continuam &ſucceſſiuam,vt quod non audiatur bannitus.& dicit ibi Bal.quod ſunt aurea verba Iaco.Butri.ibi,adducit etiam Domi.Felyn.in d.c. accedens. Lapum,alleg.88.incipiente,commune Florentiæ,&c.4.colum. vbi dicit , quod ſemel tractus vltra vnam dietam qui in illo actu non oppoſuit,poteſt in alio opponere . Item adducit Domi.Anto.in c.ex parte.in duodecima colum. de reſtitut. ſpoliat.vbi dicit, quod quando lego quotidie originatur, ut in cauſa matrimoniali, in qua quotidie fit offenſio animæ ſemper poteſt peti reſtitutio in integrum etiam poſt quadriennium . Item adducit Bald. in l. vis eius. circa med. C.de proba.vbi dicit,quod licet defenſio non fiat ex interuallo,tamen durante offenſione continua poteſt fieri defenſio & dicitur incontinenti propter offenſionem hodie imminentem.adducit etiam Bal.in c.in literis.in prima,colum.de reſtitutio.ſpolia.vbi dicit,quod hoſtes publici,qui latrocinando inuadunt caſtra aliena,poſſunt expelli etiam ex interuallo cum ſint in perſeuerantia delicti.&ad hoc no.gloſ. ſingu. ibi ad hoc quod dicit etiam videndum eſſe tex.& ibi Bart.in l.3. in §.cum igitur.ff.de vi,& vi arma. cum concordan. de quibus ibi per Alexan.in apoſtil.Item adducit etiam Domi. Anto.in conſi.ſuo 22.incip.viſis punctis. in 3.colum.vbi propter dicta Doc.in c.dilectus.de reſcrip.el ſecondo, attentauit dicere,quòd prælatus,qui recepit penſionem rei malè alienatæ ab emphyteuta poteſt hodie deſiſtere & priuare eum quaſi etiam hodie res ſit conducta , & dicit videri quaſi caſum in capit.potuit.de locato.vbi imponitur pœna emphyteute,niſi celeri ſatiſfactione prouideat. ergo pœna non ſolum ſurgit ex momento alienationis,ſed etiam ex contumacia non corrigentis errorem.de quo dicit in ſpecie videndum eſſe Bald. & Imo.in l.Mæuius.§.duobus.ff.de leg.2.& Imo.in d.ca. potuit.in 3.columna.iſta ſupradicta omnia refert Dom. Fely.in d.c.accedens.el ſecondo,in 6.colum.vt lite non conteſt.Ego autem vltra eum adduco in ſimi.no.verbum Ange.in Auth. de inſtru.cau.& fide.in §.in his verò.in ſi.ubi dixit,no.ſingulariter ex fine huius gl.quod ſi tu produxiſti contra me inſtrumentum in quo continebatur aliquid annuum me tibi debere dare,quòd licet uigore dicti inſtrumenti fuerim tibi cōdemnatus ad primam , uel ſecundam annuam præſtationē ex eo, quod non oppoſui aliud contra dictum inſtrumentum,quod ſi uigore dicti inſtrumenti tu agis contra me ad alias præſtationes annuas,quæ in d. inſtrumento continentur,quod ego poſſum opponere contra dictum inſtrumentum,& ipſum negare publicum & publica manu ſcriptum , quod eſt not.& iſta ſunt,quæ præſentialiter mihi occurrunt circa iſtud grauamen ſucceſſiuum.Modò vlterius circa hanc materiam carceratorum quæri poteſt , an carceratus poſſit
20 citari ? † in quo Bar.& Salyc.in l.2.ff.de in ius uocan. dicunt , quod talis carceratus n ōpoteſt citari,& ſi citatur,talis citatio non ualet.& idem tenet Pau.de Caſt.in conſilio ſuo 41.incipiente,uiſis actis,& actitatis in captura Thomaſij,&c.in fi. & Bartol. in conſilio ſuo 228. incipiente, Catharina accuſauit Ritam,&c.Sed contrarium tenet Bart.& melius ſecundum Iaſ.in d.l.2.in l.is qui reus.in ulti. columna, ff.de pub.iud.per gl.fi.ibi in fi.ubi dicit,quod imò carceratus poteſt citari,& debet comparere per procuratorem. Item Pau. de Caſtro , in d.l.2.ff.de in ius uoc.& in l.quæſitū.ff.ſi quis cautio.dicit ſe uidiſſe de hoc dubitari Florentiæ,ubi multoties proceditur cōtra eos, qui ſunt in carcere , & tenet quod ſi ſit iuſtè carceratus,& habeat facultatem comparendi per procuratorem, quia ibi ſit copia procuratorum, quod tunc ſit uera opinio Bar.in dicta l.ſi quis reus.ſed altero iſtorum deficiente,procedit opi.Bar.& aliorum in dicta l.3.ff.de in ius uocan. Et dicit Iaſ.in dicta l.2. in ultima columna,quòd idem punctualiter tenet Dom.Franciſ.de Aret.licet non faciat mentionem de Pau.de Caſtro,in conſilio ſuo 132.incipiente,conſultiſſime domine &c.& dicit Iaſ.ubi ſupra , quod pro hac parte facit, textus in l.idemque. in princ. ff. pro ſocio. per quem notat ibi Bart.quòd ubicunque lex dicit,quòd aliquis debeat mittere procuratorem,debet intelligi ſi erat ei facile inuenire idoneum procuratorem,& dicit Iaſ.tenendum eſſe contra

Bar.

Bart.in dicta l.2.& dicendum eſſe,quod ille qui eſt in carcere poſſit citari, & debet comparere per procuratorem, vt eſt gl.in l.2.C.ex quibus cauſis maio.& dicit,quòd ita etiam tenet Bal. & Ludoui.Roman.in d.l.2.& Bal.in c.dilecti.in 2.col.de app.& in l.nemo carcerem.C.de exac.tri.lib.decimo, & in l.ab eo.in 2.colum.C.quomodo & quando iud. & Angel.in conſilio 66.incipiente,ſtatutum ſeu ordinamentum, &c.ita reſidet Domi.Iaſ.in dicta l.2.ff. de in ius vocan. Et ſic in hac quæſtione communis concluſio eſt,quòd carceratus poteſt citari & debet comparere per procuratorem quando iuſtè eſt carceratus.Ex qua concluſione ego nouiter affirmo illud quod dixi ſuprà,in §.ſequitur.numero 31.cum pluribus numeris ibi ſequentibus,vbi dixi, quòd accuſatus nec
21 inquiſitus de crimine † capitali,contra quem proceditur,ſi eſt ab aliquo alio iudice carceratus ex aliqua cauſa, poteſt tunc in cauſa crimiali accuſationis,vel inquiſitionis comparere per procuratorem,ſecundum Ang.per illum textum, in lege,eos.in §.ſuper his.circa finem.C.de appel. de quo latiſſimè dixi ſupra,in dicto §.ſequitur.numero 31.cum ſequẽtibus ibi. Vlterius quæro,an carceratus poſſit contrahere,vel
22 ſe obligare,† dum eſt in carceribus? In quo dicas remiſſiuè loquendo, vt per Doct.in lege,qui in carcerem.ff.quod me.cau. & per Bartolum in lege,qui neque. in §.ſolutum. ff. de verb.ſignifi.& per Angelum in l.nemo carcerem.C.de exac.tribut.libro decimo,& in diſputa.ſua,incip. renouata guerra.Bald.in lege vnica.in 3.charta.C.de confeſ.Ang.de Aret.in tracta.maleficiorum.in verbo,qui iudex dictum Caium detineri & carcerari fecit.in vltima columna,verſic. an autem carceratus,& ibi in addit.& Doct. communiter in dictis locis tenent, quod non valeat contractus factus à carcerato regulariter.

Quod tamen fallit in aliquibus caſibus,& primò niſi contrahat cum alio quàm cum illo qui fecit eum carcerari, vel ſi cum illo non ſit indebitè carceratus, nam ſi eſt debitè carceratus,valet contractus etiam cum illo qui fecit eum carcerari,ſecundum Bar.in dicta lege,qui neque.in §.ſolutũ.ff.de verb.ſign.& in dicta lege,qui in carcerem.ff.quod met.cauſa.Item fallit niſi in vtilitatem ipſius carcerati fieret contractus,vt puta pro eo excarcerando,quia tunc valeret talis
23 contractus, ſecundum Bal.ſin.in rubri.C.de reſcind.vend. ante finem verſic.item requiritur quòd ille &c. Item fallit niſi contractus,qui fit ab ipſo carcerato ſit iuſtus,quia tunc valet ſecundum Bal.in tracta. ſchiſma.in 12.colum. & in lege prima,in prima colum.ad finem.verſ.reuoco igitur in dubium &c.C.ſi quis aliquem teſta. prohibuerit,vel coegerit. Et in materia vide etiam Bar.Bald.Angel.& Ioan.de Imo. & alios in l.qui à latronibus.ff.de teſta.Bald.in lege,necnon. §.1.ff.ex quib.cau.maio.Bal.in lege,ſi quis in hoc genus.C. de epiſco.& cler.& vide Bal.in l.ab eo.in penul.col.in uerſi.ex his apparet.C.quomodo & quando iudex.vbi no.loquitur. Sed iux-
24 ta prædicta poteſt dubitari, † an ille dicatur carceratus, qui per modicum ſpatium, & per modicam diſtantiam relaxatur de carceribus, ſed tamen habet penes ſe ſemper cuſtodes vt aufugere non poſſit,vt quotidie fieri videmus.in quo dicas ſecundum Domin.Abbat. in capitulo, accedens.extrà de procu.quod non valet contractus factus à tali carcerato, qui eximitur de carcere,& ſtatim facto contractu reponitur in ipſis carceribus,quia non dicitur relaxatus,ſed immo magis carceratus dicitur,& dicit ipſe Abb.iſta formalia verba videlicet,tertiò nota & tene menti,quòd is qui tenetur aliquẽ
25 reſtituere libertati,non liberatur † ab obligatione ſimpliciter illum relaxando in ſuo territorio,ſed debet illum facere ſecurè conduci extra territorium ſuum ad locum vbi poſſit ſecurè morari.nam cum eſt in territorio aduerſarij,non dicitur eſſe in ſua libertate,cum poſſit de facili retineri, argum. optimum in capitulo fina. de reſtitut. ſpoliat. & lege,liberationis.cum lege ſequen. ff.de verb.ſignifi.vbi text.nota.dicit
26 † quod non dicitur liberatus,qui relaxatur à vinculis,ſed cuſtoditur in publico.& facit hoc contra practicam,quam ſolent plerique adhibere, nam ſi detentus in carcere vult aliquem contractum facere,faciunt ipſum extrahi à carceribus & ibi cuſtoditur per familiam,nam certè non poteſt dici liberatus vt hic, & in dicta lege, liberationis.cum ſequen. & not.Barto.in dicta lege,qui in carcerem. ita formaliter dicit Abb.in dicto capitulo,accedens.ter.not.de procuratoribus. quam doctrinam refert & ſequitur Dom. Fely. in capitu.innouamus.de treu.& pace.circa prin. pro qua facit optimè tex.in l.ſuccurritur.ff.ex quibus cauſis maio.vbi dicitur,quod qui aliquo modo diſtringitur,vt euadere non poſſit,dicitur carceratus.& facit,quod voluit Bal.in l.fina.C.de poſtlim.reuerſ.in verſi.collige.vbi dicit,quod ille dicitur detineri inuitus,qui non permittitur abire & ad propria redire.& faciunt etiam dicta per Alex. in l. ſi vt certo. in §.cuſtodiam.ff.commo.& per Ang.in d.l.qui in carcerem.ff.quod metus cauſa. Contra prædicta tamen videtur facere gl.in l.fi.C.de curioſis lib.12. quæ dicit, quod poſitus ſub cuſtodia ſi non tenetur diſtrictus,non dicitur carceratus.Tamen Cardi. Alexand. in c.ſuper eo.in 2.colum.de appel.in fine,dicit,quod contra d.gl.faciunt dicta per Angel.in dicta l. qui in carcerem.& dicta per Ioan. de Imo.in l.qui à latronibus.ff. de teſtamen.& per Ioan.And.in c.2.de ſenten.excommu.& ſic Cardi. Alexand. in dicto c.ſuper eo.non tenet dictam glo.ſed potius eam improbat.de qua materia vide etiam Ang.de Aret.in tract. ſuo maleficiorum.in verbo,qui iudex dictum Caium detinere, & carcerari iuſſit.in vltima colum.in verſi.& aduertas,&c. & ibi etiam in vlt.verſi.& ibi in add.& vide etiam Ang.de Are. in dicto tracta.in verbo,fama publica.in 14. char. in verſicu. quintò etiam aduertam.&c.circa fi.& Iaſ.in §.rurſus.in nona colum.inſtitut.de actio. & Dominum Philippum Decium in conſilio 219.incip.viſo puncto.in 3.colum. verſic. quartò benefacit,&c.& Corſet.in no.in verbo, cuſtodia. Scias vlte-
27 rius,quod actus factus à carcerato † non dicitur actus ſpon-
28 taneus, † ſed potius meticuloſus,ſeu coactus, quoniam carcer eſt ſpecies torturæ ſecundum Bal.in l.ſi clericus.in ſecunda colum.verſi.primò quæritur.C.de epiſc.audi.& Bal. in l.1.C.q. ad li.perue.non poſ.vbi dicit,qđ mortuus in carcere dicitur mortuus in cruciatu.Et ideo dicimus quod ſufficit probare quem fuiſſe detentum,licet aliter non probetur tortu-
29 ra,ad hoc † vt dicatur confeſſio facta metu tormentorum,ſecundum Barba.in c.ſi conſtiterit.in 5. colum.extrà de accuſ. Pro quibus faciunt optimè quæ ego dixi in l.1.in §.diuus Seuerus.in prima colum.ff.de quæſt.& dicta per Alexand. in conſilio ſuo 275.incip.viſo themate.in vlt.colum.vbi omnino vide.& faciunt etiam,quæ dixi in conſil. meo 18.incip.requiſitus vt dicam,&c.in 1.char.in ver.& licet ipſe Petrus,& quæ dixit Dominus Philippus de Peruſio in cap.ſuper eo. in 1.colum.de appel.Et vide Domi.de Sancto Geminia. ſingu. loquentem in conſilio ſuo 15.incip. Reuerende Pater. in 4. colum.ver.ſuper ſecundo dubio, &c. vbi inter alia facientia ad hanc materiam dicit quod detentio quæ fit in aliquo loco inuito detento,dicitur continere cruciatum corporis.& vide quæ dixi ſupra,in §.expedita.nu.11.& ibi n.13.& nu.15. quæ omnia teneas menti propter confeſſiones reorum detentorum,quia licèt non fiant realiter cum tortura, tamen non dicuntur ſpontaneæ,ſed potius coactæ, & meticuloſæ. Nam nemo eſt ita ſimplex & fatuus,qui confiteatur ſpontè, & ſine aliquo metu illud quod conducit eum ad mortem, vt dicit Alexan.in d.conſi.ſuo 275.incip.viſo themate,&c.ante fi.Et vide omnino,quæ ego dixi in l.1.in prin.in 12.colum na.uer.quinimò dico.ff.de q.& vide Bal.in l.imperium.ff. de iur.omnium iudicum.vbi dicit,quod pœna perpetui carce-
30 ris æquiparatur † morti.ad quod alleg.Inn.in cap.qualiter & quando. de accu.quos refert & ſequitur Dom. Auguſt.de Arim.in tract.Ang.de Are.ſuper maleficijs.in verbo, fama publica.in 14.char.in 2.add.& vide etiam Spe.in titu.de his,quæ vi met.cau.fiunt.in §.1.in ver.actor &c.vbi dicit, quòd carce-
31 ratus † poteſt allegare iuſtum metum. quod eſt no. Quæri etiam poteſt,an carceratus pro aliqua cauſa ciuili, vel crimi-
32 nali † poſſit pro alia cauſa in carceribus recommendari? In quo dicas,quòd carceratus pro debito fiſci,poteſt pro debito priuati recommendari,ſecundum Bar.in tract.ſuo de carceribus.in vlt.colũ. ad quod alleg.tex.in l.quoties. C.de exac. tribu.& no.in l.ſaccularij.ff.de var.& extraor.cog. Et ibi ſubdit,quod carceratus pro debito, poteſt pro delicto recommendari.ad quod alleg.no.in l.3.ff.de cuſt.reo. & idem dicit econtra,videlicet,quòd ſi eſſet carceratus pro delicto, quòd poſſet pro debito recommendari. Quærit poſtea ipſe Bart.
33 an carceratus † pro vno delicto, poſſit pro alio delicto recommendari? In quo facit quandam diſtinctionem,de qua ibi per eum.Sed dubitari poteſt,an carceratus iniuſtè poſſit
34 pro iuſta cauſa ibi recommendari.de quo latè per Bartolum qui arguit multum ſubtiliter ad partes in quæſtione ſua incip.Lapus carceratus.& vide Bar.& Ang.in lege,cum vnus.in princip.per illum textum,ff.de bo.auto.iudi.poſ.& Sal.in l.fi.C.eodem titulo,in fine.& Bald.in authẽ.ei qui iurat.in 4.col. eodem titu.& Bal.in lege,legata inutiliter.ff.de leg.1.& in lege,quicunque.in prin.ff.de in ius vocan.& Alexand.in conſ. 158.incip.circa primum dubium,in vltima columna,& Bar. in conſi.ſuo incip.an poſitus in carceribus.& in l.finali,ff. de bon.poſſeſ.contra tabu.& in lege ſecunda,in §.exhibendi.ff. de cuſto.reo.& in l.ſed eximendi.in §.item ſi quis. ff. ne quis eum,qui in ius vocan.Bart.& Baldus in lege penult. §. finali, ff.quod met.cau.& per Domi.Alber.de Cataneis excellentiſſimum Docto.Bononienſem,in l.1.in 2.colum.in verſicu.

item

item infertur.C.de Carbo.edic.& per Angel.in l.ſi vacantia.
C.de bo.vac.& in lege,nemo carcerem.C.de exact. tributo.
in penul.colum. Item de hac materia vide Bar.in l.ſi cui. in §.
fina.ff.de accuſa.& Rapha.poſt alios in l.1.ff.nil no.ap.pen. &
Bald.in l.quia plerique.ff.de in ius vocan.Ange.in l.2.in §.fin.
ff.de cuſt.reo.Bal.in lege penultima,& fina.ff.quod met.cau.
Ang.de Aret.in tracta.malefic.in verbo,fama publica. in 10.
char.in verſi.7.not.&c.An autem talis recommendatio poſ-
35 ſit fieri die feriata Bal.in auth.ei qui.C.de bo.auto. iudi.poſſi.
in 4.colum.verſi.quæro,dictat ſtatutum &c.tenet, quod nõ.
quem refert & ſequitur Alexan.in conſi.ſuo 158.incip. circa
primum,&c.in 3.colum.in 2.volu. vbi plura alleg. de quibus
ibi per eum. Quæri etiam poteſt vltra præmiſſa qua pœna
36 puniatur fugiens de † carcere? In quo dicas, quod punitur
pœna mortis.Item dicit text.in lege prima, circa princi.ff.de
effract.& expila.& habetur in l.eas.ff.de cuſt.reo.& eſt text.in
l.milites agrum.in §.cum tamen.ff.de re mili.& voluit Bar.in
tract.de carceribus.in 2.col.de quo etiam per Ang.de Are.in
tracta.maleficiorum,in ver.fama publica.in 9.char.&ibi in 1.
add.vbi ad hoc etiam alleg.Saly.in l.1.in 7.no.C.de fal. mo. &
alia de quibus ibi per eum.Sed prædicta intelligas in frangen
te carceres & poſtea fugiente,nam talis punitur pœna capi-
tis.Sed ſecus puto eſſe in carcerato,qui reperit oſtium aper-
37 tum & tunc aufugit,† quia talis mitius punitur,per tex.in d.l.
1.§.1.ff.de effrac.& expil.& voluit Bar.in d.trac.de carceribus.
in 3.col.de quo etiam per Rap.in conſil.ſuo 105.incip. caſus
&c.Item intellige etiam prædicta eſſe vera & locum habere
38 in carcerato iuſtè & debitè.† ſecus autem puto eſſe in incar-
cerato indebitè & iniuſtè,quia ſi talis iniuſtè & indebitè car-
ceratus frangit carceres & aufugit,non cadit in pœnam præ
dictam. Et ad hoc dicendum moueor ex dictis, & allegatis
per Dom.Aug.de Arim.in addi.ad tract.Ang.de Aret. ſuper
maleficijs.in ver.fama publica,in 13.char.in vlt.addi.quẽ vide
Item moueor etiam ex ſingu.doctrina Inno.in c.ſi quando.
de offi.delega.quam pro ſing.refert & ſequitur Bal.in l.addi-
ctos.in 2.col.de epiſ.aud.vbi dixit,quod ſi reus condemnatus
39 appellat,†vel eius amici & affines pro eo,& non obſtante ap
pellatione iudex vult exequi ſententiam ſuam capitalem, ꝙ
hoc caſu poterit ſibi reſiſti de facto,cum iniuſtè procedat.de
quo etiam dixi ſupra in §.diligenter.nume.53. Et dixit nota.
Dom.Paris de Puteo in tract.ſuo ſyndi.in 25.char.in 3. col.&
40 ibi in 81.char.in 4.colum.†quod ſi iniuſtè captus non poteſt
aliter euadere, licitum eſt ſibi occidere cuſtodes carceris,
nec tenetur de homicidio.allegat ad hoc tex.in lege,nihil. ff.
de capti.& lege,capitalium.in §.ad ſtatuas.ff.de pœnis.& glo.
in c.ius gentium.1.diſtin.& l.1.ff.de his qui ante ſen.ſibi mor.
conſ.vbi dicitur,quod licet quomodolibet redimere ſangui
nem ſuum.quod etiam dixit Bal.in l. ſi legibus. C. ſi contra
ius vel vti.publ.& Oldra.in conſilio ſuo 53.incipiẽ. conſueuit
dubitari.in vlt.colum.& allegat etiam Domi. Par. vbi ſupra,
gl.in clemen.2.in verbo,violentam.de re iud.quæ dicit,quod
licitum eſt iniuſtè carcerato rumpere iuramentum,quod fe
cit de redeundo ad carceres.Pro quibus etiam faciunt dicta
per Alexandrum,in conſilio ſuo 144.incipiente poſt reddi-
tum primum conſilium &c.& per Alberi. de Roſa.in lege,
addictos.C.de epiſcop.audient.vbi dicit,quod etiam clerici ſi
41 † vident aliquem iniuſtè condemnatum ad mortem,poſſũt
eum de facto eripere de manibus familiæ.allegat c.hi qui.14.
q.6.& Archid. in capitu.cum homo.24.quæſtio.3. Et ſubdit
Domin. Paris in dicto ſuo tracta. ſyndica.in d.81.char.in 4.
42 columna,quod capite punitur† captus iniuſtè ſi non frangit
carceres cum poteſt.ad quod allegant text.nota.in lege, non
omnes.in §.qui captus.ff.de re milita. vbi tex, & gloſſa nota.
Pro quibus vide etiam quæ ego dixi in lege prima.in 7.colũ.
cum ſequentibus. C. de executio. rei iudicatæ.& in lege pri-
ma.in princip.7.colum.in verſicu.tamen iſta poſſunt, &c. ff.
de quæſtionibus.& ſupra in §. diligenter. numero 36. & 37.
43 Quando autem quis dicatur iniuſtè † carceratus,vel quando
iudex dicatur iniuſtè facere.dicas quod tunc quando nõ fuit
ſeruatus ordo iuris,ſecundum Ioannem Andream, & Ge-
mi.in capitu.dilecto.de ſenten.excommunicat.in 6. & Ang.
in l.prima ff.ne quis eum qui.& Angelum.de Are.Inſtitutio.
de action.in §.quadrupli.in 3.char.de quo etiam dixi in dicta
le.1.in princ.7.colum.ff.de quæſtionibus.Scias vlterius, quod
iuſtè carceratus ſi aufugit de carcere vltra ſupradictam pœ-
44 nam,† etiam habetur pro cõfeſſo.ita dicit tex.in lege,in eos.
ff.de cuſto.reor.& in l.milites.agrum.in §. penul. ff. de re mi-
lita.& uoluit Speculator in titu. de præſumptionibus.in §.2.
uerſiculo, violenta. & ibi Ioannes Andre. in addit. &
Angelus Aretinus, in tractatu maleficiorum, in verſicu-
lo, fama publica. in 13. charta.in uerſiculo, tertiò quid ſi
quis.& ibi Dominus Auguſtinus in additio. qui hoc intel-
ligit de iniuſtè carcerato tantũ.Item prædicta ſecundum eũ
intelliguntur in frangente carceres,ſed ſecus dicit eſſe in illo
qui reperit oſtium apertum, ideo aufugit. ad quod allegat
Guillelm. de Cuneo, & Baldum in l. ſuccurritur. ff. ex
quibus cau. maio. & Bald. in lege admonendi. ff de iure-
iurando. & Angel. in l.1.ff. de effra. & expilat. nam talis ſic
fugiens aperto carcere, non habetur pro confeſſo, ſecundũ
45 Doctores,in dictis locis.quod etiam voluit Angelus in lege,
verum,la ſeconda,ff.de furtis.& Alexand.in lege penultima.
vbi latè loquitur in materia.ff.de cuſtod.reo. & habetur etiã
latè per Baldum,in conſilio ſuo 230.incipiente,primus quæ-
ſtionis articulus &c.in primo volumine.vbi dicit, quod re-
gulariter fugiens de carcere habetur pro ſuſpecto, non au-
tem pro conuicto.allegat §.ſi verò. in Authen.de exhibend.
reis.& nota.per Cynum,in lege prima.C.de rap.virg. & dicit,
quod glo.in lege,eos.ff.de cuſto.reo quæ dicit,quod fugiens
effracto carcere, habetur pro confeſſo.debet intelligi hoc
modo, videlicet,quia aut quis detinetur pro generali inqui
ſitione,& tunc non habetur pro confeſſo,quia ficta confeſ-
ſio ſicut vera debet cadere ſuper certo.& ideo debet crimẽ
certum probari,vt in l.1.C.vt omnes cauſæ tam ciuiles, quã
crim.& §.neceſſitas.in Auth.vt iudi.ſine quo. ſuffra. Aut de-
tinetur pro inquiſitione ſpecialis criminis.& tũc dicit,quod
aut fugit cum effractione,vel conſpiratione,& habet locum
d.l.eos.aut aliter.& tunc non habetur pro confeſſo. punitur
tamen pro motu iudicis,vt no.Gulielm. de Cuneo, in l. ſuc-
curritur.ff.ex quibus cau. maio. ita finaliter tenet Baldus in
hoc dicto ſuo conſilio,de quo etiam per Bartolum in tract.
de carceribus. in vlt. colum. An autem carceratus aufugiat
46 periculo Poteſtatis,vide Bald.in l.obſeruare.in §.proficiſci.ff.
de offic.procon.& Flo.in l.ſi bonæfidei.ff.de rei ven.Bal.mul
tum not.in prædicto conſilio 230.incip. primus quæſtionis
articulus &c.in 1.vol.Sed quæri poteſt quando captura eſt
47 nulla,an tunc† cuſtos,vel Poteſtas teneatur.In quo Ange.in
l.quoties.ff.§.j.de cond.inſti.tenet quod non.& voluit Alex.
in l.ſed eximẽdi.in §.item ſi quis.in fi.ff.ne quis eum qui, &c.
de quo etiam vide omnino Io.de Ana.in conſilio 53.ſuo in
cip.viſis, poſt me.Et teneas menti dicta per Dom.Barth.Cœ
po.in conſi.ſuo 14.incip.pro declaratione.in 4.colum. verſi.
quia ad hoc vt illa &c. vbi dixit,quod ad hoc vt pœna poſſit
imponi ei qui promiſit repræſentare captum & carceratum
pro debito, non eſt neceſſe, quod probetur de debito,ſed
ſufficit, quod fuerit captus ritè ad petitionem aſſerentis ſe
48 creditorem, licet non ſit. Nec auditur eximens etiam ſi
velit probare,quod ille non erat creditor.allegat d. l. ſed exi-
mendi.§.1.cum l.ſeq.ff.ne quis eum,qui in ius voc. vbi Ang.
dicit quòd hoc eſt menti tenendum perpetuò.Quid autem
in eximente à manibus familiæ iniuſtè captum,an puniatur?
49 vide Dom.Nellum in tracta.bannitorum in 2. parte ſecun-
di temporis.q.31.incip.quæritur vtrum,&c. & omnino Pet.
de Ancha.in conſi.ſuo 341.incip.viſo themate,&c.vltra me.
& Dom.Alexan.in conſi.ſuo 35.incip.viſo themate &c. in 2.
col.in 2.uol.ubi etiam ponit qua pœna puniatur eximens ca
ptum de manibus familiæ,uel de carceribus. de quo ibi per
eũ.ad quod uide quæ dixi ſupra in §.oportunè,n.20.Itẽ ſcias
ẽt,ꝙ licet frãgẽs carceres puniat vt ſ. dixi.ita ecõtrario ille q
50 accuſat uolentem† frangere carceres conſequitur liberatio
nem.ita dicit tex.& gl.in l.in eos ff.de cuſto.reo.de quo etiã
per Bart.in tracta.de carceribus.poſt med. & habetur etiam
per ſcribentes in d.l.milites agrum.§. penulti.ff.de re milita.
Scias etiam quod mortuus in carcere,præſumitur mortuus
51 ab officialibus cum cuſtodientib.† niſi ipſi contrarium pro-
bent, uidelicet, quod nec culpa nec dolo ſuo mortuus eſt.
ita dixit glo.ſingu.in l.cum ita legatur.in §.ſpecies.ff. de lega.
2.quam gl.pro ſing.allegauit Ang.de Are.in tract.malefic.in
uerbo,fama publica.in 13.char.in uerſic.ſecundo quæro &c.
pro qua uidetur tex.in l.fina.ff.de cuſto.reo,& illam gl.etiam
pro not.refert & ſequitur Alexand.in conſilio ſuo 157.incip.
in cauſa, & lite uertente. in 2. colum. in 2. uolum.ubi dicit,
quod Bal.in d.§.ſpecies.dicit quòd licet obligato ad ſpeciem
ſufficiat probare interitum,licet non probet caſum fortui-
tum,per d.glo.tamen hoc fallit in eo, qui tenetur ad cuſto-
diam ratione officij publici, uel priuati, quia non ſufficit ei
probare interitum niſi probet caſum,per d.gloſ. quod dicit
ibi Bald.eſſe in cuſtode carceris, & in argentario, & in capra
rio portante pelles,ſeu coria animalium mortuorum domi
no.nam quantumcunque conſtet de interitu,niſi probet ca
ſum mortalitatis,uel ſimilem caſum,non releuatur.ita dicit
Dom.Alexan.in d.conſi.157.in 2.col.Item prædictam glo.in
d.l.cum ita.in §.ſpecies.ff.de lega.2.refert & ſequitur Ioann.
de Ana.in cap.ad falſariorum.in prima col.de cri. fal. & An-
ge.de Aret.in tracta.maleficiorum.in uerſi.qui iudex dictum

Caium detineri,& carcerari iuſſit.in uerſi.quæro an quis car
ceratus.vbi etiam allegat aliqua alia,de quibus ibi per eum.
Et iſta dicta in materia carceratorum magis ſpectant ad cau
ſas criminales quàm ad ciuiles,vt de ſe patet. Sed quantum
ad cauſas ciuiles poſſent etiam aliqua adduci, quæ ſuccinctè,
& ſummariè tangam.Et primo poſſent aliqua adduci circa
materiam capti,& carcerati pro ſuſpecto de fuga,circa quã
52 materiam vide † quæ ego dixi in l.ſi quis ne quæſtio.in vige
ſimaprima colum.verſic.& primò quo ad perſonam iudicis
&c.ff.de quæſt.& vide etiam Ioann.de Ana,in conſi. ſuo 53.
incipiente,viſis &c.& ibi omnino in addi. ad conſilium 55.
in 1.colum.& Dom.Fely.in c.2.in prima colum.de homici-
dio, Barba.in cap. quanto.in ſeptima colum. de conſue. &
Domi.Felyn.in ca. ſi verò.el primo,in 1.colum.de ſententia
excommunicatio.& Ludo.Roma.in conſilio 32.incipiente
hæc iſtorum quinque &c.in princip.Bald.in conſilio 238.in
cip. in cauſa carcerati.in quarto vol.& in conſilio 217. inci-
piente,iſta captura.in eod.volum.& Ludou.Roma.in conſi-
lio 242.incipien.vnum eſt &c.& Domi.Ioann.Bap.de Cacia-
lupis in trac.ſuo de debitoribus ſuſpectis & fugi.in verſi. 4.in
prin.& vide Iaſ.Inſti.de actio.in prin.in quibus locis plura tra
duntur à Docto.prædictis circa hanc materiam capti pro ſu
ſpecto de fuga. Quæri etiam poteſt de no.quæſtione, videli-
cet,ſi creditor fecit capi & carcerari debitorem,vtrum ipſo
exiſtente carcerato poſſit ipſe creditor petere mitti in tenu
53 tam bonorum ſuorum? In quo Bart. in l. conſentaneum.C.
quomodo & quando iudex,in vlt.colum.in verſi.quæro ſe-
cundo ſi aliquis &c.& Bal.in l.ignorare.C.de reſti.mili.& Pe.
de Anchara.in c.1.de eo qui mit.in poſ. rei ſeruan. cauſa.di-
xerunt,quod ſic,ſcilicet quod debet admitti ad dictam tenu
tam,quia iſta duo tendunt ad eundem effectum , & vnum
non eſt contrarium alteri,& illam doctrinam Bar.in d.l.con
ſentaneum, & aliorum proximè allegatorum refert & ſe-
quitur Dom.Alexand.in conſilio ſuo 477.incipiente,in cau
ſa ſtrazarolorum. in pen.colum.vbi refert prædictos. Sed tu
vltra eum dicas, quod idem dixit Archid.in rub.de eo , qui
mit.in poſ.rei ſer.cauſa.in 6.colum.& Bal.in l.1.§.fina.in fi.pe-
nult.colum.ff.ſi quis ius di.non obtem.vbi pro hoc etiam di
cit fore bonum tex.in cap.quoniam frequenter.§.fina.vt lite
non conteſt.& idem tene: Pau.de Caſtro,in l.quarta.in § ait
prætor.circa finem.& ibi in §.ſequen. ff. de re iud. vbi allegat
Bart. in dicta l.conſentaneum. Et idem etiam firmat Pau.de
Caſt.in l.qui legati. per illum text.C.vt in poſ. lega.& ibi alle.
quamplura iura ad hoc,& reprobat tenentes contrarium.&
idem etiam expreſſè tenet idem Pau.de Caſtro,in l.ſi Stichũ.
in §.idem Celſus.ff.de nouatio.& Ange.in l.qui reſtituere.in
vlt.colum.verſi.in gl.in fi.ff.de rei vend.& Abb. in c. prout.in
vlt.colum.de dolo & contu.& Ang.in l.aduerſus.C.de actio.
& obliga.& Card.Alexan.in c.dilectus.in 2.colum.ver.no. ex
tex.ibi,propter quod &c.de appel.& Domin.Alexan.in d.l.4.
in §.ſi ex conuentione.ff.de re iud.pro qua opi.facit optimè
gl.in Auth.de fideiuſſo.in prin.quæ incip.quid ſi pignus.quã
dixit ſing.Bald.in l.qui legati.C.vt in poſ.leg.& faciunt etiam
dicta per Bar.in l.ſancimus.in tertia columna.C.de iud. & in
l.1.in vlt.colum.C.de prohi.ſeq.pecu.& per Bald. in authen.
quæ ſupplicatio.C. de preci.impe.offe.& in dicta l.qui legati.
& faciunt dicta per Ang.in l.nemo carcerem.C.de exact. tri-
bu.lib.11.circa 3.colum.Et facit,quod voluit Bald.in cap.dile
ctus.in ſecunda colum.de appel. vbi dixit, quod carcer non
54 ſoluit debitum ſed burſa,& idem dicit † ibi Card.Alexand.in
2.col.& faciunt plura alia quæ adduxi in l.vnius facinoris. in
§.cuſtodiæ.in 6.& 7.col.ff.de quæſtioni. vbi circa hanc mate-
riam latè locutus ſum.Sed vltra omnia quę ibi dixi addo no.
verba Bal.in ca. contingit.in ſexta colum.de dolo & contu.
vbi dicit,quod captura rei principalis non liberat fideiuſſo-
55 rem.ſed dicit,quod immo vterque poteſt capi.ad quod alle-
gat l.hæres à debitore.§.quod ſi ſeruus.& ibi Bart. ff. de fide-
iuſ.& allegat rationem dicens , quod licet ſit deuentum ad
capturam, non tamen eſt ſatisfactum.Et idem dicit econtra
videlicet,ſi primo ſit captus fideiuſſor,quod poteſt etiam ca
pi reus principalis,nec iuuatur reus ſi fideiuſſor appellat à ca
ptura,vt in l.creditor.ff.mandati.in prin.vbi gl. ſingu. de quo
latius ibi per eum.quem vide.Et vide etiam Ange.in l.nemo
carcerem,in 2.columna. C. de exac.tribu.vbi dicit circa hanc
materiam,quod vno contextu non poteſt peti tenuta,&car
ceratio,ſed vnum poſt aliud peti poteſt.& dixit Bal.in l.credi
tor.la ſeconda,ff.ſi certum petatur, quod quando creditor
habet pignus, non poteſt iurare debitorem ſuſpectum de
fuga,quod credo verum vt excludatur timor fugæ,&quia ac
ceptando pignus, videtur eo modo approbaſſe perſonam
debitoris, & ſic dictum Bal.non videtur contra ſuprà dicta.
ad quæ etiam vide quæ dixi in repet.mea rub.ff.de fideiuſſo.

in 59.quæſtione.Et circa hanc materiam capturæ tene men-
ti duo.Primo qđ ad hoc vt perueniri poſſit ad capturam per
56 ſonæ debitoris,non ſolum eſt neceſſaria excuſſio bonorum
illius,qui dicitur debitor,ſed etiam fideiuſſoris eius, cum &
fideiuſſoris facultates quo ad effectum ſolutionis eius debi-
to pro quo fideiuſſit facultatibus ipſius debitoris aggregatæ
cenſeãtur.tex.eſt nota.in l.ſi plures.in §.præterea. el ſecondo
de fideiuſſo.ita dicit Lud.Roma.in conſilio ſuo 32.incipien
te, iſtorum quinque.in prin.quod eſt no.in practica de quo
etiam dixi in ſingu.meo 2.incip.ad hoc.Et ſi ipſe debitor ha-
bet bona in alieno territorio,an illa ſint etiam excutienda,
57 & releuent ipſum à captura, vide Bal.in conſilio ſuo 248.in-
cip.in cauſa Baptiſtæ &c.in quarto volumi.& Pau.de Caſtro
58 in l.ſi fideicommiſſum.§.1. ff. de iudic. Secundo tene etiam
menti,quod ſequeſtratio bonorum nunquam poteſt fieri
in bonis alicuius quando offertur realiter ſatiſdatio de iudi-
cio ſiſti,& de iudicato ſoluendo,& de bonis non dilapidan-
dis.ita dixit Ludo.Roma.in conſilio ſuo 322.incipiente, cir-
ca præpoſitam &c.in verſic.quò ad tertium.vbi plura ad hoc
alleg.de quibus ibi per eum &c.Modo iuxta prædicta quæri
poteſt,an captura perſonæ quæ poteſt fieri contra debito-
59 rem principalem,† poſſit etiam fieri cõtra hæredem. de quo
vide Bar.in l.ſi deceſſerit.& ibi etiam per Alex.& alios.ff. qui
ſatiſda. cogan.& per Barto.in l. alia. in §.eleganter. ff. ſoluto
matrimo.& per Barto.in l.poſtulante.in princip. ff. ad Tre-
bellia.& per Bald.in l.diuerſos.in decima quæſtione.C.man
dati.& per Salyc.in l.fina.§.in computatione.C. de iure delib.
vbi nota.loquitur.de quo etiam per Ang.in l.3.ad fi.C.de pi-
gno. & per Soci. nota.loquentem in conſilio ſuo 100.incip.
cum in præſenti &c.in decima columna,verſi.quartò princi-
paliter.vbi facit differentiam, an verba ſtatuti loquantur in
rem,an in perſonam.de quo latius ibi per eũ. vbi etiam ſub-
dit,quod quando hæres adiuit hæreditatem cum beneficio
inuentarij,quod nullo modo poteſt fieri executio in perſo-
60 nam ipſius hæredis.† ita dicit voluiſſe Bald.in l.fina.§.in com
putatione.C.de iure deliberan.& Bal.in conſilio ſuo 380. in-
cipien.viſis omnibus &c. de quo ibi latius per eum. de quo
etiam vide per Bald. in reperto.ſuo,in verbo hæres.in vltima
colum.in verſi.hæres de iure canonico &c.Quæri etiam po-
teſt circa hanc materiam carceris ſeu carceratorum de cau-
ſis propter quas quis carcerari poſſit,& de perſonis,quæ poſ-
ſint carcerari,& in quibus caſibus ſit licita, ſeu permiſſa car-
ceratio, & quæ perſonæ pro cauſa ciuili carcerari poſſint?
61 Circa primum propter quas cauſas † quis carcerari poſ-
ſit, vide Barto.in l.prima.ff.de cuſto.reo.& Bald.in l.ſecunda.
C.de epiſcopa.audien. & Bart.in dicto ſuo tracta. carcera.&
Ange.Aret.in tracta.malefic.in verbo,fama publica.in mate
ria capturæ.vbi latè loquitur.Circa ſecundum, quæ perſonæ
62 capi poſſunt? dicas † quod aliquæ ſunt perſonæ quæ pro de
63 bito ciuili capi non poſſunt,vt eſt mulier,quæ pro debito†ci
uili capi non poteſt,vt in l.1.C.de officio diuerſorum iudi.&
in authen.ſed nouo iure.C.de cuſto.reorum, & voluit Bart.
in authen.matri & auiæ,in quarta colum. C.quando mulier
officio tu.fun. poteſt. Bart.in l.ſi quis ſub conditione.in no-
na colum. ff.de teſta.tut.Bald.in l.1.ff.qui ſatiſdare cogantur.
Bald.in l.1.in 4.colum.C.qui bonis ce.poſ. Bald.in l.etiam,in
5.col.C.de execu.rei iudi.Bald.in l.conſentaneum,in penult.
colum.C.quomodo & quando iud.Bal.& Ioan.de Imo.in l.
ſi quis poſt ff.de teſta.Ludouic.Roman.in l.alia. in §. elegan-
ter.in 4.columna,ff.ſoluto matrimo.Mathe.in not.ſuo 180.
Et ſimiliter ipſa mulier non poteſt detineri, ſeu carcerari ſi
non poteſt fideiubere,ſecundum Bald.in l.3.C.de epiſcopa-
64 li audi.& in additio.Specu.in titu.de ſen. in penult.charta. in
verſic.Titius fideiuſſit,&c.& Ludo.Roman.in conſilio 118.
incipiente,quò ad primũ.Quod tamen limitatur,niſi in cau-
ſa tutelæ & eius adminiſtrationis,quia pro tali cauſa bene po
terit mulier carcerari,ſecundum Bart.in d.l.ſi quis ſub condi
tione.ff.de teſta.tut.& in d.authentica,matri & auiæ.& Lud.
Roman.in dicto conſilio 118.& in d.§.eleganter.& Ang. in
lege,quoniam.C.de cuſt.reo.& Bart.in tracta.de carceribus.
& Mathe.in dicto not.180.aliàs 108.Aduertas tamen tu:nam
licèt Barto. & alij in dictis locis teneant hanc partem,quòd
mulier tutrix pro cauſa tutelæ & eius adminiſtrationis poſ-
ſit capi & carcerari, tamen ego puto eos non rectè loqui,
eo quia mater non poteſt conueniri in plus quam facere po
teſt,vt in l.ſunt qui.in fine.ff.de re iud.ergo non poterit car-
cerari, quia habebit exceptionem ne conueniatur niſi in
quantum facere poteſt,ſicut videmus quòd per ceſſionem
bonorum quis etiam non priuilegiatus euitat carceres, vt
in l.1.& fina.C.qui bon.ced.poſ.ergo multo magis perſonæ
priuilegiatæ ne conueniantur in plusquàm facere poſſint
non debebunt carcerari.ita formaliter dixit Cardi. Alexand.
in

in c.ex parte M.in vlt.col.de appel. vbi dicit ita voluiſſe Albe.
de Roſa. in l.vbi adhuc. in 21.columna. C. de iure doti. quæ
opi.mihi placet propter dictas rationes,ad quas miror Bart.
& ſequa. in dictis locis non animaduertiſſe. Limita etiam
prædictam concluſionem non procedere nec locum habe-
re in muliere meretrice,quia talis carcerari poterit pro debi
66 to,† ſecundum Bald. in lege,conſentaneum.C. quomodo
& quando iudex.& Ange.in dicta lege, quoniam. C. de cu-
ſtod.reo.& Ludo.Roma.in dicto.§.eleganter.Quod tamen
67 limita niſi talis meretrix ſit maritata, quia † tunc incarcerari
non poterit,ſecundum Ioan.And.in add.Speculator.in titu.
de iniurijs,& dam.dato.de qua materia latius loquutus ſum
in ſingu.meo 28.incip.conditio mulierum.vbi videas.Et ſi-
militer dicas in Doctore, qui pro debito carcerari non po-
68 teſt,ſecundum gl.& Doct.in lege,medicos. C. de profeſſo.&
me.lib. 0.& Barto.in dicto tractatu de carceribus. & Domi.
Alexan.in l.ſi quis.ff.de fur.vbi dicit idem eſſe in filijs & vxo-
ribus Doctorum.& vide Milum in reperto. ſuo, in verbo,
carcerari. 2. & 3. verſiculo, & omnino Matheſi.in nota.ſuo
61.incip not.quod legum Doctores &c.Quid autem in filio
69 familias † an poſſit pro debito carcerari? In quo Bart. in trā-
cta.de carceribus,tenet quod ſic, in prima colum. & ibi al-
leg.rationes.de quo etiam per Bartolum & alios,in l. ſi filio-
ff.ſolu.matri.la ſeconda,& Doct.in l.filius.ff.de procu. & Bal.
poſt Cyn.in l.alio.C.quod cum eo.Gloſſa tamen videtur te-
nere contrarium in l.3.in §.ſed vtrum.ff.de minoribus.ſed il-
la gl.reprobatur ſecundum Bart.in dicta trac. de carceribus.
in prima col.de quo etiam per Alexan. in lege , ſi dubitetur.
in §.filiusfam.ff.de fideiuſſo.& per Baldum in l. 2. C. de obſe-
quijs. Sed quid in clerico,an poſſit pro debito carcerari? In
70 quo dicas,quod ſic,ſecundum Bald. Dom.Anton.& Abba.
in capitulo,dilectus.vbi etiam vide Card.Alexan.in 2.nota.de
app.vbi ipſe Cardi.arguit pro contraria parte,& non ſoluit.
Contrarium tamen quod immo non poſſint clerici capi
pro debito ciuili,tenuit Ioann. Andreas in capitulo , ſi cleri-
cos.de ſenten.excommunica.lib.6.ad quod alleg.illum textū
in c.lator.de pign.& eum refert & ſequitur Mathe. in nota.
ſuo 62.incip.no.quod clerici.& idem etiam firmat Dom.Ni
co.Milus in repertorio.in verbo,clericus.in 6.verſicu.vbi plu
ra alleg.& idem tenet gl.in c.dilectus.in prima gl.de appe.vbi
etiam per Doct.& per Inno.in c.vt famæ.in glo.verſic.præla-
torum.de ſenten.excommun. & per Domi. Philippum de
Peruſio in d.c.dilectus.& per Ioan.Andre.in capitulo,nullus
de pign.& per Card.in clemen.1.de offic. ordi. Hanc tamen
concluſionem intellige eſſe veram in debito ciuili tantum
ſecus autem in debito deſcendente ex delicto,vel quaſi,quia
pro tali debito clericus poteſt carcerari ſecundum Doctor.
in dictis locis.An autem clericus poſſit ex aliqua cauſa capi à
71 laico,vt præſentetur iudici eccleſiaſtico,vide latè per Alexā.
in l. Titij. ff. de fur. quæ incip. ſi quis. & vide etiam Ange.de
Are.in tracta.maleficiorum.in verbo fama publica. in verſic.
nonò nota &c.& Dom.Ant.& alios in c.cum non ab homi-
ne,de iud.Hoſtię. in c.nuper.de ſententia excommunicatio.
Ioan.de Lignano & alios in clemen.1.de offic.ordin. Innoc.
in cap.ſi verò.de ſententia excommunicationis,& Ange.in l.
ictus fuſtium.ff.de his qui not.infam.& ibi Bart.& Bal.in cap.
primo.§.ſi quis.de pace.iura.fir.& Gemini. poſt Archidiaco-
num.can.de his clericis.el ſecondo , & in cano. ante omnia.
vigeſimaquinta diſtinctione , & Geminianus in c. de his.50.
diſt.& Bald.in l.nec timorem.ff.quod met.cauſa.
72 Vlterius ſcias,quod iudex obligatus eſt † viſitare carcera-
tos & curare,quod habeant neceſſaria,vt habetur in l.3.C.de
epiſc.audien.& ſi iudex videt aliquem carceratum ſine cauſa
vel ſine delicto,vel ad nullius petitionem , tunc poteſt ex me
ro officio ſuo eum relaxare.ita dixit Ang.de Aret. in ſuo tra
cta.malefic.in verbo,fama publica.in 14.char.in verſic.& ad-
uertas,&c.vbi alleg.ad hoc Bar.in l.ſi quis vxori.in §.fugitiuū.
ff.de furtis.& ibi ſubdit,quòd ſi ſunt duo vel plures cuſtodes
carcerum & vnus ex eis aufugiat cum carcerato,† quòd alij
cuſtodes aliquo modo non tenentur. alleg.text. in l.fina.§.1.
73 ff.de cuſto.reorum.& Bald.in l.filio exhæredato.§.eius qui.ff.
de iniuſto teſt.quod dicit perpetuò eſſe notan.quia ipſe hoc
habuit in facto in ciuitate Caſtelli,& illum textum in d.l.fin.
§.primo.ff.de cuſto.reorum,dixit ad hoc ſing.Lud.Rom.in
ſing.ſuo 31.incip.ſi dictat ſtatutum,&c.
Scias etiam quòd ſi aliquis creditor facit ſuum debitorem
carcerari,qui debitor non ſit ſoluendo,& adeò ſit pauper,ꝙ
74 non poſſit ſe ſuſtentare,quod tunc creditor tenetur ipſum
debitorem alere in carceribus. ita dixit Rayn. de For. in
l.iudices.C.de epiſ.aud.quem refert & ſequitur Bart.in d. ſuo
tracta.de carceribus.in vlt.verbis,de quo etiam per Angel.de
Aret.in §.fina.in fi.Inſti.de act.& vide glo.in l.fina.C.de erog.
milita.anno.lib.12.& vide Barto.in l.ſanctum.in prin.ff.de re-
rum diuiſio.& Ang.in l.minime.C.de appel.& Domi. Augu.
de Ari.in ſuis add.ad Ang.de Are.in tract. male. in verſi.fama
pub.in 14.char.in pe.addi.Scias etiam vlterius quòd cauſa car
75 ceratorum eſt † ſummaria,ſicut cauſa miſerabilium perſona
rum.ita dicit Cyn.in l.fin.C.ſi quis alteri,vel ſibi. quem refert
& ſequitur Bar.in trac.ſuo carcera.in fi.vbi etiam allegat Cy.
in l.prima.C.quando Impera. inter pupil. & viduas. & dicit
quod de hoc videtur eſſe text.in l.fin.C.de cuſto.reo.Et ſub-
76 dit,quòd carcerati dicūtur miſerabiles † perſonæ,& quòd re
licta carceratorum dicuntur relicta ad pias cauſas, de quo ēt
per Bal.in l.ſi id quod.C.de ſacroſanctis eccle.& in l. fin. C.de
cuſto.reo.& Spe.in ti.de ferijs.in §.2.circa prin. verſic. poteſt
autem.& per Doct.in l.diuus. ff. de ferijs. de quo etiam dixi
ſuprà,in §.nunc videndum.num.11.& 12. & 13.vbi etiam alia
adduxi in materia iſta.Vltimò etiam circa hanc materiā car-
cerum & carceratorum ſcias,& teneas perpetuò menti vnū,
videlicet,ꝙ ad hoc vt iudex poſſit facere aliquem perſonali-
ter capi,debet eſſe iudex ordinarius, & debet habere impe-
77 rium,† aliàs ſimplices magiſtratus habentes iuriſdictionem,
& non imperium,non poſſunt hoc facere, vt ſunt conſules
mercatorum & rectores vniuerſitatum.ita nota.dixit Pau.de
Caſt.in lege,cum proponas.C.de bonis auto.iudi.poſ. Et idē
78 dicit eſſe in iudice delegato,† qui eodem modo non poteſt
facere capi aliquem.& ad prædicta alleg bonum text. iuncta
gl.in auth.ei qui iurat.eo.tit.& hoc ibi in d.auth.voluit etiam
Bal.in 5.colum.in verſicu.item nota,quod ſiue quis &c.&in
ver.ibi ſequenti.& idem voluit Bald.in auth.& omnino.in 3.
colum.verſi. circa perſonam iudicis &c.C. ne vxor pro ma.
quod eſt multum not. in practica.Et iſta ſunt in effectu,quæ
mihi occurrunt in materia carcerum & carceratorum, licet
poſſent alia plura adduci,ſed pro nunc iſtis tantum conten-
tus ero, cum iudicio meo ſint vtiliora , & frequentiora alijs.
Veniam modo ad §.vltimum præſentis operis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex cauſarum criminalium cuncta mature conſideret.*
2 *Iudicis præcipitata voluntas eſt nouerca iuſtitiæ.*
3 *Defenſiones rei an audiendæ poſt concluſionem in cauſa.*
4 *Munerum abſtinentia commendatur.*
5 *Iudex in mitiorem ſemper partem inclinare debet.*
6 *Pars benignior in teſtibus pari numero diſcordantibus præualere debet.*
7 *Iudex maiorem honorem conſequitur in abſoluendo, quàm in condemnando.*
8 *Chriſti omnis actio,eſt noſtra inſtructio.*
9 *Miſericordiam qui negant facere,negant Chriſtum.*
10 *Peccare in miſericordia melius eſt,quàm in ſeueritate.*
11 *Scientia quæ miſericordiam vetat,cauenda eſt.*
12 *Iudicium ſine miſericordia erit illis qui nolunt facere miſericordiam delinquentibus.*
13 *Iuſtus nimis nullus eſſe debet.*
14 *Miſericordiam præſtans eleemoſynam facit.*

§.Occurrunt

Mihi lector optime, aliqua vltimo
loco tibi rememorare magis ex-
hortationis quàm doctrinæ gratia,quæ tibi inſeruient ad ho
norem,& ſalutem animæ & ad euitandum retia ſyndicatus
ſi ea diligenter attendes,ideo aduertas dum eris iudex cauſa-
rum criminalium,quod ſi coram te agitabitur aliqua cauſa
in qua tractetur de re irretractabili,vel de præiudicio irrepa-
rabili,vt de dando torturam,vel de pœna vitæ,vel mutilatio-
nis membrorum,vel de alia re uel pœna in qua nihil operat
pœnitentia,ut in talibus nòn feſtines, nec fulmines ſenten-
tiam diffinitiuam uel interlocutoriam,quando contrarium
facientibus ſæpius uana & fruſtratoria pœnitentia eſt ſibi co
mes,ſed in talibus diligenter cogita,& animaduertas cuncta
1 maturè rimando,† iuxta tex.in c.iudicantē.30.q.5.& tex.in c.
graue.35.q.9.ubi dicit tex.quod fructus diuinus eſt iuſtitiam
ſæpius recenſeri.Et memoria habeas dictum Card.per illum
textum,in clementina,paſtoralis.in §. uerum.in prnci.de re
iudic.ubi dixit,quod præcipitata uoluntas iudicis eſt nouer-
2 ca † iuſtitiæ.pro quo facit illud vulgare uidelicet , repentinæ
reſponſionis comes eſt pœnitentia. Et ſi iſta habent locum
in cauſis ciuilibus,ut in dictis iuribus,quanto magis debent
habere locum in criminalibus,nam ubi maius eſt periculū,
ibi cautius eſt agendum.c.ubi periculum.de elec.lib.6.& l.1.
§.ſed & ſi quis.ff.de Carbo.edict.c.quieſcamus.42.diſtinctio-
ne.& ſeptima quæſtione ſecunda.cano.ſi.& cano. miramur.
61.diſtinctione. Et facit pro prædictis etiam illud,videlicet,
manus nemini cito impoſueris &c.ut dixit text.in dicto cap.
miramur.

miramur.circa medium.Et faciunt etiam plura quæ dicuntur de breuitate temporis,quę adduxi ſuprà.in §.nunc viden dum.numero 33. Et ideo his attentis iudex in ſimilibus à ſe abijciat feſtinantiam,ſed potius inhæreat tarditati, vt euitet omne periculum animæ & corporis.Et iſta non profero ſine cauſa,nam pluries vidi aliquos iudices maleficiorum iuuenes minimè præuidentes futura,qui ſtatim procedunt ad torturam reorum,& eos quandoque reperiunt innocentes quo patefacto eos pœnitet tales reos torſiſſe, ſed talis ſera pœnitentia,nec ipſis iudicibus imprudentibus,nec etiam ipſis reis prodeſt.Secundò etiam menti habeas dum eris iudex maleficiorum,vt facilis ſis in præſtando audientiam reo accuſato,vel inquiſito,vel agentibus pro eo,nam benigna audientia iudicis videtur quodammodo præſtare tolerantiam pœnæ impoſitæ ipſi reo,& econtra,impatientia iudicis & arrogantia in audiendo reum & agentes pro eo ſæpius reducunt ipſum reum & affines ſuos in deſperationem,& ad effundendas querelas ſuas vbique, tam ad ſuperiores, quàm ad quoſcunque alios ex quo magis inclinantur & incitantur ad ſyndicatum contra ipſum iudicem,quod ſecus eſt quando iudex fuit facilis in audiendo iura ipſius rei. nam dicunt rei inter ſe,non defuit mihi audientia iudicis,ſed ius me cõdemnauit, & hoc quodammodo cogit eos ad patientiam de condemnatione ſequuta.Et talis audientia debet præſtari per iudicem ipſi reo, vel agentibus pro eo nedum in prin 5
cipio, & in medio cauſæ, ſed etiam quocunque tempore reo poſtulāte.l.vnius.§.cogniturum.in ver.reo poſtulante.& ibi dixi.ff.de quæſtionibus.Quinimò etiam poſt concluſum
3 in cauſa † defenſiones rei ſunt audiendæ,vt dixi ſuprà, in §.ſequens quæſtio. nume.ſexto.& nume.octauo,& in §.vltima quæſtio.nume.vigeſimoſexto.Quinimò etiam poſt ſententiam debent audiri defenſiones rei,vt dixi ſupra,in §. opportunè.nume.octauo.& in §.ſecunda quæſtio.nume. vigeſimono.& in §.vltima quæſtio.nume. decimoquarto. & in §. opportunè. numero 17. Et non ſolum iudex debet audire reum,& agentes pro eo patienter,ſed immo ipſe iudex debet ex officio ſuo, nemine petente,quærere defenſiones
rei,vt dixi ſuprà,in §.nunc viden.nume.7.& in §.ſequitur. nu- 7
me.43.Et tene menti quando eris iudex vt ſeueriter in cauſis criminalibus non procedas,quoniam iudex ſeueriter procedens in cauſis criminalibus,debet priuari iuriſdictione,vt dixi,ſuprà.in §. expedita. nume. octuageſimoſexto. Ad quod facit illud quod Teodoſius Honorio filio præcipiens inquit Sis pius in primis,nam cum vincamur in omni Munere ſola Deos æquat clementia nobis. Aſperitas enim ſeu ſeueritas apud quemlibet prudentem damnatur,&quod tibi non velles,alteri non facias.Sis enim memor,quod homo eſt factura,ſeu creatura Dei,non autem hominis, & menti quoque habeas quod omnis homo mendax, & quòd ſepties in die cadit iuſtus,& ſatis melius eſt peccare in pietate,quàm in ſeueritate,vt dicit tex. in c.allegant. trigeſimaſexta, quæſtione ſeptima.Tertiò ſi vis aſſumere officium iudicis maleficiorũ, diligenter aduertas,vt habeas doctrinam & ſcientiam ad tale officium exercendum,cum ſæpius iudex ignoranter procedens pluribus modis faciat litem ſuam,vt patet in toto titulo.C.de pœna iud.qui malè iudica.& dixi ſuprà in pluribus locis. Iudex enim qui non habet ſcientiam nec intelligentiam eorum quæ facturus eſt, ſæpius vituperatur & ſummè damnificatur,& quandoque efficitur fabula vulgi,& de hoc expertus loquor.Nam licet ego minimus ſim,attamen multis & quampluribus vicibus ad me venerunt cauſarum ciuilium & criminalium iudices petentes quid facturi eſſent in aliquibus cauſis, & proceſſibus coram eis pendentibus, de quo ego magis quàm ipſi erubui, tamen dixi eis illud quod mihi in iure occurrebat circa tales cauſas, & proceſſus. Sed verè periculoſum & turpiſſimum eſt ſe alere manu alterius & non propria,ideo ſi non ſentis in te ſcientiam & ſufficiẽtiam, noli acceptare officia, maximè criminalia,in quibus conſiſtit pondus diei & æſtus, vt dixit Bald.in addi. Specu.in titu.de confeſ.in verſic.iſta confeſſio non debet &c. de quo dixi in rubri.ff.de ſica.aliter autem faciendo & acceptando officia ſine ſcientia,& ſufficientia,conſumis tempus in vanũ & amittis honorem & lucrum cũ dedecore tuo,& iſta bene nota & erige aures qui cupis habere officia, maximè criminalia & ea non poſtponas & ſæpius repetas illud tritum, & vulgatum,videlicet, quòd omnis ignorans malus & plus ſibijpſi quam alijs malus.Et qui habet aures audiendi audiat. Quartò ſi eris iudex cauſarum ciuilium,vel criminalium, abſtineas te à muneribus ſi vis eſſe iuſtus, & rectè procedere.
4 Nam ſæpiſſimè † munera euertunt iuſtitiam, & excęcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum. ita ſcribitur Deutero.c.15.Pro quo facit tex.in c.qui rectè.11. quæſtio.3.

66 *Citationem non requiri vbi committitur alicui examinatio, an quis ſit dignus, aut idoneus.*
68 *Proceſſum, qui in rei veritate eſt nullus, poſſe pronunciari nullum parte non citata.*
69 *Curatorem furioſo dari ſine citatione partis.*
70 *Citatus abſentans ſe poſt citationem ac in remotiſſimas prouincias ſecedens, non eſt vltra citandus.*
71 *Contumax tametſi quis fuerit in toto proceſſu, debet tamen citari tempore ferendæ ſententiæ.*
72 *Citatio eius, de cuius præiudicio non principaliter agitur, an ſit neceſſaria.& nu.115 & 116.*
73 *Fideiuſſores, an ſint citandi, vbi fit excuſſio contra principalem debitorem, vt ea facta, deueniatur ad ipſos fideiuſſores.*
74 *Mulieri teſtimonium dicturæ, an poſſit deferri iuſiurandum in domo eius parte non citata.*
75 *Teſtis poſſit ne recipi in cã inquiſitionis citra vllã citationem partis.*
76 *Citationem partis non requiri, vbi agitur de examinatione teſtium ad perpetuam rei memoriam contra eum, cuius potentia timetur.& nu.80.*
81 *Teſtes non ſolere examinari ad perpetuam rei memoriam, niſi parte citata.*
82 *Citationem partis neceſſariam non eſſe in ijs, in quibus iudex ex officio procedit.*
83 *Teſtes, aduerſus quos certum eſt nihil poſſe opponi, poſſe examinari parte non citata.*
85 *Actum factum parte non citata valere, quando talis actus non facit præiudicium ipſi non citato.*
86 *Teſtes, an & quando examinari poſſint in cauſa naufragij parte non citata.*
87 *Teſtes ſuper probatione conſuetudinis inductæ à populo recipi poſſe parte non citata.*
88 *Teſtium iuſiurandum recipi poſſe parte non citata, vbi proceditur in ſpecta æquitate naturali & iure gentium.*
89 *Citari non debere reum, vt videat iurare teſtes, vbi iudex procedit ad ſe informandum de abſentia ipſius rei.*

 90 Cita-

90 Citationem partis non eſſe neceſſariã, vbi lex in aliquo actu non exigit plenã probationẽ, ſed contenta eſt ſolis articulis vel argumẽtis.
91 Teſtes iurare poſſe parte non citata, vbi partes dederunt licentiam iudici, quod poſſit recipere teſtes in abſentia earum.
92 Actus, in quo non requiritur cauſæ cognitio, an poſſit teſtibus probari abſque eo quod in receptione teſtium neceſſaria ſit partis citatio.
93 Teſtis, qui depoſuit parte citata, poteſt poſtea dictum ſuum declarare ea non citata.
94 Citatio partis non requiritur in eo actu, in quo euidenter conſtat partem non habere defenſionem aliquam.
95 Citari partem non eſſe neceſſe, vbi nihil à parte petitur, ſed à iudice duntaxat.
96 Miſſio in poſſeſſionem rei, quæ à nemine poſſidetur, fieri poteſt parte non citata.
97 Citari partem non debere in ijs, quæ ſunt veluti præambula ad ipſam citationem.
98 Iudex habens licentiam à reo procedendi eo non citato, vel abſente, poteſt procedere eo non citato.
99 Proceſſus ſine citatione factus, an valeat ex eo, quod partes ab initio conſenſerunt, quod valeret iudicium ſine citatione. & nu. ſeq.
101 Conſuetudine vel ſtylo induci poſſe, vt nõ ſit neceſſaria partis citatio
102 Actus, qui inchoari poteſt ab executione, an poſſit expediri parte non citata.
103 Citationem non exigi, vbi ex forma ſtatuti requiritur iuſtificatio actus iam celebrati poſt ipſius celebrationem.
104 Citationem poſſeſſoris non requiri, vbi quis ius ſuum alienare vult.
105 Pęna alicui impoſita ipſo iure, ã poſſit ab eo exigi citra vllã citationẽ
106 Pęnam ipſo iure incurrens iuuari non poteſt beneficio legis, vel ſtatuti pœnam pro parte remittentis.
107 Contumacem citari non eſſe neceſſe, cum tractatur de declarando eũ haberi pro confeſſo.
108 Iudex examinatis capitulis poſitionum poteſt citra citationem partis declarare, ea eſſe pertinentia, vel impertinentia.
109 Teſtis, cuius dicto ſtandum eſt ex diſpoſitione teſtatoris, recipi poteſt & interrogari parte non citata.
110 Relatio nuncij non requirit partis citationem.
111 Inſtrumentum produci poſſe citra partis citationem, vbi præſtitutus eſt à lege vel ab homine terminus ad producendum.
113 Princeps, an & quando poſſit facere actum in præiudicium alicuius eo non citato.
117 Donationis inſinuatio, an fieri poſſit ſine vllius partis inſinuatione.
118 Iudex, cui cauſa commiſſa eſt, hoc adiecto, ut ſecundum conſcientiã iudicet, poteſt in cauſa procedere parte non citata.
120 Teſtes recipi poſſe lite non conteſtata & parte non citata, vbi proceditur contra aliquem accuſatum de delicto enormiſſimo.
121 Pręceptum iudicis valere ſine citatione partis, vbi periculum eſt, ne ſi partes citentur, veniant ad arma.
122 Sententia capitalis poſſit ne ferri abſque eo, quod ſit neceſſe reum citari ad audiendam ſententiam.
123 Monitionem iudicis, per quam monuit reum pro ſingulis diebus & horis ad comparendum coram eo, habere vim edicti peremptorij.
124 Spoliatus per vim bonis ſuis, an parte non citata admittatur ad probandum res ſibi ablatas per ſuum ſacramentum præmiſſa taxatione iudicis. & quid in eo cui furto res ſubtractæ ſunt. nu. ſeq.
126 Emphyteutam, qui cecidit à iure ſuo, non eſſe neceſſe citari, ubi dominus vult alteri locare rem emphyteuticam.
127 Feudi ad emphyteuſim argumentum valere.
129 Iudex poteſt abſoluere præſentem à termino citationis ſibi factæ, ſine citatione partis aduerſæ.
130 Actum valere parte non citata in caſu, quo nullus eſt aduerſarius.
131 Actum expediri poſſe parte non citata per eum, qui iuriſdictionem non habet nec citandi poteſtatem, cui tamen confectio illius actus demandata eſt.
132 Citatus adiecta cõminatione quod ſi &c. non eſt amplius citandus, ſed eo non citato procedi poteſt ad vlteriora.
133 Expenſarum condemnatio, an poſſit fieri parte non citata.
134 Citationem non valere, niſi fiat ad inſtantiam partis.
135 Sententiam nullam eſſe, niſi feratur ad inſtantiam partis.
136 Citatio, an non aliter valeat, quàm ſi fiat de commiſſione iudicis.
137 Citatio an poſſit fieri per nuncium ſine ſpeciali commiſſione iudicis.
138 Iudicem non debere citationem primam committere prius, quam viderit, an petitio actoris ſit iuſta & honeſta.
139 Iudicibus tribus delegatis, an duo citare poſſint abſente tertio.
140 Confeſſio facta corã duobus ex tribus iudicibus delegatis an ualeat.
141 Commiſsio iudicis de citando an præſumatur præceſſiſſe, ſi ex actis conſtet de citatione & relatione.
142 Citatio ut valeat, neceſſe eſt, quod iudex videat relationem, alias nullum eſt quod poſtea fit.
143 Citationem nullius eſſe effectus, ſi ipſe citans non compareat, & ſit contumax. & an id ſit perpetuum. nu. ſeq.
145 Citatus à iudice incompetenti, ſi non comparet, mulctari poteſt.
146 Syndicus, qui ex ſtatuto tenetur ſub pœna denunciare omnia maleficia, an teneatur denunciare etiam maleficia non punibilia.
147 Contumacem non poſſe dici eum, qui non comparet, niſi diuerſa pars accuſet cõtumaciã eius in iudicio. & an id ſit perpetuum. nu. 150.
148 Confeſſionem non nocere confitenti, niſi ſit acceptata per partem.
149 Renunciationem non aliter nocere renuncianti, quàm ſi acceptata ſit per partem.
151 Contumax vt quis dicatur, quoties citandus ſit.
152 Citatio vna, quibus caſibus non poſsit habere vim peremptorij, etiam ex præcepto iudicis.
153 Citatio vna etiam non peremptoria, quo caſu ſufficiat. & nu. ſeq.
155 Monitio iudicis habet vim peremptorij. & an idem, ſi nuncius præſente iudice moneat. nu. ſeq.
157 Præſentia, quantum operetur.
158 Statutum diſponeus ſuper geſtis per iudicem extendi etiam ad ea, quæ à partibus eo præſente & authoritate geruntur.
159 Pecunia mutuata adminiſtratori collegij præſente collegio, hoc ipſo probatur verſa in vtilitatẽ collegij, quod eo præſente mutuata eſt.
160 Sententia per notarium lecta præſente iudice, an non minus valeat, quàm ſi ab ipſo iudice eſſet lecta.
161 Citationem vnam habere vim peremptorij in cauſis ſummarijs.
162 Exceptionem non poſſe obijci perſonis teſtium in iudicijs ſummarijs.
163 Summaria iudicia non procedere ſine qualiquali petitione.
164 Reſcriptum ſuccedere loco petitionis in cauſis ſummarijs.
165 Citatus ſimpliciter in cauſa pecuniaria, intelligitur citatus, vt compareat per ſe vel per procuratorem. & quid ſi in citatione dictum ſit quod compareat perſonaliter.
166 Citatus in cauſa pecuniaria, quo caſu non teneatur comparere, ne per procuratorem quidem.
167 Citatio incerta ratione loci, vel temporis, eſt nulla.
168 Citatum debere comparere quàmprimum poteſt, vbi in citatione adiectum eſt tempus incertum.
169 Citatio incerta reſpectu actus fiendi, an valeat.
170 Citationem generalem eſſe nullam.
171 Citatio non continens cauſam eſt nulla.
173 Citatus coram iudice in quem non intendit conſentire, quid reſpondere debeat, vt contumacis pœnam euitet.
174 Citatus coram vno iudice, an & quando excuſetur, ſi non compareat coram alio, coram quo citatus eſt.
175 Citatus à duobus iudicibus ęqualibus, coram quo comparere debeat.
176 Citatus in vna cauſa & comparens, an teneatur ſe defendere in alia cauſa, ad quam non eſt citatus.
177 Citationi debere inſeri copiam petitionis in ciuilibus, in criminalibus autem copiam accuſationis, vel inquiſitionis.
178 Citatus ad locum non tutum non tenetur comparere.
179 Conueniri in ius in loco non tuto non poſſe ne eum quidem, qui obligauit ſe in contractu, vt poſsit vbique conueniri.
180 Citatio, an debeat continere nomen nuncij.
181 Citatio illegitimè facta, an & quando liget citatum.
182 Citatum perſonaliter poſſe poſtea citari per edicta poſita in locis publicis, & conſuetis. & an id ſit perpetuum. nu. ſeq.
184 Iudex poteſt viua voce citare.
185 Citatio, per quos fieri poſsit.
186 Citationem debere fieri per eum nuncium, qui primo citauit, niſi is fuerit legitimè impeditus.
187 Citationem mortuo nuncio probari poſſe per teſtes.
188 Citatio an poſsit fieri per partem.
189 Citationem fieri poſſe per ſigillum ad hoc ſolitum.
190 Citatio poteſt fieri per proclama. atque inibi quæ ſit vis huius citationis. nu. ſeq.
192 Citationem quandoque fieri per ſonum campanæ.
193 Citatio partis, de cuius præiudicio agitur, requiratur ne in abſolutione vel habilitatione à iuramento nu. ſeq.
195 Abſolutio à iuramento quando poſſit peti.
196 Abſolutus à iuramento in contractu poſito, an & quando poſſit venire contra ipſum contractum.
197 Iuſiurandum interpoſitum in fauorem alicuius poſſe p eum remitti.
198 Iuſiurandum poſſe remitti teſtibus per partes.
199 Iuſiurãdũ nõ firmat contractũ niſi quatenus eſt de mẽte cõtrahẽtiũ.
200 Iuſiurandi vinculum finiri morte iurantis.
201 Contumaciam eſſe delictum. nu. 217.
202 Contumaciæ delictum non puniri pœna mortis.
203 Statutum, quod pater teneatur pro filio, & caupo vel nauta pro famulo, intelligendum eſſe de condemnato aliter, quàm per contumaciam.
204 Statutum quod communitas teneatur emendare damnum, intelligi modo verè conſtet de damno, & non per contumaciam.
205 Citatus, ſed non ſecundum ſtylum curiæ, non cenſeatur contumax, ſi non compareat.
206 Contumax ſeu moroſus non poteſt allegare litis pendentiam.
207 Contumax non poteſt allegare incompetentiam iudicis.
208 Contumax condemnatus per iudicem incompetentem poteſt ſe tueri ex nullitate proceſſus ſi poſtea per illum iudicem capiatur.
209 Contumax per abſentiam habetur pro præſente quantum ad eius damnum.

210 Con-

210 *Contumaciam in vno non nocere in alio.*
211 *Contumacem in criminalibus non haberi pro confeſſo.*
212 *Contumax licet habeatur pro confeſſo, tamen ſuper hoc requiritur ſententia interlocutoria iudicis, per quam declaretur eum contumacem haberi pro confeſſo, alias proceſſus poſtea factus eſſet nullus.*
213 *Contumaciam eius qui decidit antequam ſuper ea ſit pronunciatum non nocere hæredi.*
214 *Contumax non præſumitur habere iuſtam cauſam. nu. 216.*
215 *Contumax cenſetur eſſe in dolo.*
218 *Obedientiæ magnam vim eſſe.*
219 *Obediens puniri non debet etiam ſi male fecit.*
220 *Contumaciam ſemper interpretari in id quod eſt vtilius aduerſario & inutilius ipſi contumaci.*
221 *Contumax non videtur prorogare iuriſdictionem.*
222 *Contumax in duobus locis & condemnatus pro eodem crimine poteſt cogi ſoluere vtranque condemnationem.*
223 *Contumax poſſit ne condemnari ſine citatione.*
224 *Contumax non præſumitur quis in dubio.*
225 *Contumaciam excuſari per ſolum iuſiurandum.*
226 *Excuſari quem à dolo per quamlibet cauſam etiam iniuſtam modo ſit colorata.*
227 *Citatus ſub alio nomine, quam vocetur, an ſit dicendus contumax ſi non comparet.*
228 *Citationem non probari ex eo quod notarius cauſæ ſcripſerit in actis, talis citatus &c. niſi aliter de citatione appareat.*
229 *Iudex etiam delegatus poteſt facere contumaci gratiam expectando eum in ſequentem diem.*
230 *Contumacem non audiri niſi refectis prius expenſis. Et quatenus audiatur refectis expenſis. nu. 237.*
232 *Iuriſdictionem & audientiam denegari contumaci donec actualiter ſoluerit expenſas, & an id locum habeat in alijs cauſis, quam in ea, in qua eſt contumax. nu. ſeq.*
234 *Arbitrum non denegare audientiam ob contumaciam, nec contumacem mulctare.*
235 *Minor contumax non auditur niſi refectis expenſis.*
236 *Actor contumax non auditur niſi prius refectis expenſis.*
238 *Accuſans vel denuncians ſi fiat contumax, non auditur poſtea niſi refectis expenſis.*

De vnoquoque. Lex iſta notabilis eſt, & multum practicabilis. Et vt dicit
hic Bart. multum eſt in ore verſantium in palatijs. Et breuiter hoc intendit. Sententia eſt ferenda partibus præſentibus,
vel legitime citatis. hod dicit, ſecundum Ang. & Alex. vſque
ad §. qui apud. Nota ex hac lege primo dictũ in ſummario. &
intellige hãc legẽ in ſententia diffinitiua, vt colligitur ex tex.
1 † Et ẽt hoc apparet, quia appellatione ſnĩæ, in dubio intelligit̃
de diffinitiua, vt eſt tex. & ibi clarior gl. in l. 1. § biduũ. inf. quã
do appe. ſit. Et voluit Bal. in add. Spe. in tit. de ſent. in 2. col. in
ver. nomine ſententiæ, &c. & Bal. in l. . C. quando liceat ter.
prouo. & in l. 1. ſ. de offic. præfec. præto. in quibus locis dic, ꝙ
ſtante ſtatuto, quod de ſententijs debeat ſolui gabella, intelligitur de diffinitiuis, nõ de interlocutorijs. Et idem ſi ſtatutũ
dicit, ꝙ nõ poſſit appellari à ſententijs, quia intelligitur à diffinitiuis tm̃, nõ ab interlocutorijs. De quo ẽt per D. Phili. de
Peruſio in c. ſuper eo. in 2. col. de appe. Alia etiam ratione debet intelligi, quod tex. iſte loquatur in ſnĩa diffinitiua, & non
de interlocutoria, quia verba debẽt intelligi in potiori ſigni-
2 ficatu † & digniori, vt habetur in d. l. 1. §. biduum. & in l. 1. §.
qui in perpetuũ. ſ. ſi ager vecti. vel emphy. peta. & in c. pen. de
ſent. excom. & in c. cum olim. de teſti. & per Alexã. in conſi.
186. incip. in cauſa & lite. in 7. col. in 2. vol. vbi dicit, quod ubi
ſit mentio de conſuetudine, intelligitur de præſcripta. Adꝗ
allegat tex. in c. Cumana. de elec. quem text. ſecundum eum,
ad hoc allegat Bal. in l. binos. C. de aduo. diuer. iud. & in c. 1. in
prin. de feu. cogni. Et facit etiam tex. not. in §. ſed quoties. Inſti. de iure natu. per quem tex. dixit ibi Ang. de Aret. poſt Io.
Fab. quod ſi teſtator facit legatum eccleſiæ, nec eam exprimit, quod intelligitur eſſe factum principaliori & digniori eccleſiæ ciuitatis, licet videretur factum proximiori eccleſiæ ipſi teſtatori, per tex. in Auth. de eccleſiaſti. tit. & per notata in
l. quæ conditio. §. 1. ſ. de condi. & demonſt. de quo etiam per
Iaſ. in §. ex maleficijs, in 12. col. Inſt. de act. [& per Alex. in conſ.
3 213. inc. ponderatis, colum. 1. in 6. vol.] Et ſubdit etiam Ange.
per illum tex quod ſi aliqua cauſa committatur ſimpliciter
iudici ſeu officiali, quod intelligitur eſſe cõmiſſa principaliori iudici ipſius ciuitatis. allegat cle. & ſi princip lis. vbi eſt gl. de
reſcrip. Pro quibus facit glo. Inſt. de fiducia. tute. in §. fi. in verbo, ſi perfectæ. & gl. in §. fi. Inſti. de excuſ. tut. & dicta per Spec.
in conſi. 29. incipien. viſo ſtatuto. in 2. col. in 3. vol. [& per Iaſ.
quem vide in l. 1. in vlt. col. poſt prin. C. de iure emphy.] faciũt
quæ latius valde dixi in materia iſta, in l. de minore. in §. plu-
4 rium. in 17. col. de quæſt An autem in ſententia interlocutoria requiratur ad eius validitatem citatio partis. Inno. & Ioañ.
And. in c. auditis. extra de proc. & Inno. in c. querelam. eo. tit.
dicũt, ꝙ ſnĩa interlocutoria, quælibet ẽt per quã parti generatur præiudicium, valet parte abſente & non citata. Et allegãt,
quod habetur in c. fi. de offi. iudi. & in l. quod iuſſit. ſ. in hoc ti.
& eos refert & ſequitur Io. de Ana. in conſi. 31. incip. in cauſa
nobilium. in 2. col. Licet ſecundum eum, contrarium videatur tenere Bar. in l. ſi prius ſ. de ope. no. nun. Sed Lud. Rom. in
repe. rub. ſ. de arb. in 9. char. in 1. col. in ver. dubitatio tamẽ vertitur, &c. aliter dicit circa hanc quæſtionem. Primò enim adducit Inno. in d. c. auditis. & Bar. in d. l. ſi prius. & nullã eorum
opi. affirmat, ſed dicit, ꝙ Io. de Imo. in dictis locis nititur concordare opi. eorũ hoc modo, videlicet, ꝙ aut interlocutoria
ferenda eſt parui præiudicij, & tunc citatio partis non requiritur, arg. l. ſcio. cum ſi. ſ. de in inte. reſt. Aut eſt magni præiudicij, & tunc procedit opi. Bar. ſ. quod pars debeat citari. Adducit poſtea ipſe Ludo. Rom. vbi ſ. Bal. in l. 1. C. de ſent. ex peri. recit. vbi dixit, ꝙ aut interlocutoria vertitur, ſeu tendit ad iudicium coadiuuandũ, & tunc ſine citatione ferri poteſt, vt eſt
tex. ſecundum eum, in l. diem proferre. in prin. ſ. de arbit. Aut
tendit ad impugnandum iudicium. & tunc requiritur citatio.
5 † Subdit poſtea ipſe Lud. Roma. vbi ſ. ſe credere, quod illis,
quæ fieri non poſſunt ſine cauſæ cognitione, ꝙ in illis requiratur citatio, quia vbi debet interuenire cauſæ cognitio, ibi
& citatio, ſm gl. in l. ſi deſerta. C. ſi propter pub. pen. Secus aũt
vbi nulla cauſæ cognitio requiritur. Ad quod allegat dicta ꝑ
Bar. in d. l. quod iuſſit ſ. in hoc tit. Et ſubdit prædicta habere locum in mera interlocutoria. Sed ſecus dicit eſſe in interlocutoria habente vim diffinitiuæ, qa in illa requirit̃ citatio, & nedũ citatio, ſed ẽt perẽptoriũ. ita finaliter reſidet Ludo. Rom.
in d. rub. ſ. de arb. Reperio ẽt quendã Doctorem modernũ,
6 profectò inſignẽ in iure virum, D. Hierony. Tortum, ponẽtẽ
hanc q̃ſtionem in quodã conſi. ſuo, quod fecit pro cõi Florẽtiæ apud S[illegible]tum Pontificem Maximũ, incip. Domine Deus
meus, &c. in pe. char. in 2. col. vbi tenet, quod ad validitatẽ interlocutoriæ debeat pars citari, ſi parit præiudicium. ad quod
allegat Bar. in l. ne quicquam. §. vbi decretum. ſ. de offi. procõſul. & Ang. in l. 1. C. quib. non ob. lon. temp. præſcri. & allegat
tex. huius legis noſtræ, & l. nam ita diuus. ſ. de adop. & l. ea, quę.
& l. in cauſæ. §. cauſa cognita. & l. intra vtile. ſ. de mino. & dicit
ẽt ita tenere Inn. in c. cũ veniſſẽt. de in inte. reſt. in 2. col. in ver.
Vel dic, & melius, &c. Et ſubdit prædictus D. Hiero. Tortus in
d. ſuo conſi. ꝙ in interlocutorijs magni præiudicij nedũ reqritur citatio, ſed ẽt requiritur peremptoriũ. ita ſing. ſecundum
eum, voluit Bar. in l. conſentaneũ. in 2. col. verſ. aduerte tamẽ.
C. q̃uo, & quando iud. qui allegat tex. in l. præſes. eo. tit. & l. Titia. 2. de accuſ. Itẽ vltra prædicta, ꝙ in interlocutorijs requiratur partis citatio, voluit ſecũdum dictũ D. Hier. Bal. in l. 1. C. de
ſen. ex peri. reci. & Dy. Ang. Ray. de Forli. & Io. de Imo. poſt alios, in l. qđ iuſſit. ſ. in hoc ti. & Bald. in l. tres denunciationes.
C. q̃uo & quando iud. vbi dixit, ꝙ in interlocutorijs, in qb. tractatur de magno præiudicio, requiritur ẽt trina citatio. quod
ẽt firmauit Iaſ. in d. l. ne quicquã, in 5. col. in fi. ſ. de offi. procõ-
7 ſul. † Ego ẽt ſequor hanc opin. ſcilicet ꝙ vbi tractatur de magno præiudicio ex ſententia interlocutoria, requiritur citatio nedũ ſimplex, ſed ẽt trina, vel perẽptoria. Secus, vbi tractatur de leui præiudicio, quia tunc in tali interlocutoria nõ requiritur citatio, qm̃ eſſet magis laborioſum, q̃ vtile, ad quamlibet interlocu. citare partẽ, attento ꝙ ſnĩa interlocutoria dr̃
oẽ verbum præceptiuum iudicis faciens ad cauſam, ſm gl. in
§. ad excludendas. in Auth. de litig. quam ad hoc dixit no. Bal.
in l. arbitrio. in fi. ſuprà qui ſatiſd. cog. & in l. poſt ſententiam.
prope fi. C. de ſen. & interlocu. omnium iud. & illam dixit ſingularem Ang in l. ex ſtipulatione. C. de ſent. & in l. cum clericus. C. de epiſ. & cler. Sed tamen illa gl. nõ eſt ſing. quia alia eſt
ſimilis in d. l. cum clericis. & alia eſt Inſti. quibus [illegible]. licet, uel
non. circa med. in ver. ſententia. Eſt tamen tex. & gl. ꝯ prædictas glo. nam text. eſt in d. l. ex ſtipulatione. dicens, quòd non
omnis vox iudicis faciens ad cauſam habetur pro ſentẽtia. &
idem dixit gl. 1. in c. afferte. extra de præſump. De qua materia
vide Doctor. in d. l. cum clericis. & Ioan. de Ana. in conſil. ſuo
93. & ibi in addi. & Ludo. Rom. in conſil. ſuo 208. incip. Hæc
interpretatio banni, &c. poſt prin. & Mat. in not. ſuo 39. incip.
nota quod ab homine interlocutoria. & D. Maria. Soci. in repe. rubr. de dilatio. in 18. char. in 1. & 2. col. vbi late loquitur
circa hanc materiam. & Iaſ. in l. fi. poſt prin. C. de procu. & uide Barba. in repe. rubri. de fide inſtrumen. in 9. char. in 3. colum. & Corſe. in no. ſuo 1. ſub verbo, præceptum. & uide Do
9 minum Philip. rub. de iudic. in 2. colum. &c. † Modo ulterius
nota ex iſto tex. in uerbo, præſentibus. ſecundum Alexand.

quod preſens de neceſſitate non eſt citandus vel monendus, quia citatio fit ſolum vt citatus compareat. Sed ſi eſt preſens, non requiritur citatio. Nam, vt dicit hic Ange. ſtultus eſt iudex, qui citat præſentem, quia ſi preſens citaretur, talis citatio
10 nihil operaretur, † & fruſtra expectatur illud, cuius euentus nihil operaretur. l. hæc ſtipulatio. in §. diuus. ſ. vt lega. no. cauea. l. aliquando. §. fi. ſ. ad Velleia. l. cum hæres. §. 1. ſ. de acquir. hæred. c. cum contingat. de offi. delega. c. per tuas. de ſimo. voluit gl. in l. ſi poſthumus. in §. fi. ſ. de liber. & poſthu. & Ludo. Rom. in conſ. ſuo 249. incip in caſu propoſito, &c. Et de hoc artic. an & quando præſens ſit citandus, remitto me ad plenè dicta per Alex. hic, & in rub. C. de in ius voc. vbi etiam examinat aliam quæſtionem, videlicet, An præſens in dubio preſumatur citatus, de quo hic per eum. Ex prædictis nota. venio modò ad principalem materiam huius legis, videlicet ad materiam citationis, quam materiam hic plenè ꝓ poſſe meo reducam, quamuis ſit ſparſa in vtroque iure, quę materia melius & copioſius ponitur & examinatur à Dom. Maria. Soci. quàm ab alio, quē viderim, in repe. ſua rub. extra de dilatio. Sed fortè ego vltra eum aliqua addam, & non procedam ſecundum ordinem ſuum, quia ipſe multum prolixè ſe extendit circa dependentia ipſius citationis, quod ego facere non intendo, ſed breuius procedam omittendo quamplura ibi per eum diffuſè & prolixè examinata, ne videar trāſcribere.
11 ideo venio ad ipſam materiam. † Et primò dico, quòd ex hac lege colligitur regula trita & vulgata, videlicet ꝙ in vnoquoque actu parti præiudiciali debet pars ipſa citari: aliàs nō valet, quod agitur. Et ad hoc ſemper allegatur lex iſta, cum qua concordat l. nam ita diuus. ſ. de adop. l. fi. C. de legi. l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iud. l. ſi quando. C. de teſti. c. dilecta. de ſenten. excom. c. cum olim. de teſti. c. Romana. de appel. in 6. c. conſtitutionem. de ſen. excom. in 6. cle. ſæpe, de verb. ſignifi. clem. paſtoralis. de re iudi. c. porro, & ibi gl. de diuortijs. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſti. & ibi glo. c. inter quatuor. de maio. & obe. c. 1. de cauſa poſ. & propie. ca. quoniam contra. de probatio. Et hæc regula po[teſt] ampliari pluribus modis. Et ideo primò amplia hanc regulam, ꝙ
12 adeò citatio requiritur in vnoquoque actu præiudiciali, † ꝙ etiam talis citatio eſt fienda in notorijs, ita dicit Bal. in l. cum fratrem. in vlti. col. in ver. dubitari conſueuit. C. de his, quib. vt indi. & in c. ad noſtram. il 3. de iureiu. poſt gl. ibi, in ver. oppo. ſecundò, &c. vbi no. loquitur. & idem voluit Bal. in Margarita ſua, in verbo, citatio. in vlt. col. in duobus uer. vbi allegat Inno. hoc tenuiſſe in pluribus locis, & idem etiam tenet Dom. Alex. in l. emptorem. ſ. de actio. emp. & Abb. in conſ. ſuo 3. incip. Nitar. in 2. colum. in 3. vol. & in eodem vol. in conſ. 68. incip. Quanquam ſuper vocatione. in 2. colum. & idem voluit Spec. in titu. de noto. crimine. in §. 1. ver. Scias ergo, & in d. titu. in §. iam de notorio. in 7. col. & Bal. in l. nam ita diuus. ſ. de adop. & licèt aliqui teneant contrarium, ſcilicet quòd in notorijs nō requiratur citatio: Dicas tu, ꝙ vbicunque abſenti poteſt aliqua defenſio competere, tunc requiritur citatio, licèt delictum ſeu factum ſit notorium. Secus autem eſt, quādo ſumus in notorio, in quo nulla defenſio poterit competere reo, quia tunc non requiritur citatio. ita dixit Abb. in d. ſuo conſ. 3. in 7. col. verſi. ad octauam quæſtionem. & Abb. met in c. cum olim. in 5. colum. in verſi. Nota ſingu. extra de re iudic. Ad quæ etiam vide dicta per Dom. Maria. Soc. in ſua repe. rub. de dilatio. in 15. char. in 2. colum. ver. 36. & per Soc. in conſ. 4. incip. ſuper &c. in pe. colum. in 3. volum. Amplia ſecundò regulam huius legis, videlicet quòd adeo requiritur citatio partis ad validitatem actus vel proceſſus, ꝙ etiam Papa non poteſt procedere parte non citata, niſi hoc faciat de plenitudine poteſtatis. Ita dixit Hoſ. & Io. And. in c. veſtra, extra de procu. quod dictum refert & ſequitur Dom. Alex. in conſ. ſuo 87. incip. viſis codicillis. in 2. char. in vlti. colum. in 2. volum. vbi dicit, quod pro hoc facit, quod voluit Bal. in l. fi.
13 circa fi. verſi. extra opp. C. de fruc. & lit. expen. † Et facit optimè gl. no. in l. fi. C. de legi. quæ dicit quòd ſententia Principis ſine citatione, eſt nulla, quam gl. ibi approbat Bal. & Abb. in c. venerabilem. in 2. colum. ver. nota tertiò, de elect. vbi ſubdit, ꝙ perperam procedit iudex, etiam ſi ſit legatus Pape parte non citata, & hanc partem, quòd Papa non poſſit procedere parte non citata, firmauit Dom. Feli. in c. cum olim. in 10. col. ver. proceſſus Papæ. extra eo. de re iudi. vbi etiam fortius dicit, videlicet quòd Papa etiam de plenitudine poteſtatis non poteſt procedere contra non citatum. Et ad hoc allegat Abb. ibi, & in c. 1. in 2. colum. de cauſa poſ. & proprie. & hoc per tex. in clem. paſtoralis. in fi. de re iudi. & in l. fi. C. de legi. Et pro iſta opi. adducit ipſe Dom. Fran. de Are. qui pro hac parte conſ[u]luit in conſ. 165. incip. ſicut Ioan. &c. in 2. colum. in verſi. Circa ſecundum, &c. cum quo, ſecundum eum, conſuluerunt plures graues Doc. de quo ibi latius per eum. adducit etiam pro hac parte Oldr. in conſ. ſuo 43. in 1. colum. & Ludo. Roma. in conſ. 369. & Guliel. de Cu. in l. de quibus, in pe. colum. in ver. Item quæritur, cōſuetudo eſt in Britannia, &c. ſ. de legi. & Ange. in l. Princeps. poſt princ. eod. titu. & Pau. de Caſt. in l. fi. in fi. C. de legi. & Ioan. de Imo. in d. c. cum olim, & Abb. in c. in cauſis. eodem tit. de re iud. & in c. cum inter R. in 3. colum. de elec. & in c. cauſam. in 1. colum. de reſcrip. & c. D. Maria. Soc. in rub. de dilatio. arti. 7. in princ. & Ludo. Rom. in ſingu. ſuo 668. incip. Tu ſcis, quòd nedum iudex. & Alexan. in hac l. in pen. colum. Et ex iſtis, ſecundum eum, dixit Ioan. de Imo. & Dom. An. in clem. 1. in antepenul. colum. de iureiur. & in d. clem. paſtoralis. in 5. colum. quòd nō potuit Papa declarare quandam domum priuatam pauperum Florentinæ eſſe hoſpitale publicum, nō citata parte. Adducit etiam Car. in conſ. ſuo 85. incip. venerabilis vir, &c. vbi dicit, ꝙ ſententia inferioris lata ſine citatione non validatur ex confirmatione apoſtolica, etiam cum clauſula, ſupplentes &c. per d. clemen. Adducit etiam Bal. in l. reſcripta. in 4. colum. C. ſi contra ius, vel vti. pub. vbi dixit quòd coram Principe cōſiderantur omnia, quę ſunt de iure gentium. Adducit etiam Io. And. in addi. Specu. in tit. de prol. ſententiæ. in §. iuxta. in ver. eſt etiam nulla, in addi. incip. Albertus Galeoti, &c. vbi dixit, quòd Imperator de iure ordinario non poteſt procedere ꝙ nō citatū, ſed bene de plenitudine poteſtatis, ꝓ quo dicit facere tex. in c. nos in quemquā. 2. q. 1. & in c. 1. de cau. poſ. & proprie. & in c. inter quatuor. de maio. & obe. & in c. indicas. 3. q. 9. Et ſic ex iſtis patet, quod etiam Papa nō poteſt procedere ſine citatione partis, aliàs non valet, quod agitur. Nec habet obſtare, ſi in contrarium adducatur Bal. in proœmio feudorum, in §. aliqua. in 1. colum. vbi dicit, quod Papa poteſt ferre ſententiam contra tenentes terras eccleſiæ, illis non citatis. Et alleg. ad hoc Ioan. And. in c. cum olim. de re iud. in nouella, & eos refert & ſequitur Iaſ. in l. 1. in 2. colum. ſ. de conſti. Princip. & in l. ne quicquam. in 6. colum. verſic. 4. limita. ſ. de offic. proconſ. quia hoc in tali caſu facit ex cauſa propter vtilitatē
14 eccleſiæ. Et ideo valet talis ſententia, † quia Princeps ex iuſta cauſa poteſt procedere parte non citata gl. eſt nota. in l. antepe. ſ. ex quibus cauſis maiores. Et voluit Bal. in l. 2. circa princ. C. quomodo & quando iud. de quo eſt tex. in c. in cauſis. extra de re iud. in fi. & voluit Iaſ. in d. l. 1. in 2. colum. ſ. de conſti. princip. & Alexan. in conſ. 2. incip. viſis codicillis. in 11. col. in 1. volum. & Soci. in conſ. 120 incip. memini me aliàs, &c.
15 in 4. colum. in 3. volum. † Quinimò etiam Princeps poteſt ex cauſa diſponere cōtra ea, quæ ſunt de iure diuino vel gentium, ſecundum Bar. in l. omnes populi. in 3. q. princ. ſ. de iuſti. & iu. & Cyn. in l. reſcripta. in 3. colum. C. de preci. Impera. offer. & Bal. in l. 1. C. de iure aureo. anul. & volunt Canoniſtę maximè Dom. Ant. & Ioan. de Imo. in c. quæ in eccleſiarum, de conſti. quos refert & ſequitur Alex. in conſ. 87 incip. viſis
16 codicillis. in 15. col. in verſic. rurſus, &c. in 2. volum. † Et iuſta cauſa ſemper præſumitur in Principe, adeo quòd nō admittitur probatio in contrarium, ſecundum Cy. in l. reſcripta. C. de preci. Imper. offe. & in l. fi. C. ſi contra ius, vel vtil. publi. Et Dom. An. in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. & Lud. Roma. in conſ. ſuo 436. incipien. quod indultum, &c. in 4. colum.

¶ [Vide Alexan. in conſ. 155. incipien. videretur, in 3. colum. in 6. volum.] De quo latius per Domi. Feli. in d. c. quæ in eccleſiarum, in 2. colum. Et dixi ego in ſing. meo 6. incipien. in Principe, &c. & habetur etiam per Dom. Hierony. Tor. in cōſ. ſuo, qđ fecit pro communi Florentiæ apud Sixtum Ponti. Maxi. in 19. colum. & per Alex. in conſ. ſuo 2. incipien. viſis codicillis. in 11. colum. & in eo. conſ. in pe. colum. & in eo. vol. in conſ. 101. incip. viſis inſtrumentis. in 3. char. in 1. col. & per Iaſ. in l. ſi teſtamentum. in 1. colum. C. de teſta. vbi videas,
17 & per Iaſ. in l. quominus. in 2. colum. ſ. de flumi. † Nec etiam habet obſtare, quod voluit Bal. in l. nec cauſas. C. de appel. vbi dixit, quòd contra ſubditum valet ſententia Principis, parte non citata, quia hoc procedit ſimiliter, quando ipſe Princeps procedit ſine citatione partis, motus ex iuſta cauſa, vt dicit ibi Bal. allegando gl. in d. l. penul. ſuprà ex quib. cau. maio. & ſic remanet in hac concluſione, quòd regulariter loquendo non concurrente iuſta cauſa Papa nec Imperator procedere non poſſunt, parte non citata. Et inquantum Dom. Feli. in d. cap. cum olim. in 10. colum. ver. proceſſus Papæ, dicit quòd proceſſus Papæ etiam contra ſubditum, etiam de plenitudine poteſtatis non valet contra non citatum. Ad quod allegat Abb. ibi, & in c. 1. de cauſa poſ. & proprie. Dico ego, quòd illud dictum mihi non placet ex pluribus. Primò, quia Abb. ibi, nec in d. c. 1. de cauſa poſ. & proprie. hoc non dicit, & caſu quo ipſe Abb. vel alius ibi, vel alibi hoc diceret, non
18 bene loquerentur. Et ratio eſt, † quia vbi Princeps aliquid facit

facit de plenitudine poteſtatis, nihil opponi poteſt, ſecundum Bal. in proœmio Decreta. in 4. colu. vbi ad hoc allegat Collecta. Et non poteſt dici Principi, cur ita facis? ſecundum Bal. in præludijs feudorum., in 9. colum. in ver. Sed pauca de Principe dicamus. Et plenitudini poteſtatis nihil reſiſtit, ſecũdum Bal. in c. 1. in pe. colum. de conſti. Item de plenitudine poteſtatis proceditur parte non citata, ſecundum Hoſtien. Ioan. And. Ant. de But. & Io. de Imo. in pe colum. in c. ad noſtram. de procu. Et non debet quis audiri contra illud, quod facit Princeps ex certa ſcientia, vel de plenitudine poteſtatis, imò debet repelli, & ei perpetuum ſilentium imponi, ſecundum Bal. in c. 1. in §. ſi quis autem. in princ. per illum tex. in tit. de pace Conſtan. & de plenitudine poteſtatis poteſt Princeps etiam ſine iuſta cauſa rem ſuam alteri auferre, ſecundũ Bal. in l. reſcripta. in vlti. colum. ver. tertiò quæritur. C. de precib. Impera. offe. & in l. 2. in 3. colum. ver. item nota, quod ſi

19 Papa. C. de ſerui. & aqua. † Et hoc etiam expreſsè tenet Ang. in l. item ſi verberatum. §. 1. ſ. de rei vendi. vbi dicit, quod Imperator de plenitudine poteſtatis poteſt nobis auferre dominium rei noſtræ, etiam nulla cauſa ſubſiſtente, & qui cõtrarium dicunt, ſecundum eum, mentiuntur, & idem tenet ipſe Ang. in l. 2. C. de quadri. præſcrip. & in l. 3. in §. ſi is, ꝑ quo. ſuprà quod quiſque iuris. quæ omnia ꝑ maiori parte refert & ſequitur Barb. in conſi. ſuo 63. in pen. colum. in 4. volum. & Dom. Philip. Deci. in conſi. ſuo 191. incip. in cauſa. in 2. col. & in conſi. 198. in 2. colum. [de qua clauſula vide etiam Alex. in conſi. 111. incipien. perſpectis. in 2. colum. in 6. volum. & Domin. Philip. Dec. in conſi. 262. incipien. in cauſa. in vlti. colum. ad fi. & in conſi. ſuo 269. incip. conſultus. in 4. colum. vbi no. loquit. & vide in reperto. meo, in litera P. in 31. char. in 5. not. Et idem eſt dicendum, quando Princeps aliquid facit ex certa ſcientia, ſecundum Do. Philip. Dec. in d. conſi. ſuo 198. in 2. colum. vbi ꝑ hoc allegat plura, de quibus ibi per eum.]

20 † Item & vltra prædicta pro hac parte faciunt dicta per Alex. in conſi. ſuo 2. incip. viſis codicillis. in 11. colum. in 1. volum. vbi dicit, quòd Princeps de plenitudine poteſtatis habet poteſtatem legitimandi ſpurios etiam in præiudicium illorum, quibus iam eſſet ius quæſitum etiam illis irrequiſitis. ad qđ allegat Bar. & alios in l. Gallus. in §. & quid ſi tantum. ſuprà de libe. & poſthu. & Dom. Ant. in c. per venerabilem. in princ. qui filij ſint legitimi. & Bal. in l. nam ita diuus. ſuprà de adopt. & in l. 2. in 8. col. C. de ſerui. & aqua. & Abb. in d. c. cum olim. de re iudic. in 4. colum. vbi refert ſe ita conſuluiſſe. Et alia adducit, de quibus ibi per eum. de quo etiam per Soc. in conſi. 120. incip. memini me aliàs. in 3. colum. in 3. vol. Et faciunt optimè dicta per eundem Alex. in conſi. ſuo 101. incip. viſis inſtrumentis. in 3. char. in 1. colum. poſt princ. in j. volum. & in conſi. 194. incip. aſſumo &c. in 1. colum. in 2. volum. & in conſi. 205. incip. Nec arguendi, &c. in 4. colum. in princip. vbi dicit, quòd Princeps de plenitudine poteſtatis etiam ſine cauſa poteſt auferre ius tertij. allegat quamplura, de quibus ibi per eum. de quo etiam per Ludouic. Roman. in conſil.

21 ſuo 310. incipien. in caſu &c. Pro quibus etiam facit: † Nam in Principe eſt pro ratione voluntas, & voluntas Principis dicitur iuſta cauſa in Principe, ſecundum glo not. in l. relegati. infra, de pœnis. quæ reputatur ad hoc ſingularis de iure ciuili. Alia tamen eſt ſimilis de iure canonico, in c. ſi eo tempore. in verbo, ex quauis. de electio. in 6. & alia ſimilis eſt in c. ſi gratioſe. in verbo, a Romano Pontifice. de reſcrip. in 6. & illam gl. in l. relegati, alleg. Dom. Alexand. in l. quidam conſulebant. in 3. col. inf. in hoc titũ. & Iaſ. in l. ſi teſtamentum. in 1. colum. C. de teſta. de qua gl. etiam not. loquitur Iaſ. in l. quominus. ff. de flumi. in 2. colum. Et ſic ex omnibus iſtis conclu

22 do, † quod Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt procedere, vel facere actum validum ſine citatione partis, & per conſequens ſequitur neceſſariò, quòd excellentiſſimus Præceptor meus Domin. Fely. in d. c. cum olim. eſt malè loquutus, inquantum dixit, quod Princeps etiam de plenitudine poteſtatis non poteſt procedere parte non citata, quia veritas eſt in contrarium, vt clarè patet ex ſupradictis. Et teneas

23 menti vnam nouam conſiderationem meam in hac materia, videlicet quòd licèt vera ſit illa concluſio, quam ſuprà feci, videlicet quòd regulariter loquendo Papa, vel Princeps non poteſt procedere parte non citata, aliàs non valet quod agitur, vt ſuprà late dixi, tamen videtur dici poſſe contrariũ au... ſcilicet quod immo proceſſus, vel actus factus à Principe ſine citatione partis valeat. Et hoc oſtendo duplici modo. primò, ſi Princeps facit actum parte non citata, talis actus non valet, vt dixi, niſi hoc faciat ex cauſa, quia tunc valet, ut ſuprà dixi. Sed ſi ipſe Princeps ſimpliciter facit actum ſine citatione partis, debet valere, quia in Principe ſemper præſumitur cauſa, vt ſupra late dixi, ergo ſequitur quod actus ſimpliciter factus à Principe ſine citatione partis, debet valere, cum præſumatur illum feciſſe ex cauſa, ſine citatione par

24 tis. † Secundò ad hoc dicendum moueor alio medio, & dico, quòd quando Princeps facit aliquem actum de plenitudine Poteſtatis ſine citatione partis, talis actus valet & tenet, vt ſuprà proximè dictum & cõcluſum eſt: ergo quando Princeps ſimpliciter, & nõ de plenitudine poteſtatis, facit actum ſine citatione partis, debet valere & tenere omnino. rõ eſt,

25 † quia quãdo Princeps facit aliquem actum, qui non poteſt valere, niſi fiat de plenitudine poteſtatis, ſemper intelligitur tunc facere de plenitudine poteſtatis, vt actus magis valeat, quàm pareat, ſecundum Pau. de Caſt. in conſi. ſuo 283. incip. in facto præſenti non intendo adulari, &c. & idem dixit ipſe Pau. de Caſt. in l. ex imperfecto. C. de teſta. & eum refert & ſequitur Alex. in l. 2. C. de teſta. mili. in verſ. iuxta prædicta, & D. Feli. in c. 1. in princ. 9. colum. de conſti. & in c. cum inter priorem. de excep. in 5. colum. in princip. & in c. in cauſis. in 2. col. circa fi. de re iudi. & Dom. Alex. in l. idem Vlpianus in §. ſunt & alij. ſ. de excuſa. tut. & idem in ſimili dixit Dom. de ſancto Gem. in conſi. ſuo 15. incip. Pro declaratione, in fi. 2. colum. & Dom. Philip. Deci. in conſi. ſuo 140. in 2. colum. & in conſi. 77. incip. viſo, in fi. 1. colum. & ibi in illo conſi. in 4. colum. refert & ſequitur Pau. de Caſt. in dictis locis, & idem videntur firmare Doct. in alijs pluribus locis, quos ego retuli in

26 ſingu. meo 34. incip. Princeps, &c. ergo, † quando Princeps ſimpliciter facit actum ſine citatione, qui non poteſt valere, niſi eum faciat de plenitudine poteſtatis, intelligitur facere de plenitudine poteſtatis, vt ſuſtineatur, & magis valeat, quã pereat. ergo ſequitur, quòd ſemꝑ actus factus à Principe ſimpliciter ſine citatione partis, valebit & tenebit, per prædicta. Tene mẽti, quia iſta ſunt dicta & cõſiderata à me tantũ vſq; in præſentem diem. vide tamen quò ad primam conſiderationẽ, quam proximè dixi, de iuſta cauſa, quæ ſemper præſumitur in Principe, dicta per Dom. Feli. qui videtur illud limitare & reſtringere in c. quæ in eccleſiarum. in 21. colum. ver. recipit tamen iſta concluſio, &c. de conſtitu. vbi notanter loquitur, & Soci. in conſi. 27. incip. in præſenti, in 3. colum. in fi. in 3. vol. Et circa illud, quod ſ. dixi, quòd valet actus, ſeu ſentẽtia Principis parte non citata, quando procedit de plenitudine poteſtatis: adde hic no. verba Soc. in d. conſi. ſuo 27. in 3. colum. in verſi. reſpondetur, &c. vbi dicit, ꝙ talis actus factus de plenitudine poteſtatis, parte non citata, valet contra ſubditum naturaliter, ſed ſecus dicit eſſe ſi fiat contra non naturaliter ſubditum. ad quod allegat plura, de quibus ibi per eũ,

27 quod eſt not. verbum in materia. † Modò vlterius & tertiò, amplia hunc tex. noſtrum & hanc regulam, videlicet quòd etiam ſtante ſtatuto, quòd arbiter ſeu iudex poſſit cognoſcere de cauſa non obſeruata aliqua iuris ſolennitate, nõ tamen poterit procedere ſine citatione partis. ita not. dixit Ludoui. Roma. in rub. ſuprà de arbi. in 7. colum. in verſi. 17. Ad quod allegat Bar. in extrauag. ad reprimendum. in ver. videbitur. Et in l. 1. ſuprà de teſta. mili. & in l. filiusfamil. ſ. de dona. de quo ego dixi in ſingu. meo 75. incip. citatio, &c.

28 † Amplia quartò hanc regulam in compromiſſo, in quo eſſet dictum, quòd arbitri poſſent laudare ſeu ferre ſententiam abſentibus partibus: quia non obſtantibus talibus verbis debebunt citare partem, aliàs ſententia ſeu laudum eſſet nullum, non obſtantibus dictis verbis, ita dixit Specu. in titu. de arbi. in §. excipitur. in fi. quod dictum pro valde notabili refert & ſequitur Ioan. de Imo. in c. cum dilectus. extra de arbi. & Alex. in l. ſi quis arbitratu. in 5. colum. ver. limita. infra de verb. oblig. & Do. Feli. in c. cum olim. in 9. colum. de re iudi. De quo etiam dixi in ſingu. meo 173. incip. Fiunt quotidie, &c. ad quæ vide etiam Domi. Maria. Soci. latius loquentem

29 in rub. de dila. in 15. char. in 4. colum. verſic. 43. † Quintò amplia hanc regulam, etiam ſi ſtatutum extaret, quòd ad merã voluntatem creditoris debitor capiatur. Nam etiam hoc caſu non poterit capi debitor, niſi primò citetur, & diſcutiatur, an ſit debitor in veritate, necne. ita dixit Bal. loquẽs in ceſſionario in l. per diuerſas. in 10. quæſtio. C. mand. ad quod allegat Innocen. in c. quia V. de iudi. quod dictum refert & ſequitur Alex. in conſi. ſuo 243. incipien. viſis narratis, &c. ſecundum ordinem meum, in 2. colum. pro quo etiam faciun optimè dicta per Bal. in cõſi. ſuo 49. incipien. ad euidentiam. in 2. col.

30 in 1. volum. † Et facit etiam, quod voluit Bal. in l. 1. in fin. verbis. C. de iur. & facti igno. vbi dixit, quòd quis non poteſt perſonaliter capi, niſi primò contra eum fiat excuſſio bonorũ, in qua excuſſione requiritur citatio partis. allegat gl. in l. 3. §. tutores. ſ. de ſuſpec. tut. & facit etiã ꝑ hac parte dictum eiuſdẽ Bal. in l. 1. in 2. col. C. quomodo & quando iud. vbi dixit, quòd non valet ſtatutum, volens ꝙ abſens non citatus poſſit condemnari, ergo à fortiori non debet valere, quod ſine citatione

tatione poſſit capi, argu. auth. multo magis. C. de ſacroſan.
31 eccle. cum ſi. Item † pro prædictis facit etiam, quod voluit
Ludou. Roma.in conſi.ſuo 224.incipiẽ. iſta captura,&c.in 1.
colum.vbi dixit, quòd non poteſt quis, neque ex vi conſtitu-
tionis, neq; ex vi iuris communis, ad partis petitionem capi,
niſi prius fuerit citatus, & in contumacia conſtitutus, aut de
fuga ſuſpectus.de primo dicit eſſe caſum, vbi hoc habe tur ꝑ
Bar.& alios in l. cõſentaneum. C. quomodo & quando iud.
ſecun dum dicit, quod probatur ex plenè notatis in l.ait præ-
tor.in §. ſi debitorem. ſuprà quæ in frau. cre. & in l.generali.
C.de decur.lib. 10.& ex gl. Inſtit.de actio. in princ. & in c.1.§.
iniuria.de pace iuramento fir.in vſi. feu. Fateor tamen, quòd
contra prædicta tenuit Ang.in l.ſi ſic.in princip. ſ.de leg.1.&
Ludou.Roma.in conſ.ſuo 142.incip.ꝙ ceſſionarius &c.Sed
prima opi.communior eſt & ęquior,& magis concordat cũ
regulis iuris communis, ideo illam ſequor, quicquid dixerit
Ang.in d.l.ſi ſic.& Ludou. Roma. ſibi contrarius, in d.conſi.
ſuo 142.[& vide Alex.in conſi.225.incipien.ponderatis.in 2.
32 colum.in 6.volum.] † Sextò amplia regulam huius legis & ſi-
milium, etiam ſi eſſet ſtatutum excludens omnes exceptio-
nes. Nam tali ſtatuto non obſtante poterit ſemper opponi
exceptio citationis non factæ, & per conſequens inualidita-
tis eius, quod actum eſt, ita multum no. dixit Io. Cal.in con-
ſilio ſuo 8.incip.an ſententia, & eſt in titu. de re iud.& idem
dixit Pet.de Anch.in conſi.212. incip. de iure communi.vl-
tra med.& idem dixit Abb. in ſuo conſi. 97. incipi. atingam
iuxta ordinem.in 2.colum.ante med.in 3.volum.& Do. Feli.
in c.qualiter & quando.in §.debet, in princip.de accuſa.& in
c.cum olim.in vlt.colum.circa med. de re iudi. & idem dixit
Dom.Philip.Dec.in conſi.38. incip. circa primam. in penult.
colum.vbi dicit hoc etiam voluiſſe Bal in l. 1. in 3.colum. C.
quomodo & quando iud. & Ange. in conſi. ſuo 259. incip.
punctus eſt per dominum Obicium,&c. de quo dixi ſatis la-
tè in repet.mea.l.fi.C.de proba.in 38.charta.& in ſingu. meo
73.citatio,&c.[& vide Alex.in conſi.ſuo 225.incip pondera
tis.in2.colum.in 6.volum.& in conſi.61.incipien.in cauſa &
33 lite.in 2.colum.in 7.volum.] † Septimò amplia regulam hu-
ius legis & dicas, quòd citatio non ſolum requiritur in iudi-
cialibus: ſed etiam in extraiudicialibus debet citari is, cuius
intereſt, ita dixit Innocen.& Ioan.And.ibi, in nouella.in c.ra-
tione.de appella.allegant.l.in cõcedendo. ſuprà de aqua plu.
arcen.& l.fi.C.de autho.præſtan.& l.nam ita diuus.ſuprà de a-
dop & c.ad hæc.de offic.archi.& c.fi.de maio.& obed.& eos
refert & ſequitur Bal.in c. 2.in §. ſancimus. in 2. colum. quo
temp. miles.& in c.1.circa fi. de inueſti. in ma. facta. vbi etiã
34 alleg.Barto.in l.ſi quis arbitratu.infra de verb.oblig.† Ex qui-
bus infert Bal.vbi ſuprà, quod etiam arbitrator, qui extraiu-
dicialiter procedit, tenetur citare partem, aliàs ſi ex abrupto
procederet parte non citata, non valeret arbitramẽtum, ſeu
laudum per eum latum, de quo etiam per Bar.in l.ex conſen
ſu.in 2.colum.C.de epiſco.audien. & per Domi. An. in c.ve-
niens.il 1.in 3. colum. de teſti. de qua materia etiam habetur
per Pau.de Caſt.in conſi.ſuo 51.incip.videtur dicendum, &
per Dom.Maria Soc.in d.ſua repe.rub.extra de dilatio.in 16.
charta.in 2.colum.in verſi.3.probatur, & ibi in verſi. ſequen-
ti, cum pluribus alijs verſiculis ſequentib. ibi, maximè in ver-
ſic.47.& vide etiam Ange.in conſi.ſuo 179.incip.viſis prædi-
ctis inſtrumẽtis.in fi.vbi dicit, quòd quando donatarius vult
facere inſinuare donationem, debet citare donatorem, vel
eius hæredem, & tamen talis actus eſt extraiudicialis. [Vide
35 tamen infrà in 47. limita. ad hanc legem.] † Octauò amplia
hãc legem & eius regulam, videlicet, quod adeo eſt vera hec
regula, quòd citatio partis requiritur in vtroq; actu, quòd ẽt
nedum ſi fiat in dãnum partis, dẽt ipſa pars citari, ſed etiam
debet citari, ſi fiat ad eius vtilitatem & beneficium, vtputa ſi
pro abſente feratur ſententia eo non citato, nam talis ſentẽ-
tia non valet.ita dixit gl.no.in l.ea quæ.C. quomodo & quã-
do iudex.quam ibi no.Bar.& Abb.in c. quoniam contra, ſu-
per gl.in verbo, citationes.de probatio, & in conſi. ſuo 3.in-
cipien.nitar &c.in 20.colum.in 3.volum. [vide Alex.in con-
ſi.114.incipien.viſo, in 1.colum. in 6. volum.] Et illam refert
& ſequitur Dom.Maria.Soci.in d.ſua repet. rub.de dilatio.in
60.char.in 1.colum.pro qua gl.facit tex.& in glo.in l.furioſo,
ſuprà in hoc titu. Et huius ratio eſt, ſecundum Abb.in dicto
conſi.quia de iure non poteſt alteri abſenti per alterum acq-
ri.l. abſenti. ſuprà de donatio. & pro iſtis faciunt plenius di-
cta per Bar.in dicta l.ea, quæ.& facit l.quæcunque gerimus.ſ.
de actio.&ob.& vide Domin.Alexan.in d.l.ea, quæ.vbi circa
36 hanc materiam aliqua dicit.† Et inter alia dicit, ꝙ gl. in dicta
l.ea, quæ.non habet locum in cauſa criminali, quia in ea va-
let ſententia abſolutoria lata ꝓ reo, eo non citato, per l.quã-
uis indubitati.C.de adul.& dicit, quòd ita voluit Ang.in l.ꝓ-
37 perandum. in §. ſin autem reus. ff. de iudi. item dicit † etiam
Dom.Alex.in l.ea quæ.ꝙ prædicta glo.d.l. ea, quæ.non habet
locum in ſententia interlocutoria, quia talis ſententia lata in
fauorem nõ citati valet,& allegat ad hoc Ang.in l. 1. C. quib.
non obſt.longi tempo.præſcrip.& Inn.in c.auditis. de procu.
dicit etiam ipſe D.Alex.in d. l.ea, quæ.quòd dicta gl.illius.l.nõ
habet locum in iudicijs ſummarijs, quia in illis valet ſñia in fa
uorem non citati.ad quod allegat Bar. in tract. ad reprimen-
dum.in ver.figura.in fi.Item alleg.etiam D.Alex.Bal.in l.ſi ac-
cuſatorib.in vlt.col.C. de accuſa.qui tenet ꝙ ſententia lata ꝓ
abſente non citato valet,& ſic contra gl.in d.l.ea, quę.Sed ip-
ſe non recordatus eſt de dicta gl.& ideo non facit aliquam
mentionem de ea, nec etiam reſpondet ad rationem allega-
tam pro dicta gl.per Do.Abb. in d.conſi. ſuo. 3. & contra di-
ctam gl.etiam tenet Bal.Ang.& Pau.de Caſt.in d.l.ea, quę.ſed
Sali.ibi ſequitur d.gl.& pro ea adducit rationes & plura iura,
38 de quibus ibi per eum. † Nonò amplia regulam huius legis,
& dicas, ꝙ adeo eſt neceſſaria citatio de vnoquoque actu, ꝙ
etiam citatio requiritur ad reuocandum vel inualidandum
illud, quod nullum vel inualidum eſt, & poteſt poni exem-
plum, ſi tractatur de reuocando factũ de facto, quod eſt nul-
lum, iuxta glo.in l.ſi minor.ſup.de euictio. & voluit Bal.in l.ſi
pacto, quo pęnam.C.de pact.nam iſto caſu in tali reuocatio-
ne requiritur citatio partis. ita probat text. & hoc voluit ibi
Bald.in l.2.C.ſi propter public. penſitatio.& voluit Flo.in l.in
lege Aquilia, ſi deletum.ſup.ad leg.Aquil.ad quæ vide tamen
dicta per Do.Maria. Soci. in d.ſua repet.rub. extra de dilatio.
in 17.char.in verſ.viceſimus caſus, &c. & ibi omnino in verſ.
ſeq.poteſt etiam poni exemplum in illo, qui iniuſtè & de fa-
cto aliquam rem poſſidet, nam poſſeſſio talis licèt ſit iniuſta,
non tamen ei auferenda eſt eo non citato.ita dixit Innocen.in
c.inter quatuor.de maio.& obed.quem ſequitur Bal.in d.l.2.
C.ſi propter pub.penſitatio.& Bar.in l.fi.C.de cui.diui Adria.
tol.in vlt.col.in verſ.extra glo. quæro, &c. & ibi Bal. in 4.q.&
Inno.in c.1.in 2.glo.de conceſ.præben.in 6.& in c.cum olim.
el primo, de priuileg.& Ang.in l.ordo.C.de execu.rei iudi. &
Bal.in l.2.C.vbi in rem actio.& Ludou.Roma.in l.iuſtè poſſi
det.ſup.de acqui.poſ.pro quo facit tex.cum glo.in verbo, vo-
cato.in c.licèt epiſcopus.de præben.in 6.& tex.in l.fin.C.ſi per
vim, vel alio modo,& in l.meminerint.C.vnde vi.Et pro iſtis
etiam facit, quod voluit Pet.de Anch.in conſ. ſuo 275. incip.
ad declarationem, vbi dixit, ꝙ etiam iniuſtus detentator be-
neficij non remouetur iuris ordine non ſeruato,& ſic eo nõ
citato.& facit, quod voluit Ioan.Cald.in tit.de dilatio.in cõſi
lio 4.vbi dixit, quòd ſi Papa ſcribit quòd quis ſe informet, an
aliquis iuſtè teneat beneficium, & ſi conſtat ꝙ iniuſtè ipſum
amoueat ſummariè, & de plano, tamen etiam hoc caſu ille
erit citandus perſonaliter, vel ſaltem per edictum publicum.
item vltra prædicta, quòd iniuſtus detentator beneficij ſit ci-
tandus, voluit Card.in conſ.ſuo 54.inci.in cauſarum Apoſto-
lico palatio, &c. & in conſ.86.incip. Reueren.Pater,&c. vbi
etiam tenet, quòd merus executor non remouet poſſeſſorẽ
dicio alicuius,ad quæ vide dicta per Do. Fely. in c.2.in 2.not.
107 de ſponſa. † Trigeſimus octauus eſt in declaratione, quam
facit iudex contra monitum & iuſſum reſpondere poſitio-
nibus,qui fuit contumax,& noluit reſpondere,quòd habea-
tur pro confeſſo, nam in tali declaratione nõ requiritur alia
citatio.ita dixit Io.de Imo.in l.ſi finita. in §. ſi plures. ſupra de
dam.infe.vbi dixit,quòd ſi ſtatuto cauetur, quòd omnis cita-
tus ad reſpondendum poſitionibus ſi non venerit, habeatur
pro confeſſo, ꝙ tunc iudex abſq; alia citatione illo ſic exiſtẽ-
te contumace, poteſt declarare ipſas poſitiones haberi pro
confeſſatis.quod dictum refert Dom.Maria.vbi ſupra,in ver.
15.caſus,&c.de quo etiam per Iaſ.in l. nequicquam.in 9.col.
108 ver.fallit.ſ̃.de offic.proconſu. † Trigeſimuſnonus caſus eſt in
admiſſione articulorum,quando iudex examinauit, an capi-
tula eſſent pertinentia vel impertinentia,nam poteſt hoc de
clarare ſine aliqua citatione partis,ſm Do.de Rota, quos re-
fert & ſequitur D.An.in c.3.de teſti.& hanc partem tenet ibi
Abb.de quo tamen latius per Do.Maria.Soc. vbi ſupra in 18.
109 char.in 3.col.ver.23.caſus, &c. † Quadrageſimus caſus eſt in
depoſitione teſtis,cuius dicto ſtandum eſt ex diſpoſitione te
ſtatoris,in quo partis citatio non requiritur neceſſariò. ita di
xit Bar.in l.Theopompus.ſ̃.de dote præle. quem refert & ſe-
quitur Alex.in conſi.130.incip.difficultas huius. in 1.vol.& D.
110 Maria.Soc.vbi.ſ̃.in verſi.25. caſus, &c. † Quadrageſimus pri-
mus caſus eſt in relatione nuntij,nam illa non requirit partis
citationem,cum perſona ipſius nuntij iam fuerit approbata.
ita dixit Bar.in d.l.Theopompus,& Bal.in l.in mino.in vlt. co
lum.C.de in integ.reſt.mino.& D.Maria. Soci. vbi.ſ̃.in verſi.
28.caſus,&c.& in eod. tract.in 15.char.in 3.col. ver.37.proce-
111 dit,&c. † Quadrageſimus ſecundus caſus eſt, quando alicui
eſt datus terminus à lege, vel ab homine ad producendum
inſtrm̃,vel aliquid aliud, nam ad ſatisfaciẽdum tali pręcepto
ſufficit ſola productio abſq; citatione aduerſarij, ſecundum
Bar.in l.mariti.in §.hoc quinquennium.inf.de adul.quem re-

fert

fert & ſequit̃ Bal.in l.ſi ea.in vlt.verbis.C.qui accu. non poſ.&
voluit D.Maria.Soc.vbi.s̃.in 19. char. in 1.col. ver.31.caſus,&
voluit etiam Bal.in l.ſi quando.in fi.C.de teſt.& in l.1. ad fi.s̃.
de fer.& Ang.in l.omnium.C.de teſta.& Iaſ.in l.1.ante finem
112 C.quando libel.prin.datur.† Quadrageſimus tertius caſus eſt
in abſolutione ſnīæ excom.in qua non requiritur citatio par
tis,ſecundum Bal.in l.ſi pacto,quo pœnam.C.de pact.ꝑ quo
facit tex.in c.olim ex literis.extra de reſcrip.de quo etiam per
D.Maria.Soc.in rub.de dila.in 19.char.in 2.col. in ver. 33. ca-
113 ſus,&c.† Quadrageſimus quartus caſus eſt in Principe faciẽ-
te actum,per quem poteſt præiudicare alicui inuito,& con-
ſtat ꝙ ei vult præiudicare : tunc valet ille actus ſine citatione
partis.ita dixit Abb.in c.inter quatuor, in 1. colu. de maio.&
obe.& Lud.Rom.in conſi.369.inci.circa primũ, in 11.col.&
Ab.in c.olim.de re iu.& ex hoc conſuluit Alex. in conſi. ſuo
2.inci.viſis codicillis.in 10.col.in j.vol. quod eſt repetitum in
conſi.87. in 2. vol. quod ſi appareat Principem adeo diſpoſi-
tum fuiſſe ad aliquid omnino faciendum, ꝙ etiam præſen-
tes nõ potuiſſent eius volũtatem impedire, valebit actus eis
114 non citatis.† & ideo dicit Alex.in dictis conſi.ꝙ legitimatio
ſpurij vel naturalis, quæ de plenitudine poteſtatis fieri põt à
Principe,ẽt in præiudicium eorũ, quib. eſt quæſitũ ius in ſpe
põt fieri ipſis non citatis,& ita firmat Bar.& communiter alij
in l.Gallus.in §.& quid ſi tantum.s̃.de lib.& poſth.& hanc par
tem tenet etiam D.Feli.in c.cum olim. in xxj. col.de re iudi.
☞ [& Alex.in conſi.202.incip.perſpectis,&c. in pe.col.in 6.vol.
& Decius in conſi.ſuo 269.incip.conſultus.in vlt.col.] Et pro
hac parte etiam conſuluit Do.Fran. de Cur.in conſi.ſuo 1.in
12.col.ver.facio tamen alia,&c.de quo etiam per Bal.in con
ſi.ſuo 172.incip.ſtatuto cauetur.in vlt.col.in j. vol. & per Do.
Philip.Decium in conſi.ſuo 55.in j.col.& per D. Maria. Soc.
115 in d.rub.in 18.char.in 4.col.cum ſeq.† Quadrageſimuſquin-
tus caſus eſt,quando proceditur cõtra vnum, & finis illius ꝓ-
ceſſus tendit in cõſequentiã ꝯ aliũ, tunc ſi reſpicit publicam
vtilitatem,probationes ꝯ principalem & ſnīa contra eum la-
ta facit præiudicium etiam illi, contra quem in conſequẽtiã
tendit,etiã ſi non ſit citatus.l.quiſqs.C.ad leg.Iul.maie. & ha-
betur in l.j.C.vbi cau.fiſ.& per gl.in l.in cognitione. s̃. ad Syl-
la.& hoc voluit Bar.in diſpu.ſua inci.Peruſinæ ciuitatis, & D.
An.in c.j.de re iudi.circa pe.col.& Bal.in l.j.C.ne fi.pro pat.&
in l.fi.in §.neceſſitatem.in 6.col.C.de bon.quæ lib & ita per il-
la iura & doctrinas tenet D.Alex.in conſi.ſuo 28 . incip.viſis
dubitationibus.in vlt.col.& idem dixit ipſe Alex.in conſi.ſuo
308.incip.in cauſa,quæ vertitur inter agentes,&c.in 2.col.vbi
dicit hoc eſſe verũ,quando ille principalis,contra quem age-
batur,fuit præſens,ſecus autem ſi fuiſſet abſens, quia tunc ẽt
non præiudicaret illi tertio ipſo nõ citatio, de quo ibi latius
116 per eũ,&c.† Quadrageſimus ſextus caſus eſt, ſm̃ Do.Alex.in
conſi.ſuo 86.incip.viſis dubitationibus.in j. col. in 2.volu.vbi
dicit,ꝙ licèt ſententia poſſet in conſequentiam facere præiu
dicium alicui,tamen non debet citari, niſi illud iudicium de
ſui natura tẽderet principaliter in dãnum illius tertij. de quo
dicit eſſe gl.no.communiter approbatam in hac l.noſtra.per
quam dicit Ang.hic, & Io. de Imo, ꝙ ſi facio condẽnare de-
bitorẽ meũ,non poterũt alij creditores opponere,ꝙ ipſi nõ
fuerunt citati ad proceſſum, ex quo lis non ordinatur princi
paliter contra eos.ſed ſi agebatur per creditorem contra de-
bitorem faciẽdo excuſſionẽ in bonis contra eũ,& ſic ad finẽ
vt poſſit peruenire ad pignorũ poſſeſſionem, tunc quia iudi
ciũ excuſſionis principaliter ordinatur in præiudiciũ poſſeſ-
ſorum,illi citãdi erunt,ſm̃ Ang.& Io.de Imo. ibi, quod latius
117 ꝓſequitur ipſe Alex.in dicto ſuo conſi. vbi videas. † Quadra-
geſimuſſeptimus caſus eſt in inſinuatione donationis, nam
in ea facienda citatio alicuius nõ requiritur, licet ipſa dona-
tio ſit in præiudicium futurorum hæredũ donatoris : ita di-
xit Bar.in l.in hac,per illũ tex.C.de dona.& in l.Modeſtinus.s̃.
eo.de dona.& voluit Bal.in auth eo.decurſum.C.de don.an-
te nup.& in l.illud.C.de ſacroſan.ecc.& in l.fi.C.qui admit.&
in l.j.in prin.C.de lit.conteſt.& in l.fi.in §.illud.C. de tẽp. app.
& voluit Pau.de Caſt.in l.teſtamẽta omnia.C.de teſta.& vo-
luit Iaſ.referens prædictos Doc.in l.j.in fi. C.quando lib.prin.
☞ datur.[Vide tamen quæ dixi ſupra in 7.ampliatione.] †Qua-
118 drageſimus octauus caſus eſt,quando cã eſt cõmiſſa,vt iudi-
cet commiſſarius ſm̃ conſcientiã ſuam, nã hoc caſu non re-
quiritur citatio partis.ita dixit Bal.in l.certum.in 3. col.C.vn-
de cogna.& Lud.Rom.in rub.ſua.s̃.de arbit.in 2.col.ver.ter-
tio,vide tamen circa hoc Iaſon.latius loquentẽ in l.ne quicq̃
in 9.col.in verſi.14.fallit.s̃.de officio proconſu. &c. & Alex.in
119 conſi.45.incip.viſis uerbis.in 2.col.in 6.vol.† Quadrageſimus
nonus caſus eſt, quando proceditur contra rebelles eccleſiæ
retinentes res eccleſiæ vel imperij, nam ſententia contra ta-
les valet ſine eorũ citatione.ita no.dixit Io.And.in c.cũ olim.
de re iud. in nouella. quod dictum refert & ſequitur Bal. in
proœ.feudorum.in §.aliqua,in j.col.& Lud. Rom.in ſing.ſuo
688.incip.tu ſcis ꝙ nedũ iudex, &c. de quo dixi etiam s̃.in ſe-
120 cunda ampliatione ad hanc legem. † Quinquageſimus ca-
ſus eſt,quando proceditur cõtra aliquẽ de enormiſſimo de-
licto,nam tali caſu poſſunt recipi teſtes lite nõ conteſt.& par
te non citata,ſm̃ Arch.in c.j.de hom.in 6. vbi dicit, ꝙ in caſu
illius c.& ſic in enormi crimine, poſſunt recipi teſtes lite nõ
cõteſta.& parte abſente & nõ citata, & hoc dictum ſequitur
Gem.ibi,in §.fi.& eos refert & ſequitur Do.Fely.in c. quoniã
frequenter.in prin.in pe.col.vt li.non conteſtata. pro quibus
facit in arg.regula illa, videlicet quòd propter enormitatem
delicti licitum eſt iura trãſgredi,vt habetur in c.eum omnes,
de conſt.& dixi ego in ſing.meo 244.incip.tu ſcis, & in l.j.in
prin.in 8.col.inf.de quæſtioni,& in l.vnius.in §.cogniturum.
121 in 13.col.verſi.& ratio prædictorum,eo.ti.† Quadrageſimus
primus caſus eſt, quando dubitatur de ſcandalo futuro ve-
niendo, vt puta quando eſt dubium ꝙ partes ueniant ad ar-
ma, nam in tali caſu valet præceptum iudicis factum ſine ci-
tatione partis.ita Io.de Imo.hic,ad quod alleg.in arg.l.de pu-
pillo.in §.ſi quis riuos.s̃.de operis noui nũtia.& l.æquiſſimũ.
122 s̃.de vſufruc.† Quadrageſimus ſecundus caſus eſt,quãdo fer-
tur ſnīa capitalis in aliqua cauſa criminali,nã valebit talis ſen
tentia, licèt ipſe reus non fuerit citatus ad talem ſententiam
audiendam.Ita dixit Ang.de Are.in tracta.malefi.in verſi.qui
iudex commiſit.L.prœconi,&c.in prin.& hoc dicit procede
re & locum habere in criminalibus,quando reus dedit licen
tiam iudici procedendi contra eum in illa cã vſq; ad ſenten-
tiam excluſiuè abſq; alia citatione,de qua licentia habetur ꝑ
Bar.in l.is,qui reus,& in l.inter accuſatorem. inf. de pub. iud.
123 & etiam † dicit Ang. hoc procedere propter monitionem
iudicis ſubſecutam,in qua monuit reum pro ſingulis dieb.&
horis ad comparendũ coram eo,quæ monitio iudicis habet
vnum peremptorium,vt in l.2.& ibi gl.& Doc.C.quomodo
& quando iud.& voluit Bar.in l.poſt edictum,& in l.ad perẽ-
ptorium.s̃.de iud.de quo etiam dicam inf.latius. ideo talis li-
centia & cõminatio ſiue monitio ſufficit ad validitatem ſnīę
arg.no.per Bar.in l.ſi finita.in §.Iul.in 2.col.s̃.de dam. infec.&
ſubdit Ang.vbi.s̃.prædicta procedere,& locum habere,quã-
do reus comparuit,& dedit licentiã iudici procedẽdi,& mo-
nitus fuit vt ſupradictum eſt : ſecus aũt, ſi reus fuit abſens &
contumax, quia tunc nõ valeret ſnīa non citato, per regulã
huius legis & ſimilium.ita finaliter dicit Ang. in loco pręalle.
de quo etiam vide Bal.in conſi.ſuo incip.Reperitur quędam
ſnīa,&c.de conſuetudine autem,quando reus eſt carceratus,
ducitur perſonaliter coram iudice,& in faciem ſuam fertur
ſnīa,præcedente tamen ſono companæ,qui ſonus campanæ
vr̃ quodammodo quædam tacita citatio, quæ non requiri-
tur,nec tacitè,nec expreſsè,quia cum ſit præſens ipſe reus,nõ
vr̃ neceſſaria alia citatio, cum præſens regulariter non ſit ci-
124 tandus,ut dixi s̃.in notabilibus.† Quinquageſimus tertius ca
ſus,in quo non requiritur citatio partis, eſt in caſu cap.finalis
extra qđ me.cau.& l.ſi quando.C. vnde vi.in quib. dicitur,ꝙ
ſi qui paſſus ſit violentiam ab aliquo & fuit ſpoliatus bonis
ſuis,quod põt ꝓbare res ſibi ablatas per eius ſacramentũ prę
125 miſſa taxatione iudicis,quæ iura † licèt loquãtur in reb.abla-
tis per violentiam,tamen extendunt̃ ad res furto ſubtractas,
ſm̃ Io.de Ana.in conſi.ſuo 55.incip.quia dubia, &c.ante fin.
verſi.circa quartam,& Bal.in l.j.in 9. col. uerſi. modo contra
hoc oppo.C.de ſenten.quæ pro eo,quod intereſt, & Alex.in
l.2.s̃.de dam.infec.& Abb. in d.c.fin.quod met.cau.in penul.
col.& volunt alij,quos ego retuli in repetitio. mea rub.C.de
probat.in 29.col.& in tali iuramento de ferendo dãnum paſ
ſo non eſt neceſſaria citatio partis.Ita dixit Io.de Imo.in d.c.
fi.& D. de Rota,quos refert & ſequitur D. Fel.in c. cũ olim.
in 7.col.de re iud.& D. Alex. in conſi. ſuo 130.incip. difficul-
tas huius,&c.in j.volu.& Iaſ.in dicta.l. ſi quando.C.vnde vi.in
4.col.& D.Nic.Millus in ſuo reperto.uerſi.citatio.in ſeptima
col.in 8.uer.de quo dixi etiam in dicta repetitio. mea rub.de
probatio.in 30.col.in verſi.& ſcias quòd violentus,&c.
126 † Quinquageſimuſquartus caſus eſt in domino rei emphy-
teuticę,poſtquàm emphyteuta cecidit a iure ſuo,nam pote-
rit talem rem emphyteuticam alteri locare, etiam non cita-
to dicto primo emphyteuta, licèt tractetur de eius præiudi-
cio.ita dixit Ludouicus Romanus in conſ.ſuo 212. incipien.
quo ad primum.in prima columna,quem refert & ſequitur
Alex.in conſi.ſuo 130.incip.difficultas huius,in primo vol. &
idem etiam tenet Alex.in conſi.ſuo 267.incip.viſa facti,in pri
ma colum.vbi dicit hanc partem tenuiſſe Bal.in c. quæ in ec-
cleſiarum. in 9. colum. de conſtitu. & idem tenet Alexan. in
conſi.ſuo 227.incipien.circa proceſſum,&c.in vlt. columna,
vbi etiam alleg.Ludou.Roman. in dicto conſilio 213. idem

tenet

tenet Iaſ.in l.2.in ſexta colum.verſicu.item quintò. C. de iure
127 emphy. † Et prædicta etiam haberent locum in feudo, cum
procedat argum.de feudo ad emphyteuſim,& ecõtra,vt no.
glo.in c.1.in fi.in titu. an agna. vel fil.& no.Bart.in l.ſi mihi &
Titio. infra de verbo. obliga. & voluit Alex.in d.conſil.267.
incip.viſa facti narratione.in prima colum. & vide quæ ego
dixi in practica mea cauſarum criminalium, in 72.char.& ibi
128 etiam in 73. char. † Quinquageſimusquintus caſus, in quo
non requiritur citatio partis eſt,quando clericus eſt captus à
iudice laico & accuſatus de delicto,nã tali caſu ſi vult oſten-
dere & docere ſe eſſe clericum,non requiritur citatio partis.
Ita ſingulariter dixit Bald. in l.ſi qua per calumniam.in ſecun
da col.in verſ.ſed pone,quod ſi iſte,&c.C.de epiſc.& clericis.
129 † Quinquageſimusſextus caſus eſt, quando iudex abſoluit
præſentem à termino citationis ſibi factæ, nam hoc poteſt
fieri ſine citatione partis aduerſæ. Ita dixit Speculato.in titu.
de contumacia. in §. nunc vobis videndum. in fi. quod di-
ctum refert & ſequitur Bald. ibi in addi. in ſecunda additio.
130 quod eſt no. in practica. † Quinquageſimusſeptimus caſus
eſt,vbi non eſt aduerſarius, nam quando quis non habet ad-
uerſarium,valet actus parte non citata.Ita no. dixit Bal.in l.fi.
in tertia col. verſ. ſed pone quòd altera pars. C.eo.de re iudi.
ad quod alleg.text.in l.3.in §.pen.ſupra de bo.poſſeſ.tit.gene
131 rali. † Quinquageſimusoctauus caſus eſt in illo,qui poteſt fa
cere actum,& tamen non habet iuriſdictionem,nec poteſta
tem citandi, nam tunc valet actus factus parte non citata, &
poteſt poni exemplum,ex forma ſtatuti data eſt poteſtas, ſi-
ue arbitrium alicui tabellioni tranſcribendi inſtrumenta pa-
terna,an tali exemplo dabitur plena fides parte non citata? &
videtur primo dicendum,quod non, vt no.in c.paſtoralis.de
re iudicata.Sed contrarium eſt verius,quia citatio non perti-
net ad notarium,cum ipſe non habeat iuriſdictionem. vnde
quæcũque facit ex generali commiſſione,ex ſola vi tabellio-
natus valent etiam nemine citato, quia impoſſibilis eſt cita-
tio, ergo non requiritur. Ita no. dixit Bal.in authent. ſi quis
in aliquo. in 3.col.verſ. ſed hic quæro vnum. C. de eden. vbi
hoc voluit Ioan.And.in c.cum P.tabellio. in ſuis antiquis ad-
132 dit.de fi.inſtrumen.† Quinquageſimusnonus caſus eſt,quan
do aliquis eſt citatus cum comminatione, quòd ſi erit cõtu-
max in illa citatione,procedetur contra eum ad vlteriora eo
aliter non citato, nam iſto caſu ſi erit contumax in illa cita-
tione,poterit procedi contra eum ad vlteriora ipſo aliter nõ
citato.Ita no.dixit Bar.in l.impuberibus.in §.item ſi quis.ſup.
de ſuſpec.tuto.exemplum ponit in tutore ſuſpecto, qui non
comparet citatus,ſed eſt contumax, nam poterit remoueri
à tutela ſine alia citatione, ſi in prima citatione, in qua fuit
contumax,fuit appoſita dicta comminatio, quia talis com-
minatio vr̃ ipſum citare de nouo, ſecundum eum, ad quod
alle.plura iura,de quibus ibi per eum latius.& idem dixit ipſe
Bar.in l.ſtatuliberos.in §.Stichus.ſupra de ſtatulibe. & ad hoc
alleg. Inno. in c.finem litibus.de dolo & contu.& idem dixit
Bart.in l.conſentaneum.in pen.col. C. quomodo & quando
iudex.& Card. in clem.1. in 7.q.de foro compe. & Bart.in l.ſi
133 apparitor. C. de charta. lib. 12. † Sexageſimus caſus, in quo
non requiritur citatio partis,eſt in condemnatione expenſa
rum facienda,nam poteſt fieri ſine citatione partis. Ita dixit
Bal.in l.ſancimus.in 10.q.C.de iudi.& in Marga. ſua,in verſ.ci
tatio.in 16.verſ.incip. Citatio ſpecialis,&c. alleg. hoc voluiſſe
Innoc.in c.querelam,de procurato.& alleg.etiam no.in c.ſu-
per eo.quod metus cauſa.& dicta per ſe in l.terminato.C.de
fruc.& lit.expen.& idem voluit Dom.Anto. in c.veſtra.in ſe-
cunda col.in verſ.nunquid autem notorietas,&c.de cohabi.
cle.& mulie.& voluit etiam D.Nicola. Millus in reperto.ſuo
in verſ.citatio.in ſexta col.in verſ.inci.citatio non reqrĩt, &c.
De quo etiam per Iaſo. in l. ne quicquam. in decima col. in
verſ.decimoſeptimo fallit, ſupra de officio proconſul. & iſti
ſunt omnes caſus, quos hactenus reperi, in quib. valet actus
parte non citata,qui caſus multum ſunt notandi in practica,
& etiam ad limitationem huius legis no. Et forte hos caſus
ſimul cumulatos, vt ſupra per me, alibi non inuenies apud
aliquem,nec antiquum,nec modernum. Modò viſis prædi-
ctis limitationibus, ſequitur videre de aliquibus circa mate-
ria citationis,quia ipſa citatio eſt principalis materia huius le
134 gis. † Et ideo primò ſcias,quod citatio non valet, niſi fiat ad
inſtantiam partis, ſecundum Io.And.& alios in c. quoniam
cõtra.de proba.& Cyn.in l.fi.C.de exhi.reis.& Doct.in c.1.de
iudi.& Spec.in tit.de citatione.in §.ſequitur. verſ.illud autem
no.&c. & Bald. in l.cum clericis. ante fi. de epiſco. & cleri. &
Bald.in l.conſentaneum.in prima col.C.quomodo & quan-
do iud.& hoc probat text. in c.ſignificaſti. in verſicu.ad peti-
tionem.de foro compe. & in c.penult. verſi. ad petitionem.
eodem tit.& in l.ad peremptorium.ſupra de iudi. & habetur
in l.fin.de bo.aucto. iud. poſſi. De quo latius per Do.Maria.
Socin.in dicta repetitio.rub.de dilationi.in 12.colum.verſic.
135 ſexto principali articulo. Et pro iſtis etiam à ſimili facit,† nã
ſententia debet ferri ad inſtantiam partis, aliàs non valet, ſe-
cundum Bald.in l.prima.C.vt.quæ deſunt aduoc.parti.quem
ſequitur Pet. de Anchar. in conſ. ſuo 166. incipien. viſis dili-
genter,in prima colum.& voluit glo.& ibi Docto.in l.prope
randum.in princ.in glo. magna. C.de iudi.& Bal.in conſ.ſuo
61.incip.ſuper contentis.in 6.volum.& hinc ſumpta occaſio
ne inſurrexit practica procuratorũ.Nam dicunt iudici,quan
do ſunt pro parte actoris, Domine iudex, peto ſententiam
ferri in tali cauſa,de quo etiam dixi in l.vnius.in §. cogniturũ.
in 4.colum.in fi.ver.& ad ſuperius dicta. inf.de quæſt.& habe
tur etiam per Lud.Roma.in rubr.ſ̃.de arbi.in 9.char.in 3.col.
& de primo dicto de citatione dicas idem eſſe in criminalib.
ſecundum Bald. in d.l.cum clericis. & in l.ſi accuſatoribus. in
136 ſecunda colum. C. de accuſa. & † talis citatio debet fieri de
commiſſione iudicis, aliàs non valet, ſecundum Docto.in
l.neminem.C.de exhiben.reis. per illum text. & voluit Inno.
& Ioan.And.in d.c.quoniam cõtra. vbi dicit D.Ant. & Ioan.
de Imo.quòd citatio eſt nulla,ſi de commiſſione ipſius facta
per iudicem non apparet in actis, & voluit Bald. in d.l.cum
clericis.in ſecunda col. de quo etiam per D.Alex. in l.qui no-
mine.infra,de fal.& vide Bal. in l.ſi quando. in 12.quæſtio.C.
137 de teſti.vbi † quærit,an citatio poſſit fieri per nuncium ſine
ſpeciali commiſſione iudicis.& dicit quòd Innoc.in d.c.quo
niam contra.& ibi Ioan.And.poſt eum dicunt, quòd nũcius
publicus generalis poteſt citare ſine ſpeciali commiſſione,
ſed Cyn.in d.l.neminem.C.de exhiben. re. dicit contrarium.
Soluit ipſe Bald.& dicit quòd in citatione reali, vt eſt captu-
ra,requiritur commiſſio iudicis,vt in l.neminem. ſed in cita-
tione verbali diſtinguit hoc modo,videlicet, aut talis citatio
requirit cauſæ cognitionem & iudicis motum, & tũc requi-
ritur monitio ſeu commiſſio iudicis,aut non requirit cauſæ
cognitionem,ſicut eſt citatio ſimplex ad comparendum co
ram iudice,& tunc poteſt ſaluari opinio Innocen.vt ſufficiat
generalis auctoritas nuntij ſine ſpeciali commiſſione, & di-
cit Bal.quòd hoc ſeruatur Florentiæ de conſuetudine, quæ
ſecundum eum,eſt ſequenda.ita reſidet Bal.in d.l.ſi quando.
de quo etiam per Ioan.de Imo.in l.ex cõſenſu. in §. eum qui.
infra de appella.& per Pau.de Caſt.in conſ. ſuo 50. incipien-
te, in cauſa quæ vertitur, &c. & vide omnino Dom.Maria.
Soci.nota.loquentem in dicta rubr. de dilat. in 12. char.in ſe-
cunda col.in verſ.ſexto principali,&c. Et adde prædictis, ꝙ ſi
eſt de conſuetudine, quòd nuncius citet ſine commiſſione
iudicis, quòd ſi vigore talis conſuetudinis citat aliquem ſine
commiſſione iudicis, non poterit citare die feriata pro non
feriata, aliàs citatio eſſet nulla, ſicut iudex non potuiſſet die
feriata committere citationem faciendam. ita dixit Bald. in
d.l.cum clericis.C.de epiſco. & cleri. & vide etiam Bal. in l.in
minorum. C. in quibus cauſis in inte. reſti. non eſt neceſ. &
Alex.in conſilio 123. incip. viſo proceſſu.in ſecundo volum.
138 † Et ſcias etiã,quòd quilibet bonus iudex non debet com
mittere primam citationem,niſi prius videat petitionẽ acto
ris,an ſit honeſta & iuſta,ſecundum Oldr.in d.l.cum clericis,
quod ibi Bal.reputat no.dignum.quos refert & ſequitur Iaſ.
in rubr. C. de eden. in prima columna, in verſicu. ſed bonus
139 iudex, &c. † Item circa prædictam materiam commiſſionis
citationis fiendæ per iudi. adde not. verbum Bal. in additio.
Specula. in titu. de citatione, in tertia colum. verſicu. ſunt
tres iudices, &c. vbi dixit, quòd ſi ſunt tres iudices delegati
ſimpliciter, duo nõ citant abſente tertio. nec prodeſt ratifi-
catio iudicis abſentis. allegat Specu. in titu. illo. in §. iam de
citatione.in 8. colum. verſic. hoc autem. vbi Specu. hoc re-
ſtringit, niſi in delegatione eſſet clauſula, quod ſi non om-
nes,&c. De qua clauſula habetur per ſcribentes in c.pruden-
tiam, in princ. de offi. delega. & in c.cum cauſa. in eod.titu
140 de quo latius ibi per eum. Et facit in ſimili, † nã ſi tres ſunt
iudices delegati, & confeſſio fiat coram duobus, non valet
vt cõfeſſio iudicialis, ſi ſimpliciter ſint dati.ita no.dixit Abb.
in c.olim ex literis, in fi.de reſcri. quod dicit eſſe ſingulariter
141 no.allegat iura,de quibus ibi per eum.An autem,† quando
in actis conſtat de citatione & relatione, præſumatur tunc
quòd præceſſerit commiſſio iudicis de citando? Io.de Imo.
in dicto c.quoniam contra, & Ang. in l.ſciendum. infra de
verb.obliga.& ibi Alex. in penult.colum. dicunt quòd non.
Sed Dom.Anto.in d.c.quoniam contra,& Abb.in c.primo,
in ſecunda colum. verſicu. tertio nota. de iudi.& Guido. de
Suza.in l.ad peremptorium.ſupra de iudi. dicunt cõtrarium,
ſcilicet quòd præſumitur commiſſio, quando nuncius eſt
bonæ famæ, & agitur de modico præiudicio,per notata per
Innocen. in c.1.de cleri. peregri. & in c. ea noſcitur. de his,

quæ fiunt à præla.de quo vide Alexan. in conſ.123.incip.viſo
proceſſu. in ſecunda colum. in 2.volum.de quo etiam vide
vnum verbum, quod dixi in l.de minore. in §. plurium. in
quarta colum.verſic.& facit quod nota.infra de quæſtionib.
142 † Vlterius ſcias, ꝙ ad validitatem citationis requiritur, quòd
iudex videat relationem nuntij, aliàs actus fiendus eſſet nul-
lus.Ita voluit Bar.in l.multum intereſt.ſ.de condi.& demon.
& in l. ſi finita. in §. Iulianus. ſ. de dam. infec.Pro quo dicto
ipſe Barto.allegat Innoc.in c.cum contingat.de offic.delega.
& tex.in l.hæc autem.in §.1.in verſ.conſtare liquereq; Prętо.
ſupra ex quibus cauſis in poſ.eatur.Et illud dictum Bar.refert
& ſequitur Do.Anto. in c.dilecti. in 9.col. de dolo & contu.
& in c.cum dilecti.in tertia colum. de elec. & Cald. in conſ.
ſuo vltimo,in tit.de dila.& Card.poſt Pet.de Anch.in clem.2.
vt lite pēden.in fi.& Abb.in clem.præſenti.de cenſi.& in c.ad
noſtram.el terzo.in 5.colum.de iureiur.& in c.fi.in 9.colum.
de foro compe.& Pet. de Anchar. in c. ſecundo, de officio
deleg.& Bal.in l.generaliter,in §. de præſentib. C. de re.credi.
& in auth.matri & auiæ.C.quando mulier officio tuto.fungi
poteſt.& in l.eum qui res.ad fi.verſ.anteq̃ nuncius.C.de ꝑcu.
& in l.fi.C.de ſportu.& Imo.in c.ex tenore. de foro compet.
& Bal.Imo.& Ludo.Roma.in l.ſed ſi de ſua.in §.cum autem.
ſupra de acquir.hæredita.& Bal.& Imo.in c.ſæpe.de appel.vbi
eſt optima glo.ad hoc.& Ludo.Roma.in conſ.454.incipien.
in re præſenti, in 3. colum. [Et Alex. in conſ.incip. circa pri-
mum.in pen.colum.in 6.volum.] de quo dicto Bart.vlterius
me non extendo hic, quia de eo latius locutus ſum vltra oēs
antiquos & Moder.in l.patre vel marito. in 9.10.11.col.cum
143 ſequenti.infra de quæſt. † Vlterius ſcias etiam,quòd ſi citans
ipſe ſit contumax,& non compareat, perinde eſt, acſi nō ci-
taſſet,& illa citatio eſt nulla.ita dixit Bal.in l.& poſt edictum.
in §.1.ſ. de iudi. ex quo dixit ꝙ per talem citationem actore
non comparente non interrumpitur præſcriptio. allegat ad
hoc Gui.de Cu.in l.ſicut. C. de præſcrip.30. anno.quod dicit
eſſe nota.dignum.& idem dixit ipſe Bal.in l.1.ſ.de in ius voc.
pro quo facit optimè gl.in l.ſi pater.C.ne de ſta.defun.& pro
hac parte eſt tex.in l.item illa.ſ.de conſtitu.pecu. & hanc par-
tem etiam tenuit Ludo.Roma. in conſ. ſuo 454.incipien.in
re præſenti.in 3.col.Et faciunt optimè dicta per Iaſo.in rubr.
ſ.de in ius voc. vbi plura ad hoc adducit. & faciunt etiam di-
cta per Pet.de Ancha.in cōſ.ſuo 206.incip.in quæſtione,quę
vertitur. & faciunt etiam no. verba Alex. in conſ. ſuo 90. in-
cipien.viſo proceſſu.in vlt.col in 5.volum. in verſ. nec obſtat
144 ſi diceretur.vbi omnino vide. † Aduerte tamen, quia iſtud
procedit quò ad partem,ſed ſecus eſſet quò ad iudicem,nam
ſi citatus non comparet, poteſt mulctari, licèt illo die iudex
non ſederit, quando cauſa eſt talis, quod in ea proceditur à
iudice nō ad inſtantiam partis, ſed ex officio ſuo. ita r.o.dixit
D.Anto.in c.fi.circa fi.de dolo & contu.licèt gl.ibi ſit in con-
trarium.& glo.in l.2. ſ.ſi quis in ius voc.nō ierit. Mihi tamen
magis placet opi.D.An.& hoc per tex.nota.in l.qui commea
tus,inf.de re milita.vbi dicitur,ꝙ quis debet probare ſe veniſ
ſe vſq; ad locum,in quo fuit impeditus,vt ſe excuſet à contu
145 macia.pro † qua opi.facit etiam,nam citatus à iudice incom
petenti ſi non comparet,poteſt mulctari, vt hr̃ in l.ſi quis ex
aliena.ſ.de iudi.& in l.ex quacunq;.ſup.ſi quis in ius voc.non
ierit.& facit quod voluit Do.Ant.in c.fi.circa fi.extra de clan-
deſt.deſpon.vbi dicit,quòd citatus qui eſt contumax, poteſt
146 mulctari,etiam ſi actor nullum ius habeat. † Et facit in argu.
nam ſi extat ſtatutum, quòd ſyndicus villæ teneatur denun-
tiare omnia maleficia ſub pœna, tunc tenetur denunciare
etiam maleficia non punibilia,quia ad ipſum nō pertinet co
gnitio,an ſint punibilia necne,ſed ſpectat ad iudicē. Et ideo
ſi non denunciauerit etiam maleficia nō punibilia, cadet in
pęnam.ita dixit Bar.in l.1.§.accuſationē.circa fi. inf. ad Turpi.
& Ang.in l.fi.ſ.de publica.& Ang.de Are.in tract.ſuo malefi-
cio.in verbo,necnō ad denunciationem. in prima charta. in
4.col.verſ.quæro,an iſte denūciator.& Pet.de Anch.in clem.
præſenti.de cenſi.& idem tenet Ang.de Are. in dicto verbo,
necnon ad denunciationem.in 7.char.in verbo,quid ſi ſtatu
to cauetur.& in eadem char.in verſicu.quæro,vnum malefi-
cium,&c. & vide D.Augu.de.in ſuis addit.ſuper dicto verſic.
quæro,an iſte denunciator,&c. vbi adducit aliqua in ꝯrium,
ſed poſtea firmat hāc opi. & vide etiam ad ſupradicta Barba.
in c.veniens.in 5. colum. in fi. de accuſ.& Pet. de Anchar.in
conſ.ſuo 96. incip. in quæſtione, quæ vertitur.in 2.col.& Bal.
ſuper ſtatutis. in ver. capere. in ver.ſtatutum ꝙ homines,&c.
& D.Fely.qui aliqua in ꝯrium adducit, & tamē hanc partem
147 firmat in c.ſi perfodiens.in 2.col.de homici. † Item vltra prę
miſſa ſcias,ꝙ ſi citatus non comparet,non poteſt dici contu
max,ſi pars aduerſa non accuſauit contumaciam ſuam in iu-
dicio,ita dixit Bald.Rapha.& Pau.de Caſt.in l.prouidendum.
in §.& ſi quidem.C.de iudi.de quo ibi latius per Iaſo.in 2.col.
& per Bart. in l.2.in vlt. col. ſ.ſi quis in ius voca. & in l.arbi.la
prima.ſ.de arbi.& in l.cōſentaneum,in vlt.col. C. quomodo
148 & quando iud.& in auth. ei qui.in fi. C. de temp. appel. † Et
facit in ſimili,quod voluit Bald.in l.ſuus. C.de repu.hæredi.in
2.no.& Cyn.in l.1.in 6.q.C.de confeſ.vbi dicunt, ꝙ confeſſio
non nocet confitenti,niſi ſit acceptata per partem,qđ etiam
dixit Saly.in l.1.in 15.oppo.& in l.iubemus.C.de libera.cauſa.
& in l.generaliter.in 16.q.C.de non nume.pecu.vbi refert ſę-
pius cōſuluiſſe pro hac parte,& ita tenuiſſe D. ſuum Richar.
de Saly.& hanc partem etiam tenent Moder.in l.certū.in §.ſi
quis abſente. ſup. de confeſ. & idem tenet Alex. in conſ.ſuo
364.incip.in cauſa appellationis.in 1.col.& in conſ.335.incip.
viſo ſuperiori themate.in fi.5.col.& in conſ.429.inci.in cauſa
& lite vertente inter prouidum mercatorem.in 2. col. & in
conſ.90.incip.ferè omnis vis iſtius cōſultationis,&c. in 1.vol.
& Soci.in ſuis fallen. in 69. fallen. incip. primò fallit,niſi poſt
dictam,&c. & D.Fely.in c.capitulum ſanctæ Crucis,in 12.col.
in fi.extra de reſcri.& voluit Ludo.Roma.in l.1.§.ſi quis ſim-
pliciter.infra de verb.oblig.& voluit Iaſ.in l.error. in 1.col.C.
de iu.& fac.igno. vbi latè loquitur circa hāc materiā, & inter
alia dicit, ꝙ non ſufficit, ꝙ teſtes dicant confeſſionem fuiſſe
factam parte pręſente,niſi etiam dicant,& expreſsè acceptan
te. ad quod allegat Salyc. in d. l. iubemus. in fi. C. de lib.cau.
149 † Item adducit etiam in ſimili, no.verbum Bal. in c.cum ve-
niſſent.in 4.col.de cauſa poſſeſ.& proprie.vbi dixit,ꝙ renun-
ciatio non nocet renuncianti,ſi non fuit acceptata per partē
aduerſam,quod eſt ſingu.no. [Vide Alex. in conſ.174.incip.
in cauſa.in 6.vol.& ibi in conſ.212.inci.ponderatis. in 7.col.]
Adducit etiam Bal.in d.l.3.C.de repu.hæredi. vbi dicit, ꝙ qui
non acceptat verba aduerſarij, non poteſt ſe ex illis iuuare.
Item adducit Bart.in l.poſtquam liti,pen.col.C.de pact.vbi di
xit,ꝙ renunciatio facta abſente parte in præſentia iudicis, ita
demum præiudicat,ſi per iudicem ſit expreſse acceptata no-
mine abſentis,aliàs ſecus. Et idem quaſi per omnia dixit ipſe
Iaſ.in d.l.poſtquàm liti,in 1.col. ad quæ etiam vide, quæ ego
dixi in repetitio.mea rubri.C.de proba.in 25.col.verſic. item
ſcias,quòd confeſſio,&c. & in ſing.meo 315. incip.acceptio.
& vide Barba.in cōſ.ſuo incip. Prope eſt Dominus inuocan-
tibus eum,&c. in 4.col.& Do.Fran. de Curte,in conſilio ſuo
77.incip.ſuper articulo,&c. & Do.Fely.in c.ſi cautio.in 6.col.
de fide inſtru.& Ludo.Roma. in conſ.ſuo 433. incip. quo ad
primum,&c. in vlt.col.& Barba.in c.olim. il ſecōdo, in 3.col.
150 in fi.de offi.deleg. † Iſtud tamen,quod dixi ſupra,videlicet ꝙ
ad hoc vt non comparens dicatur contumax,debet ꝑ aduer-
ſarium accuſari contumacia ſua, aliàs non dicetur cōtumax,
iſtud eſt verum,niſi ex forma ſtatuti caueretur,ꝙ contumax
haberetur pro confeſſo. Nam tunc citatus non comparens
dr̃ contumax, etiam ſi eius contumacia non ſit accuſata per
partem,ita no.dixit Bal.in l.ſi tutor. C.de interdicto matrim.
quem refert & ſequitur Alex.in l.abſentem.in 7.apoſtil.infra
de pœn.& voluit etiam Bar.in l.inter accuſatorem.in vlt.col.
inf.de publi.iudi. Pro quibus faciunt optimè, quę dixi ſupra
151 in 37.limita. huius. l.vbi videas. † Vlterius circa principalem
materiam huius l.adde, ꝙ citatus ad hoc vt ſit contumax, de-
bet ter citari,vel ſemel peremptoriè. l.contumacia. §.1. infra
in hoc tit.& hr̃ per Doc.in hac l.noſtra, & in l.cōſentaneum.
C.quomodo & quando iud. & in l.tres denunciationes. eo.
titu.& hr̃ in l.nonnunquam.ſup. de iudi. & per gl.& Doct.in
152 l.2.C.quomodo & quando iud.hoc tamen, † ꝙ iudex poſſit
facere,ꝙ vnica citatio tantum habeat vim peremptorij,limi
ta ſeu declara quatuor modis.Primò,niſi requirantur tres ci-
tationes pro forma, nam tunc non poterit iudex facere, ꝙ
vna citatio tantum habeat vim peremptorij. ita dixit Bald.in
l.2.in 2.col.C.qũo & quando iud. & D.Anto.in c.ex tunc.de
cle.non reſiden. & ſentit etiā in c.qm̃ frequenter.§.porrò, vt
lite non conteſt.Secundo limita,quando tractatur de pœna
imponenda,quia tunc requiritur trina citatio, & tūc vna nō
pōt ſufficere peremptoriè pro omnib. ita no. dixit D.Ant.in
d.c.ex tunc,in pe.col.de cleri.nō reſi.alleg. ad hoc glo.in cle.1.
verſ.3.de vita & hone.cleri. quam dicit perpetuò mēti tenen
153 dam. † Tertiò limita,& dicas ꝙ non requiritur trina citatio,
ſed ſufficit vna etiam nō peremptoria,quando pars citat par-
tem,vt puta ſi ſunt duo arbitri,& vnus velit ferre laudum vel
facere aliquem actum.Et debet requirere ſeu citare ſocium
arbitrū, nā tunc ſufficiet vna citatio, etiam nō peremptoria.
ita ſingu.dixit glo.in clem.1.de hæreti.in verſ.requirantur.Et
idem dixit Bald. allegans illam glo. in l.ad peremptorium.
circa finem, ſup. de iud.& illam glo.etiam refert & ſequitur
Lanfran. Brixien. in ſuo tract. de arbi. ſub rubr. quot modis
compromiſſum ſeu arbitramentum annulletur. in 9.col. de
quo ego dixi in ſingu.meo 53.incip. ad hoc vt quis, &c.

† Quartò

154 † Quartò limita ſeu declara,& dicas,quòd ſufficit vnica ci-
tatio etiam non peremptoria, quando citatur perſona po-
tens.ita no.dixit Io.And.in c.nō minus,de immu. ecc. quem
ſequitur Bald. in c.1. in princ. in 2.colum. de mili. vaſſal. qui
contu.eſt.& Dom.Fely.in c.in nomine Domini, in 5.col.de
teſtibus.de quo dixi in ſing.meo 91.incipien.regulariter,&c.
155 † Modò vlterius adde,ꝙ monitio iudicis habet vim perem-
ptorij.tex.eſt,& ibi glo.clarior, in l.2. C. quomodo & quādo
iud.& ibi Barto.& alij.& voluit Bar.in l.ſi finita. in §. Iulianus.
ſupra de damno infecto.& in l.poſt edictum. & in d.l.ad pe-
remptorium.ſupra de iudi.de quo etiam dixi ſupra, in 52. li-
mita.& hoc habet locum non ſolum,quando iudex ore pro
prio monet partes,ſed etiam habet locum, quando nuncius
præſente iudice de mandato ſuo monet partes, nam etiam
talis monitio habet vim peremptorij.ita dixit Bald.in d.l.2.in
156 1.col.C.quomodo & quando iudex. † Pro quo faciunt di-
cta per D.Anto.in c.cum cauſam. in fi.pen. col. de iuramen.
calum.vbi dixit,ꝙ licet c.2.de confeſ.in 6.velit,quòd reus de-
beat eſſe iuſſus & monitus à iudice, vt habeatur pro cōfeſſo,
ſi non reſponderit poſitionibus, tamē ſufficit ꝙ fiat per nun
cium de mandato iudicis, quod dictum ibi refert & magni-
facit Ioan.de Imo.& facit,quod voluit Ang. in authent. hoc
amplius.in 1.col.C.de fideicom. vbi dicit ſe habuiſſe de facto
ꝙ licèt in caſu illius authent. requiratur fieri monitio à iudi-
ce,tamen ſi fuit facta monitio de mandato ſeu nomine iu-
dicis, dicitur facta per ipſum iudicem. allegat ad hoc glo. in
Authen.de hæredi.& falcid. in §.illud quoq;.in verbo,decete
157 ro.& pro iſtis † faciunt etiam dicta per Bar.in cōſ.ſuo, incip.
in quæſtione propoſita ſolum examinare intendo, &c. vbi
dixit,ꝙ ſi duo teſtes deponant in iudicio,& vnus dicat,quòd
ego mutuaui ſeu muneraui Titio centum,alius dicit,ꝙ ego
numeraui Caio centum,præſente & volente Titio,quòd iſti
teſtes ſunt conteſtes & plenè probant,quia non refert an nu
meratio fiat Titio,an alij eo præſente & volente. Et illud cōſi
lium Bart.refert & ſequitur Ludo. Roma. in l.ſingularia, in
vlt.col.ſ.ſi certū petatur. Pro quo dicto eſt text. in l.quod ſta
tuliberum.in fi.ſupra de dona.cauſa mor. vbi tex.dicit, quod
ab alio nomine ipſius eo præſente datur,propè eſt,vt ab ipſo
158 datum intelligatur,&c. † Et dicit Dom.Ant.in c.quoties. de
pact.quòd ſtante ſtatuto,ꝙ contra geſta per iudicem ſenten
tiando vel alio modo procedēdo nihil poſſit opponi, quòd
ſi contractus fuit celebratus inter partes in præſentia iudicis
eo autorante,ꝙ perinde opponi nō poterit, ac ſi contractus
159 eſſet factus à iudice. † Et dixit Bar.in l.ciuitas.in vlt. q.ſupra ſi
certum peta. quòd ſi pecunia ſit mutuata adminiſtratori ci-
uitatis,vel collegij,præſente collegio, quòd propter præſen-
tiam probatur pecuniam verſam in vtilitatē collegij,& colle
gium obligatur.quæ omnia refert & ſequitur Dom.Iaſ.in l.ſi
160 procuratori præſentis,inf.de verbo.oblig. Et faciunt † etiam
dicta per Docto. ibi, & maximè à Dom.Bald. & Dom.Ioan.
de Imo.vbi dicunt,quòd ſi Notarius præſente Poteſtate, vel
iudice,legit ſententiam, quòd valet talis ſententia, quia vide-
tur ipſe Poteſtas legere. quod reputat Imo. ibi menti tenen-
dum. Attamen D.Iaſ.in d.l.ſi procuratori præſentis.reprobat
hoc dictum, per text. in l.2.C.de ſent.ex periculo recit. & per
tex. in c.fin. de re iudica.in ſexto. de quo latius ibi per eum.
☞ [Vide Corſetum in no. in verbo citatio, incipiente, ſi nun-
cius &c. & Dominum Alexan. in conſilio 178.incip. viſis, in
1.colum.in 7.volumine.]
161 † Scias vlterius, quod in cauſis ſummarijs vnica citatio ha-
bet vim peremptorij, ſecundum Dominum Ludo.Roma.
in repetitione rubr. ſupra de arbit. in nona charta,in 2.col.in
verſiculo,& vide quod nota. &c. vbi dicit, quod hoc tenent
Domini de Rota,quos refert & approbat Dom.Bal.in rubr.
C.commina.vel epiſt.ad quod dicit etiam videnda eſſe dicta
per Bart. in extrauagan.ad reprimendum. in verbo,ſumma-
riè.Et ſubdit Ludo.Roma.in dicta rubr.in 3.co..9.char.quod
idem eſt in extraiudicialibus, in quibus vnica citatio, vel vni-
ca monitio, etiam non peremptoria ſufficit. Ad quod alle-
gat Bar.in l.Titia.in §.vſuras,ſupra de leg.2. quæ doctrina fuit
originaliter Innoc.in c.cum nobis olim.de electio.ſecūdum
Ludo.Roma.vbi ſupra. Nec eſt admiratione dignum,quòd
in cauſis ſummarijs vnica citatio habeat vim peremptorij,
quia in ſummarijs admittuntur & tolerantur aliqua,quæ nō
tolerantur in plenarijs,vt patet ex his,quæ habentur in clem.
ſæpe.de verbo.ſig.& in clem.diſpēdioſam.de iudi.& per Bar.
in extrauagan.ad reprimendum.in verſ. ſummariè, & in l.ne
162 quicquam.in verſ.de plano.ſ.de officio proconſul.† Et ideo
dixit Abb.antiquus & Io.And.in c.veniens. el ſecondo. extra
de teſtib.ꝙ in iudicio ſummario non poteſt obijci exceptio
in perſonā teſtium, quod dictum refert & ſequitur ibi Do.
Ant.in 3.col.& Lud.Roma.in ſing.ſuo 386.incip.reprobatio
perſonarum,&c. & D.Franc.de Aret.in conſ.ſuo 61.incip.in
cauſa illorum,&c. circa finem. Pro quo dicto faciunt opti-
mè dicta per D.Fely.in d.c.veniens.in 5.col.in verſ.quinta cō-
cluſio,&c. quod dictum tamē intellige & exemplifica,vt per
Lud.Roma.in d.ſuo ſingulari,& vide Bald. omnino in l.præ-
ſcriptione.11.col.in verſ.quarto quæro.C.ſi ꝯ ius,vel vti.publ.
Vide tamen Bar.in l.iudices. C. de iud.& in l.1.ſ.de teſt.milit.
& in extrauagan.ad reprimen.in verbo, ſummariè, & omni-
no eundem Bar.in l.ſi quis à liberis. in §. ſi quis ex his. in ver.
quæro,in iſtis ſummarijs,&c. ſ.de liber. agno. vbi in materia
multum non loquitur. Et vide quæ ego dixi in repeti. mea
rubr.C.de proba.in vlti.col.in prin. Et licèt plura admittātur
in cauſis ſummarijs,quæ nō admittuntur in plenarijs, vt dixi
163 ſupra: attamen † tene menti,quod in ſummarijs etiam non
proceditur ſine qualiquali petitione,ſm Doc.in cle.ſæpe. de
verbo.ſig. & voluit Iac. Butr. in auth.offeratur,& ibi etiā per
alios.C.de lit.conteſt.& Spec.in tit.de libel.concep.in §.nunc
dicendum.in primo ver.& D.Anto. poſt alios in c.1.de libel.
obla.& Bald.in l.ab executione.C.quorum appella.non reci.
quos ad hoc refert & ſequitur Soci.in conſ.ſuo 96.incip.viſo
proceſſu.in 1.col.de quo etiam per Do.Alex.in conſ.ſuo 66.
incip.viſo proceſſu,&c. in 3.col. in 1.vol.& ideo dixit ſingu.
verbum Alber.de Roſa.& Oldra.in l.iuſiurandū. & ad pecu-
nias.§.ait prætor.ſ.de iureiur.quos refert etiam Iaſ. in repeti.
l.admonendi. in 32.col. verſ. item inquantum in ſuperiorib.
ſ.de iureiur.videlicet ꝙ ſi actor facit citare reum, & petit ab
eo centum, & offert ſe velle ſtare iuramento ſuo, vel ꝙ ipſe
reus ei referat iurm,reus autem dicit,offeras primò libellum
tuum,poſtea vel iurabo,vel tibi referam iurm. Actor autem
dicit,Iam tu intelligis petitionem meam,ego nolo offerre li
bellum,quia nolo litigare. Dicunt prædicti Docto.ꝙ ſi actor
non porrigat libellum, nō poterit reus dici eſſe in manifeſta
turpitudine,nec in eo habebit locū l.manifeſtæ.ſ.de iureiur.
quod eſt ſingu.verbum,ꝙ nō habet ꝯdictorem, ſm Iaſo. vbi
ſupra,licèt dictum ſibi non placeat, per iura per eum ibi ad-
ducta, attamen in contingentia facti fortè pro ipſo dicto iu-
dicaretur, per rationes & iura concludentia pro ipſo dicto,
164 quæ non exprimo, cum præſentialiter non expediat. † Scias
etiam ꝙ licèt (vt dixi) in cauſis ſummarijs requiratur qualiſ-
qualis petitio, attamen in ipſis cauſis ſummarijs reſcriptum
ſuccedit loco petitionis, ſm Innoc. in c.dudum. il ſecondo,
de elect.& Spe.in titu.de libel.concep. in §. nunc dicendum.
ver.6.& in tit.de præb.§.1.ad finem.& Bal.& Io.de Imo.in l.ſi
quis filio exhæredato.in §.hi autem.ſ.de iniuſto rup. irritoq;
teſta. Et volunt Cano.& maximè Do.Anto.in c.præterea. de
dilatio.& voluit D.Alex.allegans ad hoc prędictos Doctores
in conſ.200.incipien.in cauſa,& lite,&c. in princ.in 2.volum.
An autem cauſæ ſummariæ habeant inſtantiam, vide Alex.
165 in conſilio ſuo 50.incipien.viſis actis. in ſecundo vol. † Mo-
dò vlterius progrediendo ſcias, quòd citatus ſimpliciter in
cauſis pecuniarijs,intelligitur citatus vt compareat per ſe,vel
per procuratorem.l.fi. C.de procu.quod eſt verum, etiam ſi
in citatione dictum eſſet,quòd deberet perſonaliter compa
rere,niſi iuſta cauſa ſuaderet ad perſonaliter comparēdum,
ſecundum Albe.Pet.& Bald.in d.l.fin. de quo etiam habetur
per glo.& Docto.in c.humilis. in verſ. perſonaliter,de maio.
& obedien. & in c.1. & ibi glo.in verbo, delegatum. de iudi.
166 in 6. Attamē † licèt,vt dixi, citatus in cauſis pecuniarijs tenea-
tur comparere per ſe,vel per procuratorem,tamen ſi talis ci-
tatus timet inferri vim nedum perſonæ, ſed etiam cauſæ,nō
tenetur tunc comparere etiam per procuratorem. Ita dixit
Ang.in l.2.in §.quod diximus,poſt medium. ſ.ſi quis cautio.
quem refert & ſequitur D.Felyn.in c.accedens.il ſecondo.in
3.col. verſic. ſecunda concluſio, &c. extra ut li.non conteſt.
167 † Adde etiam in hac materia citationis aliud,ꝙ citatio incer
ta ratione loci,vel temporis,eſt nülla. ita habetur in l.aut qui
aliter.in §.1.ſ.quod vi,aut clam.& no.Bar. in l.ſi vt proponis.
la ſeconda.C.quomodo & quando iudex.& Spec. in titu.de
citatione.in 1.verſ.item quod eſt ciuitas.& Ang.in l.vt perfe-
ctius.C.de anna.excep.& D.Alex. referens prædictos in conſ.
ſuo 124.incip.in cauſa & lite.in vlt. colum. Quod tātum ego
credo eſſe verum reſpectu loci quò ad iudicem delegatum,
vel quò ad arbitros,qui non habent certum & firmum locū.
Sed ſecus credo eſſe in iudice ordinario,qui habet locum ſo
litum & conſuetum ad reddendum ius omnibus, ita dixit
Barto.& Ange.& alij in l.ſi,vt proponis.la ſecōda. C.quomo-
do.& quando iudex. & Ang. in l.1. §. hæc ſtipulatio. in 8.col.
ſupra ſi cui pluſquàm per leg.Falci.& facit tex. & ibi ponunt
Docto. in c. cum parati. de appellatio. Et faciunt dicta per
Dom.Philip.Decium in conſilio ſuo 163.inci.in cauſa matri
moniali,&c. in 7.col.De citatione autē incerta ratione tem-
168 poris,vide Bald.in l.fina.C.de iure do.impe.ubi dicit, † quòd

quando eſt appoſitum tempus incertum in citatione, quòd
tunc citatus tenetur comparere quàmprimum poteſt. De
quo etiam per Bal.& alios in l.vt perfectius. C.de annali exce
ptio. & per Innoc. in c.cum nobis. in 2.col. de electio.& per
Dom. Antonium in c. cum parati. in 4. no. de appell.& per
Do.Nic. Millum in ſuo reperto. in verbo, citatio.in 4.col.in
1.notab.& per Bal. in margarita ſua. in ver.citatio. in verſicu.
28.vbi dicunt, quòd quando citatio eſt incerta ratione tem-
poris, ꝙ tunc citatus debet comparere hora ſolita & conſue
169 ta reddendi ius à iudice. † Quid autem de citatione incerta
reſpectu actus fiendi, vt puta citatur quis coram iudice pro
tali die & hora ad audiendum voluntatem iudicis, an talis ci-
tatio valeat? In quo glo.in clem.ſæpe, circa finem. in verſ. ad
id.de verbo.ſignif.dicit talem citationē non valere. Pro quo
170 facit. † Nam citatio generalis eſt nulla, ſecundum gl.& Doc.
in c.fi.de reſcrip.& voluit Lud.Roma.in ſingu.ſuo 370.incip.
citatur quis,&c. vbi allegat Do. de Ro. hoc tenentes, & Do.
Anto.in c.ſępe.de appell. Tu dicas, ꝙ hoc idem tenuit Dom.
Anto.in c.ad petitionem.in 2.col.in fi.de accuſatio.& Ludo.
Roma. in conſ. ſuo 369.incip. circa primum.in 2.col.de quo
etiam per Barb.in c.conſuluit,in 2.col.de officio deleg.& per
Bal.& Saly.in l.conſentaneum.C.quomodo & quādo iudex.
171 † Item circa materiam citationis incertę ſcias, ꝙ citatio incer
ta ratione cauſæ, quia non continet cauſam, propter quam
quis citatur, talis citatio eſt nulla ſecundum Bald. in l.præſcri-
ptione.in antepen.col.C.ſi contra ius,vel vti. pub.vbi dixit, ꝙ
citatus, qui non comparuit, non condemnatur in expenſis, ſi
in citatione facta apparet non fuiſſe cauſam citandi. allegat
Innoc.in c.dilecti filij. de exceptio. quod dictum refert & ſe-
quitur Dom.Fely. in d.c.dilecti filij. in fi.verbis.& idem dixit
Spec.in tit.de citatione.in §.contra. in 7.col. verſ. item quod
in ea nulla cauſa,&c. Et ibi latius per Ioan.And.& idem dixit
Iaſ.in l.fin.in penult.colum.poſt princ. C.de procura.vbi no.
loquitur.de quo ego dixi in l.1. in §. præterea.in 17.col.infra
☞ de quæſt. [Et vide glo.in c.præterea.de dilationi.& Iaco.But.
in additionib.ſuis ad tractatum Gand.ſuper maleficijs. ſub ru
brica de citationibus in maleficijs, circa princ. in 1.additio.
[Vide tamen Bald.in l.conſentaneum.in 2.col.in verſ.quarto
172 no.C.quomodo & quando iudex.vbi aliter loquitur.† Item
circa dictam materiam citationis generalis & incertæ adde,
ꝙ citatio generalis non valet, vbi contradictor eſt certus. ita
dixit Geminia.in c.fin.de elect.in 6. Et ideo dixit Bal.in l.ſi cu
ratoris.C.de iure deliberan.quòd nō ſufficit proclama gene-
rale, quòd qui vult eſſe hæres compareat, ſed debēt citari illi,
quos ꝓxima cauſa citationis tangit, per tex. no.in l.1. in §. de-
nuntiari.ſ̃.de vent.inſpi.Et idem dixit Bald.in l.nam ita diuus,
ſupra de adopt.& in l.obſeruare.in §.proficiſci.ſupra de offic.
procon.& Lud.Roma.in conſ.53.incip. viſis themate,&c. in
fi. vbi no. loquitur. & idem ipſe dixit in conſ. ſuo 410. incip.
vt clarior reddatur, &c. De qua materia latè locutus ſum in
ſingulari meo 359.incip.generalis citatio,&c.Et ſi fiat citatio
generalis cum clauſula, Si tua putaueris intereſſe, quid ope-
retur talis citatio, vide Bal.in l. ea quidem.C.ſi mancip.ita fue.
aliena. & in l.præſcriptione. C. ſi contra ius, vel vti. pub.& in
l.edicto.C.de edicto diui Adria.& Bart. in l.libertus.ſupra de
in ius vocan.& D.Philip.Deci.in cōſilio ſuo 187. in 3. col. vbi
videas.& dixi aliqd in materia, in l.ſi quis ne quæſtio.in 6.col.
infra de quæſt.& in l.qui ignorans.in 1.colum.poſt medium.
173 infra de falſis. † Scias vlterius, † ꝙ quando citatus vult com-
parere coram iudice citante, in quem non intendit conſen-
tire, quando comparet nō debet dicere, Domine iudex non
intendo in vos conſentire, quia taliter dicendo, poſſet vt con
tumax puniri,& ideo debet dicere, Compareo coram vobis,
attamen nō intendo in vos conſentire, niſi quatenus de iure
teneor, & hoc modo ſatisfaciet citationi,& non cadet in pœ
nam, nec dicetur conſenſiſſe in iudicem, niſi quatenus tenea
tur de iure. ita dixit Innoc.in c.Cumana.poſt princ.in ver.ſed
ecce, aliquis fatuus aduocatus, &c. de elect. De quo dicto fa-
cit feſtum Ioan.de Imo.in c.cum M.de cōſtitutio.in 12.& in
penult. colum. vbi dicit, hanc doctrinam, ſeu cautelam eſſe
ſingulariter menti tenendam, quia ſæpe contingit de facto,
& eam ſequitur Angel. in l.non videtur.la ſeconda, ſupra de
iudi.dicens ſe eam practicaſſe contra quendā magnū Aduo-
catum, qui ex hoc fuit valde iratus Et hanc doctrinam ſequi-
tur etiam Bal.in l.2.per illum tex.C.vbi quis decur.vel cohor
ta.& in c.1.in 3.colum.de mili.vaſſal.qui contu.eſt.& in c.1.in-
fine, in tit.an apud iudi.vel curiam.& Ang.in Authen.de exhi
ben.reis.in §.1.& Ioan.de Imo.in l.non ſolum. in §.morte.ſ̃.
de ope.no.nuncia.& in l.quidam cōſulebant. in pen. colum.
infra in hoc titu.de qua materia habetur latè per Dom. Fely.
in d.c.cū M.Ferrarienſis.in 24.col.in verſ.quinta cōluſio, &c.
174 † Modò vlterius ſcias, ꝙ citatus ad vnum tribunal excuſatur,
ſi non comparet coram alio, ad quem ſimiliter eſt citatus.
Ita habetur in l.2.in §.fin. inf.de cuſtod.reor.& in l.non exigi-
mus.in §.ſi quis municipalis. ſ̃.ſi quis cautio. quod tamen in-
tellige, limita & amplia, ſecundum Bart.in d.l.2.§.fin. infra de
cuſto.reor.& per Bald.Ang.& Moder.in d.§.ſi quis. §.munici
palis.& per Bald. in l.ſenatus. C. qui accuſare non poſ.& per
Ang.& Mod.in l.contra pupillum.in §. qui ad maius. infra in
hoc tit.& per Doctores in l.ſi quis poſtea, ſ̃.de iudi. & Specu.
in tit.de citatione.in §. 1. verſ. itē quòd vocatus.& per Cano.
in c.cum parati.extra de appellatio. & per Bal. in l.ſi pluribus.
375 ſupra de lega. 1. † Quid autem, ſi quis citatus ſit à duobus iu-
dicibus ęqualibus? Dic quòd debet comparare in maiori cau
ſa, vel in cauſa, quæ eſt tempore peritura, ſecundum Barto.in
d.l.2.§.fi.de cuſto.reo.De quo etiam per ſcriben.in l.ſi quis in
graui.in §.omnes.ſup. ad Syllania. Et ſi vnus citatur a duobus
iudicibus, & coram nullo comparet, an poſſit ab vtroque
mulctari, vide per Docto. in l.cum quidam. & in l.ſi quis Ti-
176 tio, ſ̃. de leg. 2. Succeſſiuè quæri poteſt, † quid de citato ad
vnam cauſam, & comparet, an teneatur reſpondere in alia
cauſa, in qua non eſt citatus? In quo Bal. in l.ſi accuſatoribus.
in 2.col. C.de accuſa.dicit, ꝙ non.& allegat rationem, videli-
cet, quia non debet indeliberate reſpondere, vt habetur in
authen. offeratur. C. de li.conteſta.& in corpore vnde ſumi-
tur.pro quo facit, quod voluit Innoc.in c.licet, de offi. deleg.
vbi dixit, quòd citatus propter vnam cauſam & comparens,
licèt ſit ibi præſens, tamen in alia non poteſt conueniri vel
trahi, immo poteſt dicere, ſi vis me conuenire, facias me cita
177 re, quod dictum refert Bal.in d.l.ſi accuſatoribus. † Itē adde
etiā in hac materia, quòd in citatione debet inſeri copia peti
tionis in ciuilibus, in criminalibus autem debet inſeri copia
accuſationis vel inquiſitionis.de hoc in ciuilibus, videtur tex.
in Authen.de litigio.in §.ad excludendas.coniuncto.§.fina.&
voluit Barto.& Io.de Imo.in l.ſi finita. in §.Iulianus. ſupra de
damno infecto. In criminalibus autem, quòd debeat inſeri
copia accuſationis vel inquiſitionis in citatione, voluit glo.
& ibi Docto.in c.præterea.de dilatio.& in c.ſi primates.7.q.2.
quod intellige generaliter, videlicet vt compareat ad reſpon
dendum ſuper tali delicto, non autem requiritur explicite, ꝙ
delictū in citatione deducatur per circunſtantias loci & tem
poris, vt habetur in l.1. C. de exhiben. re. dicitur quòd poſtq̄
reus citatus venerit, iudex debet explanare,& dicere ipſi reo,
quare citatus fuerit. Ita dixit Bar.in tractatu ad reprimēdum.
in verſic.per edictum.& Pet.de Anch.in clem.1.de foro com
peten. De qua materia vide etiam per Bart. in l.inter accuſa-
torem, verſicu. Pro declaratione,&c. infra de public.iudi. &
per Salyc. in l.abſentem. C. de accuſa. in verſic.quæro tertio.
vbi ipſe tenet, quòd ſufficiat, quòd citetur, ꝙ veniat reſponſu
rus cuidam inquiſitioni contra eum formatæ, & hoc, ne rei
ſcientes crimen, de quo ſunt inquiſiti, fugam arripiāt,& ideo
dicit Salyc.vbi ſupra, quòd cauti iudices habita qualiquali in-
formatione delicti iubent reum capi, ſi crimen ſit tale, ꝙ pœ
na ſit corporis afflictiua, ne verbali citatione præcedēte reus
aufugiat. ita dicit Saly.in d.l.abſentē. De quo articulo vide ēt
ſatis latè Ang. de Aret. in trac.malefi.in verbo, iudex cōmiſit,
ꝙ Caius prædictus & alij inquiſiti citarentur, &c. in princ. &
Card.in cle.2.in 5.q.vt lite pendente. & Bar.in extrauaganti,
ad reprimendum.in verſ.ſuper dicto crimine,&c. & Ioan.de
Imo.& Alexand. in d.l.inter accuſatorem, infra de publ.iudi.
178 † Scias etiā vnū aliud in iſta materia citationis, ꝙ citatus ad
locum non tutum non tenetur comparere, ſm Doct.in c.ac
cedens.il ſecondo.extra vt lite non conteſt.& in clem.paſto-
ralis.in §.Piſana, de re iudi. & in c.venerabilibus. in §.ſecus.de
ſent.excōic.in 6.& in c.cum perſonæ. de priuileg. eo.libro,&
in c.accepimus.de fide inſtrum. & in l.Fulcinius. in §.quid ſit
latitare.ſupra ex quib. cauſis in poſſeſ.eatur.& habetur etiam
per glo.in clem.appellanti.de appella.& in c.hortamur.3.q.9.
& per D.Anto.in repeti.c.veſtra.in 38.col. de cohabi.cleri.&
mulier.& per Ludo.Roma.in repeti. l.ſi verò. in §.de viro. in
179 11.fallen. ſ̃. ſoluto matrimo. † Et adeo eſt verum, quòd lo-
cus comparendi debet eſſe tutus, quòd ſi quis obligauit ſe in
contractu, vt poſſit vbique conueniri, attamen non poterit
conueniri in ius, in loco ſibi non tuto. Ita dixit Ang. & Alex.
in l.cum res.in princ.ſupra de leg.1. quod dictum refert & ſe
quitur Dom.Felyn.in c.accedens. il ſecondo, in 2. col. vt lite
non conteſtata.& de hac materia loci non tuti, vide Dom.
Felyn. in dicto c.accedens, il ſecondo. vbi latiſſimè loquitur
per quatuor, vel quinq.colum. vbi ponit 10.cōcluſiones, ſeu
limitationes ad hanc materiam, quæ ſunt valde no. & vide
etiam eundem Dom.Fely. in c.olim. in 1.col.de except.& in
c.cum olim.in prin.de teſtib.& D.Maria.Socin. in c.veniens.
in 56.& 57.col.de accuſatio. & quæ ego dixi in ſingula. meo
261.incipiente, exceptio.& in l.1.in §.præterea.in 11. col.verſ.

limita

limita etiam prædictam concluſionem.infra de quæſt.& per
iura ſuperius adducta,& ꝑ doctrinas adductas a D.Fely. & ab
alijs in dictis locis. ego dicebã interrogatus ſuperiorib. dieb.
quòd quàmplura, immo omnia banna lata & data ꝯ quàm-
plures & diuerſas perſonas ſunt nulla & inualida, nec aliquã
penitus merentur executionem,eo quia tales banniti fuerũt
citati ad locum non tutum notoriè.Nam iudex, qui fecit ci-
tare tales bannitos, vt comparerent ad defendendum, erat
homo omni carens iuſtitia,ratione,manſuetudine, humani-
tate,benignitate & audiẽtia,& erat alienus ab omni iuſtitia,
& in eo ſolùm erat pro ratione voluntas, & hoc eueniebat,
quia non ſtabat ad ſyndicatum,& ſibi nimium licebat, libitũ
& cęca voluntas,quam ipſe pro iure habebat.Capiebat.n.ho
mines coram eo comparentes, & velo leuato nullis ſeruatis
ſeruandis torquebat eos crudeliter & duriſſimè, donec &
quouſq; per vim torturę ipſi miſerrimi & infœliciſſimi cõfi-
tebantur illud,quod ipſe volebat, quod cõfiterentur. poſtea
ſine alio termino defenſionis ſtatim nocturno tẽpore eos
mori faciebat,qua morte ſibi videbatur.Poſtea fabricabat &
ſcribebat literas domino ſeu agentibus pro eo mendacijs &
falſitatibus plenas, quomodo ſibi videbat̃ melius & pro eo
vtilius de tali re. Sed ipſi mortui indebitè & iniuſtè non po-
terant dicere ius ſuum, nec aliquis pro eis audebat loqui,&
ſic iuſtitia & innocentes opprimebantur. Et dictus iudex,mi
niſter diaboli,hoc paſſim omnibus faciebat, præter quàm di
uitibus qui volebant ei ſoluere magnam pecuniarum quan
titatem.Et ideo,quando citabat aliquem, etiam ſi talis cita-
tus erat innocentiſſimus, non audebat comparere propter
ſolitam iniuſtitiã,quam dictus iudex omnibus faciebat. Ideo
hac de cauſa & ratione dixi, & dico, ꝙ banna quæcunq; per
ipſum lata contra quoſcunque cõtumaces quomodocunq;
per dictum iudicem ſunt penitus nulla & inualida, nec mo-
do aliquo merentur aliquam executionem,cum tales bãniti
fuerint citati ad locum non tutum,in quo ſi comparuiſſent,
fuiſſent iniuſtè & indebitè contra ius & iuſtitiam torti & di-
laniati,vt erant omnes comparentes coram dicto iudice dia
bolico,qui magis appellandus eſt carnifex,quàm iudex.vide-
tur profecto,quod illam ciuitatem in qua reſidet,eũ habue-
rit in prædã durante eius officio.Et ideo dicto iudici meritò
& omni ſemoto dubio dici poſſunt carmina illa, videlicet.

Ius & iura negans homines & numina fallis.
Nec iouis Imperium, nec Phlegetonta times.

Sed heu iſta tranſeant cum alijs infinitis erroribus & cala-
mitatibus hac labe temporis in Italia vigentibus,quibus diui
na maieſtas dignetur finem imponere.pro quibus omnibus
faciant optimè dicta per D.Pari. de Puteo in ſuo tract. ſyndi.
in 46.charta.in prima col.verſ. an iudex. quod eſt c.142. illius
tract.& dicta per Soci.in conſ.27. incip. in præſenti conſulta-
tione.in vlt.col.poſt prin.in 3.vol. [& vide Iaſo. in repet. l.ad-
monendi.in 89.col.de iureiur.& in l.ſi ob turpem. in pe. col.
180 ff.de condi.ob turpem cauſam.] † Modò ſequendo ipſam
materiam citationis, ſcias etiam, ꝙ non ſolùm iudex debet
committere citationem partis requiſitus à parte, vt ſup.dixi,
ſed etiam debet exprimere nomen nuntij, per quem velit ꝙ
fiat citatio,aliàs non valet citatio. Ita no.dixit Dom.Franc.de
Are.in conſ.33.incip.conſultatio præmiſſa,&c. in 4.colum.in
verſ. nec poteſt dici, &c. circa medium illius verſ. ad quod
allegat Bal.in l.petens.C.de pac.Sed tu dicas vltra eum,ꝙ hoc
apertius dixit Bal.in l.eius,qui in prouincia.in 3.col. verſ.præ-
terea,&c. ibi,& in nuntio vr̃ clarius.ſ̃.ſi cer.pet. Et faciunt di-
cta ꝑ Bal.in l.fi.C.de exhiben.reis. & in c.venerabilis. in 2.col,
de dolo & contum. De quo etiam dixi in ſingu. meo 235.
incip.Procuratores,&c. & in repet.mea rub. C. de proba. in
181 77.col.†Item adde etiam in hac materia citationis,ꝙ quãuis
erratum ſit in modo citationis, ſeu in forma à iure traditis,
nihilominus ſi ille cuius intereſt, notitiam habuit eius cita-
tionis,per quam non legitimè citabatur, ita eum ligat illegi-
tima citatio vna cum notitia ſubſecuta,ſicut citatio legitimè
facta,ita ſingulariter dixit Ludo.Rom.in conſ.ſuo 410.incip.
vt clarior, &c. ad quod allegat caſum notabilem in clemen.
cauſam.in fi.de elect.de quo dixi latius in ſingu.meo 259. in-
cip.generalis citatio.& in repet. mea rubricæ. C. de proba.in
77.col. [Vide omnino Alex.in conſ.114.incip.ponderatis.in
3.col.verſ.accedit,&c. in primo vol.& D.Philip. Dec.in conſ.
74.in 2.col.& D.Maria.Soc.in repet.rubricæ,extra de dilatio.
in 26.char.in 1.col.poſt princ.& vide optimũ tex. in l.quidam
decedẽs.in §.fi.ff.de adminiſtra.tuto.in verſ. innoteſcere autẽ
qualitercunq; ſufficit,&c. & vide omnino D.Felyn.in c.cum
contingat,in 5.& 6.col.per totum,de reſcrip.& Alex.in conſ.
182.incip.viſo themate.in 1.col.in 6.vol.] †Adde etiam,quòd ci-
tatus perſonaliter poteſt poſtea citari per edicta poſita in lo-
cis publicis & conſuetis, & talis citatio per edicta arctat cita-
tum,vt habetur per tex.& Doct.in clem.1.de iudi.& per Bar.
in tract.ad reprimendum.& per gl.& Doc.in l.ad perempto-
rium.ſ̃.de iud.& per Cyn.poſt glo.in auth. qui ſemel.C.quo-
modo & quãdo iudex.Et licèt talis citatio valeat, vt in dictis
183 iuribus,† tamen hoc fallit,& non procedit in eo,qui poteſt
faciliter perſonaliter citari,ſecus in eo,qui lõgè abeſt, & non
poteſt commodè citari.Ita dixit Io.And.in additio. Specu.in
tit.de citatione.in §.viſo.in additio. inci. ſuper illo verbo,&c.
quem refert & ſequitur Pau. de Caſt. in d.l.ad peremptoriũ.
poſt med.vbi ſubdit,ꝙ cum quidam delegatus Papę datus in
partibus ſeruaſſet illum modum citandi perſonaliter primo
poſtea per edicta, dicit ſe dixiſſe illam ſentẽtiam eſſe nullam
tãquam latam ꝯ non citatum,quod dicit eſſe ſummè notan.
quod dictum refert & ſequitur D. Felyn. in c. quoniam fre-
quenter.§.porrò.in 5.col.vt lite non conteſt.& Barba.in c.cõ
ſuluit.in 10.char.in 1.col.de offic.deleg. De quo latius dixi in
184 ſingulari meo 260.incip. citatus ſemel, &c.† Adde etiã vlte-
rius, ꝙ iudex poteſt viua voce aliquem citare, ſecũdum Do.
Maria.Soc.in repetitio.rubricæ de dilatio.in 19.char. in 2.col.
vbi ad hoc allegat Bal.in l.poſt edictum. ſ̃.de iud.& alia alleg.
185 de quibus ibi per eum.& ibi etiam dicit,ꝙ † citatio etiã fieri
poteſt per tabellionem,argu.c.circuncelliones. 23.quęſt.5.in
princ.de quo ibi latius per eum.Dicit etiam,quod citatio po
teſt fieri per nuncium,vt habetur in c.prudentiam.§.1.de offi
cio deleg.& quo ad talem citationem fiẽdam per nuntium,
186 † ſcias,quòd citatio debet fieri per nuntium, qui primò cita-
uit,& non per alium, niſi ille primus ſit legitimè impeditus.
Ita dixit Bar.& Bald. in l.1.per illum tex.C.de ſportu.& voluit
Bar.in l.1.ſ̃.de offi.conſul.& ibi Alex. & habetur per Barto.in
tractatu ad reprimendum.in verſ.per nuntium, &c. De quo
187 per Iaſ.in §.quadrupli.in 5.colum. Inſti. de actio.† Item ſcias
etiam,ꝙ citatio facta per nuntium,eo mortuo poteſt proba
ri per teſtes,vel inſtrumenta.Ita dixit Bal.in l.conſentaneum.
in vlt.col.verſi.quid ſi nuncius.C.quomodo & quãdo iudex.
188 quod eſt no. † Subdit poſtea Do.Maria.vbi ſupra,quòd cita-
tio etiam quãdoque fieri poteſt per partem, vt ſæpe faciunt
iudices dicentes actori vel reo, Dic aduerſario vt compareat
tali die & hora, & tu etiam compareas. de quo latiſſimè ibi
per D.Maria.qui primò arguit ad partes, poſtea tenet, quòd
pars poſſit citare partem,dummodo hoc fiat de mandato iu
dicis.Ad quod allegat gl.in l.ſi vt proponis.la ſecõda.C.quo-
modo & quando iudex.& ibi D. Bal. & allegat etiam Specu.
in titu.de cita.in §.ſequitur. verſ. ſecundo,& l.1.§.hoc autem,
& ibi Bar.ſ̃.de ſer.fugiti.& Ludo.Roma. in l.ſciendum. infra
de verbo.obliga.& per Bar.in tract.ad reprimendum. in verſ.
per literas.& alia allegat, de quibus ibi per eum, & vide Iaſo.
in §.quadrupli.in 4.col.in fi.Inſti.de actio.De quo articulo vi-
de etiam per Dom.Nico.Millum,in reperto.ſuo,in verſ.cita
tio.in 3.col.in 4.ver.& Bart.in conſ.ſuo 154.incip.maritus fe-
189 cit hæredem, &c.† Item citatio etiam fieri poteſt per ſigil-
lum ad hoc ſolitum, ſecundum glo. c.ſignificauit. de appel.
quam glo. pro ſingu. allegauit Barba. in c.coram, in 3. col.in
verſ.item quò ad portantem,&c. de offic. deleg. De qua glo.
feci mentionem in repeti.mea rubr.C.de proba. in 61.col.in
190 verſieu.& dixit glo.no. † Item adde etiam, quòd citatio po-
teſt fieri per proclama, ſecundum Specu. in titu. de citatio-
ne,in §.ſequitur videre. verſic.cæterum fiunt quandoq;, &c.
& in verſ.fit quoq; citatio per pręconem, &c. de quo etiam
habetur in auth.qui ſemel. C.quomodo & quando iudex.&
per Ang.in l.qui perluſorio.§.1.de appell.Hæc citatio tamen,
quæ fit per proclama, paucis innoteſcit quandoque, vt dicit
tex.in dicta authent.qui ſemel.& glo.in clemen. fin.de iudici.
& in clemen.grauis.de ſenten.excom. & glo.in authent. qua
in prouincia. C.vbi de crimi. agi oportet. Attamen ſi fiat in
locis publicis & conſuetis & ſufficienter cum ſono tubæ,ta-
lis citatio eſt fortior qualibet alia citatione,ſecundum Ioan.
And.in d.clemen.grauis.in glo. in verbo,præconia. Barto.ta-
men in d.auth.qui ſemel.in 2. col. in ver. venio ad ſecundam
particulam, &c. dicit ꝙ citatio per edictũ eſt fortior ſeu tu-
191 tior,quàm citatio facta per proclama. † Et in hac materia ci
tationis factæ per proclama,teneas menti vnum, videlicet ꝙ
talis citatio ligat tantum exiſtentes in loco,nõ autem abſen-
tes,ita dixit Ioan.And.in d.clem.grauis.vide tamen Barto. &
Alex. qui tenent contrarium in l.municipij. inf.de decre. ob
ord.facien.& Inno.in c.humilis. de maio. & obe. Et ſcias, ꝙ
proclama non dicitur citatio pręciſa, ſed cauſatiua & condi-
tionalis,ſecundum Pau.de Caſt.in conſ.ſuo 44.incip.in cauſa
192 Egidij,&c. circa medium.† Adde præterea, ꝙ citatio etiam
fit quandoq; per ſonum campanæ, & maximè in actib. vni-
uerſitatum,ſ̃m Bart. in l.2.in verſ.no. ꝙ debet conuocari.C.
de decurio.lib.10. de quo per Bal. & Pau. de Caſt.in l.1.ſupra
de procu & Card.in clem.in cauſis. de electio.& per Docto.

in c.Cumana.de elec.& per Spec.in tit.de electio.in §.1.Quæ autem perſonæ poſſint citari,vide latè per D.Maria.Socin.in dicta ſua repet. rubr. de dilatio. in 8.char. in 2.col. [De hac q. vide D.Flor.in l.in lege Aquilia,ſi deletum.in pen.col.ff.ad le gem Aquil.& Do Fran.Cur.conſ.44.incip.ſuper contingen-
193 tia,in fi.7.col.] † Vlterius antequàm exeam materiam citationis,nolo omittere no. quotidianam & practicabilē quæſtionem in ipſa materia citationis, quæ eſt, vtrum in abſolutione vel habilitatione à iuramento requiratur citatio partis,de cuius præiudicio agitur? In quo dicas ꝙ ſic, ſecundum D.Ant.& Io.de Imo.in c.debitores.de iureiur.& Fede.de Senis,in conſil. ſuo 300. incip. factum proponitur eſſe tale,&c. Do.Card.in d.c.debitores. vbi dicit ſe pluries ita conſuluiſſe, ſcilicet ꝙ non valeat abſolutio à iuramento facta ſeu data, non citata parte,de cuius præiudicio agitur, iuxta c.1.de cauſa poſſeſ.& ꝓprie.& c.inter quatuor.de maio.& obe.& iuxta l.noſtram, cum ſi. & in abſolutione à iuramento requiritur cauſæ cognitio,ſecundum Innoc.in c.ad aures, quod me.cā. & Spec.in tit.de iudi.delega.in §.nunc oſtendendum.in verſ. 24.cū duobus verſ.ſeq.ergo requiritur partis citatio. l.in cauſæ.§.cauſa cognita, ſ. de mino. l.ſi deſerta. C.ſi propter.publi. pen.l.fi.ſi per vim vel alio modo.hāc partem etiam & omnia ſupra dicta,refert & ſequitur Alex.in conſ.ſuo 221. incip. viſa facti narratione.in 3.& 4.col.verſ. præterea reſpondeo &c. in 2.volum.vbi ſubdit,quod idem tenuit Abb.in c.1.de iureiur. & dicit quod pro hac parte conſuluit Pet. de Ancha.in conſ. ſuo 186.incip.prædictis ſubtiliter & ad plenum deductis. Itē ſubdit etiam Dom.Alex.in d.conſ.ſuo,quod Ioan.de Imo.in d.c.debitores. dicit, ꝙ etiam ſimplex habilitatio perſonæ iurantis, ne incurrat periurium, fieri oportet præcedente citatione,quia ſi pars citabitur,poterit eſſe ꝙ oſtendet, ꝙ per calumniam petitur talis habilitatio.l.2. C.de fal.& ita dicit notari per Fed.in d.ſuo cōſ.Item hanc partē, ꝙ in abſolutione vel habilitatione à iuramento requiratur citatio partis, de cuius præiudicio agitur,firmauit Abb.in conſ.ſuo 2.incip.& ſi co pioſior,&c. in vlt. col. vbi refert hanc partem tenuiſſe Ioan. And.in addit Spec.in tit.de iureiur.ſuper rubr.in vlt.addit. Et idem tenet Petr.de Anchar.in conſ.ſuo 383.incip.retento or dine,&c. in 1.col.& D.Floria. in l.in lege Aquilia, ſi deletum. in 6.col.ſ.ad leg.Aquil.& idem tenet Alex. in l.hæres abſens. ſ.de iudi. vbi dicit, ꝙ iſta eſt vera opinio. & idem etiā firmat Barba.in conſ.ſuo 85.incip.viſo puncto,in 1.char.in verſ. Eſt nunc vidēdum.in 3.vol.& D.Fely. in c.eccleſia ſanctæ Mariæ. in 9.col.in prin.de conſt.& in c.2.in 11.col.de ſponſa.& Iaſ.in l.ne quicquam.in 11.col.in prin.ſ.de offic.proconſul.
194 † Contrarium tamen,ꝙ in tali abſolutione vel habilitatione non requiratur citatio partis,tenuit Pet.de Anch. ſibi cōtrarius,in conſ.ſuo 18.incip.in quæſtione, quæ vertitur. circa finem.& Pau.de Caſt.in conſ.ſuo 216.incip.circa primum.in penult.col.Prima tamē opin. eſt communior & melioribus iuribus roborata, quam teneas inhærēdo magis cōi opinio. & videas etiā D.Maria.Soci.in ſepius allegata ſua repeti.rubr. de dila.in 14.char.in 3.col.in princ.& Soc.in conſ.69 incip. in cauſa.in 5.col.in 3.vol. [De hac quæſt.vide D.Flor.in l.in lege Aquilia,ſi deletum.in pen.col.ff.ad legem Aquil.& D.Franc. Cur. conſ.44. incip. ſuper contingentia. in fi.7.col.] Et circa hanc materiā abſolutionis à iuramēto, teneas menti aliqua.
195 † Primò,ꝙ abſolutio à iuramento non poteſt peti,niſi quando iuramentum fuiſſet dolo vel metu extortum,vel ſuper re illicita poſitum,ſ̄m Dominicum poſt Archi. & Ioan.And.in c.2.de pact.in 6.& Ang.in l.ſi quis pro eo. verſ.item adde,ſup. de fideiuſ.& Alex.in d.conſ.221.incip.viſa facti narratione.in 2.col.in 2.vol.& Pau.de Caſt.in conſ.ſuo 216.inci.præſuppoſito ſine præiudicio,&c. De quo latius per Dom. Phil. Dec.in conſ.ſuo 180.incip.viſa renunciatione.in 3.col. in fi.& in cōſ.
196 151.incip.maximi,&c. in 7.col.† Item ſcias etiam,ꝙ abſolutio à iuramento poſito in contractu non facit, ꝙ abſolutus poſſit venire contra talem contractum, quando ipſe ꝯtus erat validus & perfectus,etiam ſine iuramento.Secus autem, quando ſuſtinebatur ſolùm propter iuramētum in eo appoſitum,quia aliàs erat imperfectus ſeu inualidus.Ita dixit Abb. in c.cum cōtingat.in 10.col.in verſ.ſed vltra prædicta, &c. de iureiur.vbi refert Ang.ita conſuluiſſe.de quo latius per Soci. in conſ. ſuo 115.incipiente, circa primam. in penult. colum.
197 † Item ſcias etiam, quòd iuramētum præſtitum in fauorem vnius partis ex contrahentibus poteſt remitti per partem,in cuius fauorem eſt præſtitum, & poteſt relaxari ei, qui iurauit,adeò quòd non eſt neceſſaria alia relaxatio à iuramento. Ita volunt Docto. in c.conſuluit. de vſur. & in c. ſecundo, de ſponſa.& in l. fin. ſup. qui, & à quibus. & voluit Alexand. in conſ.ſuo 276.incipien.viſis.in tertia colum.& Specu.in tit. de legatis.in §.oſtendendum.in verſic.hoc quoque. & in titu.de iureiuran.in §.1.in verſic.quid ſi aliquis.& ponit Barto.& alij, in l.prima,in §.& poſt operis.ſ.de ope.noui nunc. & Doctores in l.cū ſtipulatus ſim mihi à Proculo, infra de verborum obliga.& Card.in clem.prima, in 13.quæſt.de vſur. & Bart. in
198 l.Labeo,ſ.de iureiur. † Et facit etiam quod dicitur, quòd iuramentum poteſt remitti teſtibus per partes, ſecundum Dominum Bart. in l.1.ſ.de fer. & in l.quoties. ſ. de iureiur.Vide tamen circa hoc Dom.Fely.in c.ſecundo.in 15.col.circa me-
199 dium.extra de ſponſa.† Item ſcias etiam,quòd iuramentum factum non firmat contractum, niſi quatenus eſt de mente contrahentium,ſecundum gl.no.in l.emptione.C. plus valere, quod agitur.quam glo. refert & ſequitur Pau. de Caſt.in conſilio ſuo 278.incip.viſo proceſſu & atteſtationib.in 1.col. Item adde,ꝙ abſolutio à iuramento non eſt concedenda ei, qui venit contra iuramentū priuſquàm petat abſolutionem ab ipſo iuramento, quia fruſtra auxilium legis inuocat,qui committit in legem.c.quia fruſtra.de vſur. ita dixit Feder.de Senis in conſ.ſuo 300.incipiente, factum proponitur eſſe tale,debitor promiſit,&c. in fi.conſilij.& Pet.de Anch.in conſ. 198.inci.prædictis ſubtiliter,&c.& Io.de Imo. in c.debitores. de iureiur.& Abb.in c.1.eo.tit.& Lau. de Rodul. in c.conſuluit.de vſu.in 14.quæſt.pro quo facit,quod dixit Bal. in auth. quod eis.C.de nupt.poſt Barto.in l.Labeo.ſ.de iureiuran.vbi dixit, quòd pars, cui eſt præſtitum iuramentum,non poteſt illud remittere iuranti, poſtquàm incidit in periurium. de quibus omnibus vide latè per Alex.in conſ.240.incip.ponderatis his,quæ in themate narrantur.in 2.col.Item teneas menti,quòd licèt ille, qui vult venire contra iuramentum præſtitum, debeat prius petere abſolutionem vel relaxationem à iuramento, hoc eſt verum, & habet locum in iurante eo viuente,eo autē mortuo hæredi eius non eſt neceſſaria aliqua
200 relaxatio vel abſolutio à iuramento, † quia vinculum iuramenti,quod eſt ſpirituale,eſt finitum morte iurantis.ita dixit Inno.in c.veritatis.de iureiur.& Io. And.in c.fi. de fo.compe. in 6.in nouel.quos refert & ſequitur Salyc. in l.emptione.C. plus valere,quod agitur.& in auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.ven.poſſent etiam dici alia plura circa materiam iuramenti, quæ omitto, cum hic non ſit accommodatus locus circa materiam iuramenti,ſed plenius quàm alibi circa materiam iuramenti & eius abſolutionis,vide per Do.Fely. in c.2. in 2.& 4.charta, de ſponſa. vbi ponit multa ſingularia. Viſis modò ſupradictis in materia citationis, ſupereſt aliqua videre in materia contumaciæ, quia ex citatione peruenitur ad contumaciam,vt de ſe patet.ideo circa hanc materiā contu-
101 maciæ plura ſunt videnda & notanda. † Scias igitur primò, ꝙ contumacia eſt delictum.l.omne delictum.§.contumacia. inf.de re milita.& ibi Alex.& in c.ex literis, de conſtit. & hoc eſt verum impropriè,vt habetur in l.qui vaſ.inf. de fur.ſecundum Bal.in l.ſi mora,in 2.col.ver.alibi contumacia,&c. ſupra ſol.mat.De quo etiam per Bar.in l.ſi plures,in 1.col. ſupra de admi.tut.& in l.1.in §.fi.in vlt.col.in ver.ex quo nota. ſ.ſi quis ius dicen.non obtempera.& ibi Alex.& hī etiam per glo. in l.ſi filius.in prin.ſup.de interrog.act.& per Bart. in l.poſt legatum,in §.his verò.ſ.de his,quibus vt indig.& in d.l.omne delictum.& per Bal.in l.fin.C.de crimine ſtellio.vbi dicit,ꝙ nulla lege cauetur,ꝙ cōtumacia ſit maleficium, & per Alex. in l.ſi mora.in 9.col.& per Bal.in l.ſi filio,la ij.in 2.col.ſ.ſol. matr. & in l.ſi filio data.in fi.eo.tit.& per Bal.in l.& in multis. C.de appel.& Io.de Imo.in l.pen.in §.ad crimen.inſ.de pub.iud. & habetur etiam de hac materia in glo. ſummæ 4. q. 1.& per glo. in c.cum non ab homine,de iud.& per D.Fely.in c.cum Bertoldus.in 9.col.in fi.de re iud.& per Ioan.de Ana. in cōſ.ſuo 48.& per Dom.Fely.in d.c.in literis.de conſti.in 13.col.& per Ang.in l.fin.C.de iniur.& per Ang.de Are. in trac. maleſi. in verbo,qui iudex videns,&c.in 4.charta.verſ.quæro,an contumacia.& per Ioan.de Ana. in conſ. ſuo 25.in penult. colum.
202 † Item ſcias,ꝙ pro ſola contumacia nunquàm poteſt imponi pœna mortis.ita no.dixit Bal. in l.qui crimen.in 2.colum. in fi.qui accuſ.non poſſ.ad quod allegat glo.3.q.1.in ſumma. & idem dixit ipſe Bald.in conſ.ſuo 371.incip.viſis dictis ſtatutis, &c. in 2.volum. in contrarium tamen facit glo. in Auth. de lenonib. in §. ſi autem. quæ dicit, quòd contumax poteſt damnari ad mortem . quam refert & ſequitur Alexand. in l.abſentem.in 7. apoſtil. infra de pœn. vbi latius loquitur in materia. Et ſcias etiam quòd contumacia eſt magni effectus, & quandoque ipſa contumacia nocet, quandoq; pro-
203 deſt. † Et ideo ſtatutum volens patrem teneri pro filio, & cauponem vel nautam teneri pro famulo, non intelligitur de condemnato per contumaciam. ita dixit Alber. de Roſa. in prima parte ſtatu. quæſtione 52. incipien. ſed adhuc quæ-
204 ro,&c. Et idem dicas in ſtatuto dicēte, † quòd communitas teneatur emēdare damnum & robarias, quoniam intelligitur,

tur, dummodò de eis verè cōſtet & non per contumaciam.
& conſuluit Ludo. Roma. in conſ. ſuo 154. incip. iudicium
contra Antonium, &c. patrem non teneri pro condemna-
tione filij per contumaciam de crimine damnati, de quibus
omnibus & de alijs ſimilibus vide per Dom. Fely.in d.c.cum
Bertoldus,in 9.col.de re iudi.& idem,quod ſupra,tenuit Do.
Philip.Fran.de Peruſio in c.cum ſpeciali.in pen.col.de appel.
in verſ. 4. quæritur.& ad prædicta vide Alber. in prima parte
ſtat.quæſtione 47.incip. Item quæro,& Gandi.in trac.maleſi.
ſub rub.de bonis malefactorum.in 5.col.in ver.no. quòd pa-
ter,&c. & vide Io.de Ana.in c.2.in 9.col.de delic.puerorum.
& vide Bal.in l.ſi filius,cuius.C.ad Macedo.Soci. in conſ.132.
incip.præſtantiſſime,&c. in 2.col.& Dom. Card.in conſ. ſuo
44.incip.pro D.Chriſtophoro.& D.Philip. Decium conſ.ſuo
64.inci.diuino,&c. vbi prædicti notabiliter loquuntur in ma
teria,& facit etiam ſing.verbū Alex.in l.omne delictum.infra
de re mili.vbi dixit,ꝙ ſtante ſtatuto, quòd banniti poſſint im
pune occidi,quòd tamen vigore talis ſtatu. nō poterit impu-
ne occidi bannitus per contumaciam. allegat hoc voluiſſe
Bal.& Ioan de Imo.in l.ſi mora.ſ.ſolu.mat.de quo dicto feci
mentionem in l.infans,in 5.col.poſt med.inf.de ſica.vbi etiā
205 plura dixi circa materiam contumaciæ. † Vlterius ſcias etiā,
quòd ſi aliquis eſt citatus, & non comparet, non eſt contu-
max,quando non fuit citatus,ſecūdum ſtilum curiæ.ita ſing.
dixit Ang.in l.ſi. C. de cano. præſtan.lib.10.quod dictum pro
ſing.refert & ſequitur D.Fely. in c.quoniam contra.in 7.col.
in ſi.de proba.& in c.ex parte.in 5.col. de reſcrip. quod dictū
ego retuli in ſingu.meo 118.incip.ſtilus,&c. [Vide no.verbū
D.Ant.Corſeti in ſingu.ſuo,in verbo,infirmus.] Et idem di-
cas, quando proceſſus eſt nullus, nam tūc ſi citatus nō com-
paret,non dicitur contumax, & per conſequens nō habetur
pro confeſſo,ita dixit Bald.in conſilio ſuo 371.incipien. viſis
206 dictis ſtatutis.in 2.vol. † Item ſcias aliud,quòd contumax ſeu
moroſus non poteſt allegare pendentiam litis, ſecundū Bar.
in l.vbi acceptū, ſupra de iud. & in l.quamuis. ſ. de dam.infe.
& in l.ſepulchri.inf.de ſepul.vio.Et ideo ſi remiſſus ad curiam
epiſcopalem ſuper aliquo incidenti eſt ibi in mora,tūc iudex
primæ cauſæ poteſt ad vlteriora procedere,non obſtante di-
cta remiſſione, quia moroſus vel contumax non pōt allega-
re pendentiam litis in alio loco.ita ſingulariter dixit Bal. quē
ibi refert & ſequitur Alex. in l.de die. in §. tutor, poſt med.ſ.
qui ſat.cog.vbi dicit, quòd cautela eſt, quòd iudex ſecularis,
quando remittit partes ad curiam epiſcopalem pro aliquo
articulo,vt ſibi præfigat terminum,infra quem debeat ſe prę
ſentaſſe coram epiſcopo, quod facere poteſt ipſe iudex ſecu
laris,vt probatur in l.præſes.cum ibi no.C.de appel.& hoc ibi
voluit Bart. per illum tex.de quo latius per D.Alex.in d.§ tu-
tor.vbi dicit,quòd iſtud eſt nota.dignum in practica. & eum
refert & ſequitur Dom.Felyn.in c.cum ſit Romana.in 2.col.
de appel.de quo dixi ego in ſingu.meo 239.incip.contumax,
207 ſeu moroſus,&c. †Item talis contumax non poteſt allegare
incompetentiam iudicis,ita habetur in l.ſi quis ex aliena, ſu-
pra de iudi.& in l.ſi ex quacunque.ſ.ſi quis in ius voc.non ie-
rit.& ibi latè per omnes ſcrib.Item talis contumax nō poteſt
declinare iudicem,ſecundum Innoc. in c.præterea. de dilati.
quem referūt Moder.in l.ſi conuenerit, ſupra de iuriſdictio-
ne omnium iudi.& de his dixi in l.ſi quis ne quæſtio,in 2.col.
in verſ.alius etiam videtur caſus, infra de quæſtionibus.
208 † Adde tamen hic,quòd licèt,vt dixi,contumax non poſſit
allegare incompetentiam iudicis, tamen contumax cōdem-
natus per iudicem incompetentem, ſi poſtea ſit captus per
illum iudicem,poteſt ſe tueri ex nullitate proceſſus.Ita nota.
dixit Dominus Bald.in l.generaliter.in 2.col.C.de epiſ.& cler.
& vide quæ dixi in l.patre, vel marito. in 16.col. inf. de quæſt.
209 † Item adde, quòd abſens per cōtumaciam, dicitur præſens,
& habetur pro præſente ad eius damnum: ita dixit Bald. per
illum tex.in auth.qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. &
in l.cum fratrē.in vlt.col.C.de his, qui. vt indi. & habetur per
Spec.in tit.de arbi.in §.nono.in ver.quid ergo. & in titu.de te
ſte.§.octauo.circa princ. & in tit. de app.in §.11.ver. ſed cum
ſup.&c. Et ſcias etiam,quòd ratione magnæ contumaciæ po
teſt iudex recedere à regu.iu. aggrauando cōtumacem mul-
tipliciter.ita dixit Barb.in c.olim ex literis. de reſcri. quem ibi
210 in prin.refert & ſequitur D.Fely. † Scias etiam,quòd contu-
macia in vno non nocet in alio,vt no.in c.conſuluit.de offic.
deleg.& glo.& Doc.in c.2.de dolo & contu.in 6. & in c.cum
olim.de teſtib.& habetur in l.generaliter.§.1.& ibi Doc.C.de
reb.cred.& in l.3.in §.Stichū.ſ.de ſtatu libe. & ibi Iac.de Are.
& voluit Bar.in l.3.in §.ſi ad diem.inf.de re mili.& in d.§. Sti-
chum.& in l.conſentaneum.C.quomodo & quando iud. &
in tract.ad reprimen.in verſic.per dictum. & voluit Innoc. in
d.c.conſuluit.& in c.ad petitionem.de accu.& Alex.in conſi-
lio ſuo 137.incip.in cauſa & lite,in ſi.3.col.in 2.vol. & Fely. in
c.licet cauſam.in 17.col.de proba.in quibus locis dicunt præ-
dicti Doct. quòd contumax ad vnum actum, debet citari ad
211 alios actus,aliàs actus fiendi non valerent. † Item adde,quòd
contumacia in criminalibus non facit quem haberi pro cō-
feſſo,ſicut in ciuilibus,ſecundum glo.& Bal. in l.2.in §.diuus.
infra de iure ſiſci.& idem voluit Bar.in l.quæſtionis.la ſecon-
da.inf.de quæſt.& in l.abſentē.in 2.col.in verſ.3.extra glo.&c.
inf.de pœn.& Abb.in c.veritatis.in 9.col.de dolo & cōtuma-
212 cia. † Vlterius ſcias,ꝙ quando ex forma legis vel ſtatuti con-
tumax debet haberi pro cōfeſſo,tamen ſuper hoc requiritur
ſententia interlocutoria iudi.declaratoria eum cōtumacem
haberi pro confeſſo,aliàs ſi procederet iudex ad aliquam ſen
tentiam non præcedente tali declaratione,talis ſentētia eſſet
nulla,ita dixit D.Anto. in c.cum dilecti, de dolo & contu. in
5 col.verſ.vltimò aduerte, & idem dixit ipſe in c.cum dilecti.
de elect.& etiam videtur tenere Bar.in l.2.in §. quod ſi actor.
C.de iura.calum.& Pau.de Caſt.in cōſ.33.incip. ſuper primo.
in 2.col. & Ang. de Are.in trac. maleſi.in verbo,qui iudex vi-
dens,in 5.char.in verſ.ſtatutum dicit, &c. & ibi per Do.Aug.
in addi.vide tamen D.Nellum in trac.bannit.in 3.parte primi
tempo.in 10.q.incip.quæritur, an poſt lapſum, &c. vbi dicit,
ꝙ ſufficit, ꝙ talis pronunciatio contumaciæ fiat vna cū diffi-
nitiua.ad quod allegat iura,de quibus ibi per eum.& idem di
xit Ang.de Are.in d.ver.qui iudex.videns,in verſ.quæritur ta-
men,an tale ſtatutum,&c. & idem voluit Bald.in l.ſancimus.
in §.cū autē,in 3.col.in ver.modò,&c. & ibi in 4.col. verſ.po-
213 ne,dicit ſtatutum.C.ad Trebellia. †Et ſcias vnum non omit-
tendum in hac materia, videlicet ꝙ ſi ex forma ſtatuti contu
max debet haberi pro confeſſo,ſi anteꝗ̄ ſuper dicta cōtuma-
cia ſit pronunciatum decedat ipſe contumax,non prȩiudica
ret heredi.ita notanter dicit Bar.in l.1.in §.ſed & conſtitutio.
ſ.de calum.& in l.eius,qui delatorem.in ſi.pen.col.inf.de iure
ſiſci.& in l.1.in §.quod ſi actor.C.de iura.calum.& Bald.in l.1.
in 3.col.ver.ſed dubitatur eo caſu,&c. C.ne ex delic.defunct.
& in c.vaſallus,in ver.dicit Ioan Monachi, &c. in ti. ſi de feu.
fue.contro.de quo dixi etiam in practica mea cauſarum cri-
minalium,in 27.& 28.char.& ibi in alijs pluribus char.ſequen
tib. vbi alia plura dicta no. poſui in materia contumaciæ, &
ſimiliter in eadem practica mea, 169.char.vbi videas, quia in
dictis locis poſui, ꝙ ſententia lata per contumaciam magis
prȩſumitur lata propter vitium contumaciȩ, ꝗ̄ propter ius
partis.Item poſui etiam latè,an ſufficiat conſtare de cōtuma-
cia ex actis,abſq; ſententia interlocutoria iudicis.Item poſui
etiam,ꝙ ſtatutum volens ꝙ contumax habeatur pro confeſ-
ſo,intelligitur dummodo præcedat libellus ſuper accuſatio-
ne,vel inquiſitione valida.Item etiam poſui, quod ſtatutum
prȩdictum volens ꝙ contumax habeatur pro confeſſo, non
habet locum in minore, muliere vel ruſtico. Item etiam ibi
poſui,ꝙ quando ex forma ſtatuti cōtumax debet haberi pro
confeſſio, intelligitur quò ad delictum tm̄, non autē quò ad
qualitatem ipſius delicti.Item etiā ibidem poſui,ꝙ ſtatutum
prȩdictum volens,ꝙ contumax habeatur pro confeſſo,non
habet locum, quando iudex citat reum exiſtentem extra ter
ritoriū ipſius iudicis.Itē etiā poſui,ꝙ quando ex forma ſtatu-
ti contumax debet haberi pro confeſſo,requiritur trina cita-
tio,nec ſufficit vna pro omnib. quȩ omnia hic omitto,ne ſȩ-
214 pius in operibus meis idem repetam. † Vlterius ſcias,ꝙ con-
tumax non prȩſumitur habere iuſtam cām,ſm Bal.in l.nā ita
diuus.ante ſi.ſ.de adop.& probatur in l.ſancimus. in ſi. in ver.
215 mala conſcientia.C.de iud.& ibi Bal.in 1.col.Item † cōtumax
dr̄ eſſe in dolo.l.non poteſt.inf.de reg.iur.l.ex conſenſu infra
de appella.Bar.in l.minor,la j.ſ.de mino.& contumax non vr̄
bona fide litigare,ſm Bal.in l.ingenuū.in 1.col. ſ.de ſtatu.ho-
216 minū. Nec etiā † præſumit̄ habere iuſtā cām, vt dixi, ſm Bal.
in d.l.ſancimus,in 1.col.& Alex.in l.Papin.in §.meminiſſe.ſ.de
inoffi.teſta.& dixit Bal.in l.ſi ea.in princ.C.qui accu.nō poſ.ꝙ
eo ipſo, ꝙ quis non vult cōparere,vr̄ de cauſa diffidere.ad qđ
allegat glo.in c.honoratus.74.diſtin. vbi eſt no.glo. ad hoc,&
217 dixit Abb.in c.1.in 3.col.de iud. quòd † contumacia eſt pec-
catum mortale,vnde contumax dr̄ infidelis.81.diſtin. c.ſi qui
presbyteri. & maximum eſt peccatum, inobedientia, vt in
c.ſciēdum.30.q.1.& iſta refert Iaſ.in d.l.1.§.ſi.in ſi.ſ. ſi quis ius
dicen.non obt. Tu etiam adde vltra Iaſ.text. valde no.in l.de-
ſertorem, in §. in bello.infra de re milita.vbi dicit tex.in bel-
lo,qui rem à duce prohibitam fecit,aut mandata non ſerua-
uit, capite punitur, etiam ſi res bene ceſſerit.& glo.ibi dicit,
218 nota,†ꝙ magna eſt virtus obedientiȩ.& allegat plura iura ad
hoc. & ideo dixit glo. in c. quod culpatur. 23. q.4.quòd licèt
dominus in aliquo caſu peccet prȩcipiendo,tamen non pec
cat ſubditus obediendo, quod etiam dixit Card. Alex.in c.1.
in 4.col.in t.t.hic finitur lex Conra.in vſibus feudo. [Vide Fl.

219 in l.ſed & loci.in §.ſed & ſi quis.ff.fin. reguń.] & facit † etiam
contra, nam obediens non debet puniri, etiam ſi malè facit.
tex.eſt no.in l.libertorum.in fi.ſ.de his, qui no.infa.vbi tex.di
cit.nam & qui obtemperauerit,venia dignus eſt,&c.& ibi gl.
220 no.ad hoc illum tex. † Et ſcias etiam, ꝙ contumacia ſemper
interpretatur in id, quod eſt deterius contumaci, & vtilius
aduerſario. Ita dixit Bart.in l.quãdiu.la vltima,in prima col.in
verſ.venio ad vltimã glo.ſ.de acquir. hæredi. ad quod allegat
l.de ętate.§.qui tacuit.ſ.de interrog.act.& l.2.§.quod ſi actor.
221 verſ.ſi reus.C.de iura.calum. †Adde etiam vlterius,ꝙ contu-
max non vr̃ prorogare iuriſdictionẽ, ſecundũ Innoc. in c.in-
notuit.circa medium, de eo qui furti. or. ſuſce.& Bald.in l.ſi
qui ex conſenſu,in 3.col.verſ.deinde no. C.de epiſ.audien. &
habetur per Bal.in l.1.ſ. de iuriſd.omn.iu.& per Alex.in l.2.ſ.
ſi quis in ius voca.non ie.& per Bar.in l.non videtur.ſ.de iud.
& ibi per Alex.hoc eſt verũ, ſi iudex erat omnino incompe-
tens,ſed ſecus,ſi per exceptionẽ,ſecundum Bar.in d.l.non vi-
detur.& Bal. in d.l.ex conſenſu.& Alex. in d.l.non videtur. &
Inno.in c.præterea.de dilatio.& in d.c.innotuit.& vide Bald.
in l.1.C.de iuriſd.om.iud.& Ang.in d.l.2.ſ. ſi quis in ius voca.
222 non ierit.† Vlterius ſcias,ꝙ cõtumax in duobus locis & con-
demnatus pro eodẽ crimine poterit cogi ſoluere vtranque
condemnationem, & imputet ſibi, quare hoc paſſus eſt.ita
no.dixit Bar.in l.ſepulchri violati,in fi.infra de ſepulch.vio.de
quo ibi per Alex.& per Bal. in l.1.in pen.col.verſ.tertio quæ-
ro, &c. vbi de cri. agi. opor. & in l.ſi pluribus. ſ.de leg.1.& in
l.pen.in 7.col.C.de excep.rei iud. & Dom.Ant.in c.de his. de
accuſa. Modò vlterius circa hãc materiam cõtumaciæ,quæri
poteſt de quotidiana & vtili quæſtione, quæ ſepiſſimè in fa-
223 cto bene contingit,videlicet,† An contumax poſſit cõdem-
nari ſine alia citatione? In quo glo.in c.quoniam cõtra.extra
de proba.& ibi D.Abb.& D.Ioan.de Imo.tenent ꝙ non. Sed
ſolum poterit contra eum,ſi procedit ad condemnationem
expenſarum,quas fecit pars præſens.Ita dicit Abb.in d.c.quo
niam contra. & ſe remittit ad glo. in c.querelam. in verbo,
expenſarum,de proc.& ad dicta per eum ibi,& in c.cum dile
cti.de dolo,& contu.ſed D. Felyn. in d.c.quoniam contra.in
8.col.in hoc vltra Abb.allegat glo.idem tenentem in c.hono
ratus.in verbo,tot ſcriptis.74.diſt.& glo.in c. de illicita.in ver-
bo, peremptorio, poſt med.24.q.4.& glo.2.in c.1.de dolo &
contuma.in 6.& Bart.Bald.& Ang.in l.ſancimus.C.de iudi.&
Bar.in l.contumacia.infra in hoc titu.& Bart.& Io.de Imo.in
l.qui ante calendas.inf.de verbo.oblig.Spec. & Io.And.in tit.
de citatione.in §.viſo,in verſ. ſed quid ſi tres.& Ang. in l.2.C.
de anna.excep.& Do.Anto. poſt Innoc. in c.finem litibus.in
3.col.de dolo & contu.& Spec.in tit.de expenſis.§.1. verſ.ſed
quæritur,quando præſtandæ,&c. & iſta adduxi in l.patre, vel
marito.in 6.col.verſ.vlterius ſcias,&c. infra de quæſt. vbi exa-
minaui hanc queſtionem,& hanc partem,ꝙ contumax non
poſſit mulctari ſine noua citatione, vt veniat ad ſe defenden
dum,ne condemnetur propter ſuam contumaciam, firma-
uit expreſsè Bar.in l.2.in vlt.col.verſ.ſed quæro.ſ. ſi quis in ius
vo.non ie.vbi dicit,ꝙ non poteſt talis cõtumax à iudice mul
ctari ſine noua citatione, & dicit, ꝙ debet ſibi ſtatui termi-
nus ad faciendum ſuam excuſationem, ſiue defenſionem,&
hoc per illum tex.de quo etiam per Alex.poſt Bart. in l.1.ſup.
ſi quis ius di.nõ obtempera.& ibi in illa l.1.in princ.in vlt.col.
vide omnino Iaſ.no. loquentem, & iſta op.mihi vr̃ conſona
iuri & ęquitati. [Vide Alexan. in conſ.212. incip. ponderatis.
3.col.in 6.vol.] Nã ſi diceremus contrarium,ſcilicet ꝙ contu
max poſſet ſine noua citatione condemnari, ſequeretur ab-
ſurdum & inconueniens, videlicet ꝙ ille, qui fuit contumax
ex aliquo iuſto impedimento, condemnaretur, quod eſſet
224 iniquum & abſonum,& ꝯ iura quàm plura, † nam in dubio
quis non præſumitur contumax & inobediens ſuperiori, qa
contumacia eſt delictum, vt dixi in l.omne delictum.§.cõtu-
macia,infra de re milita.& hr̃ per glo.in l.filius.ſ.de interrog.
act. & in c.qui reſiſtit. 11.q.3.& in c.ſi quis. de maio. & obed.
& habetur per glo. in c. ex literis. de conſtit.& latius per Do.
Maria.Soc.in c.veniens.in 56.col.in repe.ſua, extra de accuſa.
225 † Et ideo videmus,ꝙ per ſolum iuramentum excuſatur quis
à contumacia, ſecundum glo. no. in c.vnico,in glo.fin.4.q.5.
quam refert & ſequitur ad hoc Feder. de Senis in conſi.ſuo
114.incip. ſuper puncto, &c. De quo dixi ego in repe. mea
rub.C.de proba.in 29.colum.in verſ.inci.item infirmitas,&c.
[Vide in repert.meo in litera A.in 22. char. in primo nota.]
Quinimò dixit glo.no.in l.ex conſenſu.infra de appella.quòd
citatus, qui non comparuit, excuſatur à contumacia, ſi dicit
citationem miſiſſe obliuioni, vel nõ comparuiſſe, quia non
226 credebat iudicem ita feſtinare,&c.† Pro qua glo.optimè fa-
cit illud,quod dicitur, videlicet quòd quælibet iniuſta cauſa,
dummodo colorata,excuſat à dolo, vt dixit glo. in l.plagij.la
ſeconda.infra de plagia.& glo.in l.vnica.§.fi.ſup. ſi quis ius di.
non obtempe.& in l.ſatiſque pœnę.ſ.de in ius vo.& in l.1.C.
vbi cauſa ſtat.& in l.1. in fi. infra de abigeis. & in l.non poteſt
dolo carere.inf.de reg. iu.de quo etiam habetur per Alex. in
conſ.ſuo 211.incip.viſis & diſcuſſis, &c. in vlt. col.& in conſ.
ſuo 474.incip.viſa,&c. in 3.col.& in conſ.73. incip.non puto.
in penult.colum.in primo vol.& eo.volum.in conſ.92.incip.
perſpectis. in pen.col.& per Ludo.Rom.in conſilio ſuo 150.
incipien.in propoſita,& in conſ.224.inci.iſta captura,&c. De
quo etiam dixi in c.2.circa me.extra de homi.& in repe.mea
l.fi.in 30.char.C.de prob. de quo etiam per Dom.Fely. in c.ſi
quis,in vlt.col.de maio.& obedien.& per Cępo. in conſi.ſuo
8.circa fi.& per Dom.Phil.Dec.in conſ.ſuo 170.incipien.viſo
themate,&c. in vlt.colum.& per Ang.in l.prætor ait. §.in hac
actione.ſ.vi bon.rapto. vbi ponit ſingulare verbũ in hac ma-
teria, quòd non refero nunc breuitatis cauſa. An autem va-
leat ſtatutum,quòd ex ſola contumacia aliter non conſtante
de crimine quis poſſit condemari ad mortem, vide quæ dixi
in l.de minore,in princ.in vlt.colum. ver.& an valeat ſtatutũ.
227 inf.de quæſtio. † Quæro vlterius de alia no.quæſtione, quæ
ſæpiſſimè occurrit & in cauſis ciuilibus & criminalibus,vide-
licet,quidam Petrus Ioannis citatur,& in cautione dicit, Pe-
trus Marti. citetur,&c.An talis citatio arctet eum ad compa-
rendum,adeo ꝙ ſi non comparet,dicatur contumax, & iura
loquentia de contumace ſeu de contumacia, habeãt locum
contra eum.In quo dicas, ꝙ non dicitur cõtumax, ſecũdum
Bar.in l.teſtamento.ſ.de cond.& demon. & in l.demõſtratio
falſa.in 6.colum.verſ.6.quæro,quid in iudicijs, &c. eo.titu. &
Bald.in l.hac conſultiſſima,in 2.colum.verſ.item vbi obſcuri-
tas,&c. C.qui teſta. facere poſ. & Bal.in l.prima,ſupra de libe.
& poſthu. De quo etiam vide Bald. in §. eum quem temere.
ſupra de iudici Dom. Card. in cle.2. in 5.nota. ꝯ lite penden.
[Vide Alex.in conſ.108.incip.viſa.in 7.volum.] Et ideo,quan-
do aliquis amicus meus citatur alio nomine, quàm ipſe vo-
cetur,facio quòd ipſe cuſtodit diligenter ſchedulam citatio-
nis,vt eam poſſit ſemper oſtendere,qualiter in ea non conti
nebatur nomen ſuum,ex quo non comparuit.Et ideo meri
228 tò geſta contra eum non nocent ei . quod eſt no. † Et tene
menti, quòd licèt Notarius cauſę in actis ſcripſerit, talis cita-
tus,&c.per hoc tamen non probatur citatio ipſius,niſi aliter
conſtet de tali citatione.Ita dixit Bal.in l.fi.in vlt.col.in verſic.
quæro,cauetur in actis, &c. C.de re iudi. & in authen. ſi quis
in aliquo. in 3.col. in ver. & idẽ dico in citatione. C.de eden.
Pro quo facit,quod dixit Abb.in conſilio ſuo 92.incipien.in
Chriſti nomine, ſententiam latam &c. in vlt. col. Et faciunt
optimè ad prædicta, quæ ego latè dixi in l.1.in §. ſi quis dica-
229 tur.in 2.& 3.col.infra de quæſtio. † Vlterius ſcias, quòd licèt
quis ſit contumax,tamen iudex etiam delegatus poteſt face-
re ei gratiam,expectando eum in die ſequẽti, nec pars aduer
ſa poteſt ei cõtradicere, quia ipſe iudex vtitur poteſtate ſibi
à lege tradita Ita dixit glo.Bal.& Barba.in c.conſuluit. de offi-
cio deleg. quod dicit ibi Bald.eſſe no.dignum. Et idem dixit
Bald. in l.& poſt edictum.in prin.ſupra de iudi.vbi dicit,nota
quòd poſt peremptorium emanatum iudex de benignitate
põt citare vna alia citatione,& ſubdit,ꝙ ſimile dicunt Cano
niſtæ, ſcilicet quòd iudex poteſt contumacem expectare de
benignitate,ſi vult,& non confeſtim fulminare ſententiã, vt
extra de officio deleg.c.conſuluit.& no.Inſti.de verbo.oblig.
§.primo.Dicit poſtea ipſe Bald.hoc autem præſumo eo ipſo,
ꝙ iudex non pronũciauit, ſed diſtulit, ut uideatur expectaſſe
de benignitate,ut ualeat ſententia tanquam lata in termino
expectationis,& hoc dicit ipſe Bald. habuiſſe de facto. [Vide
ſupra,in 12.col.poſt med.] & faciunt etiam ad prædicta, quæ
dixit Pet.Anch.in conſilio ſuo 211.incip.inter contraria,&c.
quaſi per totum.& faciunt optimè dicta per me,in l.quæſtio
230 nis modum,in 5.colum.in princ.infra de quæſtio. † Vltimò
pro nunc ſcias,quòd contumax non auditur,niſi refectis ex-
penſis, ut in l.ſancimus. C. de iudi. & habetur in c. quoniam
frequenter.§.in alijs.extra,ut lite nõ conteſt. & in §.omnem.
& ibi Ang.in Auth.de litigio.& in authen.qui ſemel.C.quo-
231 modo & quando iudex. Refectis † autem expenſis auditur,
non tamen etiã tunc auditur opponendo exceptiones per-
emptorias,ſecundum Inno.in c.præterea.de dilatio.& Ang.
in l.peremptorias.C. ſent.reſcin. non poſ. qđ dictũ pro ualde
no.refert & ſequitur Angel.de Are.in §.appellantur.in 3.col.
Inſti.de except. An autem contumax refectis expenſis admit
tatur ad opponendum contra proceſſum iam factum, uide
latè per Iaſ.in d.l.ſancimus in pe.col.uerſ.ſeptimò quęro,&c.
C. de iudi. Item in materia expenſarum reficiendarum pro-
232 pter contumacẽ, † ſcias quòd contumaci poteſt denegari
iuriſdictio & audientia donec actualiter ſoluat expenſas ſe-
cundũ Iaſ.in d.l.ſancimus.in uerſ.2.no.&c.C.de iud. pro quo
ſecun-

ſecundum eũ facit gl.no.in l.ſed p̃torem.in §. ſed ſi de cæte-
233 ro.s̃.ex quib.cauſis maio. † & dicit Iaſ. vbi s̃. ꝙ prædicta ſunt
intelligenda non ſolum in illa cauſa, ſed etiam in omni alia
cauſa,quam habet ipſe contumax cum omnibus aliis perſo-
nis coram eodem iudice.Ita dixit Bal.in c.conſentaneum.C.
quomodo & quando iud.in 5.col.in ver. deinde ad euiden-
tiam præmitto,&c.vbi reputat hoc not.dignum.& idẽ tenet
Bal.ſecundum eum,in c.fi.extra de mutu.pet.& in c.cum ve-
niſſent.in 3.col.de iudi.& in c.grauis.in 7.col.in fi.de reſt.ſpo.
234 Limitat tamen† D.Iaſ.ubi ſupra,prędicta non habere locum
in arbitro,qui propter contumaciam non poteſt denegare
audientiam,ꝙ dicit uoluiſſe Lud.Rom.in l.1.in pe.col. ſupra
de arbi.Item etiam dicit Iaſ. vbi ſupra, ꝙ arbiter non poteſt
mulctare contumacem,ſicut ordinarius,ſecundum glo. in l.
non ex omnibus.in prin.ſupra de arb.intelligendo, vt ibi per
235 Bar.&c.Item iſtam regulam,†quòd contumax non auditur,
niſi refectis expenſis,intellige habere locum etiam in mino-
re contumace,qui minor etiam non auditur,niſi refectis ex
penſis,ſecundum Bar.in l.ſi finita.in §.ſi forte. ſupra de dam.
infe. & an ex contumacia tutoris, vel curatoris reficiãtur ex-
penſę per pupillum,an per ip̃m adminiſtratorem,ponit Bar.
in l.contumacia. infra in hoc titu. & in l.1. §. ſi procurator.in
236 vlti.col.ſupra ſi quis ius dic.non obtem.† Item ſcias etiam, ꝙ
hæc regula habet locum nedum in reo citato, ſed etiam in
actore citante,quia ſi poſtea ſe abſentaret, & eſſet cõtumax,
non audiretur,niſi refectis expenſis,& fortius procederet in
actore citante,quàm in reo,ſecundum Bal. Cy.Sal.& Pau.de
Caſ.in d.l.ſancimus.ubi Iaſ.adducit bonam rationẽ pro hoc.
237 Item† etiam ſcias,quòd contumax non auditur, niſi refectis
integris expenſis. Nam ſi ſoluiſſet oẽs expenſas excepto uno
nummo,non audiretur,ſecundum Bal.in c.conquerente. in
1.col.de reſti.ſpol. Et ſcias etiam, quòd hæc regula expenſarũ
habet locum etiam in cauſis criminalibus, quando procedi-
238 tur per denunciationem uel accuſationem.† Nam ſi denun
cians,uel accuſans eſt contumax, non auditur,niſi refectis ex
penſis.ita tenet Cyn.in d.l.ſancimus.in 15. q.& Sal.in 11. & in
l.ſeueritatis.C.de excu.tut.& in l.1.C.de ſumpt.recup.lib.10.&
iſta omnia ponit Iaſ.in d.l.ſancimus.in 2.3.& 4.col.ubi etiam
alia plura notabilia ponit in hac materia, quæ per te uidere
poteris,ibi ultra præmiſſa limitat hanc regulam plurib. mo
dis,de quibus ibi per eum, quem non refero breuitatis cau-
ſa.Poſſem etiam alia plura,& plura adducere circa hanc ma-
teriam contumaciæ,quę omittere ſtatui,ne ſim proxilior,&
ſimiliter potuiſſem alia quamplura adducere ſuperius circa
materiam citationis, ſed ſolum adduxi ſupraſcripta,quæ mi-
hi uiſa ſunt utiliora,& digniora, & magis practicabilia cæte-
ris.Alia ẽt uidere poteris per D.Maria.Soc. in ſæpius allegata
ſua repet.rub.extra de dila.& per Barb.in reper.ſuo,in uerbo,
citatio.per totum.Quare omiſſo §.qui apud.huius legis, ſta-
tui præſenti repetitioni, & opuſculo finẽ imponere gratias
innumeras, & immortales agens piiſſimo, ac benigniſſimo
Deo.Et iſta addantur aliis operibus,ſudoribus,laboribus, ui-
gilijs,& lucubrationibus meis continuis,in quibus continuè
uerſor,malè tamen & peſſimè remuneratus. Ex ſtudio meo
Bononiæ,die ultimo Iunij. 1518.

F I N I S.

HIPPOLYTI DE MARSILIIS BONONIENSIS

I.C. PRAESTANTISSIMI:

Repe. Rubri.ff.de fideiuſſoribus.

SVMMARIVM.

1 *Continuationem rubricæ non eſſe admodum neceſſariam in principijs librorum.*
2 *Fideiuſſor,quis dicatur.*
3 *Mandator,quis dicatur.*
4 *Expromiſſor, quis dicatur.*
5 *Sponſor, quis ſit.*
6 *Fideiuſſor,an & quomodo differat a mandatore.*
7 *Renunciationes ſolitæ fieri per fideiuſſores, qui renunciant beneficio de fideiuſſoribus, & alijs quibuſdam beneficijs, quid operentur.*
8 *Fideiuſſor,quibus caſibus citra vllam renunciationem poſſit conueniri non excuſſo principali debitore.*
Mercatores, campſores, uel ſimiles perſonæ fideiubentes pro aliquo poſſunt conueniri prius quàm principalis debitor.
9 *Fideiuſſor, qui iurauit ſe ſoluturum, an excludatur beneficio excuſſionis.*
10 *Fideiuſſorem poſſe conueniri non excuſſo principali, qui notoriè ſoluendo non eſt,vel qui difficulter conueniri poteſt, obſtante eius potentia.*
11 *Fideiuſſorem non poſſe opponere beneficium excuſſionis, ubi creditor debitoris principalis eſt aliàs debitor ipſius fideiuſſoris,& vult uti aduerſus eum compenſatione.*
12 *Excuſſionis beneficium introductum eſſe ad rigorem iuris conſeruandum,ac proinde opponi non poteſt,ubi agitur de æquitate,& de bona fide.*
13 *Fideiuſſor opponens beneficium excuſſionis non auditur in ijs cauſis, in quibus proceditur ſummariè,& de plano.*
14 *Fideiuſſorem primo loco poſſe conueniri,quando reus abeſt ab ea ciuitate,aut iuriſdictione, ſub qua facta eſt obligatio.*
15 *Fideiuſſor,qui impediuit excuſſionem, quæ fiebat contra ipſum principalem debitorem, non auditur poſtea uolens opponere beneficium excuſſionis.*
16 *Debitorem captum eximens è manibus officialium iudicis,tenetur ad id debitum,pro quo ille erat captus, non ſecus ac ſi pro eo fideiuſſiſſet.*
17 *Debitoris loco obligari eum,cuius hortatu debitor fugit,cum creditor eum capi curaret.*
18 *Creditorem,qui pignus a debitore habet,non poſſe conuenire fideiuſſorem,quatenus verum ſit.*
19 *Fideiuſſor,qui negauit ſe fideiuſſorem, perdit beneficium excuſſionis, ſi poſtea probatum fuerit ipſum fideiuſſiſſe.*
20 *Fideiuſſore ſuccedente principali debitori ceſſat beneficium excuſſionis.*
21 *Alienata per debitorem, qui conſtituerat ſe omnia ſua poſſidere nomine precario creditoris, poſſe per creditorem reuocari eueniente caſu obligationis, nulla facta excuſſione in bonis ipſius debitoris.*
22 *Excuſſio an cenſeatur ſufficienter facta, ſi officialis dicat, ſe perquiſiuiſſe bona principalis debitoris,& nihil inueniſſe.*
23 *Fideiuſſorem indemnitatis non poſſe conueniri ante excuſſum principalem debitorem,tametſi renunciauit beneficio excuſſionis.*
24 *Fideiuſſor quo caſu conueniri non poſſit niſi factis duabus excuſſionibus contra principalem debitorem.*
25 *Exceptionem dilatoriam ſuperuenientem reo poſt litis conteſtationem prodeſſe ei.*
26 *Excuſſionem factam eſſe contra principalem non ſufficit, ut deueniri poſſit contra tertios poſſeſſores, niſi iudex pronunciarit eam fuiſſe rite factam.*
27 *Beneficium epiſtolæ Diui Adriani fideiuſſoribus competens,quale ſit.*
28 *Beneficium cedendarum actionum,quod fideiuſſoribus competit, quale ſit.*

29 Renun-

29 Renunciationem generalem omnium beneficiorum factam a pluribus reis, aut fideiuſſoribus ſimul obligatis non extendi ad beneficium cedendarum actionum.

30 Renunciationem generalem exceptionum non excludere eam exceptionem, quæ ortum habet ex facto aduerſarij agentis.

31 Renunciatio generalis, cui adiuncta eſt renunciatio ſpecialis, ad cuiuſmodi caſus trahatur.

32 Alternatiuam cadere inter æquipollentia, uel parum diſtantia.

33 Iuſiurandum renunciationi generali adiectum extendi tantum ad ea, ad quæ renunciatio ipſa extenditur.

34 Beneficium nouæ conſtitutionis de duobus reis quale ſit.

35 Renunciatio ab aliquo facta de omni legum, & iuris auxilio pro ſe faciente, quid operetur.

36 Renunciatio beneficij facta ab eo, qui ignorat tale beneficium ſibi cõpetere, an valeat.

37 Renunciationem alicuius iuris non ualere niſi præcedente certificatione eius iuris. & quid ſi iuſiurandum interpoſitum ſit. nu. ſeq.

39 Notarium aſſerentem in inſtrumento aliquem certioratum de beneficio ſibi competente atque ita ei renunciaſſe, interrogandum eſſe a iudice, quale ſit illud beneficium, & quid ſi reſpondeat ſe ignorare, an ob id inſtrumentum reddatur nullum.

40 Iureiurando alicuius ſtari in ijs, quæ dependent ab animo eius.

41 Scientiam uel ignorantiam alicuius probari iuramento ipſius.

42 Teſtis ſolius dicto non ſtari, quod falſum teſtimonium dixerit, quemadmodum nec dicto ſolius iudicis aſſerentis ſe falſam ſententiam tuliſſe.

43 Teſtis in articulo mortis dicens ſe falſum teſtimonium dixiſſe, uel iudex falſam ſe ſententiam tuliſſe aſſerens, idque adhibito iuramento, facit indicium contra eum, in cuius fauorem teſtificatum, vel ſententiatum eſt. & nu. ſeq.

45 Confitens in articulo mortis ſe habuiſſe pecuniam ab aliquo, nullum locum relinquit exceptioni non numeratæ pecuniæ.

46 Confeſſionem etiam ſine cauſa factam in articulo mortis ualere.

47 Confeſſioni factæ in articulo mortis an ſtetur in præiudicium tertij.

48 Salutis ſuæ quemlibet præſumi memorem.

49 Moriens non præſumitur mentiri.

50 Doctoris dictum intelligi debere ſecundum leges, quas allegat.

51 Bonus & fidelis quilibet præſumitur.

52 Interpretationem in dubio eam eſſe amplectẽdam, per quam quis cenſetur non deliquiſſe.

53 Teſtibus duobus ſuper innocentia deponentibus potius credendum, quam alijs duobus tametſi dignioribus deponentibus ſuper delicto.

54 Benigniorem in partem in dubio inclinandum.

55 Filium ſuſceptum ex adultero a muliere vxorata, præſumi in dubio ſuſceptum ex marito.

56 Interpretationem falſam ad reſcriptũ aſſerens, præſumitur id potius per ignorantiam, quàm per dolum facere.

57 Cauſam quamlibet etiam fatuam excuſare a dolo.

58 Conſuetudinem etiam iniquam excuſare a delicto.

59 Verba, quæ trahi poſſunt ad falſum & non falſum, interpretanda in dubio eſſe, ut non contineant falſum.

60 Notarius qui aliter ſcripſit, quàm dictum ſit a contrahentibus, præſumitur in dubio id per errorem potius feciſſe, quàm per dolum.

61 Verbum, quod ſonare poteſt in iniuriam, & in non iniuriam, in dubio interpretandum eſſe in non iniuriam.

62 Excuſationibus uel præſumptionibus etiam iniuſtis excuſari aliquem a dolo.

63 Verba impropriam interpretationem admittere, ut quis potius cenſeatur bonus, quàm malus.

64 Militem non præſumi in dubio remiſſum a militia propter dolum.

65 Fideiuſſor, qui conſtituit ſe principalem debitorem, an poſſit conueniri prius, quam principalis. & nu. 70.

66 Originem eſſe inſpiciendam, quatenus uerum ſit.

67 Acceſſorium ſequitur principale, & an id ſit perpetuum.

68 Verba teſtamentorum, priuilegiorũ, & contractuum in dubio ita intelligenda eſſe, ut nihil ſuperflui contineant.

69 Verba quæcunque etiam minima appoſita in inſtrumento debere aliquid operari.

71 Reus unus debendi habens plures correos, ſi ſolus recipiat pecuniam, ſolus tenetur tanquam principalis, cæteri ut fideiuſſores.

72 Fideiuſſorem minus idoneum recipiens, an uideatur eum approbare, ita ut non poſſit amplius petere ſibi caueri.

73 Contrahens vel compromittens cum aliquo, uidetur eum approbare pro idoneo.

74 Inſtrumentum producens manu cuiuſdam notarij, aliàs inhabilis confectum videtur illum ita approbare, vt poſtea non poſſit eum reprobare.

75 Teſtem aliquem in iudicium producens, non poteſt amplius perſonam eius reprobare.

76 Citans aduerſarium ſuum ad iudicium uidetur perſonam illius approbare, ita ut non poſſit poſtea illum improbare.

77 Iudiciariam uiam ſponte eligens in eo, quod propria authoritate exequi poterat, non poſſe poſtea circa illud vti propria authoritate.

78 Diem commiſſi debiti non eſſe de neceſſitate in libello adijciendum, ſi tamen ab accuſatore adiectus ſit, nec probatus, reus debet abſolui.

79 Fideiuſſore minus idoneo recepto, an poſſit creditor dicere, ſe ignoraſſe illum non eſſe idoneum, atque ita petere de nouo ſibi caueri. & nume. 81.

80 Contrahens cum alio præſumitur ſcire, uel debet ſcire conditionem illius.

82 Fideiuſſore effecto non ſoluendo, an poſſit creditor petere caueri ſibi per alium fideiuſſorem.

83 Pignore citra creditoris culpam deperdito, an poſſit ipſe creditor petere ſibi caueri alio pignore.

84 Fideiuſſore dato mulieri pro dote effecto non ſoluendo, poſſe alium fideiuſſorem peti per mulierem.

85 Inopiam repentinam connumerari inter caſus fortuitos.

86 Fideiuſſore idoneo, ſtatim atque datus eſt, fugam arripiente, an debitor cogendus ſit, alium fideiuſſorem dare.

87 Mandato Titij eum occiſum præſumi, qui ab eo eſt occiſus, qui paulo ante in aurem cum ipſo Titio, qui interfecti inimicus erat, collocutus eſt.

88 Actum geſtum per minorem cum authoritate curatoris interpoſito decreto iudicis ſtatim poſtquam curator creatus eſt, non ualere, & quæ ſit ratio, & an id ſit perpetuum. nu. 95.

89 Iudex ferens ſententiam eo die quo proceſſus ad illum miſſus eſt, non præſumitur eam tuliſſe cum cauſæ cognitione.

90 Conſilium repente datum præſumi nullum.

91 Laudum latum præcipitanter eſſe nullum, & an id ſit perpetuum. numero ſeq.

93 Molendini in flumine publico extruendi conceſſione alicui facta poſſe eum id molendinum retinere, quod ante permiſſionem conſtruxerat.

94 Legatum relictum mulieri pro ea maritanda, debere ei, etiam ſi tempore confecti teſtamenti iam erat maritata.

96 Redhibitoriæ actioni locum eſſe ad pretium, ſi animal uenditum moriatur intra triduum.

97 Conſiliarius aliquid faciẽs, quod paulo poſt per ſtatutum prohibetur, cenſetur fraudulenter feciſſe, ac proinde poterit id factum retractari.

98 Fideiuſſor ſit ne liberatus, ſi creditor mutat obligationem, ex cõuentione facta cum debitore principali, citra conſenſum ipſius fideiuſſoris. & nu. 100.

99 Contractum uideri nouum, quoties res ipſa, uel pretium in priorem contractum deductum mutatur.

101 Fideiuſſor ſit ne liberatus, ſi receſſum ſit a primo iudice.

102 Fideiuſſor teneatur nec ne ad augmentum, quod acceſſoriè uenit ad rem ſeu obligationem principalem. & nu. 108.

103 Fideiuſſores obligari ſtipulatione ſeu verbis tantum.

104 Fideiuſſor datus ab aliquo ſyndicatus nomine, an teneatur, ſi primo is, pro quo fideiuſſit, fuit abſolutus, deinde repetito proceſſu, uigore ſtatuti poſtea facti, fuit condemnatus.

105 Fideiuſſorem Poteſtatis non teneri niſi pro eo tempore, quo ſolet durare officium, non etiam pro eo tempore, quo finito officio confirmatur rurſus in eodem magiſtratu.

106 Fructus alicuius arboris promittens non tenetur ea arbore ſucciſa, uel ui uentorum diſiecta, tametſi alia in eius locum excreuerit.

107 Penſionem fundi locati non eſſe augendam, tametſi fundus per alluuionem auctus ſit.

109 Inquilinum eſſe obligatum non ſolum pro penſione domus, ſed etiam pro deterioratione, cuius etiam nomine illata in eam domum ſunt tacite obligata.

110 Fideiuſſor in caſibus in quibus tenetur ad augmentum, an teneatur pro primo duntaxat augmento, an etiam pro omnibus augmentis ſuccedentibus.

111 Securitatem eundi & redeundi alicui conceſſam intelligi pro prima uice tantum.

112 Præſentatione vnica liberari eum, qui iudici aliquem repræſentare promiſerat. & nu. 157.

113 Vendens fructus uiridarij ſui, qui bis in anno proueniunt, cenſetur uendere duntaxat primos fructus.

114 Promittens iudici præſentare aliquem toties quoties uoluerit, an una & altera præſentatione liberetur. & nu. 119. & 158.

115 Pœna promiſſa quandocunq; contrafactum fuerit, quoties debeatur. & nu. 159.

116 Procurator conſtitutus cum poteſtate ſubſtituendi, an & quãdo poſſit procuratorem ſubſtituere data ei poteſtate ſubſtituendi.

117 Infinitas quando admittatur.

118 Offerendi ius competens alicui per modum cuiuſdam facultatis nullo tempore poſſe præſcribi.

120 Diſpoſitio generaliter loquens, quando uerificetur in uno & altero actu,

actu, ut uitetur infinitas.

121 Statuto, quo cauetur compromiſſum fieri de lite mota inter affines, an ſit ſatisfactum per compromiſſum inutiliter factum, uel quod expirauit antequam arbitri pronunciarent.

122 Confeſſionem inualidam, cui non creditur, non afferre alicui damnum, nec comprehendi ſub ſtatuto faciente mentionem de confeſſione.

123 Cancellationes inualidas factas per magiſtratus, vel tabelliones, nõ derogare ſcripturæ.

124 Teſtes produci poſſe poſt publicata teſtimonia, ſi publicatio ſit inualida.

125 Literas ſecundas non aliter ualere quàm ſi in eis fiat mentio de primis, quatenus uerum ſit.

126 Statutum, quod pro omni contractu ſoluatur gabella, non extendi ad contractus inualidos.

127 Fideiuſſor datus in cauſa appellationis, an teneatur de cauſa principali. & nu. 129.

128 Dictum reſtringi ſecundum ſuam cauſam.

130 Fideiuſſor cauſæ principalis tenetur in cauſa appellationis.

131 Fideiuſſor ſiſtendi cauſa in iudicio datus, an ſit liberatus per deſertionem ſeu peremptionem inſtantiæ.

132 Fideiuſſor promittens ſiſtere aliquem in iudicio, an ſit liberatus ſi poſtea mutet conditionem, vel efficiatur alterius fori. & nu. 138.

133 Iudicis laici cognitionem non poſſe eum detrectare, qui commiſſo delicto clericum ſe fecit in fraudem.

134 Domicilium loci originis regulariter mutari non poſſe.

135 Mulier nubendo perdit domicilium loci ſuæ originis.

136 Mutatio ſtatus quid operetur.

137 Priuilegium ſuperueniens eximit aliquem ab eo onere, quod prius ei incumbebat.

139 Clericis cuiuſmodi immunitates, & priuilegia permittantur. & nu. ſeq. vſque ad nu. 153.

154 Fideiuſſio iudicio ſiſtendi cauſa facta coram aliquo iudice, an tranſeat ad ſucceſſorem eius, vt coram eo fideiuſſor teneatur reum ſiſtere.

155 Mandatum factum ſub nomine dignitatis, an finiatur morte, an potius tranſeat ad ſucceſſorem.

156 Compromiſſum in aliquem factum, an morte eius finiatur.

157 Fideiuſſor iudicio ſiſtendi cauſa acceptus, an poſſit opponere exceptionem, quod reus erat malè captus, quòdque carcere liberari debebat, ac proinde quòd non teneatur eum ſiſtere.

160 Promittens repræſentare aliquem nullo præſtituto tempore, uſq; ad quod tempus cenſeatur obligatus.

161 Fideiuſſor, qui promiſit repræſentare aliquem, an ſit liberatus, ſi reus poſtea per iudicem captus fugerit effracto carcere.

162 Fideiuſſor obligatus pro alio ſoluere vel ipſum repræſentare ad carcerem, an liberetur ſi poſtquam curauit reum in carcerem conijci, reus ipſe culpa iudicis euaſit.

163 Cuſtodem carceris non teneri ex fuga rei, cum quo vnus ex cuſtodibus eiuſdem carceris aufugit.

164 Fideiuſſor qui ſub pœna promiſit repræſentare aliquem intra certum tempus, ſi ipſum non repræſentauerit, quia de hoc a iudice non fuit requiſitus, an teneatur ad pœnam.

165 Iudex, qui ex forma ſtatuti tenetur ſub pœna expedire proceſſum intra menſem, ſi non expediuit ob id, quod pars non petijt, non incidit in pœnam.

166 Statutum quod ſententia non ualeat, niſi ſit lata cum conſilio ſapientis, intelligendum eſſe, ſi pars petierit, ut tale conſilium adhibeatur.

167 Statutum quod priores ciuitatis teneantur cauſam committere ſub certa pœna, intelligendum eſſe, ſi hoc ab eis petatur.

168 Iuriſiurandi de calumnia omiſſionem non aliter uitiare proceſſum, quàm ſi fuerit petitum.

169 Statutum quòd bannitus non debeat audiri, intelligendum eſſe, ſi hoc a parte petatur.

170 Obligatus ex conuentione, ac præterea per ſtatutum ad aliquid faciendum, tenetur illud facere nulla etiam præcedente monitione.

171 Fideiuſſor obligatus ſub pœna ad repræſentandum aliquem intra menſem, an ſit liberatus ſi pendente eo tempore reus ſit bannitus, uel ſi de crimine capitali accuſatus fugerit. & nu. ſeq. & 175.

173 Promiſſioni etiam iuratæ ineſſe tacitè hanc conditionẽ, ſi res ſic ſtent, & aliquid de nouo non ſuperueniat.

174 Obligatione liberari aliquem ob nouam cauſam ſuperuenientem.

176 Affectationem non prodeſſe affectanti.

177 Ignorantia quibus caſibus ſolet excuſare a pœna, non excuſabit ſi ſit affectata.

178 Fideiuſſor, qui promiſit ſe curaturum, quod alius aliquid faciet, an liberetur per mortem illius, an uero obligatio tranſeat ad hæredes. & nu. 185.

179 Impoſſibilium nullam eſſe obligationem.

180 Impoſſibilitas vitiat, & deſtruit contractum.

181 Appellationem non videri deſertam, ubi impoſſibile fuit appellanti proſequi appellationem a ſe interpoſitam.

182 Emphyteutam non ſoluentem penſionem excuſari propter inopiam, vt non cadat a iure ſuo.

183 Difficultatem excuſare a pœna, nedum impoſſibilitatem.

184 Difficultas excuſat a periurio.

186 Fideiuſſionem pro maleficio factam extingui morte fideiuſſoris.

187 Stipulatio pœnalis ſub conditione facta, an poſſit committi contra hæreditatem iacentem.

188 Fideiuſſio an reddatur inanis per proteſtationem præcedentem extra iudicium factam, per quam quis proteſtatus eſt creditori, quod tametſi receperit eum in fideiuſſorem, non tamen vult obligari, nec intendit ei ſoluere. & nu. 192.

189 Proteſtatio contraria actui futuro remouet voluntatem ab actu.

190 Proteſtatio clandeſtina vnius, an & quando uitiet actum utriuſque.

191 Proteſtationi renunciare an uideatur, qui actum proteſtationi contrarium facit. & nu. 238.

193 Cautio iuratoria an admittatur loco pignoris, uel fideiuſſoris, ubi is, qui ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti tenetur ad dãdum pignus, uel fideiuſſorem, neutrum dare poteſt obſtante, uel inopia, uel qua alia cauſa.

194 Periurio ſemel notatus non amplius admittitur ad præſtandam cautionem iuratoriam etiam ſi aliter cauere non poſſit.

195 Probare per iuſiurãdum ſuum non poſſe eum, qui ſemel periurus fuit.

196 Teſti, qui ſemel falſum teſtimonium tulit, nunquam credi.

197 Inſtrumentum ſit de nouo repertum necne, probari per iuſiurandum producentis ipſum inſtrumentum.

198 Periuro non deferri iuſiurandum honoris, ſed oneris duntaxat.

199 Iureiurando ſuſpectæ perſonæ non ſtari, nec in ijs quidem caſibus, in quibus ſtari ſolet iuramento alicuius.

200 Reum accuſatum non eſſe ſub fideiuſſoribus relaxandum, ſi aliquando è carcere eruperit.

201 Statutum puniens rapientem mulierem ſolutam nõ extendi ad eum qui rapuit mulierem quam alius oſculatus eſt.

202 Raptum non committi in muliere nupta inhoneſtè viuente.

203 Statutum, quod ſuper æſtimatione damni ſtetur iuramento damnum paſſi non habere locum in periuro damnum paſſo, aut alias infami.

204 Satiſdationis onere quem aliquando reuelari ratione iniuriarum.

205 Statuto requirenti ſatiſdationem in aliquo caſu pro forma, uideri ſatisfactum ſi quis diues pauperem fideiuſſorem dederit.

206 Satiſdationem ex forma legis uel ſtatuti requiſitam remitti homini probatæ vitæ.

207 Cautionem iuratoriam non admitti in criminalibus.

208 Fideiuſſor datus ab aliquo magiſtratu, aut officiali ex forma ſtatuti, ad quid, ſeu pro quibus rebus teneatur.

209 Statutum quòd credatur libris rationum mercatoris aut artificis, intelligendum eſſe, vt credatur in ijs, quæ ad artificium, aut negociationem eorum pertinent.

210 Statutum quod liceat contrahere cum filiofa. mercatore, non extendi ad eos contractus, qui cum eo fierent ex alia cauſa, quàm ex cauſa negociationis, quam exercet.

211 Inſtrumentum confectum a notario condemnato de falſo, ita demum nõ ualere, ſi talis notarius falſum commiſerat circa ea, quæ dependent ex officio tabellionatus.

212 Priores artium, quib. in rebus iuriſdictionem exercere poſſint in ſuos artifices.

213 Fideiuſſor coactus ſoluere licet indebitè, an poſſit repetere a debitore principali.

214 Fideiuſſor de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo, poſſit ne compelli per creditorem ad ſoluendum non ſolum debitum principale, ſed etiam expenſas in litigando factas.

215 Connexorum ſeu dependentium, & ipſius principalis idem eſſe iudicium. & nu. 219.

216 Procuratorem non uideri excedere fines mandati, ubi quid facit, quod eſt connexum ipſi mandato.

217 Vendita uacca uideri etiam uenditum uitulum, qui adhuc lactet.

218 Liberationem a principali extendi ad connexa, & dependentia etiã non expreſſa.

220 Contumacem in uno actu non eſſe citandum ad ſubſequentem actum præcedenti connexum.

221 Dependentia videntur pars eorum a quibus dependent.

222 Fideiuſſor poſſit ne agere contra principalem debitorem ad damna, & intereſſe.

223 Bona, quæ non ueniunt ſub obligatione generali, an cenſeantur obligata ab eo, qui ſub obligatione bonorũ ſuorum pro alio fideiuſſit, quiq; nulla alia bona habet.

224 Verbum poſitum in aliqua lege, ſtatuto, contractu, aut alia diſpoſitione, intelligi poſitum, ut aliquid operetur.

225 Filiorum appellationem in priuilegio extendi ad adoptiuos, ubi priuilegium uerificari non poſſet niſi in adoptiuis.

226 Conducens fundum tempore bellorum, propter quæ impeditur fructus colligere, non poteſt petere remiſſionem.

227 Legato blado, quod quis habet in ciuitate, uenire bladum quod habet in ter-

in territorio, ſi nullum bladum habeat in ciuitate.

228 Chartis legatis venire libros, vbi teſtator nullas alias chartas hẽt.

229 Equum in bellum commodato accipiens eo occiſo in conflictu, non tenetur.

230 Principẽ uideri in dubio uſum plenitudine poteſtatis, ubi alias actus non ualeret.

231 Filiumfa. non poſſe donare cauſa mortis niſi patre conſentiente, & an ſufficiat patrem eſſe præſentem.

232 Statutum loquens de carceratis relaxandis non extenditur ad eos, qui detinentur propter crimen falſi, & an id ſit perpetuum. numero ſeq.

234 Filia cedens ius, quod habet in hæreditate paterna, videtur etiam cedere ius, quod habet ad repetendam dotem maternam, ſi nullum aliud ius in hæreditate paterna habet.

235 Pignoris iure, an & quando liceat capere ea, quæ ad agrorum culturam pertinent.

236 Fideiubens pro aliquo, qui prius nunquam ſe pro eo fideiuſſurum iurauerat, an obligetur. & nu. 239.

237 Iuſiurandum poſterius contrarium priori licitè præſtito non obligare, nec ualere actum tali iuramento firmatum.

240 Fideiuſſor poßit ne obligari ad pœnam corporalem. & nume. 243. & 245.

241 Homicidij reum eſſe non ſolum qui occidit inuitum, ſed etiam qui uolentem occidit.

242 Quæſtioni ſubmittere ſe nemo poteſt.

244 Cuſtodiam carceris ſuſcipiens ſi carceratos fraudulẽter abire ſinat, capite plectitur.

246 Iuriſdictionem prorogari non poſſe in criminalibus, ſi agitur de pœna corporali, tametſi in ciuilibus poſſit.

247 Reus criminis an ſit ſub fideiuſſoribus relaxandus.

248 Fideiuſſor accuſati de vulnere ex quo poſtmodum mors eſt ſubſecuta, non tenetur ad pœnam homicidij.

249 Fideiuſſor rei criminis ſemel liberatus per ſententiam pro reo latam non poteſt obligari per ſtatutũ poſtea emanans ſuper reuiſione proceſſus contra reum principalem facti.

250 Fideiuſſor poſſit ne renouari inuito creditore. & nu. 255.

251 Fideiuſſorem certum dare obligatus liberatur dando alium æquè idoneum.

252 Vaſallum non poſſe alienare feudum inuito domino, & an id ſit perpetuum. nu. ſeq.

254 Emphyteuta, cui per pactum expreſſum conceſſum eſt, ut poſſit in fine locationis ſua melioramenta tollere, non poteſt ea tollere inuito domino offerente pro eis tantum, quantum emphyteuta ab alio eſſet habiturus.

256 Debitori, qui promiſit fideiuſſori ſuo eum releuare, ſeu eximere ab obligatione, quomodo ſuccurratur.

257 Fideiußor poſſit ne ante quàm ſoluat, agere contra principalem debitorem.

258 Fructus de proximo colligendos haberi pro collectis.

259 Factum cenſeri quod de proximo fieri debet.

260 Filiam, quæ peccauit in corpus ſuum, alendam & dotandam eſſe, ſi per pœnitentiam reſipuerit.

261 Filius erga patrem ingratus, & ob id exhæredationi obnoxius ſi uiuo patre, & ante conditum ab eo teſtamentum pœnitentia ductus reſipuerit, non debet exhæredari.

262 Cauſa ceſſante ceſſare, & eius effectum.

263 Conſtitutio aliquid permittens propter periculum, ceſſat eo periculo ceſſante.

264 Conductor expulſus ob refectionem domus, poteſt ea refecta petere, vt ſibi liceat domo conducta uti.

265 Filium a patre præ inopia & urgente fame uenditum poſſe agere contra patrem vt eum redimat, ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam.

266 Renunciationem hæreditatis paternæ factam a filia fauore fratrum, iiſdem fratribus mortuis non nocere ipſi filiæ.

267 Procurator emens pro domino, poteſt ante, quàm ſoluat, agere cõtra dominum, & petere, quòd ipſe dominus ſoluat pretium rei, quam ipſe procurator mandato domini emit.

268 Fideiuſſor an poßit a creditore recuſari tanquam minus idoneus ob id quòd nulla immobilia poßidet. & nume. 271. & 281. & 284. & 287.

269 Fideiuſſorem minus idoneum recuſari non poſſe vbi reus principalis eſt valde diues & idoneus.

270 Satiſdare non teneri eum, qui eſt manifeſtè idoneus, etiam ſi ex diſpoſitione legis uel ſtatuti requireretur ſatiſdatio.

272 Contumacem non cenſeri eum, qui propter infirmitatem ſuorum impeditus non comparuit.

273 Metus illatus per iudicem conſanguineis proteſtantis, aut appellantis, idem operatur, atque ſi ipſi proteſtanti, ſeu appellanti illatus eſſet.

274 Offendens conſanguineum eius quem promiſerat non offendere ſub pœna, incidit in pœnam.

275 Offenſam conſanguineo meo factam uideri mihi factam.

276 Pœnam in ſponſalibus aut matrimonijs a conſanguineis contrahentium promiſſam non deberi.

277 Amicitiam non vulgarem idem operari, quod coniunctionem ſanguinis. & nu. 280.

278 Coniunctionem ſanguinis, vel licitæ affinitatis in perſona admodum dilecta habere uim clauſulæ codicillaris, atque etiam vim reuocationis clauſulæ derogatoriæ in priore teſtamento poſitæ. & nume. ſeq.

282 Fideiuſſorem videri idoneum, qui eſt fidelis, & probatæ uitæ, tametſi pauper ſit.

283 Satiſdationis vicem obtinere animi uirtutem.

285 Fideiuſſorem idoneum uideri eum, qui tametſi immobilia non poſſideat, multa tamen mobilia poſſidet in loco, in quo fideiuſſit.

286 Satiſdationem non requiri in cauſis ſummarijs, etiam ſi reus nulla immobilia poſſidet.

288 Patrimonio ineſſe id, quod eſt in obligatione ſeu in iure.

289 Fideiuſſor poſſidens immobilia, an ſemper cenſeatur idoneus, ita ut non poſſit recuſari. & nu. ſeq. vſque ad nu. 302.

303 Fideiuſſor idoneus an & quando poſſit is dici, qui eſt de alieno foro. & nu. 307.

304 Fideiuſſorem idoneum non uideri eum, qui cum difficultate conueniri poteſt.

305 Fideiubere iudicio ſiſtendi cauſa non poſſe eos, qui in iudicio eſſe non poſſunt.

306 Fideiuſſor idoneus cenſeatur necnè is, qui poſſidet immobilia, ſed ſubiecta reſtitutioni.

307 Contrahens cum aliquo & promittens dare ei fideiuſſorem, an poſſit dare fideiuſſorem alterius fori, qui tamen aliàs ſit idoneus.

308 Contractum factum in loco aliquo intelligi in dubio de hominibus illius loci.

309 Eleemoſinas debere pauperibus eius ciuitatis diſtribui in qua diſtributio eſt ordinata.

310 Fideiuſſor repetens a debitore principali, quod pro eo ſoluit, an probet ſolutionem per ſolam confeſſionem creditoris. & nu. ſeq.

312 Numerationem ueram probari per confeſſionem.

313 Exceptio competens principali debitori competat ne etiam eius fideiuſſori. & nu. 320.

314 Fideiuſſorem poſſe excipere ex perſona rei etiam ipſo reo inuito.

315 Fideiuſſor poteſt nõnunquam opponere exceptionem ex perſona rei, quam reus ipſe opponere non poſſet.

316 Fideiuſſor filijfam. an & quando iuuari poſſit exceptione Macedo. ſenatuſcon.

317 Fideiuſſor mulieris iuuatur exceptione ſenatuſcon. Velleiani.

318 Fideiuſſor condẽnatus petens in executione ſententiæ cedi ſibi actiones contra principalem debitorem, & oſtendi ſibi inſtrumentum debiti, audiendus eſt, & an id ſit perpetuum nu. 331.

319 Fideiuſſoris promiſſio de ſoluendo ſine aliqua exceptione, quam interpretationem admittat, & an per eam promiſſionem cenſeatur renunciaſſe beneficio excuſſionis.

321 Exceptio reſpiciens ipſam obligationem poteſt opponi per reum principalem ex perſona ſua ad defenſionem fideiuſſoris.

322 Pactũ liberatoriũ factũ principali debitori proſit ne ipſi fideiuſſori.

323 Exceptio innititur æquitati.

324 Fideiuſſorem poſſe implorare officium iudicis eo caſu quo ei denegatur exceptio, quæ competit principali debitori. & nu. 330.

325 Iudicis officium poſſe implorare eum, qui non poteſt opponere exceptionem & nu. ſeq.

327 Officium iudicis implorari poſſe ubi per lapſum temporis ſublata eſt exceptio non numeratæ pecuniæ, uel non numeratæ dotis.

328 Statutum excludens omnem exceptionem non cenſetur excludere officium iudicis.

329 Exceptio competat, an officium iudicis, quid interſit.

332 Securitas data principali, proſit ne eius fideiuſſori. & nu. 334. 335. & 341.

333 Beneficium conceſſum reo principali, quod eius hæredi denegatur, fideiuſſori quoque denegari.

336 Inhabilis concurrens cum habili gaudet priuilegio conceſſo ipſi habili.

337 Teſtis unius probi & integri fidem, ſupplere defectum alterius teſtis etiam infamis.

338 Inſtrumentum confectum a duobus notarijs, quorum alter priuatus eſt officio tabellionatus, valere propter alterum integræ, & ſpectatæ fidei notarium.

339 Socium omnium bonorum habere excuſationem a muneribus ex perſona ſocij.

340 Aetatem filij plenè probari per matrem accedente aliquo extraneo teſte integræ fidei.

342 Fideiuſſoris obligatio, per quam in plus obligatus eſt, quàm reus principalis, an ualeat.

343 Fideiuſſor poſſit, nec ne interuenire pro eo, qui eſt prohibitus obligari per ſtatutum.

344 Fideiuſſor poteſt obligari ſub maiori pœna, quàm reus principalis.

345 Fideiuſſor

345 Fideiuſſor poteſt ſe obligare ſub guarentigia, licet ſub ea principalis non ſit obligatus.
346 Fideiuſſorem poſſe efficacius obligari quam reum principalem.
347 Fideiuſſor poſſit ne petere a principali, vt eum eximat ab obligatione fideiuſſoria.
348 Neceſſitatis ex poſtfacto eſſe, quæ ab initio ſunt uoluntatis.
349 Fideiuſſorem dare obligatus, an liberetur dando pignora. & n. 351.
350 Pignori incumbere melius eſt, quàm in perſonam agere.
352 Creditorem præſtare debere ſi quod detrimentum contingat circa pignora, quæ penes ſe habet.
353 Securum aliquem facere promittens, vtrum teneatur dare fideiuſſorem, an pignus, & an ſufficiat, quod ſe obliget. & nu. ſeq.
355 Verba in dubio debere intelligi ſecundum naturam actus, ſuper quo interponuntur, atque ob id debere etiam impropriari, & large interpretari.
356 Statutum continens id quod ius commune, debet aliquid operari vltra ius commune.
357 Reſcriptum ſeu priuilegium per quod alicui conceditur, ut liceat appellare, quam interpretationem recipiat.
358 Citationem unam pro omnibus non ſufficere vbi ſtatutum exigit trinam citationem.
359 Debitor poſſit ne repetere pignora a creditore dando fideiuſſorem.
360 Filiusfamilias poſſit ne eſſe fideiuſſor.
361 Clericus poſsit ne eſſe fideiuſſor.
362 Facta nonnunquam tenere, licet de iure non debuerint fieri.
363 Laicus, qui fideiuſſit pro clerico, poſſit ne conueniri corã iudice laico.
364 Exceptiones perſonales non egredi perſonam.
365 Fideiuſſor gratis a creditore liberatus poſſit ne repetere a debitore principali.
366 Aduocatus agens cauſam propriam an poſſit, ſi obtineat petere expenſas litis.
367 Fideiuſſor indemnitatis ad quid teneatur, & quid differat a ſimplici fideiuſſore. & nu ſeq.
369 Mulieris fideiuſſionem pro alio factã ualere, ſi ei de indemnitate cautum ſit per traditionem pecuniæ.
370 Fideiuſſorem immunitatis teneri ſuſcipere iudicium lite mota aduerſus eum, cui de indemnitate promiſit.
371 Falſi crimine teneri eum, qui aliquid dat vel promittit iudici, vt pro ſe ſentẽtiam ferat, & an idem ſi duntaxat promiſit iudici eum indemnem ſeruare.
372 Indemnitatis promiſſio facta ab eo, qui mandauit delictum committi, an ualeat.
373 Fideiuſſio facta abſque expreſſione cauſæ an ualeat. & nu. 376.
374 Paria eſſe, cauſam non eſse expreſſam, uel minus intelligibiliter, & non apte eſſe expreſſam.
375 Pactum de non petendo factum ſine cauſa non ualere.
377 Confeſsionem ſine cauſa in iudicio factam plene probare.
378 Fideiuſsionem ſine cauſa extra iudicium factam firmari iuramento.
379 Fideiuſſor negans ſe fideiuſſiſſe, an ſibi præiudicet, ſi poſtea mendacij arguatur. & nu. 382. & 394. vſque ad nu. 397.
380 Socium ſe negans perdit beneficium ne conueniatur niſi inquantum facere poteſt.
381 Hæres negans per mendacium rem aliquam eſſe hæreditariam, perdit beneficium Falcidiæ.
383 Mendacij conuictos pluribus caſibus puniri. & nu. 385. & 393.
384 Emphyteuta vel vaſallus negantes rem eſſe emphyteuticam, vel feudalem conuicti de mendacio cadunt ab ea re.
386 Contractum negans perdit beneficium contractus.
387 Poſitionem aduerſarij negans non poteſt poſtea ex illa ſe iuuare, & an id ſit perpetuum. nu. 369.
388 Libello aduerſarij contradicens non poteſt ſe fundare in dicto libello.
389 Articulo quem prius quis negauit, non poſſe eum iuuari.
390 Scriptum non uideri pro eo, qui uenit contra ſcriptum.
391 Statuto non poſſe amplius ſe iuuare, qui uenit contra ſtatutum.
392 Priuilegium perdit quis per actum contrarium.
398 Negare totum licet propter partem plus petitam.
400 Statutum quòd confitenti crimen remittatur pars pœnæ, non extendi ad eum, qui primo negauit, deinde confeſſus eſt.
401 Mendacium quandoque eſſe ſpeciem furti.
402 Pœnæ ipſo iure per ſtatutum impoſitæ dimidiam non remitti confitenti, tametſi altero ſtatuto caueatur, quod confitenti delictum remittatur medietas pœnæ.
403 Vaſallo an poſſit obijci feloniæ crimen per hæredem domini, ſi dominus nunquam oppoſuit tale crimen vaſallo.
404 Iniuria trahens ſecum executionem tranſit ad hæredem.
405 Moram purgari non poſſe vbi executio fit a lege ipſo iure.
406 Iudex recipiens fideiuſſores minus idoneos, an ſemper teneatur parti in id quod eius intereſt.
407 Fideiuſſor apud fiſcum pro aliquo ratione certæ ſummæ, vel quantitatis, an debitoris bonis publicatis liberetur.
408 Procuratorem, qui ſatiſdedit de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluẽdo pro eo quem defendebat, eius bonis per creditores poſſeſſis liberari, ut non teneatur defendere.
409 Sententia lata contra debitorem principalem, an noceat fideiuſſori non citato. & nu. 411.
410 Sententia lata contra eum, quem negocium principaliter tangit, præiudicare ei etiam non citato, quem negocium acceſſoriè tangit.
412 Fideiuſſor de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo, an teneatur ſi iudiciũ reperiatur eſſe nullum.
413 Acceſſorium ſequi naturam ſui principalis. & nu. 418.
414 Contractu principali corruente non ſubſiſtere conſtitutum, aut precarium in eo appoſitum.
415 Renunciationis clauſulas contractui adiectas nullius eſſe momenti, principali contractu non ſubſiſtente.
416 Reprobato aliquo, reprobari etiam quicquid uenit in conſequentiam eius.
417 Inſtrumento corruente ſimiliter etiam corruere iuſiurandum in eõ appoſitum.
418 Citatio quando eſt nulla, omnia quæ poſtea ſequuntur, ſunt nulla.
420 Confeſſionem expreſſam per quæſtionem nullis præcedentibus indicijs non ualere, etiam ſi reus in ea perſeueret, ac proinde non conſiſtere, quæ poſtea uigore dictæ confeſſionis ſubſecuta ſunt.
421 Fideiuſsio nudo modo facta ueſtiatur ne cohærentia contractus, atque inibi an fideiuſſor poſſit obligari citra ſtipulationem. & nu. 423. & 425.
422 Pactum nudum licet non producat actionem, tamen iuſiurandum ei adiectum efficit, ut ex eo actio detur.
424 Sponſalia contracta etiam citra iuſiurandum per uerba de futuro eſſe omnimodo ſeruanda.
426 Fideiuſſor conuentus pro executione ſententiæ latæ contra principalem poſſit ne petere executionem contra ipſum principalem ſine alia ſententia interueniente inter ipſum fideiuſſorem, & reum principalem.
427 Executio ſententiæ in cauſa ciuili contra filium latæ, an poſſit fieri contra patrem.
428 Fideiuſſor ſoluens pro principali habeat ne executionem paratã contra eum.
429 Fideiuſſor conuentus a creditore poſſit ne ſoluere de bonis ipſius principalis debitoris.
430 Fideiubens pro aliquo accuſato de vulnere, an ſi vulneratus moriatur ex eo vulnere teneatur ad pœnam pecuniariam, quæ per ſtatutum imponitur pro homicidio, an ad eam duntaxat, quæ imponitur pro vulnere. & nu. 432.
431 Incontinenti facta videntur ineſſe.
433 Actus agentium non operari ultra intentionem eorum.
434 Fideiubere an poſſit quis pro eo qui eiuſdem criminis correus eſt, vbi pro eo crimine uenit imponenda pœna pecuniaria.
435 Accuſatus de aliquo crimine, an poſſit pro correo eiuſdem criminis teſtimonium ferre.
436 Fideiuſſores plures dati pro aliqua ſumma, quæ ad unum ex illis creditoribus peruenit, an poſſint omnes conueniri, an uero is ſolus ſit conueniendus, ad quem pecunia peruenit.
437 Reis debendi pluribus conſtitutis, ſi ad vnum eorum tota pecunia peruenit, an is ſolus conueniendus ſit, an uero omnes poſſint conueniri.
438 Tutorem, qui geſſit prius eſſe conueniendum, quam eum qui non geſſit.
439 Fideiuſſor datus teneatur, nec ne, ſi reus tempore ſolutionis obtulit debitum, & depoſuit, ac conſignauit, ſed poſtea iterum eandem pecuniam accepit.
440 Factum non uideri quod non durat factum.
441 Carceratus qui aufugit, ſi redeat ad carcerem, non dicitur aufugiſſe.
442 Bannitum, cui ex forma ſtatuti prohibitum in ciuitate habitare, non uideri contra ſtatutum feciſſe, ſi iter per eam faciens diuerterit in hoſpitium, ac deinde abierit.
443 Statuto prohibenti ne quis bladum, uel ſal in ciuitatem aliquã transferat non uideri eum contraueniſſe, qui bladum illuc uehi fecit, ut alio transferret.
444 Iudici præcipienti è domo exire an obtemperaſſe uideatur is qui exijt quidem ſed ſtatim redijt.
445 Citationem non uideri rite factã ſi ſchedula citationis affixa ſit oſtio, ſed ſtatim refigatur.
446 Creditor, qui curauit, ut fideiuſſor in carcerem conijceretur, an poſſit petere, ut mittatur in poſſeſſionem bonorum illius fideiuſſoris.
447 Debitoris principalis capturam non liberare fideiuſſorem, ſed utrunque capi poſſe pro eodem debito.
448 Fideiuſſor an & quando poſſit eſſe teſtis pro reo principali.
449 Fideiuſſor poſſit ne teſtificari pro fideiuſſore.
450 Creditorem poſſe in cauſa debitoris ferre teſtimonium.
451 Regna a quibus exulat iuſtitia, nihil aliud eſſe quam latrocinia.

De

De fideiuſſoribus. Rubrica.

DE fideiuſſoribus.
Ad te Domine leuaui aīam meam
Deus meus in te confido, non eru-
beſcam. ita inquit Dauid pſalmo
24. Et pſalmo 118. inquit, Viuifica
me Domine ſecundum eloquium
tuum, vt ſciã teſtimonia tua. Et pul-
chrè dixit idem Dauid pſal. 120. Da
mihi intellectum, & ſcrutabor legẽ
tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo. Et dixit Hiere-
mias.c.17. Sana me Domine, & ſanabor; ſaluum me fac, & ſal
uus ero: quoniam ſalus mea tu es. Idcirco ſupremum, ac cle-
mentiſſimũ Deum toto corde inuoco, vt dignetur linguã,
calamumq; meũ in præſenti repetitione regere, vt eius me-
diante ſuffragio ſcribere, & in medium adducere valeam, q̃
vera ſunt, & maieſtati ſuæ grata, & lectores delectent, eoſque
inſtruant ad laudem, & gloriã indiuiduæ Trinitatis. Hac bre-
ui inuocatione contentus venio ad ipſam rubr. & omittam
continuationem ipſius rubr. quia ex continuatione rub. nul
1 lam vnquam vtilitatem cognoui.† Et etiam eam omittam,
quia ſumus in principio libri, & in principijs librorum, regu-
lariter non requiritur continuatio rub. vt inquit gl. reputata
ſingularis in rub. ſupra de cond. fur. ſed alia eſt ſimilis in rub.
2 ſupra de lega.3. Iſtis igitur omiſſis, †quæro ego ſolus, quid ſit
fideiuſſor. nam, vt inquit Tullius de officiis, in primo, oĩs res,
de qua loquimur, debet a diffinitione proficiſci, vt intelligatᷣ,
quid ſit id, de quo diſputatur. ideo dicas, ꝙ fideiuſſor eſt ille,
qui alienam obligationem in ſuam ſuſcipit fidem, principali
tamen debitore remanente obligato. ita dixit Hoſt. in ſum-
3 ma huius tit. in prin. & habetur etiam Inſt. eo. in princ. †Quæ-
ro etiam, dr̄ in hac rub. de fideiuſ. & man. Quid eſt mãdator?
In quo dicas, ꝙ mandator eſt ille, qui alteri mandat, vt fideiu
beat, vel eum rogat, vt fideiubeat, & ideo practica Notario-
rum eſt, ꝙ in inſtrīs fideiuſſionum dicatur: Talis ſciẽs ſe obli
gatum non eſſe, ſed volens obligari, ideo precibus, & inſtan-
tia talis principalis debitoris pro eo exiſtit fideiuſſor, & pro-
mittit, &c. Et de iſtis hr̄ etiam ſupra in tit. man. Subdit ẽt Pau.
de Ca. hic, ꝙ mandator ẽt intelligitur ille, cuius cõtemplatio-
ne aliquid facio, & tunc ẽt ipſe mandator tenetur, vt fideiuſ-
ſor, vtputa, ſi mihi mandaſti, ꝙ mutuarẽ Titio cẽtum, & ego
illi mutuaui dicta centum, hoc caſu teneris mihi ipſo Titio
4 non ſoluente tanquam fideiuſſor. †Quæro ẽt, quid eſt expro
miſſor? In quo dicas, ꝙ expromiſſor eſt, qui pro non obliga-
to promittit, vt hr̄ in l. ſi quis accepto. ſ̃. de cond. ob cau. & in
l. & eleganter. §. ſeruus pactionis ſ̃. de dolo. & in l. aliquãdo. ſ̃.
ad Velle. & in l. qui libertinos. §. fi. ſ̃. de ope. lib. & in l. ꝙ ſi nõ
ſoluere. ſ̃. de pig. act. Quandoq; ẽt accipitur expromiſſor im-
propriè pro fideiuſſore intercedente pro aliquo obligaro, vt
fideiuſſor, vt hr̄ in l. ſtipulationum aliæ. §. ſatis acceptio. cũ gl.
in verbo, expromiſſores. ſ̃. de verb. obl. ita dixit D. Alex. in d. l.
ſi quis accepto. Scias ẽt, ꝙ expromiſſor dr̄ ille, qui ſe reponit
in locum principalis debitoris, de quo per Doc. in locis ſupe
5 rius alleg. †Sponſor aũt eſt ille, qui ſponte ſine rogatu, vel ro
gamine alicuius pro aliquo intercedit. ita dixit gl. in Auth. de
fideiuſ. in prin. quæ ẽt ſubdit, ꝙ licèt talis ſponſor ſponte ſine
rogamine alicuius intercedat, attamen hẽt actionem man-
dati ꝯ eum, pro quo interceſſit. allegat. l. qui fide. & l. pro te. ſ̃.
man. Et de iſtis drijs omnibus vide gl. magiſtram in d. Auth.
de fideiuſ. in prin. & gl. in l. ſi vero non remunerandi. §. ſi poſt
6 creditam. ſ̃. man. †Quæro modò vna cum gl. quæ dr̄ia eſt in-
ter mandatorem & fideiuſſorem. In quo gl. reſpondet, ꝙ dif
ferentia eſt, quia fideiuſſor ſp̄ ſequitur obligationẽ, ſed man
dator præcedit. Sed hoc non placet Bar. per tex. in l. pe. & in l.
ſi ſtipulatus. inf. eo. in quibus locis hr̄, ꝙ ẽt ante obligationẽ
fideiuſſor poteſt interuenire, ideo Bar. ipſe dicit, ꝙ dr̄ia eſt in
ter fideiuſſorem, & mãdatorem, nam fideiuſſor ante & poſt
obliga. poteſt interuenire, mandator aũt ante. alleg. auth. eo.
poſt prin. & l. ſi verò non remunerandi. §. ſi poſt creditam. ſ̃.
man. item fideiuſſor obligatur verbis tm̃, vt in l. blanditus. C.
eo. & l. 5. §. ſatis acceptio. ſ̃. de verb. obl. ſed mandator obliga-
tur conſenſu, vt l. ſi hæreditatem. §. 1. ſ̃. mand. Item fideiuſſor
actione ſtricti iuris ex ſtipulatu tenetur, mãdator verò ex bo
næ fidei iudicio conuenitur. ita dicit Bart. hic, quem ſequitur
Pau. Caſt. Modo ſic præmiſſis, ſcitote, ꝙ hunc titulum nõ le-
gam ordinariè, prout iacent leges, ſed eum legã per ſaltus, nã
ꝑtermittam leges, quæ non habent materiã, ſed breues ſunt,
& ſuper eis nihil ſcribitur a Docto. ſed tranſitum faciam ad
leges vtiles habentes amplam materiam, & quotidianam. &
quia multæ q̃ões, & notabiles doctrinę in materia fideiuſſo
rum traduntur a Doctorib. in varijs & diuerſis locis, quæ cõ-
modè non cadunt ſub aliqua lege huius tit. ideo decreui hãc
rub. legere per modum repetitionis, & in ea ponam quãplu
res q̃ões in materia fideiuſſorum, q̃ ſæpe contingunt de fa-
cto, & ego quamplures ex eis aliàs practicaui, ideo erige au-
7 res, attendeque. †Et primò pro intelligentia tyronum q̃ro, ſi
deiuſſores quotidie accedunt obligationib. & fiunt inſtr̄a, in
quibus ipſi fideiuſſores obligantur, & in eis apponuntur plu
res clauſulæ, & renunciationes ſub his verbis, videlicet, qui Ti
tius fideiuſſor ſolenniter ſe obligauit, & renunciauit benefi-
cio de fideiuſſorib. beneficio epiſtolæ Diui Adriani, benefi-
cio cedendarum, & beneficio nouæ conſtõnis de duob. reis,
& omni alteri iuris auxilio ſeu beneficio pro ſe faciente, &c.
Quæro igitur, quid importent ꝑdictæ renũciationes, ſeu clau
ſulæ? In quo dicatis, ꝙ prædictæ renunciationes, & clauſulæ
ſunt maximæ importantiæ, & primo q̃tum ad beneficiũ de
fideiuſſorib. ſcias, ꝙ generaliter q̃libet fideiuſſor intercedẽs
pro alio, hẽt beneficiũ excuſſionis, ꝙ idem eſt, ꝙ beneficium
de fideiuſſorb. ꝙ tale eſt, videlicet ꝙ ſi fideiuſſor conuenitur
a creditore principalis debitoris, põt dicere, & opponere, ꝙ
primo anteq̃ agat ꝯ eum, agat, ſeu conueniat principalẽ debi
torem, & excuſſionem faciat ꝯ eum, pro quo fideiuſſit, & ip-
ſo excuſſo, & reperto non ſoluendo, poſtea agat ꝯ ipſum fi-
deiuſſorẽ, ita hr̄ in auth. præſente. vbi tex. de hoc. C. eo. & in
Auth. de fideiuſ. in prin. Sed ſi ipſe fideiuſſor in ꝯctu renũcia
uit huic beneficio, poterit conueniri non excuſſo principa-
li, nec eo conuento, nec requiſito, ſ̃m Doc. in dictis locis, &
ſ̃m Spe. in tit. de renun. & cõcl. §. 1. ver. viſo de beneficio &c.
& ſic iſte eſt caſus, in quo fideiuſſor p̃t conueniri priuſquam
principalis, ſ. quando renunciauit beneficio de fideiuſſorib.
8 †Sed aduertas, nam alij ẽt ſunt caſus, in quib. fideiuſſor p̃t cõ-
ueniri priuſq̃ principalis. Et iõ ſcias, ꝙ ſi campſor, mercator,
vel ſimiles perſonæ fideiubent pro aliquo, tales perſonæ poſ
ſunt conueniri priuſquã principalis, quia non habent benefi
ciũ excuſſionis, imo non poſſunt dicere, excutias primo prin
cipalem debitorem, ſed ipſi tenentur ſoluere, & hoc ꝑꝑ eo-
rum ꝑcipuam fidẽ. iſte eſt tex. ſing. apud oẽs in Auth. eo. de fi
deiuſ. in §. fi. & ibi Doc. & hoc voluit Bal. in terminis in l. fru-
ſtra. C. de non nu. pecu. & in l. fi. ad fi. C. ad leg. Falc. & Ang. de
Are. in §. item ſi quis in fraudem. in 9. col. Inſt. de act. vbi dicit
dictum tex. in d. §. fi. in Auth. eo. eſſe ſingularẽ ad hoc. de quo
ẽt per Mod. in l. ſi vnus. in prin. ſ̃. de pact. & facit optimè, ꝙ vo
luit Bar. in l. Quintus. ſ̃. man. & in l. fideiuſſor. la vlt. in fi. inf. e.
vbi dixit, ꝙ inter mercatores ex pacto nudo oritur actio, cũ
inter eos agatur bona fide. vide tamen Lud. Roma. & Mod.
in l. filiusfa. ſ̃. de don. & vide Bal. in c. ſi pro debilitate. de offic.
deleg. vbi dixit, ꝙ bona fides plurimum requiritur in his, qui
plurimum negociantur, & ꝙ quo ad eos nõ differt pactum
nudum a ſtipulatione, ꝙ dictum refert Ale. in l. iuriſgẽtium.
§. ſed cum nulla. in fi. ſupra de pactis. & in l. Quintus. ff. man.
9 †Alius eſt ẽt caſus, in quo fideiuſſor non hẽt beneficium ex-
cuſſionis, ſed ipſe p̃t conueniri prius, quam principalis, licèt
non renunciauerit beneficio de fideiuſſorib. videlicet quan-
do ipſe fideiuſſor iurauit in ꝯctu ſoluere, q̃a hoc caſu exclu-
ditur a beneficio excuſſionis. ita ſingu. dixit Bal. in c. ex reſcri-
pto. de iureiu. in 2. col. idem firmat Ale. referens Bal. in d. c. ex
reſcripto. in conſi. ſuo 376. ſ̃m ordinem meum, inci. in cauſa
excuſſionis in vlt. col. & D. Alex. in l. Marcellus. in ſuis apoſtil.
ad Bar. inf. in hoc tit. idem tenet Petr. de Anc. in d. c. ex reſcri-
pto. licet D. Ale. hoc dictum improbet, & ſit ſibi ꝯrius, præter
eius morem in l. fi. in prin. in 3. col. ſ̃. ſi cer. pet. de quo ẽt per
Soc. in cõſi. 24. inci. viſis. in vlt. col. in 1. vol. & per D. Ant. Cor-
10 ſe. in rub. de iureiu. in 12. priuilegio iur̄i. †Item alius eſt caſus,
in quo fideiuſſor p̃t conueniri, & aſtringi non facta excuſſio
ne ꝯ principalem debitorem, videlicet quando eſt notoriũ,
principalem non eſſe ſoluendo, vel quando notoriũ eſt, ip̄m
principalem debitorem non poſſe aſtringi ꝑꝑ eius potẽtiã,
ꝑꝑ ꝙ faciliter ab eo nõ exigeretur pecunia debita, nã iſto ca
ſu poterit fideiuſſor cõueniri, & aſtringi nulla facta excuſſio-
ne ꝯ debitorem principalẽ, licèt nõ renunciauerit dicto be-
neficio de fideiuſſorib. ita dixit gl. no. in l. 10. in vlt. gl. ff. de ver.
obl. & idem firmat Bar. & ſcriben. per gl. ibi, in l. fi. in princ. ſ̃. ſi
cer. pet. idem tenet gl. & Doc. in l. niſi hoc actum. ſ̃. de pact. &
Bar. in l. Marcellus. circa fi. inf. eo. & in l. 4. circa prin. ſ̃. de verb.
obl. & in l. 3. §. ſi is ꝓ quo. ff. ꝙ quiſq; iu. & Ang. in l. exitus con
trouerſiæ. ſ̃. de acq. poſ. & in auth. hoc ſi debitor. C. de pig. in
2. col. & Lud. Ro. in conſi. 22. inc. allegationes. in prin. & in cõ
ſil. 93. inci. viſis &c. poſt prin. & Bal. in conſi. ſuo 55. inci. ꝓpo-
nitur. in 2. col. in 1. vol. & D. Fran. Are. in conſi. ſuo 127. inc. in
cã dominæ Antoniæ. in 2. col. & Ang. Are. in §. item ſi qs in
fraudẽ. in 5. col. circa fi. ver. & ꝑdicta procedunt. Inſtit. de act.
idem

idem tenet Ang.in l.ij.ff.ſi quis omiſ.cau.te.& D.Fel.in ca.eccleſia ſanctæ Mariæ.in 36.col.ver.quarto adduco,&c.de conſti.pro quibus faciunt dicta per Bal.in c.contingit.in 6.col.in fi.extra de dolo & contu.vbi dixit,ꝙ ſoluendo nō dr̄ ille, qui ꝑꝑ potentiam exigi non p̄t.Et vide D.Fely.in c.cum olim.in 8.col.in prin.de re iud.& Bal.in d.conſ.55.inci.proponitur. in 2.col.in 1.vol.& Iaſ.in l.ij.in 8.col.ante med.ſ.ſol.mat. de qua materia notorij, ego latè dixi anno ꝑterito,in l.1.C.de exec.
11 rei iud.vbi vide.† Item ēt adde alium caſum, in quo fideiuſſor non hēt beneficium excuſſionis,videlicet quando creditor aliàs eſſet debitor fideiuſſoris,& vellet vti cōpenſatione, quia hoc caſu fideiuſſor non p̄t dicere, excutias primò debitorem principalem, ſed pōt cogi per creditorem ad faciēdū ſecum compenſationem abſq; alia excuſſione facta ɔ̄ principalem.ita ſing.dixit Bal.in l.exceptiones.circa prin.C.de euic. ꝙ dictum referunt,& approbant quidam nouiſſimi in c.per
12 uenit.extra eo.†Itē adde ēt aliū caſum,in quo fideiuſſor non pōt opponere de beneficio excuſſionis, videlicet vbi agit de bona fide,& de æquitate,nā tunc non pōt per ipſum fideiuſſorē opponi exceptio excuſſionis, quia talis exceptio eſt inuenta ad rigorem iuris cōſeruandum. ita colligitur ex dictis Bar.in repe.l.1.in fi.ſ.de cond.inde.& voluerūt præfati Mod. in d.c.peruenit.& idē tenet Ange. de Are.in §. item ſi quis in fraudem.in 9.col.ver.q̄ro ſtatuto cauetur,vt eſt in curia mercatorum,&c.Inſt.de act.& per eundem in §.in bonæ fidei.in
13 pe.col.ver.quid ſi dicatur.eo.tit.†Et idem dicas,vbi ex forma ſtatuti in cauſis procederetur ſummariè,& de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij,ſm̄ Soc.in conſi.ſuo 14.inci. viſis, in vlt. col.ver.inſuper. vbi plura allegat.pro quo dicto faciunt dicta per Bal.in l.mancipia.C.de euic.licet ɔ̄rium ipſe Bal.teneat in l.fi.§.ſed ſi quis.in 4.col.ver.fuit quæſitum.C.commu. de leg. ꝓ quo vide Bal.in extrau.ad repri.in ver. videbitur.in fi. ver. ſed pro concordia vide quæ poſui in dicto capitu. peruenit.
14 † Adde etiam alium caſum, in quo fideiuſſor non hēt beneficium excuſſionis,ſed p̄t conueniri priuſq̃ principalis,videlicet quando principalis debitor eſt abſens a ciuitate,ſeu iuriſdictione iudicis,ſub qua facta eſt obligatio.ita probat tex. in d.authen.præſente.& ibi Doct.C.eo.de quo latius per Ale.in
15 conſi.ſuo 100.inci.diſcuſſis.in pe.col.in 5.vol.†Item adde etiā alium caſum,in quo fideiuſſor non hēt beneficium excuſſionis,ſed tenetur ipſe ſoluere abſq; alia excuſſione. q̄ caſus eſt, quando ipſe fideiuſſor impediuit excuſſionem,q̄ fiebat ɔ̄ ipſum debitorem principalem,quia damnum, ꝙ quis ſua culpa ſentit,ſibi imputet, iuribus vulgarib. Si.n.ipſe non eſt paſſus excuſſionem ɔ̄ ipm̄ principalem, non p̄t vlterius petere, cum agitur ɔ̄ eum,ꝙ fiat excuſſio ɔ̄ ipſum principalem debitorem,nam ipſe venit ɔ̄ illam excuſſionē,quæ fiebat ɔ̄ principalem,eam impediendo,iō non debet audiri petendo excuſſionem fieri,ar.eius,ꝙ hr̄ in l.generaliter.C.de reb.cred.& in c.per tuas.de prob.& eorum,q̄ habentur in l.ſicut. C. de act. & obli.in l.ij.C.quan.lice.ab emp.diſce.& hæc eſt l̄itatio mea
16 noua ad d. auth. præſente.† Ex quo ēt ego infero ad vnū, tu ſcis,ꝙ ille,qui eximit aliquem de manibus familiæ,tenetur ipſe ad debitū,pro quo ille erat captus,tanq̃ ſi pro eo fideiuſſiſſet.tex.eſt no.in l.quoties.C.de exact.tri.li.10.& ibi Doc.& voluit Bal.in l.addictos.C.de epiſ.aud.Ang.de Are.in §.pœnales. Inſt.de act.Doct.in l.1.ſ.ne quis eum,qui in ius voc.eſt vi exi. & voluit ēt hoc Bar.Bal.Ang.& Pau.de Ca.in l.ſed eximendi. & in l.ſeq.per illos tex.eo.tit.ne quis eum,qui in ius eſt vi exi.
17 †quinimò fortius dico,ꝙ nedum ille,qui de facto eximit rectè captum de manib.familiæ tenetur creditori ad ſolutionē illius debiti,ac ſi pro eo fideiuſſiſſet per dicta iura, ſed ēt ille, qui notificauit debitori alicuius,ꝙ aufugere dēret, quia creditor ſuus ordinabat facere eum capi,& detineri,tenetur creditori ad ſoluendum debitum illud,ſi ille fugam arripuit. ita no.dixit Pet.de Anch.in conſi.ſuo 341.inci. viſo themate. in fi. Quod iſtis caſibus talis, qui hr̄ loco fideiuſſoris, non hēbit beneficium excuſſionis,& ſi conueniatur a creditore nō poterit iſte dicere, excutias primo ipm̄ debitorem principalē, eo quia ipſe eum excutientem impediuit ꝑꝑ eius delictum, ergo debet perdere tale beneficiū: non.n.iuuatur beneficio legis,qui ſpernit legem,& fruſtra legis auxilium inuocat,qui committit in legem.c.quia fruſtra.de vſu & c.an ſit.de app.l. ſancimus.§.ſi verò poſtq̃.cum ſi.C.de iu.delib. Item adde hic Pau.de Ca.in l.inter eos.in §.creditor. inf.in hoc tit. vbi dixit,
18 †ꝙ licet quando creditor hēt pignus debitoris,non poſſit cōuenire fideiuſſorem, h.d.eſſe verum,quando pignus pōt cōmodè vendi,ſecus aūt dicit eſſe,quando tale pignus non poſſet commodè vendi, quia tunc poſſet agere ɔ̄ fideiuſſorem, ꝙ dicit eſſe ſingu.no.quia ſi facta excuſſione reperiant̄ bona immobilia ipſius principalis debitoris ſufficientia,ſi tamē nō poſſunt commodè vendi,& creditori debetur pecunia, per-

inde poterit conueniri fideiuſſor,ac ſi non reperirent̄ bona. ꝙ dicit perpetuò eſſe menti tenēdū,quia ipſe alibi neſcit hoc dictum.& ita limitabā dictam auth. præſente.ego ſolus. quas oēs limitationes tene mēti,quia fortè faciliter,ita ſimul collectas non inuenies alibi,vt hic.Item videas vnam aliam limi
19 tationem per Cæp.in caute.ſua 138.inci.ego do tibi.† Itē adde aliā limitationē,ꝙ fideiuſſor p̄t ɔueniri non excuſſo principali,quando ipſe fideiuſſor negauit ſe fideiuſſorem, & poſtea probatū fuit ipm̄ eſſe fideiuſſorē,nam tunc perdit beneficiū excuſſionis. ita dicit Bal. in auth. ɔ̄ qui propriā. in 3. col. C.de non nu.pecu.& Ale.in l.ſi dubitet,in §.1.poſt Bar.& Ange.ibi,inf.eo.& Ale.in l.etiam.§.licet in dotalib.in 2.col.ſ.ſol. mat.de quo ēt per Io.de Imo.in l.ſed hoc ita.§.1.ſ.de re iu. ad ꝙ vide q̄ latius dicam inf.in q̄one illa, an fideiuſſor cōuentus
20 negans ſe fideiuſſiſſe perdat beneficium fideiuſſoris,&c.† Limita ēt,ſi fideiuſſor ſuccederet debitori tanq̃ hæres, quia tūc extincta eſt obligatio fideiuſſoria, & tenetur ipſe fideiuſſor, vt principalis,& tunc neceſſariò ceſſat beneficiū excuſſionis. tex.eſt in l.fideiuſſoris.& ibi Ang.& Doct.C.eo.de fideiuſ. ꝙ tamen reſtringe,vt ibi per Ang.& vide oīno Ang.de Are. in §.ſi quis in fraudem.in 6.col.in fi.ver.adde ꝑdictis. Inſt.de act.
pore.ff.de adul.Bar.& Bald.in l.fi.ſ. ſi ex noxa.cauſa agatur.de
quo etiam per Bar Bal.& Ang.in l.ſi quis poſtea.ſ.de iud.per
Bal.in l.officiales.C.de epiſ.& cle. per Bal.in auth.cauſa,quæ fit
cum monacho.eo.ti.& in l.ſi quis decurio.C.de fal.& in l.idẽ
Vlpia.ſ.de excu.tut.per Bald.Ange. & Pau.de Caſt.in l.nemo
poteſt.ſuprà de leg.1.per Bal.in l.ſi crimen.C de or.cog. & in
l.1.C.an ſeruus ex ſuo facto.per Bald.in c.at ſi clerici. in 5. col.
de iud.& in c.cum non ab homine.eo.tit.per Bal.in c.cum ac
ceſſiſſent.in fi.de conſt.aliàs de proba.per Bal.in c.quia veriſi-
mile.de præſump.in fi.per Abb.in c.propoſuiſti.in 2.& 3. col.
de foro comp.per Bal.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſt.&
in add.Spec in tit.de reo.ver.quid ſi li.penden.& per Io.And.
& Pet.de Anch.in regula.ea quæ.in 12.q.de reg.iur.in 6. per
Io.And.in c.1.de oblig.ad ratioci.per Cy.in d.auth. cauſa,quæ
fit cum monacho.per Old.qui no.loquitur in hac q.& aſſerit
ita fuiſſe iudicatum in conſi.ſuo 4.incip.quod laicus, &c. per
Bal.in l.affinitatis,in fi.C.communia de ſucceſſio.per Ang.de
Aret.in tracta.malefi.in verſi.comparent dicti inquiſiti in ter
mino defenſionis.in 2.char.in ver.quid autem ſi opponitur.
per Pet.de Anch.in ſua diſputatione,quæ incipit, laicus qui-
dam.& Domin.Card.in c.perpendimus.de ſenten.excomm.
& Mod.in l.non ſolum.§ fi.ff.de excuſa.tuto.per Bal in l.ſi cri
men.C.de ord.cog.per Alb.de Roſ.in 1.parte ſtatu.q. 41. per
Dominicum de Sancto Gemi.in c.1.§.fi.in fi de cle. coniug.
in 6.vbi allegat Dominos de Rota.& per Nico. de Neap. in l.
idem Vlpia.§.ſunt & alij.ſ.de excu.tu. & per Do.Barth.Cœp.
in conſi. 11. incipit, caſus talis eſt, &c. in 4. col. Item pro hac
parte, quòd fideiuſſor ſit liberatus à fideiuſſione de iudicio
ſiſti, quando ille,qui promiſit ſiſtere,mutauit ſtatum ſeu fo-
134 rum,facit. † Nam licèt regulariter domicilium loci originis
mutari non poſſit,vt l.aſſumptio.in princip. & ibi Bar. inf.ad
municip.l.origine,& ibi Bar C.de municip & origina lib.10.
135 & habetur in c.3.de temp.ordi in 6. tamen hoc † fallit in mu
liere nupta, quę perdit domicilium originis propter matri-
monium,& efficitur de domicilio viri propter virtutem ip-
ſius matrimonii, & ſic per mutationem ſtatus. ita poſt glo.
concludit Bar.Bal.& communiter Doct. in l. cum quædam
puella.ſ.de iuriſd.omn.iud.& Bar in l fi.§ ijdem reſcripſerũt.
inf.ad municip.& Bart.in conſi.ſuo,incip.in Chriſti nomine
amen.in q.vertente.in 3.colum.& Bald.in rub.ſ.ſolu.matrim.
& Bal.& Salic.in l.2.C.de iuriſd.omn.iud.& Abb. in d. c. pro-
poſuiſti,de fõ.compe. pro quo facit dictum Bar.in l.quoties.
C.de priui.ſcholar.lib.11. vbi ſingu.dixit, ꝙ priuilegium con-
ceſſum mihi & omnibus meis deſcendentibus maſculis & fę
minis, non comprehendit fœminas nuptas: quod dictum
refert & ſequitur Ludo.Roma.in d.l.cum quædam puella.&
idem poſſet dici in vidua,ſecundum Bar.in d. §. ijdem reſcri-
pſerunt.& Ang.& Pau.de Caſtro, in d.l.cum quædam puella.
Barto.in l.fin.C.de verb. ſignifi.& Bal.in l.cum te.C.de nup.&
Bal.in l.voluntas.C.de fideiuſ. vidua enim dicitur manere in
primo matrimonio.l. omnes. C. de bo. mater. quod tamen
non affirmo in vidua propter dictum Bar.in d.l.quoties. vbi
concludit, ꝙ licet tale priuilegium non comprehendat fœ-
minas nuptas, tamen comprehendet viduas. Sed poſſes re-
ſpondere ex dictis Bal.quem vide in dicta l. voluntas. ideo in
hoc me remitto ad dicta per D.Ale.in d.l.cum quædam puel
la.Et ex iſtis poſſet inferri à ſimili & paritate rationis,quod ſi
quis fideiuſſit de iudicio ſiſti ꝓ aliqua muliere ſoluta,ſit libe-
ratus,ſi illa mutat ſtatum ingrediẽdo religionem,vel contra-
hẽdo matrimonium cũ nõ ſuppoſito iuriſdõni illius iudicis,
coram quo fideiuſſit. Mutatio enim ſtatus operatur quam-
136 plura.pater,nam paganus,qui deliquit exiſtens paganus,& iã
accuſatus de crimine efficiatur miles, non poterit de tali cri-
mine agi ſub primo iudice, ſed debebit agi coram ſecundo
iudice ipſius militis,vt habetur in l.qui cum vno,in §.res.ff.de
re mili.& in l.hos accuſare.in prin.& in §.1.de accuſa.Idem vi
137 demus in priuilegio ſuperueniẽte,quia tale priuilegiũ ſuper
ueniens eximit quem à priori onere, quod incumbebat, vt
ſ.de excuſa.tuto.l.ſpadonem.§.ſi autem quis. & l. iuris peri-
tos.in prin.idem videmus in dignitate ſuperueniente,nam ta
lis dignitas ſuperueniens ſoluit vinculum obligationis præ-
cedentis etiam voluntariè contractæ,vt ſuprà de operis lib. l.
interdum.facit etiam pro hac parte,quod habetur in toto ti-
tu.C.

tu.C.de his,qui ad eccl.confug.& extrà de immunitate eccle-
ſiarum & in Authen.de mand. Princip.§.ſed neque. & §.neq;
autem homicidis. in quibus iuribus habetur,quòd laicus exi-
ſtens extra eccleſiam in loco profano , confugiens ad eccle-
ſiam habet immunitatem , vt non poſſit ex ipſa eccleſia ab-
ſtrahi etiam pro crimine vel delicto ab eo commiſſo . Item
pro iſtis etiam facit : nam ſacerdotium ſuperueniens tollit
munus publicum iam iniunctum, vt ff. de vac. mu. l. prætor.
circa prin.ibi, vel qui ſacerdotium nacti ſunt . ſimiliter ſacer-
dotium ſoluit compromiſſum iam factum, vt ſupra de arbi.
138 l. non diſtinguemus. §.ſacerdotio.† ex quibus omnibus con
cludo,ꝙ fideiuſſor laici promittens eum ſiſtere in iudicio, li-
beratur à tali fideiuſſione,ſi ille reus, pro quo fideiuſſit , effe-
ctus ſit clericus. & iſtud operatur mutatio fori & ordo cleri-
139 calis,&c. circa † quem ordinem clericalem teneas menti ali
qua notabilia & multum ſingularia,licèt aliquantulum extra
propriam materiam principaliter,ſed acceſſoriè. [Et primò,
quòd licèt filius in poteſtate ſi co mmittat vnam de ſexdecim
cauſis contentis in §.aliud quoque capitulum. in Auth. vt cũ
de appel.cog.]& per gl.in c.Quintauallis. de iureiuran. poſſit
exhæredari à patre,attamen ſi talis filius poſtquam commiſit
cauſam ingratitudinis effectus ſit clericus,non poterit exhæ-
redari à patre.iſte eſt tex.multum no.in c.non liceat.19.q. vlt.
& ibi Doct.idem dixit gl.in l.fi.in verſi. quaſi ingratum. C. de
epiſc.& cleric.idem probat tex.& gl.ibi clarius,in Authen.de
monachis.in prin.de quo etiam vide Bal.in l.Deo nobis.in 4.
col.in fi.C.de epiſco.& cler.& idem dicas in filio Iudæi veniẽ
te ad fidem Chriſti,quia non poterit poſtea exhæredari à pa-
tre,licèt antea commiſerit aliquam cauſam ingratitudinis,ſe
cundum Dominum Felynum in cap.Iudæi.il ſecondo , poſt
prin.de Iudæis.Item filiusfamil. non poteſt eſſe in iudicio ſi-
140 ne † conſenſu patris.l.cum non ſolum.§.neceſſitatem. C.de
bo.quæ libe.tamen iſtud fallit in filio clerico in cauſis benefi
cialibus,vel eccleſiaſticis,vt habetur in c.fi.& in fi.de iudic. in
6.& voluit Bal.in d.§.neceſſitatem.& Specu.in titu.de actore.
in §.primo.in 7.char.in 2.col.verſicu.ſed cum clericorum bo
na,&c.& Bar.in l.ſi infanti.in 3.col.ver. & ideo aduerte. C.de
iure deliberan.Item ſcias,quòd ſtante ſtatuto, quod quicun-
que declinauerit iuriſd. Poteſtatis,poſſit impune offendi, nõ
habet locum in clerico declinante dictam iuriſdictionem.ita
dixit Barto.in l.ſi quis ſub conditione.in fi.ff.de condi.inſtitu.
quod dictum refert & ſequitur D.Alex.in conſilio ſuo 53.in-
141 cipit,quæritur,&c.in antepenul. colum.in 5.volu.†Item pro
prædictis facit,nam ſtante ſtatuto,quod homines villæ teneã
tur capere malefactores,non intelligitur de clericis malefa-
ctoribus.ita dixit Bal.in c.cum non ab homine,in vlt. colum.
extra de iudi.quod dictum refert & ſequitur Dom. Felyn. in
c.eccleſia ſanctæ Mariæ.in 46.colum.verſi.adde etiam hic,de
conſtitu.item adduci poteſt not.doctrina Ioan.Cald.in diſpu
tatione ſua , incipiente,ſtatuto ciuitatis cauetur , quod ſi ab
actore,&c.in ſolutione vltimi dubij.vbi cõcludit, quod ſi ſta-
tutum dicit,quod ſolutio debiti non poſſit probari per te-
ſtes,ſed ſolum per inſtrumentum , quod hoc ſtatutum non
habebit locum in laico effecto clerico poſt editum dictum
ſtatutum.idem tenet Petr.de Anchata.in repe.c. ea,quæ.in fi.
de reg.iu.in 6.& Ioann.de Imo.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ. de
conſti.idem firmat Dom. Alexan. in conſilio ſuo 210. incip.
viſa facti narratione,&c.in 2.colum.in fi. in 2.volum.de quo
dixi in repe.mea rubricæ.C.de probatio.in 10.colum. in ver
ſicu 5.limitat,&c.& in ſingulari meo 29.incipiente, ſtatuta,
&c.& facit,quod voluit Abb.in c.quod clericis. de foro com
petẽ.& in repeti.cap.eccleſia ſanctæ Mariæ. circa vlti.char.de
conſtitu.vbi dixit,ſtatutum diſponit,quod ſi emptor non ap
præhenderit poſſeſſionem infra annum rei emptæ,quod cõ-
tractus præſumatur ſimulatus,quod tale ſtatutum non habe
bit locum in clerico. quòd dictum refert & ſequitur D.Alex.
142 in dicto ſuo conſilio 210.in 3.colum.† Item ad prædicta etiã
optimè facit not.verbum Bal.in c.cum veniſſent.extra de eo,
qui mitti.in poſ.rei ſeruandę cauſa.circa 3.col.vbi dixit,quod
ſtatutum arctans litigantes ad compromittendum , non li-
gat clericos etiam ſolummodò in minoribus conſtitutos. ꝙ
dictum refert & ſequitur Dom. Alexan.in conſil.210.in pen.
col.vbi ſubdit,quod pro hoc dicto facit c.2.cum ibi not. per
Docto.de foro competen. & dicit , quod hoc etiam voluit
Bal.in conſi.ſuo incip. Venantius,&c.& dicit,quod ad hoc e-
tiam facit tex.quem ibi ponderat Dom. Anto.in cap.tua nu-
per.de decimis.ſed ego vltra Dom. Alexand. dico , quod hoc
voluit in terminis ipſe Bald. in conſilio ſuo 171. incipien.nũ-
quid clericus,&c.in 2.volum.vbi videas.& idem etiam aper-
tius tenuit Bal.in conſilio ſuo 117.incipien. dictat ſtatutum.
& idem firmat Dom.Pet.de Peruſio,frater Bal.in ſua ſubſcr.
quam fecit ad dictum conſi.Bal.117.in 6.volum. Et facit ſin-
143 gu.verbum Hoſtien.quem alij ſequuntur ibi, in c. Iudæorũ.
de æta.& qualita.vbi dicit,quod licèt pater poſſit vendere fi-
lium propter neceſſitatem famis,vt in l.2.C.de patribus, qui
fil.diſtra.& habetur in c.præsbyteros.in glo.de conſe.diſtinct.
5.& per gl.& Docto.in c.3.de fur.tamen iſtud non habet lo-
cum in filio præsbytero,quia pater non poterit eum vende-
re propter neceſſitatem famis.qđ dictum refert & ſequitur
Io.de Ana.in dicto c. 3.de fur.in 2.colum.in ver. tu adde,&c.
de quo dixi in ſingu.meo 102. inc.pater poteſt,&c.Item præ-
dictis adde,quod licet filij ex crimine læſæ maieſtatis com-
miſſo per patrẽ puniantur,& patiantur pęnã, quia priuantur
oĩbus bonis paternis, tam ex teſtamento quàm ab inteſtato
& perpetuo ſunt infames,& ab omnibus honoribus, & offi-
cijs ſunt excluſi,& ſupplicantes pro eis Principi efficiuntur in
fames,ut hr̃ in l.quiſquis.C.ad leg.Iul.maieſt.tamẽ iſta nõ ha-
bẽt locũ in filio clerico. ita dixit gl. valde not.in c.ſatis peruer
ſum.56.diſtinct.quam gl.refert & ſequitur Dom. Alexand.in
d.l.quiſquis.in apoſtil.ad Bar.pro qua gl.facit,quod voluit An
ge.de Aret.in tracta.malefi.in ver.& eius bona publicamus.in
verſi.quid ſi filiusfamil.damnatur.in fi.vbi dixit, quod ſi pater
in crimine læſæ maieſta.eſſet condemnatus,non intelligitur
publicatum beneficium eccleſiaſticum filij , vel ſua præben-
da,ſed immo ipſi filio reſeruandum eſt,vt no.glo. ſecundum
eum in clem. Paſtoralis. de re iud. & Ioann.de Imo.in l.cum
filius.ff.de verborum oblig. & faciunt dicta per Dom.Augu.
Arim.in additio.ad Angel.Aret.in tractatu maleficio. in ver-
bo, *che hai tradita la toa patria.* in 2.char.in pe.addi.facit opti-
me pro iſtis ſingu.verbum Archid.in c.ſi is.6.q.1.vbi dixit , ꝙ
dicta.l.quiſquis.C.ad leg.Iul.maieſt.non compræhendit filios
clericos.quod eſt valde notandum ad limitationem d.l.quiſ-
quis.facit etiam,nam filius in poteſtate patris conſtitutus nõ
poteſt ſcribere teſtamentum,licet ſit Notarius,ꝑin quo pater
ſit inſtitutus hæres,vt eſt tex.in l.de eo.ff.de fal.& in l.diuus,in
prin.& in l.ſi pater eodem titu.iſtud tamen fallit in filio præ
sbytero,quia ſi ſit Notarius , poteſt conficere teſtamentum,
in quo pater ſit inſtitutus hæres.ita ſingu.dixit Bart. per opti-
mas rationes in conſilio ſuo 61.incipien.filiusfam. presbyter.
144 † Et ſubdit ipſe ibi,circa fin.dicti conſilij,quòd licèt quicquid
acquirit filius ex cauſa aduentitia , quo ad vſumfructum ac-
quiratur patri,vt habetur per omnes in l.cum oportet. C. de
bo.quæ lib.& in l.placet.ff.de acquir.hæred.tamen hoc nõ ha-
bet locum in filio presbytero , quia quicquid acquirit talis
filius presbyter,acquiritur ſibi pleno iure,etiam ſi ſibi quęra-
tur ex cauſa aduentitia contemplatione ſui,& non contem-
platione eccleſiæ,vel ſacerdotalis officij,ita tenet Barto. in di
cto conſi.61.& dicit,quòd hoc tenet Cyn. in authen. presby-
teros.C.de epiſc.& cler.& Innoc. & Hoſt.in c.quia nos. extra
145 de teſtamen.†Addo etiam prædictis ſingu. verbum Guil. de
Cug.in l.1.C.de ſacroſ. eccl.quem ibi refert , & ſequitur Bald.
vbi ſingu. dixit , quòd per ingreſſum religionis filius ſpurius
efficitur legitimus,ꝙ dictum etiam refert & ſequitur Ludo.
Rom.in repe.authen.ſimiliter.in 7.priuilegio.C.ad leg.Fal. &
Dom.Fel.in c.teſtimonium.in 11. colum. in fi. extra de teſti.
& in c.ex tuæ.de ſimo.in 1.colum.circa med. [Et Dom.Ant.
Roſel.in trac.ſuo legitimationis.in vlt.colum.in fi.& Bertha.
in reperto.in verbo,baſtardus.in penul.colum.in 4. verſic. &
verſicu. legitimatio à quibus. in 1. colum. ad fi. & idem dixit
146 Barba.in c.in præſentia.in 89.colum.de proba.] † Nec etiam
omitto,quod voluit Ioan.de Imo.in c.cum R.de offic.deleg.
vbi dixit, quòd licèt frater non poſſit eſſe teſtis pro fratre , vt
in l.parentes.cum ſimi.C. de teſti. tamen iſtud fallit in fratre
religioſo, nam talis frater religioſus admittitur ad teſtifican-
dum pro fratre.quod dictum refert & ſequitur Barba.in d.c.
147 cum R.canonicus.in 5.colum.&c. † Addo etiam, quòd ordi
natus ad clericatum non eſt vlterius infamis, ſi antea erat in-
famis : quia talis ordinatio tollit infamiam,ſecundum Inno-
cen.& alios in c.cum te.de re iudi. quos refert & ſequitur ibi
Domi.Fel.in 5.colum. referens etiam alios hoc tenentes, de
quo ibi per eum.& vide,quæ dixi in c.conſenſus.in vlt.glo.in
fi.extra de reb.eccl.non alie. Et adde etiam hic dicta per Do.
Iaſ.in l.filię licet.in 2.colum.C.de colla.vbi dixit,quòd ſi pater
emit filio ſtudẽti libros,& ſibi tradidit, niſi ſit factus Doctor
ante mortem patris,tenetur illos cõferre fratribus poſt mor
tem patris ; quod dicit ſecus eſſe in filio clerico ſtudente,etiã
ſi ſolum habet primam tonſuram , quia non tenebitur illos
conferre cum fratribus poſt mortem patris , allegat hoc vo-
luiſſe Alberi.in l.ſi donatione.in vlt.colum.C. de colla. & alia
148 plura & plura ad hoc allegat , de quibus ibi per eum. † Item
in hac materia non omittendum puto,quòd ſingu.admodũ
dixit Abb.antiquus in c. grauis. extra de depoſito , quem ibi
ſequitur Pau.de Leaza.vbi dixit, quòd iura dicentia & volen
tia,quòd vbi præcedunt legitima indicia contra aliquem,po-

teſt

teſt talis ſeruatis ſeruandis poni ad torturam, vt habetur in toto titu.ff.& C.de quæſtio.non tamen habet locum contra clericos,quia ſi ipſe clericus,qui habet indicia contra ſe, non ſit aliàs infamis, non poterit prætextu quoruncunque indiciorum poni ad torturam,quod profectò eſt ſingu.verbum, quod dictum refert & ſequitur Io. de Ana.in c.1.circa 5.col. de cleri.percuſ. & Dom. Abb.in c. cum in contemplatione, extra de reg.iur.& Dom.Fel.in c.veniens. in 2. colu. extra de teſtib.de quo ego dixi in ſingu.meo 55.incipien. aduertas ad vnum,&c. [De ordine clericatus,vide glo.no.in c. admone-
149 re.33.q.2. in verbo, monaſterium.] † Adduci poteſt etiam ad prædicta: nam ordo clericalis, ſacerdotalis, vel religionis vltra prædicta operatur maximum effectum: nam tollit,mutat, ſeu remouet voluntatem teſtatoris defuncti, & alterat, ſeu impropriat verba teſtamenti,quod apparet, nam ſi teſtator dicit,lego mille Sempronio,ſi duxerit vxorem,vel ſi contraxerit matrimonium cum aliqua;& ducentum, ſi religionem intrauerit, vel habitum clericalem aſſumpſerit, & ipſe Sempronius ingrediatur monaſterium,vel aſſumat habitum clericalem,tamen debet habere mille , ac ſi contraxiſſet matrimonium. & idem eſt eadem ratione,ſi legetur mulieri eodem modo. Ita ſing.dixit Ioan.And.in addi.Spe. ſuper rub. de ſtatu monach.& Dom.Ant.& alij in c.in præſentia. de prob. in 20.colum.Barto.in l.2.ff.de his,qui pœnę nomine.Ro.in l. ſtipulatio hoc modo.in 7.colum.ver.vlt.ad idem. ff. de verb. obliga.& Do.Abb.in repet.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.in 31.colum.de conſti.& Alberi.de Roſa.in 1.par.ſtatu.q.105.& q.ſequenti. & Bald.in d.c.in præſentia.in 6.colum. verſi. ſed quid ſi teſtator.& Mathe.in no.ſuo 52.incipit,no.ꝙ ſi teſtator,&c. & idem tenet Dom.Alexan.in conſi.ſuo 121. incip. viſo themate ſupraſcripto,&c. in 4.colum.in v.volum. & in conſilio ſuo 254.incipien.ſuper contentis in dicto themate. in 3. col. idem firmat Felin.poſt Do.Fran. de Aret.in d.c.in præſentia. in 19.colum.verſic.& ex iſtis remanet,&c. & iſta eſt communis opinio,licèt Bal.fuerit ſibi contrarius, & tenuerit contrarium in l.Deo nobis.C.de epiſco.& cler. & in authen. niſi rogati.C.ad Trebellia.& Ioan.de Imo.in l.Lucius Titius.ff.de hęred.inſtitu.Pro qua communi opinio.facit optimè,quod voluit Petr.de Anch.in conſi.274.incip.pro,& contra. Et faciũt dicta per Archid.in c.ſi qua mulier.24.q.3. vbi dicit, ꝙ ſi ille, qui eſt rogatus reſtituere,ſi ille, cui debet fieri reſtitutio, nõ intrauerit monaſterium,tamen admittitur reſtitutio,licèt ille ingreſſus fuerit monaſterium, & ita dicit tenere Goffr. in
150 d.c.in præſentia. † Et facit,quod voluit Bart.in d.authen. res, quæ.in 2.colum.verſic.quæro,an pro filia,&c. C. communia de leg. vbi dixit, quòd ſicut pater poteſt alienare bona, quæ ſubiacent reſtitutioni pro cõſtituendo dotem filiæ maritandę,ita poteſt alienare talia bona pro ingreſſu filiæ in mona-
151 ſterium.quod eſt notandum. † Item vltra prædicta pro iſto ordine clericali,& eius dignitate adduco c.ſolitæ.de maio. & obe.vbi habetur,quòd dignior eſt omnis ſacerdos quolibet Principe. Et dixit tex.in c.quis dubitet.96.diſtinct.quod ſacerdotes ſunt Reges,& Principes,patres & magiſtri omnium fidelium. Et dixit tex.in c. cum ex iniuncto. de hæreti. ꝙ ſunt dij. Et dixit gl.in c.denique.4 diſtinct.quòd quilibet clericus, maximè in ſacris conſtitutus, eſt in dignitate, & eſt dignior laico,vt in c.cum ad verum. 96. diſt. Et dixit Barto. in conſi. ſuo,incipien.quæritur,ſi aliqua poſſeſſio, quòd clericalis dignitas eſt maior quacunque dignitate laicali. Quinimo dico vnum,quòd eſt fortius, videlicet ꝙ ordo clericalis eſt tantæ dignitatis & potentiæ, quòd non ſolum priuilegiat in pluribus ipſum clericum,vt videmus,ſed etiam priuilegiat laicum concurrentem cum ipſo clerico. ideo dixit ſingu. Inno. in c. ad audientiam.de præſcrip.quòd licèt præſcriptio currat contra priuatum ſpatio 10. vel 20. annorum: tamen ſi priuatus habet commune ius cum clerico vel cum eccleſia,iuuabitur vt contra eum non currat niſi præſcriptio centum annorũ, & idem videtur tenere Abb.in c.1.præſcrip.&ita tenet Dom. Alex.eos referens in conſilio ſuo 469. ſecundum ordinem meum,quod incip.viſo puncto,&c.in 5.colum. poſt med.de
152 quo dixi in repe.mea l.fi.C.de proba.in 5.char. † Et adde etiã hic Bar. in l.præcipimus.in §.eodem obſeruando. de app. vbi dixit,quod ſi clericus &laicus ſint ſimul obligati alicui,quod debebunt ambo conueniri coram iudice eccleſiaſtico. pro quibus etiam facit,quod voluit Bart.in l fi.in 3.colum.verſic. ſed circa hoc.ff.de colle.illici.vbi dixit,quod ſi in aliquo collegio ſunt clerici & laici,rector talis collegij nõ poterit eſſe laicus,ſed debebit eſſe clericus.& idẽ dicit Bart.in rectore ſcholarium,in authen.habita.in 8.colum.C.ne fil.pro pa in verſic. ſecundò quæro,&c.& in §.hæc autem tria in 2.colum. verſi. 2.quæritur,in prooemio Digeſtorum.Item dixit ſing.Domi. Card.in c.Ioannes.de teſta.quod ſi clericus & laicus ſunt executores teſtamenti, iudex eorum erit iudex eccleſiaſticus.
153 † Item adde hic Bar.in l.1.§.ſi quis in appellatione. in 3.colu. ver.quæro,pone.ff.de appel. vbi dicit, ꝙ ſi iudex laicus & iudex eccleſiaſticus ſimul iudicarunt,ꝙ debet appellari ad ſuperiorem iudicem eccleſiaſticum,& nõ ad ſecularem. & idem dixit Ludo.Rom.in conſi. 265. incip. in caſu propoſito, &c. Facit etiam,quod dixit Barto.in l.ſolent.in pen.colum. ff. de ali & ciba.lega.vbi dixit, quòd ſi duo ſunt facti hæredes,vnus clericus,& alter laicus,qui in aliqua diuiſione fiẽda inter ſe diſcordent,ꝙ debebunt adire iudicem eccleſiaſticum.pro quibus etiam faciunt optimè dicta per Pet. de Ancha. in reg.ea. quæ.de reg.iur.in 6.in pri.par.primæ quæſtionis princip.& vide omnino,& non omittas,Dom.Fel. in c. placuit.in 3. & 4. colum.de præſcrip.& omnino Dom.Feli.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.in 42.colum.circa med.de conſti.& in ſuo tract.quando literæ apoſtolicæ noceant patronis eccleſiarum. in 6.col. vide tamen Gand.in tract.ſuo maleficiorum, ſub rub. de aliquibus quæſtionibus varijs in maleficijs, in vlt. ver. vbi ponit vnum caſum,in quo eccleſia eſt deterioris conditionis, quã laicus.& in materia vide Dom.Feli.in rub.de appella. in pen. colum.in princip. tene menti prædicta,quia ſunt memoratu digna, & ſi extra materiam principalem huius rubr.ſint,attamen incidenter mihi viſum fuit hæc adducere pro quodam ſcholaſtico documento. Alia ſunt priuilegia penè numero infinita competentia clericis,& religioſis,quæ omitto, cum hic non ſit locus accommodatus, adduxi iſta tanquam di-
154 gniora. † Quæro 13. vlterius, an fideiuſſio de iudicio ſiſti facta coram vno iudice trãſeat ad ſucceſſorem? in quo reſpondeo diſtinguendo hoc modo, videlicet, aut dicta ſatiſdatio præſtita fuit dicto iudici, vt puta vicario Poteſtatis non tanquam vicario, ſed tanquam delegato ſuperioris, & tunc fideiuſsio talis non obligat fideiuſſorem coram ſucceſſore. caſus eſt in l. 3. in princip. ff. iud. ſol. & in l.non à iudice.§.1.ff. de iudic.& facit.l.ſi vnus.§.ante omnia. ff. de pac. Aut talis fideiuſſio preſtita fuit ipſi vicario,non vt delegato,ſed tanquã vicario,& tunc aut in ipſa ſatiſdatione fuit appoſitum nomẽ proprium iudicis,ſeu vicarij recipientis dictam ſatiſdationẽ, tunc talis ſatiſdatio non obligat apud alium iudicem ſucceſſorem,niſi adiectum ſit,vel qui in locum dicti iudicis ſucceſſerit, caſus eſt in l. cum apud. ff. iud.ſol. Aut non eſt adiectum proprium nomen ipſius vicarij, ſed ſolum nomen officij,& tunc talis ſatiſdatio obligat apud ſucceſſorem, quoniã idem tribunal,idemque iudicium eſſe cenſetur.l.proponebatur.ff.de iudi. ita dixit Ludo.Rom.in conſi.ſuo 210.incip. circa primum,&c. allegat hoc voluiſſe Specu.in titu. de iud.delega.§.excipitur.verſi.ſed quid ſi plures. & Bart. eum referendo,in d.l.cum apud. Aut in ipſa ſatiſdatione vtrunque nomẽ tam proprium quam officij eſt expreſſum, & tunc debet inſpici,quod nomen præcedat, & quod prius ſit expreſſum. allegat. ff.de ſtip.ſeruo.l.communis ſeruus.& not.per Bartol. in l.more maiorum.& in l. & quia. ff. de iuriſdictio.omn.iud. ita reſidet Lud.Rom in d.conſi.ſuo 210. de qua materia etiã vide Bal.in l.fin.in pen.colum.C.de hære.inſti. & vide An no. loquentem,in authen.vt nulli iud.§.& hoc.& Bal.in c.1.in pe. colum.in titu.de inueſti.in mar. facta.& Bal.in capitu.1.§.1.in 3.columna de his, qui feu. dare poſ. Barto.in l. qui liberis. §. hæc verba.ff.de vulga.& pupil.Bald.latè in l. fina.§.1. C. communia de leg. Cano.in c.quoniam Abb.de offic.leg. Innocẽ.
155 in c.vno delega.de offi.deleg. † Quid autem in mandato facto ſub noĩe dignitatis,an finiatur morte,vel tranſeat ad ſucceſſorem? Dicas quod tranſit ad ſucceſſorem. caſus eſt in c. ſi gratioſe de reſcri.in 6.& hoc firmat Bal.Saly.& Rapha. in l. more.ff.de iuriſd.om.iud.& Doct. in d.c ſi gratioſè,& in d.c. quoniam Abb.& in c.licèt vndique.eo.titu.& Ang.in d.Authen.vt nulli iudicum.§.& hoc.& vide gl. in clemen. fina. de procu.Io.de Imo.in cap.2.de teſta.in 6 Bal.in auth. ſi tamen. C.de temp.appel.Oldr.in conſil.ſuo vlt.incipien.factum, ſup
156 quo,&c. † Quid autem in compromiſſo,an finiatur morte arbitri? Dicas, quòd ſi fuit compromiſſum in aliquem ſub proprio nomine,quòd finitur morte, ſecus ſi fuit compromiſſum ſub nomine dignitatis, ſecundum Bal. in l.fina.§ ſed & ſi quis,in 1.colum.C.communia de leg.de quo etiam per
157 Doct.in locis prædllegatis. † Quæro modo 14.vlterius,an fideiuſſor de iudicio ſiſti,vel de aliquo preſentando poſſit opponere,& dicere ſe non teneri ad præſentandum illum eo, quia ille erat malè captus,& debebat relaxari omnino à carceribus? In quo primò mihi videtur dicendum,quod ſic per illam regulam,quòd omnes exceptiones competentes principali,competunt etiam fideiuſſori,vt in l.omnes, cum ſi. ff. de excep.ſed iſta exceptio,quod reus ſit malè captus, & ideo debeat relaxari à carceribus, competit ipſi reo, ergo debet competere fideiuſſori. Et pro hac parte optimè facit text.& ibi

ibi Doct.in l.ſi eum.in princ.ff. ſi quis cautio. vbi habetur, ꝙ
ille, qui promittit aliquem ſiſtere in iudicio, ſi videt ſe non
poſſe illum ſiſtere,vt quia ille aufugit,tunc poteſt excuſari, ſi
compareat ad defendendum eum in cauſa, in qua promiſe-
rat eum ſiſtere.ad idem eſt tex. & melior, in l.ſancimus.in §.
ſed ſi quidem poſt ſtatutum.C.eo.de fideiuſ.& hanc partem
firmat Do.Alex.in d.l.ſi eum.in prin. & ſic per iſta videtur di
cendum in caſu noſtro, quòd poſſit opponere & dicere il-
lum,pro quo promiſit,eſſe male captum,& ideo non teneri
eum præſentare nec ſiſtere. Sed contra prædicta fortiter fa-
cit tex.in l.nec eximendi.in §.item ſi quis.ff.ne quis eum,qui
in ius voc.eſt,vi eximat.vbi eſt tex.ꝙ eximens aliquem ritè ca
ptum cadit in pœnam illius edicti, etiam ſi ille non eſſet de-
bitor.per quem tex.dicit ibi ſing.Ang.quòd eximẽs aliquem
non auditur,ſi velit probare,ꝙ ille non erat creditor, qui fe-
cit eum capi.quam doct.Ang.ſequitur ibi Dom.Alex.&Do.
Barth.Cœpo.in conſi.ſuo 14.incip.pro declaratione. in 3.co
lum. Quid ergo dicendum? Ego in hoc paſſu tenerem pri-
mam opin.ꝙ ille, qui promiſit aliquẽ ſiſtere in iudicio, poſ-
ſit eum defendere,dicendo,eum non eſſe debitorem, & nõ
cadere in pœnam, quando ſcilicet ſine dolo vel culpa fide-
iuſſoris ille abeſſet,vel per abſentiam,vel per mortem,vel ali
ter.& ſic procedant iura primò allegata. Secus autem ſi cul-
pa,vel dolo ipſius fideiuſſoris ipſe reus nõ poſſet ſiſti. Ita ſen
tit expreſsè glo.in d.l.ſancimus.in verbo,non poſsit. C. de fi-
deiuſſor.Et idem dicas,niſi tempore fideiuſſionis ipſe fide-
iuſſor promiſiſſet aliqua exceptione non obſtante præſenta
re ipſum reum,quia tunc non poteſt comparere volens o-
ſtendere ipſum eſſe male captum. Ita dixit text. in d.l. ſanci-
mus.Nec obſtant iura allegata in contrarium, quia illa lo-
quuntur non in fideiuſſore,ſed in eximente, in quibus lõga
eſt differentia,nam ipſe eximens delinquit,& incidit in pœ-
nam eximẽdo,ideo meritò propter eius delictum priuatur
hac exceptione,& commodo, vt non poſſit dicere exem-
ptum fore malè captum,vel non eſſe debitorem.Secus autẽ
eſt in ipſo fideiuſſore,qui nullum commiſit delictum, & iõ
poteſt opponere dictam exceptionem. & iſta mihi videtur
vera deciſio ad hanc quæſtionem,& vera ſolutio ad dicta cõ
traria.attamen cogita.An autem fideiuſſor poſſit opponere
de nullitate proceſſus,vide Iaſ.in l.2.in §.1.in 1.col. ſuprà qui
ſatiſd.cog.Vltra prædicta quæro.15.ſi fideiuſſor promiſit ali-
157 quem exhibere,† an ſemel exhibendo ſit liberatus? In quo
dicas,quòd aut talis fideiuſſor promiſit ſimpliciter illum ex-
hibere,& tunc ille ſemel exhibendo videtur liberatus ſecun-
dum gl.no.quam ibi ad hoc ponderat Benedictus de Plum-
bi.in l. duobus.§. ſi ei.in verbo, ſi exhibuerit.ſ. de iureiuran.
quam gl ad hoc refert Dom.Alex.in l.2.§.in fideiuſſorem,in
2.colum.ff.qui ſatiſda.cogan. & in l.Græcè.§. & poſt.infra in
hoc tit.pro qua gl.dicit benefacere,quod not.Bart.in l.dotis.
ff.de iure dotium,& in l.eum,qui calendis.ff.de verb. obliga.
& in l.boues.§ hoc ſermone.ff.de verb.ſignifi. & no.per Bal.
in l.1.ff.ad leg.Iul.maieſta.pro quibus etiam faciunt dicta per
me ſuprà in materia infinitatis euitandæ.quod etiam fortius
procedit in fideiuſſore promittente præſentare aliquem ab
ſentem,pro quo promittit,quia liberatur per vnicam præ-
ſentationem,ſecundum Dom. Alex. in d.l. Græcè. vbi dicit,
quòd ita debet intelligi text. ibi,& titulus.ff.ſi quis in ius vo-
ca.non ier.& dicit quod ita declarat Bar.dictum tit.ſi quis in
ius voc.non ier.in l.1.in prin.eo.tit.ſi quis in ius voc. non ier.
& quod hoc volunt Doc.in l.2.§.fi.ff.qui ſatiſ. cog. allegat ẽt
158 dicta per Lud.Rom.in rub.C.de Carb.edicto.in 2.char.†aut
fideiuſſor non promiſit præſentare reũ ſimpliciter, ſed pro-
miſit illum preſentare toties,quoties fuerit inquiſitus,& tũc
videretur,quod per binã præſentationem eſſet liberatus ip-
ſe fideiuſſor,& hoc vt infinitas euitetur,iuxta.l.fideicommiſ
ſa.§.ſi quis 10.ff.de leg.3.ita dixit Ang.in l.ſi finita. in princ. ff.
de dam.infec.Sed Io.de Imo.in d.l.ſi finita, reprehendit opi.
Angel quia talia verba, toties quoties,ſunt apta ad infinita-
tem importandam.allegat glo.ibi & l.ſi ita ſtipulatus à Seio.
infrà in hoc titu. & allegat alia, de quibus ibi per eum. pro
quibus optime faciunt,quæ dixi ſupra in materia infinitatis
euitandæ,in prima limitatione. Et ſubdit ibi Ioann. de Imo.
Rom.& Dom.Alex.quod dictum Ang.poſſet procedere, ſi
fideiuſſor promiſiſſet ſemel tantum,& non rurſus, vel iterũ
repræſentare,nam tunc eſſet liberatus,ſecundum eos,per bi
nam præſentationem. Et ſubdit Rom. in d.l. ſi finita. quod
Ang.in l.2.§.qui exhibendi.ff.de cuſt.reo. & in l. oratione. ff.
de ferijs.tenuit idem in hac quæſtione, quod tenuit in d.l.ſi
159 finita.† pro qua opi.facit ſecundum Rom.quod not.Specu.
in titu.de arbi.§.ſequitur.ver.quid ſi in compromiſſo pœna-
li.& Bal. poſt Cy.in l.ſi duo.§.fi.ff.de arbi. vbi dicunt, quod ſi
dicatur in contractu, quòd pœna committatur toties,quo-
ties contra factum fuerit,quod non poterit committi, niſi
bis,per d.l.fideicommiſſa.§.ſi quis 10.Item adducit pro An-
ge.dictum Bal.in l.1.C.vt in poſ.leg.tamen poſtea ipſe Rom.
reprehendit opi.Ang.& ſequitur opi.Io. de Imo. per ratio-
nes ipſius Ioan.de Imo.quam opi.& rationes ipſe Roma.cõ-
probat ex pluribus.Et primò dicit,quia ipſe fideiuſſor de iu
dicio ſiſti,vel de aliquem præſentando, eſt obligatus vſque
ad ſententiam.l.Græcè.§.& poſt litem.infra in hoc titu.ergo
iniquum eſſet dicere,quod licet præſentaſſet bis ante ſentẽ-
tiam, non teneretur etiam ad iterum præſentandum poſt
ſententiam,ſi opus eſſet.Secundò ipſe Ludoui.Roman.pro
hac parte adducit Bar.in l.ſi quis reum.in 2.col.infra de cuſt.
reo.vbi voluit, quod ſi fideiuſſor promiſit repræſentare ali-
quem ad omnem iudicis voluntatem,videtur etiam obliga
re ſe,& promittere eum præſentare poſt ſententiam,ſi opus
fuerit,licèt ſecundum Rom.Bal.in l.ſi crimen.C.de accu. ſe
quutus Dyn.in l.continuus.§.cum quis,de verb.oblig.tenue-
rit in hoc ꝯ Bar.& voluerit,quod talis fideiuſſor teneatur ſo
lum vſque ad ſententiam.Adducit etiam Ludo. Roma. alia
contra opin.Ang.in d.l.ſi finita.in prin. de quibus ibi per eũ,
& per D.Alex.poſt eum,q ſimiliter tenet cõtra Ang. in d.l.ſi
finita.in prin.vbi latè loquitur circa hanc materiam, non ta-
men vr̄ firmare pedes,nec concluſiuè loqui.ipſe tamẽ refert
Pau.de Caſt.Spec.& alios examinantes hanc qõnem,ideo vi
deas eum ibi.& in d.l.Græcè.§.& poſt litem. & in l.2. §.fi.ſup.
qui ſatiſ.cog.& vide,quæ dixi. ſ.in materia infinitatis euitan-
dæ, vbi plura poſui incidenter circa hanc materiam. Et hic
adde etiam Bald. in d.l.1.in §.fi.ff.qui ſatiſ.cog.vbi dicit,quòd
licèt promittens præſentare aliquem non teneatur poſt ſen-
tentiam, fallit niſi fuerit adiectũ verbum, quotieſcunque,
quia tunc tenetur etiam vltra ſententiam. caſum dicit eſſe
ſingularem in l.quòd ſi nolit.§.ſi autem.ff.de æ[illegible]l.edicto, qđ
dictum refert & ſequitur Dom.Franci.de Cre. in ſingu. ſuo
11.incip.ſi quis promiſerit,&c. Et in materia iſta vide Ang.
de Aret.bene loquentem in tract.malefi.in ver. pro quibus
Ant.fideiuſſit.in 2.verſi.incip.& ſis bene cautus.& ibi in add.
& ibi,in ver.ſe.incipit,debes.& per Ludoui.Roma.in conſi.
160 15.incip.plura ſunt,&c.in fi. † Teneas tamen menti vnum,
videlicet,quòd quoties quis promittit præſentare aliquem,
nec apponit terminum præfixum, infra quantum tempus
obligatio talis duret, vel eodem modo promittit aliquem
ſiſtere in iudicio,ſi talis promiſſio ſit facta ſine ſcriptura, nõ
tenetur elapſis quatuor menſibus ad præſentandum, vel ſi-
ſtendum.caſus eſt in l.ſi fideiuſſor.C.de fideiuſ.& ibi Bart.fa-
cit not.& magiſtralem diſtinctionem,quam ibi vide,& vide
Io.And.idem tenentem in addi.Specu.in titu. de accuſ.in 3.
parte.§.ſequitur,in add.inci.Odof.& in materia iſta,ſeu pro-
ximæ queſtionis ſupra,vide per Dom.Lanfranchum Brixien
ſem in tract.ſuo arb.in rub. quibus modis compromiſſum
finitur.in penu. char.in 3.col.† Modò iuxta prædicta quæro
16.fideiuſſor promiſit præſentare reum iudici ad ſuum libi-
tum,vel ad ſuam voluntatem ſub certa pœna,quo ſtante ille
reus fuit captus per iudicem,deinde manus eius aufugit, an
fideiuſſor teneatur vlterius ad eum præſentandum, an verò
ſit liberatus? Io.And.in addi.ad Specu.iu titu.de accuſ. in 3.
parte.§.ſequitur.verſic.item quæritur, ecce Titius, &c.dicit,
quòd talis fideiuſſor hoc caſu eſt liberatus,ſi ille reus fuit ca-
ptus ab ipſo iudice pro eadem cauſa,ſecus ſi fuit captus pro
alia cauſa,quia tunc ipſe fideiuſſor non eſſet liberatus.allegat
rationem dicens,quod non refert,à quo quid fiat,dummo-
dò fiat,vt in l.cum ſeruus.ff.de verb.obliga. & habetur etiam
in l.3.ff.de condi.inſti.& l.3.ff.mandati.ſubdit etiam pro hoc
facere,nam ſolutione eius,quod debetur,omnis tollitur o-
bligatio,vt Inſti.quibus mod.tol.obl.in prin.& l.ſoluendo.ff.
de neg.geſt.Subdit tamen Io.And.ibi idem, quòd licèt ipſe
reus eſſet captus pro alia cauſa,tamen eſſet liberatus ipſe fi-
deiuſſor,ſi quando pro alia cauſa erat in manibus Poteſtatis
ſeu iudicis,fideiuſſor compareret,& proteſtaretur ipſi iudici
quod ipſum haberet pro præſentato,quia tunc ſimiliter eſ-
ſet liberatus,quia proteſtatio eum iuuaret,per l. Neſennius.
ff.de neg.geſt.& auth.ſi captiui.C.de epiſ.& cler.& hanc do-
ctrinam refert & ſequitur D.Catal.in tract.ſyndi.in ver.378.
incip.adde quod ſi quis promiſit iudici,&c.& Ange.in l.2.§.
fi.de cuſto.reo.vbi dicit,quòd hæc doctrina Spe.eſt menti te
nenda,quia eſt quotidiana,quam tamen ipſe reſtringit & li-
mitat,niſi in tali promiſſione eſſet clauſula,quòd teneatur fi
deiuſſor eum preſentare,quoties videbitur iudici,nam tunc
non eſſet liberatus per talem præſentationem. Sed forte li-
beraretur per ſecundam preſentationem,argum.l.fideicom
miſſa §.ſi quis decem.ff.de leg.3.& ibi Ang.reſpondet ad cõ-
traria.& vide Domin.Nellum in tracta.bannitorum, in pri-
ma parte ſecundi temp.in 15.q.vbi examinat hanc quæſtio-

nem.

nem. Quero decimoſeptimò, & cõſequenter pone,fideiuſ-
162 ſor promiſit ſoluere pro reo, † vel ipſum reum pręſentare
ad carceres.pone,quod ipſe fideiuſſor fecit reum carcerari,
ſed ipſe reus aufugit culpa iudicis,an fideiuſſor ſit liberatus?
In quo dicas,quod ipſe fideiuſſor hoc caſu eſt liberatus. Ita
probat tex.in l.2.§.ſimilique modo.ff.ſi quis cau.& ibi Doct.
& Pau.de Caſt.in Rubri.de eo, per quem factum erit. non
enim debet ipſe fideiuſſor grauari ex delicto, vel culpa alte-
rius.l.ſancimus.C.de pęn.ipſe enim præſentando eum ad car
ceres,eſt liberatus: nam ſolutione eius, quod debetur, om-
nis tollitur obligatio. Inſti.quib.mod.tol.oblig.in prin. adim
pleuit enim pro parte ſua promiſſa per eum, ergo eſt libera-
tus,iuxta ea,quæ habentur in l.quæro.§.inter locatorem.ff.lo
ca.& in l.ſi quis maior.C.de tranſ. videas tamen Do. Bartho.
Cœpo.in coſi.25.incip. cum per ſer Iac. &c. & vide quæ dixi
ſupra in hac Rubri.in 6.colum.in fi.verbis.allegaui Pe.de An
cha.in conſi.351.incip.viſo themate. in fi. Et teneas menti,ꝙ
nedum ipſe fideiuſſor liberatur,quãdo culpa iudicis reus au-
fugit,ſed liberaretur, ſi aliter fideiuſſor dediſſet cauſam fugæ
163 ipſius rei,† arg.tex.in l.fi.§.1.ff.de cuſto.reo.vbi eſt tex.quòd ſi
ſunt duo cuſtodes carcerum,& vnus ipſorum aufugiat cum
carcerato,quòd alteri cuſtodi parcitur, adeò quòd non tene
tur in aliquo.quem tex.pro ſing.allegauit Lud.Rom.in ſing.
incip.ſi dicit ſtatutum,&c. & illum tex. etiam allegauit Ang.
de Are.in trac. maleſi.in verſi.fama publica. in 14.char. verſ.
164 & aduertas. † Quæro decimooctauò, ſi fideiuſſor promiſit
iudici ſub pęna præſentare reũ infra mẽſem, ſi ipſum nõ præ
ſentauit,quia non fuit requiſitus a iudice,vt ipſum repræſen
taret,vtrum cadat in pœnam? In quo reperio Pau. de Caſt.
conſuluiſſe in facto,& tenuiſſe, quòd talis fideiuſſor non ce-
ciderit in pęnam,ſi non fuerit requiſitus à iudice,vt pręſenta
ret. Ita tenet ipſe in conſi.ſuo 168.incip.videtur quòd dictus
Ioannes Petrus,&c. vbi dicit, quòd talis fideiuſſor non vide-
tur eſſe in mora præſentandi dictum reum per lapſum dicti
menſis,quia promiſſio de præſentando,videtur habere con-
ditionem iſtam,ſcilicet ſi & quando iuſſus fuerit præſentare
& ex tunc incipiat currere dictum tempus menſis, & nõ an-
te.alleg.l.ſi deceſſerit.s̃.qui ſatiſd.cog. & ſubdit, ꝙ abſurdum
eſſet.quòd fideiuſſor deberet pręſentare nõ requiſitus, cum
præſentatio perſonæ ſoleat fieri propter aliquod explican-
dum circa cauſam per curiam, & ipſe fideiuſſor antequam
præſentaret,ignorat an præſentatio ſit accepta curiæ, ſicut vi
demus in operibus debitis à liberto, quia dies earum nõ ce-
dit,antequam fuerint petitę.l.ſi quis hac. §. iudiciũ.in fi. s̃. de
ope.lib.abſurdum enim eſt, quòd aliquis faciat ſeruitiũ per-
ſonæ meæ antequam velim, vt inquit Bart.ſecundum eum,
in l.ſi non ſortem.§.libertus.ff.de cond.indeb. & in l.cum pa-
tronus.in prin.de oper.lib.ita reſidet Pau.de Caſt.in d.conſi.
ſuo. Ego autem pro hac concluſione Pau. de Caſt. adduco
aliqua ſimilia.primo enim adduco tex.in l.1.§.magiſtratibus.
s̃.de magi.conue. vbi tex. dicit, quòd magiſtratibus imputa-
tur,ſi non dederint tutorem vel curatorem minori. ſubdit
tamen ibi tex. hoc intelligendum eſſe,ſi moniti vel requiſiti
non dederint,&c.& per illum tex.dicit ibi Bal.quòd ſi per ſta
tutum punitur Poteſtas non inquirens, quòd excuſatur, ſi
nemo denunciauit maleficium, quod non erat notorium.
quem tex.dicit ibi Bal.eſſe ad hoc meliorem de iure ad excu-
165 ſationem officialium. † pro quibus optimè facit, quod vo-
luit Abb.in c.pen.in pen. colum. de iud. vbi dixit, quòd ſi ex
forma ſtatuti iudex tenetur expedire proceſſum infra men-
ſem ſub pœna, quòd ipſe iudex non cadit in pęnam, ſi non
expediuit proceſſum,eo quia pars hoc non petit, nec apud
eum ſtetit, vt deberet dictum proceſſum expedire. & idem
dixit ipſe Abb.in c.fi.in vlt.colum.extra eo.tit. de iudi. quam
doctrinam refert & ſequitur Barb.in Rub. de accuſ. in 1.col.
& in c.de cauſis.in 6.colum.de offic.deleg. Et idem dixit Bal.
in c.1.§.iudices.de pace iura.fir.in 3.colum.quem refert & ſe-
quitur Do.Catal. in tract. ſynd. in ver.42. vbi allegat bonam
glo.in l.ſi curatoris.C. de iu. delibe. & alia, de quibus ibi per
eum.& idem dixit Bald.in conſi.61.ſuper contentis.in 6.vol.
& Io.Cald.in conſi.ſuo 3.in titu.de pœn.incip.ſtatuto impo-
nitur.pro qua optimè facit tex.in l.4.§.hoc autem iudicium.
& ibi Doct.s̃.de dam.infec.& glo.not. quam allegat Abb. in
d.c.pen.in fi.de reſcrip.in vlt.glo. pro quibus etiam ego ſolus
allego glo. not.in l.vniuerſa.C. de preci. Impe. offe. vbi dicit
tex.quòd induciæ factæ debitori de ſoluendo,non valent,ni
ſi ipſe debitor ſatiſdationem præſtet de ſoluendo aduenien-
te tempore. tamen dicit ibi glo. hoc eſſe verum, ſi creditor
166 hoc petierit,aliàs ſecus. † Item pro prædictis optimè faciunt
dicta per D. Alex.in conſi.ſuo 122.incip. viſo proceſſu. in pe.
colum.in 2.volum.vbi inquit,quòd ſi ſtatuto cauetur, quòd
ſententia ferri non poſſit, niſi cum conſilio ſapientis, aliàs
non valeat,quòd iſtud debet intelligi, ſi hoc petatur à parti-
bus,vel ab altera ipſarum,ſed ſi non petitur, valebit ſenten ta
ſine conſilio ſapientis,non obſtante ſtatuto,alleg.d.l.4.§.hoc
autem iudicium.ff.de dam.infec.& glo.in d. c. fi. & ibi Doct.
de reſcrip.& Do.Ant.in d.c.pe.de iudi. Item pro iſtis optimè
facit tex.in l.pen.in §.fi.ff.de leg.2.per quem tex.dicit ibi Pau.
de Caſt.in lectu. Paduana, quòd ſæpe allegauit illum tex. ad
quæſtionem ſtatuti dicentis,quòd appellans,vel petens reſti-
tutionem in integrum debeat cauere cum fideiuſſore de re
ſtituendis expenſis in caſu ſuccumbentiæ,aliàs proceſſus per
eum factus non valeat,ſi petita eſt reſtitutio in integrum,vel
interpoſita app.& non eſt ſatiſdatum, ſecundum formam
ſtatuti,qa non fuit hoc petitum à parte,quod tamen valebit
proceſſus inde factus,quia dictum ſtatutum debet intelligi,
ſi talis ſatiſdatio fuerit petita per partem.alleg.d.l.4.§. hoc au
tem iudicium.s̃.de dam. infec. quam doctrinam refert & ſe-
quitur D.Alex.in cõſi.ſuo 443.incip.viſis narratis,&c.in prin.
167 † Item prædictis etiam addo Ang.in conſi.ſuo 140.incip.ſta
tutum prædictum.vbi dicit,quòd ſtatutum diſponens, quòd
priores teneantur cauſam committere ſub certa pęna, intel-
ligi debet,ſi hoc ab eis petatur.alleg.d.l.1. §. magiſtratibus. &
d.l.4.§.hoc autem iudicium. Ideo dicit ipſe Ang. quod ſi cau
ſa appellationis non fuit commiſſa per priores,vt cauetur ex
forma ſtatuti,tamen prima ſentenria tranſit in rem iudica-
tam,ſi non fuit petita & requiſita dicta commiſſio cauſę per
partem. Facit etiam,nam iudex,qui omittit id, quod facere
debet,punitur.l.non quicquid. ff. de iudi. hoc tamen intelli-
ge,ſecundum Bar.ibi,quòd iudex punitur,ſi omiſit, & fuerit
requiſitus à parte,aliàs ſi non requiſitus omiſit,non punitur,
168 ſecundum eum ibi. † Facit etiam, nam iuramentum calu-
mniæ debet præſtari à litigantibus, aliàs non valet iudicium,
vt habetur in l.2.§.ſed quia veremur. C. de iura. calum. illud
eſt verum,ſi petitum fuit, aliàs ſecus. ita volunt Doct. in d.§.
ſed quia veremur.& in c.1 eod.titn.in 6.& voluit Pau.de Ca.
in d.l.vniuerſa.C.de precib.Imper.offer.in fi.Item addo præ-
dictis tex. & ibi doct.Ang. in §. ſi quis pro redemptione. in
Authen.de eccl.titu.vbi habetur, quòd hæres non adimplen
do voluntatem defuncti intra annum ſoluendo legata ad
pias cauſas priuatur officio diſtribuendi & ſoluendi dicta le-
gata,& talis diſtributio vadit ad epiſcopum. iſtud eſt verum,
ſi ipſe hæres fuit monitus & interpellatus, vt ſolueret dicta
legata nedum per vnam interpellationem, ſed per binam.
quod eſt not.ſecundum Ang.ibi.item facit glo.in d. l. pupil-
lo.§.qui procuratorio.ff.de ope.no.nunc.vbi tex.dicit,quòd
ille,qui procuratorio nomine nunciat nouum opus, debet
ſatiſdare,dominum rem ratam habiturum, aliàs non valet
nunciatio.glo.ibi dicit hoc eſſe verum, ſi talis ſatiſdatio exi-
169 gatur à parte,aliàs valet ſine ſatiſdatione.†Item adduco no.
verbum Ang.in l.venditioni.in princ.C.de vſucap. pro emp.
vbi dicit,quòd ſtatutum.dicens, quòd bannitus non debeat
audiri,debet intelligi ſi hoc à parte petatur. allegat hoc vo-
luiſſe Ioan.And.in c.ſtatutum.de reſcrip. in 6. & tex. in l. 1. §.
quanquam.ff.ad Trebel. Et ſic ex iſtis cum Pau.de Caſt.con-
cludo,quòd talis fideiuſſor,qui promiſit pręſentare aliquem
iudici infra menſem ſub pœna, quòd non cadet in pœnam,
ſi eum non præſentauit,eo quia non fuit requiſitus à iudice,
170 per prædicta.† Scias tamen, & menti teneas, quòd licèt præ-
dictæ doctrinæ veræ ſint, tamen quando quis promittit, vel
obligatus eſt ad faciendum aliquid ex aliqua particulari ob-
ligatione,& etiam ſtatutum eum arctat ad illud faciendum,
tunc vt ſtatutum aliquid operetur, tenetur illud facere ſine
monitione,aliàs cadit in pœnam.ita dixit Fed. de Sen.in con
ſil.ſuo 104.incip.quod non fecerit reſidentiam, &c. quem
refert & ſequitur Abb.in c.quoniam frequenter.in §.porrò.
in 6.colum.vt li. non conteſt.quos refert & ſequitur Soc.in
coſi.ſuo 133. incip. profectò, &c. in fi. de quo etiam dixi in
171 ſing.meo 341.incip. ille, qui tenetur, &c. † Quæro vlterius
& decimononò,aliquis promiſit præſentare Titium ſub pę-
na infra menſem, pendente iſto tempore ipſe Titius eſt ban
nitus,vel eſt accuſatus de crimine capitali, ex qua accuſatio-
ne ipſe Titius dubitans carcerari,fugam arripuit, an fideiuſ-
ſor ſit liberatus? In quo mihi videtur dicendum quòd ſic, ſi
ipſe non procurauit tale bannum, vel talem accuſationem.
pro quibus optimè faciunt,quæ dixi ſuprà in quęſtione illa,
an promittens præſentare aliquem ſit liberatus, ſi ille mutat
conditionem vel ſtatum. Item faciunt dicta per Specu. in
tit.de accuſa.in 4.par.in §.ſequitur.in verſi.item quæritur, ec-
ce Titius,&c. vbi dicit, quòd in ſimilibus caſibus ſubuenitur
per exceptionem fideiuſſori.dicit etiam,quòd hoc caſu non
poteſt dici, quòd ſtet per fideiuſſorem, ſed per ipſum iudi-
cem bãnitum.alleg.l.ſed & ſi quis. in prin.ff.ſi quis cau. alleg.
etiam alia quamplura iura ad partes, ſed finaliter remanet in
hac

hac opinione.idem firmare videntur ſcribentes in d.l.ſed &
ſi quis.in princ.vbi dicunt,quòd ideo excuſandus eſt fideiuſ-
ſor,quia facto iudicis impeditur, quo caſu non debet hoc
parti imputari.& faciũt dicta per Ang.& alios in l. ſancimus.
C.de pœ.Ego autem vltra prædictos Doct.tenens hanc par-
172 tem,† illam comprobo aliquibus alijs iuribus,& medijs. di-
co igitur,quod ipſe fideiuſſor in quæſtione noſtra debet eſ-
173 ſe liberatus. † Nam in qualibet promiſſione ſemper ſubin-
telliguntur illa verba,videlicet rebus ſic ſtantibus, & aliquo
de nouo non ſuperueniente,etiam ſi ſit promiſſio iurata.ita
probat tex.c.cum inter P.Gaufredi.de renuncia.in c.quem-
admodum.de iureiuran.& in c.clericus.eod.titu. & in l. fin.
ff.qui ſatiſd.cog.& in l.fi.C.de non nume.pecu.& in l.fi.ff.ad
municip.& not.Barto.in l.1.§. & poſt operis.ff. de ope.noui
nunc.& Bal.in c.cum M.Ferrarienſis.in 5.colum.de conſt.&
Fede.de Se.in conſi.281.incip.caſus talis eſt,ſtatuto cauetur.
pro quibus optimè facit l.ſi vnquam.C.de reuo.dona.ille er-
go,qui promiſit repræſentare Titium,intelligitur ſe obligaſ
ſe cum illa conditione,ſcilicet rebus ſic ſtantibus, ergo ſu-
perueniente banno,vel accuſatione criminali fideiuſſor erit
excuſatus.&ideo ſi debitor iurauit nullam exceptionem op
ponere,ſed ſoluere tali die,& poſt hæc ſuperior motu pro-
prio conceſſit dilationem quinquennalem,poterit non ob-
ſtante iuramento opponere exceptionem dictæ dilationis
conceſſæ.ita dixit Cyn.in l.fina.in 4.q.C. ſi contra ius,vel vtil.
pub.quem ſequitur ibi Salyc.& Pau. de Caſt.in l.fi.ſuprà qui
174 ſatiſd.cogan.faciunt etiam ad prædicta, † nam noua cauſa
ſuperueniens liberat quem à prima obligatione.Et ideo ille
qui promiſit aliquem non offendere ſub pœna , non cadit
in pœnam,ſi eum offendit ex cauſa ſuperuenienti de nouo,
vt puta ſi talis,cum quo eſt facta pax,& promiſſio de non of
fendendo,fecerit nouam offenſam,vel nouiter poſt pacem
factam fuerit bannitus.ita dixit Bart. in l. aut facta.§.cauſa.ff.
de pœ.arg.illius tex.& in l.ſi de certa.C.de tranſ.& l.cum quæ
ritur.ff.de re iudic.idem voluit Bal.in c.1.in 2.colum.de pace
tenen.vbi pro hoc alleg.no.per Hoſt.& Io.And.in c.fina. de
iniur.idem tenet Dom.Anto.& Ioan.de Imo.in d.c.cum in
ter P.Gaufr.& Pau.de Caſt.in l.qui ſeruum.ff. de verb. oblig.
Ludo.Roma.in l.ſemel mora.ff.ſolu.matri.Bart.in l.quid er-
go.in §.ſi hæres.ff.de leg. 1.Bal.in l.Gracchus.C.de adult.Bart.
Bal.& alij in l.2.C.quando lic.ſe ſine iudi.vindi.& Ioan. And.
in addi.Specu.in titu.de treu.& pace. Ange. & Imo.in l. ſi ex
legati cauſa.ff.de verbo.obliga.Bal.in l.paciſci.C.de pact.Ale-
xan.in conſi.462.incip.viſo themate.in 2.col.& in conſil. 19.
incip.viſo proceſſu.in 1.col.in 1.volum.& Ludoui.Roma.in
conſi.155.incip.præmiſſum laudum.circa fi.& in conſil.183.
incip.in caſu propoſito.in princ.& in conſi.258.incip.in ca-
ſu propoſito,&c.in princ.Item pro prædictis facit regula il-
la vulgata,videlicet quæ de nouo emergunt, nouo indigent
auxilio.l.de ætate.§.ex cauſa.ff.de interrog.act.& ibi Barto.&
Docto.in c.paſtoralis.de excep.& in l.planè.ff. vt in poſ. lega.
& in l.1.in prin.ff.de ven.inſp.& in c.cæterum.ff.de iuramen-
175 to calum.cum.ſi.& per ſupradicta † mihi videtur concludē-
dum in caſu quæſtionis noſtræ,quod fideiuſſor,qui promi-
ſit aliquem præſentare iudici ſub pœna , ſit excuſatus, ſi ille
reus poſtea ſit bannitus,vel accuſatus de aliquo crimine ca-
pitali,ex quo latet,vel aufugit,quòd ipſe fideiuſſor ſit excuſa
tus,nec cadat in pœnam aliquam.quod etiam voluit Gand.
in tracta.ſuo malefic.ſub rub.de aliquibus quæſtionibus va-
rijs in maleficijs,in 7.colum.ver.item pone quæſtionem,&c.
& in eo.tracta.ſub rub.de multis quæſtio.dependen.à ſtat.in
9.colum.verſi.pone quæſtionem.& in eod.tracta.ſub rubri.
quid ſit agendum reo præſente.in vlt.col. ver. vel pone, &c.
poſt princ.Quod eſt intelligendum & limitandum, niſi ipſe
fideiuſſor dederit cauſam huic banno,& opera ſua ille reus
fuerit bannitus,quia tunc talis fideiuſſor tanquam dans cau-
ſam banno,& tanquam affectator eiuſdem,non erit libera-
176 tus. † Affectatio enim non prodeſt affectanti. l. ſpadonem.
§.fi.ff.de excu.tut.& facit tex.in l.& qui data opera. ſuprà ex
quibus cau.maiores.vbi dicitur,quòd ille,qui ſponte procu-
rauit ambaſiatam,non gaudet priuilegio abſentium pro re
publica propter eius affectationem.Pro quibus facit, quod
voluit Ioan.de Imo.in c.decetero.de cler.non reſi. vbi dicit,
quod clericus,qui ſponte quæſiuit ſe abſentare,non gaudet
beneficio reſidentis,licet ſecus ſit in illo,qui ſe abſentauit ex
neceſſitate,non ab eo quæſita,nec procurata.Et facit, quod
voluit Bar.in l.ſi ſeruus.in §.quod autem.ff. de fur. vbi dixit,
quod ſi ambaſiator procurauit ambaſiatam,& fuit deroba-
tus,quod non reficiuntur ſibi damna per mittentem. Secus
autem dicit eſſe,ſi fuit miſſus requiſitus.Accedat nota.dictũ
Dominorum de Rota in antiquis deci.4.in titu.de teſtamē.
vbi dixerunt,quod ſi aliqui affines alicuius minoris fuerunt
ſollicitatores,vt ei daretur curator tanquam prodigo, po-
ſtea ipſe, cui datus fuit curator, inſtituit hæredes ſuos tales
eorum affines,qui ſollicitauerunt,vt ei daretur curator tan-
quam prodigo,ſed venientes ab inteſt.volunt hæreditatem,
dicentes illum non potuiſſe teſtari tanquam prodigum,mo
dò tales inſtituti volunt probare ipſum non eſſe prodigum,
vtrum admittantur? & decidunt, quod non, quia ipſi fue-
runt cauſa,vt ei tanquam prodigo daretur curator, ideo nō
debent audiri.quam doctrinam refert & ſequitur D. Franc.
de Cre.in not.ſuo 97.incip.curator,&c.Item prædictis adde,
177 quod in caſibus,in quibus ignorantia excuſat à delicto,vel à
pęna,non habet locum in ignorantia affectata. ita voluit gl.
quam ibi ad hoc ponderat Dominicus in c.fi.§.vt autem.de
offic.deleg.in 6. & gl.in c.ad falſariorum.de cri.fal & gloſ.in
234 populi.in 112.colum. in princip.s̃.de iuſt. & iure. † Item ad
prædicta etiam adduci poteſt, quod voluit Bal. in l.liberti.C.
de oper.liber.vbi dixit,quòd ſi filia cedat omnia iura,quæ ha-
bet in hæreditate patris,an tunc videatur ceſſiſſe iura,quæ ha
bet ad dotem maternam in hæreditate patris? & dicit quòd
ſic,ſi aliud ius non habebat ipſa filia in hæreditate patris. pro
quo ipſe allegat dictam l.fundus qui locatus.s̃.de fun. inſtru.
& facit,quod voluit Ang.& Imo.l.quarta.s̃.de legat.1.vbi di-
xerūt,quod ſi dixero,lego tibi equum meum morellum, &
nullum habeo morellum, ſed vnum tantum album habeo,
ꝙ ille cedet legato. & iſta duo dicta refert & ſequitur Alexā.
in d.l.2.s̃.de libe.& poſthu.& dixit not. Ang.de Aret. Inſtitu.
de le.Aquil.in princip.in 1.colum.in verſi.nota, ꝙ æquè,&c.
quod appellatione pecudum,veniunt omnia animalia qua-
drupedia.& ſubdit,quòd ſi quis legat pecora ſua, & non ha-
bet niſi boues,quòd illi continentur in legato.& faciunt di-
cta per Barto.in l.Aurelius.§.Caius,in 2.colum. s̃. de libe.leg.
& facit etiam nota.verbum Salic.in l.vbi adhuc.in 4. colum.
ver.quæro quintò.C.de iure dotium,&c. Et vide Caccialu-
pum in tract.ſuo de debit.ſuſpe.& fugi.in vlt.ver.ante finem.
235 † & ex iſtis omnibus teneas menti,quòd licèt habeamus cau
tum in iure,quòd ea,quæ pertinent ad culturam agri pro pi-
gnore auferri non poſſint,vt habetur in l.executores. & in l.
pignorum gratia.& in authen.agricultores.C.quę res pigno.
oblig.non poſſ.iſtud eſt verum, quando debitor habet alia
bona, quia tunc talia non poterunt auferri pro pignore, ſe-
cus ſi non habet alia bona.ita dixit gloſ. nota. in d.l.executo-
res. quam tenet Cyn.& Salice.in l.ſpem. eod.titu. vbi repro-
bant Specu.tenentem contrarium. & per illam gloſſam mi-
hi videtur quòd poſſit limitari & reſtringi gloſ. quæ ſolet al-
legari pro ſingulari in l.nepos Proculo. inf. de verborum ſi-
gnificatio.quæ dicit, quòd pro pignore non poſſunt auferri
arma militibus,nec libri ſcholaribus.quod illa gloſ.habet lo-
cum,quando miles vel ſcholaris habet alia bona, quæ poſ-
ſent pignorari, ſed ſecus teneo, quando non haberent alia
bona,quia tali caſu arma & libri poſſent pignorari, & hoc
ipſi cum aliena iactura locupletarentur, per regulam, locu-
pletari.de reg.iur.in ſexto. & l.nam hoc natura.s̃.de condict.
indebi.cum ſimilib. & pro hac limitatione facit optimè tex.
& gloſ.fin.in l.ſtipendia.C.de execu.rei iudica.quæ omnia te
236 ne menti ad materiam huius quæſtionis. † Vigeſimooeta-
uo quæro de alia quæſtione, pone quòd Titius iurauit non
fideiubere pro aliquo, poſtea requiſitus à quodam amico
ſuo vt fideiuberet,pro eo fideiuſſit, an talis fideiuſſor oblige
tur? In quo reperio Old. ſuper hac q. conſuluiſſe, in conſi.
ſuo 90.incipiē.quidam iurauit,&c. vbi ipſe diſtinguit dicens,
quòd aut iſte,qui iurauit non fideiubere,erat clericus,aut lai
cus,ſi erat clericus,& tunc nō valet fideiuſſio, quia iuramen-
tum non videtur illicitum, quia ad hoc tenetur de iure,ſcili-
cet ad non fideiubendum,per c.1.extra de fideiu.& c.te qui-
dem.11.q.1.ſecus autem dicit eſſe in laico, quia ſi iurat non
fideiubere, tale iuramentum videtur illicitum contra bo-
num charitatis,igitur & conſtitutio d. c.1. extra de fideiuſſo.
eſt contra bonum charitatis,ac proinde non obſeruanda.&
quis feret,maiorem charitatem deſiderari in laicis, quam in
clericis? Certè Paulus Apoſtolus fideiuſſit apud Philomo-
nem pro Oneſimo. quòd iuramentum non obligat,20.q.4.
c.qui ſacramento.& c.inter cætera. & de iureiuran.c.cū qui-
dam. & laicus tenetur pro proximo fideiubere, vt in c.ſicut.
11.q.1.& dicit Arch.ibi,ꝙ peccat, ſi non fideiubet, ideo in lai-
co tale iuramentum videtur eſſe illicitum. Poſtea autē ipſe
Oldr.dicit,ꝙ videtur,ꝙ in laico tale iuramentum non ſit illi-
citum: nam ad hoc vt tale iuramentum ſit illicitum, requiri-
tur,ꝙ per eius obſeruantiam vtraq; ſalus ſpiritualis & tēpo-
ralis periclitetur,vel altera,vt 22.q.4.§.fi. ꝙ nō eſt hic, qa alio
modo neceſſitatibus proximi poſſumus ſubuenire, qđ ſuffi-
cit,vt habetur in fi.d.§. Dicit poſtea ipſe Oldr.ſe tamen crede
re, ꝙ ſi tanta eſſet neceſſitas, quòd niſi iſte iurans fideiube-
ret,quòd alterius ſalus periclitaretur, vel corporalis, vel ſpiri
tualis,quòd non obſtante iſto iuramento poſſet fideiubere
etiam clericus,argu.86.diſtin.c.non ſatis.quia non videtur iu
raſſe non fideiubere in tanta neceſſitate. vel ſi hoc ſenſit, iu-
ramentum eſſet illicitum, argu.de iureiuran. in c.quanto. &
de hoc etiam habetur per Archid.in c.non eſt.22.q.1. ita for-
maliter dicit Old.in d.conſi.ſuo 90.ſupra allegato. & dictum
conſilium in hac quæſt.referunt & ſequuntur Docto.in c.ſi.
de foro compe.lib.6. Sed mihi videtur aliter dici poſſe, vide
licet ꝙ talis fideiuſſio non valeat,& per conſequens quod ta
lis fideiuſſor non ſit obligatus. Ad qđ dicendum me mouet
glo. no. in c.licèt mulieres.in vlt. glo. de iureiuran. lib.6.quæ

237 dicit, † quòd ſi aliquis primò iurat aliquid licitum non facere, poſtea illud facit cum iuramento, quod tale factum ſecundo loco non valebit, ſed primum iuramentum debet ſeruari.& dicit illa glo. ꝙ hoc voluit etiam Hoſt. in c. cum contingat.de iureiur.& alle.iura, de quibus ibi per eum.quam gl. refert & approbat Bar.in l.ſi prædium.C.de iure do.& Dom. Fel.in c.cum M.Ferrarienſis.in pen.colum. de conſti. & eam approbat Archid.in d.c.licet mulieres. & Dom.Alex.in l.duo bus.in §.idem Pomponius.ſ.de iureiur. de qua glo. etiam latè loquitur idem Dom Alex.in conſi.ſuo 239. ſecundum ordinem meum incipiente,ponderatis, &c. pro dicta gloſſa facit optimè,quod voluit Specu.in titu.de emptione & venditione.in §.tertio loco. in verſicu. quid ergo. & in verſicu. ibi ſequenti.incip.generale concilium,&c. vbi dicit, quòd conſilium mulierum & parentum ſuorum eſt, vt quando mulier traditur nuptijs,pater faciat eam iurare,quod nunquam conſentiet alienationi rei dotalis, niſi coram iudice cauſa cognita & probata,ſcilicet neceſſitatis inſtantis,non,fictæ ſed veræ: tunc enim ſi aliter conſentiat,& iuret: non valebit talis alienatio, cum tale iuramentum ſit contrarium priori iuramento licito & honeſto,vt extra de iureiuran.c.eam te.& hoc dictum Specu.approbat Bald.in additio.incipien. quando alienatur dos,&c. vbi dicit, quòd in tali caſu primum iuramentum derogat ſecundo, & ſic concordat cum gl.d.c.licet mulieres.quam glo.& dictum Specu. vbi ſ.approbat Gemi.in d. c.licet mulieres.in fi.& pro dicta glo.eſt tex.expreſſus in c. intellecto. de iureiuran. Et ſic ex iſtis mihi videtur dicendum, quòd ſi quis iurauit nō fideiubere,& poſtea fideiubebat etiā cum iuramento, ꝙ talis fideiuſſio non valeat, nec fideiuſſor ſit obligatus.& non obſtat,ſi diceretur,ꝙ imò talis fideiuſſor debet in tali caſu obligari,eo quia licèt iurauerit ſe non obligare, vel fideiubere, tamen poſtea fideiubendo facit actum contrarium proteſtationi,ſeu promiſſioni,quo caſu nō iuua
238 tur ex tali proteſtatione, quia † proteſtatio contraria facto nō releuat proteſtantē,vt habetur in l.pacta nouiſſima. C.de pac.& per Bar.in l.ſi quis extraneus.ſ.de acquir. hæred. & per gloſ.in c.olim.extra de cenſibus. & habetur in l. cum in plures.§.locator horrei.ſ.loca.& in c.cum M.Ferrarienſis.de cōſti. Et facit dictum Bal.in l.Neſennius,ſ.de neg.geſt. vbi dixit, ꝙ proteſtatio nihil operatur,ſi ab ea receditur per factū contrarium,quia facta derogant verbis. Sed ipſe fideiuſſor poſt promiſſionem de non fideiubendo,ſi fideiubet,facit actum contrarium promiſſioni, ergo meritò videtur dicendum,ꝙ valeat talis fideiuſſio,& per conſequens ꝙ talis fideiuſſor ob-
239 ligetur.† Sed iſtis non obſtantibus teneo primā opin.ſcilicet ꝙ non valeat talis fideiuſſio,& non obſtat illud,quod proteſtatio contraria facto non releuat proteſtantem, quia dico ꝙ illud poteſt procedere in ſimplici proteſtatione vel promiſſione. Sed ſecus in proteſtatione, ſeu promiſſione firmata iuramento, quia proteſtans ab ea recedere non poteſt tacitè nec expreſsè, quia tenetur ad obſeruantiam iuramenti, iuxta ea quæ habentur in c.cum contingat.de iureiuran.in c. quamuis.de pac.in 6. & in d.c.licet mulieres, & in authen. ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vendi.& in l.ſi quis maior.C. de tranſac. cum ſi. de qua materia proteſtationis latius locutus ſum in conſi.meo incip.ſalus omniū in te confidentium omnipotens Deus, &c. circa med. & vide de hac quæſtione & materia per Iaſ.not. loquentem in l. non ſolum.in §.mor-
240 te.in 14.col.ſ.de ope.noui nuncia. † Vigeſimononò quæro, an fideiuſſor poſſit obligari ad pęnam coporalem? In quo videtur dicendum ꝙ non,quia licèt homo ſit dominus rerum & bonorum ſuorum, tamen nō eſt dominus membrorum ſuorum, vt in l.liber homo.ſ.ad leg. Aquil. Ideo non poteſt ſe obligare ad pęnam corporalem.& hoc tenet expreſsè glo. in c.cum homo,23.q.5. & voluit Bald. in l.1.in verſi.ſecundò reuoco in dubium. C.ne fil. pro pa. vbi allegat dictam glo.& voluit etiam Salic.in l.ſi fil.fami.circa princip.C.ne fil.pro pa. & Bal.in rubr. C. res inter alios acta. & Io. de Ana.in c.2.in 6. colum.C.de delictis puerorum.& Iaſ.in l.1.in penult.colum. ſ.de in lit.iuran.Bal.in conſi.204.incipien.duo famuli.in 1.volumi.& Specu.in tit.de accuſa. in 3.par.in §.ſequitur.in 6.col. in fi.& hoc etiam per illam gloſ. firmauit Angel.in tract.maleſi.in verbo,pro quibus Ant.fideiuſſit. in primo ver.de quo pulchrè per Do.Fel.in c.contingit.il primo.quaſi per totum. de ſenten.excommuni. [De hac quæſtione vide Alexan.in l.ſæpe conſtitutum.in 4.colum.quaſi per totum. ff.de re iud. & Dom. Rochum Curtium in c.fin.72. colum. de conſuet.]
241 †Et pro hac parte facit,quod dicimus,quòd non eſt licitum homicidium in volente occidi, imo talis occidens punitur, ac ſi occidat inuitum,vt dixi in l.1.in prin.in 1.col.inf.de ſica. vbi etiam dixi idem eſſe in percutiente volentem, quia punitur. quod eſt intelligendum de graui percuſſione, non de leui,vt dixit Bart.in l.1.in §. vſque adeo.inf.de iniur. & voluit Ang. & Paul. de Caſt. & Dom. Alexan. in l. quamuis.ſ.de in ius voc. & Dom. Fel.in c.ſolite. in 2. colum.de maio. & obe. pro quo eſt tex.in c.contingit.il primo. extra de ſent.excom
242 munica.†Et facit etiam,nam nemo poteſt ſe ſubmittere torturę,& dicere,Domine iudex,ego nō habeo indicia,nec probationes aliquas cōtra iſtum, quem accuſaui de tali delicto, ſed volo ſtare ſecum in tortura, & taliter hoc ſibi probare. Certè iudex non poteſt hoc facere.ita dixit Dom.Franc.Bru. in tract.ſuo de indic.& tortura.in 16.char. in 1. colum. & iſta retuli in d.l.1.in princip. in 1. colum. inf.de ſica. & in l.pen.in
243 1.colum.verſic.datur & tertia lectura.inf.de quæſt.†Contrariam tamen partem tenuit Alber.de Roſa. in prima parte ſtatu.q.51.incipien. & ex prædictis poteſt oriri alia quæſtio,&c. & inter cetera mouetur ad hoc dicēdum,videlicet quia quis poteſt ſe obligare ex facto alieno, vt in l. cum filius.§.1.ſ.de verb.obligatio.& in l.nemo.inf.de duobus reis.Et ideo dicit, quòd ſi ſtatuto cauetur in ciuitate, quòd fractor pacis capite puniatur,prout eſt in ciuitate Parmę,eſt etiam de iure,vt inf. de re iud.l.fin.& in titu.de pace tenenda.in vſib. feud. & ideo dicit,ſi duo fecerunt pacem, & ego fideiuſſi pro vno, quòd pacem ſeruaret,poſtea ipſe fregit pacem occidendo,ipſe certè decapitabitur nō tamen ex vi pacti,quàm ex vi ſtatuti, ſed cum factum illius repræſentet factum fideiuſſoris, qui promiſit,quòd ſeruaret pacem, ipſe feciſſe videtur, cum lex repræſentet factum principalis fideiuſſoris, ideo fideiuſſor punietur pœna corporali. & dicit quòd ita tenuit Vber. de Bobio in l.ſi quis maior. C.de tranſactio.ad quod alleg.ſ.de ver. obligatio. l. mora rei.& ſubdit, quòd ſicut poteſt quis delinquendo ſe obligare ad pœnā capitalem, ſic & promittendo, quia contractus & delicta parificantur,vt ſ.de iud.l.omnem. & in Authen. vt omnes obe. iud. §.& hoc conſiderantes.& non dicitur tam puniri ex facto alieno, quàm ex facto proprio repræſentato & per eum promiſſo. pro quo etiam be-
244 ne facit ſecundum eum.† nam ſi quis ſuſcipiat & ſe obliget ad cuſtodiam carceris,& fraudulenter permittat fugere carceratos,punietur capite,vt in l.fin.inf.de cuſto. reorum. & in l.milites.& in l.pen.eo.titu.de cuſto.reorum.ex quo patet, ꝙ ex conuentione ſua obligatur ad pœnam capitalem. Subdit poſtea Albe.vbi ſ.quòd iſta opinio eſt dura,licèt fortè de ſtricto iure ſit vera, attamen multi eam nō approbant propter d.l.liber homo. & etiam quia talis conuentio eſt contra bonos mores,& ideo dicit,quòd ita ſeruatur.ſ.quòd non valeat
245 talis fideiuſſio.†Ego autem ſequens hanc partem,quòd talis fideiuſſio non valeat,vltra Alber.& alios ad corroborationē huius opinionis adducebam vnum, videlicet quòd non ſolum in criminalibus, vbi agitur de pęna corporali, nō poteſt
246 quis fideiubere,† ſed etiam in criminalibus,vbi agitur de pęna corporali,non poteſt prorogari iuriſdictio, ſecundū Bal. in l.ſi quis ex conſenſu.in 2.colum.verſi.reuoco igitur in dubium.C.de epiſcop. audi. & in l.1.in prin.verſic.ex hoc infertur.C.vbi de cri.agi oportet.& in l.1.in vlt.colum. & ibi Bart. C.de iuriſd.omnium iud.& in l.1.in 5.nota.C. qui pro ſua iuriſd.& per Barto.poſt gloſ.in l.1.in 2.colum.ff.de iudic.& per Bald.in addi. Specu.in titu.de compe.iudi.adi.verſic. quòd in criminali, &c. de quo etiam per Spec.in tit.de iuriſd.om.iud. in 4.char.& per Innocen. in c. de cauſis. in 1. colum.de offic. deleg.& per Alexan. in l.1. ſ. de iud. ſecus tamen eſt in ciuilibus,quia in illis poteſt prorogari iuriſdictio, vt in l.1.C.de iuriſd.omnium iud.& in d.l.ſi qui ex conſenſu.C.de epiſco.audien. Item prædictam partem & opinionem, quòd non valeat fideiuſſio, vbi tractatur de pœna corporali, firmauit Bal. in titu.de pace Conſtant.in §.damna.in fine. vbi allegat gloſ. in dicto c.cum homo.23.q.5.& Barto.in l.4.inf.de cuſto.reo. & ibi Alexand. qui alios allegat,tenet hanc partem, & Ange. de Aret.in tract. ſuo maleficio. in verſic. pro quibus Anton. fideiuſſit.in 1.verſi.& in eodem tracta.in verſic.dictum Sempronium in libris tercentum ſententialiter condemna-
247 mus, &c. in vlti. verſic. & ibi in additio.latius. † Et ex ſupradictis deciditur quæſtio illa, videlicet an reus criminis ſit fideiuſſoribus relaxandus? In quo ſit diſtinctio à Docto. hoc modo, videlicet, aut talis reus venit puniendus pœna corporali, & non poteſt relaxari fideiuſſoribus, aut venit puniendus pœna pecuniaria, & tunc ſecus, per iura & rationes ſuperius adductas. de qua quæſtione habetur per Dom. Fel.in c.prælatorum.quod eſt c. fin. de accuſa. in penul. colum. vbi not.loquitur.& habetur etiam per Dom. Barthol. Cœpo.in conſi.ſuo 25.incip.cum per ſer Iacobum,&c. & per Do.Fel. in c.ex parte.il 1.in 11.colum.in prin.de reſcrip.& per Bald.in d.conſi.ſuo 204.incipien. duo famuli,&c. in 1.volum.an autem quando pœna eſt arbitraria,reus ſit relaxandus fideiuſſoribus,vide Ang. de Aret.in tract. maleficiorum.in verſic.pro quibus

quibus Ant.fideiuſſit.in ver.ſcis etiam ꝙ fideiuſſoribus,& ibi
248 melius in additio. † Et circa hanc materiam teneas ēt menti
vnum, videlicet ꝙ ille, qui fideiuſſit pro accuſato de vulne-
re,ſi ex vulnere ſequatur mors,non tenebitur ad pœnam ho
micidij, ſecundum Spec in titu. de fideiuſ.§.1.verſ. ſed pone,
egi &c.cum verſ.ſeq.de quo etiam per Bart. & alios in l.fide-
iuſſores magiſtratuum.inf.in hoc tit.& per Bal. & Lu. Ro.in
l.fine.ſ.qui ſatiſd.cog.& per Iaſ.poſt alios in l.1 in vlt.col.ſ.de
249 in lit. iur.†Scias etiam & menti teneas,ꝙ fideiuſſor in crimi-
nalibus datus, & liberatus per ſententiam abſolutoriam latā
pro reo principali non poteſt obligari per ſtatutum poſtea
conditum, ꝙ proceſſus reuideatur iterum, nam licèt poſtea
principalis condemnetur per reuiſores,tamen vlterius nō te
netur fideiuſſor, qui fuit antea per ſententiam liberatus. ita
no.dixit Bar.per illum tex.in l.fi.ſ.de pact. quam doctrinā re-
fert,& ſequitur Ang.de Are.in tract.maleficio.in verbo, pro
quibus Anto.fideiuſſit.in pen.col. in verſic.& menti habeas.
pro qua Do.Auguſti.de Ari. ibi,in additio. adducit dicta per
Bal.in l.pacta nouiſſima.in antepe.col. C.de pact. & per eun-
250 dem Bal.in l.fi. in princi.C.ad Macedo.†Trigeſimò quęro,an
fideiuſſor poſſit renouari inuito creditore. In quo videretur
dicendum,quòd ſic,dummodo debitor velit ſibi dare alium
fideiuſſorem æquè idoneum, nam in tali caſu nihil hoc no-
cet creditori, cum ſibi pariter eſſet cautum cum iſto fideiuſ-
ſore ſubrogato,ſicut cum primo. ex quo videtur,quòd ipſe
creditor ad hoc poſſit cogi, & maximè ſi debitor ꝓmiſit ipſi
fideiuſſori ſub pœna eum liberare ab obligatione,& exime-
re a fideiuſſione,nam quod tibi nō nocet, & alteri prodeſt,
de facili eſt concedendum,vt in l.ij.in prin.& ibi Bar.& alij.ſ.
ſolu.matri.ſed hoc non noceret creditori,& prodeſſet debi-
tori,quia euitaret pœnam, quam promiſit fideiuſſori, ſi eū
non liberaret a fideiuſſione,ergo videtur,ꝙ cogi poſſit acci-
251 pere alium fideiuſſorem loco primi.† & pro hac parte vide-
tur textus expreſſus in l.qui autem.in §.ſed ſi quis.ſ.de conſti.
pe.vbi dicitur, ꝙ ſi ego promiſi tibi dare certam perſonam
pro fideiuſſore,& non darem illam, ſed aliam æquè idoneā,
ſum liberatus.& ad idem facit tex.in l.Labeo.in §.fi.ſ.de arbi.
& in l.illud.§ pe.ſupra quod met.cau. & in l. ſi quis domum.
in prī.ſ.loca.& in l.ſi cui.ſupra de ſeruit.& in l.1.aliàs.ii.§.pe.ſu
pra de reli.& ſump.fune.& in l.1. C.de præpoſitis agen. in re-
bus,lib.12 in quibus iuribus dicitur,quod obligatus dare cer
tum quid, liberatur, licet non det illud,ſed æquè idoneum.
[Ad quod etiam facit glo.no.in c.omnis qui.7.q.1.& quæ di
xit Ludo.Roma.in l.ſi vero.in §.de viro.in 19.fallen.ff.ſoluto
matrimonio.]

Item ad prædicta etiam facit optimè,quod voluit Ang. in
l.murilegulis.C.de murile.li.12.vbi dixit, ꝙ licèt dominus nō
poſſit vendere feudum inuito feudatario,vt voluit glo. not.
252 in l.inuitus.ſ.de fideic.liber.nec†vaſſallus poteſt alienare feu
dum inuito domino,vt in c.imperialis.de prohi.feu.alie.imò
nec etiam poteſt facere, ꝙ alius capiat fructus inuito domi-
no,vt dixit tex.valde no.in l.fin.C.de rebus alie. non alie. licèt
contrarium dixerit Bal.in l.1.ſ.quib mod.vſusfruc. amit.quē
improbat D.Franc.de Cre.in no.ſuo 86.inc.emphyteuta,&c.
253 †tamen dixit Ang vbi ſupra,ꝙ ſi vaſallus,vel emphyteuta in-
uenit vnum,qui velit facere illamet pacta domino, & cōdu-
cere rem propriè,ſicut ipſe faciebat,quòd dominus compel
litur illum accipere.[Quod dictum etiam refert, & ſequitur
D.Ant.Cor.in no.ſuo.in ver.feudum.]Et facit etiam no.ver-
bum Io.de Imo.in c.1.in pe.col.extra de commo.vbi dixit,ꝙ
ſi commodo tibi boues meos, & moriantur culpa tua, ꝙ ſi
vis mihi dare boues æquè bonos,ꝙ cogor accipere, nec poſ-
ſum dicere,volo pretium.ad quod alleg.d.l.qui autem. §.ſed
254 ſi quis.ſ.de conſtit.pecu.†Et facit etiam no. & ſing. verbum
Bal.in l.in fundo.ſ.de rei vend.vbi dicit,ꝙ etiam eo caſu,quo
emphyteuta fecit expreſſum pactū, ꝙ in fine locationis poſ-
ſet tollere,& eleuare omnia melioramenta,& ſint ſua, certe
ſi emphyteuta in fine locationis vult ipſa melioramenta tol-
lere ſeu exportare,ꝙ dominus offerendo illud, quod ab alio
habiturus eſſet,poteſt emphyteutam prohibere,ne eleuet ta
lia melioramenta,quod dicit eſſe no. quod dictum pro not.
refert,& ſequitur Iaſ.in l.ij.in 9.col.poſt prin.C.de iu.emphy.
Et ſic ex iſtis omnibus videtur dicendum, ꝙ fideiuſſor datus
255 poſſit renouari inuito creditore.† Sed contrarium tamē eſt
verius, quia creditor non cogitur mutare debitorem, vt ha-
betur in l.ſi mandato meo.§.fin.ſupra mandati. licet debitor
cogatur nouum ſuſcipere creditorem,vt in l.ij. in prin. ſupra
ſoluto mat.& in l.idemq;.§.ſi cui. ſupra mandati.& ratio eſt,
ſecundum Doct.quia creditorum eſt agere,& non conueni
ri.Ita dixit Bald. in l.ſi pater. C. de colla.vbi reſpondet ad iura
256 contraria,†& quærit poſtea, quomodo ſuccurretur debito-
ri,qui dedit fideiuſſorem creditori, & ei promiſit ſub pœna
eum releuare, ſeu eximere ab obligatione, ſeu a fideiuſſio-
ne. in quo reſpondet, quòd illud quod non poteſt fieri per
modum liberationis,fiet per modum cautionis.iuxta glo. d.
l.ſi pater.& ea,quæ habentur in d.l.ſi mandato meo. & dixit,
ꝙ hoc caſu cauendum erit fideiuſſori pignoribus ſibi datis,
vt ſupra de collat bo.l.1.§.iubet.ſed ſi fideiuſſor nolit in ſe ſu
ſcipere onus cuſtodiæ pignorum, tunc ſi inuenio fideiuſſo-
res de eum conſeruando indemnem, debeo eos ſibi dare: ſi
autem non inuenio fideiuſſores,tunc ſi non vult recipere pi
gnora,videtur facere quo minus poſſit ſibi caueri, & ideo ſa
tis eſt mihi,qui debeo,vt l.debere.§.cautionis.inf.de verb.ſig.
& no.ſ.de fer.l.more.& de re iudi.l. in eo. §. nemo.& de con
ditio.& demon.l. Iulianus.la .& ſubdit Bald.vbi ſupra, idem
eſſe in eo,qui dedit fideiuſſorem rem pupilli ſaluam fore, &
promiſit eum extrahere de obligatione, nam intelligitur eo
modo,quo fieri poteſt,vt ſupra de condi.& demon.l.quibus
diebus.§.dominus.ita ſingulariter reſidet Bald. in d.l.ſi pater.
C.de colla. & idem in hac quæſtione firmant cæteri ſcriben-
tes ibi.& idem voluit Cyn.& Bal.in l.ij.C.de ſen.quæ ſine cer.
quanti.& in l.qui autem.§.ſed & ſi quis,ſupra de conſti.pe.&
Bal.in conſi.ſuo 468.inci.cōſiderandum eſt, ꝙ fideiuſſor,&c.
in 6.volu.& Bal.in l. ſi pro ea,in 9.q.& ibi Saly.in 6.q. C. man-
da.& Bald.in l.Labeo §.fin.per illum textum.ſupra de arbi.&
Bal.ſuper ſtatu.in verſic. fideiuſſor.in ſecundo ver.& Alexan.
in l.facere poſſe.ſupra ſoluto matrimo.& Alexan.in d.l.ſi pa-
ter.C.de colla.vbi dicit,quòd Lud.Roma.ibi dicit,quod deci
ſio Bal.ibi procedit, etiam ſi interueniſſet iuramentum debi
toris,qui promiſiſſet fideiuſſori eximere ab obligatione, ſeu
a fideiuſſione,& allegat rationem dicens,quòd difficultas ex-
cuſat a periurio.c.breui,de iureiuran. ſicut excuſat a mora,ſe
cundum quod plene no.in l.quod te.ff.ſi cer.pet. de qua diffi
cultate aliqua dixi in conſilio meo 46.incipiēte,in curia mer
catorum,&c.in 2.char & in cap. ſignificaſti, il 2. de homicid.
257 †Trigeſimo primò quæro, an fideiuſſor poſſit agere con-
tra principalem,antequàm ſoluat. in quo dicas ꝙ non,regu
lariter,vt eſt tex.formalis in l. ſi pro ea. & ibi per omnes ſcri-
bentes.C.manda.& habetur in c.fi. extra de fideiuſſ. Sed hoc
limitatur in aliquib. caſibus, in quibus ipſe fideiuſſor poteſt
agere contra principalem,antequam ſoluat.vnus eſt caſus, ſi
principalis cœperit dilapidare bona ſua,alius eſt, ſi fuerit cō-
demnatus ad ſoluendum,alius caſus eſt, ſi ita cōuentum fuit
inter eos.quos caſus ponit tex.in d.l.ſi pro ea. Et eſt etiam a-
lius caſus,ſecundum glo.ibi.videlicet ſi fideiuſſor diu ſtetiſſet
in obligatione.tex.eſt no. ponēs hos caſus in l.Lucius Titius,
ſupra manda. quos caſus etiam ponit gl. in d.l.ſi pro ea. & in
dicto c.fi.extra de fideiuſ.& in d.l.Lucius.quæ ponit alium ca
ſum,videlicet ſi fideiuſſor obtulit, conſignauit, & depoſuit,
& hoc probat tex.in l.qui mutuam.in §.fideiuſſor.ſupra man
da.Sed tu etiam vltra dictas gl.adde etiam alios caſus, in qui-
bus fideiuſſor poteſt agere contra principalē antequàm ſol-
uat, nam vnus eſt ſi ſit fideiuſſor de iudicio ſiſti, quia poteſt
agere antequam ſoluat.tex.eſt in l.ſi mandato.in §. ſi iudicio.
ſ. manda. item alius eſt caſus in fideiuſſore, qui ſe obligauit
per inſtrumentum guarentigiatum,ſecundum Bar. in l. fide-
iuſſor pro vēditore.inf.in hoc tit.de fideiu. & idem dixit Bal.
in d.l.ſi pro ea.in 4.q.& Cyn.& Bal.in l.certum.C.fami.erciſc.
& ſubdit ibi Bal.in 2.col. ꝙ idem eſſet, ſi foret obligatus per
ſcripturam mercatorum,quæ ſecundum formam ſtatuti ha
beret executionem paratam,quod dictum affirmat Alexan.
in d.l.fideiuſſor.pro venditore,infra in hoc titu. vbi latius lo-
quitur in materia.

Alius eſt etiam caſus, in quo fideiuſſor poteſt agere con-
tra principalem antequàm ſoluat, videlicet quando ipſe fide
iuſſor vult ſe abſentare a loco,in quo fideiuſſit ex cauſa vtili,
vel neceſſaria,nam tunc poteſt agere contra principalem,vt
eum liberet.ita not.dixit Spec.in tit.de iudi.in §.1.in pen. col.
in verſi.ſed quid ſi fideiuſſor. quem ſequuntur Cano. in cap.
fin.de fideiuſ.& illud dictum pro ſtupendo,& vnico in mun
do refert,& ſequitur Ludo.Roma.in ſingu.ſuo 100. incipiē.
quæro a te, &c. Item alius eſt etiam caſus, in quo fideiuſſor
poteſt agere contra principalem,antequàm ſoluat,videlicet
ſi interuenit inimicitia inter fideiuſſorem & debitorem,cau
ſa tamen debitoris,nam tali caſu fideiuſſor poterit agere cō-
tra principalem debitorem,licèt pro eo non ſoluerit. ita di-
xit Ioan.Andr.in addi. Specu. in titu.de iudiciis.in §.1.in pen.
colum.in addi.incip.hic not.ꝙ cum lex illa,&c. ad quod alle-
gat plura,de quibus ibi per eum.& idem dixit Ludo.Roma.
in d.l.facere poſſe. ſ. ſoluto matrimo. & in l.3.§.fin. ſ. de adi-
men.lega.Item alius eſt caſus, in quo poteſt fideiuſſor agere
contra debitorem antequàm ſoluat, videlicet quando ipſe
fideiuſſor diu ſtetit in carcere pro illo debito:nam tunc pōt
agere cōtra debitorem,quia poſſet mori in carcere. ita dixit

Bald.in c.ex reſcripto.de iureiuran.circa fi. Item alius eſt etiã caſus, in quo fideiuſſor poteſt agere contra debitorem, antequàm ſoluat, videlicet quando fuit fideiuſſor contractus, & non iudicij,ſecundum Ange.poſt Bar.in l.1.ſupra iudi.ſol. & Doct.in d.l.Lucius.ſupra mand.Item alius eſt caſus,in quo fideiuſſor poteſt agere contra debitorem antequàm ſoluat, videlicet quando fideiuſſit ſine mandato.per glo. in l. ſed videamus.ſ.de nego.geſtis.contrarium tamen tenet Bal.in d.l. ſi pro ea.in fi.niſi dominus ratum habuerit, ſecundum eum ibi. Item alius eſt etiam caſus, in quo fideiuſſor poteſt agere contra principalem debitorem antequàm ſoluat, videlicet quando euidenter apparet, quod fideiuſſor de proximo eſt condemnandus.Ita dixit Bal.in d.l.ſi pro ea.in 6.q. C.manda. quem refert,& ſequitur Iaſ.in d.l.diuortio.in §.interdum. in 5.col.ſupra ſo.matr.vbi etiam adducit plura ſimilia,& primo
258 adducit, † quòd fructus de proximo recolligendi habentur pro recollectis,ſecundum glo.& Bar.in d.§.interdum. Item adducit etiam tex.in l.pe.de teſtamẽto militis.vbi probatur, quòd potentia ꝓxima actui habetur pro actu.& ideo dicunt
259 ibi Doct.per illum tex.† ꝙ illud,ꝙ de proximo eſt fiendum, habetur pro facto.quod etiam dixit Bart.in l.1. §.ſed in eo.ſ. ad Syl. Adducit etiam: nam baſilica de proximo conſecranda habetur ꝓ conſecrata,& gaudet priuilegiis eccleſiæ.Abb. in c.eccleſia.in 3.nota.per illum tex.de immunitate eccl.Adducit etiam.nam qui de proximo eſt condemnandus ꝑ ſententiam habetur pro condemnato.tex.eſt no. ſecundum eũ in l. qui pęnæ.§.diuus Pius,ſupra de manumiſ. adducit etiam Ange.in l.ex eo tempore, ſupra de teſta.mili.vbi habetur, ꝙ pœna ſtatuti impoſita offendenti ſcholarem matriculatum, habet locum in illo ſcholari,quem rector iuſſit matriculari, licèt nõdum ſit deſcriptus in matricula.ita refert, & ſequitur Ale.in l.ſi id quod.in prin.in 1.col.in fi.ſupra de iuriſ.om.iud. Item adducit etiã Sali.in l.cum te.in fi.C.de dona. ante nup. vbi dixit,ꝙ pro coniuncta,& copulata carnaliter a viro habetur illa,quæ de proximo copulanda eſt. Item dicit etiam,qđ ille qui de proximo eſt banniendus,habetur pro bannito, vt poſſit impunè offendi,ſecundum Pau. de Ca. in vna lectura, in l.3.§.ſi ſeruus. ſupra de acq.poſ.quamuis non bene firmet. & Do.Ale.ibi hoc reprobat. Ita formaliter dicit Iaſ. in d.l.diuortio.in §.interdum.ſupra ſol.mat.in 5. col. quibus optimè addi poſſunt dicta per me in ſingu.meo 106.inci. qui de proximo eſt cingẽdus,&c.& vltra ea, quæ ibi dixi, adduci poteſt pro dicto Bal.in d.l.ſi pro ea.in 6.colũ. ꝙ voluit multum no. Bal.in l.ſed ſi is.ſupra de in ius voc.vbi dixit,ꝙ licèt vbi tractatur de pœna corporali imponenda, non ſit reus fideiuſſoribus relaxandus,attamen talis reus ſi eſt carceratus,eſt relaxãdus etiam ſine fideiuſſoribus ante ſententiam,quando apparet ipſum eſſe abſoluendum, vt puta quando eſt publicatus proceſſus.alle.ad hoc tex.in l.nullus.C.de exhi.reis.in verſ. donec repererit,&c.& idem dixit Bal.in l.ſi quis poſt accuſationem.ff.de teſta.& in d.l.nullus.pro quo eſt etiam bonus tex. in l.qui pœnæ.§.1.ſupra de manumiſſio. & hoc etiam firmat Lud.Roma.in ſing.ſuo 492.incip. accuſatus de crimine capitali,&c.& dixi ego etiam in practica mea cauſarum criminalium,in 201.char.ante medium, & in ſingu.meo 381. incip. licet reus,&c. vbi latius locutus ſum circa hoc. ad quod etiã vide Iaſ.ponentem no.verbum circa hãc materiam, in l.quoniam,circa fi.C.de teſta.& eundem in l.non tantum.C.de lega.& in auth.ſi qua mulier.in 6.col.C.de ſacroſan.eccle.& in l.ſi is,qui pro emptore.in 20.col.ſupra de vſucapio. Et aduertas diligenter,inquantum glo.ſuperius allegatæ in princi. huius quæſtionis volunt, ꝙ fideiuſſor poſſit agere contra debitorem antequam ſoluat,quando ipſe debitor incœpit dilapidare bona ſua, &c. quod iſtud limitatur,& reſtringitur, niſi poſt incœptam dilapidationem redeat ad bonos mores, qa hoc caſu non poterit contra eum agere fideiuſſor reſpectu dictæ dilapidationis.Ita dixit Bal.in d.l.ſi pro ea.in 8.q.C.mã
260 da.pro quo dicto facit optime, † nam licèt filia, quæ peccauit in corpus ſuum,non debeat ali,nec dotari a patre, vt no. Spec.in tit.qui fil.ſint legi.§.pe.verſ.quid ſi filia peccauit, &c. & Bal.in l.fi.C.de do. promiſ.tamen ſi filia per pœnitentiam emendatur,debet ali & dotari a patre,ſecundum Spec. in d. §.pen.ver.quid ſi pœnitentiam egerit. & eum ſequuntur Cano.in c.Quintauallis.de iureiuran.& ibi Dom.An.in 3.col.& Abb.in 2.col.vbi alleg.bonum textum, in c.ferrum. & ibi gl. 50.diſt.quod dictum refert,& ſequitur Iaſ. in l. in arenam. in
261 2.col.in verſ.ego ſequor &c.C.de inof. teſta. † vbi etiam refert D.Ale.per hoc dicentem in l.1.in 16.col.ſupra ſol.matri. quòd filius ſi ingratitudinem commiſit,per quam poterat a patre exhæredari,ſi pœnitentiam viuo patre agat,vel ante cõditum teſtamentum,non poterit amplius exhæredari,& adducit etiam Bar.in l.3.§.fi.per illum tex.ſupra de adimen. leg. vbi dicit, quòd ſi pater exhæredauit filium ex iuſta cauſa, & poſtea filius ſe reconciliauit cum patre, ꝙ tunc exhæredatio videtur adempta.& idem dixit Iaſ.in l.ius autem ciuile. in 5. col.ſupra de iuſti.& iure. & ratio prædictorum omnium po
262 teſt eſſe regula illa,videlicet ꝙ † ceſſante cauſa,ceſſat effectus, vt habetur in l.adigere.in §.quamuis. ſ.de iu. patro.& in c. cũ ceſſante,extra de appel.cum ſi.& pro hac fallentia,& pro hac regula facit, nam licèt Princeps ex cauſa poſſit auferre rẽ ſuã alicui,vt habetur in l.item ſi verberatum. ſupra de rei vendi. cum ſi.tamen ſi cauſa illa ceſſat,debet talis res ſibi reſtitui, ſecundum Inno.in c.quia plerique.de immu.eccle.& Do. An. & Io de Imo.in c.quæ in eccleſiarum.de conſti.& facit c.priſcis.& ibi Arc.& Gemi.55.diſt.vbi dicit, ꝙ lex diſpẽſatiua ceſſat,ceſſante cauſa diſpenſationis. & facit no. conſilium Lud. Ro.414.incip.in caſu propoſitæ,&c.vbi ponit no.verbum in materia.quem refert,& ſequitur Do.Fely.in d.c.quæ in eccleſiarum.in 11.col.in verſi.ſecunda declaratio.de conſti.vbi illud adducit.& adducit etiam tex.cum gl.in verbo, donec. in c.cum tu.extra de vſur.vbi habetur,ꝙ odioſa conſtitutio edita contra vſurarios odio vſurarum,ceſſat ceſſante vſura.& allegat etiam tex.in l.fin.C.qui ad libe.perue. non poſſunt. per quem dicit ibi Bal.ꝙ ſi mulier priuatur patria ex forma ſtatuti propter maritum bannitum, ꝙ eo mortuo reuerti pote-
263 rit ad patriam.& allegat etiam l.1.C.de nauti.fœno.† per quã dicit ibi Bal.quod conſtitutio aliquid permittens propter periculum,ceſſat eo ceſſante. Item D.Fely.vbi ſupra adducit Ludo.Ro.in conſ.ſuo 417.inc.in propoſito,&c.vbi per plura iura conſuluit, ꝙ ſi aliquis populus cogitur ſoluere cenſum ſuperiori protegenti terram eius,& illa terra demoliatur, non cogitur amplius populus ſoluere illum cenſum. Item adducit etiam Lud.Ro.in conſi.ſuo 459.inci.in propoſito. vbi cõſuluit,quod beneficium ciuilitatis conceſſum foꝛenſib. propter concordiam inter eos factam, ceſſat, ſi perueniunt ad guerram.quæ omnia ad hoc refert D. Fely. in d.c.quæ in ec-
264 cleſiarum.in 11.col.† Sed vltra D. Fely. adde tu aliqua alia in hac materia. & primò adde, ꝙ licèt quando locator domus vult reaptare domum locatam poſſit illam auferre cõductori,vt in l.ædem.C.loca.tamen refecta,vel reaptata domo,põt ipſe conductor repetere,& conſequi dictam domũ.Ita not. dixit Lu.Ro.in ſing.ſuo 235.incip.tu habes,&c. ad quod allegat gl.quam dicit ſingularem,in l.ſi duo.in §.ſi inquilinus. in verſi.teſtari.ſ.vti poſſi.quam ibi ſummè no.Barto.ſecundum eum.& idẽ dixit D.Fran.de Cre.in no.ſuo 72.inci.tu ſcis,&c. Adduco etiam Pau.de Caſt.in l.nec patronus C.de ope. lib. vbi dixit,quòd ſi ſcriptor ſit effectus rector ſtudij,licèt ſit liberatus a ſcribendo propter dignitatem ſibi obuentam, tamẽ finito dicto officio, & dicta dignitate poterit cogi ad ſcribẽdum & ad perficiendum obligationem ſcribendi. allegat in
265 arg l.plané.ff.eo.de ope.li. † Adduco ẽt, nam pr̃ poteſt vendere filium propter neceſſitatem famis,vt l.ij.& ibi Doc. C. de patri.qui ſi diſtr.& voluit gl.in c. ſi quis.extra de furt. & in c.diſcipulos.de conſecra.diſt.5 & Inno.in c.nonne.in prin.vlti.col.de præſump.attamen talis ſic venditus a patre,põt agere contra patrem,vt eum redimat, ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam,& ſic ceſſante paupertate.ita dixit Bal. in c.ex reſcripto.in fi de iureiur.quod dictum refert, & ſequitur D. Fel.in c.cum dilecta.in 27.col.in ver.fallit octauò. de reſcrip. de quo etiam dixi in ſingu.meo 101.inci.pater poteſt, &c.&
266 in l.etiam ſi redhibitus.in vlt.col.inf.de quæſtionib.† Item adduco etiam Bald. in l. pactum,quod dotali.in 4.q.C.de colla. vbi dicit,ꝙ ſi filia renunciat hæreditati patris propter fratres, ꝙ illis mortuis renunciatio illa ſibi non nocet. quod etiam voluit Sal.& Pau.de Caſt.& ibi Gemi.in c.quamuis.de pac.in 6.& Lu.Ro.in l.qui ſuperſtitis.ſupra de acqui hære. & Dom. Philip.Dec.in conſi.ſuo 31.in 1.col. vbi etiam alia ad hoc allegat. Adduco etiam Soc.in conſil.53. incip.in præſenti conſultatione,&c.in 5.col.ver.præterea dico.vbi dixit, quòd deficientibus perſonis,ad quas debet deuenire res prohibita alienari,deficit prohibitio alienationis. ad quod allegat plura iura,de quibus ibi per eum.tene menti prædicta,quia ſunt noua,ex quibus fortificatur doctrina Bal. in d.l.ſi pro ea. in 8.q. inquantum dixit, ꝙ licèt fideiuſſor poſſit agere antequàm ſoluat,contra debitorem principalem, quando incœpit dilapidare bona ſua, quòd hoc non habet locum, quando ipſe debitor ſe retraxit a dilapidatione bonorum,& reductus eſt ad bonos mores, quia tunc non poterit agi contra eum, cũ ceſſet cauſa,ꝑp quam contra eum agi poterat,&c.tene menti, quia forte alibi nõ reperies ſupra dicta ſimul cumulata ad iſtud propoſitum.Modò vlterius,inquantũ ſupra,in prin. huius qõnis dictum eſt,quòd fideiuſſor poteſt agere contra debitorem principalem antequàm ſoluat, quando ipſe fideiuſſor diu ſtetit in obligatione.Scias hoc nõ procedere in fideiuſſore

iuſſore euictionis: nam licèt diu ſteterit in fideiuſſore, tamen
non dicitur ſtetiſſe in obligatione, quia fuit obligatus ſub cō
ditione, ſi res euinceretur, & non purè, & ideo niſi ſequatur
euictio, non poteſt dici, quod diu ſteterit in obligatione, &
ideo agere non poterit contra ipſum debitorem principa-
lem. ita no. dicit Bal. in l. facere poſſe. ſ̄. ſol. mat. & ibi Alex. la-
tius, & Bald. ſuper ſtatu. in verbo, fideiuſſor. in 2. colū. in 1. ver.
267 † Et tene menti etiam vnum caſum circa præſentem mate-
riam, videlicet quòd procurator emens pro domino poteſt
agere ꝯ dominum antequàm ſoluat, & petere, ꝙ ipſe domi-
nus ſoluat rem, ſeu pretium rei, quam ipſe ꝓ eo emit de man
dato ſuo. ita dixit Lud. Ro. in d. l. facere poſſe. ſ̄. ſol. matr. & de
ſupradicta quæſtione, an & quādo fideiuſſor poſſit agere cō-
tra principalem antequàm ſoluat, vide Doct. in d. l. ſi pro ea.
C. manda. Spec. in titu. de iudicijs. in §. 1. Doc. in d. l. facere poſ
ſe. Cy. & Bal. in l. certum. C. fam. erciſ. Doc. in l. fi. C. de vſur. rei
iudica. Bal. in l. ij. C. de ſenten. quæ ſine certa quant. Canoni. in
c. fi. de fideiuſ. Barto. Ange. & alios in l. 1. inf. iudic. ſolui. Bal. &
268 alios in l. ſi pater. C. de coll. † Vlterius & ſic trigeſimoſecūdo
quæro de alia not. quæſtione videlicet, an fideiuſſor nō poſſi
dens immobilia dicatur non idoneus, adeo ꝙ iuſtè poſſit a
creditore recuſari? In quo dicas, quòd poteſt recuſari tanꝗ
non idoneus, vt habetur in l. ij. & in l. ſciendum. ſupra qui ſa-
tiſd. cog. & voluit glo. in §. ſuſcepto. in Auth. de exhi. reis. & ha
betur in l. ſi ſtipulatus ſit Stichum. ſupra de verborum oblig.
& voluit Bal. in c. coram. in vlti. col. de offi. deleg. & Spec. in ti
tu. de ſatiſd. §. dicto. ver. ſed ſi ſcholaris. & habetur per Alex. in
conſil. ſuo 160. incipiente, viſo proceſſu, in 5. volu. Quinimò
non ſolum requiritur, quòd poſſideat immobilia, ſed e-
tiam requiritur, quòd poſſideat illa in loco iudicij, vel contra
ctus, vel vbi res agitur, aliter non dicitur idoneus. ita dixit gl.
in d. §. ſuſcepto. & volunt Doct. in l. 1. per illum tex. ſupra ſi qs
in ius voc. non ierit. & in l. fideiuſſor. ſupra qui ſatiſ. cogan. &
Pau. de Ca. in l. qui filiusfa. ſ̄. qui ſatiſ. cog. vbi ponit no. caute
lam circa hanc materiam. & idem voluit Bar. in l. fi. C. de prin.
agen. in reb. lib. 12. & Barba. in c. coram. in vlt. col. de offi. dele.
269 † Prædicta tamen limita primò, niſi principalis eſſet valde di-
ues & idoneus, nam tunc ſufficeret fideiuſſor, qui non eſſet
idoneus facultatibus. l. mulier. cum gl. in verbo, præſtitiſſe. C.
de iure dot. & hoc volunt Doct. communiter in d. l. ij. in prin
cip. ſ̄. qui ſatiſ. cog. pro quo Iaſ. ibi adducit tex. in l. tam demē
tis. C. de epiſ. aud. & in l. ſi quis ſtipulatus. §. fi. ſ̄. de verbo. obli.
& in l. 1. §. ſi magiſtratus. & ibi Bal. ſ̄. de magiſtra. conuenien.
270 & pro iſta limitatione facit, † nam quando aliquis eſt mani-
feſtè idoneus facultatibus, nō tenetur ſatiſdare, quando nul-
la eſt cauſa ſuſpicionis, etiam ſi diſpoſitio legis, vel ſtatuti ſit
in contrarium. Ita dicit Pau. de Caſt. in l. diuortio. §. interdū.
ſ̄. ſolu. matri. & in l. 1. ſupra qui ſatiſ. cog. Et ideo dixit Bart. in
l. quicunque. la 2. C. de fund. patr. lib. 11. argu. illius tex. quòd ſi
ex forma ſtatuti aliquis tenetur ſatiſdare antequàm acceptet
officium alicuius poteſtariæ, ꝙ ſi ipſe eſt idoneus, credetur
ipſi ſoli cum generali hypotheca bonorum ſuorum, & hanc
partem tenuit etiam Bar. in l. priuatæ. C. de murileg. lib. 10. &
Io. de Plat. in d. l. quicunque. & Ludo. Rom. in conſil. ſuo 67.
inci. viſo themate prænarrato, &c. in 3. col. & Do. Alex. in con
ſilio ſuo 37. incip. viſo & opportunè diſcuſſo, &c. in 6. col. in
2. volu. & illam doctrinam Bar. approbat Iaſ. in d. l. 1. ſ̄. qui ſa-
tiſd. cog. vbi reprobat Alex. & alios ibi contrarium tenentes,
& pro doctrina Bar. adducit plura iura, de quibus ibi per eū,
& illam doctrinam etiam approbat Ale. in d. l. quicunque. in
ſuis apoſtil. ad Bar. vbi plura iura adducit pro ea. & Do. Feli. in
c. ad hæc. de ſenten. excom. & faciunt dicta per Bald. in auth.
271 hodie. C. de actio. & oblig. in princ. † Secundo limita prædi-
ctam regulam, videlicet, quòd qui non poſſidet immobilia,
tenetur ſatiſdare, iſtud fallit in fideiuſſore dato a coniuncta
perſona, quia valet, licet non poſſideat immobilia, vt eſt tex.
& ibi Doct. in d. l. ij. §. prætor ait. ſ̄. qui ſatiſd. cog. & in l. 1. & 2.
ſ̄. in ius voc. vt eant. & voluit Bar. in l. ſciendum. in fi. princ. ſ̄. q
ſatiſ. cog. Et rationem allegant glo. ibi & Doc. in d. l. 1. ſ̄. in ius
voc. vt eant. videlicet quia ius habet pro cōſtanti, ꝙ principa-
lis debitor ſuum fideiuſſorem coniunctum non deſinet illa-
queatum, quia nemo carnem ſuam odio habet, vt etiam in-
quit tex. in c. non æſtimemus. 13. q. 2. & illa glo. eſt not. ſecun-
dum Bal. & Moder. in d. l. 1. ad ſtatuta laicorum diſponentia
contra conſanguineos clericorum, vt ſint nulla, ſicut ſi con-
tra clericos diſponerent, prout etiam tenet Bart. in l. 1. in fi. ſ̄.
de his, quæ pœnæ nomi. & in l. hi penes. C. de agri. & cenſi. lib.
11. Idem etiam dicit & affirmat Do. Iaſ. in d. l. 1. ſ̄. in ius voc. vt
eant. vbi etiam addit dictæ gl. & prædictis Bal. in l. 1. C. de indi.
vidui. tol. vbi dicit, ꝙ paria ſunt committere in aliquem, vel
272 in illum de ſanguine ſuo, quia par eſt metus in ſe, & ſuis. † Ad
dit etiam & dicit, ꝙ ſicut infirmitas propria excuſat citatum,
ſi non comparuit, a contumacia. l. quæſitum. ſ̄. de re iudi. &c.
tenor. eo. tit. Ita etiam excuſat infirmitas ſuorum. gl. dicit fo-
re no. in c. cōis. in verbo, ſuorum. vbi etiam tex. 23. diſt. quam
gl. refert, & ſequitur Ale. in d. l. quæſitum. Item addit ēt Iaſ. vbi
ſupra, Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. in 9. q. ſ̄. de ope.
no. nun. quem ſequitur Bal. in l. ſi quam. in fi. C. de ope. lib. vbi
273 dixit, † quod idem operantur minæ factæ, vel illatæ per iudi-
cem conſanguineis proteſtantis, vel appellātis, quod operan
tur, ſi fiant ipſi proteſtanti, vel appellanti. & allegat inter alia
tex. in cle. 1. de exceſ. præla. quod dictum etiam ſequitur Bal.
in d. l. interpoſitas. in 4. col. Item adducit etiam tex. in c. ſciant
cuncti. de elec. in 6. vbi metus illatus conſanguineis clerici ha
betur pro illato ipſi clerico. & refert Iaſ. vbi ſupra, ꝙ Lu. Ro.
in repe. rub. ſ̄. de arbitris, in 24. col. in ver. quid autem ſi com-
promiſſum, &c. dixit per illum tex. ꝙ vulnerans conſangui-
neum clerici, eo quia clericus aliquid moleſti ſibi fecit, eſt ita
274 excommunicatus, ſicut ſi vulneraſſet ipſum clericum. † Item
adducit etiam Iaſ. in d. l. 1. ſ̄. in ius vocati, vt eant, &c. tex. in ca.
quicunq;, in verbo, in bonis ſuis vel ſuorum. de ſent. excom.
in 6. per quem tex. dicit Pet. de Anch. in d. c. ſciant cuncti. ꝙ ſi
duo inimici fecerunt pacem adinuicem, & promiſerunt ſe
non offendere ſub certa pœna, ꝙ offendendo cōſanguineū,
incidunt pœnam, ſicut ſi offenderent eum, qui fecit pacem.
quod dicit ipſe Iaſ. eſſe tenendum cordi, quia frequenter oc-
275 currit. † Adducit ꝑterea tex. in l. lex Cornelia. & in l. itē apud
Labeonem. §. conuitium. ff. de iniur. per quæ iura dicit Bar. in
l. 3. in §. ſi tutor inimicus. ſupra de ſuſpec. tuto. ꝙ iniuria facta
conſanguineo meo cenſetur facta mihi ipſi. Item adducit e-
tiam Bal. in l. 1. C. ſi quacunq; præditus po. vbi dicit, quòd of-
fenſo vno de ſanguine, intelliguntur offenſi omnes, qui ſunt
276 eiuſdem ſanguinis. Vltimo adducit, † ꝙ ſicut in ſponſalibus,
vel matrimonijs non poteſt imponi pœna per contrahētes,
& ſi apponeretur, non valeret, eo quia matrimonia debent
liberè contrahi, & abſque metu alicuius pœnæ, vt in c. gēma.
de ſponſ. Idem eſſet ſi pœna promitteretur a patrib. vel aſcē-
dentibus, vel etiam collateralibus, ſecundum Cyn. in l. fi. C. de
ſpon. & Ange. in d. l. 1. in ius voc. vt eant, &c. & Bar. in l. Titia.
in prin. in prima quæſtione. ſupra de verbō. oblig. & Ioan. de
Imo. in l. hæres meus. §. fi. per illum tex. ſupra de conditio. &
demon. & Lud. Rom. in l. nolle. ſupra de acqui. hære. quod di
cit Iaſ. eſſe not. quia tota die fit contrarium. Ita reſidet
Iaſ. in d. l. 1 ſupra in ius voca. vt eant, &c. & ſic concludit per
iſta, ꝙ ſi fideiuſſor datus ſit a cōiuncto, valet, licèt non poſſi-
deat immobilia, per illam rationem gloſ. ibi. & adductis per
Iaſ. vbi ſupra adde Bal. in l. raptores. in 2. no. C. de epiſ. & cle. &
in l. vt vim. ſ̄. de iuſt. & iure. vbi dixit, quòd ſi aliquis facit inſul
tum cum armis contra conſanguineum, vel affinem meum,
licitum eſt mihi illum inſultantem impunè occidere, de qua
ego dixi in l. 1. in 14. col. in verſi. 24. limita, infra de ſica. & ad-
de etiam, ꝙ ſicut non valeret renunciatio beneficij facta per
metum inſtantis periculi illatum clerico, vt in cap. ſuper hoc,
de renunciatio. ita non valet per metum periculi imminen-
tis in perſonam conſanguineorum, vel affinium ipſius cleri-
ci. ita dicunt D. de Rota, in deci. 54. incip. dubitatur, an valeat.
& in c. in nouis. & faciunt alia plura ad propoſitum adducta
per Iaſ. in l. 1. C. de indi. vidui. tol. in 1. & 2. col. modo his ſtanti
bus dicebam, ꝙ tex. & quæ ibi habentur in d. l. 1. ſ̄. in ius voc.
277 vt eant, &c. debent etiam habere locum in amico, quia † ma
gna amicitia idem operatur, ꝙ coniunctio ſanguinis, ſecun-
dum gl. in c. 2. in glo. pen. de teſta. in 6. & voluit Abb. in ca. re-
quiſiſti. in vlt. co. de teſta. per glo ibi, & per d. gl. c. 2. de teſta. in
6. & voluit Alex. in l. exigendi. in 2. col. C. de procur. vbi etiam
ad hoc allegat Cy. & Salic. ibi. & l. cum allegas. C. de caſt. pecu.
militum. lib. 12. vbi amicitia æquipollet affinitati. & l. ij. in ver
bo, amici. ſupra qui pe. tuto. & dicit, quòd ratio coniunctio-
nis facit, quod quis poſſit agere ſine mandato. l. ij. C. de con-
ſorti. eiuſdem litis. quanto ergo magis ratio affectionis. ad
quod etiam allegat Guil. de Cu. in l. ſed & hæ. ſupra de proc.
& Barto. in l. non ſolum, in §. qui alieno, ſupra de proc. & al-
leg. no. per Spec. in titu. de aduocato. in §. obijcitur. ver. eſt e-
tiam quartus ordo. & Io. And. in c. fi. de poſtulando. & Cy. in
l. inuitus. C. de procu. attamen ipſe Alexand. poſtea in d. l. exi-
gendi. tenet contrarium, ſcilicet quòd amicitia nō operetur
tantum, quantum conſanguinitas. & ad hoc adducit plura iu
ra, & adducit etiam rationem dicens, ꝙ potentior eſt cōiun-
ctio ſanguinis quàm amicitiæ, nam faciliter tollitur, ſeu ſolui
tur amicitia. l. 3. in fi. ſ̄. de adimen. leg. ſed ius ſanguinis nō tol
litur. l. ius agnationis ff. de reg. iur. & adducit Do. Alex. plures
Doct. tenentes hanc partem, ſed D. Iaſ. in d. l. exigendi, in hoc
tenet primam partem, ſcilicet quòd coniunctio ſanguinis, &
magna amicitia, a pari procedant, per iura primo loco alleg.
& reſpondet iuribus adductis per Alexan. & dicit, quòd non

obſtant iura alle.per D.Ale.quia loquūtur in ſimplici amico,
nos autem loquimur in amico magnæ,& ſtrictæ amicitiæ,&
ſic tenet ipſe Iaſ.ꝙ coniunctio ſanguinis,& magna amicitia,
idem operentur, & idem firmat ipſe in l.non dubium. C.de
teſta.in vlt.col.vbi dicit,ꝙ licèt ex teſtamento inutili, & non
ſolenni regulariter non debeantur legata, nec fideicōmiſſa,
nec peti poſſint efficaciter, tamen fallit in caſu ſingulari. l. in
teſtamento.ſ.de fideic.libe.quando legatum vnum,vel plura
relinquunt perſonæ valde dilectæ teſtatori, quia illa affectio
facit,vt ex teſtamento non ſolenni quæcunq; legata debean
tur,vt dicit gl.in d.l.ex teſtamento.in 2. ſolutione, quam ap-
probant omnes Doct.in l.eam,quam.C.de fideic.vbi eſt glo.
quæ idem dicit in verbo,traditur,&c.in 10.fallentia. quæ di-
cit,ꝙ eſt ſpeciale in d.l.in teſtamento,propter pietatem,& af
278 fectionem.†Et ſubdit Iaſ.in d.l.non dubium. quod ex gl.d.l.
in teſtamento. iuncta tex. eſt not.aliud ſingulare,videlicet,ꝙ
coniunctio ſanguinis, vel licita affectio in perſona valde dile
cta teſtatori,habet vim clauſulæ codicillaris, & tantum ope-
ratur, ac ſi in teſtamento eſſet appoſita clauſula codicillaris.
quam gl. ad hoc no. & dicit alibi non reperiri in iure Bal. in l.
ſi iure.C.de teſt.manu.& etiam reſtringit ad alia relicta pieta
279 tem concernentia.†Dicit poſtea Iaſ.vbi ſupra, ꝙ aliud ſingu
lare notandum eſt ex illa glo. iuncta tex. videlicet quòd ſi te-
ſtator feciſſet primum teſtamētum,in quo appoſuiſſet clau-
ſulam derogatoriam poteſtatis & voluntatis,quia dixiſſet,&
ſi contingat eum facere teſtamentum aliud, non vult illud
valere, niſi apponantur in eo certa verba, pone, quòd faciat
ſecundum teſtamentum,in quo inſtituat perſonam valde di
lectam, dicit, quòd ſicut affectio habet vim clauſulæ codi-
cillaris, ita habet vim reuocationis clauſulæ derogatoriæ
in primo teſtamento contentæ. quam gloſ. ita ſingulariter
extendit Ludo.Roma.in conſi.ſuo 179.inci.ampliſſime Do-
ctor.&c.in pe.col.& allegat Bal. in d.l.ſi iure.C.de teſt. manu.
dicit Iaſ.eſſe valde ſing.ad materiam l.ſi quis in prin.teſtamē.
ſ.de leg.3.& in l.ſancimus.C.de teſta.ita reſidet Iaſ. in d.l.non
dubium.C.de teſta.& hanc partem affirmat Iaſ. in d.l.exigen-
di.in pe.col.C.de procu.vbi adducit Barba.in repe. l.cum acu
tiſſimi.in 14.col.C.de fideicom.vbi dicit,ꝙ diſpoſitio illius le
gis,& l.cum auus.ſ.de cond.& demon.l.generaliter.in §.cum
autem.C.de inſti.& ſubſt.ſub cond.fac.habet locum etiam in
perſona valde dilecta teſtatori,& ideo dicit, quòd ſi teſtator
in teſtamento inſtituit hæredem vnum ſuum amicum valde
ſibi dilectum, & eum grauauit, vt poſt mortem ſuam reſti-
tueret talem hæreditatem Titio, ꝙ ſi iſte amicus procrearet
filios, tales filij excluderent ſubſtitutum,& mouetur plurib.
iuribus, attamen Iaſ.in d.l.exigendi. non approbat illam do-
280 ctrinam. Item † hanc partem,quòd amicus magna amicitia,
& coniunctus ſanguine æquiparentur,firmauit Barb. in con
ſilio ſuo 75.incipien.ſapienter.in 4 colum.in 4.vol. vbi inter
alia allegat Senecam in epiſto.dicentem, quòd amicus eſt al
ter ego.& idem latius tenuit ipſe Barba.ad hoc adducens plu
ra iura.in conſilio ſuo 22.incip.clementiſſimum Deum, &c.
in 2.co.in eo.4.vol.Modo ſtante hac concluſione,quòd con
iunctus,& amicus magna amicitia æquiparētur, & a pari pro
cedant,dico quòd ſicut fideiuſſor,qui eſt coniunctus,eſt ido-
neus,licèt nō poſſideat immobilia,per d.l.1. ſupra in ius voc.
vt eant. ita erit in fideiuſſore amico, quia ratio aſſignata per
glo. in d.l.1.de coniuncto videlicet,quia non præſumitur,qđ
debitor dimitteret illaqueatū illum fideiuſſorem cōiunctū,
militat etiā in fideiuſſore amico magna amicitia, imo dico,
quòd ſæpe & ſæpius homines magis exiſtimant verum ami
cum magna amicitia,quam coniunctum,& maximè moder
nis temporibus,nam peiora, & deteriora faciunt coniuncti,
quam extranei,& quanto magis ſunt coniuncti, tanto peio-
ra faciunt,me teſte,& experientia rerum magiſtra.
281 †Et ex ſupradictis oībus ego dico vnum, iudicio meo no.
perpetuò, videlicet ꝙ non eſt dare caſum, in quo fideiuſſor
non poſſidens immobilia non ſit idoneus, adeo ꝙ poſſit re-
futari,nam aut datur talis non poſſidens immobilia a cōiun-
cto pro fideiuſſore,& hr̄ pro idoneo, & ſufficienti fideiuſſo-
re,vt in d.l.1.ſ.in ius vocati,vt eant. & per rōnem ibi aſſigna-
tam per gl.aut talis fideiuſſor nō eſt coniunctus, & ſimiliter
non poterit refutari, maximè ſi tractatur de magna q̃titate,
quia talis fideiuſſor eſt amicus maxima amicitia illius,ꝓ quo
fideiubet.quod clarè apparet,quia poſtq̃ eſt extraneus, ſi nō
eſſet amicus intrinſecus,nō ſe obligaret pro tā magna quan-
titate,nam durum eſt inuenire fideiuſſorem,præcipuè in ma
gnis & arduis,vt dicit Bal.in l.ſancimus.in prin. C.de verb. ſig.
Ius & iura negant homines & numina fallunt:

Nec Iouis imperium,nec phlegetonta timent:

Sed quod deterius,grauius,& crudelius eſt, nedum prædicta in ciuilibus cauſis committuntur,ſed etiam in criminalibus,& in illis,quibus tractatur de vita hominis,&de præiudicio irreparabili,nam homines morti tradũt indebitè & iniuſtè nulla lege ciuili vel municipali nulloque iuris ordine ſeruato, ſed velo leuato,prout eorum cerebro & cæcæ voluntati videtur &placet,noctis tempore eos morti tradũt,quorum ſanguis profectò inceſſanter petit iuſtitiam & vindictã à ſuperis contra tales iniquos iniuſtos & ſceleſtiſſimos iudices, & contra eorum ſuperiores eos tolerantes,& ſi pur aliq euadunt vitam,eorum burſa non euadit, quia ab eis exuiſceratur & excoriatur ac etiam phlobotomatur vſq; ad ſyncopim incluſiuè,& hoc vero verius eſt.Quare cum vlterius non ſit locus legibus,iuribus,ſtatutis, nec iuſtitiæ, quieſcite iuris latores,patres & fratres & filij,quieſcite iterum à continuo ſtudio.parcite laboribus ſudorib. & vigilijs,nulla apud vos ſit reuolutio chartarum,& poſtquam ſic placet ſuperioribus,pereat doctrina,banniatur in totum ſcientia canonica & ciuilis,odio proſequantur mores & bene viuendi normæ.Impreſſores librorum iurium & bonarum artium à ſolita impreſſione deſiſtant,laborioſi parẽtes vlterius minimè mittant,ſed magis reuocent eorum filios à ſtudijs, nec patiantur eos aliquam capeſcere canonicã,vel ciuilem ſcientiam,quoniam fruſtra expectatur illud, cuius euentus nihil operatur.homini profectò nil deterius quàm tempus in vanum conſumere.Multi hercle iudices hac ætate reperiũtur, qui non ſolum iniuſtitiam aſſiduè adminiſtrant,ſed tali perpetrato ſcelere gaudent,lætanturque,& coram populo gloriantur & magis ſitiunt humanum ſanguinem, quàm vinũ maluaticum,qui meritò carnifices appellandi ſunt. & profectò vbi talia vigẽt,minimè ibi habitandum eſt,quoniam remota iuſtitia,nihil aliud ſunt regna,quàm magna latrocinia, ſecundum beatum Auguſtinum in 3.de ciuitate Dei,& no. Io.And.in prooemio Decretalium.de quo etiam per Bal.in c.1.quæ fuit prima cauſa benefi.amit.& voluit Do.Lau.Cal. in conſi.ſuo 51.incipit,licet his,&c.in 2.col.& Diogenes dicere ſolitus traditur,qua in ciuitate leges non valent, in ea pernoctandum ſapienti non eſt.& dixit Ariſtoteles in 3. Polyt. ſine iuſtitia impoſſibile eſſe habitare ciuitatem, & ſicut ſol mundo lucem ac cunctis rebus vitam præſtare ſolet, ſic populorum iuſtitia gaudium eſſe fertur.Quare, cum in totum remota & extincta ſit modernis temporibus iuſtitia, non putent vlterius iuris latores ex doctrina & labore ſuo vitam ducere,nec ex ea ditari,& opes acquirere, immo inſequendo ſcientiam,nedum nihil ſuperlucrabuntur, ſed eorum patrimonia & acquiſita perdent,& peruenient nedum ad paupertatem,ſed etiam ad inopiam,& fame peribunt, & erunt deterioris conditionis omnibus alijs artificibus. nam cerdones,barbitonſores,araminatores,&ſimiles viliſſimi,& abiecti cõiter ex eorum labore & artificio vitam ducunt, & ex ſudore ſuo veſcuntur pane ſuo,vt experientia rerum magiſtra docet;Doctores autem &iurium profeſſores fame pereunt,& ad nullum pretium iam iam reducti ſunt. & ideo meritò in totum abradi & deleri poteſt tex.in Auth.de hæredi.& fal.in §.fi.qui dicit,quod legalis ſapientia non permittit hominem in paupertate viuere,nec in anxietate mori, quia iſtis temporibus tex.ille mentitur,vt oculata fide dignoſcit. & prædicta cognoſcens expertus veriſſima, cogor mutare propoſitum,&contra morem meum quoſcunque prudentes retrahere à ſtndio,à vigilijs,& laboribus tanquàm in vanum laborantes,& cribro aquam haurientes,ſed vitam, ſeu tempus,quod ſupereſt,expendamus & conteramus circa vtiliora,ne ſenectus & inopia ſimul finaliter nos reperiat infœliciſſimos,&hæc omnia patienter toleremus,poſtquàm placet ſuperis,vt omnia degenerent,& præceps vadant & retrocedant,quod vere patienter hæc & maiora tolerabimus, ſi ante oculos ſententiam illam diui Hieronymi habuerimus, quæ dicit,quod facile contemnit omnia,qui cogitat ſe moriturum,&c. Laus Deo.

FINIS.

HIPPOLYTI DE MARSILIIS BONONIENSIS

I.C. PRAESTANTISSIMI:

Repetitio in Rubricam.C.de probationibus.

SVMMARIVM.

1 *Probatio quid ſit.*

2 *Probationum ſpecies, quot ſint.*

3 *Probatio per inſtrumentum, qualis ſit.*

4 *Certum id cenſeri, quod apparet per inſtrumentum.*

5 *Manifeſtum dici id, de quo per inſtrumentum publicum conſtat.*

6 *Teſtes vt probent, quales oporteat eos eſſe.*

7 *Probationis appellatione, in dubio venire plenam.*

8 *Teſtes omni exceptione maiores requiri, vbi ſtatutum exigit pleniſſimam probationem, vel quod fiat probatio per apertiſſima documenta.*

9 *Probatio qualisqualis quibus caſibus ſufficiat etiam vbi lex ſtatutum pleniſſimam probationem exigeret. & nu. 15. 22. & 26.*

10 *Adulterium non poſſe directè ac plenè probari.*

11 *Filiationem non poſſe probari. atque inibi quomodo probetur.*

12 *Certus de aliqua re, quando quis dicatur.*

13 *Teſtes de credulitate deponẽtes non probare. & an id ſit perpetuum nume. ſeq.*

16 *Probationem talem ſufficere qualis fieri poteſt, in ijs, quæ de ſui natura ſunt difficilis probationis.*

17 *Verba in dubio intelligenda eſſe ſecundum ſubiectam materiam, & ob eam nonnunquam impropriari debere.*

18 *Verba ad perſonam relata debere intelligi ſecundum conditionem perſonæ.*

19 *Statutum quod quilibet debeat ire in plateam armatus, intelligendũ eſſe ſecundum conditionem cuiuſque perſonæ.*

20 *Alimentis alicui legatis, equum etiam ei deberi ſi pedibus ire non poſſit.*

21 *Pauperem, cui alimenta ſunt relicta, non eſſe delicatioribus cibis nutriendum.*

23 *Poſitioni poſſe reſponderi conditionaliter ſecundum naturam rei, vel actus etiam ſtante ſtatuto, quod poſitionibus ſimpliciter reſpondeatur.*

24 *Verbum quodcunque etiam minimum in lege, vel ſtatuto poſitum debet intelligi ſic poſitum vt aliquid operetur.*

25 *Argumentum à contrario ſenſu, poſſe ſumi, tametſi ex eo abſurditas reſultet, vbi alias verba nihil operarentur.*

27 *Statutum requirens plenam probationem non extendi ad caſus parui præiudicij.*

28 *Probatio per teſtes admittatur necne in quocunque caſu.*

29 *Acta iudiciorum probanda eſſe per ſcripturam.*

30 *Miſſionem in poſſeſſionem non probari citra ſcripturam.*

31 *Matrimonia virorum nobilium non probari niſi per inſtrumentum.*

32 *Canonis publici ſolutionem non probari niſi per ſcripturam.*

33 *Iuriſdictionis ordinariæ conceſſionem probari debere per ſcripturã.*

34 *Statutum poſſit ne probari per teſtes, & an requiratur ſcriptura ad eius validitatem uel probationem.*

35 *Gratia alicui per principem facta an requirat ſcripturam ad ſui validitatem vel probationem.*

36 *Conceſſionem à principe ex certa ſcientia facta non probari per teſtes, ſed per ſolam ſcripturam.*

37 *Emancipationis aut manumiſſionis probatio an requirat ſcripturam.*

38 *Mandatum procuratoris an exigat ſcripturam, vt probari poſſit. & nume. 40.*

39 *Doctoratus priuilegium poſſit ne probari per teſtes.*

41 *Feudi conceſſionem probari poſſe per teſtes.*

42 *Probatio per teſtes poſſit nec ne admitti in ijs caſibus, in quibus ſtatutum requirit probationem fieri ſolum per ſcripturam. & num. 51. & 56. & ſequen. vſque ad nume. 61. & nume. 63. & 66. & 73. & 74.*

43 *Statutum quod in certis caſibus exigit probationem per ſcripturam nec in eis aliam probationem admittit, an valeat. & nume. ſequen. & 47.*

45 *Pactum adiectum inſtrumento debiti, quod ſolutio ipſius debiti non poſſit probari niſi per redditionem inſtrumenti cancellati, vel per inſtrumentum ſolutionis confectum à notario, an valeat. & nu. 48.*

44 *Argumentum valere de pacto ad ſtatutum.*

49 *Poteſtatem legis maiorem eſſe quam hominis.*

50 *Probationes non eſſe anguſtandas, ſed potius ampliandas, an ſit perpetuum. & nu. 461.*

52 *Probationem fieri poſſe per confeſſionem aduerſarij etiam in ijs caſibus, in quibus per ſtatutum admittitur duntaxat probatio per ſcripturam.*

53 *Probationem per quinque teſtes admitti etiam eo caſu quo ſtatutum exigit probationem per ſcripturam.*

54 *Inſtrumento perdito poſſe probari per teſtes id quod in eo inſtrumẽto continebatur, etiam vbi ſtatutum expreſſè requireret probationem per ſcripturam.*

57 *Teſtes fide digniſſimos probare etiam in ijs caſibus, in quibus ſtatutũ probationem per ſcripturam requirit.*

62 *Probationem fieri poſſe per teſtes in cauſis in quibus ſummariè ac ſine figura iudicij proceditur, non obſtante ſtatuto præcipiente probationem fieri per ſcripturam duntaxat.*

64 *Confeſſionem debiti poſſe probari per teſtes, licet ipſum debitum ex forma ſtatuti probari debeat per ſcripturam.*

65 *Abſolutionis à debito promiſſionem probari poſſe per teſtes, licet ſtatuto caueatur liberationem à debito non aliter debere probari quã per ſcripturam.*

67 *Legem non habere locum niſi in caſibus, in quibus verba eius conueniunt, vel conuenire poſſunt.*

68 *Probationem in criminalibus poſſe fieri per teſtes etiam ſupra eam quantitatem, ad cuius probationem ſtatutum requirit ſcripturam.*

69 *Teſtes poſſe produci ad coadiuuandum inſtrumentum continens id, quod ex forma ſtatuti probari debet duntaxat per ſcripturam.*

70 *Facti qualitatem probari poſſe per teſtes, licet factum ipſum ex forma ſtatuti ſit probabile duntaxat per ſcripturam.*

71 *Probationem per præſumptionem legis ſufficere etiam in caſibus, in quibus ſtatutum exigit probationem per ſcripturam.*

73 *Teſtimonijs publicatis, qua ratione fieri poſſit, vt producantur teſtes ſuper ijſdem articulis.*

75 *Statutum prohibens probationem certæ ſummæ aliter fieri, quàm per ſcripturam, non habere locum in probatione dotis excedentis dictam ſummam.*

76 *Dotem probari per præſumptiones & indicia, nedum per inſtrumenta aut teſtes.*

77 *Probatio an poſſit indirectè fieri per teſtes in caſu ſtatuti prohibentis probationem aliter fieri, quàm per ſcripturam.*

78 *Contractus, qui ex diſpoſitione legis fiunt apud acta, cenſeri factos in ſcriptis. & nu. 95. & 102.*

79 *Contractus adhoc vt dicatur celebratus in ſcriptis, ſufficere quod conuentum ſit inter partes, quòd fiat inſtrumentum in ſcriptis de ipſo contractu.*

80 *Confeſſio ſit ne propriè probatio nu 83. & 74.*

81 *Iuſiurandum æquiparari probationi.*

82 *Inſtrumentum & confeſſionem æquiparari quod attinet ad inducendam probationem.*

85 *Probationem non admitti aduerſus præſumptionem iuris & de iure, confeſſionem tamen partis admitti.*

86 *Confeſſioni aduerſarij non videri renunciatum ex eo, quod probationibus renunciatum & in cauſa concluſum ſit.*

87 *Sententiam ferri poſſe virtute notorij allegati tantum.*

88 *Statutum loquens de probatione non extendi ad confeſſionem partis in materia odioſa.*

89 *Perinde particula, quam ſignificationem habeat.*

90 *Confeſſionem ſine cauſa factam non probare plene. & an ſaltem ſemiplene probet. nu. ſeq.*

92 *Confeſſio ſine cauſa facta iureiurando firmata, an probet.*

93 *Confeſſio facta in mortis articulo, an & quatenus probet, ſi ſine cauſa ſit facta.*

94 *Confeſsio in iudicio facta ſine cauſa, an probationem inducat. & nume. 103.*

96 *Fideiuſſorio nomine obligari eum qui paſſus eſt ſic apud acta deſcribi in fideiuſſorem.*

97 *Teſta-*

97 Teſtamentum apud acta factum ſine teſtibus an valeat.
98 Aſſertionem apud acta tantum valere quantum pactum.
99 Taciturnitatem apud acta habere vim ſtipulationis.
100 Pactum nudum factum apud acta parit actionem, atque etiam habet executionem paratam.
101 Mandato apud acta facto nihil poſſe opponi.
104 Confeſſionem delicti factam in iudicio incidenter, non autem principaliter, non nocere vt confitens pœna delicto debita poſſit puniri.
105 Confeſſionem factam incidenter non nocere.
106 Confeſſionem etiam cum cauſa factam parte abſente, non inducere probationem, & an id ſit perpetuum. nu. ſeq & 110.
108 Confeſſionem ſæpius iteratam parte abſente, plenè probare, & præiudicare confitenti.
109 Confeſſionem eius quod dependet à ſolo animo aut voluntate confitentis valere etiam factam parte abſente.
111 Confeſſionem factam coram iudice recipiente eam pro iis, quorum intereſt, habere executionem paratam etiam aduerſus hæredes confitentis.
112 Confeſſio in teſtamento facta parte præſente & acceptante habet eundem effectum irreuocabilem, quem habet confeſſio inter viuos.
113 Confeſſionem in præſentia fideiuſſoris factam, cenſeri factam parte præſente.
Idem & ſi coram negotiorum geſtore facta ſit. nu. ſeq.
115 Confeſſionem in inſtrumento factam etiam parte abſente, præiudicare ipſi confitenti.
116 Confeſſionem factam calore iracundiæ non præiudicare confitenti.
117 Confeſſio non aliter probationem inducit, quàm ſi ipſa confeſſio ſit probata.
118 Confeſſionem oportet eſſe poſſibilem ad hoc vt faciat probationem.
119 Teſtis dictum vitiari ratione impoſſibilitatis.
120 Confeſſio non aliter inducit probationem, quàm ſi veriſimilis ſit.
121 Teſtis dictum non veriſimile eſt ſuſpectum de falſo, & an id ſit perpetuum. nume. 125.
122 Impedimentum quando probetur per iuſiurandum eius, qui dicit ſe fuiſſe impeditum.
123 Iuſiurandum ſuppletiuum non deferri ad depoſitionem vnius teſtis non veriſimilia deponentis.
124 Iuſiurandum non debere deferri ad probandum id, quod non eſt veriſimile.
126 Confeſſio non acceptata per partem non nocet confitenti quominus poſſit per eum reuocari, atq; inibi quo tempore debeat talis confeſſio acceptari.
127 Confeſſionem non aliàs probare, quàm ſi pura ſit & ſpontanea.
128 Confeſſionem non præiudicare confitenti ſi contra eam iudicatum ſit. & nu. 164.
129 Poſitionem aduerſarij negans non poteſt ſe ex ea poſt modum iuuare.
130 Iuſiurandum, ſit ne probatio. & nu. 132.
131 Alius, particulam eſſe implicatiuam ſimilium, & an id ſit perpetuum.
133 Præſumptio inducta per fugam alicuius tollitur per iuſiurandum ipſius fugientis.
134 Probationem eorum, quæ in animo conſiſtunt, fieri per aſſertionem cum iuramento.
135 Conſcientiam non probari, niſi ex indicijs.
136 Ignorantiam probari per iuſiurandum.
137 Vectigalis non ſoluti nomine merces non incidunt in commiſſum, ſi is, cuius ſunt merces, iurauerit ſe ignoraſſe, quòd ibi ſoluendum eſſet vectigal.
138 Dominus ignorans emphyteutam incidiſſe in commiſſum, non cenſetur remiſiſſe ei caducitatem recipiendo ab eo penſionem ſolitam.
139 Scientiam probari per iuſiurandum.
140 Inſtrumentorum amiſſio probatur per iuramentum, & an id ſit perpetuum. nu. ſeq.
142 Notario iuranti ſe perdidiſſe inſtrumentum, quod inter alios confecit, non creditur.
143 Abſentiam aduocati probari per iuſiurandum eius qui aſſerit eum abſentem eſſe.
144 Infirmitatem probari per iuſiurandum eius qui eam allegat.
145 Timor probatur per iuſiurandum eius, qui eum allegat.
146 Spoliati iuramento præſtito ſuper quantitate rerum ſibi ablatarum an & quando credatur, & num. 149.
147 Inſtrumentum ſibi ſubreptum probanti defertur iuramentum ſuper rebus in eo inſtrumento contentis.
148 Violentum non debere citari cum tractatur de deferendo iuramento ei, qui vim paſſus eſt.
150 Statutum q ſtetur dicto denunciatoris, non impedit quo minus poſſit contra eum opponi, & an id ſit perpetuum. nu. ſeq.
152 Expenſas factas in litigando probari per iuſiurandum partis.
153 Intereſſe in multis caſibus probari per iuramentum partis.
154 Inte ſſe quando probari per coniecturas.
155 Tabellionem ſe eſſe iuranti an fides adhibeatur.
156 Statutum, q qui exportauerit frumentum extra ciuitatem certa pœna plectatur, non comprehendere eum, qui ſui vſus cauſa exportauit. atqui inibi an credatur iuranti q vſus ſui cauſa exportauit.
157 Iuriiurando eius qui dicit iudicem ſibi ſuſpectum eſſe, an credatur.
158 Appellanti, qui iurat ſe perdidiſſe apoſtolos dimiſſorios, an credatur.
159 Iureiurando præſtito ſuper dominio rei ab eo qui damnum paſſus eſt, credi, ſtante ſtatuto quòd in cauſa damni dati ſufficiat probatio per iuſiurandum.
160 Acceſſorium iureiurando probari poſſe, ſi eius principale ita probari poſſit.
161 Iuſiurãdũ appoſitũ in cõtractu, qui ex forma ſtatuti debuit ĩ publicũ inſtrumentũ redigi, nec tamen eſt redactus, an poſſit ꝓbari ꝑ teſtes.
162 Iudici iureiurando affirmanti non liquere ſibi de cauſa, creditur.
163 Sententia inducit probationem non ſecus ac teſtes aut inſtrumenta.
165 Contrarium ſibi non videri eum qui recedit à confeſſione ſua, quam aduerſarius impugnauit.
166 Libelli amiſſi tenorem probari poſſe ex ſententia ſubſecuta.
167 Sententiæ productionem etiam contra alios latæ ſufficere ad probandum titulum coloratum in poſſeſſorio, non etiam in petitorio.
168 Sententia inducit notorium.
169 Probationem, quæ fit per rei euidentiam ſeu per inſpectionem oculorum præferri omnibus alijs probationum ſpeciebus.
170 Probationem, quæ fit per rei euidentiam, nulla legis poteſtate excludi poſſe.
171 Statutum exceptionem omnem probibens, non cenſetur eam excludere, de qua per inſpectionem inſtrumenti euidenter apparet.
172 Exceptionem nullitatis poſſe opponi contra tres ſententias conformes, quando ex inſpectione ipſius ſententiæ apparet euidenter de eius nullitate.
173 Statutum, quòd à certa aliqua ſententia non liceat appellare, non habere locum, vbi grauamen eſſet notorium.
174 Arbitri ſententiam, cuius iniquitas ex ipſa oculorum inſpectione euidenter apparet, poſſe officio iudicis reduci ad arbitrium boni viri, licet ab ea non poſſit appellari.
175 Probare contrarium volens per facti euidentiam poſt didicita teſtificata, an ſit audiendus.
176 Exceptionem peremptoriam notoriam opponi poſſe ante litem conteſtatam.
177 Spoliatum non eſſe ante omnia reſtituendum, ſi apparet euidenter nullum ius eum habere.
178 Sententiam euidenter iniuſtam nunquam tranſire in rem iudicatam.
179 Sententiam, quam actor confitetur iniuſte pro ſe latam fuiſſe, retractari debere, & eius executionem eſſe impediendam, licet tranſierit in rem iudicatam.
180 Executionem ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam, impediri, vbi nullitas ſententiæ eſt euidens.
181 Nunciationem noui operis ſperni poſſe, vbi euidenter apparet nunciãtem nullum ius nunciandi habere.
182 Marito aſſerenti ſe cognouiſſe vxorem potius credi, quàm vxori contrarium dicenti: matronis tamen ex inſpectione teſtificantibus potius credendum quam marito.
183 Iudicem poſſe ſupplere vicem medici in iis, quæ notoria ſunt per facti euidentiam, ubi medicus haberi non poteſt.
184 Exceptionem, quòd tabulæ quæ petuntur exhiberi, ſint imperfectæ, & nullius vtilitatis, poſſe opponi, quando imperfectio euidenter apparet ex ipſa inſpectione.
185 Statutum quòd publicum inſtrumentum mandetur executioni nulla admiſſa exceptione præter quam ſolutionis, non tollit exceptionem contra producentem inſtrumentum, de qua inſpectione apparet.
186 Statutum, quòd à ſententia non liceat appellare, aut de nullitate dicere, non extendi ad eam ſententiam, cuius nullitas ex ipſa inſpectione apparet.
187 Probationem induci ex opinione omnium uehementi.
188 Periurum non eſſe eum, qui credit ſe verum iurare, licèt ueritas ſit in contrarium.
189 Teſtis dictum non vitiari ob id quòd dicat ſe ſcire id quod deponit non quidem per certam ſcientiam, ſed per auditum duntaxat & famam.
190 Probatio inducatur, nec ne, per rationem naturalem.
191 Mortuum cenſeri eum, qui ad bellum profectus non reuertitur finito bello.
192 Mortem teſtatoris probari ex eo, quòd hæres producit in iudicio teſtamentum.
193 Rationem naturalem ſubrogari loco legis & pro lege haberi.
194 Ratio naturalis corrigit legem.
195 Opinioni fultæ melioribus rationibus æquius eſt inhærere, etiam ſi in contraria opinione ſit imperator.
196 Iudicem debere æquè moueri ex dicto rationabili, atque ex lege aliqua.
197 Rationis naturalis argumento uti licere abſque vlla iurium allegatione.
198 Legis virtutem conſiſtere in ratione naturali.
199 Legem reſtringi vel ampliari per rationem in ea expreſſam, quemadmodum & dictum teſtis.

200 Probatio

434 *Vulnerantes ſe mutuò non puniuntur reſpectu intereſſe partis, ubi incertum eſt, uter alterum aggreſſus ſit.*

435 *Viro atque vxore ſimul pereuntibus præſumi vxorem prius defunctam: ac proinde locum habere ſtipulationem de dote interpoſitam ſub conditione, ſi mulier deceſſerit in matrimonio, & an id ſit perpetuum. num. ſeq.*

439 *Homicidij pęnam ceſſare ubi quis occiſus eſt ictu lapidis miſſi è domo aliqua in qua plures habitant, ſi incertum ſit à quo lapis miſſus ſit.*

440 *Domo exuſta, ſi incertum ſit, cuius culpa incendium factum ſit, an eo nomine paterfa. ibi habitans damnari debeat.*

441 *Captura perſonæ non debet fieri aut concedi pro debito incerto.*

442 *Clauſula, ſaluo iure calculi, reddit actum, ſuper quo interponitur, incertum.*

443 *Diſiunctiua cauſat incertitudinem.*

444 *Incertitudinem quæ breui tempore venit declaranda, habetur pro certitudine.*

445 *Inſtrumentis eodem die confectis, præſumi in dubio illud præceſſiſſe. quod prius fieri debuit.*

446 *Priuationem in dubio præſumi poſteriorem ipſo habitu.*

447 *Inſtrumentis duobus ſimul concurrentibus, an ſorte dirimi poſſit, vtrum ſit confectum prius.*

449 *Legatum incertum, quibus caſibus ualeat. & nu. 451. & 453.*

450 *Stipulationem dotis incertæ valere.*

452 *Libellum incertum ſuper legitima procedere.*

454 *Probare volens intentionem ſuam, quæ probare debeat.*

455 *Comparens ob clauſulam reſcripti, quorum intereſt, debet ante omnia ſummariè probare, quòd ſua interſit.*

456 *Crimen in aliquem intendens cum certa qualitate, debet probare nõ ſolum crimen, ſed etiam qualitatem criminis. & num. ſeq. & numero 460.*

458 *Crimen obijciens adiecto loco vel tempore, quo commiſſum eſt, debet condemnari ſi probetur de alio loco vel tempore.*

459 *Qualitatem legis vel ſtatuti probare eum debere, qui ſe fundat ſuper lege vel ſtatuto diſponente cum expreſſione alicuius qualitatis.*

462 *Iudicium ſummarium vigore legis vel ſtatuti cenſetur ſummarium reſpectu dilationum non etiam reſpectu probationum.*

463 *Exceptionem contra perſonas teſtium non admitti in iudicio ſummario.*

464 *Probatio & oblatio eius, qui reiecta dilatione offert ſe incontinenti probaturum, cuius effectus ſit.*

De probationibus. Rub.

VOcem meam exaudi Domine ſecundum miſericordiam tuam, & ſm iudicium tuum viuifica me. Ita inquit Dauid Pſalmo 127. Et ſcriptum eſt ab eodem pſalmo 30. Illumina faciem tuam ſuper ſeruũ tuũ Domine, & ſaluum me fac in tua miſericordia confidentem: Domine non confundar, quoniam inuocaui nomen tuum. Idcirco exemplo ſuo fretus clementiſſimum Deũ ex corde inuoco, vt hac in præſenti rubrica verba mea dirigat in viam veritatis & ſalutis, vt dicere valeam ea, quæ maieſtati ſuæ grata ſint, & auditores delectent pariterque inſtruant ad laudem & gloriam maieſtatis ſuæ, Amen. Hac breui inuocatione præmiſſa, venio ad rubricam ipſam, in qua, iuxta morem meum conſuetum, omitto ipſius cõtinuationem tanquam nullius, vel ſaltem modicæ vtilitatis. Et licet plura & plura dicantur hic à Bal. ſuper hac rub. & etiam ab alijs, & à Canoniſtis ſuper rubrica, extra eo. attamen ego nõ omnia per eos dicta repetam, nec ſuper illis inſtabo, ſed ſolum tangam ea, quæ mihi videntur vtiliora & digniora, & illis aliqua fortè non incongrua, nec inſuauia addam, ut inf. vi-
1 debitis.† Quæro igitur primò, quid ſit probatio? In quo dicas, ſecundum Bal. hic, & alios poſt gl. ꝙ probatio eſt rei dubiæ per argumenta oſtenſio. Bal. autẽ impugnat hanc diffinitionem propter verbum, argumenta, quoniam argumentũ, ſecundum eum, propriè eſt Artiſtarum, & non Legiſtarum, vel tabellionum. Item reprobat etiam eam propter verbũ, rei dubiæ, dicens certum eſt quòd probatio, quæ fit per rei euidentiam, eſt optima & ſuperlatiua omnium probationum, vt l. ſi irruptione. ff. fi. regun. de qua inf. videbimus Deo duce. Item dicit, ꝙ notorium eſt ſpecies probationis, non rei dubiæ, ſed certiſſimæ, in cuius ſcientia non contingit aliquẽ dubitare, vt inf. de appel. l. ciues & incolæ. in glo. Ideo dicit, ꝙ Nico. de Matha. aliter diffinit probationem hoc modo, videlicet, Probatio eſt extrinſeca demonſtratio rei dubiæ ꝑ modos à iure ſtatutos. Sed ipſe Bal. ſimiliter etiam reprobat hãc diffinitionem propter verbum, extrinſeca, nam ſecundum eum intrinſeca, quæ ſumitur ab ipſius rei natura & facti euidentia, optima probatio eſt. ergo mala eſt diffinitio ſua. Quapropter ipſe Bald. reprobatis dictis diffinitionibus diffinit ipſe hoc modo, videlicet, Probatio, eſt fides veri legitimis modis & temporibus facta cauſæ cognitori. quam diffinitionem tanquam ampliorem teneas, licèt aliæ etiam diffinitiones. ſ. traditæ teneri poſſent, & defendi ab obiectionibus Bal. circa quod non puto inſtandum, tanquam in diffinitione parum, vel modicũ vtilitatis exiſtat. Tu potes tenere quã uis, quia quælibet eſt bona, ſecundum Sali. hic. Quæro vlterius, hæc rubr. hic & in ff. & extra in decretalibus ſituata eſt in
2 plurali.† Ex quo quęro ego, quot ſunt ſpecies probationum. In quo Nico. de Mata. ſecundum Bal. hic, dixit, ꝙ omnis probatio reducitur ad quinq; modos, qui notãtur in hoc verſu.

Vox, ſcriptura, nomen ſacrum, confeſſio, viſus.

Qui verſus exponitur vox. i. per teſtes, qui verè loquuntur voce, vt inf. de teſti. per totum. & ff. & extra de teſti. Scriptura exponitur. i. per inſtrumentum publicum, vel per ſcripturã probatoriam habentem requiſita, iuxta. l. ſcripturas. inf. qui potio. in pigno. habe. & inf. de fide inſtr. per totum. Nomen ſacrum exponitur. i. per ſacramentum, vel iuramẽtum, quia iuramentum ſacra res eſt, & Deus intelligitur præſens, quando quis iurat, vt in Auth. quib. mod. natu. effi. legi. §. tantum. Confeſſio autem exponitur, prout ſonat. i. per confeſſionẽ, attamen aliqui tenent, ꝙ confeſſio non ſit propriè probatio, de quo infra videbimus. Poſtea ſequitur verbum, viſus, ꝙ exponitur, i. per inſpectionem oculorum iudicis, quãdo partibus monitis debito tempore iudex accedit ad inſpiciendũ rem, de qua lis vertitur, vt habetur in l. ſi irruptione. ff. fini. regun. vel alius accedit coram eo, puta vulneratus, vt videatur per iudicẽ cicatrix, vt habetur in l. 2. ff. de fer. Sed Bal. hic poſt iſta dicit, ꝙ omnis probatio reducitur ad decem ſpecies probationum, videlicet per inſtrumenta, per teſtes, per confeſſionem, per iuſiurandum, per rem iudicatam, per rei euidentiam, quæ inducit notorium facti permanentis, per vehemẽtem omnium opinionem, quę inducit notorium actus non permanentis. Item per rationem naturalem, vt mors vulnerati, vt habetur in l. ſi quidem. inf. ſolu. matr. Item per rationẽ coniecturalem ex coniectura legis, vt ff. de reb. du. l. qui duos. in fi. Itẽ per coniecturam hominis, quando ſufficit talis ꝓbatio ex qualitate iudicij, vt ff. ad leg. Aquil. l. in lege Aquilia, ſi deletum. & l. 3. in §. in cauſa. ff. ad Carb. Ita reſidet Bal. hic ſuꝑ hoc. Modò operę pretium eſt, vt videamus de vnoquoq; genere per ſe. Circa quod aduertas, quia circa prædicta genera
3 probationum plura notabilia veniunt dicenda. † Et primò incipiamus à primo genere. ſ. à probatione, quę fit per inſtrumenta. Circa quod dico, quòd nedum probatio plena fit per inſtrumenta, ſed etiam ipſum inſtrumentum habens ſua requiſita dicitur probatio probata, & veritas euidens non probanda, ſecundum Bal. in l. quoties. in vltimis verbis. ſ. de iudi. Bal. in l. 2. in 1. colum. ſ. quãdo fiſ. vel priua. & in l. pupillus. inf. de vſur. pu. & Bal in conſi. ſuo 176. incip. quęritur, vtrum &c. circa fi. in 1. volum. & voluit quidam Mod. Do. Lau. Calca. in conſi. ſuo 75. incipien. in prædicta cauſa, &c. in 4. col. licèt de
4 prædictis nullam faciat mentionem.† Et dixit Dom. An. in c. fi. de libel. obla. ꝙ illud, quod apparet ex inſtrumento, dicitur eſſe certum. & idem dixit Bar. in l. 1. in prin. verſic. venio ad quęſtiones. ff. de ope. no. nun. & Bal. in l. intereſt. inf. de ſolu. & faciunt dicta per Ioan. de Ana. in conſi. ſuo 97. incip. in cauſa iſta, &c. in prin. vbi inter cætera dicit, quòd nihil aliud quæritur, niſi quod dicat inſtrumentum. allegat. l. fi. inf. de fal. cauſa adiec. lega. [vide Soci. in conſi. 46. incip. cum in præſenti. in 2. colum. & omnino in conſi. ſuo 89. incip. in cauſa. in pen. colum. & Iaſ. in repet. l. admonendi. in 64. colum. ante me. ff. de
5 iureiur.† Et faciũt etiam dicta per Alex. in conſi. ſuo 37. inci. viſo & opportunè. in 6. colum. in 2. volu. vbi dicit, ꝙ illud, qđ conſtat per publicum inſtrumentum, dicitur manifeſtum. allegat c. cum olim. de verb. ſigni. & l. fi. cum gl. ſ. de reb. cred. & Bar. in d. l. 1. ff. de oper. no. nun. Et faciunt etiam dicta per Io. An. in addi. Spec. in tit. de procur. in §. ratione autem formæ. in addi. incip. videtur autor, &c. vbi ſimiliter dicit, ꝙ inſtrumentum dicitur probatio probata. de quo etiam latius dixi in l. ſi quis ne quæſtio. ff. de quæſtioni. poſt med. Quæ autẽ requirantur in ipſo inſtrumento, vt probet, & dicatur probatio probata & veritas euidens non probanda, ut dixi, non explico hic, ſed me remitto ad dicta plenè per ſcriben. inf. de fi.
6 inſtru. & eo. tit. extra, vbi eſt propria materia.† Secundo dicit Bal. per teſtes. quod intelligas tu de teſtibus omni exceptione maioribus, aliàs non facerent plenam nec ſufficientem ꝓbationem, vt habetur in toto tit. ff. & inf. de teſti. & in l. in bo
7 næfidei. ſ. de iureiur. & in l. admonendi. ff. eo.† Et eo maximè

hoc

hoc proc dit,quia appellatione probationis,in dubio intelli
gitur ſem per de plena,vt habetur in l. Lucius. ff. de condi.&
demon.pro quo facit.l.1.§.qui in perpetuum,ff. ſi ager vect.
vel emphy.pe.& in l.1.§.biduum. ff. quando appel.ſit, & ha-
betur in c.cum olim.extra de teſti.& facit tex.in §.quoties.In
ſtit.de iure natu.cum ſi.in quib.iuribus habetur,ꝙ verba ſem
per debent accipi in potiori ſignificato, de quo latiſſimè di-
xi in conſi.meo 47.incip.in cauſa appellationis, &c. Cum er-
go appellatione probationis, intelligamus de plena proba-
tione, & plena probatio regulariter non fiat,niſi per teſtes
omni exceptione maiores,vt dixi,ergo probatio, quæ fit per
8 teſtes, debet fieri per teſtes omni exceptione maiores. † Et
hoc tanto magis procederet, quando in lege, vel ſtatuto eſ-
ſent appoſita aliqua verba qualificata vel prægnantia,vt puta
ſi diceretur, fiat plena probatio per apertiſſima documenta,
vel pleniſſimè probetur,vel fiat probatio lucida & indubita-
ta,&c,nam tunc requiruntur teſtes omni exceptione maio-
res,nec ſufficeret probatio ſemiplena cum iuramēto.ita no.
Archi.Io.An,& alij in c. pia de except.lib. 6. per illum tex. in
verbo,apertiſſimis documentis,&c.& ibi dicunt etiam,ꝙ ta-
li caſu non ſufficeret probatio per vnum teſtem cum fama,
allegant Spec.in tit.de noto.crimi.§.fama.ver. quid ſi agenti.
quem etiam allegat Archi.idem tenens in §.item ſæpe.4.q.3.
quod etiam no. Abb.in c.cum dilectus. in 24. colum. ver.ad-
uerte.de or.cog. Et ad hoc eſt glo.3.in l. non eſt veriſimile.ff.
quod metus cauſa.& voluit Dom. Feli.referens quamplures
alios ad hoc in rub.extra eo.in 3.colum.ver.tertia concluſio.
9 & in uer.ibi ſequen. † Sed iſtam cōcluſionem ego limito &
reſtringo duob. modis.Et primò, niſi ſubiecta materia aliud
requireret, vel niſi ſecundum ſubiectam materiam plena ꝓ-
batio à communiter accidentibus fieri non poſſet, quia tūc
licet lex vel ſtatutum loquatur per quæcunq; verba qualifi-
cata vel prægnantia, attamen valebit probatio talis qualis fie
ri poteſt à cōmuniter accidentibus in ſimilibus rebus. [Ad-
de Alex.in conſi.77.incip.in cauſa &c.in 7.volum.] Exemplū
poteſt poni,lege vel ſtatuto cauetur,ꝙ ſi fiat plena probatio
adulterij,mulier perdat dotem,& actionem ipſius dotis.Cer
tè iſto caſu ſi fiet probatio per maritum de adulterio plena,
prout materia adulterij patitur, dicetur ſatisfactum ſtatuto
10 vel legi. † Et quoniam adulterium non poteſt directè & ſpe-
cificè ac plenè probari,vt habetur in c. præterea. vbi per om-
nes ſcriben.extra de teſti,& in c.tertio loco.de preſump.& in
c.cum cauſam.extra eo.de proba.& per D.An.& alios in c.1,
& in c.ſignificaſti.de adulter.& per Bal.in c.j.in 7.col.ver. quę
ro nunquid ſit idem dicere &c. quibus caſibus feud. amit.&
per D.Alex.in l.2.in §.fi.ff.de adulter.& in l. capite quinto.eo.
tit.& per gl.& Doct.in l. quod ait lex.ff.eo.de adulter.cum ſi,
ſufficit ergo probatio adulterij per coniecturas & per præ-
ſumptiones,cum aliter à communiter accidentibus nō poſ-
ſit fieri probatio adulterij directè, ſed ſufficiant coniecturæ
& præſumptiones,vt puta videre nudum cum nuda, vel ſo-
lum cum ſola ſe deoſculantes & amplectentes,vt volunt Do
11 cto.in dictis locis.† Et poteſt etiam poni exemplum in pro-
batione filiationis, quæ ſecundum Doct. directè probari nō
poteſt, vt habetur in l.Titius. ff. de condi.& demonſtr.& ibi
glo.& Docto.in l.filium diffinimus.ff. de his, qui ſunt ſui,vel
alieni iuris,& per Bar. in l. 1. in §. idem per contrarium. ff.de
lib.agno.& in l.1.inf.quorum bonorū,& per eundem Bar.in
l.de minore.in §.plurium.ff.de quæſtioni.& per Dom. Alex.
in conſilio ſuo 51. incip.viſo & diſcuſſo,in 1.& 2.col.in 1.vo-
lum.& in conſilio ſuo 90.incip.in cauſa, &c.in penult. col.&
per Bar.in trac.de tyran.in penul.colum. & per Abb. in con-
ſil.ſuo 106. incip. proceſſu & actitatis &c. circa medium, &
habetur in c.Michael.extra de fil. presbytero. vbi per omnes
ſcribentes,& per Pau.de Caſt.in conſi.175.inc. ſuper primo,
in pen.& vlt. col. Dicta ergo probatio filiationis ſufficiet, ſi
fiet per famam viciniæ,vel per præſumptiones reſultantes ex
eo, quia pater nominabat talem pro filio, vel per ſimilia, vt
volunt Doc.in dictis locis, quia à communiter accidentibus
non poteſt aliter probari ipſa filiatio. Et ideo dixit Bal. mul-
tum ſingulariter in d.l.filium diffinimus.in 2. colum,quod ſi
teſtis dicit,ſcio pro certo quòd A.eſt filius,B.an probet.& di
cit,videtur quod non, quia dicit impoſſibile. attamen con-
trarium dicit eſſe verius, quia intelligitur de ea certitudine,
quæ communiter haberi poteſt per præſumptiones homi-
num & legum,ſecundum Iac.de Rauen.& Cyn.arg. l. ſi quis
12 venditor.ff.de ædil.edic. † & dicit,quòd certus dicitur eſſe il-
le, cuius animus in contrarium nulla ratione poteſt inclina-
ri,& idem dixit ipſe Bal.in conſi.ſuo 59.incip. verba Dy.in 3.
volum. & poſſent etiam poni alia exempla, quæ breuitatis
cauſa omitto. Et ad prædicta etiam faciunt dicta per Pau. de
Caſt.in conſi.ſuo 175.incip.ſuper primo &c. in pen.& vlt.col.
vbi omnino videas,& faciunt dicta per Bal.in c.per tuas.in 2.
colum.verſicu.opponitur.extra eo. de probationibus.vbi di-
xit,quòd illud,quod non poteſt probari per rerum naturam
13 clarè,probatur argumentis & indicijs.† Item pro hac mea li-
mitatione facit optimè illud,quòd dicitur,videlicet quod te
ſtis de credulitate deponens non probat, vt habetur per Cy.
& alios poſt gl.in l.teſtium. inf. de teſtibus. & per Spec.in tit.
de teſte.§.1.uerſ. item quod depoſuit de credulitate,& habe
tur in l.2.in §.idem Labeo. ff. de aqua pluu.arcen. cum ſimi.
14 † tamen hoc fallit, niſi tractetur de materia certitudinaliter
non cognoſcibili,quia quando tractatur de tali materia, tūc
teſtes de credulitate deponentes probant. ita no. dixit Cy.&
Bal.in d.l.teſtium.& Io.An.in addi. Spec.in tit. de teſte.in §.1.
verſic.item quod depoſuit de credulitate, & Dom. An.in c.
quoſdam.in fi.de præſump.& Bar.in l.in ſumma. §. Labeo.ff.
de aqua plu.arcen.& D.An. & Abb.in c.quoties de teſtib.&
voluit Dom.An.per illum textum,in c.in literis.de pręſump.
& in c.tertio loco.eo.tit.& Bal.in l.ſolam.in 5.quæſtio.de te-
ſtib.Pro quib. facit tex.quem ibi no. Dominus An. in c.vni-
co.extra de ſcrutinio. in verſi. inquantum humana fragilitas
noſſe ſinit &c.Et facit ſingulare verbum Bar.in conſi.ſuo in-
cip.Raynutius Petri &c.vbi dixit, quòd licet teſtis deponens
de credulitate non probet,tamen iſtud fallit in teſte deponē
te, quòd aliquis occiderit vel vulnerauerit aliquem ad ſuam
defenſionem ſuo credere, quia hoc caſu talis teſtis ꝓbat.Ita
ſingu.dixit Bar.in d.conſi.ſuo incip.Raynutius Petri &c quē
refert & ſequitur Do.Alex.in conſi.ſuo 76.incip. Viſa inqui-
ſitione &c.in vlt.colum.in fi.in 1. volum. & in conſi. ſuo 19.
incip.viſis,& vt oportet &c.in 3. char. in 1. colum.in eo.volu.
quod etiam videtur velle Bal. in l.ſolam.in vlt. colum. inf. de
teſti.& ibi Sali.poſt eum in 3. colum. vbi ambo allegant Bar.
in d.ſuo cōſi.de quo latius locutus ſum in ſingulari meo 19.
incip.tu ſcis clarum eſſe &c. vbi videas. pro quibus etiam fa-
ciunt optime dicta per Pau.de Caſt.in d.conſi. 175. incip.ſu-
per primo.in pen.& vlt.col.& per Bal.in d.c.per tuas.in 2.col.
15 † Et ex iſtis & ex alijs infra dicendis præſentialiter ego requi
ſitus conſulo in contingentia facti in hac ciuitate ſuper quo
dam dubio. Nā extat hic Bononiæ quoddam ſtatutum ſub
rub.de dotibus reſtituendis.in §.præterea ſtatuimus. quo ca-
uetur, quod ſi quis perceperit fructus & reditus quoſcunq;
ex rebus paraphernalibus vxoris ſuæ volente ipſa vxore ſua,
non poſſit ipſa vel eius hæres ipſos fructus vel reditus pete-
re vel æſtimationem ipſorum,quæ volūtas præſumitur ſem-
per,niſi voluntas contraria legitimè probetur,& iſta ſunt for
malia verba dicti ſtatuti.Ego dico in ipſo conſilio, quòd di-
citur legitimè probata dicta contraria voluntas vxoris ſi pro
betur illa per coniecturas, vel indicia, vel per domeſticos &
familiares ipſorum mariti & vxoris. Ratio eſt, quia à cōmu-
niter accidentibus ea,quæ fiunt inter eos, probantur per fa-
miliares ipſorum mariti & vxoris domeſticos, & non per te
ſtes omni exceptione maiores, quoniam eſſet quaſi impoſ-
ſibile talia probare, & ideo in tali caſu talis probatio dicetur
legitima,& erit ſatisfactum ſtatuto, & ſic concludo,quòd ip
ſe hæres tenebitur reſtituere dictos fructus rerum parapher-
16 nalium vxori.† Pro quibus faciunt, quæ dici conſueuerunt à
Doctoribus,videlicet quod vbi materia eſt de ſui natura dif-
ficilis probationis, lex eſt contenta ea probatione, quæ fieri
poteſt.ita dixit Bar.quem ſequitur ibi Imo. in l.illa. in fine.ff.
de verb.obliga.per tex.in l.non omnis.in §. à barbaris.ff.de re
milit.& no Bar.in l.ſi quis ex argentarijs. §. penul. ff. de eden.
& Bal.in auth.quas actiones.in vlt.colum. C. de ſacroſan.eccl.
& in l.fi.in §.licentia.in 2.not.inf.de iure delibe. & in l.obſer-
uare.in §. proficiſci. in 8. colum. ff. de offic.proconſul.& vo-
luit Dom.Feli.in c.veniens.il 2.in prin.10. colum. de teſti.vbi
17 etiam aliqua alia pro hac parte adducit. † Pro quibus etiam
optimè facit,nam verba in dubio ſunt intelligenda ſecundū
ſubiectam materiam.l.ſi ex legati cauſa.ff.de verb.obliga.l.ſti
pulatus.ff.de vſuris.l.ſi vno.ff. locati. imo vt verba intelligan-
tur ſecundum ſubiectam materiā debent ipſa verba impro-
priari.l.ſed ſi poſſeſſori.§.ſed ſi rerum. ff. de iureiur. & voluit
gl.in l.ſi mandato Titij.§.Paulus reſpondet.ff.manda.de quo
per Io.de Ana.in conſi.ſuo 60. incipiente, in quæſtione iſta
&c.in fi.& per Io.de Imo.in conſi. ſuo 141. incip. viſis &c.in
fin. ad quod etiam videas omnino Pau. de Caſt. optimè lo-
quentem in conſilio ſuo 82.incip. viſis his &c. in vltima col.
18 † Pro quibus etiam vltra prædicta facit, quod dicitur de per
ſonis,videlicet ꝙ verba uel ſermo relatus ad perſonam, de-
bet intelligi ſecundum conditionem perſonæ, ut eſt tex.in
l.plenum.in §.equitij.ff.de uſu & habi.& in l.ſi quis filio exhæ
redato.in §.irritum.ff.de iniuſto teſtamento.& in l.ſed ſi qd.
in §.mācipiorum.ff.de uſu.& in c.ſolitæ. de maiori. & obed.
& in c.cum de beneficio.de præben. in 6. Et ideo dixit Bal.in
d.§.equi-

200 *Probatio, quare inducatur ex coniectura legis.*

201 *Præſumptiones legum cenſentur probationes liquidiſſimæ, ita ut transferant onus probandi in aduerſarium. & num. 221.*

02 *Interpellationem extraiudicialem neganti onus probationis incumbere.*

203 *Matrimonium diſſolui ex coniectura legis.*

204 *Probandi facultatem aduerſario ſubtrahens aut ſubtrahere tentans præſumitur iniuſtam cauſam perſequi, & ſuccumbere debet.*

205 *Falſificans acta cauſæ, præſumitur fouere cauſam iniuſtam, ac proin de cauſa cadere debet.*

206 *Corrumpens iudicem uel procuratorem diuerſæ partis præſumitur fouere malam cauſam & quid ſi partem ipſam corrumpat.*

207 *Sigillum affixum actis tranſmiſſis conſultori reſerans præſumitur iniuſte litigare.*

208 *Teſtibus comminatus ne dicant veritatem, præſumitur litem improbam perſequi: unde & damnari debet, & cuiuſmodi minæ ſufficiant. num. 210.*

209 *Metus qualis eſſe debeat, vt annullet contractum ſuper quo interponitur.*

211 *Literæ ſculptæ in lapidibus ſeu in marmore, an & quando probationem inducant.*

212 *Fines agrorum probari per ſcripturam antiquam ſculptam in marmore aut lapide.*

213 *Libris hiſtoriarum ſtari in factis antiquis.*

214 *Famam facere plenam probationem in antiquis.*

215 *Teſtimonium de auditu probare in antiquis.*

216 *Notorium inducit plenam probationem, & ſententiæ æquiparatur.*

217 *Notorium quid ſit.*

218 *Sententiam ſuper notorio latam non eſſe propriè ſententiam, ſed quã dam iuris executionem.*

219 *Appellans à grauamine notorio non tenetur exprimere cauſam grauaminis.*

220 *Notorium releuat ab onere probandi, non etiam ab onere proponendi ſeu allegandi. & nu. 222.*

223 *Doctoratus inſignia ambiens non debet examinari, ſi eſt notoriè doctus.*

224 *Fideiuſſorem poſſe conueniri non facta excuſſione principalis, quem conſtat notoriè non eſſe ſoluendo.*

225 *Iudex poteſt mandare pœnam imponi pro delicto notorio abſq; alia condemnatione.*

226 *Emptor à quo res empta euincitur, poteſt cedere liti citra præiudicium, vbi notorium eſt euincentem eſſe dominum rei, nec uenditori poſſe competere aliquam defenſionem.*

227 *Appellatio notoriè calumnioſa non ſuſpendit executionem quamuis aliàs appellatio ſoleat ſuſpendere pronuntiatum.*

228 *Inſtrumentum confectum à tabellione notoriè infami non valet, ẽt ſi nondum per ſententiam notatus ſit.*

229 *Citationem notoriè nullam non adſtringere citatum.*

230 *Procuratorem admitti in cauſa capitali notoriè calumnioſa.*

231 *Bannum alicuius propoſitum in archiuo publico inducit notorium.*

232 *Syndici ſententiam non obeſſe magiſtratui, qui coram eo, obſtante cauſa ſuſpicionis, noluit comparere, licet à proceſſu cauſæ non appellauerit, ſi cauſa ſuſpicionis ſit notoria.*

233 *Citatus non tenetur comparere allegaturus priuilegium ſuum, vbi notorium eſt iudicem non habere iuriſdictionem in illa cauſa.*

234 *Sententia an requiratur, vbi lex vel ſtatutum utitur uerbis importantibus canonem latæ ſententiæ, & ſumus in notorijs.*

235 *Solennitatem iuris relaxari in notorijs.*

236 *Sententiam latam parte abſente valere, vbi notorium eſt nullam abſenti defenſionem competere.*

237 *Citari non eße neceſſe eum ad alicuius actus confectionem, qui citatus non poſſet eum actum impedire. & nu. 240.*

238 *Teſtis admiſſus citra citationem partis tunc fidem facit, quando notorium eſt non potuiſſe eum aliqua exceptione repelli.*

239 *Citari non debet is, quem notoriè conſtat nullam habere defenſionem*

241 *Iuſiurandum ſuper rebus ablatis poſſe deferri ei, qui vim paſſus eſt, etiam non citato eo qui vim intulit.*

242 *Emphyteutam priorem non eſſe vocandum, ubi dominus vult alteri fundum emphyteuticum concedere, qui in commiſum cecidit ob non ſolutum canonem.*

243 *Abſentem condemnatum præſumi in dubio condemnatum propter contumaciam, & non propter malam cauſam, niſi notoriè conſtaret de non iure ipſius abſentis.*

244 *Sententia an requiratur in notorijs. & nu. 246.*

245 *Notorium & ſententia an æquiparentur.*

247 *Notorium, quot teſtibus probetur.*

248 *Sententia, an ferri poſſit ex præſumptione violenta.*

249 *Probationem plenam etiam ad ſententiam capitalem reſultare ex pluribus indicijs indubitatis.*

250 *Officialis fugiens tempore ſyndicatus præſumptionem inducit contra ſe ex qua dãnari poteſt de omnibus querelis aduerſus eum factis.*

351 *Famulus fugiens à domino præſumitur ſubripuiſſe bona quæ domino abſunt, & quæ prius habebat, & nu. 283.*

252 *Sententiam condemnatoriam etiam in criminibus ſequi ex præſumptione violenta approbata à iure, an ſit uerum. & nu. 254. & 255.*

253 *Homicidium præſumi ab eo factum, qui viſus eſt euaginato gladio fugere ex eo loco in quo reperitur aliquis occiſus.*

256 *Opinionem ſeu præſumptionem vehementem haberi pro ueritate, quando eſt conſona ueritati, & an id ſit perpetuum. nu. ſeq.*

258 *Benigniorem partem in ambiguis amplectendam.*

259 *Probationes concludere præſumptiuè, an ſufficiat.*

260 *Sententiam, quæ ex violentis præſumptionibus aut indubitatis indicijs fertur, mitiorem eſſe debere, quàm ſi ferretur ex clariſſimis probationibus.*

261 *Sententiã latam ex præſumptionibus non tranſire in rem iudicatã.*

262 *Pœnam, quæ habet certos fines, non poße ex qualitate probationis augeri.*

263 *Poteſtatem iudici conceſſam ut pœnam pro arbitrio poſſit imponere, non extendi ad eos caſus, in quibus pœna certa per legem conſtituta eſt.*

264 *Appellare an liceat ei, qui condemnatus eſt ex præſumptione iuris, & de iure.*

265 *Probationem aliquando induci per taciturnitatem. atque inibi eius probationis exemplum.*

266 *Creditor in ducentis tacens ad oblationem debitoris dicentis, accipe tua centum quæ tantum tibi debeo, an ſibi præiudicet.*

267 *Epiſtola, per quam quis confitetur ſe eſſe debitorem, an præiudicet hæredi eius, ſi prius quam ea fuerit reddita creditori, decedat is, qui eam ſcripſit.*

268 *Moriens non uidetur uelle.*

269 *Voluntatem morte finiri.*

270 *Relegatus quamdiu iudex voluerit, an per mortem iudicis liberetur.*

271 *Rationum libros probationem inducere contra confitentem etiam in fauorem abſentis.*

272 *Inſtrumentum inter aliquos confectum, nonnunquam probationem inducere inter alios.*

273 *Dominium probari nedum per inſtrumenta aut teſtes, ſed etiam per ſolutionem cenſus. & nu. 275.*

274 *Conceſſio præſumitur præceſſiſſe talis, qualis apparet ſolutio.*

276 *Collectarum ſolutione probari territorium aliquod eſſe ſub iuriſdictione illius ciuitatis, cui collectæ ſoluuntur.*

277 *Poſſeſſionis acquiſitionem induci ex perceptione penſionis ſeu canonis.*

278 *Poſſeſſionem probari ex perceptione fructuum non ſolum inter ſoluentem & dominum, ſed etiam inter omnes.*

279 *Fuga, an & quando & quale indicium faciat.*

280 *Fuga, quibus caſibus faciat probationem.*

281 *Officialis inquiſitus de barataria fugiens pendente proceſſu an & quando habeatur pro confeſſo.*

282 *Fugiens è carcere, an & quando habeatur pro confeſſo.*

284 *Fugam in milite puniri tanquam delictum, non autem tanquam indicium delicti.*

285 *Suſpicionem probari ex fuga.*

286 *Fuga operatur reuocationem mandati.*

287 *Fugam præparans eodem iure cenſetur cum eo qui fugit.*

288 *Scriptura priuata debitè confecta, an & qualem probationem faciat & nu. 293.*

289 *Scripturam priuatam ultro citroq; obligatoriam, quomodo oporteat eſſe confectam vt ex ea reſultet probatio.*

290 *Teſtes plures ſingulares uon plus probare quàm vnum, & nu. 332. & an id ſit perpetuum. nu. 381.*

291 *Scriptura priuata debeat necne habere diem uel conſulem & locũ.*

292 *Scriptura priuata anterior an præualeat inſtrumento publico poſtea confecto.*

294 *Scripturam priuatam probarè ſemiplene pro tertio, de quo incidenter facta eſt mentio.*

295 *Scriptura priuata an & quando valeat ſine ſubſcriptione.*

296 *Liberationem probari ex priuata ſcriptura creditoris reperta penes debitorem, licet non habeat omnia ſolennia requiſita.*

297 *Scripturam priuatam patris teſtantis inter filios ualere.*

298 *Scripturæ priuatæ alterius non ſolenniter factæ, an poſſit fides adhiberi ex conſenſu partium. & nu. 302.*

299 *Teſtes inhabiles poſſe ex conſenſu partium tanquam habiles admitti.*

300 *Atteſtationes inualidas poſſe ex conſenſu partium ut ualidas recipi.*

301 *Probationem ſemiplenam poſſe ex voluntate partium effectum plenæ probationis habere.*

303 *Scriptura priuata quæ dicatur.*

304 *Notorium induci ex confeſſione, quatenus verum ſit.*

305 *Literæ cambij, an faciant probationem, & obligationem inducant, & an ſint licitæ & permiſſæ. nu. ſeq.*

307 *Literæ cambij, cuius periculo ſint, ſi is, ad quem diriguntur, cedat foro prius, quàm ſoluerit.*

308 *Literis cambij an teneatur ſatisfacere is, ad quem diriguntur, ſi is, qui eas ſcripſit, ceſſerit foro antequam ſolutio fieret.*

309 *Scriptura priuata ſcripta mandato alicuius, cenſetur eſſe eius, quĩ mandauit, non eius, qui ſcripſit.*

310 *Literæ euidentiæ, an probent vel inducant mandatum.*
311 *Literis teſtimonialibus, an plena fides adhibeatur.*
312 *Literæ poſitæ in archiuis publicis, an plenè probent.*
313 *Donationem in archiuo publico inuentam præſumi inſinuatam.*
314 *Scriptura priuata ſubſcripta manu alterius, quàm cuius manu ſcripta eſt, an fidem faciat.*
315 *Subſcribens ſe alicui ſcripturæ videtur approbare omnia in ea contenta: & ei dicenti ſe fuiſſe circumuentum incumbit onus probãdi.*
316 *Comparatio literarum, an probationem inducat. & nu. ſeq. & 319.*
318 *Teſtes quomodo probare poſſunt, ſcripturam, quæ eis exhibetur, ab aliquo ſcriptam eſſe.*
320 *Sigillum appoſitum alicui ſcripturæ, an & aduerſus quem fidem faciat.*
321 *Sigilli appoſitionem ſignum eſſe ratificationis, & confirmationis.*
322 *Sigillum ſuum alicui tradens videtur totam ſuam voluntatem illi committere. & nu. 325.*
323 *Delegationem probari per ſolum ſigillum delegantis.*
324 *Sigillum alicuius producens admittendus eſt tanquam eius procurator.*
326 *Teſtatoris voluntatem probari etiam ex teſtamento inualido.*
327 *Inſtrumentum tametſi inualidum ſit, probat tamen confeſſionem in eo appoſitam.*
328 *Inſtrumentum cancellatum probat id, quod fuit.*
329 *Statutum annullans inſtrumentum ob non ſolutam gabellam, non annullat obligationem in eo contentam.*
330 *Indicia plura faciant ne plenam probationem. & nu. ſeq. & 336.*
333 *Teſtium pluralitas ſupplet defectum ipſorum.*
334 *Euidenter apparere id, quod ex coniecturis ſeu præſumptionibus apparet.*
335 *Indicijs, & argumentis probari, quæ per rerum naturam clarè probari non poſſunt, quatenus verum ſit.*
336 *Inſtrumenti amiſſionem non nocere, ſi de iure poſſeſſoris aliter probari poſſit.*
338 *Error facti tantum prodeſt ad præſcribendum, quantum uerus titulus habitus à non domino, & nu. 341.*
339 *Titulum aptum ad præſcribendum cauſari ex vnius probi uiri dicto, & num. 344. & 345.*
340 *Seruitutis titulũ à domino habẽs quẽ tamẽ nec inſtrumẽtis nec teſtib. probare poteſt, an poſſit ex longa poſſeſſione eum titulum probare.*
342 *Errorem iuſtum haberi pro titulo.*
343 *Famam inducere iuſtam cauſam credendi, ac proinde titulum aptũ ad præſcriptionem.*
346 *Probari nonnunquam aliquid eo ipſo, ꝙ contrarium non probatur, & quomodo hoc intelligatur & procedat. nu. ſeq. & 349.*
348 *Negationes omnes liquidas eſſe iuris præſumptione.*
350 *Cautela pro eo, qui pecuniam mutuo dedit, & probatione omni deſtitutus. num. 354.*
351 *Teſtis dictum de auditu, quando valeat, & nu. ſeq.*
353 *Cæcum habentem notam vocem alicuius poſſe deponere de contractu ab eo interpoſito.*
355 *Inſtrumento alicuius rei, & eius originali deperditis, qua ratione ſuccurri poſſit ei, qui ea perdidit.*
356 *Teſtamento perdito, ſufficere, quòd duo teſtes ex ijs, qui interfuerũt tempore confecti teſtamenti, deponant teſtamentum fuiſſe factum.*
357 *Scriptura perdita ẽt eo caſu, quo eſt de ſubſtantia ꝓbationis, actũ ꝓbari poſſe per duos teſtes, probata amiſſione ſcripturæ. & nu. 362.*
358 *Sententiæ amiſſæ tenorem probari poſſe per teſtes.*
359 *Inſtrumentum raſum poteſt per viuam vocem teſtium corroborari.*
360 *Inſtrumenti dotalis deperditi tenorem probari poſſe per teſtes.*
361 *Actis perditis, poſſe per teſtes probari, quod in eis continetur.*
363 *Probatio quæ fit per teſtes in defectum amiſſi inſtrumenti, qui differat à probatione, quæ fieret per inſtrumentum, ſi extaret.*
364 *Teſtes poſſe iterum examinari poſt didicita teſtificata, ſi atteſtationes ſint deperditæ.*
365 *Inſtrumenti amiſſi tenorem probare volens per teſtes, quid deponere debeat.*
366 *Teſtes deponentes ſuper tenore amiſſi inſtrumenti debere coram illis perſonis deponere, coram quibus & cum quibus inſtrumentum ipſum ex forma ſtatuti fieri debet.*
367 *Subrogatum debet ſapere naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*
368 *Procurator minoris contrahens nomine illius debet eam ſolennitatem in contrahendo adhibere, ad quam ipſe minor ex forma ſtatuti tenetur.*
369 *Solennitatem eandem requiri in actu ſubſtituto, quæ requirebatur in primo actu, cui ſecundus actus ſubrogatur.*
370 *Teſtamenti mutatio eandem ſolennitatem requirit, quæ & in teſtamenti factione adhibenda eſt.*
371 *Legati ad pias cauſas ademptionum debeat fieri cum ea ſolennitate, quæ requiritur in eo legato faciendo.*
372 *Reuocationem actus debere fieri cum ea ipſa ſolennitate, cum qua ipſe actus factus eſt.*
373 *Solennitatem requiſitam in faciendo compromiſſo, debere etiam adhiberi in eo prorogando.*
374 *Probationes incertas & dubias interpretationem aſſumere contra producentem nu. 377. & ſeq.*
375 *Rapina non probari ex eo, ꝙ teſtes deponant rem ablatam ab accuſato de manibus accuſantis.*
376 *Teſtis ſuꝑ fama ꝓductus, ſi dicat ſic audiuiſſe à populo, an fidẽ faciat.*
379 *Incertitudo ſeu dubietas regulariter vitiat omnem actum, & an id ſit perpetuum. num. 448.*
380 *Teſtes deponentes alternatiuè, & ſic incertè, an probent.*
382 *Teſtes deponentes per eundem ſermonem & eadem verba præſumi ſubornatos & inſtructos & an ſit perpetuum.*
384 *Libellum vitiari ab incertitudinem.*
385 *Inquiſitionem vitiari ex incertitudine.*
386 *Incertitudo vitiat, ſeu impedit accuſationem.*
387 *Poſitioni incertæ non teneri quem reſpondere.*
388 *Confeſſio vitiatur propter incertitudinem.*
389 *Sententiam vitiari propter incertitudinem, quando incertitudo verſatur circa quantitatem.*
390 *Sententiam incertam ferri poſſe, vbi periculum ſubeſt ne inſtantia cauſæ temporis lapſu pereat.*
391 *Laudum vitiari ex incertitudine.*
392 *Condemnatio vitiatur ex incertitudine.*
393 *Citatio an reddatur nulla ratione incertitudinis. nu. ſeq.*
395 *Citatio non legitimè facta, an & quando adſtringat citatum ad comparendum.*
396 *Citationem non valere, in qua non eſt expreſſum nomen nuncij.*
397 *Procuratoris conſtitutionem vitiari ob incertitudinem.*
398 *Legatũ uitiari ratione incertitudinis, & an id ſit ꝑpetuum. nu. 400.*
399 *Hæres non tenetur ad legatum factum Titio, vbi ſunt duo Titij, nec apparet de quo teſtator ſenſit, etiam ſi alter eorum proteſtetur, ꝙ teſtator non ſenſit de eo.*
401 *Legatum relictũ ꝓ maritandis virginib. non vitiari ex incertitudine.*
402 *Hæredis inſtitutio vitiatur ex incertitudine, quemadmodum exhæredatio, atque etiam hæreditatis aditio & nu. 407.*
403 *Tutelæ dationem incertitudine vitiari.*
404 *Libertatis dationem vitiari ratione incertitudinis.*
405 *Executoris datio vitiatur propter incertitudinem.*
406 *Diſtributionem bonorum teſtatoris vitiari ob incertitudinem perſonarum inter quas diſtributio facienda eſt.*
407 *Hæredibus duobus eodem die diuerſis teſtamentis inſtitutis, neutrũ eorum hæreditatem habiturum, ſi neuter eorum eſt in poſſeſſione bonorum hæreditariorum.*
408 *Kegatum inſtrumenti fundi vitiari propter incertitudinem.*
409 *Stipulationem vitiat incertitudo tam ex parte ſtipulatoris quam ex parte promiſſoris.*
410 *Locationem vitiari ex conſtitutione mercedis incertæ.*
411 *Emphyteuticum abſtractum vitiari ex incertitudine.*
412 *Conceſſio alicui facta redditur nulla ratione incertitudinis.*
413 *Donationem ob benemerita factam vitiari per expreſſionem incertam meritorum.*
414 *Scripturis duabus eodem die confectis inter ſe contrarijs propoſitis, neutri earum fidem adhiberi.*
415 *Inſtrumentis duobus diuerſis eodem die confectis, altero in fauorem fiſci, altero in fauorem priuati, vtrum præſumatur prius. & n. ſeq.*
417 *Inſtrumentum dotis concurrens cum alijs inſtrumentis præſumitur in dubio præceſſiſſe alia inſtrumenta.*
418 *Contractus duo inter eaſdẽ perſonas eodẽ die & loco & corã ijſdẽ teſtib. confecti, vnus poſt alterum, cuiuſmodi præſumptionẽ inducant.*
419 *Inueſtituris duabus eodem die factis vtra præualeat.*
420 *Officium à duobus eodem tempore impetratum vtri adiudicari dẽat.*
421 *Electionem vitiari ex incertitudine.*
412 *Venditio, an & quando vitietur ratione incertitudinis, & nu. ſeq.*
424 *Appellationem vitiari ratione incertitudinis.*
425 *Præmium primo ingredienti caſtrum propoſitum, an & cui debeatur, ſi duo ſimul ingreſſi fuerint.*
426 *Brauium propoſitum pluribus capientibus, vt ſit illius qui primus metam attigerit, cui debeatur, ſi duo ſimul ad metam peruenerant & an iterum currere debeant, an illi duo ſoli, qui ſimul ad metam peruenerant.*
427 *Pœna promiſſa à duob. inter ſe, ſi alter alterũ offendẽt, an peti poſſit, ſi ſic mutuo offenderint, & ignoratur, uter prior offenderit alterum.*
428 *Contractum reddi validum ratione incertitudinis, qui aliàs eſſet vſurarius.*
429 *Pecuniam ab aliquo accipiens, vt eum alat toto uitæ tempore, an reſiduum pecuniæ teneatur reſtituere, alumnus prius decedat quàm integra pecunia in eius alimenta ſit conſumpta.*
430 *Pactum factum circa miniſterium aliquod familiæ exhibendum, an ſeruari debeat etiam aucta familia.*
431 *Teſti accuſato de falſo dicente notarium aliter ſcripſiſſe, quàm depoſuerit, an credatur, an potius notario, an vero neutri.*
432 *Teſtes directo contrarios non puniri de falſo, vbi incertum eſt, vter eorum falſum adſtruat.*
433 *Statuti pœnam ceſſare propter incertitudinem delinquentium. num 437. & an id ſit perpetuum. nu. 438.*

434 *Vulnerantes*

434 *Vulnerantes ſe mutuò non puniuntur reſpectu intereſſe partis,ubi incertum eſt,uter alterum aggreſſus ſit.*

435 *Viro atque vxore ſimul pereuntibus præſumi vxorem prius defunctam: ac proinde locum habere ſtipulationem de dote interpoſitam ſub conditione,ſi mulier deceſſerit in matrimonio, & an id ſit perpetuum.num.ſeq.*

439 *Homicidij pœnam ceſſare ubi,quis occiſus eſt ictu lapidis miſſi è domo aliqua in qua plures habitant, ſi incertum ſit à quo lapis miſſus ſit.*

440 *Domo exuſta,ſi incertum ſit,cuius culpa incendium factum ſit, an eo nomine paterfa.ibi habitans damnari debeat.*

441 *Captura perſonæ non debet fieri aut concedi pro debito incerto.*

442 *Clauſula,ſaluo iure calculi,reddit actum, ſuper quo interponitur, incertum.*

443 *Diſiunctiua cauſat incertitudinem.*

444 *Incertitudinem quæ breui tempore venit declaranda, habetur pro certitudine.*

445 *Inſtrumentis eodem die confectis,præſumi in dubio illud præceſſiſſe. quod prius fieri debuit.*

446 *Priuationem in dubio præſumi poſteriorem ipſo habitu.*

447 *Inſtrumentis duobus ſimul concurrentibus, an ſorte dirimi poſſit, vtrum ſit confectum prius.*

449 *Legatum incertum,quibus caſibus ualeat.& nu.451.& 453.*

450 *Stipulationem dotis incertæ valere.*

452 *Libellum incertum ſuper legitima procedere.*

454 *Probare volens intentionem ſuam,quæ probare debeat.*

455 *Comparens ob clauſulam reſcripti,quorum intereſt,debet ante omnia ſummariè probare,quòd ſua interſit.*

456 *Crimen in aliquem intendens cum certa qualitate, debet probare nō ſolum crimen,ſed etiam qualitatem criminis.& num.ſeq. & numero 460.*

458 *Crimen obijciens adiecto loco vel tempore,quo commiſſum eſt, debet condemnari ſi probetur de alio loco vel tempore.*

459 *Qualitatem legis vel ſtatuti probare eum debere, qui ſe fundat ſuper lege vel ſtatuto diſponente cum expreſſione alicuius qualitatis.*

462 *Iudicium ſummarium vigore legis vel ſtatuti cenſetur ſummarium reſpectu dilationum non etiam reſpectu probationum.*

463 *Exceptionem contra perſonas teſtium non admitti in iudicio ſummario.*

464 *Probatio & oblatio eius, qui reiecta dilatione offert ſe incontinenti probaturum,cuius effectus ſit.*

De probationibus. Rub.

Vocem meam exaudi Domine ſecundum miſericordiam tuam,
& ſm iudicium tuum viuifica me.
Ita inquit Dauid Pſalmo 127.Et ſcriptum eſt ab eodem pſalmo 30. Illumina faciem tuam ſuper ſeruū tuū
Domine,& ſaluum me fac in tua miſericordia confidentem: Domine
non confundar, quoniam inuocaui
nomen tuum.Idcirco exemplo ſuo frætus clementiſſimum
Deū ex corde inuoco, vt hac in præſenti rubrica verba mea
dirigat in viam veritatis & ſalutis, vt dicere valeam ea, quæ
maieſtati ſuæ grata ſint,& auditores delectent pariterque in
ſtruant ad laudem & gloriam maieſtatis ſuæ, Amen.Hac bre
ui inuocatione præmiſſa, venio ad rubricam ipſam, in qua,
iuxta morem meum conſuetum, omitto ipſius cōtinuationem tanquam nullius, vel ſaltem modicæ vtilitatis. Et licet
plura & plura dicantur hic à Bal. ſuper hac rub. & etiam ab
alijs,& à Canoniſtis ſuper rubrica, extra eo.attamen ego nō
omnia per eos dicta repetam, nec ſuper illis inſtabo, ſed ſolum tangam ea,quæ mihi videntur vtiliora & digniora, & illis aliqua fortè non incongrua,nec inſuauia addam,ut inf.vi-
1 debitis.† Quæro igitur primò, quid ſit probatio? In quo dicas,ſecundum Bal.hic, & alios poſt gl. ꝙ probatio eſt rei dubiæ per argumenta oſtenſio.Bal.autē impugnat hanc diffinitionem propter verbum,argumenta,quoniam argumentū,
ſecundum eum,propriè eſt Artiſtarum,& non Legiſtarum,
vel tabellionum. Item reprobat etiam eam propter verbū,
rei dubiæ, dicens certum eſt quòd probatio, quæ fit per rei
euidentiam, eſt optima & ſuperlatiua omnium probationum,vt l.ſi irruptione.ff.fi.regun.de qua inf.videbimus Deo
duce.Item dicit,ꝙ notorium eſt ſpecies probationis,non rei
dubiæ,ſed certiſſimæ, in cuius ſcientia non contingit aliquē
dubitare,vt inf.de appel.l.ciues & incolæ.in glo.Ideo dicit, ꝙ
Nico. de Matha.aliter diffinit probationem hoc modo,vide
licet, Probatio eſt extrinſeca demonſtratio rei dubiæ p modos à iure ſtatutos.Sed ipſe Bal.ſimiliter etiam reprobat hāc
diffinitionem propter verbum, extrinſeca, nam ſecundum
eum intrinſeca, quæ ſumitur ab ipſius rei natura & facti euidentia,optima probatio eſt.ergo mala eſt diffinitio ſua.Qua
propter ipſe Bald.reprobatis dictis diffinitionibus diffinit ipſe hoc modo, videlicet, Probatio, eſt fides veri legitimis
modis & temporibus facta cauſæ cognitori. quam diffinitionem tanquam ampliorem teneas, licèt aliæ etiam diffinitiones.ſ.traditæ teneri poſſent, & defendi ab obiectionibus
Bal.circa quod non puto inſtandum, tanquam in diffinitione parum, vel modicū vtilitatis exiſtat. Tu potes tenere quāuis,quia quælibet eſt bona, ſecundum Sali. hic. Quæro vlterius,hæc rubr.hic & in ff.& extra in decretalibus ſituata eſt in
2 plurali.† Ex quo quęro ego,quot ſunt ſpecies probationum.
In quo Nico.de Mata.ſecundum Bal.hic,dixit,ꝙ omnis probatio reducitur ad quinq; modos, qui notātur in hoc verſu.

Vox,ſcriptura,nomen ſacrum,confeſſio,viſus.

Qui verſus exponitur vox.i.per teſtes, qui verè loquuntur
voce,vt inf.de teſti.per totum.& ff.& extra de teſti.Scriptura
exponitur. i. per inſtrumentum publicum, vel per ſcripturā
probatoriam habentem requiſita, iuxta. l. ſcripturas.inf.qui
potio.in pigno. habe. & inf.de fide inſtr.per totum.Nomen
ſacrum exponitur.i.per ſacramentum, vel iuramētum, quia
iuramentum ſacra res eſt,& Deus intelligitur præſens,quando quis iurat,vt in Auth.quib.mod.natu.effi. legi. §. tantum.
Confeſſio autem exponitur,prout ſonat.i. per confeſſionē,
attamen aliqui tenent, ꝙ confeſſio non ſit propriè probatio,de quo infra videbimus.Poſtea ſequitur verbum,viſus,ꝙ
exponitur,i.per inſpectionem oculorum iudicis, quādo partibus monitis debito tempore iudex accedit ad inſpiciendū
rem,de qua lis vertitur,vt habetur in l.ſi irruptione.ff.fini.regun.vel alius accedit coram eo, puta vulneratus, vt videatur
per iudicē cicatrix,vt habetur in l.2.ff.de fer. Sed Bal. hic poſt
iſta dicit,ꝙ omnis probatio reducitur ad decem ſpecies probationum,videlicet per inſtrumenta, per teſtes, per confeſſionem,per iuſiurandum,per rem iudicatam,per rei euidentiam,quæ inducit notorium facti permanentis,per vehemētem omnium opinionem,quę inducit notorium actus non
permanentis.Item per rationem naturalem, vt mors vulnerati,vt habetur in l.ſi quidem.inf.ſolu. matr.Item per rationē
coniecturalem ex coniectura legis,vt ff.de reb.du.l.qui duos.
in fi.Itē per coniecturam hominis,quando ſufficit talis ꝓbatio ex qualitate iudicij,vt ff.ad leg. Aquil.l. in lege Aquilia, ſi
deletum.& l.3.in §.in cauſa.ff.ad Carb. Ita reſidet Bal. hic ſup
hoc.Modò operę pretium eſt,vt videamus de vnoquoq; genere per ſe.Circa quod aduertas, quia circa prædicta genera
3 probationum plura notabilia veniunt dicenda. † Et primò
incipiamus à primo genere.ſ.à probatione,quę fit per inſtrumenta.Circa quod dico,quòd nedum probatio plena fit per
inſtrumenta, ſed etiam ipſum inſtrumentum habens ſua requiſita dicitur probatio probata,& veritas euidens non probanda,ſecundum Bal.in l.quoties.in vltimis verbis. ſ. de iudi.
Bal.in l.2.in 1.colum.ſ.quādo fiſ.vel priua. & in l.pupillus.inf.
de vſur.pu.& Bal in conſi.ſuo 176.incip.quęritur, vtrum &c.
circa fi.in 1.volum.& voluit quidam Mod.Do.Lau. Calca.in
conſi.ſuo 75.incipien.in prædicta cauſa, &c. in 4.col. licèt de
4 prædictis nullam faciat mentionem.† Et dixit Dom.An.in c.
fi.de libel.obla.ꝙ illud,quod apparet ex inſtrumento,dicitur
eſſe certum.& idem dixit Bar.in l. 1. in prin. verſic. venio ad
quęſtiones.ff.de ope.no.nun.& Bal.in l.intereſt.inf.de ſolu.&
faciunt dicta per Ioan. de Ana.in conſi.ſuo 97.incip.in cauſa
iſta,&c.in prin.vbi inter cætera dicit,quòd nihil aliud quæritur,niſi quod dicat inſtrumentum.allegat.l.fi.inf. de fal.cauſa
adiec.lega.[vide Soci.in conſi.46.incip.cum in præſenti.in 2.
colum.& omnino in conſi.ſuo 89.incip. in cauſa.in pen.colum.& Iaſ.in repet.l.admonendi.in 64.colum. ante me. ff. de
5 iureiur.† Et faciūt etiam dicta per Alex. in conſi. ſuo 37.inci.
viſo & opportunè.in 6.colum.in 2.volu. vbi dicit,ꝙ illud,qđ
conſtat per publicum inſtrumentum,dicitur manifeſtum.allegat c.cum olim.de verb.ſigni.& l.fi.cum gl.ſ.de reb.cred.&
Bar.in d.l.1.ff.de oper.no. nun. Et faciunt etiam dicta per Io.
An.in addi.Spec.in tit.de procur. in §. ratione autem formæ.
in addi.incip.videtur autor, &c. vbi ſimiliter dicit, ꝙ inſtrumentum dicitur probatio probata. de quo etiam latius dixi
in l.ſi quis ne quæſtio.ff.de quæſtioni.poſt med.Quæ autē requirantur in ipſo inſtrumento,vt probet, & dicatur probatio probata & veritas euidens non probanda,ut dixi,non explico hic,ſed me remitto ad dicta plenè per ſcriben. inf.de fi.
6 inſtru.& eo.tit.extra,vbi eſt propria materia.† Secundo dicit
Bal. per teſtes. quod intelligas tu de teſtibus omni exceptione maioribus,aliàs non facerent plenam nec ſufficientem ꝓbationem,vt habetur in toto tit.ff.& inf.de teſti.& in l.in bonæfidei.ſ.de iureiur.& in l.admonendi.ff.eo.† Et eo maximè
7

hoc

hoc procedit,quia appellatione probationis,in dubio intelli
gitur ſemper de plena,vt habetur in l. Lucius. ff. de condi.&
demon.pro quo facit.l.1.§.qui in perpetuum,ff. ſi ager vect.
vel emphy.pe.& in l.1.§.biduum. ff. quando appel.ſit, & ha-
betur in c.cum olim.extra de teſti.& facit tex.in §.quoties.In
ſtit.de iure natu.cum ſi.in quib.iuribus habetur,ꝙ verba ſem
per debent accipi in potiori ſignificato, de quo latiſſimè di-
xi in conſi.meo 47.incip.in cauſa appellationis, &c. Cum er-
go appellatione probationis, intelligamus de plena proba-
tione, & plena probatio regulariter non fiat,niſi per teſtes
omni exceptione maiores,vt dixi,ergo probatio, quæ fit per
8 teſtes, debet fieri per teſtes omni exceptione maiores. † Et
hoc tanto magis procederet, quando in lege, vel ſtatuto eſ-
ſent apposita aliqua verba qualificata vel prægnantia,vt puta
ſi diceretur, fiat plena probatio per apertiſſima documenta,
vel pleniſſimè probetur,vel fiat probatio lucida & indubita-
ta,&c.nam tunc requiruntur teſtes omni exceptione maio-
res,nec ſufficeret probatio ſemiplena cum iuramēto.ita no.
Archi.Io.An.& alij in c. pia de except.lib.6. per illum tex. in
verbo,apertiſſimis documentis,&c.& ibi dicunt etiam,ꝙ ta-
li caſu non ſufficeret probatio per vnum teſtem cum fama,
allegant Spec.in tit.de noto.crimi.§.fama.ver. quid ſi agenti.
quem etiam allegat Archi.idem tenens in §.item ſæpe.4.q.3.
quod etiam no. Abb.in c.cum dilectus. in 24. colum. ver.ad-
uerte.de or.cog. Et ad hoc eſt glo.3.in l. non eſt veriſimile.ff.
quod metus cauſa.& voluit Dom. Feli.referens quamplures
alios ad hoc in rub.extra eo.in 3.colum.ver.tertia concluſio.
9 & in uer.ibi ſequen. † Sed iſtam cōcluſionem ego limito &
reſtringo duob. modis.Et primò, niſi ſubiecta materia aliud
requireret, vel niſi ſecundum ſubiectam materiam plena ꝓ-
batio à communiter accidentibus fieri non poſſet, quia tūc
licet lex vel ſtatutum loquatur per quæcunq; verba qualifi-
cata vel prægnantia, attamen valebit probatio talis qualis fie
ri poteſt à cōmuniter accidentibus in ſimilibus rebus. [Ad-
de Alex.in conſi.77.incip.in cauſa &c.in 7.volum.] Exemplū
poteſt poni,lege vel ſtatuto cauetur,ꝙ ſi fiat plena probatio
adulterij,mulier perdat dotem,& actionem ipſius dotis.Cer
tè iſto caſu ſi fiet probatio per maritum de adulterio plena,
prout materia adulterij patitur, dicetur ſatisfactum ſtatuto
10 vel legi. † Et quoniam adulterium non poteſt directè & ſpe-
cificè ac plenè probari,vt habetur in c. præterea. vbi per om-
nes ſcriben.extra de teſti.& in c.tertio loco.de prȩſump.& in
c.cum cauſam.extra eo.de proba.& per D. An.& alios in c.1.
& in c.ſignificaſti.de adulter.& per Bal.in c.j.in 7.col.ver. quȩ
ro nunquid ſit idem dicere &c. quibus caſibus feud. amit.&
per D.Alex.in l.2.in §.fi.ff.de adulter.& in l. capite quinto.eo.
tit.& per gl.& Doct.in l. quod ait lex.ff.eo.de adulter.cum ſi.
ſufficit ergo probatio adulterij per coniecturas & per præ-
ſumptiones,cum aliter à communiter accidentibus nō poſ-
ſit fieri probatio adulterij directè, ſed ſufficiant coniecturæ
& præſumptiones,vt puta videre nudum cum nuda, vel ſo-
lum cum ſola ſe deoſculantes & amplectentes,vt volunt Do
11 cto.in dictis locis.† Et poteſt etiam poni exemplum in pro-
batione filiationis, quæ ſecundum Doct. directè probari nō
poteſt, vt habetur in l.Titius. ff. de condi.& demonſtr.& ibi
glo.& Docto.in l.filium diffinimus.ff. de his, qui ſunt ſui,vel
alieni iuris,& per Bar. in l. 1. in §. idem per contrarium. ff.de
lib.agno.& in l.1.inf.quorum bonorū,& per eundem Bar.in
l.de minore.in §.plurium.ff.de quæſtioni.& per Dom. Alex.
in conſilio ſuo 51. incip.viſo & diſcuſſo,in 1.& 2.col.in 1.vo-
lum.& in conſilio ſuo 90.incip.in cauſa, &c.in penult. col.&
per Bar.in trac.de tyran.in penul.colum. & per Abb. in con-
ſil.ſuo 106. incip. proceſſu & actitatis &c. circa medium, &
habetur in c.Michael.extra de fil. presbytero. vbi per omnes
ſcribentes,& per Pau.de Caſt.in conſi.175.inc. ſuper primo,
in pen.& vlt. col. Dicta ergo probatio filiationis ſufficiet, ſi
fiet per famam viciniæ,vel per præſumptiones reſultantes ex
eo, quia pater nominabat talem pro filio, vel per ſimilia, vt
volunt Doc.in dictis locis, quia à communiter accidentibus
non poteſt aliter probari ipſa filiatio. Et ideo dixit Bal. mul-
tum ſingulariter in d.l.filium diffinimus.in 2. colum.quod ſi
teſtis dicit,ſcio pro certo quòd A.eſt filius,B.an probet.& di
cit,videtur quod non, quia dicit impoſſibile. attamen con-
trarium dicit eſſe verius, quia intelligitur de ea certitudine,
quæ communiter haberi poteſt per præſumptiones homi-
num & legum,ſecundum Iac.de Rauen.& Cyn.arg. l. ſi quis
12 venditor.ff.de ædil. edic. † & dicit,quòd certus dicitur eſſe il-
le, cuius animus in contrarium nulla ratione poteſt inclina-
ri,& idem dixit ipſe Bal.in conſi.ſuo 59.incip. verba Dy.in 3.
volum. & poſſent etiam poni alia exempla, quæ breuitatis
cauſa omitto. Et ad prædicta etiam faciunt dicta per Pau. de
Caſt.in conſi.ſuo 175.incip.ſuper primo &c. in pen.& vlt.col.

vbi omnino videas,& faciunt dicta per Bal.in c.per tuas.in 2.
colum.verſicu.opponitur.extra eo. de probationibus.vbi di-
xit,quòd illud,quod non poteſt probari per rerum naturam
13 clarè,probatur argumentis & indicijs.† Item pro hac mea li-
mitatione facit optimè illud,quòd dicitur,videlicet quod te
ſtis de credulitate deponens non probat, vt habetur per Cy.
& alios poſt gl.in l.teſtium. inf. de teſtibus. & per Spec.in tit.
de teſte.§.1.uerſ. item quod depoſuit de credulitate,& habe
tur in l.2.in §.idem Labeo. ff. de aqua pluu.arcen. cum ſimi.
14 † tamen hoc fallit, niſi tractetur de materia certitudinaliter
non cognoſcibili,quia quando tractatur de tali materia, tūc
teſtes de credulitate deponentes probant. ita no. dixit Cy.&
Bal.in d.l.teſtium.& Io.An.in addi. Spec.in tit. de teſte.in §.1.
verſic.item quod depoſuit de credulitate, & Dom. An.in c.
quoſdam.in fi.de præſump.& Bar.in l.in ſumma. §. Labeo.ff.
de aqua plu.arcen.& D.An.& Abb.in c.quoties.de teſtib.&
voluit Dom.An.per illum textum,in c.in literis.de prȩſump.
& in c.tertio loco.eo.tit.& Bal.in l.ſolam.in 5.quæſtio.de te-
ſtib.Pro quib. facit tex.quem ibi no. Dominus An. in c.vni-
co.extra de ſcrutinio. in verſi. inquantum humana fragilitas
noſſe ſinit &c.Et facit ſingulare verbum Bar.in conſi.ſuo in-
cip.Raynutius Petri &c.vbi dixit, quòd licet teſtis deponens
de credulitate non probet,tamen iſtud fallit in teſte deponē
te, quòd aliquis occiderit vel vulnerauerit aliquem ad ſuam
defenſionem ſuo credere, quia hoc caſu talis teſtis ꝓbat.Ita
ſingu.dixit Bar.in d.conſi.ſuo incip.Raynutius Petri &c. quē
refert & ſequitur Do.Alex.in conſi.ſuo 76.incip. Viſa inqui-
ſitione &c.in vlt.colum.in fi.in 1. volum. & in conſi. ſuo 19.
incip.viſis,& vt oportet &c.in 3. char. in 1. colum.in eo.volu.
quod etiam videtur velle Bal. in l.ſolam.in vlt. colum. inf. de
teſti.& ibi Sali.poſt eum in 3. colum. vbi ambo allegant Bar.
in d.ſuo cōſi.de quo latius locutus ſum in ſingulari meo 19.
incip.tu ſcis clarum eſſe &c. vbi videas. pro quibus etiam fa-
ciunt optime dicta per Pau.de Caſt.in d.conſi. 175. incip.ſu-
per primo.in pen.& vlt.col.& per Bal.in d.c.per tuas.in 2.col.
15 † Et ex iſtis & ex alijs infra dicendis præſentialiter ego requi
ſitus conſulo in contingentia facti in hac ciuitate ſuper quo
dam dubio. Nā extat hic Bononiæ quoddam ſtatutum ſub
rub.de dotibus reſtituendis.in §.præterea ſtatuimus. quo ca-
uetur, quod ſi quis perceperit fructus & reditus quoſcunq;
ex rebus paraphernalibus vxoris ſuæ volente ipſa vxore ſua,
non poſſit ipſa vel eius hæres ipſos fructus vel reditus pete-
re vel æſtimationem ipſorum,quæ volūtas præſumitur ſem-
per,niſi voluntas contraria legitimè probetur,& iſta ſunt for
malia verba dicti ſtatuti.Ego dico in ipſo conſilio, quòd di-
citur legitimè probata dicta contraria voluntas vxoris ſi pro
betur illa per coniecturas, vel indicia, vel per domeſticos &
familiares ipſorum mariti & vxoris. Ratio eſt, quia à cōmu-
niter accidentibus ea,quæ fiunt inter eos, probantur per fa-
miliares ipſorum mariti & vxoris domeſticos, & non per te
ſtes omni exceptione maiores, quoniam eſſet quaſi impoſ-
ſibile talia probare, & ideo in tali caſu talis probatio dicetur
legitima,& erit ſatisfactum ſtatuto, & ſic concludo,quòd ip
ſe hæres tenebitur reſtituere dictos fructus rerum parapher-
16 nalium vxori.† Pro quibus faciunt, quæ dici conſueuerunt à
Doctoribus,videlicet quod vbi materia eſt de ſui natura dif-
ficilis probationis, lex eſt contenta ea probatione, quæ fieri
poteſt.ita dixit Bar.quem ſecuitur ibi Imo. in l.illa. in fine.ff.
de verb.obliga.per tex.in l.non omnis.in §. à barbaris.ff.de re
milit.& no. Bar.in l.ſi quis ex argentarijs. §. penul. ff. de eden.
& Bal.in auth.quas actiones.in vlt.colum. C. de ſacroſan.eccl.
& in l.fi.in §.licentia.in 2.not.inf.de iure delibe. & in l.obſer-
uare.in §. proficiſci. in 8. colum. ff. de offic.proconſul.& vo-
luit Dom.Feli.in c.veniens.il 2.in prin.10. colum. de teſti.vbi
17 etiam aliqua alia pro hac parte adducit. † Pro quibus etiam
optimè facit;nam verba in dubio ſunt intelligenda ſecundū
ſubiectam materiam.l.ſi ex legati cauſa.ff.de verb.obliga.l.ſti
pulatus.ff.de vſuris.l.ſi vno.ff. locati. imo vt verba intelligan-
tur ſecundum ſubiectam materiā debent ipſa verba impro-
priari.l.ſed ſi poſſeſſori.§.ſed ſi rerum. ff. de iureiur. & voluit
gl.in l.ſi mandato Titij.§.Paulus reſpondet.ff.manda.de quo
per Io.de Ana.in conſi.ſuo 60. incipiente, in quæſtione iſta
&c.in fi.& per Io.de Imo.in conſi. ſuo 141. incip. viſis &c.in
fin. ad quod etiam videas omnino Pau. de Caſt. optimè lo-
quentem in conſilio ſuo 82.incip. viſis his &c. in vltima col.
18 † Pro quibus etiam vltra prædicta facit, quod dicitur de per
ſonis,videlicet ꝙ verba uel ſermo relatus ad perſonam, de-
bet intelligi ſecundum conditionem perſonæ, ut eſt tex.in
l.plenum.in §.equitij.ff.de uſu & habi.& in l.ſi quis filio exhæ
redato.in §.irritum.ff.de iniuſto teſtamento.& in l.ſed ſi qd.
in §.mācipiorum.ff.de uſu.& in c.ſolitæ. de maiori. & obed.
& in c.cum de beneficio.de præben. in 6. Et ideo dixit Bal.in
d.§.equi-

d.§.equitij. quòd ſi teſtator legat vxori ſuę lectum,non debebit habere cultram ſirici: quia non conuenit conditioni viduarum,quod etiam voluit ipſe Bal.in l. in legatis.inf.de leg.

Et dixit Bal.in c.dilecti.circa prin.extra de iudi.ꝙ vbi offertur libellus coram imperitis, debet offerri vulgariter ſecundum eorum conditionem. Et dixit Bal.in l. ex militari.per illum tex.ff.de teſtamen.mili.ꝙ ſi Papa concedit epiſcopo tẽpore interdicti quod poſſit dicere miſſam,quod intelligitur
19 in actu pontificali ſecundum ſuam conditionem. † Et dixit Bar.in l.ſi non ſortem.in §.libertus.in 5.col.verſi.& prædicta faciunt &c.ff.de condictione indebiti.ꝙ ſtãte ſtatuto, ꝙ quilibet debeat ire armatus in platea, intelligitur ſ'm cõditionẽ pſonarum,& ſic vt miles vadat equeſter, & ciuis pedeſter,& ibi ſubdit quòd tali caſu baliſtarius debebit ire armatus cum baliſta:& ſic ſecundum cõditionem perſonæ ſuæ, & non cũ alijs armis.& idem dixit Io.de Ana.in c.porro.in vlt. colum. de cle.pugnan.in duel.& in rubr. de ſagitta. in fi.& idem voluit Bal.in l.liberti.in 5.colum.verſic.dubitatur ſi eſt bonum
20 &c.ſ.de ope.liber.† Et facit etiam.nam ille,cui legata ſunt alimenta,debet etiam habere equum,ſi eſt infirmus,& nõ poſſit ire pedeſter. ita voluit Bal.in l.ſolent.in §.fi.circa prin.ff.de offic.proconſul.& etiam voluit Saly.in l.quoniam liberi.poſt prin. infrà de teſtibus. Pro quibus faciunt dicta per Ludou. Roma.in ſingu.ſuo 293.incip. legauit &c. & per Dom. Alex.
21 in l.qui inſulam.poſt principium.ff. de verb. oblig. † Ad quæ etiam addi poteſt gl. no. in l. idemque. in §. idem Labeo.ff. manda. & facit tex. in §.criminis.25.diſtinctio.vbi habetur,ꝙ cibaria debent dari pauperi non delicata nec ſumptuoſa,& contra faciens peccat venialiter. Et facit tex.in c. quæſtiones. de ſimo.& gl.in l.ſed ſi ſuſceperit. ff. de iudi. Et faciunt dicta per Bal.in l. 1.in fi.infrà de verborum ſignifica.vbi dixit,quòd ſi teſtator mãdat veſtiri viduam,intelligatur de veſte viduali. Et faciunt dicta per eundem in l.prima.ad fi.infrà de lega.& facit dictum Io.de Imo.& Dom.Feli.ibi in prin. in c.innouamus. de treuga. & pace. vbi dixit quòd ſi datꝰ alicui ſecuritas, vt poſſit venire ad ciuitatem,& ipſe non poſſit venire niſi cũ equo, quod tũc intelligitur data etiam ſibi ſecuritas ꝓ equo. Et facit gl. in l. ſeruis vrbanis. ff. de legat. tertio. quæ dixit,ꝙ ruſtici non vtuntur pane albo,ſed groſſo,nec vtuntur pullis vel alijs delicatis cibis,ſed vtuntur caſeo,cepis, & fabis. Et faciunt etiam optimè dicta per Dom.Feli.in c. cum omnes.in 19.colum.in fi.de conſtit.& in c.ſedes apoſtolica. in princ.& in 11.columna.de reſcriptis.& in c.cauſam quæ.in 12.colum. eodem titulo.& in c.per tuas.in ſecunda colum. verſi.limita tertio.de maio.& obe.& in d.c.innouamus.in princip.& ibi etiam in tertia colum.in verſicu.fallit ſecundo &c. & in c.in
22 noſtra.in 17.colum.de reſcript.† Modò ad principale propoſitum, cum verba debeant intelligi ſecũdum ſubiectam materiam,& etiam ſecundum ſubiectam perſonam,vt in dictis iuribus,merito eſt dicendum, quòd lex vel ſtatutum faciens mentionem de plena probatione debebit intelligi ſecundũ
23 ſubiectam materiam vt dixi.† Pro quibus etiam facit gl.coniuncta tex.in l.Gallus.in §.quidam rectè.ff.de liberis & poſth. per quam dixit ibi Bal.in ſecunda colum. verſic. nota etiam &c.quòd ſi ſtatuto cauetur,quod debeat poſitioni ſimpliciter reſponderi, quòd poterit tamen reſponſio conditionari ſecundum naturam rei vel actus. quod eſt nota. pro ſtatuto mercantiæ hic Bononiæ, in quo eo modo cauetur. Nec habet obſtare,ſi dicatur,imo ſemper non attenta ſubiecta materia debet fieri plena probatio per teſtes omni exceptione maiores vbi fit mentio plenę probationis;vel vbi ſunt aliqua verba qualificatiua, vel prægnantia, quia ſi aliter diceremus, ſequeretꝰ, quòd talia verba plena, liquida,ltĩma, lucida ꝓbatio,vel ſimilia verba eſſent ſuperfluè poſita,& nihil operarentur,quod non eſt dicendum,iuxta ea, quæ habentur in §.quibus.ſ.in proœmio.& in l.ampliorem.§. in refutatorijs.inf.de
24 appel.& in c.ſi Romanorum. 19.diſtinct.† imo vnumquodque verbum etiam minimum poſitum in lege vel ſtatuto intelligitur eſſe poſitum cum miniſterio aliquid operandi, vt dixit Bal.in rub.1.de contrahen.emp. in 9. q. quod dictum refert & ſequitur Dom. Alex.in conſi.ſuo 151.incip.viſo themate.in 2.colum. & in conſi. 157. incip. in cauſa & lite. in 3. colum.& in conſi.133.incip.ſuper quæſitis.in fi. in 5. volum. & Alex.in conſi.ſuo 78.incip.viſis &c.circa medium.in 5.vo-
25 lum.& Io.de Ana.in conſi.ſuo 98.incip.viſis &c.in fi.† Quinimo dixit multum no.Dom.Feli.in c.poſtulaſti.in 11.colum. de reſcrip.quòd licet argumentum à cõtrario ſenſu, non debeat ſumi,quando reſultat abſurdum, iuxta gl. in c. ſignificaſti.de foro competenti. cum ſimilibus. attamen debet ſumi argumentum à contrario ſenſu,non obſtante quòd reſultet abſurditas, quando ſi non ſumeretur, verba nihil operarentur.l. nulla ſ. de epiſcop.& cle.& ibi glo.iuncta authen.diaconiſſa,ibi poſita.de quo facit ibi feſtum Fulgo. ſecundum eũ, & Ludou.Roma.in l.ſi cum dotem.in princip. ff. ſolu. matr. de quo etiam per ipſum Do. Feli. in d. c. ſignificaſti. de foro competen.& per Dom.Alex.in auth.ex teſtamento.in prin. infrà de collatio.& per me in conſilio meo 408. incipien.in
26 cauſa & lite.in 3.char Ergo per prædicta † videtur dicẽdum, quòd propter dicta verba,legitima probatio, vel ſimilia, ne ſint ſuperflue poſita in ſtatuto,quòd requiratur probatio ꝑ teſtes omni exceptione maiores in caſu prædicto. Quia reſpondeo,quod dicta verba,plena,liquida,legitima probatio, & ſimi.non ſunt ſuperflua nec ſuperfluè poſita, ſed imo operantꝰ,nã operantꝰ, vbi poſſunt operari, & vbi ſumus in caſu,in quo poſſunt operari: ſed vbi ſumus in caſu,in quo nõ poſſũt operari,tũ non operantur,nec per hoc ſequitꝰ,nec dici põt,ꝙ dicta verba ſint ſuperfluè poſita, qꝛ ſi eſſent ſuperfluè poſita, nũquã operarentur,ſed poſtquàm quandoq; operantur, nõ poſſunt dici ſuperflua,nec ſuperfluè poſita, & ſi volumus,ꝙ ſemper operarentur, & quòd deberet ſemper fieri plena ꝓbatio in caſibus, in quibus à communiter accidentibus fieri non poteſt, eſſet anguſtare probationes. contra l. quoniã. ſuprà, de hæreti. & eſſet dicere quod lex vel ſtatutum contineret impoſſibilitatem,& ſic non valeret,ut in §.erit autem lex.4.diſtin.c.cum ſimi.tene menti prædicta tanquam quoti-
27 diana & notabilia. † Secundo modo limito concluſionem ſupradictam,ſcilicet quòd requiratur plena probatio, quando verba legis vel ſtatuti hoc important:fallit,niſi eſſemus in caſu parui præiudicij,quia tunc non oportebit facere fidem plenis documentis,ſecundum Pau.de Leaza.in cle.conſtitutionem.de electio.quem ibi refert Cardina.& Pet. de Anch. quod ad hoc refert & ſequitur D. Feli. in rubr.extra eo.in 3. col.verſi.ſecundo limita &c.pro quo facit tex.ſecundum eũ in l.theſaurus. ff. ad exhiben. & tex. in c. ſuper eo. de paroch. & facit in argu.l.ſcio.ff.de in integrũ reſtitu. & l.omnino. ff.
28 de impen. † Vlterius circa hanc ſpeciẽ probationis fiendam per teſtes,quæro,an iſta probatio ꝑ teſtes poſſit fieri de quacunq; re,& admittatur in quocunq; caſu.in quo breuiter dicas,ꝙ nõ,nam plures ſunt caſus,in quib.non valet celebratio actus ſine ſcriptura,& in quib. non admittitur probatio niſi per ſcripturã,de quib.caſib.habetur per Spec.in tit.de inſtrumen.editio.§.reſtat.in 5.col.verſi.ſed ſi alij, & per gl. in c.1.in verbo,in ſcriptis.de cenſib.li.6.& habetur per ſcriben.in l.ſingularia.ff.ſi cert.pet.& per Lud.Rom.in conſi.ſuo 103. incip.
29 viſo propoſitæ quęſtionis &c.circa mediũ. † Sed vltra caſus enumeratos in dictis locis ego addo,ꝙ acta iudicij debent ꝓbari per ſcripturam, vt habetur in c. qm̃ cõtra. extra eodem. licet Innoc.ibi teneat contrarium, & habetur in l. curent.cũ ibi no.ff.de teſtibus,& in l.ne in arbitris,& ibi Bar. ſ. de arbi. & voluit Iac.de Beluiſio in Authen. vt in medio litis. in fi.& legi.& nota. in l. emancipatione. infra de fide inſtrumen. & declarat Bal.in l.2.in quarta col.infrà, de re iudica. & in l.litigatoribus.infrà,de appellatio.de quo etiam per Bald. in l.2.ſ. de edendo.& per D.Alex.in conſi.ſuo 73.incip.viſo teſtamẽ-
30 to.in 5.col. in primo volu.† Et idem etiam dicas in miſſione in poſſeſſionem authoritate iudicis, nam ad eius validitatẽ & probationem requiritur ſcriptura,vt no. Bal. in l.fi. verſic.
31 octauo quæro. infrà de edic. diui Adria. tollen.† Item matrimonium nobilium virorum requirit ſcripturã, quia non poteſt probari niſi per inſtrumentum.ita dicit Bal.in l.ſi qua
32 per calumniam.in vltimis verbis.ſ.de epiſco.& cle.† Item ſolutio canonis pub.non poteſt probari niſi per ſcripturam,ſe
33 cundum gl. & Bar. in l.1. infra de apochis pub.lib. 10.† Item vbi conceditur iuriſdictio ordinaria debet in ſcriptis redigi, aliàs non eſſet ordinaria.ita dixit Bal.in l.prohibitum,in 3.colum.infra de iure fiſci,lib.10.ad quod allegat.§. hæc autem.in
34 Auth.vt iud.ſine quoquo ſuffra.† An autem ſtatutum poſſit probari per teſtes,vel requiratur ſcriptura ad eius eſſentiam, validitatem,vel probationem,vide Bal.in l.imò magnæ.ff.de leg.& in l.humanum.ſuprà eodem, de legi.in fi.verſic.quæro tertio &c. ubi tenet,quòd in eo ſcriptura requiritur ratione obſeruantiæ, non ratione formæ.ad quod uide etiam Albe. de Roſa.in prima parte ſtatuto.in quæſt.125. incipiente, ſed
35 nunquid ſcriptura. † Quid autem in gratijs principum uel inferiorum,an ad earum ualiditatem uel ꝓbationem requiratur ſcriptura.Bal.in d.l.humanum.in fi.tenet quòd non requiratur ſcriptura ad eſſe gratiæ, ſed ad probationem ipſius bene requiritur ſcriptura.& idem dicit ipſe Bal. in l. ſi qua ꝑ calumniam.in ult.colum.ſuprà, de epiſc. & cleri. & dicit Bal. in l.fi.infrà,ſenten.reſcin.non poſ.quòd gratia fit ſtatim emiſſo uerbo uiuæ uocis, & gratia ipſa eſt perfecta quantum ad quidditatem & ſubſtantiam gratiæ.& uide glo.& ibi Dominicum in c.pen.de reſcript.in ſexto.in uerbo,ſi non apparet qui dicit, quòd gratia facta per Papam alicui poteſt probari

ſinę

36 ſine literis,quam glo.dicit ibi Dominicus ſingularem. † Te-
neas tamen perpetuo menti,quòd quando à principe vel ab
inferiori fit aliquid ex certa ſcientia, quòd talis ſcientia non
poteſt probari per teſtes,ſed requirit ſcripturam. ita dixit gl.
reputa.ſingu.in c.ſtatutum.in verbo,literas.de reſcri.in ſexto.
& in clemen.fi.eodem titu.quas gl. refert & ſequitur Domi.
Bartho.Soci.in conſ.ſuo 59 incipien, viſo elegantiſſimo &c.
in fi. & ibi adducit Docto. in pluribus locis ſequentes dictas
37 gl.& hoc tenentes, de quibus ibi per eum.† Quid autem in
emancipatione vel manumiſſione, vide per Docto. in l.
emancipatione.inf.de fide inſtru. & in l. poſt mortem. ff. de
38 adop.& in l.actus.& ibi Bal.ſ.de ferijs.† Quid autē in manda-
to procuratoris,an requirat ſcripturam,vide Docto. in l.1.ſ.
de procurat.& Cano.in c.alia.de procura.vbi latè per Barb.&
per Bal.in l.geſta.in 3.col.infrà, de re iudi. & Bar. in c. cum in
iure.in 16.colum.de offi.delega. per Bal.in l.1.ff.de procu.per
Spec.in tit.de procu.§.ratione autem.in 1.col. vbi Io.And.in
addi.magna.& Bal.in l.non ſolum. in §. qui alieno. in fi. ff. de
procur.& in l.falſus.infrà de fur. in quibus locis Doct. cōclu-
dūt,quod mandatum procuratoris poſſit probari per teſtes,
39 & ꝙ neceſſario non requiratur ſcriptura.† Et idē dicas eſſe in
priuilegio doctoratus, quoniam tale priuilegium doctora-
tus poterit probari per teſtes,ſaltem per eos qui interfuerūt
publico conuentui,ſecundum Bal.in l.ſolennibus.inf.de fide
inſtrumen. & Barba. in d. c. alia quod facit pro Doctoribus
qui nō habent ſecum priuilegium ſui doctoratus in ſcriptis
ꝙ poſſint doctoratum ſuū ꝓbare per teſtes, quod alias ego
40 vidi in facto.† Teneas tamen menti perpetuò ꝙ licet vt pro
xime dixi mandatum procuratoris neceſſario non requirat
ſcripturam ſed poſſit probari per teſtes,tamen iſtud fallit in
procuratore ad exigendum & recipiendum pecuniam,quia
iſto caſu mandatum ſuum debet probari per inſtrumentū,
& non poteſt probari per teſtes.ita ſingulariter dixit Bal.in l.
falſus.in pen.col.verſi.ſcias tamen &c. inf. de furtis. quod di-
ctum pro not.refert & ſequitur Do.Fran.de Cre.in notabili
41 ſuo.134.incipien.ſi procurator &c.† Item etiam in feudi cō-
ceſſione non requiritur ſcriptura,ſed ſufficiunt teſtes,ſecun-
dum Bal.in rub.ſ.de conditio.ex lege.in vlt.col.verſi.quæro
quid in contractu emphyteutico. ſecundum glo. in d. c. 1.de
cenſi.in ſexto.& Spec.in dicto tit.de inſtru.edit. in §. reſtat.in
dicto ver.ſed ſi alij.de quibus omnibus dixi legendo in l.con
42 trahitur.ff. de pigno.& in l teſtium.infrà de teſtibus.† Modò
circa hanc materiam & hanc ſpeciem probationis fiendæ ꝑ
teſtes,operæ pretium eſt quærere de notabili & multū quo-
tidiana quæſtione,videlicet pone,ſtatuto cauetur, vt eſt hic
Bononię & in pluribus ciuitatibus Italię,in quibus fui rector
& officialis,ꝙ venditio,vel alienatio, vel contractus,vel quid
aliud excedens ſummam centum aureorum vel centum li-
brarum,nō poſſit probari per teſtes, ſed ſolum per inſtrumē
tum,vtrum hoc caſu poſſit aliquo modo fieri probatio per
43 teſtes non obſtante ſtatuto?† circa quod mihi videtur primo
quærendū,vtrum valeat dictum ſtatutum necne.in quo bre
uiter dicas,ꝙ tale ſtatutum valet,ſm Iac.Butri. Bart. & Mod.
in l.certi condictio.§.quoniam.ff.ſi cert.peta.& Io.And.in ad
ditio.Spec.in tit.de fruc.& intereſſe.§.ſi.in additio.inci.Dom.
Iac.Butr. & Bal. in repetitio.l.1. ff. de legatis ſecundo. & Sali.
in auth.caſſa.in antepenul.col.ſ.de ſacroſanc. eccle.& Pet.de
Anch.in c.canonum ſtatuta.verſic. circa iſtam oſtenſionem.
de conſtit. & voluit Ray.de Forli. in l.cum quædam puella.§.
fi.ff.de iuriſdi.omnium iudi.[vide Dom.Philip.Dec. in con-
ſi.11.incip.quoniam.in 3.col.] Et voluit D.Alex.referens præ
dictos Docto. ad hoc in conſi. ſuo 292. ſecundum ordinem
meum.incip.viſo proceſſu.in 1.col.& in cōſi.ſuo 36. incip.vi-
ſo proceſſu &c.in 1.& 2.col.in 5. vol. qđ eſt vnum met con-
ſiliū cum prædicto,ſed eſt bis impreſſum.& idem firmat ipſe
D.Alex.in cōſi.ſuo 5.incip.in cauſa & lite.in eodem. 5. vol. in
1.col.in quibus cōſilijs dicit non eſſe abſonum nec inconue-
niens, quòd dictum ſtatutum valeat. quoniam videmus, ꝙ
lex ciuilis in multis caſibus hoc idem diſponit, ſcilicet quod
probatio nō poſſit fieri per teſtes,ſed ſolum per ſcripturam,
vt patet in l.generaliter.infrà de non nu.pecu.in auth.ſed no-
uo iure.ſ.ſi cer.pet.in authen.hoc ius porrectum. ſ.de ſacro-
ſan.eccle.in l.iubemus.§.fi.eo.tit.in l.teſtium.infrà, de teſti.&
in l.3.ſ.ſi mi.ſe maio.dixerit. & in c. 1. de cenſi. in ſexto. cum
concordantijs ibi in gl. poſitis, ſed ſi fieri poteſt hoc per le-
gem,ergo & per ſtatutum.l.de quibus.ff.de legi.l.non impoſ
ſibile.ff.de pactis. Bart. in l. omnes populi.in 3.q.principali.ff.
de iuſti. & iure. item ꝙ tale ſtatutum valeat, fuit de mente
Ioan.And.in additio.Specu.in titu.de inſtrumen.edi.§.com-
pendioſè.ver.ſed nunquid.de conſue. & Dom. Anto. in c. 2.
44 extra eo.de proba.† Sed in contrariam opinionem,quòd ta-
le ſtatutum non valeat,fortiter obſtat gl.nota. in Authen.vt
ſine prohi.ma.debit. in §. propterea.in gl. magna. quæ dicit,
quòd non valet pactum partium,quòd nō poſſit probari ſo-
lutio niſi per ſcripturam.quam gl. ibi approbat Ang.& illam
ſequitur Imo.in c.ſi diligenti.in 3. colum. de foro compe.&
ibi Dom.Ant.& Abb.in 5.colum.& Imo.in c.2.extra eodem
de probatio.& Dom. Flo. in l. 1. circa principium.ff.de teſti-
bus,& in l.in lege Aquilia ſi deletum.ff. ad legem Aquiliam,
& Bal.Ang. & Pau. de Caſt. in l. pactum inter hæredem.ff.de
pact.Hoſtiē.in ſumma,de renuncia.§.quæ poſſunt.verſi.quid
de pacto.& Pau.de Caſt.in l.fi.ff.de preto.ſtipu.Bar.& Ang.in
authen.iubemus.ſ.de iud.& Bal.qui dicit eam ſingu. in con-
ſi.ſuo 216.incipien.punctus ſuper quo &c.in 4.volum.& iſta
eſt communis opinio ſecundum Imo.in d.c.ſi diligenti.quā
firmat Dominus Barto.Cepo.in cautela ſua.253.incip.dubita
ri poteſt.vbi etiam allegat Specu.in titu.de probatio.§.viden
dum reſtat.verſicu. ſed quid ſi debitor iurauit ſe non proba-
turum niſi per inſtrumentum,quòd tale iuramētum erit ſer-
uandum.per c.ſi vero.de iureiuran. & illud quod tenet dicta
gl.tenuit etiam Lappus & Dominicus in c. quamuis.de pact.
in ſexto.& Dom.Alex.in conſi. ſuo 102. incip. viſo proceſſu.
45 in fine.† Item pro dicta gl.facit, quòd voluit Specu. in d.§.vi-
dendum reſtat.verſicu.ſed pone quod in inſtrumento.vbi di
cit,quòd ſi in inſtrumento debiti dictum eſt,quòd non poſ-
ſit probari ſolutio debiti,nec pactum de non petendo debi-
tum,vel eius partem,niſi per inſtrumentum redditum debi-
tori cancellatum, vel per aliam chartam factam ſuꝑ ſolutio-
ne manu alterius legalis notarij,quòd attamen etiam iſto ca
ſu poterit fieri ꝓbatio ſolutionis per teſtes,quia tale pactum
eſt contra iura, quæ nolunt probationis copiam anguſtari,
vt l.quoniam.ſ.de hæreti.& 14.q.3.c.quamquam.& ideo tale
pactum non valet,vt in c.ſi diligenti.de foro competen. pro
quo etiam plura alia allegat,de quibus ibi per eum,& hoc di
ctum Spec.refert & approbat ibi Bal. in additio. parua,incip.
46 licet quis &c. † Sed validum eſt argumentum de pacto ad
ſtatutum,vt eſt gl.reputata ſingu. in rub.infrà,de decretis de-
curio.lib.10.de quo etiam habetur in l. domini prædiorum,
infrà,de agrico.& cenſit.lib.11.ſi ergo non valet pactum, qđ
non poſſit probari niſi per ſcripturam, & non per teſtes, er-
go nec etiam valebit ſtatutum prohibens probationem fie-
47 ri per teſtes.† Sed iſtis tamen non obſtantibus teneas primā
opinio. ſcilicet quòd ſtatutum prohibens probationem fie-
ri per teſtes, ſed ſolum per inſtrumentum valeat. nec ad hoc
obſtat gl.in dicta rubr.infrà,de decre.decurio.quia illa nō eſt
vera,ſed reprobatur à Doctoribus, maximè à Ioan. And.in
c.ſi de conſuetudine,& à Bar.in d.rubr.de decre.decurio.& à
48 Dom.Alex.ibi,q adducit alias gl.pro & contra.† Præterea cō-
tra gl in dicta Auth. vt ſine prohibit. mat. debi. vel credi.quę
vult, quòd non valeat pactum,quòd nō poſſit fieri probatio
niſi per inſtrumentum,eſt text.expreſſus in l. cōtractus.infrà,
de fide inſtrumen.vbi patet valere pactum, quod requiratur
ſcriptura ad validitatem probationis.quod etiam voluit Spe
cu.in titu.de probatio.§. fi. ver. ſed pone quòd inſtrumento
debiti,& ibi Ioan.And. & hanc partem tenent Canoniſtę in
d.c.ſi diligenti.de foro competen.& Dom.Alex. eos referēs
in conſi.ſuo 50.incipien.in cauſa & lite.in 1.colum. in 5. vo-
lum.ſi ergo poteſt fieri per pactum, ergo & per ſtatutum,ſe-
cundum gl.in dicta rubr.infrà de decre. decurio. quæ proce-
dit affirmatiuè,non autem negatiuè,videlicet poteſt fieri per
pactum tale quid,ergo & per ſtatutum.non autem procedit
negatiuè, videlicet non poteſt tale quid fieri per pactum,er-
go nec per ſtatutum.ita dixit Do. Alex. in dicta rub. infrà,de
decre. decurio. vbi pro hoc quod procedat argumen. dictæ
gl.affirmatiuè,alleg.tex,in l.fi. infrà, de fideiuſ. vbi bona litera
ad hoc.quem tex.etiam ad hoc allegauit ipſe Dom. Alexan.
in dicto conſi.ſuo 50.incip. in cauſa & lite. alle. etiam Bar.in
l.omnes populi. ff. de iuſti. & iure.& l. non impoſſibile. ff.de
pac.& Bar.in l.Titio centum.in § 2.ff.de conditio.& demon
ſtratio.& Ioan.And.& alios in c.fina.de conſuetu.in ſexto,&
Bal.in l.2.infrà,quæ ſit longa conſuetu.& in l. penul.infrà,cō-
mina.vel epiſto. Pro quibus faciunt etiam dicta per Bar. in l.
iura non in ſingulas. ff. de legi. & in l. nec ex prætorio. ff. de
regu.iur.& in l.cunctos populos.in penul.char.ſuprà de ſum-
ma trini.& fide catholi.& per Domi. Car. in cle. paſtoralis.in
princip.in 3.q.de re iudi.de quo etiam per Dom. Feli.in c.ſi-
cut conſuetudo.in vlt.col.extra eo. de probatio. † Et facit ēt
49 ratio,nam maior eſt poteſtas legis, quàm hominis, vt dixit
Ang. in dicta Authen.vt ſine prohibi.matres debi. vel credi.
ergo dato, quòd non poſſet fieri per pactum partium, poſ-
ſet tamen fieri per legem vel ſtatutum. Et ideo ex iſtis rema-
neo in prima opi. ſcilicet quòd valeat tale ſtatutum prohi-
bens probationem poſſe fieri per teſtes,ſed ſolum per inſtru
mentum vel ſcripturam in certo caſu vel in certa ſumma,li-
cet

cet multum in contrarium faciat regula illa, videlicet quòd
50 † probationes non ſunt anguſtandæ,ſed ampliandæ: de qua
in l.quoniam.ſ.de hæreti.& in Auth.de teſti. in princ. ſed iſta
regula poteſt intelligi in diſpoſitione hominis, non autem
in diſpoſitione legis vel ſtatuti: quia imo ex legis diſpoſitio-
ne probationes poſſunt reſtringi,vt patet in pluribus caſibus
poſitis per gl. in d. c. 1. de cenſi. in 6. & in alijs locis ſuperius
51 allegatis quæ non refero.† Modò poſita & præmiſſa validita
te dicti ſtatuti:reſtat videre, vtrum tale ſtatutum recipiat ali-
quam limitationem, vt in aliquo caſu poſſint admitti teſtes
ad probandum non obſtante dicto ſtatuto & eius prohibi-
tione.in quo dicas,quòd ſic,nam plures ſunt caſus,in quibus
teſtes admittuntur ad probandum non obſtante dicto ſta-
tuto,quorum aliquos ponit D. Feli. multum eleganter in d.
c.ſicut conſuetudo.extra eo.quos referam breuius quam po
52 tero aliqua addendo. † Primò enim limitatur dictum ſtatu-
tum ſecundum eum ibi,in 5.colum. niſi quis vellet probare
per confeſſionem aduerſarij faciendo poſitiones,nam pro-
hibitus probare poteſt facere poſitiones, cùm confeſſio nõ
ſit probatio,vt dixit ipſe D.Feli.in rub.extra eo.de probatio.
& dicam infrà in materia confeſſionis. pro quo facit ſecun-
dum eum ibi,quod no.Bar.in auth. ſed iam neceſſe. infrà,de
donatio.ante nup.& Bal.in l.filium.in 17.colum. ſ. fami.her-
53 ciſ.& per Doct.in c.is qui fidem.de ſponſa.† Secundò limitat
ipſe, niſi aſtrictus ad probandum per inſtrumentum vellet
probare per quinq; teſtes,nam admittitur per tex.ſingu.in l.
teſtium.inf.de teſti.ita dixit D.Abb. in d.c. ſicut conſuetudo.
& idem voluit ipſe Abb.in c.cum Io. in recollectis Parmen-
ſibus. extra de fide inſtru. vbi allegat Cy. qui hoc voluit in l.
optimam.infrà, de contrahen.& commit. ſtipula.pro quib.
facit in argumen.quod voluit Bal.in l.fi.in 3.colu.inf. de fidei
com.& gl.in c. 1. in verbo, authentico.de ſententia excom-
muni.in ſexto,& faciunt dicta per D.Ant.in c.ſicut.in fi.de re
iudi.& dicta per D.Ant.poſt Hoſt.in c.ſignificauit.de teſti.in
penult. colum. vbi tenet, quòd quando examinantur teſtes
ad perpetuam rei memoriam,ſufficit, quòd adhibeantur te-
ſtes per quos poſtea probetur ipſa examinatio, & tamẽ tex.
illius capituli vult,quòd de dictis teſtiũ ad perpetuam rei me
moriam conficiatur publicum inſtrumentum, vt patet.pro
quibus faciunt dicta per Bal.in l.generaliter.in 3.colu. inf. de
non nume.pecu. & faciunt quæ dixi in conſi. meo 44. incip.
in cauſa præſenti.in penul.char.[Et in ſingu. meo 157. incip.
54 volo te docere &c.] † Tertiò limitat ipſe Do.Feli. niſi inſtru
mentum,per quod eſſet fienda probatio, eſſet deperditum,
quia tunc probata amiſſione poterit probari per teſtes,quid
in eo continebatur, per dictam l.teſtium, in fi.quod etiam
ſentit Do.Abb.ibi,& Bar.expreſſe in d.l.teſtium. dummodo
probentur tria,ſcilicet actum fuiſſe celebratum, ſcripturam
inde confectam,& caſum amiſſionis,de quo latius dicam in
55 frà vbi tractabo materiam amiſſionis inſtrumenti.† Quartò
limitat,niſi habens probare,vellet producere teſtes legaliſſi-
mos,quia tales teſtes debent admitti non obſtante prohibi-
tione ſtatuti prædicti.ſecundum D. Ant.in d. c.2.extra eo.qa
poterit hoc facere de æquitate canonica, ne cõtingat alium
ditari cum aliena iactura. dicit tamen ipſe D. Feli. ꝙ videtur
in hoc debere recurri ad forum eccleſiaſticum per viam de-
nunciationis euangelicę,vt ibi ſentit D.Ant.& melius in c.cũ
Ioannes.in 5.col.verſi. ad primum &c. de fide inſtrumen. de
56 quo latius per D.Felin. vbi ſuprà. † Quintò limitat,dicens,ꝙ
dictum ſtatutum, per quod debitum à tali ſumma ſupra nõ
poteſt probari per teſtes, non habet locum in clerico, nec
eum ligat etiam in iudicio ſeculari,ſecundum Ioan.Calde.in
diſpu.incip.ſtatuta ciuitatis &c.in fi.& Pet.de Anch.in repe.c.
1.in 28.char.ver.accedat &c.de conſtit.& Io.de Imo.in repe-
titio.c.cum contingat.in 38. char. de iureiuran. & Domini-
cus in dicto c.ſicut.extra eodem titu. de proba. & hoc etiam
voluit in terminis D. Petr. de Peruſio, frater Bal. quem non
vidit D.Feli. in ſua ſubſcriptione facta cuidam conſi. Bal. qđ
conſilium cũ dicta ſubſcriptione eſt in ſexto vol.in numero
107. quod incip. dicta ſtatutum &c. de quo dixi in ſingulari
meo 29.incip.ſtatuta laicorum &c.in l.1.§. fi. circa med.ff.de
quæſtioni.[vide in repeti.mea rub.ff.de fideiuſ.in 12.q.in ma
57 teria ordinis clericatus.]† Sextò limitat,niſi tractaretur de ꝓ-
bando iuramento,quod interueniſſet in cõtractu, quia licet
ipſe contractus ex diſpoſitione ſtatuti exigeret ſcripturam,
tamen per duos teſtes probabitur iuramentum ſaltem corã
iudice eccleſiaſtico, ſi coram eo ageretur ad obſeruantiam
illius cõtractus,iuxta c.cum C.de foro competen.in 6.ita ſin
gulariſſimè dixit Io.de Imo.ſecundum eum in d.c.cum con
tingat.in 6.char.de iureiuran.quod dicit perpetuò menti te-
nendum,de quo ego dixi in ſingula. meo 126. incip.in mul-
tis ciuitatibus &c. vbi etiam pro hoc dicto adduxi dicta per
Pau.de Caſt.in conſi.ſuo 219.incip.in cauſa quæ vertitur &c.
58 ante fi.† Septimò limitat dictum ſtatutum,niſi taliter prohi-
bitus probare per teſtes non probaret debitum, ſed depen-
dentia,vt damnum & intereſſe dependens à contentis in in-
ſtrumento,quia talia poſſet probare per teſtes, & valeret ta-
lis probatio.alle.ad hoc Bar.in l.certi condictio. §.quoniam.
ff.ſi certum peta.& no.per gl.ſingu.ibi,quam ſequuntur Mo
der.in d.c.ſicut.& idem dicit tenere Bal. allegando Iaco.But.
in d.§.quoniam.& in authen.ſed nouo iure. in 4. col.ſ.ſi cer-
tum peta.& Sali.in auth.caſſa.ſ.de ſacroſan. eccle. & Io.And.
licet non decidat in additio.Spec.in titu.de fruc. & intereſſe.
in fi.& Pau.de Caſt.in d.§.quoniam.& Pet. de Anch. in repe-
ti.c.acceſſorium.in 15.char.de reg.iur.in ſexto. verſicu. quar-
to quæro &c.de quo tamen latius ibi per ipſum D.Feli.in di-
cto c. ſicut. qui plura & plura adducit no. circa ipſam mate-
riam mixturæ, & circa hanc ſeptimam limitationem.[vide
Nellum in tracta.bãnitorum.in 3.parte ſecundi temporis.q.
12.incip.quæro circa idem,& Domi. Philippum Decium in
conſi.137.in 3.col.& vide etiam omnino Pet.de Anch.in re-
peti.c.canonum ſtatuta.in 108.col.in verſicu.idem dico &c.
59 de conſtitutio.] † Octauo limitat dictum ſtatutum,niſi aſtri-
ctus ad probandum per inſtrumẽtum vteretur teſtibus par-
te ſciente & non contradicente,ita ſingu.dixit Bal.in d.l.cer-
ti condictio.in d. §. quoniam.quia pars tacendo videtur ap-
probaſſe hoc genus probationis.argu. l. ſi quis teſtibus.infrà,
de teſti.quod dictum ſequitur Do. Fran.de Aret.in d.c.ſicut.
ſed tu vltra Do.Feli.ibi,circa hoc dicas,quòd idem tenuit Io.
de Imo. in c. cum dilecta. de reſcrip. & in c.cum Bertoldus,
de re iudi.& in c.fraternitatis.de frigi.& malefi.& Do.Ant.in
c.is qui.de ſponſa.& Io.de Imo.in l.inter ſtipulantem. §.1.cir
ca.2.col.ff. de verb. oblig. quos ad hoc refert & ſequitur Do.
Alex.in d.§.quoniam.vbi dicit hoc eſſe menti tenendum, vt
ſis cautus, & proteſteris quòd teſtes non admittantur. Item
illud dictum Bal.in d.l.certi condictio.in d.§.quoniam.refert
& ſequitur pro ſingulari dicto D. Franc. de Are.in nota.ſuo.
60 43.incipien.ſi ſtatuto cauetur. † Nonò limitat dictum ſtatu-
tum,dicens, quòd tale ſtatutum ſolum intelligitur de quan-
titate principali,ſecus de vſuris.nam ſi eſſet minor quantitas,
quàm ſtatutum exigeret,& ꝓpter vſuras aſcenderet ad quan
titatem ſtatuti, tunc non fieret coaceruatio de duabus ſum-
mis in vnam,ſecundum Bar.in d.l. certi condictio. §. quoniã
per l.eos,infrà de vſu.quia vbi tractatur de odio, prout in ca-
ſu iſto,& violatur ius cõmune,non fit cumulatio.l.ſancimus.
§.pen.ſ.de dolo.voluit Bar.& alij in l.ſi idem cum eodem.ff.
de iuriſdi.omnium iud.ſecus dicit, ſi materia eſſet fauorabi-
lis.per l.ſi plures.in fi.ff.de pactis.& l.fi.infrà,qui bonis cedere
poſ.& idem qđ dixit de vſuris, dicit eſſe, & locum habere,ſi
debitum creuiſſet per negationem, per l. item veniunt. §.cũ
prædiximus.ff.de peti.hæredi.cum his quę no.Bar.in d.l.ſi idẽ
61 cum eodem. † Decimo limitat etiam dictum ſtatutum, niſi
ꝓbatio teſtium redderetur inefficax ex pacto partium, quia
non valeret,per gl.ſingu.dictę auth.vt ſine prohib. mat.debi.
vel credi.de quo ibi latius valde per eum.de qua gl.etiam di-
xi.ſ.proximè,vt vidiſti. an autem tale pactum firmetur iura-
mento,vide tu Raph.Fulg.in conſ.ſuo 108. inci. proponitur
&c.licet de hoc non faciat mentionem D.Felin. vbi ſuprà.&
iſtę ſunt limitationes,reſtrictiones, & declarationes datæ ad
prædictum ſtatutum per D.Feli.in d.c. ſicut.extra eodem.de
probationi.Sed ego vltra D.Feli.in d.c.ſicut,& vltra alios di-
co, quod etiam alijs modis poteſt limitari & reſtringi dictũ
62 ſtatutum.† Nam poteſt etiam limitari,quando ex forma le-
gis vel ſtatuti in aliqua cã dẽret procedi ſummariè & de pla-
no ſine ſtrepitu & figura iudicij,cũ tunc ẽt poterit fieri pro-
batio ꝑ teſtes non obſtante prohibitione ſtatuti.ita ſingula-
riter dixit Ioannes de Ana.in conſi. ſuo 55.incip. quia dubia
ſuper facto iſto occurrentia &c.in prin. vbi dicit, ꝙ vbi pro-
ceditur in aliqua cã ſummariè,de plano,ſine ſtrepitu & figu-
ra iudicij vigore alicuius legis vel ſtatuti,tunc vr̃ remiſſa om-
nis ſolẽnitas iuris ciuilis, & tunc ſolũ remanent ea, quæ ſunt
de iuregentiũ.ad quod allegat Bar.in l.filius.ff. de donatio.&
in l.filius.ff.de teſta.mili.& dicit,certũ eſt,quod ipſum ſtatutũ
eſt de iure ciuili.l.oẽs populi.ff.de iuſti. & iure. ergo non hẽt
locum in tali caſu,& idem ſubdit ipſe ibi eſſe, vbi cauſa age-
retur de iure diuino vel gentiũ,quia tunc debet ſeruari mera
æquitas iuriſgentium,ſed certũ eſt, quod de iure diuino vel
gẽtiũ admittitur probatio ꝑ teſtes, vt in c.in omni negotio,
de teſtib.& in c.cũ eſſes.& in c.relatum.de teſta.ad quod alle-
gat Bal.hoc tenentẽ ſm eum in l.falſus. inf. de fur.in 5.col.in
63 5.oppoſi.† Alio modo etiam dico,ꝙ poteſt limitari dictum
ſtatutum,videlicet in cauſis pijs, in quibus non habet locum
tale ſtatutum,vt puta ſi ſtatuto laicorum cauetur,quod vlti-
ma voluntas non poſſit probari niſi per inſtrumentũ, tamẽ

hoc

hoc caſu poterit probari ipſa vltima voluntas,in qua ſunt in-
ſtituti pauperes Chriſti,per teſtes,quoniam laici non habent
poteſtatem ſtatuendi,ſi vltima voluntas fiat ad pias cauſas.ita
dicit D.Anto.qui dicit ſe ita de facto conſuluiſſe in c. relatũ.
el j. extra de teſta. in verſ. ex hac decretali poteſt inferri &c.
quem ibi ſequitur Io.de Imo. dicens idem voluiſſe Bal.in l.1.
ſupra de ſumma Trini. & fide catho.& idem expreſsè voluit
Io. de Ana. in conſ.ſuo 57. incip. viſis & conſideratis &c. ad
quæ etiam vide Pet.de Anchar. in regula, ea quæ.in 2.q.prin.
de reg.iur.in 6.& Car.in repe.c.perpendimus. in fi.de ſenten.
excommuni.& D.Anto. in c.eccleſia ſanctæ Mariæ. in 6.col.
de conſti.& in c.tua.la j. de decimis.& in c.fin.de rebus eccle.
non alienan.& in c.ſi clericus. de foro compe. & Bal. in l.ge-
64 neraliter. in pen. & vlt. q.ſup.de ſacroſan. eccle. † Alio etiam
modo poteſt limitari dictum ſtatutum, nam licet propter
ipſum ſtatutum non poſſit probari debitum,puta à centum
libris. ſ. attamen poterit probari confeſſio debiti per teſtes
non obſtãte ſtatuto.quia aliud eſt probare debitum,& aliud
confeſſionem debiti.ita optimis rationibus, & iuribus con-
ſuluit D.Anto.de Prato veteri in quodam conſ.ſuo. incip.in
Chriſti nomine, amen. & ſi multum pulchrè & prolixè &c.
in 2.char. & idem expreſsè conſuluit Io. de Ana.in conſ.ſuo
64.incip.viſa petitione &c. vbi no.loquitur. vide tamen Pet.
de Anchar. in conſ.ſuo 351.incip.in quæſtione prædicta &c.
per totum.maximè in finalibus verbis,& vide,quæ dicam inf.
allegando Alber.de Roſa.in 1. parte ſtatuto. q.113.incip. ſed
pone ſtatuto contineri, & vide ſingu. verbum Ang. in l.ſi fi-
deiuſſor.poſt prin.inf.de fideiuſ.qđ poſui in ſingu. meo 135.
65 † incip. quæro de nota.& quotidiano dubio. † Alio modo
etiam poteſt limitari dictum ſtatutum, nam non habet lo-
cum, quando quis vellet probare promiſſionem abſolutio-
nis,& ſic promiſſionem de faciendo inſtrm abſolutionis,nã
hoc poterit probare per teſtes, cum talis probatio nõ ſit ex-
cluſa à ſtatuto,quia aliud eſt abſolutio,aliud eſt promiſſio de
faciendo inſtrm abſolutionis,vt no. glo. fi.in c.pe.de elect.in
6.pro quo faciunt no.per Fran.de Rampo.in l.ſi.ſup. de cõdi.
ex lege. & per Io. de Imo. in l.ædibus.§ 1.ff.de donatio.nam
dicunt,aliud eſt donare,aliud promiſſio de donando, & hoc
in terminis in caſu dicti ſtatuti tenuit Saluc. in l.ſi quis argen-
tum.§.fi.inf.de dona.vbi dicit, quod talis promiſſio vel con-
feſſio bene poteſt probari ad finẽ, vt fiat inſtrm, quod etiam
voluit expreſſe Io.de Ana.in d.conſ.ſuo 64.incip.viſa petitio-
ne &c. & Do.Alex.in d.l.certi condictio. §. quoniam. vbi re-
fert Saly.in d.l.ſi quis argentum. ad quod etiam vide Bart. &
66 Pau.de Caſt.in l.diuortio.§.fi ff.ſol.matr. † Alio modo etiam
limitatur dictum ſtatutum, quia intelligitur habere locum
in caſibus,in quibus poſſunt fieri ſcripturæ, & in quibus con
ſueuerunt fieri, vt eſt quando debitum deſcendens ex ꝯtu,
vel quaſi in quo interuenit conſenſus expreſſus vtriuſq; par-
tis, nam tunc facile eſt ipſi creditori ſibi fieri facere ſcriptu-
ram,vnde ſibi imputet,ſi nõ fecit, cum ſciat, vel ſcire debeat
diſpoſitionẽ dicti ſtatuti ſecus autem eſt in caſibus, in quib.
creditor non poteſt ſibi prouidere de ſcriptura,aut nõ com-
mode,vel in illis,in quibus non eſt conſuetũ confici ſcriptu-
67 ram,quia tunc tale ſtatutum nõ vendicat ſibi locum, † cum
lex non habeat locũ,niſi in caſibus,in quibus verba eius con-
ueniunt,vel cõuenire poſſunt.l.4.§.toties.& ibi no.ff.de dam.
infe.l.hos accuſare.§.in omnibus.ff.de accuſa.c.maiores.§.cæ-
terũ. de baptiſ.& ne ex diſpoſitione dicti ſtatuti dicat adimi
vel anguſtari copia probationum. l.cõ. in fi. ſ. de hæreticis.
l.generaliter.in prin.ſ.de reb.credit. [Vide D.Nellum in trac.
bannitorum.in 3 parte ſecundi temporis.quæſt.42.incipien.
quæro circa idem.] Ita ſing.cõſuluit Pau.de Caſt.in quodam
ſuo conſ. nondum impreſſo. in Chriſti nomine, amen. ſta-
tutum quod vult non poſſe fieri probationem &c. vbi con-
ſulendo dixit,ꝙ non obſtante dicto ſtatuto.ſi quis geſſit ne-
gotia alicuius abſentis,vel pro eo fecerit expenſas, ꝙ eas po-
terit probare per teſtes,quia nõ potuit ſibi prouidere de ſcri
ptura,vel de inſtrumento publico propter eius abſentiã.ſimi
liter dicit,ſi quis peteret expenſas alimentorum ab aliquo,ꝙ
poterit eas probare per teſtes non obſtante dicto ſtatuto,qa
licet fuerit præſens,tamen hoc commodè facere non potuiſ
ſet,quia faciebat expenſas dietim ſucceſſiuè, & fuiſſet diffici-
le ad vnamquamque expenſam facere inſtrm, vt de ſe patet,
immo potius fuiſſet ridiculum,ideo in talibus intelligitur re
miſſa ſcriptura.arg.eorum quæ no.in ſimili in l.1.inf.de ſent.
quæ ſine cer.quanti.& in l.mediterraneæ. inf. de anno. & tri-
bu. lib.10. de quibus latius per Pau. de Caſt. in d.conſ. [Pro
hoc optimè faciunt dicta per Bar. in l.quod ad præſens. circa
68 me.C.de murilegu.lib.11.] † Alio etiam modo limitatur di-
ctum ſtatutum, vt non habeat locum in criminalibus, vtpu-
ta in furto, quia ſi mihi furatæ fuerunt pecuniæ vel aliæ res
maioris quantitatis & valoris,quàm contineat ſtatutum, po
tero hoc probare per teſtes,ſm Ioan.de Ana.in d.conſ.55.&
69 ibi in addit. † Alio etiam modo limitatur dictum ſtatutum,
vt non habeat locum, quando producuntur teſtes ad coa-
diuuandum inſtrm, ſecundum Bald.in d.l.certi condictio.in
§.quoniam.ff.ſi cer.pet.vbi dicit,quod dictum ſtatutum non
habet locum, ſi quis ad probationem faciendam producat
ſcripturam, & ei imponat fidem per teſtes, quia iſta non eſt
ſimplex probatio,de qua loquitur ſtatutum,ſed eſt probatio
mixta nõ comprehenſa à ſtatuto, quod dictum ſequitur ibi
D.Alex.& Pau.de Caſt.& Raph.& eſt text. in c.ſeries. de teſti.
& voluit etiam D.Alex. in conſ.ſuo 403.ſecundum ordinem
meum.in fi.quod incip. in præſenti cauſa &c. vbi etiam hoc
dicit voluiſſe Pet.de Anch.in conſ.ſuo 342. & Ang.in conſil.
197. & hoc etiam voluit Bald. in auth. ſed nouo iure. ſ.ſi cer.
pet.& in l.fin. in 2.col.inf.de fideic.& voluit etiam Bal.quem
ipſe non allegat in l.generaliter.in pen.col.verſ.quæro.inf.de
non nume. pecu. & in conſ. ſuo 177. incip. viſa petitione. in
4.volum.& Alex.in conſ.292.incip.viſo proceſſu.in 1.colum.
[Vide Nellum in tract.bãnito.in 3.parte ſecundi temp. q.42.
Do.Philip.Decium in conſ.11. incip. quoniam. in 3.colum.]
Pro quibus facit no.dictum Io.de Imo.in l.Titiæ textores.in
2.col.de leg.1.vbi dixit,ꝙ ſi Papa caſſauit omnes ordines mẽ-
dicantium,ꝙ dicta caſſatio non extenditur ad alios, qui par-
tim viuunt de eleemoſynis & partim ex reditibus poſſeſſio-
num,quia talis cõſtitutio loquens de caſu ſimplici nõ exten-
ditur ad caſum mixtũ.per l.vim paſſam.& quod ibi per Bart.
ff.de adulter. & in l.2.ff.de verbo oblig. & in l.ſi ita.de libe. &
poſthu. [Vide Alex.in conſ.116.incip. animaduerſis.in 4.col.
in 2. volum.] De qua mixtura etiam habetur ſatis late per
D.Fely.in d.c.ſicut.extra' eo.in 7.limitatione ad iſtud ſtatutũ,
vt dixi ſupra.ad quæ etiam facit.c.auditis. extra de in integ.re-
ſtitu. vbi probatur quod licet ad probationem priuilegij nõ
admittantur teſtes,vt in d.c.1.per glo.de cenſ.in 6.bene tamẽ
poteſt per teſtes coadiuuari & certificari priuilegiũ ipſum,
ſecundum vnum intellectum,quem ibi D.Ant. in 2.col. ver.
no.ſexto &c. dicit eſſe nota. & illum tex.etiam ad hoc addu-
cit Bal.in repeti.l.1.ad fi.ff.de leg.2. & alios plures de quib. ibi
per eum.ad quod etiam facit gl.Inſtit.de litera.obli.in verbo,
ſcriptura &c.per quam dixit ibi Ang.de Are. quòd ſtante ſta
tuto,ꝙ debitum non poſſit probari per teſtes, ꝙ intelligitur
per teſtes, ſcilicet ſolos, ſed cum alijs adminiculis poteſt per
teſtes probari.quod etiam dicit voluiſſe Iac.Butr.& Barto.in
70 d.l.certi condictio.in d.§.quoniam. ff.ſi cer.pet. † Alio etiam
modo poteſt limitari dictum ſtatutum,nam ipſo nõ obſtan-
te poterit probari qualitas facti veniens incidẽter per teſtes,
licet nõ poſſit per teſtes probari ipſum factum. ita dixit Do.
Anto.in d.c.auditis.in d.2.col.verſ.6.no. de in integ. reſtit. de
quo dicit ibi eſſe caſum,qui nõ reperitur alibi ſecundũ eum,
& idem voluerunt Do.de Rota, in ſuis deciſio. nouis deciſ.
335. incip. licet Romana Curia. de quo feci mentionem in
conſ.meo 44.incip.in cauſa præſenti. in vlti. char. Exemplum
poteſt poni, ſtatuto cauetur, ꝙ contra inſtrumentum non
admittatur aliqua probatio in contrarium niſi per aliud in-
ſtrumentum, tunc ſi producatur apocha ſolutionis manu
creditoris ſcripta, & ſic negata, admittitur probatio per te-
ſtes ſuper hoc, an fuerit ſcripta manu negantis, ſecundum
formam.l.comparationes,inf.de fide inſtru. cum iſta proba-
tio teſtium non veniat principaliter,ſed acceſſoriè ſuper hac
qualitate,& idem in ſimili dixit Bart. multũ egregiè, in l.qui-
cunq;.inf.de apoc.publi.lib.10.vbi inquit,ꝙ ſi ꝯ inſtrumentũ
in ſcriptis non admittitur probatio niſi per ſcripturas,tamen
cõtra præſumptionem reſultantem ex inſtrumento poterit
fieri probatio per teſtes. Et ponit exemplum, ſtatutum dicit
qđ non poſſit inſtrumentum redargui de falſo,niſi per aliud
inſtrumentum,quidam produxit contra me inſtrumentum
quod habet clauſulas inconſuetas,quæ inducũt præſumptio-
nem falſitatis,vt voluit glo ſing.in l.ſi quis ſub conditione.ff.
de condi. inſti. certe contra talem præſumptionem poſſum
probare per teſtes ſecundum eum ibi,& idem voluit Angel.
per glo.ibi,in l.iuriſgentium.in §.ꝙ fere.ff.de pact.ad quod &
ipſe allegat glo.in l.reos.in §. cum in tabulis.ff.de duo. reis. &
idem videtur tenere Bal.in l.teſtium.in 1.col. circa fi.infra de
teſti.& idem voluit Do.Lau. Calca. in conſ. ſuo 28.incipien.
Chriſti igitur &c. in 9. colum. idem etiam tenet Dom.Alex.
in addi.ſuis ad Bar.in d.l.quicunque. vbi ad hoc allegat aliam
glo.in l.1.inf.de contrahen.& committen. ſtipu. pro quibus
facit glo.in c.pe.in verſ.ſi non appareat. de reſcript. in 6.& fa-
ciunt dicta per Barba. in repet. l.cum acutiſſimi. in 3.char. in
71 1.col.inf.de fideicom. † Alio etiam modo limitari poteſt di-
ctum ſtatutum per notabile & ſingulare dictum Bal.in l.1.in
4.colum. verſ. quæro quid ſi ſtatutum requirit &c. inf.de fi-

deicom. vbi dicit, quod ſi ſtatutum requirit probationẽ in-
ſtrumentalem, ꝙ etiã tali caſu ſufficit probatiò præſumptio-
ne legis.& allegat d.l.quicunque.inf.de apochis publi.li.10.&
quæ habentur in l.ſi tutor petitus. inf. de pericu. tut. & no.in
l.2.inf.de inge.& ma.& c.peruenit.de cenſi. & quæ habentur
in l.ſeruitutes ruſticorum.ff.de ſeruitu. [Vide Iaſ.in §.præiudi
ciales.in vlt.col.Inſtitu.de actio.& illud dictum Bal.in d.l.1.C.
de fideiuſſo.refert & ſequitur Alex.in conſ.126. incip.repeti-
tus &c. in vlt.colum.in 6.volum.] Et illam doctrinam Bal.re-
fert & ſequitur Barba.in repet.l.cum acutiſſimi. in 9.col.inf.
de fideicom.& aliqui Moder.in l.ſi certis annis.ſ.de pac.quos
retuli in d.conſ.meo 44. incip. in cauſa præfecti.in pen.char.
ſed ſi tali caſu ſufficit probatio præſumptione legis, vt dixit
Bal.ergo à fortiori ſufficiet ꝓbatio legitima per teſtes omni
exceptione maiores.argu.authen. multo magis. ſupra de ſa-
72 croſan.eccleſ. cum ſimil. † Eſt etiam alia via,ſed aliud reme-
dium, vt nõ obſtante dicto ſtatuto poſſit fieri probatio per
teſtes, qui modus eſt, vt ille, cui obſtat ſtatutum ad proban-
dum per teſtes,ſcribat nomina teſtiũ,qui veritatem rei ſciũt,
& illa nomina det iudici,& poſtea ſe abſentet, nã tunc iudex
ex officio pro veritate inuenienda poterit dictos teſtes exa-
73 minare, † & ad hoc dicẽdum,moueor ex ſingulari doctrina
Bal.in l.ampliorem.in 2.col.inf.de appel. vbi dixit, quod licèt
poſt didicita teſtificata & poſt atteſtationes publicatas non
poſſint vlterius produci teſtes ſuper eiſdem capitulis, vt ha-
betur in c.fraternitatis.& in c.intimauit.de teſti.cum ſimilib.
attamen poterit pars volens vlterius producere teſtes,nomi
na ipſorum teſtium dare iudici & ſe abſentare,& iudex pote
rit tunc illos examinare pro veritate habenda,ita poteſt fieri
in caſu noſtro, nam ſicut in caſu Bal. non obſtat prohibitio
iuris, quæ eſt, vt publicatis atteſtationibus non producantur
teſtes,& tamen eo modo poſſunt produci,ita dicendum eſt
in caſu noſtro,ꝙ non obſtante prohibitione ſtatuti eodem
modo poterunt teſtes produci,& iſtam doctrinam Bal.con
ueniẽtem caſui noſtro & dicto ſtatuto tradidit per modum
cautelæ Do.Barth.Cępo.in cautela ſua 253.incip.dubitari po
teſt &c. quam doctrinam Bal. etiam refert & approbat ipſe
in cautela ſua 166.inci.regulariter. & illam doctrinam etiam
refert & ſequitur Pau.de Caſt.in conſ. ſuo 309. incip. in caſu
de quo quæritur.in pen.col.vbi pro hac doctrina plura alle-
gat in ſimili,quam doctrinam etiam refert & ſequitur Lud.
Roma.in conſ.ſuo 439.incip.in eo quod quæritur. circa fi.&
in repe.rub.ff.de arbi.in 11.col.verſ.item habeas. vbi illam do
ctrinam reſtringit vno modo, de quo ibi per eum, & illam
eandem doctrinam Bal.refert & ſequitur Barba.in c.ad peti-
tionem.in 4.col. verſ. vlt. no.extra de accuſa.& D.Alex.in l.4.
in §.hoc autem iudicium.in 3.col.ff.de dam. infe. de qua do-
ctrina vlterius hic me non extendo, quia de ea dixi ſatis latè
in l.1.in §.ſi quis vltro.vbi omnino videas,in 2.col.ff de queſt.
Et iſtam cautelam, ſeu conſilium faciendi in caſu iſto, ꝙ te-
ſtes recipiantur officio iudicis, tradidit etiam Spec.in titu.de
probat. in §. videndum reſtat. in verſ.ſed quid ſi debitor &c.
quod dictum Specu. refert & exclamat Ludo.Roma.dicens
illud alibi non eſſe in ſingu. ſuo 303. incip. dubium eſt an va-
74 leat contractus &c. † Alius etiam eſt modus probandi,per te
ſtes non obſtãte prohibitione ſtatuti prædicti,videlicet ꝙ te-
ſtes ipſi non producantur in voce, ſed examinentur officio
iudicis à quodam Notario, & dictum eorum redigatur in
ſcripturis,& poſtea publicatis atteſtationibus illa ſcriptura di
ctarum atteſtationum producatur coram iudice ad proban-
dum,quoniam tunc probatio non fiet per teſtes, ſed per in-
ſtrumenta publica.ita dixit Do.Ant. de Canario in tract. ſuo
de execu.inſtrumenti publici guarentigiati.in q.36.quod di-
ctum refert & ſequitur excellentiſſimus I.V.D. Do.Ioan.de
Zanis in cõſ.ſuo incip.Zanus quondam Ducij &c.in vlt.char.
Pro quo dicto faciũt dicta per Lud.Rom.in d.not. ſuo 203.
incip.dubium eſt &c. qui allegat Spec. in dicto tit. de proba.
§.nunc dicendum. verſ. ſed quid ſi debitor &c. Et ratio eſſe
poteſt, quia atteſtationes in ſcriptis redactæ & publicatæ di-
cuntur inſtrumenta publica,iuxta no.per Bart. in l.in fraudẽ.
in §.neque.ff.de iure fiſci. Alium modum ſeu cautelam po-
nit Albe.de Roſa.ad probandum per teſtes debitum à certa
ſumma ſupra,non obſtante ſtatuto, nam dicit, quòd cautela
eſt,quòd debitor,qui ſoluit debitum quod probare non po
teſt,agat ꝯ creditorem & repetat pecuniam vel inſtr̃m credi
ti per condictionem ſine cauſa,& tunc aut creditor confite-
bitur ſe recepiſſe ex cauſa crediti,& ſufficiet creditori talis cõ
feſſio,per l.1.inf. de confeſ.aut negabit, & debitor tunc pro-
bare poterit numerationem & contenta in capitulis ſuis, &
ſufficiet probatio teſtium, nã iſte nõ eſt caſus à ſtatuto com-
prehẽſus,ideo obtinebit, quòd ſibi reddatur pecunia, quam
ſine cauſa numerauit,vt ff.& C.de cõdi.ſine cauſa. ita notan-
ter dixit Alber. de Roſa. in 1.parte ſtatuto. in q.113.incip.ſed
pone ſtatuto contineri.vbi loquitur de ſtatuto prohibente,
ꝙ probatio ſolutionis debiti non poſſit fieri niſi per teſtes,
quod tamen hoc modo poterit fieri per duos tãtum, quod
vr̃ idem eſſe ꝙ in ſtatuto prohibente probationem fieri niſi
per inſtr̃m. Et ſubdit ipſe Alb.vbi ſ.ꝙ non obſtante dicto ſta
tuto poterit debitor probare per duos teſtes, quòd creditor
promiſit ſibi reſtituere inſtrumentum crediti cancellatũ vel
inciſum,quia hoc nõ eſt probare ſolutionem, vt inf. de non
nume.pecu.l.in ꝯtractibus. §. ſuper cæteris.& l.pecuniæ. infra de
ſolutio.& l.ſed chirographum.ff.eo.de proba.& l.mortis cau
ſa capimus.§.Titia.ff.de donatio. cauſa mor.pro quo faciunt
quæ dixi ſupra,allegando Do.Anto.de Prato veteri, & Io.de
75 Ana.in dictis ſuis conſilijs. † Vltimo mihi videtur, ꝙ dictum
ſtatutum prohibens probationem certæ ſummæ fieri non
poſſe per teſtes,ſed requiratur inſtrumentum poſſit reſtrin-
gi & limitari, vt non procedat nec habeat locum in dote ꝓ-
banda excedente dictam ſummam,quoniam talis dos per te
ſtes probari poterit non obſtante dicto ſtatuto, & hoc pro-
pter fauorem dotis, & propter multa ſpecialia & priuilegia,
quæ dantur doti,vt communiter tractari ſolet à Doct. in l.1.
ff.ſolu. matr. [Vide Iaſ. omnino in l.1. ff. ſolu.matr. in 2.col.
ver.tertio no.&c. vbi adducit ꝓ hoc plura iura & doctrinas,
quem omnino vide. item pro hac limitatione facit optimè
dictum Saly.in l.fi.C.de iure do.in prin.in verbo, ex quo no.
bonum arg.&c. ubi dixit,ꝙ ſtatutum generaliter diſponens,
quod inſtrumenta publica nõ probent niſi poſita ſint & re-
giſtrata in memorialibus,ꝙ tale ſtatutum non habet locum
in inſtrumẽtis dotalib. fauore dotium. quod dictum refert
& ſequitur D.Philip.Dec.in conſ.ſuo 5.incip. in cauſa domi-
næ &c. poſt princ. & vide quæ dixi in ſingu.meo 442.incip.
vulgata iur. regula &c. & inf. eo.in 52.col.ad fi. & circa illud
dictum Saly.vide omnino D.Phil. Decium in conſ.301. inci.
76 in cauſa.in 1.col. & quaſi per totum.] † Et magis ſpecialiter
loquẽdo pro hoc ego allego in arg. gl.no.& ibi Bal. in l.cum
citra.inf.de iure do.vbi dicit glo.quòd dos probatur nedum
inſtrumẽtis & teſtibus,ſed etiam præſumptionib. & indicijs.
Et iſtę ſunt omnes limitationes,quas hucuſq; reperi ad dictũ
ſtatutum prohibens probationem à certa ſumma ſupra non
poſſe fieri niſi per inſtrumentum, & nõ per teſtes, nam non
obſtante ipſo ſtatuto poterit fieri probatio per teſtes in di-
ctis caſibus.quæ omnia teneas menti,quia ſunt frequentia &
quotidiana, & verè iam diebus meis in materia huius ſtatuti
conſului forte ſex vicibus,& quandoque allegaui in voce,&
forte prædicta ſimul reducta,vt ſup.alibi vſque in præſentem
77 diem non inuenies. † An autem in caſu dicti ſtatuti poſſit in-
directè fieri probatio per teſtes. vide quod ſcribitur per Dy.
& Io.And.in mercurialibus, in regula, cum quid.de regu.iu.
in 6.& Doc.in l.ſcire oportet.§.1.ff.de tuto.& cura. da.ab his.
& in c.tuæ.de procu.& in l.quæ ſub conditione.§.ſi quis.ff.de
condi.inſti.& in l.oratio.ff.de ſponſa.& Doc. in c.quanto.de
priuileg.& Bar.in l.in quorum.ff.de pigno.& Pet.de Anch.in
conſ.ſuo 351.incip.in quæſtione prædicta &c. Et an admit-
tatur petitio in fraudem dicti ſtatuti, vt quia actor, qui vult
petere ducentum videns nõ habere inſtr̃m ſ̃m formam ſta-
tuti,ſed ſolum habet teſtes, in hoc caſu admittatur ad peten-
dum partem,quã poteſt probare per teſtes,vide Bal. in l.edi-
ta.in 19.& 20.col.ſ.de eden.& Bal.& ibi Ange.clarius in l.am-
pliorem.inf.de appel.Bald. & ſcriben. in l.1.§.adijcitur.ff.de vi
& vi arma.& Doct.in l.ſcire debemus.ff.de verb.oblig.& Bal.
latius in l.2.inf.de re iudi.& Albe. de Roſa. in 1.parte ſtatuto.
q.184.incip.quid ſi ſtatuto. & Doct. in l.quidam exiſtimaue-
78 runt.ff.ſi cer.pet. † Et teneas menti in materia ſupradicta, ꝙ
contractus ſeu obligationes, quæ fiunt apud acta ex diſpoſi-
tione vel neceſſitate legis dicuntur in ſcriptis contractæ, ſe-
cundum Saly.in l.contractus.in 1.col.inf.de fi.inſtr. per illum
79 tex.quòd dicit perpetuò tenendum cordi. † Et teneas etiam
menti perpetuò, ꝙ ad hoc vt contractus dicatur celebratus
in ſcriptis,ſufficit quod conuentum ſit inter partes,quòd fiat
inſtrumentum in ſcriptis de ipſo contractu, ſecundum Do.
Franc. de Aret. in conſ.ſuo 160.incip.longa eſt iſta conſulta-
tio &c. in 3.col.verſ.venio nunc &c. vbi pro hoc allegat glo.
Inſti.de empt.& vendi.in §.1.in ver. conficiuntur. & in l.con-
tractus.inf.de fide inſtru.in verſ.in ſcriptis.& Specu. in titu.de
emp.& vendi.§.1.verſ. ſed ſi dictum.pro quo dicit eſſe caſum
non cauillando literam in d.l.contractus.dum textus dicit,ꝙ
illa tranſactio videtur facta in ſcriptis,de qua conuenit,quòd
conficeretur inſtrumentũ & allegat etiam tex.in l.pen.ſup.ſi
minor ſe maio.dixerit, & alia plura allegat, de quibus ibi per
eum. ex quibus potes ſumere aliã limitationẽ ad prædictum
ſtatutũ,de quo ſ. & iſta ſunt ſatis circa hanc ſpeciẽ probatio-
nis fiẽdam per teſtes. Capio modo aliam ſpeciem probatio-
nis

nis ſequendo ordinem Bal. quæ eſt confeſſio. circa quã plu-
80 ra ſunt videnda. † Et primo, an ipſa confeſſio propriè dicatur probatio, adeo ꝙ propriè loquẽdo poſſit cõnumerari inter probationes? in quo videtur primò dicendum ꝙ ſic, nã ſententia fertur ex probationibus, aliàs eſt nulla, iuxta gl. in c.eccleſia.de conſti.& ea quæ habentur in l.prolatam. inf.de ſenten.& tamen fertur in cõfeſſum, vt hr̃ in c.nos in quemquã. 2.q.1.& in l.qui ſententiam. inf.de pœnis.ergo confeſſio eſt probatio.& hãc partem tenet Saly. hic ſuper hac rub. ante fi. pro qua opin.ego adduco tex.quem Doct.allegant pro contraria parte in c.1.de confeſſis,in 6.vbi tex.dicit,ꝙ poſitiones negatiuæ quæ ſunt improbabiles, probantur per confeſſionem.tunc ego dico,ꝙ ſi tales poſitiones probantur per confeſſionem partis,ergo cõfeſſio eſt probatio, immo iſtud eſt conſequens neceſſarium. Et ꝙ confeſſio ſit probatio, tenet Do.Fran.de Are. in rub. extra eo.Item ego vltra omnes pro
81 hac parte adduco.† Nam iuramentum & probatio ęquiparantur.tex.eſt no.in l.ſed ſi poſſeſſori.in §.pe. ff. de iureiur.ſed in iuramento ineſt confeſſio neceſſariò & per vim, ergo ſimiliter confeſſio eſt probatio.Item pro hac parte eſt text.in l.1.circa finem.ff.interroga actio.ibi, ſi tantummodo ad probationes litigatoribus ſufficiunt ea,quæ ab aduerſa parte expreſſa fuerunt apud iudices &c.Item hanc partem tenet Bar. in l.triticum.circa me.ff de verbo.oblig. vbi dicit, quod confeſſio non eſt noua diſpoſitio,ſed eſt probatio.allegat. l.Publia. in fi. ff.depoſiti. ad quod eſt etiam tex.iuncta glo. fin. in auth.ſi quis in aliquo.ſupra de edendo.& in l.fi. in §. licentia. infra de iure delibe.ibi, vel per tormenta ſeruo &c. pro quo facit etiam,quod voluit Inno.in c.cum contingat.in verſicu. indigeat.de offi.delega.vbi dicit,quòd illud dicitur verè apparere, quod conſtat per confeſſionem,& facit etiam optimè illa regula,videlicet nulla maior probatio quàm partis aduerſæ confeſſio,de qua in c.per tuas.extra eo. & in l.generaliter. inf.de non nume. pecu. Et facit etiam glo. no. iuncto tex.in c.ſi ſacerdos in 1.glo. de offic.ordi.quæ dicit,quod illud dici-
82 tur ſciri pro certo,quod ſcitur per confeſſionem.† Ad quæ adduco etiam,nam inſtr̃m facit probationem, vt ſupra dixi, loquendo de inſtrumẽto,& habetur inf.& ff.& extra.de fide inſtru. ſed inſtrumentum & confeſſio ęquiparantur, ſecundum Bar in l.vnica.in 3.not.inf.de confeſ. & voluit Bal.in l.fi. in 3.col.verſ.tertio quæro.inf.de edicto diui Adria.tollen.vbi dicit,quod cõfeſſio æquipollet inſtrumento, allegat ad hoc l.cum te.ſup.de tranſa.& in l.fi.inf.de fideicom.ergo cõfeſſio dicitur probatio.& idem dixit Ioan.de Ana.in conſ.55.incip.
83 quia dubia,in 1.col.† Quinimo nedum confeſſio dr̃ probatio,ſed etiam dr̃ legitima probatio,dicit glo. in c.ad abolendam.extra de hæreticis.in verbo, deprehenſi. Pro quo faciũt etiam dicta per Ang.de Aret.in §.omnium. in 7.col.Inſtit.de actio. vbi dixit, quòd confeſſio partis etiam facta extra iudicium eſt probata probatio.ad quod allegat Bal. in l.Deo nobis.poſt prin.§.de epiſ.& cleri.& Bar.in l.admonendi. ff.de iureiuran.& alios de quibus ibi per eum. & facit etiã pro hac parte,nam per confeſſionem inducitur probatio,ſecundum Bal.in l.ſi ex cautione.in 10.q.inf.de non nume.pec.& ideo ſi tu petis à me centum, quæ dicis mihi mutuaſſe, ego autem nego,ſtatuitur tibi terminus ad probãdum, in quo termino tu probas confeſſionem meam, quam aliàs feci habuiſſe à te mutuo centum, an tunc probata tali mea confeſſione dicaris probaſſe creditum tuum? certe ſic, ſecundum Bal. in d.l.ſi ex cautione.in 2.q.ergo cõfeſſio dr̃ probatio. Item hanc partem tenet etiã Spec.in tit.de proba.§.videndũ. in prin.verſ.2. per cõfeſſionem partiũ.& Hoſt. in ſumma illius tituli in §. fi. & ſic ex iſtis omnib.vr̃ firmiter dicẽdum, quod confeſſio ſit
84 probatio. Sed ꝯtriam † partem,ſ.ꝙ cõfeſſio non ſit probatio, ſed probationis releuatio,tenet Io.And.D.Anto.Io.de Imo. & Abb.in rub.extra eo.per l.eum qui.in prin. ff. de iureiur.& per c.1.de confeſ.in 6.vbi illud, quod non eſt probabile, ſcilicet negatiua non coarctata loco & tp̃e probatur per cõfeſſionem, ex quo dicunt ꝙ non eſt probatio, & hanc partẽ, ꝙ non ſit probatio,tenet Io.And.in c.ſacerdos.in 50.colum.de offic. ordi. & in c.licet cauſam. in 6.col. extra de proba. & in c.in præſentia. in 2.col. de renuncia. & voluit Pau.de Caſt.in l.1.ff.de confeſ.& in l.Publia.§.fin.ff.depoſi.& Bal.in c.1.§.vaſſallus.in 2.col.ſi de feu.ſue.contro.inter domi.& agnatum.& Lud.Roma.in l.admonendi.in 6.char.ff.de iureiur. Bal.in l.2. §.quod obſeruari.§.de iura. calum. Pet.de Anch. in c.1.circa fi.de iura.calum.in 6.Archi.in §.actor.6.quæſt.vlt. Bal.in auth. ſed nouo iure.circa fi. ſup.ſi cer.pet. Pet.de Anch.in c.1.circa princ.de confeſ.in 6.& voluit Iac.de Are. & Cy.in l.actor.inf. eo.& Inno.in c.in præſentia.in 2.col.extra de renun.& Bal.in d.l.actor.& Bal.hic. vbi dicit, ad oſtendendum quod cõfeſſio
85 non ſit probatio patet.† Nam ꝯ præſumptionem iuris & de iure non admittitur probatio in ꝯrium.l.fi. inf.arbi.tute.l.antiquæ.inf.ad Velleia.c.is qui.de ſponſa.l.fi. ff.quod metus cauſa.tamen admittitur confeſſio partis.gl. eſt ſingu.in Auth.de ęquali.dot.§.illud.& alia eſt glo.in l.in ꝯtibus. in §.nullo modo.inf.de non nu.pecu.& in auth.ſed iam neceſſe.inf.de donatio.ante nup.& voluit Azo in ſumma de dona. ante nup. & Bal.in d. §. nullo modo.& Saly. in l.1.§.de dolo.ergo confeſſio non dicitur probatio.item ſubdit etiam ipſe Bal.quod
86 nõ ſit probatio patet.† Nam quando eſt renunciatum probationibus,& concluſum in cauſa, tamen intelligitur cõcluſum ſeu renunciatum confeſſionibus,immo tales confeſſiones admittuntur,vt hr̃ in c. cum Ioan. extra de fide inſtru. &
87 in l.ampliorem.inf.de appel.† Item pro hac parte facit, nam propter notoriũ poteſt ferri ſententia eo ſolum allegato,vt hr̃ in c.ad noſtram. la iij. extra de iureiur. & in c.porro. extra de diuortijs.nec indiget probatione,vt voluit gl. in cle.appellanti.in verbo alias.de appel. & hr̃ in c euidentia. de acc. ergo ſententia fertur ſine probatione ratione notorij, in quo nõ eſt probatio, ſed confeſſio inducit notorium. c.fin.de coha. cler.& mulie.ergo confeſſio non eſt probatio.ita dicit D.Felyn.in d.rubr.extra eo. itẽ etiam adducit pro hac parte c.nos in quẽquam.2.q.1.c.at ſi clerici.in princ.de iudi. c.cum cauſa. de raptori.cle.ſæpe.§.& quia poſitiones.de verb. ſig.in quibus iuribus ſunt verba denotantia diuerſitatem inter probationem & confeſſionem.& iſta vr̃ magis communis opin. Doctorum,de quo dixi etiam in ſing.meo 110.inci. communis
88 opin. † ideo D.Abb.& Io.de Imo. in d.rubr. extra eo. prædicta inducunt ad ſtatuta facientia mentionem de probatione in materia odioſa, quia talia ſtatuta non includunt cõfeſſionem partis ſecundum eos, quod eſt multum nota. maxime ad ſtatutum hic Bononiæ ſub rubri. de pœna falſorum teſtium & facientium falſa inſtrumenta &c. in ver. ſi vero bis vel vltra.ex quo cauetur,ꝙ ſi reperiatur, & ꝓbetur aliquẽ fabricaſſe, vel falſificaſſe, vel fabricari ſeu falſificari feciſſe aliqua inſtrumẽta,vel aliquas ſcripturas, igne comburatur &c. Nam in caſu dicti ſtatuti non ſufficeret, ꝙ reus confiteretur falſificaſſe vel fabricaſſe, vel falſificari vel fabricari feciſſe aliquod inſtr̃m falſum ad hoc vt igne combureretur,ſed requirerentur probationes per prædicta, quod eſt menti tenendum.nam hoc ego vidi de facto aliàs hic Bononiæ, & fuit decapitatus quidam Notarius propter eius cõfeſſionem,qui tamen per prædicta non poterat decapitari, cum non eſſet probata aliqua falſitas ꝯ eum niſi per ſuam confeſſionẽ, quæ non includitur ſub illis verbis ſtatuti,ſed illud operata eſt potentia aduerſarij ipſius,non autem iuris rigor. [Et idẽ firmat Raph.Fulg.in conſ.ſuo 124.incip.præſuppoſitis.in 2. col. vbi propriè loquitur in tali ſtatuto.] Et ſcias, ꝙ D.Fely. in d.rub. extra eo.circa fi. dicit, ꝙ ex prædictis infertur ad no.verbum, videlicet quod ſi ſtatutũ excludit poſt lapſum termini probationes,non tamen cenſetur excludere & auferre facultatẽ faciendi articulos,vt pars confiteatur,quia talia caſu non dicitur velle probare,ſed releuari ab onere probãdi, ita ſ'm eum ſentit Bar.ꝯ Nico.de Matha in auth. ſed nouo iure.verſus fin. §.ſi cer.pet.& firmat Lud.Roma.ſ'm eum in l.admonendi.in antepen.char.verſ.quo ad ſecundum &c. de iureiur. ad quæ vide quæ dixi in ſingu.meo 1 o.inci.communis Doctorum opi.&c.& pro hac parte D.Fely.vbi ſup. dicit ꝙ tex. in d.l.ſed ſi poſſeſſor. in §. pen. non habet obſtare vbi dicitur,ꝙ iurans
89 perinde hr̃,ac ſi probaſſet. †Nam illa dictio (perinde) denotat improprietatem. l.ſed & ſi lege.verſ. perinde. & ibi Ang. ff. de peti. hæredi. & glo. in l.1. ff. de receptato.& idem dixit Do.Felyn.in c.vltra tertiam.in fi.de teſti.attamen contra alia adducta ſupra contra hanc opinionem nec ipſe nec alius reſpondet,ideo cogita mecum. Et ſcias vlterius, ꝙ poſito ſine veritatis præiudicio,ꝙ cõfeſſio ſit probatio,non tamen intelligas de qualibet cõfeſſione, ſed ſolũ de cõfeſſione legitima,
90 quæ hẽt requiſita in cõfeſſione. † Nã primo debet cõtinere cauſam,aliàs nõ probat, & nihil operatur. l.cũ de indebito.§. fi.cũ gl.ff.eo.& gl.no.in l.1.in fi.ff.de interroga.act.c.ſi cautio. & ibi Doct.de fide inſtru.& hr̃ per gl.in l.inſtrumenta. inf. in hoc tit.& in l.generaliter.in verbo eam.§.de non num. pecu. & Bar.in l.nuda.inf.de dona.& per Lud.Ro.in conſ.ſuo 290. incip.in caſu &c. ante fi.& per Saly.in l.1. inf.de cõfeſ. de quo latius dixi in l.1.§.præterea.ff.de quæſt. & iſtud non ſolum habet locũ in ciuilibus,ſed etiam habet locũ in criminalibus quoniã etiam in criminalibus confeſſio facta ſine cauſa non præiudicat confitenti,ſicut nec in ciuilibus.ita ſing.dixit Pet. de Ancha.in conſ.ſuo 23.inci.viſa inquiſitione formata contra Philippum.in 1.col.quod eſt ſing. verbum,de quo dixi in ſingu.meo 219.incipien.obligatio.& in d.l.1.§.præterea.ff.de
91 quæſt. vltra med.† Scias tamen, & menti habeas,quod licet talis confeſſio ſine cauſa non faciat probationem, nec no-

ceat confitenti, vt in dictis locis, iſtud eſt verum quo ad ple-
nam probationem, ſecus autem quo ad ſemiplenam, quia
quo ad faciendam ſemiplenam probationem valet. ita ſing.
dixit Spec. poſt Marti. de Fano, in titu. de confeſ. in §. nunc vi
dendum. in 7. col. verſ. ſed nunquid. quod dictum pro valde
no. exclamat Ludo. Roma. in conſ. ſuo 373. incip. in caſu pro-
poſito &c. ante fi. quod eſt ſingu. no. & idem dixit Do. Alex.
in conſ. ſuo 4. inci. circa primum quęſitum. in pen. colum. in
1. volum. vbi ad hoc alleg. gl. in l. 3. in verbo, ſpeciem. ff. de te-
ſti. & glo. in l. inter chartulas. infra de conuenien. fiſ. debito.
lib. 10. & idem voluit ipſe Dom. Alex. in conſ. ſuo 73. incip. in
cauſa & lite &c. in 1. volum. vbi dicit, ꝙ idem voluit D. Anto.
92 in c. ſi cautio. de fide inſtru. † Et vltra præmiſſa aduertas etiã,
nam licet dicta confeſſio ſine cauſa non valeat, vt ſup. tamen
hoc fallit, niſi ſuper ea ſit appoſitum iuramentum, nam tunc
valet & plenè probat. ita no. dixit Lud. Roma. in dicto conſi-
lio ſuo 373. incip. in caſu propoſito &c. circa med. ver. cæte-
rum aduertendum. & idem dixit Ioan. Bap. de Caccialu. in
repe. ſua l. admonendi. in 7. char. in prin. 3. col. ff. de iureiur. &
alleg. Bal. in duobus locis, quem vide. de quo ſimiliter dixi in
93 d. l. 1. in §. præterea. vltra med. ff. de quæſt. † Limita etiam præ-
dictam concluſionem, niſi tal s confeſſio ſine cauſa ſit facta
in mortis articulo, quia tunc valebit. ita dixit Do. Anto. in c. ſi
cautio. de fide inſtru. in 4. col. & hoc per glo. ſing. in l. 1. in glo.
fin. circa fi. inf. de fal. cauſa adiecta lega. & per glo. in l. 1. in fi. ff.
de interroga. actio. quam ad hoc dixit ſingu. Barba. in repet.
rubr. de fide inſtru. in 3. col. de quo latius dixi in repeti. mea
rubricæ. ff. de fideiuſ. in 5. char. & in l. rationes. infra in hoc tit.
de qua glo. in l. 1. inf. de fal. cauſa adiec. leg. vide Socin. in conſ.
ſuo 61. incip. in pręſenti conſultatione &c. in 3. col. vbi addu-
cit plures Docto. dicentes illam eſſe ſing. & eam ſequuntur.
94 † Intellige etiam prædictam concluſionem cum alia reſtri-
ctione, videlicet quod confeſſio ſine cauſa non probat, vt in
dictis iuribus. hoc eſt verum, & habet locum, niſi ſit facta in
iudicio, quia tunc propter calorem iudicij probat, non ob-
ſtante ꝙ ſit ſine cauſa. ita dixit glo. no. & ſingu. in d. l. 1. §. fin. ff.
de interrog. actio. [Et quando aliquid dicatur factum in iu-
dicio, vide Bal. in l. 1. in §. ſimilique modo. C. de lati. liberta.]
Quam glo. ad hoc refert & ſequitur Dom. Alex. in conſ. ſuo
13. in 4. col. incip. ex his quæ in themate &c. & in l. pacta. poſt
prin. ſ. de pac. & Do. Fely. in c. quoniam contra. in 7. col. extra
de prob. & in c. 1. in 1. col. in fi. extra de pac. & Ang. in l. ſi vnus.
§. pactus. in 2. col. ff. de pac. & illam gl. etiam refert & ſequitur
Barb. in repe. rubr. de fide inſtru. in 3. char. in 3. col. pro qua di-
cit eſſe caſum, vbi hoc voluit Bald. in l. ſicut. inf. de repu. hære.
& illam etiam refert & ſequitur Lud. Rom. in conſ. ſuo 290.
incip. in caſu &c. circa fi. & illud quod voluit dicta glo. ſentit
etiam glo. in c. fi. extra de confeſ. & voluit Cyn. in l. generali-
ter. infra de non nume. pecu. & D. Anto. in d. c. ſi cautio. & in
c. fi. in 7. col. de confeſ. & ibidem etiam in 4. col. Pro qua glo.
faciunt dicta per Salyc. in d. l. 1. infra de confeſ. vbi ſing. dixit,
ꝙ ille qui apud acta cõfeſſus eſt habuiſſe & recepiſſe non po-
teſt poſtea opponere excep. non nume. pecu. & adduci po-
teſt, ꝙ voluit Bal. in l. fin. inf. de fide inſtrum. ver. venio ad alia
not. &c. vbi dicit, ꝙ ſi ſemel eſt producta ſcriptura in iudicio,
& regiſtrata eſt copia in actis, ꝙ talis ſcriptura facit plenam
fidem, licet non reperiatur originale. & faciunt dicta per Bal.
in addi. Spec. in titu. de confeſ. in verſ. confeſſio facta in iudi-
cio &c. vbi dicit, ꝙ confeſſio facta in iudicio ſiue formiter
ſiue informiter valet ſicut iuramentum, & facit glo. in l. præ-
ſentium. de teſtib. & quod dixit Card. in c. examinata. de iudi.
& Io. And. in c. fi. de iureiu. in 6. & quod voluit Inno. in d. c. ve
nerabilis. de excep. & in c. olim. de cenſi. & Bart. in l. poſt lega-
tum. ff. de his quib. vt indig. & facit no. verbum Salv. in l. con-
tractus. in 1. col. in verſ. item quæro &c. inf. de fide inſtru. vbi
95 dicit ꝙ quando contractus fit apud acta dicitur celebratus in
ſcriptis, ꝙ dicit perpetuò tenendum cordi &c. Et facit, quod
voluit Bal. in l. 1. in pen. col. infra de confeſ. vbi no. dixit, quòd
confeſſio facta in libello, vel in alia ſcriptura iudicij producta
aduerſario abſente perinde probat, ac ſi eſſet facta ipſo præ-
ſente. ad quod alleg. c. venerabilis. de exce. & in l. cum pretiũ.
inf. de libe. cau. & l. poſtquam liti. ſ. de pac. & idem tenet Do.
Ant. in c. fi. in 5. col. de confeſ. & Ioan. de Imo. in d. c. ſi cautio.
quem ad hoc refert & ſequitur Barba. in quodam conſ. ſuo
inci. prope eſt Dominus inuocantibus eum. in 4. colum. pro
quibus faciunt, quæ habentur in l. manumiſſio. ff. de manu.
vin. & in l. eum pro quo. ff. de in ius vocan. & in l. ſi quis vxori.
in §. ſi fugitiuum. ff. de fur. & tex. ſecundum vnum intellectũ
in c. 1. de iudi. & dicta per Bal. in l. 2. infra de inſtit. & ſubſt. ſub
condi. fac. per tex. ibi in verſ. ex his quæ in libello &c. & glo.
96 in l. rura. inf. de omni agro deſer. lib. 10. † Et facit etiam opti-
mè tex. valde no. in l. cum oſtendimus. in §. fin. ff. de fideiuſ. tu.

vbi dicitur, ꝙ ille, qui apud acta paſſus eſt ſe deſcribi in fideiuſ
ſorem, eſt obligatus, ac ſi ſolenniter per ſtipulationem pro-
miſiſſet. de quo tex. facit mẽtionem D. Lanfrancus de Brixia
in tract. ſuo de arbit. in 2. char. in vlt. col. in fi. & Ioan. de Imo.
in clem. 1. in 5. col. in verſ. vlt. inducit &c. de procu. vbi ponit
no. quæſtionem. de quo tex. etiam facit mentionem Cardi.
in d. cle. 1. in princ. 4. col. de proc. & Bart. in l. cum quis dece-
dens. in prin. ff. de leg. 3. & D. Alex. in l. pacta. poſt prin. ſup. de
pact. & D. Fran. de Aret. in c. quoniam contra. de proba. & ibi
Do. Fely. in 7. col. in prin. & Bal. in c. 1. §. fin. in titu. ſi de inueſti.
inter domi. & vaſſallis oria. circa fi. & D. Fely. in c. fraternita-
tis. in 5. col. in princ. de teſti. [Adde in materia iſta, quod pro-
miſſio facta in iudicio habet execu. paratam ſicut inſtrumen
tum guarentigiatum, ſecundum Bal. in l. eum pro quo. ff. de
in ius vocan. & ibi per alios. & per Alex. in l. tale pactum. in §.
qui prouocauit. ff. de pact. & adde Bal. in l. fi. C. arbi. tut. vbi di-
cit, ꝙ idem operatur verbum (credo) in iudicio ꝙ operatur
verbum præciſum, ſcilicet affirmatiuum. vide glo. & ibi Pau.
97 de Caſt. in auth. generaliter. C. epiſ. & cler.] † Item ad prædi-
cta faciunt etiam dicta per Raph. Fulgo. in l. omnium. inf de
teſta. vbi dicit, quod valet teſtamẽtum factum apud acta ſine
teſtibus. Bald. tamen & Salyc. ibi tenet, ꝙ non valet etiã apud
acta niſi cum duobus teſtibus, quos refert & ſequitur Alex.
in d. l. pacta. poſt princ. ſuprà de pact. Et faciunt dicta per Do.
Fely. in c. 1. in 2. col. de lit. conteſta. Et faciunt etiam notabilia
dicta ipſius D. Fely. in d. c. quoniam contra. in 7. col. vbi dixit,
quod vbi aliàs de iure pro aliquo negotio debet fieri duplex
inſtrumentum, ſufficit ſimplex aſſertio apud acta, quod dicit
voluiſſe Hoſtien. in ſumma de natis ex libero ventre, quem
ſequitur ſecundum eum Do. Ant. in c. iudicatum. de immu.
eccl. Quod eſt no. ad ſtatutum hic Bononiæ volens ꝙ in do-
nationibus requirãtur duo Notarij, nam ſatis erit ſine dictis
duobus Notarijs, quod donans aſſerat ſe donare apud acta.
Item allegat etiam ipſe D. Felyn. vbi ſupra tex. no. in materia
in l. 1. in fi. cum l. ſeq. ff. de appel. vbi actus qui debet expediri in
ſcriptis ſufficit ſi fiat apud acta viua voce & in actis ſcribatur.
98 † Subdit etiam D. Fely. vbi ſupra, quod tantum valet aſſertio
apud acta, quantum valet pactum. allegat Bar. hoc voluiſſe in
99 l. 1. in princ. ff. à quibus appel. non licet. Item dicit, † quod ta-
citurnitas apud acta habet vim ſtipulationis. allegat Barto. in
l. fi. ff. de præto. ſtipula. & in l. cum quis decedens. in prin. ff. de
verb. oblig. & Bal. in repe. l. tale pactum. §. qui prouocauit, in
100 7. col. ff. de pact. Et facit etiam ad prædicta, † nam pactum
nudum factum in iudicio parit actionem, quia aſſumit ſuffi-
ciens veſtimentum à calore iudicij, ſecundum Ludo. Rom.
& D. Alex. in l. 1. in §. 1. ff. de verb. oblig. quos ad hoc refert &
ſequitur D. Fely. in c. 1. in 1. col. in fi. extra de pact. vbi ẽt addu-
cit Pau. de Caſt. in d. l. tale pactũ. in §. qui prouocauit. in prin.
ff. de pac. vbi dicit, ꝙ nedum pactum nudum factum in iudi-
cio debet mitti executioni, iuxta glo. in auth. generaliter in
verbo, conſcribat. ſ. de epiſc. & cleri. ſed immo tale pactum
nudum factum in iudicio habet executionem paratam. Et
adducũt etiam Angel. in d. l. §. ſi vnus. in §. pactus. in 3. col. ff. de
pac. vbi dixit, ꝙ licet pactum nudum, quod quis facit de non
petendo parte abſente & nemine recipiente, eum non obli-
get, tamen hoc fallit, ſi fiat in iudicio. alleg. l. poſtq̃ liti. ſup. de
pact. & glo. in d. l. 1. ff. de interroga. actio. & idem dixit Ang.
in l. duobus. §. fi. in fi. ff. de pact. Et pro iſtis faciunt etiam opti-
mè dicta per Pet. de Anchar. in conſ. ſuo 326. incip. ſuper pri-
101 mo, &c. † Et facit etiam ſing. verbum Ang. de Are. in §. ſinau
tem. in 2. col. verſ. nota ibi, actis inſinuatum. Inſti. de ſatiſd. vbi
dixit, ꝙ ꝯ mandatum factum apud acta non poteſt aliquid
opponi. Et ideo dicit, ſi tu potes, ſis ſemper cautus, ꝙ facias
procuratorẽ tuum coram iudice ſedente pro tribunali, &
præſente aduerſario tuo, nam tunc dr̃ mandatum factum &
datum apud acta, cui poſteà aliquid opponi non poterit, ad
quod dicit videri tex. & glo. vbi Cyn. Bar. & alij in l. 1. ſupra de
ſatiſdan. de quo etiam dixi in l. ſi quis ne quæſtio. in 10. char.
102 ff. de quæſt. vbi omnino videas. † Et facit ſingulare verbum
Saly. in l. ꝯtractus. in 1. col inf. de fide inſtru. vbi dixit, quòd ꝯtractus
& obligationes, quæ fiunt apud acta etiam ex diſpoſitione
vel ex neceſſitate legis, dicuntur in ſcriptis contractæ per il-
103 lum tex. quod dicit perpetuò tenendum cordi. † Limita ta-
men hoc, videlicet quòd confeſſio ſine cauſa probat apud
acta, & nocet confitenti. hoc eſt verũ, ſi ſit facta principaliter,
ſecus ſi nõ ſit facta principaliter, ſed incidenter, quia tũc non
probat, nec nocet confitenti quo ad plenam probationem,
104 argu. eorum, quæ dixit † Bar. in l. cõfeſſus. ff. de cuſto. reo. vbi
dixit, quòd ad hoc vt reus confitens delictum poſſit puniri
vera pœna delicti, requiritur, quòd ſit confeſſus delictũ prin-
cipaliter, ſecus ſi illud ſit confeſſus incidenter, & idem vo-
luit Imo. in c. fi. in pen. col. de confeſſ. & D. Abb. in c. at ſi cleri-
ci. in

ſici.in princ.in 2.col.extra.de iudi. & Io.de Imo.in c.examina
ta.in fi.eo.tit.& facit tex.& ibi Abb.in c.1.in fi.de except.& in
c.2.de ordi cog.& in c.fi.de reſtitu.ſpolia.in vlt.no. & Abb.in
conſ.ſuo 25.incip. canonicus &c. in 1.volum. & Ang. in di-
ſputa.ſua,incip.Aſtenſis miles,&c. in 2. col. & in ſua diſputa-
tione,incip.duo nobiles Gallici.in 3.char.& Saly.in l.2.de cu-
ſtodia reorum.circa fi.Ang.in cõſ.ſuo 83.incip.viſis actis prę-
dictis &c. De quo latius dixi in repet.mea l.fi.in 22.char.infra
in hoc titu.& ibi etiam in 25.char.& in l.1. in princ.in vltima
105 charta.ff.de quæſtio. † Et adeo eſt verum hoc,quòd cõfeſſio
incidenter facta,& non principaliter, non nocet, quod dixit
ſingu.Saly.in l.1.in 8.col.inf.de confeſ.quòd ſi quis petit à me
10.mutuo,& ego vt nõ mutuem ſibi, dico, non habeo, imò
quia egebam pecunijs accepi.20.mutuo à Titio, qui eſt hic,
quod ille Titius non poteſt me conuenire vigore talis con-
feſſionis,quia illa mihi non præiudicat, cum non fuerit facta
principaliter de mutuo Titij, ſed incidenter. Et facit etiam
ſingu.verbum Alber.de Roſa.in 2.parte ſtatu. quæſt.148.in-
cip.Item quæro,&c. vbi dicit,ꝙ ſi factum eſt ſtatutum,quòd
quilibet pro ęſtimo faciendo debeat cum iuramento dare
omnia bona ſua,& etiam debita, ſi qua habet. Modò aliquis
iurauit ſe debere Titio 10.quæ verè ſibi non debebat, ſed vt
minus æſtimi haberet,ille autẽ Titius virtute illius confeſſio-
nis iuratæ vult petere illa 10.an poſſit? & arguit primò quòd
ſic, poſtea autem determinat quòd non. & poteſt eſſe ratio
triplex,videlicet, quia non eſt facta talis confeſſio principali-
ter propter Titium,ſed incidenter.Item quia tale iuramentũ
non eſt delatum à iudice, nec à parte, & eſt factum abſente
parte.Et facit no.verbum Bal.in l.præsbyteri. in penult.col.ſ.
de epiſ.& cleric. verſ.3. quæro. vbi dixit, quòd ſi teſtis exami-
natus in aliqua cauſa dicit ſe homicidam, quòd iudex nõ po-
terit ipſum punire ex tali confeſſione, quia non agebatur de
hoc,ad quod dicit fore glo.ordina.in c.quippe.13.q.6. quod
eſt no. in propoſito. Vlterius ſcias etiam circa hanc confeſ-
ſionem ſine cauſa, quòd confeſſio ſine cauſa facta per verba
merè enunciatiua probat liberationem, ſecundum D.Card.
in c.ſignificauit.de teſti.quem refert & ſequitur D.Felyn.ibi.
106 in 2.colum.verſ.nota tertiò,&c. † Modò vltra prædicta dico,
quòd confeſſio ad hoc vt inducat plenam probationem,nõ
ſolùm debet continere cauſam,vt dixi, ſed etiam requiritur,
quod fiat parte præſente,aliàs ſi fiat abſente parte,nõ probat.
l.certum.in §.ſi quis abſente.ff.de confeſ.l.fin.ff.de interroga.
actio. Quod verum intellige quò ad plenam probationem,
ſecùs autem quò ad ſemiplenam probationem, nã talis con
feſſio facta abſente parte,facit ſemiplenam probationem,ſe
cundum Bart.in l.admonẽdi.in 16.colum. ff.de iureiuran. &
voluit Lud.Rom.conſ.ſuo 373.incip. in caſu propoſito,viſis
allegationibus,&c. & Bal.in additio.Specu.in titu. de confeſ.
circa fi.& etiam videtur velle Abb.in c.fin.de ſucceſſio.ab in-
teſta.& voluit Dom.Alex.in conſ.ſuo 34.in vlt. char.in 2.col.
in 2.vol.de quo etiam per eundem in conſ. ſuo 179. incip.in
cauſa Angelorum. in 3.col. & per Ludo. Roma. in conſ.ſuo
291.incip.cum iſti fratres &c. in 3.col. & per Dom. Franc.de
Aret. in conſ. ſuo 64. incip. diligenter & maturè. in fi.primæ
colum.& per Barba.in conſ.ſuo 40.incip.viſo proceſſu.in 10.
colum.in verſ.9.in 3.volum.& per Oldra.in conſ.ſuo 291.in-
107 cipien.hæ ſunt rationes,&c. † Et circa hanc confeſſionem fa
ctam extra iudicium parte abſente teneas menti aliqua. pri-
mò, quòd cõfeſſio facta parte abſente probat liberationem
ſeu ſolutionem, ita dixit Bal. in l.generaliter. in vlt.col.inf.de
non nume.pecu.& in l.rationes.inf.in hoc titu.& in conſilio
ſuo 41.incip.in præmiſſis,&c.in 5.volum.pro quo faciunt di-
cta per Card. in c.ſignificauit.de teſtib. vbi dixit, ꝙ confeſſio
ſine cauſa etiam per verba enunciatiua, etiam mera, probat
liberationem.& allegat gl.in l.tale pactum.in princ. ff.de pac.
quod dictum refert & ſequitur D.Felyn.in d.c.ſignificauit.in
2.col.verſ.nota tertiò, &c. de quo latius per eum in c.ſi cau-
108 tio.in 10.col.verſ. fallit ſeptimò. extra de fide inſtru. † Item
ſcias etiam,ꝙ confeſſio facta abſente parte frequens & con-
tinuata & toties repetita, ꝙ tranſeat quaſi in publicã vocem
& famam,plenè probat,& præiudicat confitenti, ſecundum
Pau.de Caſt.in conſ.ſuo 175.incip.ſuper primo.in vlt.col.pro
quo faciunt optimè dicta per Ludo.Roma.in conſ. ſuo 190.
incip.in caſu propoſito,&c. ante fi.& per Do.Fely.in c.olim.
in 5.colum.de reſcrip. Item etiam teneas menti, quòd con-
feſſio facta abſente parte valet de ęquitate canonica, quia ſe-
cundum æquitatem canonicam ſola mens videtur ſufficere,
quod videtur voluiſſe glo.in c.quoties.1.quæſt.ſeptima,ita di
xit Dom.Anto.& Imo.in c.ſi cautio. de fide inſtrum. de quo
latius & notabilius per Dom.Felyn.ibi. in colum.7.verſ.fallit
ſecundò,&c. [In hac materia confeſſionis factæ abſente par-
te,vide Do.Flori. in l.hæredes eius. in §. idem ſcribit. ff.famil.
109 erciſcun.] † Item etiam ſcias, ꝙ confeſſio alicuius rei, quæ
dependet à ſolo animo, vel à ſola voluntate vnius, talis con-
feſſio non requirit partis pręſentiam,ſed valet parte abſente.
ita no.glo.& Barto.in l.Pomponius. la prima. ff.de neg. geſt.
& Bart.in d.l.certum.in dicto §. ſi quis abſente.& in §.ſi verò
expreſſim.& no.Ang.in Auth. de hæredi. & falci.& Do.Ale-
xander referens prædicta in cõſilio ſuo 186.incip. in hac cau-
ſa & lite,&c. in 4.colum.in fi. 2.volum. [Vide Alex.in conſi-
110 lio 85.incip.in cauſa mota,&c. in 7. col.] † Et ſcias etiam, ꝙ
dicta cõfeſſio facta abſente parte plenè probet, ſi ſit facta cũ
iuramento,ſecundum Pau. de Caſt. in cõſilio ſuo 241. incip.
primò videndum, &c. circa princip. quod eſt multum not.
Et teneas etiam menti quòd licèt regulariter confeſſio facta
abſente parte non probet,nec præiudicet confitenti, tamen
hoc fallit in confeſſione, quæ non tendit ad obligandũ cõfi-
tentem alteri, ſed principaliter tendit ad probãdum aliquid,
ex qua probatione abſenti quæritur obligatio, vnde ſi quis
approbat aliquod inſtrumentum tanquam verum, vigore
huius approbationis omnes, quorum intereſt, licèt fuerint
abſentes, poterunt agere contra approbãtem. ita dixit Ang.
per illum tex.in Auth.de hæred. & fal. in §. ſi verò expreſſim.
in 4.colum.verſ.ex hoc patet.quẽ refert & ſequitur Do.Fely.
in c.cum M.Ferrarienſis. in 17. colum. in fi. de conſtit. Scias
etiam,quod confeſſio facta abſente parte regulariter vt dixi,
non nocet confitenti,fallit tamẽ in alio caſu,videlicet ſi cõfi-
teor me debere aliquid Titio, & hoc faciam in præſentia
alicuius recipientis dictam confeſſionem nomine & vice
ipſius Titij, nam etiam ſi non habet mandatum, & etiam ſi
non ſit tabellio, ſi tamen Titius poſtea ratum habet, ei pro-
deſt talis confeſsio, & nocet confitenti. ita dixit Io. de Imo.
in c.ſi cautio.de fi.inſtrum.quem ibi refert & ſequitur Dom.
Fely.in 11.colum.in verſic.fallit 11.& mouetur Ioan.de Imo.
ad hoc dicendum per id,quod habetur in tex. & glo. in l.hu-
iuſmodi.in prin.ff.de leg.primo,& in §.alteri.Inſtitu.de inuti.
ſtipu.& notata per Barto. in l. non ſolum. §. liberationis. ff.
de liber.lega.& per no. Ioan. And. in Specu. in titu. de con-
feſ. in §. nunc videndum. verſ. quæro, quid ſi confiteor, &c.
111 † Et iſtis adde etiam, quòd confeſsio facta coram iudice re-
cipiente eam pro his, quorum intereſt, habet executionem
paratam etiam contra hæredem confitentis, etiam ſi nõ fiat
in forma iudicij.ita ſingu.dixit Dom. Phil. Franc. in c.cũ ſpe-
ciali.in antepen. colum. verſ.3.quæritur, &c. extra de appell.
allegat l.eum pro quo. & ibi Bal. ff. de in ius vocan. quod di-
cit notandum eſſe ad glo. in l.ſed ſi poſſeſſori. §. ſed cum de
hæreditate.ff.dę iureiur. [Limita tamen hoc multum ſingu.
vt per Alex. in conſ. 174. incip. in cauſa & lite,&c.in ſecunda
112 col.in verſ.pro hoc etiam,&c. in 6.volum.] † Item ſcias etiã,
quòd confeſsio facta in teſtamento parte præſente & acce-
ptante,habet eundem effectum irreuocabilem,quem habet
confeſsio inter viuos, ſecundum Iaco. de Belui. in Authent.
de iureiur.à morien.præſti. & Bal. in l.Lucius.§.antepen.ff.de
leg.ſecundo,& in l.ſi quis decedens.§.codicillis. ff. de leg.3.&
in l.rationes.inf.in hoc titu.& Do.Anto.in c.fin.de ſucceſsio.
ab inteſta.& Socin.in conſilio 61.incip.in præſenti conſulta-
113 tione.in 2.col.verſ.circa tertiam, &c. † Itẽ ſcias etiã circa hãc
materiã,ꝙ confeſsio facta corã fideiuſſore, ſatis dr̄ facta præ-
ſente parte,ſm Bald.in d.conſ.41.incip.in primis.in 5.volum.
114 † Et idem dicas in confeſsione facta coram negotiorum ge
ſtore,ſm Fran.Tigri.in cõſ.ſuo incip.Titius cõfeſſus fuit, &c.
quod intellige,etiam ſi talis negotiorũ geſtor acceptans pro
abſente, ſit priuata perſona, ſecundũ Saly. in l.1. in 15.oppo.
inf.de confeſ.quos refert & ſequitur Dom.Fely.in c.olim.in
115 3.col.de reſcrip. † Itẽ teneas etiã menti, quòd licèt confeſsio
facta abſente parte nõ probet plenè,tamẽ fallit in cõfeſsione
inſtrumẽtali, quia cõfeſsio facta in inſtrõ abſente parte pro-
bat contra confitentem. text. eſt ad hoc no. in l.deſiderium.
infra depoſiti.quem tex.ibi exclamat Bald. & Pau. de Caſt.in
conſ.84. incip. quòd præfata ſententia. & Barto. in l.admo-
nendi. ff. de iureiur. & ita dicit Dom. Franc.de Cre.in nota.
ſuo 104. incip. apparet inſtrumentum. & faciunt no. verba
Pau.de Caſt.in dicto conſ.ſuo 84.incip.pręfata ſententia,&c.
vbi no.dicit,quòd ratio dati & recepti facta inter aliquos in-
ducit probationẽ quo ad alios, licèt ſit facta in abſentia par-
tis. quod eſt nota. † Itẽ adde, quòd requiritur etiam ad hoc
116 vt confeſsio noceat cõfitenti, quod non ſit facta calore ira-
cundiæ,aliàs ſi ſit facta calore iracundiæ, non præiudicat cõfi
tenti.ita dixit gl.no. in c.ex literis.de diuor. alia eſt in c.ſi quis
iratus. 2.q.3.pro quibus facit l. quicquid calore.de reg.iur. Et
facit no.verbum Bal. in c.1. §. ſi quis verò.in fi.de pace iur.fir.
vbi dicit, ꝙ homo intẽſo calore præmotus nõ eſt in plenitu-
dine intellectus.ad quæ etiam videre potes Barb.in c.ſecũdo
117 de conſtitu. in 2. char. † Modò vltra prædicta dico,quòd re-

 quiritur

quititur etiam in confeſſione, ad hoc vt illa inducat proba-
tionem, quòd ipſa confeſſio ſit probata, aliàs nõ probat, nec
nocet confitenti. Loquor in criminalibus. Et pono exem-
plum, ſi reus confitetur ſe hominem occidiſſe, & poſtea illũ
proieciſſe in mari, certè iſta talis confeſſio non facit proba-
tionem, nec ei nocet, taliter quod poſſit puniri, ſi non cõſtat
de corpore mortuo, ſaltem per famam, & ſic confeſſio rei
debet probari, aliàs non probat contra eum, nec ei nocet, vt
poſſit puniri de homicidio. ita dixit Bal. in addi. Spec. in tit. de
ſentén. in 18. colum. in fi. & idem etiam firmat ipſe Bal. in l. cũ
probatio. ff. de probatio. in ſuis addi. & in authen. ſed nouo
iure. ſ. de furt. & idem ipſe dixit in addi. Spec. in tit. de confeſ.
in 2. col. in verſ. Titius confitetur. Et faciunt dicta per Ang. in
l. 1. infra de confeſ. vbi ponit de illis malandrinis, qui confeſſi
ſunt ſe occidiſſe plures mercatores peregrinos, & proieciſſe
eorum corpora in mari, an ſtandum ſit tali confeſſioni? &
dicit, ꝙ inſpiciendum eſt, an mare vel flumen ſit propè illum
locum, quia ſi eſt propè, eis nocebit, ſecus autem ſi non ſit
propè, quia tunc eis non nocebit. Et facit no. verbum Bal. in
l. 1. in 3. col. verſ. quidam cõfeſſus fuit, infra de fal. cauſa adiec.
lega. vbi dixit, quòd licèt aliquis in teſtamẽto ſuo generaliter
confiteatur ſe eſſe vſurarium, quòd per hoc non annullatur
eius teſtamentum, niſi deſcendat ad aliquam ſpeciem, puta
dicendo, quia extorſi vſuras à Titio; quia hoc caſu poterit
probari talis confeſſio. Et poteſt etiam addi prædictis Ang.
de Are. in ſuo tractatu maleficiorum, in verbo, & veſtem cœ
leſtẽ abſtulit. in 6. char. in verſ. quid ſi aliquis confiteatur, &c.
vbi dicit, quòd ſi reus confitetur ſe feciſſe plura & plura fur-
ta diuerſis temporibus & diuerſis perſonis, quòd huic cõfeſ-
ſioni ſtandum nõ eſt, quia talis confeſſio eſt generalis, cum
non cõſtet de rebus ſubtractis. Et ideo ſubdit, ꝙ iudex debet
eſſe bene cautus, ne damnet animam & corpus ſuum, quan-
do fur confitetur coram eo maria & montes, & plura furta
commiſiſſe. Nam non debet ipſe iudex tali confeſſioni cre-
dere, ſed debet velle omnia furta per ipſum confeſſata pro-
bare & verificare deſtinando nuncium ad habendam infor-
mationem pro veritate & in reperiendo furta per eum alle-
gata, ita quod appareat, quæ diſtraxerit, quæ pignorauerit, &
quæ penes eum habet, alias ſi hoc nõ faceret ipſe iudex, ſæpe
innocentes condemnaret, qui metu tormẽtorum vel etiam
ex maximo cruciatu ipſorum tormentorum multa nõ vera
confitentur, cõtra. l. abſentem. ff. de pę. Pro quibus facit opti-
mè tex. in l. 1. §. illud autem. ff. ad Silla. de quo ego latius dixi in
l. 1. in princ. in pen. char. ff. de quæſt. vbi poſui, ꝙ ante omnia
118 debet conſtare iudici delictum eſſe commiſſum. † Requiri-
tur etiam, quòd confeſſio ad hoc vt faciat probationem, ſit
poſſibilis: quia ſi eſt impoſſibilis, non probat, & non nocet
confitenti, vtputa ſi reus cõfiteatur occidiſſe hominẽ viuen-
tẽ adhuc. ita eſt tex. in l. inde Neratius. in §. ſi quis hominem
viuum. ff. ad leg. Aquil. & habetur in l. cõfeſſionibus. & in l. ſi
is. ff. de interrog. act. & hoc firmat Do. Ant. in c. ſignificaſti. in
2. col. de homici. Et idem voluit Bal. in l. 1. in 8. col. verſ. ſed qd
dices. il ij. infra de confeſ. & in conſ. ſuo 63. incip. verba Cy. in
vlt. col. in 1. vol. Et faciunt dicta per Alex. in cõſilio ſuo 339.
incip. in cauſa inquiſitionis formatæ. in 1. col. vbi dixit, ꝙ ille,
qui confitetur aliquem mortuum eſſe ex veneno per ſe illi
dato, non præiudicat ſibi, quoniam impoſſibile eſt ſibi hoc
ſcire. Et ideo aliàs audiui Dominum Vincentium de Paleo
tis, præceptorem meum, in cathedra viua voce dicentem, ſe
aliàs iuuaſſe quendam inquiſitum à pœna mortis, qui con-
feſſus erat ſe fregiſſe cum enſe cuidam inimico ſuo caput &
oſſum, nam cum talis confeſſio ſit impoſſibilis, non nocet
confitenti, nec per conſequens facit probationem. Et quòd
ſit impoſſibilis, patet ſatis à communiter accidentibus. Nam
quando aliquis eſt vulneratus in capite, laborant ſatis medici
cum candelis accenſis pluries inſpiciendo vulnus, cognoſce-
re, an ſit fractũ oſſum, ergo eſt impoſſibile, ꝙ percuſſor, qui
illato vulnere ſtatim aufugit, hoc ſciuerit, ergo talis cõfeſſio
non probat, noc nocet ipſi confitenti, quod dicebat Domi-
nus Vincentius probari & colligi ex dictis Pet. de Anchar. in
c. fi. in 6. col. ver. quæritur. extra de confeſ. Pro quibus etiã fa-
ciunt dicta per Lud. Roma. conſ. ſuo 113. incip. pro deciſ. in
fi. vbi dicit expreſsè, ꝙ confeſſio naturæ cõtraria ſeu impoſſi-
bilis nõ nocet cõfitenti, allegat quàmplura, de quibus ibi per
eum. Et faciunt dicta per Lud. Ro. in cõſ. ſuo 167. inci. Anto.
accuſatus, &c. 2. col. in prin. ad quæ vide D. Augu. Ari. in addi.
ad Angel. de Are. in trac. malefi. in verbo, fama publica. in 18.
char. in vlt. addi. de quo plenius dixi in l. 1. in prin. in pen. char.
ff. de quæſt. & in repe. mea l. fi. in hoc titu. in 8. char. vbi videas.
119 † Et ſcias, ꝙ iſta impoſſibilitas nedum vitiat confeſſionẽ rei,
vt dixi, ſed etiam vitiat dictum teſtis. Nam quando teſtes de-
ponunt aliquid, quod eis ſit impoſſibile ſcire, non valet eius
dictum. Ita dixit Bar. in l. Arethuſa. in 1. col. ff. de ſtatu ho. vbi
refert quòd Oldr. defendit quendam accuſatum à morte, nã
erat quidam accuſatus de homicidio noctis tp̄e cõmiſſo, &
teſtes deponebant de viſu, & interrogati in quo loco erant,
reſponderunt, ꝙ erant aliquantulum remoti, interrogati, ſi
ibi erat lumen ignis vel candelæ, dixerunt ꝙ non, & hoc etiã
fuit probatum per alios. & ipſe Oldra. tunc probauit, ꝙ illa
nocte, illa hora luna non lucebat, adeo quòd hoc non potue
runt videre ipſi teſtes, & hoc modo conuicit ipſos teſtes, &
illum liberauit à morte, quia ſi non aderat lumen ignis vel
candelę, nec lucebat luna, per argu. à communiter acciden-
tibus & à ſufficienti partium enumeratione illi teſtes nõ de-
ponebant poſſibile, quia homines non vident facta in obſcu
ro, teſte natura. Ad quod etiam Bal. vbi ſ. alleg. bonam glo. in
l. ſi cũ exceptione. in §. in hac. ff. quod met. cau. in verbo, igno
rantiam. ibi in fi. dum dicit, cum talia fiãt de nocte & in mul-
titudine hominum, &c. quam glo. ibi approbat Bal. & Ang.
& ibi hoc tenent. & idem tenet Bal. in c. 1. in §. porro. in titu.
quæ fuit prima cauſa benefi. amitten. & D. Bartho. Cęp. in
cautelis ſuis, cautela 231. incip. ſi quis fuit accuſatus. & idem
vr̃ firmare Bal. in l. de quibus. in pen. col. ver. & ideo malefi-
cium. ff. de legi. vbi etiam allegat dictã glo. in d. §. in hac. & idẽ
tenet Bal. in l. cum fratrẽ. inf. de his quib. vt indig. & in l. data
opera. in 12. col. verſ. deponit teſtis falſum. inf. qui accuſare
non poſſ. & in l. ſi non ſpeciali. in prin. inf. de teſta. & Cępo. in
conſ. ſuo 32. incip. quidam. in 4. col. in fi. & idem dixit Ang. in
conſ. ſuo. 194. incip. viſis proceſſibus, in 2. col. & faciunt opti-
mè dicta per Ludo. Roma in conſ. ſuo 7. incip. viſis &c. per
D. Fely. in c. 2. in 1. col. de homicid. & in c. cũ cauſam. in 7. col.
de teſti. quæ omnia retuli in d. l. 1. in princ. in pen. char. ff. de
120 quæſt. † Item & vltra prædicta dico, ꝙ ad hoc vt confeſſio
inducat probationem, ꝙ requiritur, ꝙ ſit veriſimilis, aliàs ſi
non ſit veriſimilis, nõ facit probationẽ, nec nocet confitenti,
ſm̃ Bal. in l. ſi quis in hoc genus. ſ. de epiſ. & cle. in 1. colum. &
Pet. de Anch. in conſ. 23. in c. viſa inquiſitione formata cõtra
Philip. in 1. col. pro quo facit tex. in l. non eſt veriſimile. ff. qđ
met. cau. & in c. quia veriſimile. de præſump. & tex. in l. ſi ita
quis. in ver. quod nemo ſanus diceret. ff. de euict. & dixit Pet.
de Anch. in conſ. ſuo 257. incip. ex ordine contractuum, &c.
in vlt. col. quod nõ veriſimilibus iudex non debet dare fidẽ,
& dixit Pet. de Anch. in cõſ. ſuo 157. incip. viſa facti narratio-
ne. in 7. col. in fi. quod allegans nõ veriſimile, non debet audi
ri. & dixit Bal. in l. fi. ſ. de eden. ꝙ probatio debet eſſe veriſimi
lis, alias ei non eſt ſtandum. & dixit Innoc. in c. auditis. extra
de reſcrip. quòd teſtibus deponentibus nõ veriſimilia, nõ eſt
credendum, & idem dixit Do. Felyn. in c. licet cauſam. in ver.
121 no. decimo, extra eo. de proba. † Et fortius dixit Do. Alex. in
conſ. ſuo 438. incip. circa primum. in pen. col. quod dictum
teſtis non veriſimile, eſt ſuſpectum de falſo. & faciunt dicta
per Dominos de Rota, ſecũdum D. Fely. in antiquis deciſio-
nibus, in titu. de iureiur. deciſ. 3. incip. vbi aliquis, &c. vbi dixe-
122 runt, † ꝙ licèt habeamus, ꝙ quando quis fuerit impeditus,
ſtetur ſacramento ſuo, vt eſt glo. in §. aliæ. Inſti. de actio. cum
ſimili. hoc tamen eſt verum, ſi præſumptio veriſimilis ſit pro
iurante, aliàs nõ ſtatur iuramento ſuo. Pro quo faciunt opti-
mè dicta per Bart. in l. inter omnes. in §. rectè. ff. de fur. & per
Bal. in auth. cui relictũ. inf. de indi. vidui. tol. de quo p Dom.
Felyn. in c. 2. in 6. col. de conſti. & ibi per Imo. in 9. col. & per
Card. in cle. 2. §. cæterum. de elec. in 7. q. & per Ioan. de Ana. in
c. 1. in vlt. charta. de calumnia. & per Do. Fely. in c. ſignificaſti.
123 il primo, in prin. de homici. † Et pro prædictis faciunt etiam
dicta per Bal. in c. 1. in §. ſacramentũ. in 2. col. de conſue. recti
feu. vbi inquit, quòd quando teſtis deponit ſuper eo, quod
non eſt veriſimile, vel eſt remotum ab eo, ſeu à natura con-
tractus, tunc nõ poteſt deferri iur̃m in ſupplementũ proba-
124 tionis. † Et dixit D. Alex. in conſ. ſuo 295. incip. clariſſime Do
mine, &c. in vlt. col. ꝙ nunquam defertur iuramẽtum, quan-
do illud, quod vult quis iurare, non eſt veriſimile. alleg. glo.
quam dicit no. in l. 1. ſup. qui & aduerſus quos. quam ad hoc
ibi ponderat Bal. in 3. col. & illam etiam ad hoc allegat Lud.
Roma. in conſ. ſuo 91. incip. viſis ac percunctatis, in pen. col.
Pro quo faciunt dicta per Dom. Alex. in conſ. ſuo 179. incip.
in cauſa Angelorum. in fi. penult. colum. & faciunt dicta per
Bal. in d. l. 1. in 3. col. infra de ſer. fugi. vbi inquit, ꝙ remotum à
veriſimili, eſt quædã falſitatis imago. & facit text. & ibi Card.
in cle. ne Romani, in princip. de elect. vbi dicitur, quòd opi-
nio non conſona veritati, eſt reijcienda. & facit no. verbum
Bald. in l. clarum. infra de auth. præſtan. vbi dixit, quòd ſi mi-
nor vel maior eſt confeſſus extra iudicium, an poſſit cogi ad
perſeuerandum in illa confeſſione. in quo dicit, quòd ſi illa
confeſſio eſt veriſimilis, poteſt compelli ad perſeuerandũ in
ea, p l. quæro. in fi. ff. de ędil. edic. & per l. capite 5. ff. de adulte.

ſecus

ſecus ſi non ſit veriſimilis, vt in l.1.inf.ſi quis Imper.maledixe.
& per l.milites.in §.oportet.inf.de quæſt.& iſtud dictum Bal.
refert & ſequitur Do.Franc.Brunus in tracta. ſuo de indicijs
& tortura.in 3.char. in 3.col. verſ. aliud eſt indicium. de quo
ego feci mentionem in l.de minore. in princ. ff. de quæſtio.
& vide etiam Dom.Anto. in c.1.de confeſ. vbi dixit, quòd li-
cèt confeſſus homicidium ſine alia probatione puniatur pœ
na iuris, per d.c.1.hoc tamen eſt verum, ſi confeſſio ſit veriſi-
milis. quod dictum refert & ſequitur Dom.Paris de Puteo
in tract.ſuo ſyndicatus, in 30.char. in 1.colum. de quo etiam
feci mentionem in d. l. 1. in princ. vlt.char.ff.de quæſtio. vbi
125 quaſi ad literam poſui iſta omnia. † Et in hac materia veriſi-
militudinis teneas menti, quòd licèt non credatur teſti depo
nenti non veriſimile, tamē hoc fallit in teſtibus valde dignis.
ita no.dixit Dom.Fely.in c.quia veriſimile.in 6. col. in princ.
de præſump. quod dicit eſſe no. de quo feci mentionem in
126 ſing.meo 273.inci.notiſſimum.;circa vlt.colum.† Item ſcias,
quòd confeſſio non nocet cōfitenti, ſed reuocari poteſt tan
quàm erronea, quando nō fuit acceptata per partem. [Adde
hic Bald.in ſimili, in c.cum veniſſent. per illum tex.in 3.col.de
eo, qui mit.in poſ. rei ſer. cauſa. vbi dixit ꝙ renunciatio non
nocet renuncianti, quando non eſt acceptata per partem, &
vide Iaſo.in l.poſtquam. C. de pact.Adde, quòd iſta accepta-
tio debet fieri tempore, quo fit confeſſio vel renunciatio, &
non ex interuallo, ſecundum glo.in l.conſenſu. ff. de acti. &
obliga.& in l.1.ff.de contrahen.emp.& voluit Abb. in d.c.di-
lectus.de ſponſa.& vide Barb.in c.cum olim. il ij.in 3.col.in fi.
de offi.delega.Ita dixit Cyn.in l.vnica.in 6.q. inf. de confeſ. &
ibi Salyc.in 15.oppo.& Saly.in l.iubemus.inf.de libera. cauſa.
& in l.generaliter.in 6.quæſt. inf. de non nume.pecu. vbi re-
fert ſe ſæpius pro hac parte conſuluiſſe.& dicit etiam hoc te-
nuiſſe Richar.Saly.& ita tenet Do.Alex.prędicta, & alia addu
cens ad hoc in conſilio ſuo 364. incip. in cauſa appellationis.
& D.Flo.de ſancto Petro in l.fi.ff.de interroga. actio. de quo
etiam per eum in conſilio ſuo 90. incip. ferè omnis vis, &c.
in 1.col.in 1.volum.& per Dom.Franc.de Curte in conſ.ſuo
77.incip.ſuper articulo, &c. & D.Felyn.in c.ſi cautio.in 5.col.
127 verſ.fortius dixit, &c. de fide inſtru. † Item etiam ſcias, quòd
confeſſio debet eſſe pura & ſpontanea, aliàs non nocet cōfi-
tenti, ſecundum Ioan. de Imo. in conſilio ſuo 109.incip. viſa
inquiſitione, &c. vbi dixit, quòd quando iudex habet reum
in manibus, & dicit ſibi, confitearis delictum, quia promitto
tibi indulgere, & facere gratiam, nam tunc ſi confiteatur de-
lictum, non poterit ex ſua confeſſione puniri. ad quod plura
iura & rationes adducit, de quibus ibi per eum. de quo dixi
128 in ſingu.meo 201.incip.in confeſſum, &c. †Vltimò circa hāc
materiam confeſſionis ſcias, quòd confeſſio non nocet cōfi-
tenti, quando contra eam iudicatum vel ſententiatum eſt, ſe
cundum Innoc.in c.mulieri.de iureiuran. quem refert & ſe-
quitur Bald. in l.ſi quis in hoc genus. ſup.de epiſ.& cler. [& in
auth.nouo iure.inf. de pœna iudi. qui malè iudi. de quo dixi
129 latius in ſing.meo 257.incip.nemo audiendus eſt, &c. † pro
quo facit aliqualiter in argu. illud, quod dicitur, videlicet, ꝙ
negans poſitionem aduerſarij non poteſt poſtea ſe iuuare
ex ea, vt voluit Archid. in c.1. de conſecra. eccle.vel alta.in 6.
quem refert & ſequitur Do. Vitalis in tractatu clauſularum,
in clau.incip.quòd non ſit melior conditio, &c. in vlt. col. &
Ang. in l.1.in §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verbo. oblig. de quo
dixi latè in auth.item poſſeſſor. infra qui potio. in pigno. ha-
bean. Et ſi vis plenius videre alia requiſita in cōfeſſione, vide
glo.ordi. & ibi Docto. in c.fin. de confeſ. & vide in materia,
quæ ego dixi in ſingu.meo 201.incip.in confeſſum. Et an fi-
cta confeſſio noceat cōfitenti, vel eius hæredi, vide plura no-
tata per D.Philip.Fran.in c.ſpeciali.in §.fi.in vlt.char.in 2.& 3.
colum.de appel.vbi ſingu. loquitur. Capio modò aliam ſpe-
ciem probationis, ſequendo ordinem Bal.& ſic probationē,
130 quæ fit per iuramentum, circa quam mihi vr̄ primò † quæ-
rendum, vtrum iuramentum dicatur probatio? in quo pri-
mo videtur dicendū quòd ſic, per tex.in c.2. extra eo. in verſ
aliæ probationes. [De hac quæſt.vide Iaſo. in §. quadrupli. in.
6.col. Inſtit.de actio.] iunctis notatis per glo. & Doct. in c.ſe-
des.de reſcrip.in 2.no.dicens quòd per illum tex. in d. c.2.no-
tant Doct.Moder.ſecundum Do.Fely.in 2.no. ibi dicens per
illum tex.reprobatur glo.in l.cum de indebito. in 1.gl. ff. eo.
quæ tenet contrarium. ad quod etiam facit tex. expreſſus in
l.ſed & ſi poſſeſſori.in verſ.proinde.ff.de iureiur.& eſt bonus
tex.in l.fi.in §.licentia.in verſ.vel per ſacramentum illius.infra
de iure delibe.& hanc partem firmat Lud.Roma. in l.admo-
nendi.in 23.col.ff.de iureiur.qui ad hoc allegat glo. in verbo,
proprium. in c.ſtatutum. in §. cum verò. de reſcrip.in 6. Sed
vltra eum dicas tu, quòd hoc voluit glo. in l.in contractibus.
in §. illud videlicet. infra de non nume. pecu. & glo.in c.præ-
ſentium.de teſti. Sed in contrarium, quòd immo iuramen-
tum non ſit probatio, voluit glo. in d. l.cum de indebito. in
verſ.legitimis. ff.quod cum eo. quam ad hoc refert & ſequi-
tur Ludo. Roma. in rubr.de arbit. in 5.colum.& idem dixit
glo.in c.at ſi clerici.in §.ſi verò.extra de iudi.quæ dixit, ꝙ legi-
tima probatio eſt illa, quæ fit per teſtes omni except.maio-
res, ad quod eſt etiam glo.in c.abolen. in verbo, depræhenſi,
de hæreti.quæ dixit, quòd legitima probatio dicitur illa, quæ
fit per teſtes, vel per propriam confeſſionem, & ſic non per
iuramentum, & hanc partem etiam tenet glo. in l.contra ne
gantem.ſupra ad legem Aquil.& gl.in §.quadrupli.in verbo,
duplicatur.Inſtitu. de actio. Pro qua parte etiam quòd iura-
mentum non ſit probatio, adduco text. apertè hoc deciden
tem in c.tuæ.de cle.peregri.vbi habetur, quòd ordinatio illo-
rum qui ſunt ignoti, debet ꝓbari legitimè ad hoc vt epiſco-
pus loci permittat eis celebrare.& tex.ibi exponit, ſiue per li-
teras, ſiue per teſtes, & ſic nō per iuramentum, quia incluſio
vnius, excluſio alterius. l.maritus. ſupra de procu. cum ſimi.
Quinimò fortius dici poſſet, quòd nedum iuramētum non
facit probationem, ſed nec etiam facit idoneum arg. tex.eſt
nota.in c.inter quatuor.de cleri.peregrinis.Item pro hac par
te, quòd iuramētum non ſit probatio, eſt tex.apertus in l.Lu
cius.ff.de cond.& demonſtr.vbi dicitur, quòd ſi teſtator inſti
tuit Claudium, ſi ipſe probauerit ſe filium teſtatoris, dicit ibi
tex.quòd ille non poterit probare hoc per modum cōſiſten-
tem in poteſtate ſua, ergo non poterit probare per iuramen
tum, & ſic tex.ille optimè probat, quòd iuramentum nō eſt
probatio. Et illum tex.ad hoc dixit ſingu. Bal.in l.hæc ſenten-
tia.infra de ſenten.quæ ſine cer.quanti.& Ludo.Roma.in re-
peti.rub.de arbi.in 5. col. verſ & vnum ſcias, &c. & Barba. in
c.ſi conſtiterit.in fi.3.col.de accuſa. Item vltra prædicta hanc
partem tenet glo.in c.1.§.ſi quis.in verbo, abſoluendus.in tit.
ſi de inueſti. inter dominum & vaſſallum lis oria. quam ibi
no.& approbat Bal.& idem etiam tenet Bal. approbando il-
lam in c.1.in §.ſacramentum.in vlt.colum.de cōſue. rec. feu.
& idem firmat ipſe Bal.in c.1.in §.conuenticulas. in 3.colum.
de pace iura.fir.& in l.actio.in 1.colum.infra eo. Et iſtam par
tem tenet etiam Do.Felyn.in rubr.extra eodem, circa fin.&
in c.2.in pen.colum.circa fi.de conſti.de quo etiam per Mo-
der.in l.ſi frater tuus.infra, de teſtamen.mili.& ſic iſta eſt ma-
gis communis opinio, videlicet quòd iuramentum non ſit
131 probatio, quam opi.etiam ego ſequor. † Et ad contraria po
teſt reſponderi, primò ad text. in d.c.2.extra eo.in verbo aliæ
probationes, quòd licèt dictio, alius, alia, aliud, implicet ſi-
milia, vt habetur per glo.in l.ſi fugitiui.inf.de ſer.fugi. & in l.j.
§.1.ff.de pollici.& glo.in l.1.in verſic.alio quocunq;. ff.mand.
& glo.in cle.abbates.in verbo, alij.de reſcrip. & glo. in Auth.
vt defuncti, ſeu funera.in verbo, alios.& glo. in c.ſedes. de re-
ſcrip. & voluit Ludo. Roma. in conſ. ſuo 42.incip.viſis, quæ
egregiè.& in conſ.42.incip.indubitatiſſimam iuſtitiam.& in
conſilio ſuo 180.incipien.ſi admittimus.in vlt. col.in quibus
allegant etiam alia iura ad hoc: attamen hoc nō eſt ſemper
verum, quòd tales dictiones importent implicationem ſimi
lium.ita dixit glo.no.in l.non ſolum.in §.quæritur. ff.de pro-
curato. vbi adducit exemplum de ſacra ſcriptura dicente, ꝙ
Chriſtus fuit crucifixus & alij duo latrones, attamē nō ſignifi
cat, nec importat quòd Chriſtus eſſet latro, & idem voluit
gl.in l. argumento. circa fi. ff.de auro & argen. lega. & Nico.
de Neapo. in l.ſed & reprobari. in 2.col. ff.de excuſa.tuto.&
& glo.in c.ſedes apoſtolica. de reſcrip.ergo non eſt dicendū,
ꝙ tex.in d.c.2.propter verbum, aliæ probationes, implicet, ꝙ
iuramentum ſit probatio, & ſic non obſtat. Nec etiam ob-
ſtat tex.in l.ſed ſi poſſeſſori.in verbo, proinde.ff.de iureiuran.
qm̄ illa dictio, proinde, eſt dictio improprietatis, vt dixi ſupra
in quæſtione, an confeſſio ſit probatio. Nec etiam obſtāt gl.
in ꝯrium adductæ, quia plures ſunt glo. tenentes cōtrarium,
132 vt adduxi ſ̄. & ſic † remaneo cum magis communi opin. ꝙ
iuramentum non ſit probatio. quod intelligo de iuramēto
voluntario, ſecus de iuramento delato à parte parti, vel à iu-
dice parti, quia tunc tale iuramentū facit probationē, vt hr̄
in l.admonendi. ff. de iureiur.& in l.manifeſtæ.eod.titu.& in
133 l.bonæfidei.ſ̄.de reb.credi.cum ſi. † Iſtam tamen concluſio-
nem, quòd iuramentum nō eſt probatio, nec probationem
inducit, limita pluribus modis, ſeu plurib. caſibus, in quibus
iuramentū facit probationem.& primò limita in fuga. Nam
tu ſcis, quòd fuga facit indicium regulariter contra fugiētē,
vt habetur in l.fi.ff.de quæſt.& per ſcribentes in l.in lege Cor
nelia. ff. ad Silleia. & per Ange. de Are. in tracta. maleficio-
rum, in verbo, fama publica. in 6.char. in verſic. an fuga. de
quo dixi latè in repe.mea.l.fi.in 80.char. inf.in hoc tit. Atta-
men caſu, quo fuga inducat indicium vel præſumptionem
ꝯ aliquem, tunc talis præſumptio taliter inducta per fugam

tollitur per iuramentum ipſius fugientis, ita ſingulariter &
mirabiliter dixit Cy.in l.fi.inf. de requi.reis. quod dictū valde
pro no.refert & ſequitur D.Fran.Bru. in tract.ſuo de indicijs
& tortu.in 3.charta.in 2. colum. in fi.verbis. quod etiam ego
134 retuli in ſingu.meo 115.incipien. fuga. † Item iuramentum
etiam alio caſu probat, nam probat illa, quæ conſiſtunt in
animo, & talia probantur per aſſertionem cum iuramento.
ita dixit glo.apud omnes ſingularis,in §.aliæ.Inſtitu. de actio.
quam ad hoc alleg. Ioan. de Ana. in c.ſignificaſti.il primo,in
2.col.de homic.vbi dicit,quòd idem voluit glo. in c. præſen-
tium,de teſtib.& in c.ſi verò.il ij.de ſent.excom.& in c.paſto-
ralis.vbi bonus tex.de excep.Item etiam dictam glo.in §.aliæ.
ad hoc allegat Bar.in l.Celſus.in 2.col.de vſucapio.& Ioan.de
Ana.in conſ.ſuo 44.incip.in quæſtione Stabioli, & Lud.Ro.
in conſ.ſuo 398.incip.vt clarior reddatur.in fi. & in conſ.ſuo
76.inci.in cauſa nobilis viri.in 3.col.& in conſ.102. inci.ſuper
eo.in pen.col.& in cõſ.ſuo 320.inci.hæc iſtorum quinq;, &c.
in 1.col.& Cepo.in conſ.ſuo 33.incip.viſa accuſatione,&c. in
pen.col.& Ang.de Are.Inſti.de vulg.ſubſtit.in §.fi.in pen.col.
& Do.Fely.in d.c.ſignificaſti.il primo,de homici.& idem vo
luit gl.in l.1.in §. hoc interdictum. ff. de itine.actuq; priuato.
& in l.ſi cui.in §.ijſdem.ff.de accuſa.de qua materia etiam lo-
quitur Ioan. de Ana. in c.accedens. in fi. primæ col.de crimi.
fal.vbi etiam ad hoc allegat glo. ibi. & allegat quæ habentur
in c.innotuit.de elec.& tex.in c.nulli.in fi.de elec.in 6.de quo
etiam per Do. Flo. in l.1.in §. in corpore. ff.ſi quadru.paupe.
135 feciſ.dicatur. † Et facit,quod voluit Bar. in trac.ſuo ad repri-
mēdum.in verbo,denunciationem.vltra medium, vbi dixit,
quòd conſcientia non poteſt probari niſi ex indicijs. allegat
l.dolum. C.de dolo.de qua materia vide latius per D.Felyn.in
d. c.ſignificaſti. vbi limitat & reſtringit dictam glo. pluribus
modis.& vide eundem in c.1.in pen.col. in fi.de præſump. &
in c.quoſdam.in 2.col.eo.tit.& in c.2.in pen.col.de conſti. &
Alex.in l.de tutela.in fi.C.de in integ.reſti.mino.Aduertas ta-
men, ꝙ gl.in d.§.aliæ. non loquitur de iuramēto. & ideo hoc
melius probant aliæ glo.ſuperius allegatæ.& vide glo.in cle.j.
circa fi.de pœn.in verbo,commodè. quæ videtur innuere, ꝙ
prædictæ gl.& prædicta iura procedant in foro animæ, ſecus
136 autem in foro contentioſo. † Et vltra præmiſſa ſcias, ꝙ igno
rantia tanquam quid dependens ab animo probatur per iu-
ramentum.tex.eſt in c.nulli.in fi. de elec. in 6. & in c.cum in
tua.qui matri.accuſa.poſ.& in c.ſi verò.il ij. de ſent.excom.&
in c.paſtoralis.de excep.& voluit glo. in c.in lectum.34.q.2.&
in c.propoſuiſti.28.diſt.& in c.innotuit.de electio. Et hoc te-
nuit Oldra.in conſ.ſuo 286.incip.in electionis, &c. circa me-
dium.& Pet.de Anch.in conſ.ſuo 158.incip.rationes,quæ ſu
perius. in fi. & in conſ.ſuo 173.incipien. Dominus Lazarius.
& Dom.Bartho. Cepo. in conſ. ſuo 24. incip. viſa accuſa. in
antepen.col.& Do.de Rota,in nouis deciſ.deciſio.236.incip.
extra Rotam,ſub titu. de dolo & contu. & Ludo. Roma. in
conſ. ſuo 481. incip. præſentis dubitationis articulus. in fi. &
Abb.in d.c.innotuit.circa fi.de elect.& in c.2.in vlt.colum.de
elect. [Vide Do.Franc.Aret.in c.1.in 3.col.in fi.extra de accu.
& Bald. in conſ.448. incip. proponitur.ante fi.in 2.volum.&
D.Ioan.Baptiſ.de ſancto Seuerino in repe. l.cūctos populos.
in 87.col.verſ.inſuper adde,quòd quando, &c. C.de ſumma
Trini.& ſide catho.& Do.Philip. Decium in conſ.160.incip.
in cauſa.in vlt.col. & adde, quod licèt ignorantia vel ſcientia
probetur iuramento, tamen admittitur probatio in ꝯrium,
ſecundum Iaſ.in l.1.§.1.ff.ſi ex noxa.cauſa agatur,& in repeti.
l.admonendi.in 3.col.& Flo. in l.verius. ff.de proba.] Et ideo
137 † dixit multum no. Abb. in conſ.ſuo 35.incip.vr̄ primò, &c.
quod ſi quis forenſis tranſiens per aliquem locum non ſol-
uerit gabellam rerum vel mercium ſuarum, propter quod
inciderint in cõmiſſum, iuuatur, ſi iurat ſe neſciuiſſe ibi eſſe
aliquod datium ſoluendum, & tale iuramentum plenè pro-
babit ignorantiam ſuam,& hoc modo res ſuę non cadent in
commiſſum.quod eſt no.verbum & lucroſum. Et dixit mul
tum egregiè Pet.de Anch.in d.conſ.ſuo 170.incip.Do.Laza-
rius, ꝙ ſi hæres alicuius non ſoluit canonem per biennium,
non cadit à iure ſuo, ſi ignorauit talem rem hæreditariā eſſe
emphyteuticam, & quod hoc caſu ignorātia ſua probabitur
per iuramētum ipſius hæredis.quod eſt no. & vtile verbum.
quod etiam voluit Specu.in titu.de loca.in §. nunc aliqua.in
verſ.18.& Bar.in l.cum filius.in §.in hac.ff.de verbo. oblig. &
Bal.in l.fi.C.ſi aduerſus vendi.& Dyn. in c.cum quis.de reg.iur.
in 6.& glo. in l.2. & ibi Doct. inf.de iure emphyteu.& Ludo.
Roma. in conſ.ſuo 166. incip. viſo & diligenter.in fi.verbis,
vbi allegando pdictos dicit, ꝙ emphyteuta qui cecidit à iure
ſuo propter canonem nõ ſolutum, quia neſciebat rem eſſe
138 emphyteuticam,debet reſtitui in integrum.† Et adde quòd
iſta probatio ignorantiæ per iuramentum eſt etiam magni
effectus quo ad aliud. Nám,vt ſcis,ſi dominus recipit ab em-
phyteuta canonem, poſtq̃ ipſe cecidit à iure ſuo, videtur ſibi
remittere caducitatem & eum reintegrare, ſm Doct.in l.2.
inf.de iure emphy.quod eſt verum,ſi ſciuerit emphyteutam,
à quo recepit canonem cecidiſſe à iure ſuo, ſecus autem ſi
hoc non ſciuiſſet,ſed ignoret, quia tunc recipiendo canonē
ignorans ſuam caducitatem nõ ſibi præiudicat. ita ſing. dixit
Cyn.in l.2.in 4.q.inf.de iure emphy.& Ioan.de Imo. referens
eum,in l.Meuius.in §.duobus.ff.de leg.2. Et iſta ignorātia ſua
probabitur per iuramentum ſuum per ſupradicta, quia vt
dixi, ignorantia probatur per iuramentum aſſerentis, ergo
etiam hoc caſu iuramentum erit magni effectus, vt de ſe pa-
tet. Verū tamen eſt, ꝙ hoc caſu,quo poteſt probari ignoran-
tia per iuramentum, poterit aduerſarius probare ꝯrium per
legitimas probationes,ſecundum Bart. in l.ſi cui.in §.ijſdem.
ff.de accuſ.quem refert & ſequitur Do.Felyn.in c.quoſdam.
139 extra de præſump.in fi. † Et ſcias etiam,quòd ſicut ignoran-
tia probatur iuramento. [vide Angel. in l.Titius.in §.Lucius
Titius. ff. de lib.& poſthu.] ita etiam ſcientia probatur iura-
mento.tex.eſt in c.præſentium.de teſtib. & in c.paſtoralis. de
excep.& voluit Alex.in conſ.ſuo 118.incip. in cauſa & lite. in
4.col.in 2.vol.& D.Fely.in d.c.ſignificaſti. il 1.de homici.& in
c.1.in fi.in pen.col.de præſump.& in c.quoſdam. eo.titu.& in
c.inquiſitionis.in §.quæſiuiſti.in pen. col. de accuſa. & in c.3.
in 6.col.de cõſti.vbi prædicta limitat pluribus modis. de quo
etiam per eundem in c.in noſtra. in 15. col. in fi. de reſcript.
140 † Item iuramentum facit probationem in alio caſu,nam in-
ſtrumentorum amiſſio probatur per iuramentum,ſecundū
Bar.& alios in l.emancipationem.infra de fide inſtru. & vo-
luit D.Flo.in l.in lege Aquilia,ſi deletū.in 4.col. ff.ad l.Aquil.
& habetur in l.ſicut.& ibi per Bar.inf.de fide inſtru. & eſt tex.
in l.fi.eo.tit.& habetur in c.cum olim.il primo,& ibi Doc.de
priuileg.& in auth.ſi quis in aliquo. C.de eden. & voluit Bart.
in l.huiuſmodi.in §.ſi ita.ff.de leg.1.& in l.ſi quis.in §.an vero.
ff.de eden.& Bal.in Margarita ſua. in verbo, amiſſio.& Spec.
in tit.de inſtrumen.edi.in §.reſtat.in verbo, illud quoq;. & in
eo.tit.in §.poſtq̃.verſ.vbi autem.& Ioan. de Imo.in conſ.ſuo
4.incip. viſa copia. in 1.col. [vide etiam Abb. in conſ.ſuo 42.
141 incip.ex multis agitatis &c. in 1.col.] † Hanc tamen conclu-
ſionem,ſcilicet quòd amiſſio inſtrumētorum probetur per
iuramentum,limita aliquibus modis. Primò, quòd hoc ha-
bet locum,vbi agitur de modico præiudicio,ſecus vbi agere
tur de magno præiudicio. ita dixit D.Alex. in d.l.huiuſmodi.
in §.ſi ita.in fi.ff.de leg.1.& dicit, ꝙ ita loquitur Bar. ibi. ad qđ
etiam dicit facere. l.theſaurus. ff. ad exhiben. & hoc expreſsè
no.ſecundum eum Bal.in l.fi.ſup.de eden.& in l.diſſolutæ.inf.
de condi.ex lege. Item alio caſu procedit dicta concluſio, ꝙ
amiſſio inſtrumentorum probatur per iuramentum,quan-
do quis ad exhiben. inſtrumentū tenetur officio iudicis tan-
tum,ſecundum Do.Alex.vbi ſup. vbi dicit quòd ita loquitur
l.fi.inf. de fide inſtru.& hoc voluit expreſsè Cy.ibi in 2.oppo.
& aliquid etiam ibi per Bal.in alijs autem caſibus debet pro-
bari amiſſio inſtrumentorum per legitimas pbationes,ſicut
amiſſio cuiuſlibet alterius rei.ita dixit Do.Alex.in d.§.ſi ita.in
fi.alleg.l.ſi quis ex argētarijs.in §.pe.& fi.& ibi Bar. ff.de eden.
142 ad quę etiam adducit alios Doct.de quibus ibi per eum. † Li
mita etiam prædictam concluſionem, quòd amiſſio inſtru-
mentorum probatur per iuramentum.fallit in Notario,qui
confeſſus eſt ſe fuiſſe ſtipulatum contractū,ſed dicit ſe perdi-
diſſe rogitū ſeu inſtrumentum rogitus,nā hoc caſu nec ſibi,
nec ſuo ſacramento creditur. ita dicit Ioan.And. in additio.
Spec.in titu.de inſtrumen.edi.in §.inſtru. in 1.col. in additio.
incip.vt dicebat Odoſ.in fi.quod etiam tenet expreſsè Feder.
de Senis in conſilio ſuo 103. incipien. Titius conſtituit, &c.
circa fi.ſed an tali caſu poſſit per teſtes probari continentia,
ſeu poſſint probari contenta in ipſo inſtrumento, nõ exami
no hic, quia ſpecialiter tangam Deo duce, infra, vbi hanc q.
143 examinabo de per ſe. † Modò vlterius procedendo dico, ꝙ
iuramentum facit probationem in alio caſu. Nam per iura-
mentum probatur abſentia aduocati,ita dixit Spec. in tit. de
dila.in §.fi.in pen.col.quem refert & ſequitur Feder.de Senis
in conſ.ſuo 114. incip. in puncto. & probatio iſtius abſentiæ
eſt iuſta cauſa dandæ dilationis,ſecundum eum,ad quod alle
gat no. in c.1. vt lite non conteſta. tamen ad hoc allegat glo.
& Doct. in l.emancipatus. inf.de bo. poſſ.repu.de quo etiam
aliquid per Bar.in l.ſi longius.ff.de iudi.in prin.& in l.ait præ-
tor.in fi.ff.ex quib.cau.maio.& in l.fin. ff. de vaca. mu. & per
144 eundē Bart.in l.ſed ſi vnius.in fi.ff.de iniur. † Item infirmitas
etiam probatur per iuramentum, & ideo ſi appellatus dicit
appellationem eſſe deſertam, appellans autem dicit, ꝙ pro-
pter infirmitatem nõ potuit illam proſequi,tunc ſtatur iuro
ſuo, ita dixit Specu.in tit.de appel.in §.nunc breuiter.verſicu.
quid

quid ergo ſi appellatur.quem refert,& ſequitur Fed.de Senis in dicto conſilio ſuo 114. incip. ſuper puncto,&c. vbi etiam ſubdit, quòd per ſacramentum excuſatur quis a cōtumacia. ad quod allegat optimam glo.4.q.5.c.vnico.in glo.fi.quæ dicit,quòd impedimentum probatur per iuramentū,ad quod etiam allegat bonum tex.in c.quia propter.de ele.& tex. in c. vltra tertiam.de teſti.vbi dicit tex.quòd ad obtinendam quartam dilationem,quod plus eſt,ſufficit probari impedimentū
145 per iuramentū in præiudicium partis.† Ad idem allegat tex. in c.ſtatutum.in §.cum verò eiuſdem.verſi.ſed his duobus caſibus. de reſcrip.in ſexto. vbi timor probatur per iuramentū in præiudicium partis.& allegat etiam tex.in ca.præſentium.
146 de teſti.& c.paſtoralis.de except.†Item iuramentum facit etiam plenam probationem in alio caſu, videlicet quando aliquis violenter fuit ſpoliatus bonis ſuis, & per teſtes non poteſt probare res ſuas, quæ ſibi fuerunt arreptæ & aſportatæ, nam tali caſu facta taxatione à iudice rerum ablatarum, defertur iuramentum ipſi damnum paſſo ſeu ſpoliato, & ſtatur iuramento ſuo de ipſis rebus. ita dicit tex. in l. ſi quando. inf.vnde vi.& in c.fi.quod met.cau.& in ca.in primis. 2.q.1.q̄ iura licèt loquantur in rebus ablatis per violentiam, tamen etiam extenduntur ad res furto ſubtractas, ſecundum Io. de Ana.in conſi.ſuo 55.incip.quia dubia,&c.ante fi.verſic. circa quartam. & Bald.in l.1.in 9.col.ver. modo contra hoc oppo. infra de ſenten.quę pro eo,quod intereſt profe.& Alexan.in l.ij.ff.de dam.infec.quod etiam expreſsè voluit Abb. in d.c.fi. quod metus cauſa.in penul.col.& ibi allegat Imo.& Hoſtiē. hoc voluiſſe.quod dicit eſſe nota.dignum. & idem etiam dicit eſſe in depoſito, de quo latius ibi per eum.pro quo facit tex.in l.1.§.ſi ciſta.ff.depoſiti.& quæ dicunt ibi Docto.ponentes quæſtionem de hoſpite reddente valiſiam vel fardellum diſſigillatum, nam tunc ſtatur iuramento deponentis de rebus,quæ i[illegible]us erant,quod etiam voluit Bal.in rubri. infra de poſiti.in princ.& in l.1.infra loca.& Spec.in titu.de fur.in ver
147 ſicu. ſed quid ſi res.il ij.† Et idem dicas eſſe in ſubtrahente inſtrumentum, quoniam ſtatur iuramento partis de cōtentis in ipſo inſtrumento,vt habetur latè per Dom.Felin.qui plures Doc.& iura ad hoc allegat in ca.ſicut.in 5.colum. verſicu. quarta declaratio.de re iudi.& Dom.Flor. in l. in lege Aquilia,ſi deletum.in 4.col.ff.ad legem Aquil. Et ſcias,ꝙ idem ſeruatur contra illum, qui lacerat inſtrumētum ſeu ſcripturam aduerſarij,nam tali caſu ſtatur iuramento illius,qui produxit dictum inſtrumentum,vel ſcripturam de contentis in eis. ita dixit Bal.& Salic.in l.1.infra de fide inſtrumen.& Abb.in c.accepimus.inf.de fide inſtru.& Bal.in l.ſi de poſſeſſione.infra in hoc tit.per illum tex.& Io.de Ana. in c.fi.in vlt. col. de cri.fal. & Barb.in conſi.ſuo 53.inci.viſis actis,&c.in 2.col.in 3.vol. de quo etiam per Lu.Ro.in ſing.ſuo 379.inci. dum ꝯ aliquem. & per D.Fel.in c.cum cauſam.in 13.col.de teſti. circa finem. Pro quibus faciunt dicta per Specu.in titu. de teſte. in §.ſatis vtiliter.ad fi.& per Bal.in l.qui accuſare.circa medium. ſupra de eden.vbi dicunt,quòd ſtatur iuramento partis,quæ perdidit probationem ſuam dolo aduerſarij.Et facit gl.in ca. cum cauſam . de teſti.dicens teſtem haberi pro producto contra eum,qui præſtat cauſam, ne producatur. de quo ibi per Do. Feli.in 14.col.verſi.in gl.in verbo,compellas,&c. & ibi etiam per Abb.in vlt.char.de quo per Do.Feli. in d.c.ſicut.in 6.col.
148 de re iudi.†Et ſcias,quòd violentus non poteſt contradicere iuramento deferendo damnum paſſo, ideo in eius delatione non eſt opus eum citare.ita dixit D.Fel.in c.cum olim. in 7.col. de re iudi. vbi ad hoc allegat Do. de Rota in nouis deci.in 2.deciſi.in tit.quod met.cau.& Do.Iaſ. in repe. l.ſi quando.in 5.col.inf.vnde vi. [Vide quæ dixi in repe.mea.l.de vnoquoque.in 53.fallent.de re iudicata.]

149 † Non tamen omitto vnum, quòd in caſibus ſupradictis, vel ſimilibus, in quibus ſtatur iuramento alicuius de damno ſeu intereſſe ſuo, ꝙ tali caſu ſi accuſatus probat de vera æſtimatione ipſius damni,non eſt ſtandum iuramento ſuo, ſed ſtabitur veritati relicto ſacramento iurantis. ita multum no. dixit Ange.in l.qui vas.in princip.ff.de rei vend.& in Auth.de exhib.reis.in princip.& voluit Abb. in c.continebatur. de deſponſa.impube.& in cap.propoſuiſti.de probatio.& Abb.in conſi.ſuo 52.incipien.quidam magiſter.& Bal.in c.1.in 1.colum.in titu.ſi de inueſti. inter dominum & vaſſal. lis oriatur. Bald.& Salic.in l.1.ſupra de rebus cre.Alex.in l.qui bona.in §. qui damni.ff.de dam.infec.de quo plenius per Domi. Feli.in c.paſtoralis.in 12.col.in princip.de excep. vbi allegat plures alios hoc tenentes, de quo etiam pulchrè per Domi. Alexan. in conſilio ſuo 361.incipiente,in cauſa,&c. in 3. colū. & per Domi.Ange.de Are.in tracta. malefic. in verbo, necnon ad denunciationem,in 3. char. verſicu. quæro, an denunciatori,&c.& ibi clarius in additio. & per Abba. in conſilio 51. incipiente,videtur primo,&c.in 2 colum.verſic.5.adduco,&c.

150 † Et pro iſtis optimè facit, nam licèt ſtatutum velit, quòd ſtetur dicto denunciatoris,poteſt tamen contra eum opponi,ſecundum Pet.de Ancha. in conſilio ſuo 417. incip. plura ex prædictis,&c.de quo etiam per Dom.Aug.Ari.in additio. ad Ange.de Are.in tracta.ſuo malefi.in verſi. necnon ad denunciationem.in 4.char.in 1.addi.magna.circa fi.de quo etiā per Bal.in l.1.in fi.ſupra ſi aduerſus liberta.vbi nota. loquitur.
151 † Limita tamen prædicta,niſi lex vel ſtatutum diceret,quòd iuramētum vel dictum denunciatoris haberetur pro pleniſſima probatione, vel diceret,quòd non poſſet probari contrarium,quoniam tunc ſtaretur iuramento,ſecundum Lud. Roma.in l.ſi duo. ff.de acqui.hæred. & in l.qui bona.in §.qui damni.ff.de dam.infec.& hoc per gl.in clem.1.in verbo,omnimodam.de foro compe.de quo per Dom.Feli.qui hoc firmat in c.paſtoralis.in 12.co.de exce.& in c.graue.in fi. de offi. or.& in c.propoſuiſti. in 1.not. de proba. Quod tamen puto eſſe limitandum, non habere locum, quando poſſet fieri ꝓbatio in contrarium per facti euidentiam, nam tunc credo, quòd admittetur talis ꝓbatio, per ea quæ voluit Azo in ſumma ad l.Aquil.ſupra & Bal.eum referens in l.contra negantē. ſupra ad l.Aqui.& per Barb.in c.euidentia.extra de accu.& in tract.Car.in 2.parte,in 3.q.in 2.& 3.col.& Ludo.Rom.in conſilio ſuo 51.incip.attentis,&c.& in conſi.ſuo 42.incipiē. viſis, quæ egregiè.in 1.col.de quo latius dicā infra,in materia pro-
152 bationis,quæ fit per inſpectionem oculorū.†Rurſus redeundo ad materiam iuramenti dico,quòd etiam expenſæ factæ, ſeu paſſæ in litigando probantur per iuramentum partis, ita dixit tex.in l.properandum.§.1.& in l.ſancimus.ſ.de iud.quod etiam voluit gloſ. in d.l.ſi quando. infra vnde vi. & in d.c.fin. quod metus cauſa,& glo.in cap.dilecti.& ibi Docto.de foro competen.
153 † Item etiam intereſſe in pluribus caſibus probatur per iuramentum,de quibus vide per glo. in l.ij.ff.de in lit. iuran. & Bar.in l.in actionibus.eod.tit.& per Bal. in l.ſi traditio. in 2.q. inf.de actio.emp.Bal.& alios in l. ſi quando. inf.vnde vi. & in l.1.inf.de ſenten.quæ pro eo.Bal.in l.1.§.iniuria.in ſecunda colum.de pace iur.fir.Barto.in l.iniuriarum. la ſeconda. ff.de iniur.& Albe.Gandi.in tract.malefi.ſub rubri.de aliquibus quæſtionibus variis in maleficiis.in 8.colum. in fi. verſi.item pone,quòd aliquis.Bal.in l.fina.C.de pœna iudi.qui malè iudi.& in l.qui accuſare.C.de eden.Archi.in c.olim.de iniur.& dam. da.[vide tamen Bal.in l.fina. in pen.ſeu vlti.colum. verſicu.5. quæro.C.de eden.Bauariam,in 5 . priuilegio iuramenti. Ange.in l.prætor.ff.de eden.] Alexan.in l. ſi fideiuſſor.§.fi. ff. qui
154 ſatiſ.cog.& in l.ſemper.§.fi.ff.quod vi aut clam. † Item etiam intereſſe quandoque probatur per coniecturas, de quo aliquid dixi in l.de minore.in §.plurimum.in 13.colum. in fi. ff. de quæſt.Item alius eſt caſus,in quo ſtatur iuramento partis, de quo habetur in l.in actione.in §.de veſte.ff.de furt.& in l.j.
155 in §.ſed ſi pecunia.ff.depoſiti. † Item iuramentum etiam facit probationem in alio caſu, videlicet quando negatur quē eſſe tabellionem, nam quòd ſit tabellio, probatur per iuramētum ſuum,comparatione literarum, per quam appareat ipſum plura inſtrumenta feciſſe.ita dicit Ang.in Auth. de hæred.& fal.in §.hinc vobis.in 3. colum. quod dictum pro not. refert,& ſequitur Barba. in repet.rubri. de fide inſtrumen.in 27. char. in 1.colum. quod tamen procedit, ſecundum eos, quando teſtes deſcripti in inſtrumento non contradicunt ei,quod dictat inſtrumentum,aliàs ſi contradicerent,nō probaretur tabellionatus per iuramentum Notarij, ſecundum eos ibi.Tu autem vltra eos dicas,ꝙ idem tenuit Spe.quē ipſi nō referunt,in ti.de teſte.in §.reſtat.in 2.col.verſ.2.ſi dubitat.

156 † Item alius eſt caſus,in quo iuramentum facit plenam ꝓbationem, qui eſt, ſi a Principe, vel ab aliquo ſuperiore fiat ſtatutum,quòd qui portauerit frumentum extra ciuitatem, cadat in pœnam amputationis manus,vel in aliam pœnam. Modò pone,quòd aliquis portauit frumentum extra ciuitatem pro vſu ſuo,an cadat in pœnam? Dicas quòd non. iſtud fuit not.verbum Io.de Imo.in l.cętera.in §.fi.ff.de leg.1.quod etiam voluit Bal.in l.cum proponas. infra de nautico fœno. Sed hoc caſu,an talis,qui portauit dictum frumentum extra ciuitatem,illud portauit pro vſu ſuo necne,ſtabitur iuramēto ſuo, quòd iuramentum in tali caſu faciet plenā probationem,ita dixit Io.de Imo.in d.l.cætera.in d.§.fi.& Bal. in d.l.cū proponas.de quo dixi latius in ſingu.meo 86.inci. ſtatutum.
157 † Item alius eſt caſus, qui probatur iuramento, videlicet ſuſpicio iudicis,ita dixit Spec.in titu.de recuſatio.in §. qualiter in ver.quid ſi præſumptio,&c.quem refert, & ſequitur Bart. in conſi.ſuo 105.incip.inquiritur contra Dom.Ioan.& c.ante fi.Et idem dicas in ſuſpicione Notarij, vt per Alex.latè in conſi.ſuo 104.incip.circa primum.in 2.colum. in 5. volum.

†Item

158 † Item eſt etiam alius caſus,in quo iuramentum facit pro-
bationem,videlicet in appellãte,qui dum eſſet in itinere eun
di ad iudicem ad quem,perdidit apoſtolos dimiſſorios, nam
tali caſu poterit probare talem amiſſionem apoſtolorum ꝑ
iuramentum,ita no.dixit Sali.in l.præſes. inf.de appel. & alle-
gat hoc voluiſſe Spec.in titu.de appel.in §. nunc breuiter.ver
ſicu.quid ergo.pro quo adducit.ff.de excuſ.tuto.l.ſcire opor
tet.in §.ſufficit.verſi.ſi enim.in verbo,ex ipſa naturali iuſtitia.
quod ipſe exponit per iuramentum. & dicit, quòd Clemens
159 IIII.ita præcepit ſeruari in curia Romana,&c.† Alio etiã caſu
fit probatio per iuramẽtum. nam dominium probatur per
iuramentum,ſtante ſtatuto,quòd in cauſis damnorum dato
rum ſufficiat probatio per iuramentum, nam tali caſu ſtabi-
tur iuramento damnum paſſi de dominio rei, ſi quæſtio do
minij moueatur.ita no.dixit Bal.in l.1.poſt princ. ſupra de re
bus credi.vbi etiam per alios.& voluit Bar.in l.3.ff.de alimen.
& ciba.lega.& Pau.de Caſt.in l.cum hi.in prin. ff. de tranſact.
Pro quibus faciunt dicta per Bal.in l.ſi quis teſtib.in princ.
160 inf.de teſti.vbi† dixit per illum tex.quòd ſi principale proba-
tur ſacramento,ita etiam incidens ſeu acceſſorium.quod di-
cit eſſe nota. dignum. Et facit not.verbum eiuſdem Bal.in l.
vbi adhuc.in 5.colum.in verſi.aduerte,&c.inf.de iure dot.vbi
dixit, quòd vbi ex aliquo expreſſo inſtrumento ſequitur ali-
quod tacitum de neceſſitate, perinde habetur, ac ſi illud eſ-
ſet in inſtrumento deſcriptum. ex quo videtur ſecũdum eũ,
quòd licèt in inſtrumento dotali non fiat mentio de hypo-
theca,tamen quia præſuppoſita dote de neceſſitate ſequitur
hypotheca,ſequitur,quòd hypothecaria, quæ ſequitur ex ta-
cita hypotheca habebit eandem executionem, quam ex for
ma ſtatuti haberet ex hypotheca expreſſa in inſtrumento. ad
quod allegat Bar.in l.1.ff.de his,quæ in teſtamento delen.qđ
dictum refert,& ſequitur Barba.in repe.l.cum acutiſſimi.inf.
de fideicom. Et facit etiam dictum ipſiuſmet Bal. in l.ad pro
bationem.la prima.inf.in hoc titu.vbi dixit,quòd ſi ſtatutum
dicit,quod inſtrumentum guarentigiatum habeat executio
nem paratam,quòd tunc non ſolum illud, quod continetur
in ipſo inſtrumento expreſsè habebit executionem paratã,
ſed etiam illud,quod ex præſumptione inſtrumenti tacitè ve
nit,habebit executionem paratam. Pro quibus etiam faciũt
dicta per Bal.in l.fi.in vlt.col. verſi. ex hoc infero.inf.de fidei-
com.& quæ dixi in d.l.ſi quando.inf.de teſti.& in ſingu.meo
17.incip.acceſſorium,&c. [Adde hic dicta per Soci.in conſi.
161 ſuo 65. incip. circa primam,&c.in 8.col.] † Et vltra prædicta
teneas etiam menti caſum no. & practicam fructuoſam, in
talibus probatio famæ cum aliquibus adminiculis facit ple-
nam probationem,vt habetur in c.præterea.extra de teſtib.
quod etiam voluit Bar.in l.in illa ſtipulatione, ſi calendis. in
fi.ff.de verb.obliga.& in l.de pupillo.in §.ſi quis ipſi prætori.
in 6.q.ff.de operis noui nuncia.& Fede. de Sen.in conſi.ſuo
119.incipiente,nulli dubium.vbi plura iura ad hoc allegat.&
idem tenet Bal.in auth.quas actiones,ad fin. ſupra de ſacroſ.
eccl.& in l.ſi quis in hoc genus.§.de epiſc.& cleri.& in l. qui-
cunque.1.de ſeruis fugit.& Hoſtien.in c.ſi.quod met. cauſa.
& Dom.Ant.in c.veniens.el ſecondo,de teſtib.& D.Alex.ſa-
tis latè in conſil.ſuo 53.incip.viſo themate.in 2.vol.vbi con-
ſuluit, quod ad probationem rerum furto ſubtractarum,
aut in aliquo ſimili caſu ſufficiunt probationes per conie-
cturas ſeu per præſumptiones,&per veriſimilitudines etiam
tales,quæ aliàs non eſſent ſufficientes ad plenam probatio-
nem.ad ꝙ allegat Bart. & alios in l. ſi quis ex argentarijs.in
§.penul.ff.de eden.&ibi plura adducit in propoſito,quæ bre
uitatis cauſa omitto.Et idem,quod in his,quæ ſunt difficilis
probationis admittatur probatio per coniecturas, & præ-
ſumptiones,voluit Arch.in c.inter memoratos.16.q.3.& Cy.
in l.ſi quidem.infra ſolu.matrimo.& Ioann.de Imo.in c.ve-
niens.infra de verb.ſignifi.& Cyn.in l.creditor.infra de pign.
actio.& Bar.& alij in l.ſi quando.infra vnde vi.& Io. And.in
c.1.de dolo & contuma.in 6.& Specu.in tit.de furt.in verſic.
penul.& Io.And.in addi.Specu.in tit.de appel.§. nunc breui-
ter.ſuper ver.quid ergo.Bar.in l.2.in §.quod diximus. ff. ſi qs
caut.D.Ant.in c.ex ratione.de app.Angel.in l.fi.ff.de feri.Sal.
in l.1.§.de dilati.& eſt ad hoc bonus tex.in c.fi.de teſtib. cog.
de quo etiam per Moder.in l.quæſitum.ff.de re iudi. Et hāc
partem etiam firmauit Do.Alex.in conſi.ſuo 24. incipiente,
animaduerſis.in 3.char.in 1.col.in 3.volum.& in eodem vol.
& in eodem volum.conſi.69.incip.viſa facti narratione,&c.
in pen.col.& in conſil.ſuo 211.incipien.viſis & diſcuſſis. in fi.
verbis.& in conſil ſuo 462.incipien. viſo themate. in 4. col.
Et idem etiam firmauit idem Dom.Alex.in l.1.in fi.infra de
ſentent.quæ pro eo.in addit.ad Bar.vbi plura not. adducit in
hac materia.Item hanc partem tenuit Ludo.Rom.in conſi.
ſuo 76.incipiente,in cauſa nobilis viri.in 3.col.vbi plura ad
hoc adducit,de quibus ibi per eum,&Barb.in c.ſi conſtiterit.
penul.colum.de accuſationi.& Pau.de Caſt.in ſuo eleganti
conſi.82.incipiente,viſis his,&c. in vlt. colum. vbi multum
notabi.loquitur,& in conſil.ſuo 278.incipiente,viſo proceſ
ſu.in 2.col.vbi ſimiliter notabiliter loquitur, & in conſilio
ſuo 125.incip.ſuper primo.in pen.col.& in conſi.ſuo 272.in-
cipien.quia per primum,&c.in 5.col.& Bar.in ſuo tracta.de
tyranni. in penul. col. pro quibus omnibus faciunt optimè,
quæ dixi ſuprà in hac rubri.in 1.& 2.charta. dum locutus fui
de probatione fienda per teſtes,vbi videas. Et propter dictā
regulam & dicta iura,quod in ijs,quæ ſunt difficilis probatio
nis,ſufficiant coniecturę,præſumptiones,argumenta,vel indi
cia,aliàs anno præterito conatus fui iuuare quendam ciuem
Bononiēſem, qui vocatur Hannibal de Gozadinis, cui mo-
ta fuerat lis quædam ardua & non parui momenti à quodā
Hieronymo de Vilis,nam ipſe Hannibal tenebat & poſſide-
bat quandam poſſeſſionem,quam eius pater per plures an-
nos tenuerat & poſſederat pacificè & quietè, recolligendo
fructus,& alia faciendo,quæ facere ſolent veri domini poſſeſ-
ſores rerū ſuarum.Sed ipſe Hieronymus mortuo dicto patre
dicti Hannibalis per annos quatuor vel circa mouit litem di
cto Hannibali, & habens inſtrumentum publicum manu
Notarij de emptione prædictæ poſſeſſionis, fecit petitionē,
& libellum contra dictum Hannibalem, in quo intentauit
remedium c.reintegranda.3.q.1.& l.ſi coloni.infra de agri.
& cenſi.lib.11.& petijt ſe reintegrari ad dictam poſſeſſionē,
& petijt fructus pendentes & perceptos per ipſum Hanniba
lem & per eius patrem, & produxit ſuum inſtrumentum
emptionis ſuæ dictæ poſſeſſionis,quo ſtante comparuit ipſe
Hannibal & eius procurator negando prædicta, & dicendo
ſe verum & legitimum dominum & poſſeſſorem dictæ poſ
ſeſſionis,cui ſtatutus fuit terminus ad proban.qui Hannibal
nunquam potuit quoquo modo inuenire inſtrumentum
acquiſitionis dictæ poſſeſſionis,adeo quod non poterat ſe
iuuare,quod non ſuccumberet in dicta cauſa,& quin perde
ret dictam poſſeſſionem,& condemnaretur ad fructus per
ceptos iam pluribus annis.Tunc ego conſultus ſuper huiuſ-
modi cauſa ab ipſo Hānibale,conſiderans quod poſtquam
non reperiebatur aliquod inſtrumentum acquiſitionis di-
ctæ poſſeſſionis,nec aliqua ſcriptura, videns rem iſtam fore
difficilis probationis,ad fauorem ipſius Hannibalis plura ſi-
mul cumulaui ad fauorem ſuum tendentia: primo faciens
fundamentum prædictum,videlicet,quod in his, quæ ſunt
difficilis probationis admittitur probatio per coniecturas,
præſumptiones,indicia,& argumenta,allegando iura ſupe-
rius adducta.Et poſtea dicebam,quod ipſe Hannibal ex plu-
ribus præſumebatur dominus dictæ poſſeſſionis, licet non
inueniret inſtrumentum acquiſitionis,quoniam nō nocet
137 amiſſio inſtrumentorum,ſi de iure poſſeſſoris aliter poteſt
probari.l.longi temporis.&ibi Bal.& Ang.qui etiam ita ſum
mat,infra de præſcrip.longi tempo.l.cum res.infra in hoc ti.
cum ſimilib.Et ad hoc dicendum mouebar ex plurib.Et pri
mò,quia ipſe Hannibal poſſedit poſt mortem ſui patris di-
ctam ſuam poſſeſſionem pacificè & quietè per annos vnde-
cim,& pater ſuus ante eius mortem poſſederat illam pacifi-
cè & quietè per annos ſeptem, & ſic computato tempore
vtriuſque poſſeſſionis patris & filij fuit dicta poſſeſſio ab eis
tēta & poſſeſſa per annos decem & octo,& ſic eam præſcri-
pſerunt,cum ſufficiant decem anni inter præſentes & vigin
ti inter abſentes,vt habetur Inſtitu.de vſucap.in princ.& in l.
ſuper longi.infra de præſc.longi temp.cum ſimilib. & dictus
Hieronymus fuit ſemper præſens & tacens,ergo per conſe-
quens acquiſita eſt dicta poſſeſſio per præſcriptionem ipſi
Hannibali.Nec habet obſtare,ſi dictum fuiſſet, ꝙ immo ip-
ſe Hannibal nec eius pater inſimul nec diuiſim potuerunt
dictam poſſeſſionem præſcribere ex curſu dicti temporis di
ctorum 18.annorum,quia fuerunt in mala fide, cum nullū
habuerint titulum,& ſic præſcriptio non procedit per regu
lam,malæ fidei poſſeſſor.de reg.iu. in ſexto. cum ſimil. quia
reſponderi potuiſſet,quod immo dictus Hannibal habuit ti
tulum aptum ad præſcribendum, quoniam ipſe reperiens
patrem ſuum in poſſeſſione,habuit iuſtam credulitatem iu-
ridici tituli,qui tamen re vera non ſuberat,& error facti tā-
338 tum prodeſt,quantum verus titulus habitus à non domino
quo ad præſcribendum,ſecundum gl. in c. de quarta, extra
de præſcrip.& in c.cura.de iure patro.& hanc partem firmat
Domi.Feli.in d.c.de quarta.in 8.colum.vbi dicit hoc voluiſ-
ſe Egidium de Bellame.in deciſ.ſua 705.incipien.ſi appareat.
& Dominos de Rota,in titu.de præſcri.in nouis.vbi ſecun-
dum eum dicunt,quod ſi appareat conceſſio epiſcopi nar-
rans capitulum conſenſiſſe,quod re vera non conſenſerat,
iſte iuſtus error facti inducit titulum putatiuum aptum ad
præſcribendum.Adducebam etiam famam de titulo patris
ipſius Hannibalis,quæ erat in ciuitate,ꝙ pater ipſius emerat
illā poſſeſſionem ab ipſomet de Vilis,quæ fama pluries per
uenerat ad aures dicti Hannibalis,quæ fama videtur ſuffice-
re,ſecundum Bar.in l.Celſus.ff.de vſucap.quem refert & ſe-
quitur Dom.Fel.in d.c.de quarta.in 8.colum.vbi etiam ſub-
dit,quod immo dictum vnius legalis perſonæ præbet iuſtā
339 cauſam credendi,& cauſandi titulum aptum ad præſcriben
dum,ſecundum Bal.in l.indicia,in penul.colum.ſupra de rei
vendi propter gl.vulgatam l.Titio fundus.ff.de conditio.&
demonſt.& ibi alia quàmplura ad prædictorum corrobora
tionem adducit ipſe Domi.Feli.quem vide.Et ſubdit poſtea
in propoſito iſto nota.verbum ſe putare,quod dictus error
facti

facti excuſet à reſtitutione fructuum perceptorum & perci-
piendorum. ad quod allegat Ang.in l.quæcunque. in fi. per
glo. ibi. ff. de public. pro quo faciunt dicta per Imo. in c.ad
noſtram.in fi.de reb.eccleſ. non alien. poſtea ipſe etiam pro
hac parte adducit plura alia,quæ non refero breuitatis cauſa.
340 † Mouebar etiam à ſimili, nam quando vtens ſeruitute ha-
buiſſet titulum à domino, quem nunc probare non poteſt
teſtibus nec inſtrumentis, ſed ad ipſum probandum allegat
pro coniectura tituli ſe vſum illa ſeruitute domino ſciente,
& patiente decem,vel viginti annis,tunc debet obtinere ſe-
cundum Innocen.in c.ſi diligenti.de præſcrip. & ibi Abbas,
in 5.colum.& Dom.Ant.poſt Innocen.in c.peruenit.in 1 1.
char.de cenſi.& ibi Abbas in fi.& gl.Bart.,& Dom. Floria.in
l.ſeruitutes.ff.de ſeruit.& Ang.de Aret.in §.æquè. Inſtitu. de
actioni.gl.Bart. Fulg.& Dominus Floria.in l.cum de in rem
verſo.ff.de vſuris.Bart.& Imo.in l.1.§.fi.ff.de aqua pluuia ar-
cen.Bar.in diſpu.ſua,inci.quædam mulier.& Pau.de Caſt. in
d.l.ſeruitutes.dicens hanc eſſe communem opin.Legiſtarū,
& Canoniſtarum,quos omnes refert Dom.Fel.in d. cap. de
quarta.de præſcrip.in prin.penul.colum.in verſicu. fallit ſe-
cundò,&c.vbi videas,& idem firmat Cępo.in caute.109.inci
341 pien.in præſcribenda.† Item adducebam etiam Pau.de Ca-
ſtro,in l fi.ff.pro ſuo.vbi dicit no.hanc legem ad hoc, videli-
cet,quod ille,qui credit habere titulum,cum non habeat,ita
demum vſucapit,ſi habet cauſam credendi, quod multum
facit ad propoſitū noſtrum,nam ipſe Hannibal habuit iuſtā
cauſam credendi patrem ſuum habere titulum,cum non ha
beret,eo quia ab ipſo hoc audiuit,& de hoc etiā fama erat,
& reperit patrem ſuum in pacifica poſſeſſione,ergo præſcri
342 pſit dictam poſſeſſionem.Facit † ēt: nā iuſtus error habetur
pro titulo.Ita habetur in l.Celſus.ff.de vſucap. & voluit Do.
Alex.in conſi.ſuo 73.incip.punctus talis eſt.in fi.2.col.in 5.vo
lum.ergo ipſe Hannibal iuſto errore conſtitutus dicitur ha-
buiſſe titulum, & ſic præſcrip. Adducebam etiam magis in
343 terminis no.dictum Pau.de Caſt.in l.proprietatis dominiū,
in fi.infra in hoc titu.vbi dixit,quod fama inducit iuſtam cau
ſam credendi,& ſic titulum putatiuum aptum ad præſcribē
dum.& allegat d.l.Celſus.quod dicit ſic declarandum,puta ſi
pater meus tenuit,& poſſedit aliquam rem,non tamen tem
pore ſufficienti ad præſcribendum,ego verò tanquàm hæ-
res eius continuaui poſſeſſionem per tempus ſufficiens
ad præſcribē.longo tempore cum titulo,tamen titulus pro
hærede mihi non prodeſt,quia eram filius in poteſtate,vt in
fra pro hære.l.nihil.nec titulus pro ſuo,vt ibi nota.in glo.ſed
ſi allego titulum emptionis,quia pater meus emit, & non
poſſum probare titulum,niſi per famam,certè dat mihi iu-
ſtam cauſam credendi,quæ adducit titulum putatiuum iu-
ſto errore interueniente,qui tantum prodeſt, quantum ve-
rus titulus,vt l.non ſolum.§.quod vulgo.ff.de vſucap.Ita for-
maliter loquitur ipſe Paul.de Caſt.in d.l.proprietatis domi-
nium.in fi.infra in hoc titu.quod verè optimè deſeruit pro-
poſito caſui,nec poſſet magis in terminis loqui,pro quibus
etiam optimè faciunt dicta per eundem Pau.de Caſt. in d.l.
344 Celſus. in 1.col.† Ad prædicta etiam facit,nam ad proban-
dum ſufficiētem titulum putatiuum,ſufficit probare, quod
pater meus dixerit mihi ſe emiſſe talem fundum,licet in ve
ritate non emerit,quamuis aliàs dictum patris mei tanquā
dictum vnius tantùm non faciat plenam fidem,attamē ſuf-
ficit ad inducendum titulum putatiuum aptum ad præſcri-
bendum,ſecundum Bart.in d.l.Celſus.in 2.colum. ff. de vſu-
cap.& Ange.in l.ſuper longi.infra de longi tempo. præſcrip.
& Dom.Ant.in c.ſi diligenti.de præſcrip.& Bal.in l.indicia.§.
de rei vendi.& Dom.Alexand.eos referens in conſi.ſuo 48.
incip.in cauſa.& lite.circa fin.in 5.volum.
345 † Item adducebam etiam Do.Alexan.poſt alios in l.1. poſt
me.ff.de eo, per quem factum erit.vbi ſimiliter inhærendo
gloſ.in d.l. Titio fundus.ff.de conditio.& demonſtra. dicit,
quod dictum not.viri dicentis,patrem meum, cui ſucceſſi,
emiſſe talem fundum,inducit iuſtiſſimam credulitatem, vt
ex ea cauſari poſſit titulus ſufficiēs ad præſcribendum illum
fundum,iuxta l.Celſus.ff.de arbit. ad quod adducit Bald. in l.
indicia.§.de rei vendi.Ioan. And.& alios in c.cura.de iure pa-
tro.Barto.in l.qui fundum.in §. procurator.ff.pro empto. &
not.per Bar.in l.de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori.in 7. q. ff. de
oper.noui nunc.quos ad hoc adducit D. Feli.in c. cum con-
tingat.in 3.colum.de reſcrip. Et iſta adducebam ad docen-
dum de titulo dictæ poſſeſſionis pro parte dicti Hannibalis.
Item etiam circa eius bonam fidem dicebatur conſtare de
bona fide ipſius,eo ipſo quod conſtabat,ꝙ longo tempore
decem annorum eſt vſus re,ideſt ipſo fundo, vt not.Innoc.
in c.2.de in integ.reſt.& Arch.in c.1.de præſcrip.in 6. & Ioan.
And.in addi.Specu.in tit.de teſte.§. nunc videndum. in addi.
magna.in 3. colum. & Ang. in l. penul.inf. quib. non obſtat
longi temp.præſcrip.& Do.Ant.in c. cum eccle.ad fi.de cau.
poſ. & propriet. & in commento c.peruenit.de cenſ. & no.
Doct.in c.ſi diligenti. & in c.fi.de præſcrip. & Dom. Alexan.
referens prædicta in conſi.ſuo 69.incipien.circa primum du
bium.in 1.colum.in 5.volum. pro quo facit etiam, nam in
dubio bona fides præſumitur.c.cum olim.& cap.auditis. de
pręſcrip.& voluit glo.in c. ſanctorum. de præſcrip. Adduce-
bam etiam Barba.in nota.conſi ſuo 37.incip.viſo puncto. in
6.& 7.colum.in 3.volum. vbi in terminis decidit hanc quæ-
ſtionem ad fauorem dicti Hannibalis ex pluribus ibi dedu-
ctis per eum,quem vide. Item adducebam etiam not.verba
Matthe.in nota.ſuo 125.incipien.nota mirabilem doctrinā.
vbi not.loquitur in propoſito iſto. Et iſta ſunt, quæ in caſu
prædicto,vbi non reperiebam aliquod inſtrumentum, nec
aliquam ſcripturam ad fauorem dicti Hannibalis, & in re,
quæ erat difficilis probationis,volebam adducere, & etiam
alia plura in arg.adduxiſſem ad fauorem dicti Hannibalis,ni-
ſi lis ipſa fuiſſet ſopita & concordata interuentu amicorum
vt fuit,& ſic non fuit opus allegationibus. Attamen teneas
menti prædicta,quia poſſet alias caſus iſte de facto continge
re,& prędicta poſſent prodeſſe ad multa, quæ omnia volui
adducere in hac materia difficilis probationis,& ſic non im
346 pertinenter. † Dico modò vlterius, redeundo ad principa-
lem materiam probationis, quòd alio etiam modo induci-
tur probatio,videlicet,eo ipſo quòd non probatur contra-
rium. Ita dixit glo. in l.1.& 2. inf. de teſta. mili.glo. in l.2.inf.
qui teſta.facere poſſ.& gloſ.in l.2.§.de peti.hære.& gloſ.in l.1.
inf.de fide inſtru. & iure haſtæ fiſca.lib.10.tex. & glo. in l. ſu-
per ſeruis.inf.qui mili.non poſ.lib.12.glo.in l.ſi creditor.§.dę
pigno.actio.glo.in l.2.§.de errore aduo.glo.in l.in teſtamen-
to.inf.de teſta.mili.glo.in l.omnium.inf.de teſta.glo.in l.ma-
iorem.inf.de fal.glo.in l.cum de indebito. ff. eo. de probat.l.
hi qui ad ciuilia.inf.de appel.glo.in c.1.§.ſi duo.de pace tenē.
& glo.in c.ſanctorum.de præſcrip. Ita dicunt prædictę gloſ.
347 Pro quibus facit gl.in c. ſuper eo.de teſtib.cogen.† Sed quo
modo hoc intelligatur & procedat, videlicet probatur eo
ipſo,quòd non probatur contrarium. Dicas,quòd procedit
in reo conuento regulariter, nam ſi tu petis à me decē quæ
dicis mihi mutuaſſe,ſi ego hoc nego, & dico me nō eſſe de-
bitorem tuum,ſi tu non probas,quod aſſeris,eſt probata aſ
ſertio mea & reſponſio mea eo ipſo, quod tu non probaș
contrarium,& ſic iſtud,quod dictum eſt, probatur eo ipſo,
quod contrarium non probatur,intelligitur locum habere
348 in reo negante,vt ſupra dixi. † Et ideo dixit Bal.in c. fi. extra
eo.in verſic.item quia omnes &c.quod omnes negationes
ſunt liquidæ iuris præſumptione, cum ſint probatæ eo ipſo
quod non probatur contrarium.hinc eſt,quòd dicimus, qđ
actore non probante,reus,etiam ſi nihil probauerit, debet
abſolui.l.qui accuſare.ſupra de eden.cum vulga. quia defen
ſio ſua intelligitur eſſe probata eo ipſo, quòd contrarium
149 non probatur.† Poſſet etiam hoc procedere in actore pe-
tente aliquid pro quo eſſet iuris pſumptio,p eo,nā ſimiliter
dici poſſet,quod intētio ſua eſſet probata eo ipſo,quod cō-
trarium non probatur,& hoc propter gl.ſing.in l.ſi tutor pe
titus.infra de pericu.tuto.& per nota.dictum D.Ant.in c.du
dum.extra de præſum.in 1.colum.vbi dixit not.& tene men
ti hoc dictum meum,quaſi nouum, quòd Imperator non
tenetur probare & verificare omnia contenta in reſcripto,
etiam ſi videantur expreſſa in forma conditionis,ſi pro illis
habet intentionem fundatam iuris præſumptione,ſed onus
probandi contrarium incumbit neganti,vt ibi. quod etiam
dicit not.Ioan And. in c.1.de litis conteſta.in 6. ſed primus
intellectus eſt verior & magis communis. De qua materia
ſi vis latius videre,vide Bar.in d.l.1.de fide inſtrumen.& iure
haſtæ fiſc.lib.10.& Ludo.Rom.in d.l.1.infra de teſta.milita.
& ibi D.Alexand.& eundem D.Alex.in l.fin.in 1.colum.ver.
tertio potes not.infra de collationibus.Sum modò expedi-
tus de omni genere probationum,reſtat ſolum pro expedi
tione præſentis repetitionis huius rubricæ adducere in eius
materia quædam not.dicta,& quaſdam quæſtiones,ideo at
tende. Et primò ſcias, quod licet aliquando actor,vel reus
non habeant teſtes,nec inſtrumenta, nec ſcripturam priua-
tam,nec finaliter aliquam aliam probationem, attamen ēt
tali caſu eſt dare remedium pro eis,vt poſſint probare intē-
tionem,vel exceptionem ſuam.Et ſimiliter ſi habebant in-
ſtrumentum,quod deperditum eſt vna cum originali, atta-
men etiam iſto caſu eſt dare remedium ad ſuccurrendum
eorum indemnitati.Et circa primum,quādo actor,vel reus
non habent teſtes,vel inſtrumenta,quòd adhuc poſſint pro
bare eorum intentionem;remedium eſt,quod ille,qui vult
350 probare, puta † Titius vult probare, quod mutuauit Seio
centum

centum,& quando ſibi mutuauit,nemo erat præſens, quia
confidit ſe de eo,nec curauit habere ſcriptum, ſeu apochã
manu ſua,nec aliam cautionem,& ipſe Seius non vult tale
debitum confiteri in præſentia alicuius:tunc enim ipſe Ti-
tius videns non habere aliquem modum probandi,niſi per
confeſſionem ipſius Seij,debet conari ducere ipſum Seium
in cameram ſuam,& habere teſtes ſuper lecto poſt cortinã,
vel ſub lectica,& tunc blandis verbis loquendo ſecum finali
ter deuenire ad ſermonem ſui crediti,& ſibi dicere,quando
vis mihi ſoluere illa centum,quæ tibi mutuaui,vbi tu ſcis. &
inſimul commiſceri plura verba blanda,& hoc modo facili-
ter ipſe Seius credens aliquem non eſſe in illo loco,niſi ipſe
& Titius,confitebitur debitum, ſibi perſuadens, quod talis
ſua confeſſio ſibi non habeat nocere in aliquo, cum credat
illam probari non poſſe,& tunc audita eius confeſſione ta-
les teſtes poterunt examinari & deponere,qualiter ipſi audi
uerunt talem Seium cõfitentem debitum Titio, & promit-
tentem ſibi ſatisfacere,licèt non viderint eũ, ſed tamen eius
loquelam habent notam, & fortè etiam ipſum loquentem
viderunt per rimulam, & hoc modo erit probata intentio
ipſius Titij,& valebit tale teſtimonium. Ita colligitur ex glo.
quæ communiter ad hoc allegatur pro ſing.in l.2.in §. idem
Labeo ait,cum quæritur.in verbo,audierunt. ff.de aqua plu.
351 arcen.quæ glo.videtur velle,ꝙ† valeat dictum teſtis de audi-
tu,quando paries,vel cortina eſt in medio inter teſtes & per
ſonam loquentem.quod etiam no.Bar. & alij in d.§.Labeo.
& Cyn.& Doc. in l.ſi non ſpeciali.inf.de teſta. & videtur eſſe
tex.cum glo.in verbo,auditu.& ibi Doct.in c.præterea.extra
de teſtib. [Et in materia teſtis de auditu ſcias,quòd licèt talis
teſtis non probet,tamen facit aliquam præſumptionem, ſe-
cundum Alex.in conſi.286.incipien.in cauſa accuſationis. in
2.colum.& in conſi.87.incip.in cauſa accuſationis. in 2.colu.
352 in fi.in 1. volum.] † Et fundamentum Doctorum in hoc vi
detur eſſe,quia regulariter valet teſtimonium de ſenſu audi
tus verborum alterius, quando teſtis habet notam vocem
loquentis,licèt perſonam loquentem non videat, vt habe-
tur in l.teſtium.cum authen.rogati.ibi poſita.inf.de teſtib.&
habetur in c.teſtes.3.q.9.& in c.1.14.q.2. Et hanc partem fir-
mat Matthe.in not. ſuo 139. incipien. not. quòd regulariter
valet teſtimonium,&c. Item hanc opi. etiam tenent Doc.in
d.l.ſi non ſpeciali.& in d.c.præterea.de teſtib. vbi dicunt præ-
dictam gloſ.in d.l.2.in §.idem Labeo. habere locum genera
liter in omni caſu,excepto teſtamento & excepta cauſa cri-
minali,& etiam excepto caſu in quo tractaretur de matri-
monio ſeparando, quia in iſtis tribus caſibus teſtes debent
videre & inſpicere perſonam loquentem, & in talibus caſi-
bus ſi aliqua cortina eſt in medio, vel aliquis paries inter te-
ſtes & perſonam loquentem, non valebit teſtimonium eo-
rum. Ita etiam concludit reſpondendo ad contraria Dom.
Bartho.Cepo.in cautela ſua 230.incip. quando quis non po
teſt,&c. & idem concludit Dom.Fel.in d.c.præterea.de quo
etiam per Abb.poſt Io.And.& alios in c.2.de conſue.in 1.co
lum. vbi ponit facti contingentiam. Item hanc partem te-
nuit Bal.in l.conuenticulam.in pen. colu.ſ.de epiſco. & cler.
& Spec.in tit.de teſte.§.1.verſic. quid ergo ſi viro & muliere.
353 & Cyn.in l.teſtium.in 4.q.inf.de teſtib. † Et ex hoc videmus
ꝙ cęcus habens notam vocem Sempronij poterit depone-
re quòd contraxit Sempronius cum Titio. Ita no. ex glo.&
hoc ibi volunt Doct. in Auth. de hæred. & falci. in §. ſi verò
abſint.& gloſ.in d.c.teſtes.3.q.9.& Spec.in tit.de teſte.§.1.ver.
ſed nunquid cęcus,&c. & Cyn.in d. l. teſtium.in 4.q. & Do-
cto.in c.cum cauſam de teſtibus.de quo etiam per D. Fel.in
d.c.præterea.in fi.verbis.de teſtibus. Item quod valeat teſti-
monium,licet paries,vel cortina fuerit in medio in omnib.
caſibus,præterquàm in tribus dictis firmauit Dom. Alex. in
conſil.ſuo 24.inc.aĩaduerſis,&c.in 3.col.in 2.volum.& in cõ-
ſil.323.incip.in caſu prædicto.in 2.colum.Teneas menti præ
dicta,quia iſte eſt ſubtilis modus probandi,qui faciliter poſ-
354 ſet euenire in facto.Et † ego atteſtor Deum, quod alias ſu-
perioribus annis,dum ego eſſem Capitaneus Vallis Lugani
hunc caſum habui in facto.Nam ibi erat quidam bonus vir
ſenio confectus,qui toto quaſi tempore vitæ ſuæ docuerat
pueros grammaticam,qui habens vnam pediſſequam iuue
nem filocaptam aliquorum iuuenum ſubtili ingenio, &
aſtutia furto ſubtraxit ipſi magiſtro hæro ſuo 260. ducatos,
& illos dedit ſuis amatoribus,quo ſtante per ſex annos po-
ſtea veniens dicta pediſſequa ad quandam grauem infirmi
tatem, ex qua credebat mori, confeſſa eſt peccata ſua cui-
dam fratri ſancti Franciſci,& narrauit ſibi feciſſe dictum fur
tum,qui frater noluit eam abſoluere, niſi promitteret ſibi,
quod ſi ſuperuiueret, reſtitueret dictas pecunias ipſi magi-
ſtro,cui eas ſubtraxerat,& tunc ipſa hoc ſibi promiſit facere
indubitanter,& finita confeſſione fecit ad ſe vocare dictum
magiſtrum,& ſibi ſoli in ſecreto reuelauit feciſſe ſibi dictũ
furtum, & ſibi promiſit omnes pecunias ſibi furto ſubtra-
ctas reſtituere,poſtea verò reducta ad ſanitatem nedum nõ
volebat dictas pecunias reſtituere,ſed nec etiam dicto magi
ſtro volebat in præſentia alicuius confiteri ſe illas habuiſſe,
ſed cum erat ſola cum dicto magiſtro,omnia ſecum de pla-
no confitebatur.Vnde ille miſer magiſter iam decrepitæ æ-
tatis veniens ad me,&exponens mihi hunc caſum,& petens
auxilium,&conſilium,motus quadam pietate ſui dixi,quod
deberet accipere tres,vel quatuor viros bonæ famæ, & eos
ducere in quodam ſuo camino vbi non erat lectica,nec le-
ctum,nec aliquid aliud poſt,quod aliquis poſſet ibi abſcon
di,nec illa pediſſequa poſſet ſuſpicari aliquem eſſe abſcon-
ſum,& ſic liberè confiteretur,& quod ſupra ſolarium dicti
camini,vbi vadit & aſcendit ignis & fumus faceret tot fora-
mina,quod illi homines poſſent ibi ponere caput vſque ad
ſpatulas, & eos audire loquentes in dicta ſala vbi erant, &
quod hoc modo probaretur confeſſio ſua,qui magiſter ita
fecit & blandis verbis inuitauit illam pediſſequam ad pran-
dium ſecum,& ſumpto pradio incępit loqui de dictis pecu-
nijs,& illa confeſſa fuit, tunc teſtes illi dixerunt, bene nunc
audiuimus confeſſionem tuam, adeo quòd illa perterrita
audiens illas voces,& non videns aliquas perſonas, valde cõ-
triſtata eſt, & rogauit illum magiſtrum vt nollet eam accuſa
re,nec manifeſtare,quia intra paucos dies faceret ipſum cau
tum & ſecurum de pecunijs ſuis, & ita fecit. Et iſtud fuit a-
deò verum,ſicut euangelium. Ideo tene menti hunc modũ
355 not.† Circa ſecundum caſum, ſcilicet, quando aliquis puta
Titius habet inſtrumentum alicuius rei, quod deperditum
eſt caſu vnà cum originali, an hoc caſu aliquo modo poſſit
ei ſuccurri,vt per hoc non pereat ius ſuum? in quo dicas ꝙ
ſic. nam iſto caſu poterit probari ſubſtantia ſeu tenor ip-
ſius inſtrumenti, quo probato vna cum caſu amiſſionis ip-
ſius inſtrumenti, conſequetur idem quo ad probationem,
quod conſecutus fuiſſet, ſi oſtendiſſet ipſum inſtrumentũ.
356 † Et iſtud nõ ſolum habet locum in ſimplicibus inſtrumen-
tis,ſed etiam habet locum in teſtamentis, caſu deperditis.
Nam tunc ſufficit,quod duo de illis, qui interfuerunt tem-
pore confecti teſtamenti,deponant, teſtamentum fuiſſe fa-
ctum.Ita ſingulariter & mirabiliter dixit Bal.in l. teſtium. in
2.col.in ver.vlti.nota.infra de teſti.quod dictum pro not. re-
fert & ſequitur Do. Alex.in l.2.in §.diuus.ff.de iu.fi.& in l. ſi
vnus.poſt princ.infra,de teſt.& in l.2 ante fi.inf. de bon. poſ.
ſecundum tabu.& Sal.in d.l.teſtium.Pro quo dicto faciunt,
quæ dixit Domin.Alexan.in conſi.ſuo 47. incip.abundè,&c.
in prin.2.col. in 2.volum.[Vide Iaſ.in repe.l. admonendi.in
75.colum.ff.de iureiur.]Et hanc partem etiam firmat Bal. in
c.1.in §.ſi enim duo.in 1.colum.verſi.no. quod licet.in titu.
quid ſit inueſtitu.pro quo etiam faciunt dicta per Bal.in c.1.
§.ſacramentum.in 3.col.verſicu.ſed tunc ego quæro.de con
ſuetu.recti feu.& facit etiam,quod voluit Bart.in l.ſicut ini-
quum.infra de fide inſtru.vbi dixit,quod ſi probatur inſtru-
mentorum amiſſio,& tenor eius,& veritas eorum, quæ ibi
continebantur,tunc ſufficit & facit plenam fidem,&tales te
ſtes faciunt plenam fidem,ac ſi inſtrumentum producere-
tur in caſibus,in quibus ſcriptura requiritur. allegat l. teſtiũ.
in fi.infra de teſti. & l.emancipatione. infra de fide inſtru.&
idem dixit Barto.in l.2.in §.diuus.in fi.ff.de iure fiſci.& in au-
then.ſi quis in aliquo.in 2.colum.ſupra de eden. & idem te-
net Io.de Imo.in c.1.in fi.de fide inſtr.de quo etiam per Bal.
& Sali.in d.l.ſicut iniquum.& per Ang.in dicta l.2.in §. diuus
357 de iure fiſci.Et iſtis addi poteſt,† quod voluit Bart. in l.1.in
pen.col.ff.ſi certum petatur,vbi in effectu concludit, quod
vbi ſcriptura eſt de ſubſtantia probationis,quod actus pro-
bari poteſt per duos teſtes probando amiſſionem, ſeu ca-
ſum amiſſionis ſcripturæ.pro quo eſt tex.& ibi volunt Do-
cto.in c.ſicut.extra de re iudic.
358 † Et faciunt etiam dicta per Bal.in c.1.in titu.quot teſtes ſint
neceſſa.in vlt.col.vbi dixit,quod ſi ſententia fuit lata in ſcri-
ptis,&perdita ſit ſcriptura caſu fortuito,poterit probari eius
tenor & amiſſio per teſtes,per l.quoniam.ſ.de hæret. dum-
modò teſtes ſint legitimi & ſolennes,vt etiam tenet Barto.
in dictis locis,& idem voluit Aluaro. in d.c.1. Et faciunt di-
cta per Bar.in l.1.in §.ſufficit.ff.de ſecun.tabu.vbi dicit,quod
appellatio in ſcriptis interpoſita,ſi eſt perdita,poteſt probari
359 per teſtes,per tex.ibi,& in dicta l.teſtium.† Et dixit Bal.in l.ſi
veritas.in 1.colum.infra de fideicom.quod ſi inſtrumentũ
eſt raſum,poteſt per viuam vocem teſtium corroborari. de
quo etiam per eum in l.fi.in 3.colum.verſ.ſed quid ſi ſcriptu
360 ra.eo.tit.† Et facit,quod voluit Bal.in l.ſi ſti quidem.§.1.ff. qđ
met. cau.vbi dixit,quod cum quædam mulier haberet in-
ſtrumentum

ſtrumentum dotale,quod perierat incendio,ꝙ ipſe reſpon-
dit in facto oportere,vt probaret nō ſolum incendio ipſum
amiſiſſe,ſed etiam quantitatem dotis per teſtes deponentes
de tenore inſtrumenti. Et faciunt etiam dicta per Specu. in
titu.de inſtru.edit.in §.reſtat.in verſ.illud quoque. & per Bal.
361 in l.emancipatione.in princ.inf.de fide inſtru.vbi † dicit,ꝙ ſi
ſcriptura actorū eſt perdita, quod poteſt probari per teſtes.
Et faciunt dicta per Dominic. de ſancto Gemi.in c.2.54.diſt.
vbi dixit, ꝙ ſi ſeruus perdidit chartam ſuæ libertatis, poteſt
probare eius tenorem & amiſſionem per teſtes niſi in caſu
l.ſi de poſſeſſione.inf.in hoc titu. Et dixit Specu.in tit.de leg.
§.ſupereſt.verſi. quid ſi legationis literæ &c. quod non ſuffi-
cit probare amiſſionem literarum legationis,ſed debet pro
362 bari earum tenor & ſinceritas. †Et faciunt dicta per Abb.in
c.2.verſus fi.extra eo.de probatio.vbi dixit, quòd ſi ſtatutum
vel conſuetudo requirit debitum probari per ſcripturam, ſi
inſtrumentum fuit confectum & perditum, poteſt probari
per teſtes.allegat not.in dicta l. teſtium. de quibus omnibus
vide latiſſimè per Dom.Fel.in d.c.ſicut.in 1. colum. cum ſex
colum.ibi ſequentibus.de re iudicata. vbi latiſſimè vltra om-
363 nes loquitur in hac materia. † Et inter cætera ponit notab.
verbum ibi in verſi.prima declaratio,&c. vbi dicit, ꝙ quam-
uis ita proſit dicta productio teſtium ſicut inſtrumentum,
tamen in vno differunt,quoniam vbi conſtat de inſtrumen-
to ſolum ex dictis teſtium,tunc non concurret beneficium
ſummarię cognitionis & celeris expeditionis datum inſtru-
mento à lege,vel à ſtatuto.allegat Barto. in l.1. in princip. &
clarius in fi.ff.de his,quæ in teſta.delen.volens,ꝙ ſi perditum
eſt inſtrumentum guarentigiæ,licet debitum poſſit peti per
modum libelli,non tamen poterit peti executio inſtrumen
ti ex forma ſtatuti.Et ideo in propoſito inſtrumentum pro-
batum per teſtes de amiſſione deponentes, non habet exe-
cutionem ita paratam, ſicut haberet ipſum inſtrumentum,
quia hoc caſu requiritur libellus,ſecundum Paul. de Caſt. in
d.l. [illegible] .ad finem verſi.hic ſunt duæ glo. &c. & in l. noſtra. ad fi-
nem.inf.de teſtam.Ita dicit Do. Fel. in d.c.ſicut. in 3. colum.
verſi.prima declaratio,&c. de re iudica. vbi pro iſtis adducit
plures & plures doctrinas ſingulares plurium Doctorum,
quas per te videas ſine alia relatione mea hic. Sed vltra ipſū
Dom.Fel.vbi ſupra,& alios in hac materia loquentes, videas
tu glo.in l.fi.in princip.in verbo,deperditum.& ibi Bar. infra
de iure emphyt.& glo.in c.nobiliſſimus.97.diſtinct. & glo.in
clemen.1.in §.cæterum.in verbo, compellendos. de vſur. &
Domi.Barthol. Cępol. in cautela ſua 149. incipiente, regula
eſt,&c. [Vide in ſimili Petr.de Ancha.in conſi.ſuo 351. inci-
364 piente, in quæſtione prædicta.in fi.verbis.] † Et adde etiam
hic Guil.de Cun.in l. [illegible] .§.an verò hæredi.ff. de eden. vbi dicit,
quod licèt poſt didicita teſtificata nō poſſunt amplius teſtes
produci,authen.at qui ſemel.cum ſimilib.infra eo.tamen fal
lit,niſi poſt didicita teſtificata atteſtationes eſſent perditæ,
quia iterum teſtes debebunt examinari.& hoc etiam not.in
c.fraternitatis.de teſt.per tex. in c. fin. de proba. quod etiam
voluit Specu.de proba.in §. ſatis vtiliter. ver. ſed quid ſi teſti-
bus.pro quo faciunt,quæ not.in c.pen. de fide inſtrum. & in
365 c.dudum.de conuerſione coniuga. † Item ſcias, quòd cau-
tus debet eſſe ille,qui vult per teſtes probare ſcripturam, ſeu
tenorem inſtrumenti amiſſi,vt in capitulo ponat diem & lo
cum inſtrumenti, quia illa ſunt de ſubſtantia inſtrumenti.c.
quoniam contra.extra eo.c.Abbate ſanè. de re iudic.in 6. &
in Authen.vt præponatur nomen imperato. in rubro & ni-
gro.Item notanter dixit Ioan.And.in d.c.cum olim.de priui
leg.& ibi Dom.Ant.poſt eum,quos refert & ſequitur Dom.
Alexan.in conſi.ſuo 195. incip. viſo teſtamento.in 3.colum.
vbi ſubdit,quòd hoc caſu eſt etiam neceſſe, quòd teſtes pro-
bent,quòd ſcriptura priuilegij, ſeu inſtrumenti erat abſque
aliquo vitio,vt dicit notari in d.c.cū olim. de priuileg. Item
quia vt dixi,quando inſtrumētum eſt perditum,poteſt pro-
bari tenor probato caſu amiſſionis, vt dixi: attamen ſcias, ꝙ
hoc caſu non ſufficit,quòd teſtes dicant ſe credere, quòd ſit
perditum ipſum inſtrumentum,ſed debet affirmatiuè loqui
ſecundum Dom Car.in conſi.ſuo 27. incipiente, in cauſa &
quæſtione excellentiſſimi, &c. quem refert & ſequitur Do.
Fel.in dicto c.ſicut.in 7. colum. in fi. ver. ſeptima declaratio.
366 † Item ego etiam vltra Dom.Alexan. & Dom.Fel.dicebam
vnum aliud forte notabilius,videlicet,quòd caſu quo ex for-
ma ſtatuti inſtrumenta deberent celebrari coram aliquibus
cum interuentu aliquarum perſonarum ad eorum validita-
tem,vt communiter ſunt ſtatuta per Italiam, quod tunc ſi
deperditum ſit aliquod inſtrumentum, nedum requirere-
tur,quod teſtes deponant, quod inſtrumentum erat ſine vi-
tio,item quod habebat talem diem & locum,item quod te-
ſtes affirmatiuè deponant de amiſſione,& non de credulita-
te,vt dixi,ſed etiam erit neceſſe, quòd tales teſtes examinen-
tur & deponant coram illis perſonis,& cum illis ſolennitati-
bus,coram quibus,& cum quibus ex forma ſtatuti debebat
fieri inſtrumentum, aliàs ex depoſitionibus dictorum teſtiū
non reſultabit probatio,quæ æquiparetur inſtrumento, &
quæ habeat vim inſtrumenti, cum tales teſtes ſubrogentur
loco ipſius inſtrumēti, ideo merito debent ſapere naturam
illius, & ad hoc dicendum moueor primò per illam regulā,
367 videlicet † quòd ſubrogatum debet ſapere naturam eius, in
cuius locum ſubrogatur. l.ſi eum.§.qui iniuriarum. ff. ſi quis
cautionibus.l.filiæ.§. Titia. ff.de conditionib. & demonſt.l.ſi
donatæ.§.ſi ſponſus.ff.de donationi. inter virum & vxo.l.pa-
368 rabolani s̃.de epiſcop.& cler cum ſimil. † Moueor etiam ex
ſingulari doctrina Dom.Ioan. de ſancto Seuer. in repet. ſua
authen. ſacramenta puberum.s̃.ſi aduerſ. venditio. vbi dixit,
quòd ſtante ſtatuto, quòd contractus minorum non va-
leant,niſi fiant in præſentia,& cum conſenſu conſanguineo
rum,ſi fiat,vel conſtituatur cum dicta ſolennitate per mino
rem aliquis procurator ad contrahendum, puta ad venden-
dum nomine ipſius minoris, certè ille procurator dum con
trahet,debebit ſeruare eandem ſolennitatem,quam ſeruare
deberet ille minor principalis,ſi ipſe contraheret.Ita dixit ip-
ſe in dicta authen.ſacramenta puberum.vbi plura pro hoc al
legat,& dicit, quòd ita conſuluerunt in quæſtione de facto
multi illuſtres Docto.& dicit etiam, ꝙ multi Docto. errant
credentes ſufficere, ꝙ dicta ſolennitas eſſet ſeruata tempore
cōſtituti procuratoris. Et iſtud idem in terminis dixit idem
Dom.Ioan.Bapt.in repet.l.cunctos populos.in 15. char. in 4.
colum.s̃.de ſumma Tri. & fide catho. verſic. & prædictis ac-
cedunt,&c.& idem dixit Dom.Barth. Soci.in conſi.ſuo 112.
incip.multum abundè.in verſi.poſtremò moueor. Sed vltra
adducta per eos ego pro hoc dicto dico, ꝙ opt[illegible]nè facit di-
ctum Bal.in l.ſi puellam.inf.ſi mancip.ita fuerit alie.vbi dixit,
ꝙ ſi teſtator mandauit executori ſui teſtamēti, vt diſtribuat
bona ſua in pauperes,ſecundum conſilium Guardiani ſancti
Franciſci, modò propter negligentiam executoris epiſco-
pus loci ſuccedit in locum executoris,vt habetur in l.nulli.s̃.
de epiſc.& cler. an tunc epiſcopus teneatur ſequi formam à
teſtatore datam ſequendi conſilium Guardiani? & dicit ꝙ
ſic,quia licèt ſit receſſum à perſona,non tamen receſſum eſt
à forma,de quo latius per Barb.in c.cum dilecta.in 8.char.de
reſcrip.de quibus omnibus latius dixi in ſingu. meo 155. in-
cipien.ſubrogatum ſapit naturam. Et faciunt etiam ad præ-
dicta in argu.tamen,quæ dixit Bal.in rubri. extra de procura.
in 1.colum.verſi.ſed an ſicut, &c. quæ omnia dependent, &
procedunt à dicta regula,ſcilicet ꝙ ſubrogatum debet ſape-
re naturam, &c. propter quam, licèt extra propoſitum no-
ſtrum,dixit Bal.not.verbum in d.l.parabolani.argu. illius tex.
s̃.de epiſc.& cler.quod dictum refert & approbat Dom.Fel.
in c.1.in penul.colum.de ſumma Trinita. [Et Do.Alexan.in
l.1.§.hæc actio. ff. ſi quis teſta.liber eſſe iuſſus fuer.& Do. Iaſ.
in §.fuerat.in 2.colum.Inſti.de act.& Corſe.in not.ſuo, in ver
bo conſilium. Nam dicit ibi Bal.ꝙ ille tex. eſt contra aſſeſſo-
res regni,quando qui reuertuntur domum, in locum ſuum
ſubrogant vnum de aduocatis, qui ſunt de eadē prouincia,
qui non poſſunt ſubrogari, quia non poſſent eſſe principa-
les,& per hoc dicit,ꝙ geſta per eum ſunt nulla, & per illam
doctrinam Bal. proximis ſuperioribus diebus conſultus re-
ſpondi, ꝙ omnia geſta à quodam laico mero ſubſtituto à
quodam prælato erant nulla,quia non poterat ſubrogari lo
co ipſius prælati in tali officio eccleſiaſtico, vide tamen quæ
dixi ſuprà proximè in præced. colum.in verſic. & inter cæte-
ra ponit not.verbum [Et vide quæ addidit Bal. in d.l.parabo-
lani. Et in materia illius regulæ, quòd ſubrogatum debet ſa-
pere naturam,&c.vide in contrarium not.verbum Bal.in au
then.habita.in 5. colum.ver. item ſi pęna eſt impoſita ingre-
369 dienti,&c. C.ne filius pro pat.] † Redeundo modò ad pri-
mum propoſitum,mouebar etiam vltra prædicta. Nam ea-
dem ſolennitas requiritur in actu ſubſtituto fiendo, quæ re-
quirebatur in primo actu iam facto, cui ſecundus actus ſub-
rogatur. Et hoc patet in pluribus: patet enim in teſtamen-
370 to.†Nam eadem ſolennitas requiritur in mutatione teſta-
menti,quæ requiritur in eius confectione.l.hæredes palam.
§.ſi quid poſt.ff.de teſtamen. & habetur in l.cum proponere
tur.ff.de leg.2.& in l.ſancimus.inf.de teſt.& voluit Pet.de An
cha.in conſi.ſuo 338.incip.de efficacia, &c. in 1. colum. circa
med.& Bal.in l.quæſtionem. in penul.colum.inf. de fideicō-
miſ.& Bal.in c.ſi quis feudum.circa princ. ſi de inueſtit. inter
dominum & vaſallum lis oria.& idem ipſe dixit in l.quoties.
§.1.verſic.tertio no. &c. ff.de hęredibus inſtituen. & in l.2.in
2.colum.inf.de bonorum poſſeſ. ſecundum tabul. & in l. er-
rore.in 1.col.de teſtamen.in quibus locis allegat dictā l.cum

propone-

proponeretur.ff.de leg.2.pro ſing. & idem voluit ipſe Bal. in
l.fin.in penul.colum.ſ.de edendo.& Domi.Fel. in c. cum ac-
ceſſiſſent.in 2.colum. in fi. de conſti. vbi etiam pro hoc alle-
gat glo.in c.quamuis.de pactis.in 6.& idem voluit Do.Alex.
in conſi.ſuo 40.incipien.ſuper teſtamento,&c. in 2.colum.
371 in 1. volum. pro quibus omnibus facit. † Nam illa ſolenni-
tas,quæ requiritur in legato ad pias cauſas, requiritur etiam
in adimendo ipſum legatum ad pias cauſas, vnde ſicut valet
legatum factum coram duobus teſtibus ad pias cauſas, ita a-
demptio eiuſdem legati poteſt fieri coram duobus teſtibus,
ſecundum Card.in c.relatum.el 1.de teſtam. quem ibi ſequi
tur Ioan.de Imo.quos refert & ſequitur Dom.Alexan.in cõ
ſilio ſuo 208.incip.ſtatutis accuratè.in penul.colum.in 2.vol.
372 † Et facit etiam pro iſtis,quod voluit Lud.Rom.in conſ.ſuo
65.incip.viſo themate.poſt princip.vbi dicit,quòd eadem ſo
lemnitas,quæ requiritur in celebratione actus, requiritur in
eius reuocatione.alleg.d.l. hæredes palam. §.ſed quid ſi poſt.
& l.puellæ.ff.de ſponſa.& l.nuptiæ.ff.de ritu nup.& l.ſi vt pro
ponis.inf.de nupt.& hoc dicit not.Bal.in l.omnium.inf.de te
ſta.& in titu.de pace Cõſtan.in glo.ſuper verbo,mors Roma
norum.& in l.ex placito.infra de rerum permuta. licet con-
tra prædicta faciat dictum Guil. de Cun. quem ibi refert, &
ſequitur Angel.in l.non ſtatim.ff.de peculio.vbi dixit,ꝙ ſi pa
ter conſenſit filio,vt donaret cauſa mortis, ꝙ tamen ſola vo-
luntate patris reuocatur talis donatio. Item ad primum pro-
poſitum facit,quod dixit Ludo.Roma.in conſi.ſuo 12. inci.
viſo facto.circa finem.vbi dixit,ꝙ ea ſolennitas, quæ requiri-
tur in contractu principali, requiritur in eius ratificatione.
& allegat d.l.ſi vt proponis.& l.nuptiæ, & not. per Innocen.
in c. cum dilecti.de emptio.& venditio.& Ioan. And. in cap.
cum laicis.de reb.eccleſ. non alie. quod etiam voluit Domi.
Lau. Cal. in conſi.ſuo 56.incip.in cauſa Dominæ,&c. in 3.co-
lum. Pro quibus etiam faciunt dicta per eundem Lud. Ro.
in conſi. 16.incip.viſis neceſſarijs.circa princip. & faciunt di
cta per Domi.Fel.in c.accedens.el 1. in 3. colum. vt lite non
cont eſta.vbi dicit, ꝙ eadem ſolennitas requiritur in reinte-
grat one,quæ fuit neceſſaria in confectione. Et dixit Bal.in l.
1.ſ.ſi aduer.tranſac.ꝙ ſicut in contrahendo requiritur decre
tum ita in detrahendo. Et dixit ipſe Bal.in c.1.in 3. colu. ver.
& n .ꝙ per inſtrumentum, &c. in titu.quid ſit inueſtitura,
ꝙ pe r inſtrumentum fit inueſtitura, & per eius inciſionem
fit di ſueſtitura.allegat.l.1.inf.de noua.& l.ab emptione. ff. de
pac. ro quibus omnibus etiam faciunt.l. nihil tam naturale.
ff.de reg.iur.& authen.econtra.inf.de repud. & faciunt dicta
per lexan.in rub.de acquir.poſ. & in l.inter ſtipulantem. in
§.ſac am.in 1.colum.ff.de verb.oblig.& per Dom.Fel.in cap.
edoc eri.in 6.colum.ver.non obſtabat prædictis. extra de re-
ſcrip. Item facit etiam,quod voluit Domi.Alexand.in conſi.
81.in cip.reuocatur in dubium.in 1.colum.in 5.volum.vbi di-
xit,q od quemadmodum à principio in compromiſſo fa-
ciend o requiritur conſenſus vtriuſque partis facientis com-
prom iſſum,ita ad ipſum compromiſſum diſſoluendum re-
373 quiri tur conſenſus vtriuſque partis. † Et dixit Bald.in conſ.
ſuo 2 38.viſo ſtatuto, in 2.volum. quòd ſolennitas requiſita
in fac iendis compromiſſis, requiritur etiam in prorogatio-
ne ipſ ius compromiſſi.de quo etiam aliquid per Io.de Imo.
in con ſi.ſuo 1.incipien.in caſu, &c. Ita modò ex prædictis
concl udo,ꝙ quando eſt deperditum inſtrumentum, quod
fieri d ebuit ex forma ſtatuti ſeruata certa ſolennitate, quòd
ſi exar ninandi ſunt teſtes circa ipſum inſtrumentum, qui ha-
beant operari idem, quod illud inſtrumentum, vt dixi.ſ.de-
bebun t ſeruari dictæ ſolennitates in examinatione ipſorum
teſtiun ,quæ erant ſeruandæ in confectione dicti inſtrumen
ti,cui te ſtes ſubrogantur. Tene menti, quia incontingentia
facti po ſſet tibi facere honorem & vtilitatem nõ modicam
374 apud d octos & apud eruditos,&c. † Scias etiam vltra præ-
dicta ci ca hãc materiam probationum, quod probationes
debent eſſe certæ,& debent de neceſſitate concludere, alias
non pro bant, nec operantur effectum probationum. imo
ſi non cc oncludunt, ſed ſint dubiæ & incertæ, ſemper inter-
pretantu r contra producentem.glo.eſt not.in c.in preſentia.
inverſi. v erbum dubium. & ibi per omnes,extra eo. & habe,
tur in l.ſi quis intentione ambigua.ff. de iudi. & in l.inter ſti-
375 pulanten 1.§.1.ff. de verbo. obliga. cum ſimi. † Et ideo dixit
ſing.verbi m Ang.in l.poſtquam.ff.de peti. hæred. in fine, ſe
ſemel eua ſiſſe quendam accuſatum de rapina à pœna, quia
teſtes dixe runt ſe fuiſſe præſentes rapinæ, & interrogati de
cauſa ſcien tiæ, dixerunt, quia viderunt rem auferri de mani-
bus accuſa ntis per accuſatum,nam per hoc non probatur ra
pina & hoc per glo.ibi in verbo, abſtuliſſet. quæ vult, ꝙ ver-
bum, auferr e,habeat duplex ſignificatum, ſcilicet cum vio-
lentia, & ſi ne.Cum ergo verba illa teſtium, quòd viderint
rem auferri de manibus accuſantis per accuſatum, poſſint
intelligi cum violentia,& ſine,& ſi ſint dubia & incerta, de
bent interpretari contra ipſum accuſantem producentem,
ſecundum Ange.ibi,quod eſt notã. Pro quo dicto facit etiã,
quod voluit Bar.in l.2.§.1.in fi.ff.de duo.reis.vbi dixit,quòd ſi
accuſatur Titius, quòd cognouit Seiam violenter, tunc an
condemnari debeat,etiam ſi teſtes producti contra eum di-
cant,& affirment illam fuiſſe cognitam violenter.& dicit,nõ
videri probatam violentiam, cum illud verbum, violenter,
poſſit intelligi actiuè & paſſiuè, videlicet ꝙ Titius intulerit
violentiam ipſi mulieri, & etiam poteſt intelligi, ꝙ mulier
intulerit violentiam ipſi Titio, propter quod illam violẽter
cognouit. Ideo ex tali probatione dubia non debebit con-
demnari. Et idem firmat ipſe Barto. in l. ſi vxor. in §. ſi quis
vxori.ff.de adulter.& Barto.in l. ſi ita ſcriptum.ff.de manu.te-
ſtamento.& Bar.in l.filiusfamilias. ff. de teſtamen. & Mathe.
in no.ſuo 102.& Abb.in c.dudum.in vlt.colum.de elect. pro
quibus eſt glo.vnica & ſingu. ſecundum Ang. ibi in l. vnica,
in verbo,deſponſatam.inf.de raptu virg.quam Barto. nec ce-
teri allegant ad hoc. Pro quibus etiam optimè faciunt dicta
per Ioan.And.in addi.Specu.in rub.de cohabi.clerico. & mu
lie. vbi dixit,ſemel fuiſſe deuolutam cauſam Romæ, de qua
curia ſatis habuit ſolatium. Nam erant duo electi, & vnus
opponebat contra alium, ꝙ tenebat concubinam publicè,
ille reſpondendo negauit, arguebatur de periurio. & per te-
ſtes fuit probatum,ꝙ ipſe tenuit concubinam,ipſe autem re
plicauit,quod imò concubina retinuit ipſum in domo ſua,
& ſibi fecit expenſas,& ita euaſit periculum. pro quibus etiã
faciunt, quæ adduxi in ſingulari meo 267. incipiente, dubia
376 probatio,&c. † Et faciunt etiam dicta per Bart.in l. de mi-
nore.§.plurium.in pen.colum.verſi.quæro, quid ſi teſtis,&c.
ff.de quæſtionib.vbi dixit, ꝙ ſi teſtis productus ad probandũ
famam,dicit ſe audiuiſſe à populo,& non dicit,à quo popu-
lo,non probat quem eſſe infamatum hic, quia probatio nõ
377 concludit,& allegat tex.in dicto c.in preſentia.† Et dixit Ray.
de For.in l.ſi non ſunt,in §.penul.ff. de au. & arg. leg. quod ſi
fit proceſſus,ꝙ talis percuſſit talem cum lapillo vel cum lapi-
de,& aliter non declaratur, irritabitur proceſſus, quia eſt la-
pis aptus ad lædendum & ad non lædendum, per glo.in l.1.ſ.
de erro.cal. Et dixit Innocen.in c.dudum el 2.de elect.quòd
ſi excipiens contra electum probat eum eſſe venatorem, nõ
obtinebit,quia interpretabitur ꝙ hoc faciebat licitè cauſa re
creationis,iuxta no.in c.1.de cler.vena.& ſi probabit eum ira
ſcibilẽ,interpretabitur,ꝙ ex iuſta cauſa iraſcatur. quod mul-
tum no.Domi. An. ibi & etiam Abb. Et dixit Car. in repe.c.
perpendimus.in fi.de ſententia excommu. ꝙ ſi volens pro-
bare quem excommunicatum,probat ꝙ fecit ſe abſolui, nõ
obtinebit,quia potuit petijſſe abſolutionem ad cautelam.Et
dixit Abb.in c.veniens.el 2.de deſponſ.impub.quòd ſi volens
probare matrimonium,probat ſponſalia & copulam, non
obtinebit,quia poteſt eſſe quòd copula præceſſit ſponſalia.
Et dixit Gemi.in c.concilia.17.diſtinctio. quod ſi teſtes dicũt
teſtatorem fuiſſe inſanum, non probant,quia quædam eſt
inſania non regulata iure poſitiuo,vt in illo tex. ibi, ſacerdo-
tes inſaniſſimi, &c. & eſt inſania carens rectitudine iudicij
& intellectus,& ideo non concludit. Et dixit ipſe Pet.de An
cha.in conſi.ſuo 47.incipiente,pro clariori.quod volens pro
bare homicidium, & probat quem fuiſſe bannitum tanquã
homicidam,nõ obtinebit,quia potuit eſſe bannitus propter
378 contumaciam. † Et facit not.dictum Bart. in l. ſi tertius,in
fi.ff.de aqua plu.arcen.vbi dixit,ꝙ accuſans homines alicuius
villę,quia non ceperunt malefactorem ſecundum ſtatutum,
ſi hoc probat,non obtinebit,quia oportebat probare,quòd
erant habiles ad capiendum eum, quia fortè ibi non erant,
niſi mulieres, pueri & infirmi & ſimiles. & ideo dicit Paul.
de Caſt.in d.l.ſi tertius.in fi.quòd ſi volens reſcindere contra
ctum minoris vel mulieris,quia proximi non conſenſerunt,
& hoc probet,non obtinebit,quia poteſt eſſe, quòd illi pro-
ximi erant inhabiles,puta infames vel furioſi. Et dixit Bart.in
l.vnica,in 4.colum.inf.de confeſſ. quòd ſi miles ſe excuſat ab
homicidio, quia dicat ſe feciſſe ad defenſionem, & probet
hoc,non tamen obtinebit, quia potuit eſſe, quòd defenſio
non fuit neceſſaria, & ideo debuit dicere, ad defenſionem
neceſſariam,per c.ſignificaſti.el 1.de homicid.Et faciunt etiã
quamplura nota.dicta in hoc propoſito per Dominum Fel.
in c.ſuper his.in 9.colum. de accuſa. & in dicto c. in præſen-
tia.in 8.colum. vbi ponit etiam ad prædicta plures notabiles
limitationes & reſtrictiones, & ad hanc regulam, ſcilicet ꝙ
dubia & incerta probatio non releuat probantem, vbi om-
nino videas,quoniam ſingulariter loquitur,& vide eũ etiam
in dicto c.in præſentia.in 6.colum.verſi. ſed aduerte, &c. vbi
etiam notab.loquitur more ſolito. Et ſic ex omnibus ſupra-
dictis

dictis ſatis patet,ꝙ dubia & incerta probatio nō releuat probantem regulariter, ſed imò facit eum ſuccumbere. nec mi-
379 rum,†quoniã incertitudo, ſeu dubietas regulariter loquendo vitiat omnem actum & omnem diſpoſitionem, vt in l. cum duo.& ibi glo.magiſtralis.ff.de in diem adiectio. & per Barto.not.loquentem in l.quidam.ff.de reb.dub. & aliàs dixi ſatis latè in l.à vobis quoque.ff.de annuis legat.quæ hic recenſere non curabam,nec putabam: attamen precibus & ſumma inſtantia plurium ſcholarium, qui apud me inſteterunt magno rogatu,vt illa circa hanc materiam dubietatis & incertitudinis hic adducerem,volens eis,vt Doctoribus conuenit,& quaſi neceſſe eſt,morem gerere,nuper decreui ea omnia hic adducere,& valde meliori ordine, quàm adduxerim in dicta l.à vobis quoque. nec etiam erit impertinens in hac materia probationis. Attende igitur.Dico enim,quòd incertitudo,ſeu dubietas vitiat regulariter probationem, vt ſupra
380 ſatis oſtenſum. † Quod tamen non procedit indiſtinctè in probatione fienda per teſtes: nam licèt teſtes deponant alternatiuè, & ſic incertè: attamen probant eorum verba, ſi ad vnum effectum tendunt. Et ideo ſi accuſo Titium,quòd interfecit hominem, & teſtes deponũt alternatiuè, videlicet quòd eum occidit cum gladio, vel cum clauo, licèt videantur incertè & ambiguè deponere:tamen quia vterque intellectus tendit ad maleficium, & concludit maleficium, tale eorum dictum habetur pro probatione certa. ita ſingulariter dixit Dominus Alexan.in l.inter ſtipulantem §.1.ff.de verbo.obligatio. quod dictum pro nota. refert & ſequitur Do. Felin.in c.ex parte.in 3.colum.in verſic.ex quo dicto. de reſcrip.de quo latius dixi in ſingulari meo 207. incipiente, incertitudo. [Vide Ange.in l.ſi is,cui.ff.quemadmodum ſerui tu. amitt. & hanc doctrinam refert & ſequitur Iaſ. in l. dedi.
381 in 1.colum.ff.de condict.ob cau.] † Pro quibus facit, quod dicimus,videlicet, quòd licèt teſtes ſingulares non probent, vt habetur in l ob carmen.§.fin.ff.de teſtib.& in l.qui falſa vel varia.eod.titu.& in c.licet cauſam.de probatio. cum vulgaribus. tamen hoc eſt verum, quando teſtes ſunt ſingulares in effectu rei,& non in verbis: ſi autem ſunt concordes in effectu rei,licèt ſint diſcordes & ſingulares in verbis, tamen optimè probant. Ita probat textus notabilis in l.qui ſententiam. inf.de pœn.& in c.nihil de verb.ſignifica.& voluit glo.in c.dudum.de conuerſione coniu.& glo. in c. cum eccleſia Sutrina.in verbo,vacillaſſe.de cauſa poſſeſ.& proprieta. & gloſ. in dicta l.qui ſententiam.& ibi Bald.in c.cum cauſam. in 1. colum.extra de probatio & in l.de quibus.ff. de leg.& Bal. in l. teſtium.in 5.colum.infra de teſtib. & in rubrica de controuerſia inueſtitu.in princip.& in cap. cum dilectus. in 3. colu. de conſuetu.& Bald.in l.illa inſtitutio.in fi. ff. de hæred.inſtituen.& in l.data opera.infra qui accuſa. non poſſunt. & Bal. in l.verbum,volo.infra de fideicommiſ.in fi.& Bald. in l. ampliorem.in §.1.infra de appellatio.& Bald.in l.1.infra de teſtamen.& Barto.in l.3.§.1.ff.de teſtib.& Domi. Anton. in dicto cap.cum eccleſia Sutrina.& in cap.quoniam in pleriſque. de offic.ordin.& Domi.Angel.in l.ſi quis.§.1.ff.de eden. & Speculat.in titu.de teſte.§.nunc tractandum. verſicu. cautiorem quoque. Dominus Antonius in cap.nihil.de verbo. ſignific. Imo.in dicta l.illa inſtitutio. & Barto.in l.eas, circa medium. ff.de falſ.& Bald.& Ioan.de Imo. in l. his verbis.§.fina.argum. illius textus.ff.de hæred.inſtituend.not. Innocen. in cap. fraternitatis.de hæ e. Paul.de Leaza.in quæſtione ſua,incipiente, contra inſtrumentum debiti opponitur.Bald.in l.1. ad finem,infra ſi vnus ex plurib. appella. & Dominus Alexand. in conſi.5.incipiente,in cauſa inquiſitionis.in 2.char.in 2.colum.in 1.volum.& ibi in conſi.53.incipiente,in cauſa vertente inter Michaelem.in 3.colum. & in conſilio 70. in 5. colu. incipiente,viſo proceſſu.& in conſilio 72. incipiente, inſpecto diligenter proceſſu. in 2. & 3.colum.in 1.volu.& in eod. volu.in conſi.100.incipiente,ſuper primo.in 8. colum. & ibi in conſi.109.incipiente, viſis & vt oportet. in fi. verbis. & in conſilio 4.incipiente, animaduerſis. in vltima colum. in ſecundo volum.& ibi in conſilio 47.incipiente,abundè per celeberrimos.in 2. colum. in fi. & ibi in conſi. 105. incipiente, Reuerende Domine.in vltima colum. & in conſi. 137. incipiente,in cauſa & lite.in 3.colum.in ſecundo volum.de quo etiam per Ludo.Roma.in l.2.§.appellata.ff.ſi cert.peta.& per Ioan.de Ana.in conſi.55.incipiente, quia dubia, &c. Ex quibus poteſt inferri ad vnum, quòd ſi duo notarij ſunt rogati de vna met re, & conficiant inſtrumentum de ipſa re, quòd licèt talia inſtrumenta ſint varia & diuerſa in verbis,tamen ſi idem ſunt in ſubſtantia & effectu, valent, nec tales Notarij debent puniri de falſo per ſupradicta, quod voluit in terminis Domi.Alexan.in dicto conſilio ſuo 70.in 5.col.circa medium.ad quod allegat d.cap.dudum. & quod ibi not.D.Ant.

de conuerſio.coniug. quod eſt ſummè notandũ in materia. Quinimò ſcias,quod non ſolum teſtes deponentes per diuerſa verba tendentia ad eundem effectum & rei finem probant,& nō dicuntur ſingulares, per iura præallegata,ſed melius dicuntur deponere, quàm ſi eundem ſermonem & ea-
382 demmet verba proferrent. † Nam ſi eademmet verba deponerent,ſeu proferrent,non probarent, ſed præſumerentur ſubornati & inſtructi. Ita probat textus in l.3. in §.ideoq; diuus.ibi, vnum eundemque præmeditatum ſermonem.ff. de teſtib.& hoc ibi not.Barto. & voluit Specu. in titu. de teſtib.in §.nunc tractandum.verſic.cautiorem quoque.& not. Ioan.And.in c.nihil de verborum ſignificatio. & Bald.in l.teſtium.in 3.colum.infra de teſtib.& Bald.in titu.de pace Conſtan.in vltimis verbis.& Angel.in Authen.vt iudic.ſine quoquo ſuffrag.in fi.pro quo facit text.in l.ampliorẽ.in §.in refutatorijs.infra de appellatio. Ita etiam voluit Domi.Alexand. in dicto conſilio 237.incipiente, in cauſa & lite. in 3. colum.
383 & in dicto conſilio 47.incipiente,abundè. in 2.colum.†Nec prædictis habet obſtare dictum Dom.Ant. in c nihil. de verbo.ſignifica.vbi dixit,quòd ſi vnus teſtis dicit, quòd teſtator dixit,Titium hæredem inſtituo, alter verò teſtis dicit, quòd teſtator dixit, Titius hæres eſto,quòd non eſt probata hæredis inſtitutio. Quia reſpondeo,quòd illud habet locũ, quando tractatur de probando verba formalia ipſius teſtatoris, nam tali caſu oportet quòd concordent ſe teſtes in figura & in cortice verborum,vt dicit ipſe Domi. Anto.in c.cum eccleſia Sutrina.in 17.colum.in verſicu. venio ad glo.in verſic. vacillaſſe,&c. de cauſa poſſeſſio.& propriet.& Bal.in c.bonæ el primo.in 7.colum.de electio vbi dicit, quòd ſi duo teſtes, quorum vnus deponit,quòd Titius promiſit Seio duos ſolidos; alter deponit,quòd promiſit vigintiquatuor denarios, probabunt,& dicentur cõcordes l.quæ extrinſecus, & quod ibi not.ff.de verbo.obligatio.niſi eſſent interrogati de qualitate vocis, quia bene dicerentur ſingulares taliter deponendo,per ſupradicta,quod etiam ſequitur Alexan.in dicto conſilio 47.de quo etiam per Domi. Alexand. in dicto conſilio ſuo 452.incipiente,viſo ac diligenter conſiderato, &c. circa finem.de quibus etiam dixi in repetitione l.fina.infra in hoc
384 titu.in 24.charta. † Item redeundo ad materiam incertitudinis,dico quòd ipſa incertitudo vitiat libellum. cap.fina. de libelli oblatio.l.fina.vbi per gloſ. & Docto. infra de anna. except.& habetur in §.curare.Inſtitu.de actio. & in l.edita.§.de eden.& in l.1.§.quod ait.ff.quorum legato.& voluit Pau. de Caſt.in conſilio ſuo 392.incipiente, viſo quodam libello. in 2.colum.in fi.de quo tamen vide Angel.de Aret.in §.ſi duo-
385 rum.Inſtitu.de rerum diuiſio. † Item incertitudo vitiat inquiſitionem, ſecundum Bald. in conſi. ſuo 106. incipiente, verba accuſationis.in primo volum. & vide Domi. Nellum in tract.bannitorum.in tertia parte primi temporis. in 12.q.
386 † Item incertitudo vitiat, ſeu impedit accuſationem. l.ſcientiam.§.cum ſtramenta.ff.ad leg. Aquiliam. Et ideo dixit ſingulariter Barto.in l.Plautius.§.fina.ff.de condi. & demon. ꝙ ſi Peruſinus accuſauit aliquem in curia Peruſij de aliquo delicto, & dixit delictum fuiſſe factum in villa ſancti Martini, nec adijcit cuius comitatus, tunc dicit Bart.ibi,quòd non valet talis accuſatio, quia multę ſunt villæ,quæ nominantur villæ ſancti Martini per diuerſas partes mundi, & etiam hoc procedit,quia lex expreſsè iubet apponi nomen ciuitatis, vt in l libellorum.ff.de accuſatio. & reſpondet ibi Barto. ad illum textum,qui videtur facere in contrarium,de quo etiam
387 dixi in l.de minore.in §.plurium. circa medium. † Item incertitudo vitiat poſitiones, ideo poſitioni incertæ quis non tenetur reſpondere,ſecundum Specu. in titu. de poſi.in §.6. verſicu.item ad penitus. & Bald.in l.fina.in 4. colum. verſicu. venio ad verſicu.inf.de codicil.& in l.cogi.in 4.quæſtio. §. de peti.hæredita.& in l.2.in §.quod obſeruari.in 5. colu.verſicu. tertiò quæritur.§.de iuramen.calum. de quo etiam per Bart. Bald.& Alexand.in l. ſi quis intentione ambigua. §. de iudic. & in d.l.edita.& in l.ſi quidem.in 2.colum.inf.de exceptio.& per Barto.in l.inter ſtipulantem.§.1.ff.de verbo.obligatio.& per Bald.in l.precibus. in princip.inf.de impuber. & alijs ſub-
388 ſtitutio. † Item incertitudo vitiat confeſſionem. l.certum. ff.de confeſſis l de ætate.§.nihil. ff. de interrogat. actio. 11. q.3.c.graue.& voluit Specula.in titu.de confeſſ.in §.1.in verſ. 8.& in titu.de poſitio.in §.9.in vltimo verſicu.& in titu.de loca.§.nunc aliqua.verſicu.62.ibi, item confitetur. vbi dicit, ꝙ
384 confeſſio incerta, & nullo modo facta,parificatur. † Item incertitudo vitiat ſententiam, quando eſt incerta reſpectu quantitatis,vt habetur inf.de ſenten.quæ ſine certa quantitate.per totum.& voluit Specu. in titu. de ſenten.in §.qualiter. verſi. item debet eſſe certa.& in titu. de loca. §. nunc aliqua. ver.59. vbi plura ponit circa hanc materiam incertitudinis.

Et

Et ideo ſi iudex ſuper aliqua petitione producta in poſſeſſo-
rio pronunciat per hæc verba, vti poſſidetis, ita poſſideatis,
nõ valet ſententia tanquam incerta, niſi in aliqua parte acto
rum & probationum appareat, qualiter poſſidebant. Ita ha-
betur per glo. & Docto. in l. 1. inf. uti poſſid. & Barto. in l. ait
prætor. ff. de re iudica. & per glo. & Docto. in c. licet cauſam.
in verbo, ita poſſideat. extra de probationi. Ita etiam tenuit
Domi. Alexand. in conſi. 109. incip. viſo proceſſu, &c. in prin.
in 5. volum, vbi ſubdit, quòd ſimiliter non valet ſententia, in
qua iudex dicit, condemno te ad res, quæ tibi obuenerunt à
tali. ad quod allegat Innoc. in c. ſignificantibus. de libel. obl.
in fi. de quo etiam per Bald. in l. 1. in 4. colum. ver. item ſecus.
inf. de fur. per Card. Alexand. in c. dilecto. in 7. colum. ver. 28.
de appella. Prædicta tamen videntur poſſe limitari, niſi in-
390 ſtantia cauſæ laberetur, † quia tunc valet ſententia incerta,
vtputa inſtantia alicuius cauſæ labitur, quę cauſa eſt commiſ-
ſa conſilio ſapientis, & iudex non poteſt expectare cõſilium,
tunc poteſt pronunciare dicendo, abſoluo vel cõdemno,
prout continebitur in conſilio reddendo. Ita dixit Bal. & Sa-
lic. in l. cum iudex. inf. de ſent. quod dictum refert & ſequitur
Dom. Fel. in c. cum venerabilis. in 19. colum. de excep. cum ali
quibus tamen modificationibus, de quibus ibi per eum.
391 † Item incertitudo vitiat etiam laudum. l. quid tamen. §. ſæ-
392 pe. ff. de arbi. & Specu. in verſi. 59. prçalleg. † Item incertitu-
do vitiat condemnationem. l. idem Pomponius, §. fi. ff. de rei
ven. [Vide tamen Bald. in addi. Spec. in titu. de libel. concep.
393 in antep. verſ. incip. ſed pone, ſunt duo. † Item incertitudo
vitiat etiam citationem, ſecundum Ludo. Rom. in conſ. ſuo
369. incip. circa primum. in 2. colum. vbi finaliter dicit, quòd
obſcura vel indeterminata citatio, & ſic incerta citatio, iudi-
catur nulla, allegat. l. aut qui aliter. in §. ſi quis denuntiauerit.
ff. quod vi aut clam. & Specu. in titu. de cita. §. contra. verſicu.
394 item quod facta eſt indeterminata, & ver. ſeq. ibi. † Et ſecun
dum eum ſuprà, hoc maximè procedit, cum agitur de cita-
tione ad ſententiam diffinitiuam, quia illa debet eſſe ſpecifi-
ca, & ſi illa emanaſſet ſic, videlicet citat te iudex ad audiendũ
voluntatem ſuam, ſententia illius vigore prolata eſſet nulla,
quod volunt, ſecundum eum, Dom. de Rota. de quo ibi per
eum. Tu vltra Ludo. Roma. dicas quòd hoc expreſsè voluit
glo. no. in clem. ſæpe. in verbo, ad id, &c. de verb. ſign. & idem
firmauit ipſe Ludo. Roma. in ſingu. ſuo 380. incipien. citatur
quis, &c. vbi dicit hoc voluiſſe Dom. de Rot. deciſ. 203. quos
refert & approbat Do. Anto. in c. ſæpe. de appel. & idem te-
nuit Dom. Ant. in c. ad petitionem, de accu. in 4. colum. Con
trarium tamen tenet Innocen. in c. conſuluit. de offic. deleg.
Bal. autem in l. conſentaneum, in 2. colum. ver. quartò no, in
fra quomodo & quando iu. & ibi Salic. dicit, ꝙ delegatus de
bet citare ad actum cauſæ, puta ad reſpondendum petitioni,
ordinarius verò poteſt ſimpliciter citare dicendo, venias ad
præſentiam noſtram, cum ſemper præſumatur ex cauſa face
re. Attamen mihi magis placet prima opinio, ſiue loqua-
mur in ordinario, ſiue in delegato, & hoc per doctrinam
Doct. ſuprà alleg. & per doctrinam Barto. in l. aut qui aliter.
in §. 1. ff. quod vi aut clam. & eiuſdem Bart. in conſi. ſuo incip.
Reuerende Domine. quæſtio eſt ſatis dubia, &c. Lud. Rom.
in d. ſing. ſuo. in quibus locis tenent, quòd citatio debet eſſe
certa & non generalis, aliàs nõ valet, nec arctat citatum. pro
quibus facit gl. in c. fi. in ver. indeterminatè, de reſcrip. quam
alleg. Lud. in d. ſing. & adde glo. no. in c. cum contumacia. in
glo. pen. de hæret. in 6. de quo etiam per Do. Alex. in l. ſi appa
ritor. inf. de coartal. li. 12. Et hanc opin. tenuit Barb. in d. cap.
conſuluit. in 2. colum. vbi alleg. plura pro hac parte, & Dom.
Alex. in conſi. ſuo 105. incip. ponderatis. in 2. colum. in 5. vol.
395 † Item etiam ſcias, ꝙ non ſolum citatio debet eſſe certa re-
ſpectu actus fiendi, ſed etiam debet eſſe certa reſpectu perſo
næ citandæ. Et ideo generalis citatio & incerta valet, vbi con
tradictor eſt incertus, ſecus, quia tunc non valet talis citatio
generaliter. ita dixit Domin. de ſancto Gem. in c. fi. de ele. in
6. & ideo dixit Bal. in l. ſi curatoris. inf. de iu. del. quòd nõ ſuffi-
cit proclama generale, ꝙ qui vult eſſe hæres compareat, ſed
debent citari illi, quos proxima cauſa ſucceſſionis tangit, &
hoc per tex. no. in l. 1. §. denuntiari. ff. de ven. inſpi. & idem di-
xit ipſe Bald. in l. nam ita diuus. ff. de adop. & in l. obſeruare. in
§. proficiſci. ff. de offi. procon. & Ludo Rom. in conſi. ſuo 23.
incip. viſis themate. in fi. vbi not. loquitur. & alleg. d. l. 1. §. de
nunciari. & cap. fi. de elect. in 6. & alia plura, de quibus ibi per
eum, & voluit etiam ipſe Lud. Rom. in conſi. ſuo 410. incip.
vt clarior reddatur, &c. circa princ. vbi alleg. plures Doct. hoc
affirmantes. Et de illo tex. ad hoc propoſitum, fecit feſtum
Bal. in l. iubemus. circa 2. colum. inf. ad Trebel. & in l. 1. in vlt.
col. inf. qui admit. & in c. inter quatuor. de maio. & obe. & in
rub. inf. de ſucceſ. edic. in fi. & in l. ſi ſuſpecta. in fi. princ. ff. de
inoffi. teſt. & Bar. in conſi. ſuo 91. incip. de quæſtione verten-
te. pro quibus faciunt dicta per Dom. Fel. in c. pe. de maio. &
obed. vbi videas, & eundem in c. cognoſcentes. in 6. colum.
in prin. de conſti. vbi no. loquitur, & Do. Alexan. in conſi. ſuo
37. incip. in cauſa & lite. in 3. colu. in 2. volum. Teneas tamen
menti perpetuò no. verbum, & ſing. Ludo. Rom. in d. conſi.
ſuo 410. incip. vt clarior, &c. in 1. col. vbi dixit, ꝙ quamuis er-
ratum ſit in modo citandi, ſeu in forma à iure traditis, nihi-
lominus ſi ille, cuius intereſt, notitiam habuit eius citationis
per quam non legitimè citabatur. Ita enim eum ligat talis
illegitima citatio vnà cum notitia ſubſecuta, ſicut citatio le-
gitimè emanans. alleg. ad hoc caſum no. in clem. cauſam. in
fi. de elec. de quo dixi latius vbi ſupradicta poſui in ſing. meo
256. incip. generalis citatio. vbi videas. Et vltra prædicta ſcias
etiam, quòd non ſolum citatio incerta reſpectu perſonæ ci-
tandæ non valet, vt dixi, ſed etiam non valet citatio facta per
396 incertum nuntium non expreſſum à iudice. † Et ideo ad
hoc vt citatio valeat, requiritur quòd iudex committens ci-
tationem exprimat perſonam, vel nomen nuntij, per quem
vult, quòd fiat talis citatio, aliàs ſi generaliter cõmitteret par-
tem citari & non exprimeret, per quem, non valeret citatio.
Ita ſing. dixit Do. Franc. de Are. in conſi. ſuo 32. incip. conſul-
tatio præmiſſa, in 4. colum. verſicu. nec poteſt dici, &c. circa
med. illius verſi. ad quod allegat Bald. in l. petens. §. de pac. ſed
tu dicas vltra eum quod hoc apertius dicit Bald. quem ipſe
non vidit in l. eius, qui in prouincia. in 3. colum. verſicu. præ-
terea, &c. ibi, & in nuntio videtur clarius. ff. ſi cer. peta. quod
eſt ſingulare not. quia ex hoc poſſes facere corruere mille
proceſſus & ſententias. de quo latius dixi in ſingu. meo 235.
397 incipien. procuratores, &c. † Item adde, quòd incertitudo
vitiat conſtitutionem procuratoris. l. 2. & ibi dixi legendo. ff.
de procura. & voluit Ludo. Roma. latè in ſingu. ſuo 254. inci
pien. tu habes. vbi dicit, quòd ita tenet Io. And. ſed non dicit
in quo loco, & dicit ꝙ ita fuit iudicatum Romæ. & allegat
glo. hoc tenentem in c. ſi quis iuſto. de elect. in 6. in verbo,
nominatus. de quo etiam aliquid per Bal. in l. 1. inf. de furtis.
& latius per Domi. Feli. in c. imputari. in princ. inf. de fide in-
398 ſtrumen. † Item adde, quòd legatum vitiatur ratione in-
certitudinis, vt quando legatur incertæ perſonæ, quoniam
tunc non valet. l. ſi fuerit. ff. de reb. dub. & habetur in l. cum
poſt. in §. gener. ff. de iure dot. & in §. legari, cum §. ſequen. In-
ſtitu. de leg. Item etiam ipſa incertitudo vitiat legatum vſuſ-
fructus. ita habetur in l. quoties. ff. de vſufructu. & intantum
eſt verum, quòd legatum incertum nõ valet, quod dixit Bar.
in l. ſi quis ſeruum. in §. ſi inter. ff. de legatis ſecundo. quem re
fert Domi. Alexan. in conſilio ſuo 109. incipiente, viſo pro-
ceſſu. in fi. penul. colum. in 5. volum. quod ſi teſtator dixit, le-
go Titio fundum, & apparent duo Titij, non valet legatum,
nec hæres cogitur tale legatum ſoluere vni ipſorum, etiam ſi
aliter proteſtetur, quòd teſtator non ſenſit de eo, & etiam ſi
399 ipſe renuntiauit dicto legato. † Scias tamen, quod hoc vi-
delicet, quòd legatum incertum non valet, limitatur non ha
bere locum, quando tractatur de fauore animæ, & ideo ſi te
ſtator dicit, lego pro anima mea, & non exprimit quantita-
tem, valet tale legatum & non dicitur incertum, quia venit
taxandum arbitrio boni viri, & hoc eſt fauore animæ, ſecus
autem eſt in alijs. ita dixit Card. in clemen. 1. in 28. q. extra de
teſtamen. & idem voluit Dom. Anto. & Innocen. in c. iudi-
cante. de teſtamen. & Domi. Felin. eos referens in c. cum iu-
400 ramento. de homicid. † Adde etiam in hac materia, ꝙ le-
gatum incertum non valet, vt dixi: hoc tamen fallit, quando
teſtator mandat omnia per eum extorta reſtitui, quia hoc
caſu iſta incertitudo certificabitur ſummariè per inueſtiga-
tionem epiſcopi, qui etiam procederet ſtante iuramẽto par
tium petentium, ſecundum Bald. in l. 1. in vltima colum. inf.
de teſtamen. allegat Ioan. And. in c. quamquam. de vſur. in 6.
de quo tamen vide Domi. Felin. ad quem me remitto, in c.
cum ſit. in 2. colum. poſt medium. de iud. & vide quæ haben
tur in l. ſi cui legatum. ff. de annuis legatis. & ad prædicta fa-
ciunt dicta per Angel. in l. hæreditas. in §. ſi defuncto. ff. de pe-
titio. hæredita. vbi dixit, ꝙ ſi teſtator ordinauit monumen-
tum ſibi fieri, tunc ſi modus non fuit ſtatutus à teſtatore, de
bebit monumentum conſtrui arbitrio boni viri. allegat l. at
ſi quis. §. quid ergo. ff. de religio. & ſubdit, quòd non vitiatur
tale legatum propter incertitudinem fauore piæ cauſæ. alle-
401 gat l. quidam teſtamento. ff. de legat. 2. & dicit, † ꝙ nec etiam
vitiatur legatum, ſeu relictum incertum pro virginibus ma-
ritandis. allegat l. ſi filiæ pater. ff. de legat. 3. & l. cum poſt. §. ge-
ner. ff. de iure dot. ſubdit poſteà ipſe Angel. in d. §. ſi defun-
cto. quòd ſi relictũ ſit in certam cauſam piam, in eam eroga-
ri non poteſt, vt ſi teſtator iuſſerit eccleſiam conſtrui, cui
conſtructioni diœceſanus non vult conſentire, tunc pecu-
nia

nia debebit conuerti in alium pium vſum, & idem dicit ſi
conſentiat,ſed opus non poteſt perfici propter exiguitatem
relicti.l.legatum.ff.de adminiſtratio.rerum ad ciuitatem per
tinentium.& l.1.eodem titu.& l.legatum.ff. de vſufru.leg.an
aũt eccleſiæ conſtruendę, & ſic incertę,poſſit legari.vide tex
tum,Bar.& Ang.in l.ſi ſeruitus.in §.futuro.ff.de ſeruitu.vrba-
no.prædiorum.& Barto.in l.ſeruos. ff. de alimentis & cibar.
legat.& Barto.in conſi.ſuo incipiente , teſtator in teſtamen-
to ſuo.& facit l.ſi nondum.vbi vide Barto. & Bald.inf.de fur.
402 † Vlterius adde, quòd incertitudo vitiat hæredis inſtitutio-
403 nem.l.in tempus.§.fin. ſ̄. de hæredibus inſtituen. † Item vi-
tiat exhæredationem.l.2.ff. de liber. & poſthu. & ibi per ſcri-
404 bentes. † Item vitiat etiam aditionem hęreditatis,quando
hæres dubitat de conditione teſtatoris.l.ſed ſi de ſua. in 2. re-
ſponſo.ff.de acquiren.hæreditate.l. cum falſum. eodem titu.
405 & l.eum, qui. eodem titu. † Item incertitudo vitiat tute-
lam.l.duo ſunt Titij.ff.de teſtamen.tute.l. tutor incertus. eo-
406 dem titulo.§.tutor.Inſtitu.de lega. † Item vitiat dationem
libertatis.l.cum ex pluribus.ff.de manumiſſ.teſtamen.l.ſi fue-
rit.ff.de reb.dub.l.ſi quis.eodem titu.glo. in cap. ſacerdos. de
officio ordina.& voluit Bald.in l.Arethuſa. ff. de ſtatu homi-
num. Item vitiat dationem executoris,ſecundum Bal.in l.ſi
quis à filio.in §.ſi plures.ff.de leg. 1. de quo plenius per Barto.
in l.quidam.ff.de reb.dub.vbi latè & not. loquitur in hac ma-
teria incertitudinis,& per Geminia.in cap.1.§.licet.de procu
407 ratorib.in 6.& in cap.duobus.de reſcript.in 6. † Item incer
titudo perſonarum , in quibus eſt fienda diſtributio bono-
rum teſtatoris,vitiat ipſam diſtributionem,& ideo dixit Bal.
in l.ſi quis ad declinandum.ſ̄ de epiſcopis & cler.in 5.colum.
in verſic.modò fuit magna , &c. quidam inſtituit pauperes
Chriſti nominandos per priorem Prædicatorum, qui prior
nominauit pauperes venientes , & qui in futurum venient
ad eorum ianuam mendicando. dicit ibi Bald.quòd talis de-
claratio eſt nulla propter incertitudinem, adeo quòd hoc ca
ſu hæreditas deuoluetur ad epiſcopum, de quo etiam vide
per Barto.in dicta l.quidam.ff.de rebus dub. Item adde cir-
408 ca ipſam materiam incertitudinis,† quòd ſi producãtur duo
teſtamenta eodem die confecta, ſi neuter hæredum ſcripto
rum in ipſis teſtamentis eſt in poſſeſſione bonorum hæredi
tariorum,nemo ipſorum capiet hęreditatem propter incer
titudinem,ita dixit gloſ.elegans in l. edicto. in verbo, miſſus.
inf.de edicto diui Adr. tol. & gloſ. in cap. duobus.de reſcri-
ptis.in 6.quæ remittit ſe ad dictam glo.in l.edicto. & idem te
net Barto.in l.1.§.nos autem.ff.de bonorum poſſeſſio. ſecun-
dum tabulas. fateor tamen , quòd ſi reperiantur duo teſta-
menta contraria facta vno & eodem tempore,ſi vnum ipſo
rum eſt ad pias cauſas, præſumitur poſterius, & ſic validius.
ita dixit Ludouicus Roma.in authentica,ſimiliter.in 29. co-
409 lum.inf.ad legem Falcidiam. † Item incertitudo vitiat da-
tionem inſtrumenti fundi.l.quæſitum. §. ſi quis. ff. de fundo
410 inſtru. † Item vitiat ſtipulationem tam ex parte ſtipula-
toris,quàm ex parte promittentis l.triticum.ff. de verb. ob-
ligatio.l.quod in ſtipulatione.ff.de vſur. l. ita ſtipulatus. & ibi
Barto.& alij.ff.de verborum obligatio.& habetur in c.abba-
te ſanè.de re iudica.in 6.& ideo dixit Bald.in conſilio ſuo 44.
incipiente, verba dicunt. in primo volum. quòd promiſſio
incerta non valet, quia quod intelligi non poteſt, pro non
promiſſo habetur.allegat l.ita fideicommiſſ.ff.de iure fiſci.
Item incertitudo vitiat obligationem vſurarum. l. quod in
411 ſtipulatione.ff.de vſur. † Item vitiat locationem, quando
merces eſt incerta.l.merces.in princip.ff.loca. & voluit Spec.
in dicto §.nunc aliqua. verſicu.59. & verſicu.62. & Ludouic.
Roma. in conſilio ſuo 257. incipiente, ex tribus. in fine.
412 † Item vitiat contractum emphyteuticum, vt ſi eccleſia vel
priuatus dicat, concedo tibi omnia quæ habes & tenes de
bonis eccleſiæ,vel de bonis meis. ita inquit Specula. in titu.
413 de loca.in dicto §.nunc aliqua.dicto verſicu.59. † Item in-
certitudo vitiat conceſſionem alicui factam,ſecundum Dy-
num,& Barto.in l.ſi ſic.§ 1.in fi.ff.de legat.1.vbi dicunt,quod
ſi Comes dicit,concedo eccleſiæ quicquid iuris habeo in ta-
li fundo,niſi oſtendatur quale & quantum ius habeat, nihil
operabitur talis conceſſio propter incertitudinem, & idem
dixit Oldra. in conſilio ſuo 163. incipiente, viſo priuilegio.
quos refert & ſequitur Dominus Alexan.in conſilio ſuo 31.
incipiente,viſis & accuratè.in 4. colum. in ſecundo volum.
Item vitiat excommunicationem.glo.eſt in cap. ſi ſacerdos.
in glo.penul.de offic.ordin.& ibi Abb.& Bald.circa finem.
414 † Item adde,quòd expreſſio meritorum incerta vitiat dona
tionem factam propter benemerita, ſecundum Barbatiam
in conſilio ſuo primo,in 5.volum.aliàs in 3.volum. incipien-
te, ideo conſultandi materiam, &c. circa 6. colum. de quo
per Barto. in l.ſi fortè. ff. de caſtrenſi pecul. & in l. per diuer-
ſas.inf manda.de quo per Barto.in l.ſi donatione.inf.de col-
lationib.& in authenti. ſi quis in aliquo. ſ̄. de eden. & in au-
then.hoc ius porrectum.ſ̄.de ſacroſanctis eccleſ.& per Bald.
in l.cum aliquis.inf de iure deliberan. & per Ioan Andr. in
additio.Specu.in rub.de rebus eccleſ.non alienan. & per Ale
xand.in conſilio ſuo 55.incipiente , conſideratis verbis , &c.
in 3.colum.in 1.volum.& in eod.volum.in conſilio 10 . in-
cipiente,viſis inſtrumentis.in 2.charta.in 3.colum. & in con-
ſilio 241.incipiente,conſideratis, &c. in vltima colum. & in
conſilio 387.incipiente,viſis,&c.in 1.colum.& Dom. Feli. in
415 dicto c.ſicut.in 5.de re iudicata. † Item adde,quòd ſi pro-
ducantur duæ ſcripturæ eiuſdem diei contrariæ,ſeu impoſſi-
biles,propter incertitudinem neutri creditur, ſecundum gl.
quam ibi dicit Bald.ſingul.in l. optimam. inf. de contrahen.
& committen.ſtipulatio.in verbo,& melius. quod etiam vo
luit Bald.in l.de rebus.inf.de donationib.ante nupt. ad quod
etiam vide Bald.in conſilio ſuo 42.incipiente,vltimò quæri-
tur.in 5.volum.& gloſ.notab. quę hoc tenet expreſsè in cap.
penult. in verſicu. nominatus. extra de electionib. in ſexto.
416 † Teneas tamen menti, quòd quoties agitur de fauore pri-
uati contra fiſcum, ſi reperiuntur duo inſtrumenta eodem
die confecta diuerſa, vnum in fauorem fiſci, aliud in fauo-
rem priuati, quòd tunc inſtrumentum in fauorem priuati
præſumitur primum, ita dixit Bal.per illum textum, in l.non
puto.in princip.ff.de iure fiſci. quam doctrinam pro no.Bar.
refert & approbat Matth. in nota ſuo 71. incip. nota vnam
regulam,&c. vbi dicit,quòd licèt fiſcus habeat multa priuile-
417 gia, tamen in dubio magis fauetur priuato. † Et facit no-
tabile verbum Bal.in l.dotis.inf.de iure dot.vbi dicit, quòd ſi
concurrunt duo inſtrumenta eodem die confecta,& vnum
ipſorum inſtrumentorum eſt pro fiſco,aliud pro dote, præ-
ſumitur prioritas pro inſtrumento dotali.caue tamen ſecun
dum Dominum Felinum,qui iſta ponit in cap.paſtoralis.de
reſcrip.quia d.l.non puto.de iure fiſci intellecta, vt ſupra,in-
telligitur eo modo vt interpretetur contra fiſcum in fauo-
rem priuati , hoc eſt verum quando tractatur de lucro fiſci
& de damno priuati,vtputa in pęna applicanda fiſco, ſed vbi
agitur de damno fiſci, in dubio præſumitur pro fiſco. ita di-
xit Iaco.de Belui.in l.vnica,in fi.inf.de cadu.tollen.per tex in
l.1.inf.de iure fiſci.lib.10.ſecundum vnam lecturam,quam ſe
quitur Bar.ibi.& Sali.in l.ſi debitor inf.de priuil.fiſ.& Alex.in
l.1.in princip ſ̄.ſolu.matri.adde etiam , quod ſi plura inſtru-
menta diuerſa continentia ſimul concurrunt, quòd hoc ca-
ſu ſi vnum ipſorum continet inſtrumentum dotis pręſumi
tur præceſſiſſe,ſecundum Barto. & alios in l. 1. ff. ſolu. matri.
& idem dicunt ibi Doct. ſi vnum inſtrumentum loquatur
418 de conducta alicuius Doctoris. † Scias etiam, quod ſi vnus
cōtractus ſequitur alium inter eaſdem perſonas eodem die
loco & teſtibus, præſumuntur facti incontinenti vnus poſt
alium,ſecundum Bar.in l.penul.§.ſi vir.ff.ſolu. matri. & ideo
dicit Bart.in conſi. 61.incip. proponitur quòd ſindicus, &c.
ꝙ quando duo contractus ſequuntur vnus poſt alterum in-
continenti,licèt non dicatur inter partes,quòd ſecundus fiat
propter primum,tamē præſumitur,quòd vnus ſit factus gra-
tia alterius , & ꝙ inuicem ſibi correſpondeant. quod etiam
not.Petr.de Anch.in conſi.ſuo 53.incip.Dominus Nicolaus.
& Bal.in conſ.ſuo incipien.thema prædictum.in quo de duo
bus quæritur.& Bal.in repet. l. petens.in 20.colum.ſ̄.de pact.
419 Item etiam ſcias,ꝙ quando apparent duæ inueſtituræ factæ
eodem tempore , illa præualet quæ eſt plenior , ſecundum
Bal.in c.1.in princ.in 5.col. quid ſit inueſtit. de quibus omni-
bus proximè dictis,vide per Dom.Feli.in dicto c.paſtoralis.
Vlterius circa hanc materiam incertitudinis, adde hic quòd
420 ſi duo impetrarunt † officium à ſuperiore , vtputa poteſta-
riam Bononiæ à Papa eodem tempore,ꝙ neuter eorum de
bet admitti ad ingreſſum officij , ſed ſi vnus ipſorum eſt in
poſſeſſione,alter non, præſumitur pro poſſeſſore.ita dixit in
c.capitulum ſanctę Crucis.de reſcrip.allegat l.fin.ff.vti poſſid.
☞ [Facit dictum Abbat.in conſi 62. incipien. in controuerſia.
in 7.colum.& in conſi.52.in fi. Idem dicit eſſe in feudo con-
ceſſo diuerſis perſonis per diuerſas bullas,niſi cōſtet de prio-
ritate ratione horæ vel puncti, quia idem operatur punctus,
quod præuentio ſecundum eum,allegat glo.quam dicit eſſe
optimam in l.ſi ex pluribus.in fi.ff.de ſolutio.idem etiam te-
net Dom.Fel.referens Bald.in dicto c.capitulnm ſanctæ Cru
421 cis.in penul.char.in 2 colum. † Adde etiam, quòd incerti-
tudo vitiat electionem , nam ſi reperiantur duæ electiones
eodem die factæ,tunc neutra valet, ſtante conflictu & con-
trarietate probationum, ſecundum Bal. in l.1.penul.colum.
verſi.quæro,quid ſi duo.inf quando prouo.non eſt neceſ.&
idem dicit etiam ipſe Bal.ibi procedere in duabus ſententijs
contrarijs eodem die latis. Item adde, ꝙ incertitudo vitiat

conſecrationē hoſtiæ, & ideo ſi ſacerdos in die paſchæ,quan
do vult communicare plures perſonas, vt communiter fa-
ciunt ſacerdotes parochiales in die paſchæ, & talis ſacerdos
habet ante ſe vndecim hoſtias,quas tantum putabat fore de
cem,ſuper quibus protulit ſimpliciter verba conſecrationis,
an hoc caſu omnes vndecim ſint conſecratæ,vel nulla? Dicas
ꝙ nulla erit conſecrata, quia incertitudo vitiat. Item etiam
quia nō apparet quas ex illis vndecim voluerit remanere nō
conſecratas.& certum eſt, ꝙ volebat quòd vna tantū rema-
neret non conſecrata,ergo nulla erit conſecrata, quia actus
agentium non operantur vltra intentionem eorum. l. non
omnis.ff.ſi cer.peta cum ſim.ita ſingul.dixit D.Card. & Abb.
422 poſt eum in c.ſacerdos.de offi.ord.in 6. † Adde vlterius, ꝙ
venditio incerta ſeu quando pretium eſt collatum in volun
tate emptoris eſt nulla.l.hæc venditio.ff.de contrah.empt.&
l.ꝙ ſæpe. §.1.eod.titu.& voluit Ludo.Roma.in conſi.297.in-
cip.ex tribus,&c.ſecus autem in venditione incerta reſpectu
rei venditæ, nam valet tunc talis venditio. l.ſi iactum retis.§.
de actio. emp. Item ipſa incertitudo vitiat venditionem
factam ad menſuram, & ideo ſi fiat venditio fundi tot iuge-
rum antequam menſuretur talis venditio non eſt perfecta,
423 & non valet, quia eſt incerta.l.ſi in venditione. ff. de peri. &
commo.rei vendi. l. Iulianus.in §.ſi Titius.ff.de actio. empti.
l.quod ſæpe.§.in his.ff.de contrahen.emp. & conſtitutum ap
poſitum in tali venditione ante menſurationem nihil ope-
ratur, quia res incerta,& locus incertus non poteſt poſſide-
ri.l.3.§.etenim incertam.& l.locus.ff.de acquiren.poſſeſ.ita in
terminis conſuluit Barto.in conſi.ſuo 74.incipiente, Petrus
vendidit Bertæ ſuæ ſorori.in fi.& Ange.in §.actionum.Inſtit.
de actionib.& Do. Alexan.in conſi.ſuo 90.incipien.viſo pro-
ceſſu.in 2.col.in 5.volu.de quo etiam per Pau.de Caſt. in cō-
ſil.ſuo 18.incipiente,videtur dicendum.in fi.& per Do.Alex.
in d.l.3.in §.incertam.in 2.colum.verſi.per hoc dicit. ff.de ac-
quir.poſſeſ.& in l.locus.eodem titu. & vide textum in l.fina.
infra de contrahen.emptio.& ibi Bal.in 3.colum. verſi. mo-
do venio ad quæſtiones.& ibi in 5.colum.verſi.vlterius quæ-
ro.& Bal.in l.contractus.in 3.colum.inf.de fide inſtrumen.in
verſi.modo hic quæro,locaui.& in 5.colum.in verſi. ſecun-
dò quæritur.cum verſi.ſequen.& facit,quod not.Bal.in l.fi.in
§.ſed & ſi quis.in 4.colum.infra communia de legat.in verſi.
oppono, videtur &c. vbi dicit, quòd vbi in venditione non
deficit ſubſtantiale pretium,quòd tunc non vitiatur, ſubdēs
quòd tunc dicitur deficere ſubſtantiale pretium rei,quando
illud non eſt certum,nec reducibile ad certum, & in mate-
ria vide etiam Bal.in c.1.de feu.da.in vic. l.commiſſoriæ.in 2.
colum.in prin.verſi.quæro vtrum.& Dom.Alex.in apoſtillis.
in l.quod ſæpe.in §.illud conſtat.ff.de contrahen.emptio.
424 † Adde vltra prædicta, quòd appellatio etiam vitiatur ra-
tione incertitudinis, & ideo ſi quis appellauit non ad vnum
iudicem,ſed ad plures,vel appellauit alternatiuè,vtputa,quia
dixit, appello ad epiſcopum, vel alium iudicem competen-
tem,talibus caſibus propter incertitudinem, niſi intra tem-
pus appellandi, & ſic intra tempus decem dierum declaret,
coram quo intendat proſequi,non tenet appellatio ratione
incertitudinis,ita concludit Ioan.And.in additio.Specul.in ti
tu.de appellationib.§.nunc tractemus. ſuper verſic. ſed pone
aliquis. & idem voluit Ioan.Andr. in regula, in alternatiuis.
circa finem.de regul.iuris.in mercurialib.& ibi etiam glo. &
not.glo.in c.ſi is cui.de officio delega.in ſexto.& Archidia.2.
quæſt.6.in c.ſi quis iudicem.& Ange.in l.1.§.ſi quis appellat.
ff.de appellationib.& Ioan.de Imo.ibi.& Do.Alexan. in con
ſilio 101.incipiente,viſo proceſſu.in 2.colum.in 2.volum. &
in eod.volu.in conſi.163.incipiente,viſo proceſſu. in 1.colū.
& in eo.volumi.& in conſi.166.incipiente,viſo toto proceſ
ſu.in principio. & ibidem in conſilio 182. quod incipit, viſo
proceſſu cauſę.in fi.prima colum.per Alexan.in l.qui Romę.
§.Seia.ff.de verborum obliga.& in l.1.§.ſi quis. ff. de appella-
tionib.& per Dom.Philip.Franchum de Peruſ.in c.dilecti.in
17.quæſt.de appellationib.& per Bertach. in verbo, appella-
tio ad iudicem competentem.in 2.& 3.notab. vbi plura alle-
gat,&c. [Vide Floria.de ſancto Petro in l.ſi quis Titio.in §.ſi
hæres.ff.de leg.ſecundo.Alexan.in conſilio 79.in cauſa &c.in
2.colum.in 7.volum.] Vlterius adde,quòd alij etiam ſunt ef-
fectus incertitudinis, nam dicit glo.in c.ad hæc.de priuile. &
tex.& glo.in c.ſacris.de ſepultur.quòd oſſa excommunicato-
rum,ſi non cognoſcuntur ab oſſibus non excommunicato-
rum,non debent extrahi de cemiterio, & de ſepulchro fide-
lium,quod ſecus eſſet ſi cognoſcerentur,vt ibi. Adde,quòd
425 etiā incertitudo operatur,videlicet ſi fiat præconium,† quo
qui primò intrauerit, uel ingreſſus fuerit tale caſtrum, ha-
beat decem,modò duo pariter ingreſſi ſunt, nec ſcitur quis
fuerit primus, tunc nullus eorum debet habere præmium,
ſecundum Alexand.poſt alios in l.qui filiab.§.1.ff.de leg.1.de
qua materia etiam per Barto. & Imo. in l.hoc articulo.ff.de
hæred.inſtit.& per Bald.in procemio.ff §.ſed cum vos. & per
Alber.de Roſa.in prima parte ſtatu.quæſt.16.incip.quæro e-
tiam.& Imo.in clemen.& ſi principalis.in 2.colum.de reſcri.
& per Dom.Fel.in dicto c.capitulum ſanctæ Crucis. penult.
charta.in 3.colum.verſicu.de duobus caſtrum. Adde etiam,
quòd incertitudo operatur,quòd ſi ſunt plures currentes ad
brauium,& duo pariter perueniant ad ipſum brauium, nec
ſcitur quis fuerit prius,& quis poſterius,ꝙ ratione incertitu
dinis neuter habebit brauium, ſed iterum current. ita dixit
Ange.in l.eum,qui nouiſſimus.ff.ad Trebel.& Dom.Alexan.
in d.l.qui filiab.§.1.in fi.ubi dicit,quòd iſta eſt ueritas, de qua
quæſtione habetur per Bal.& Imo. in d.l.qui filiab. §. primo.
& in c.iudicante.de teſta. & dicunt prædicti Doct. quòd hoc
caſu non eſt dicendum,quòd ſit locus gratificationi,quia eſ-
ſet contra tex.iuncta glo.in l.ſi quis ſeruum.§.ſi inter duos.ff.
426 de lega.2. † Et hoc caſu, quando brauium debet iteratò cur-
ri,an currant ſolum illi,qui fuerunt primi,an omnes. Domi.
Alex.in d.l.eum,qui nouiſſimus.tenet opin.Ange.ibi, videli-
cet,ꝙ omnes debeant iterum currere, quia ex quo nemo il-
lorum uicit,nemo aliorum uictus eſt. de quo etiam per Bal.
& Ange.in d.§.nos itaque.in proœ. ff.& in d.l.qui filiab. §. 1.
& per Dom.Fel.in d.c.capitulum ſanctæ Crucis.in pe.char.in
pe.col.in fi.Item adde etiam,ꝙ ſi duo ſimul fecerunt pacem,
& promiſerunt ſe inuicem non offendere ſub pœna, ſi po-
ſtea ſe inſimul offendant, & neſcitur quis primo offenderit
alium, quòd hoc caſu propter incertitudinem nemo ipſorū
punietur de pace rupta, ita dixit Bar.in l.cum pater.§.libertis.
ff.de lega.2 & in l.ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de ver.obli.& in l.1.
ff.ſi quadru.paupe.feciſ.dica.ubi latè per Alexan.& per Ioan.
And.in rubr.de treu.& pace.in addi.Spec.per Bal.in l.ſi credi
toribus.inf.de ſeruo pigno.da.manu.& in l.cum mulier. ubi
etiam per Imol.ff.ſolu.matri.& per Ludo.Roma. & Imo.in
l.ſemel mora.eod.titu.per Bal.in l.fi.§.pe. ff. de eo per quem
fact erit.& per Bart.in l.ſi ex plagis.§.1.ff.ad legem Aquil. per
Dom.Abb.in c.2.in 1.col.de treu.& pace.& per Bal.in l.cum
proponas.la 2.§.de pact.& uide tex.in c.conſtitutus.de pœn.
& uide tex.in l.qui inuicem.ff.de donatio.cau.mor.ubi habe
tur,quòd ſi illi qui donauerāt ſibi inuicem cauſa mortis mo
riatur,& neſciatur quis prædeceſſerit, non debetur donatio
427 hæredibus.† Et pro iſtis etiam facit, nam ſi inter duos ſit in-
ſultus reciprocus, & nō apparet de prioritate,nullus punitur
quantum ad intereſſe partis,de quo vide per Do.Feli. in c.1.
in 2.colum.iu uerſi.dum Abbas dicit,&c.de treu. & pace. &
per Do.Alex.in d.l.ſi ſeruum. in §.ſequitur.de uerb.oblig.&
428 dicetur latius infra proximè. † Adde etiam vltra prædicta,ꝙ
incertitudo operatur alium effectum,nam operatur,ꝙ con-
tractus,qui aliàs non ualeret propter uſurariam prauitatem
ualeat,& non dicatur uſurarius.quod patet,nam ſi ego emo
ab aliquo fructus talis fundi certo pretio ad uitam meam,
429 nam licet poſſibile ſit,† ꝙ ego uiuam tantum,ꝙ ex longa ui
ta plus percipiam ex dictis fructibus,quàm ſit pretium ꝑ me
datum.attamen quia etiam poſſibile eſt, ꝙ moriar in modi-
co tēpore, ideo propter iſtam incertitudinem ualet talis cō-
tractus,nec dicitur uſurarius.Patet etiam in illo,qui dat mo-
naſterio,uel priuato certam quantitatem pecuniæ,ut eū alat
430 toto tempore uitæ ſuæ,† ſi talis alendus citò moriatur,ante-
quam ſit conſumpta pecunia, an monaſterium poſſit illam
retinere? Dicas ꝙ ſic,ꝓp incertitudinem,quia poterat uiuere
parum uel multum,ita uolunt ſcribentes in c.nauiganti. de
vſur.Pet.& Cy.in l.ſi pater.§.de inof.teſta.& ibi Pau.de Ca.cir
ca med.& Bal.in l.ſi ea pactio.inf.de vſur.& Archid.in c. qui-
cunque.14.q.3.Hoſt.in ſumma,de vſur.in §.aliquo.ver.10. &
ver.quid de his.& Io.And.in addit.Spec.in rub.de uſur.& Ol-
dra.in conſi.207.incip.vniuerſis.in fi.per totum conſi.& Lu-
do.Roma.in conſi.302.inci.ego hunc contractum.in 1.col.
& in conſi.423.inci.pro leuiori.in 2.col. [Vide Iaſ.in l.ſi pater
puellæ.C.de inoffi.teſta.in fi.& in l.1.in pen.colum.C.de ſum
ma Trin.in lectura Paduana.] Et idem firmat Barba.in repe-
ti.l.cum acutiſſimi.in 23.char. in 2.col.in fi. inf. de fideicom.
ad quod etiam vide Bal.in conſi.334.incipiente, & quod di-
ctus in 1.colum.in primo volumine.& Iaſ. in l. de fideicom-
miſ.C.de tranſactionib.& Decium in conſil.123. incipiente,
perlectis.in principio,& ante finem. & in conſilio 111.in 4.
colum.] Item pro iſtis etiam facit, nam ſi paterfamilias facit
pactum cum fornario, quod debeat ſibi, & familiæ ſuæ co-
quere panem pro decem in anno, ſi poſtea familia aucta ſit
ex aliqua cauſa, nō poterit fornarius petere maius ſalarium,
quia ita potuit diminui per mortem uel aliter, ſicut augeri,
ideo propter hanc incertitudinem nō poteſt petere,nec de-
bet habere maius ſalarium.ita ſing.dixit Abbas in c. quanto.

de cenſi.in fi.de quo dixi in ſingulari meo 184.incipiente,tu
ſcis.[Vide Iaſ.in l.ſuggeſtioni.in 1.& 2.colum. C. de verborũ
ſignifica.& latius per eum in l.quominus.in 28.& 29.colum.
ff.de fluminib.& Decium in conſilio 335.incipiente, viſo.in
431 2.colum.] † Adde etiam prædictis, quòd incertitudo ope-
ratur,quòd ſi teſtis accuſatur,quod dixit falſum, & ipſe teſtis
dicat,quòd aliter ſcripſit Notarius, quàm ipſe dixerit,ꝙ hoc
caſu propter incertitudinem neutri creditur,ſecundum Spe
cul.in titu.de inſtrumento.editio.§. reſtat.verſicu.ſed quid ſi
432 vnus,& in tit.de teſte.§.1.verſi.ſed pone,ecce.†vt voluit Ale-
xand.in conſ.ſuo 65.incipiente,viſis proceſſibus.in 3.colum.
in 2.volum.& in conſilio 143. incipiente, quoniam abundè
& rectè,& idem etiam tenet Dom.Abbas in c.cum cauſam.
in fi.de teſtib. de quo dixi in conſilio meo 22. incipiente, il-
lud,&c.circa medium.vbi videas.[Et vide Bal.in conſilio ſuo
55.incipiente,reperitur quædam ſcriptura.in 3.volum.& So
cin.in fallentijs 521.& vide in repertorio meo, in litera T. in
5.charta.in vlti. notabi. & Floria. in l.cum de ætate. in fi.ff.de
prob.]Item adde,quòd ſi ſunt duo teſtes examinati,qui vno-
met facto ſibi de directo contradicunt, licèt vnus ipſorum
433 neceſſariò dicat falſum,†tamen nemo ipſorum debet puni-
ri,& hoc propter incertitudinem, quia neſcitur quis ipſorũ
dicat falſum,ita dixit Bal.in l.teſtium. verſic. modo hic inſur-
git dubium.inf. de teſtib.& in l.1.in §.ſi quis neget. ff.quem-
admo.teſta.aperian.& Abb.in c.cum cauſam. il primo.de te-
ſtib.& in c.ad audientiam.de præſcrip.& Dom.Anto.in c. cũ
parati.de appellationib.& in dicto c.ad audientiam. & Lud.
Roma.in l.prima. §. fi.ff.de verborum obligatio. pro quo fa-
cit glo.& quod ibi dixit Petr.de Ancha.in ca.cupientes. in §.
cæterum.de electionib.lib.ſexto.& ibi Ioan.de Imo.& hanc
partem tenuit etiam Dom.Alexand. in conſilio ſuo 70.inci-
piente,viſo proceſſu inquiſitionis.in 2.colum.in 2.volum.de
quo etiam per Cyn. in l.ſi quis decurio. infra de falſ. & idem
etiam tenet Dom.Franc.de Are.in conſilio ſuo 13.incipien.
viſo diligenter.in 9.colum.verſicu. præterea,quando vnus.&
vide etiam dicta per me ſatis latè in dicto conſilio meo 22.
incipiente,illud &c. Adde etiam vltra præmiſſa in hac mate-
ria incertitudinis,quòd ſi ſtatuto cauetur, quòd qui portaue
rit arma vetita,puniatur in tãtum,puta in centum, modò re-
perti ſunt quatuor homines ſub vno porticu, & ibi in terra
apud pedes eorum ſunt quædam arma,ſed neſcitur quis eo-
rum illa habuerit,vel ea ibi portauerit, iſto caſu nemo illorũ
poterit puniri pro dictis armis vigore dicti ſtatuti propter in
certitudinem, quia neſcitur quis ipſorum deliquerit, ita di-
xit Albe.de Roſa.in 2.parte ſtatu.quęſt.121.incip.item pone,
ſtatuto contineri &c.Contrarium tamen tenet Domi.Flor.
& malè,iudicio meo, in l.item Mela. §.ſi plures. in 4.colum.
434 ff.ad leg.Aquil. † Adde etiam,quòd ſi duo vulnerant ſe inui-
cem,& neſcitur quis fuerit aggreſſor ſeu vulnerans, propter
incertitudinem nemo ipſorum punitur de aggreſſu,quantũ
eſt pro intereſſe partis,ſecundum Bal.in l.1.in 7.q.inf.vnde vi.
& in l.vt vim.circa fi.ff.de iuſti.& iure.& Io.de Ana.in c.ſigni
ficaſti.in 29.colum.de homi.& gloſ.in l.1.verſi. ſibi domino.
ſi quadru.paupe.feciſſe dica.& Do.Feli.in c.1.in 4. colum. in
verſic.dum Abb. dicit &c. de treu.& pace. de quo etiam per
Dom.Floria.in d.l.1.in §.ſed cum arietes.ff.ſi quadru. paupe.
feciſ.dica.vbi ſubdit,quòd in caſu illius §.ſi nõ apparet, quòd
animal fuerit aggreſſum aliud, ſi vnum eſt robuſtius altero,
præſumitur,quod illud aggreſſum fuerit aliud. ex quo dicto
dicit Dom.Fel.in d.c.capitulum ſanctæ Crucis.in pen.charta.
in vlt.colum.de reſcrip.verſ.de duobus natis,&c.circa finem.
quod poteſt limitari doctrina Bal.in l.1.in 7. quæſt. infra vn-
de vi.& Io.de Ana.in d.c.ſignificaſti.vt intelligatur,niſi ſit prę
ſumptio contra vnum ex ipſis vulneratis, quia ſit robuſtior
altero vel animoſior,quia tunc præſumitur,ꝙ ipſe aggreſſus
435 fuerit alium. † Pro quibus ſecundum eum facit tex.in l.qui
duos.in §.ſi maritus.ff.de rebus dub.vbi ſi maritus, & vxor ſi-
mul pereant, ſtipulatio de dote ſi mulier deceſſerit in matri-
monio locum habet, niſi probetur illam ſuperſtitem viro,
quia uir præſumitur robuſtior muliere,& idem dicitur ibi ſi
pater & filius impubes eodem tempore pereant,quia præſu
mitur,ꝙ primo deceſſerit filius, & poſtea pater tanquam ro
buſtior,ſecus ſi erat pubes,& adde quòd iſtud in muliere, &
viro etiam procedit,ſi ambo moriantur ex naufragio,vel ex
ruina alicuius ædificij,quia iſtis caſibus etiam mulier præſu-
mitur primo deceſſiſſe, & poſtea maritus tanquã robuſtior,
& talibus caſibus habet locum ſtatutum de lucranda dote,
ita dixit Bal.in l.ſi poſſeſſor.§.eo.ff.de reli.& ſumpt.fune.per il
lum tex.cum gl.& idem firmat D.Frã.de Cre. in ſing. ſuo 53.
incip. ſtatuto cauetur. ubi dicit, ꝙ pro hac parte ipſe allegat
tex.optimum in l.cum hic ſtatus.in §.ambo. ff.de dona.inter
vir.& vxo. Sed ego incidenter dico tibi unum,ꝙ ſi mulier &
vir ſimul pereant,præſumitur ut ſupra,ꝙ mulier prius deceſ-
ſerit,tamẽ ſi moriantur ambo ex vulneribus, vir præſumitur
prius deceſſiſſe, qa mulier patitur maiora vulnera quàm vir,
ita no.dixit gl.in l.nihil intereſt.ff.de adul. quod tene menti.
436 †Item redeundo ad materiam incertitudinis, ſcias ꝙ ſi plu-
res fuerunt in rixa,& interfecerunt unum hominem inferẽ-
do ſibi tantum unicum vulnus,uel plura dantes vulnera, ſed
tamen neſcitur ex quibus vulneribus mortuus fuerit, ꝙ hoc
437 caſu propter hanc incertitudinem, †quia neſcitur quis intu-
lerit illud vulnus,uel illa vulnera,quando plures homines fue
runt in rixa,quàm ſint vulnera,quod hoc caſu propter incer-
titudinem nemo ipſorũ punietur de morte, hoc primò uo-
luit gl.in l.item Mela.in §.ſed & ſi ſeruum plures. ff.ad legem
Aquil.quam glo.refert,& ſequitur ad hoc Domi.Ale.dicens
eam ſingularem in conſi. ſuo 237.incip. ponderatis narratis
in themate.in 3.col.& ibi dicit,ꝙ dictam gl. ſequutus eſt Dy.
conſulendo, quod conſilium Dy.refert, & ſequitur Petr.de
Anch.in conſi.ſuo 217.incip.in Chriſti nomine,nos Bartho.
de Sali.& idem quod voluit illa gl.uoluit Spe.in tit de homi.
438 §.1.uerſ.†pone ꝙ quatuor homines, & ꝙ nemo in dictis ca
ſibus puniatur pœna mortis propter incertitudinem,tenuit
Io.de Ana.in c.ſignificaſti.il 2.in 14.colũ.de homic. Barba. in
conſi.ſuo incip.clementiſſimi Dei patris,&c.in antepen. col.
[Vide Iac.de Belui. in practica ſua iudiciaria cauſarum crimi
nalium.ſub rub.de quæſtio.in pen.col. & D.Alex.in conſil.2.
in 1.col.in 7.uol.] Et idem tenuit D.Ale.in conſi.ſuo 15.inci.
uiſo proceſſu inquiſitionis.in 3. & 6.col.in 1.uol.ubi allegat,
hanc partem tenuiſſe Gan.in ſuo tract.malefi.ſub rub.de ho-
mi.in 4.col.uerſi.pone quæſtionem,&c.& in tit.de pœn.reo.
in 24.col.uer.pone etiam.& uoluit Lud.Rom.in conſil.401.
incip.eo præſuppoſito,&c.& idem tenet Bal.in conſilio ſuo
72.incip.præſuppoſito,quòd in ciuitate.in 5.uol.ubi refert ſe
ad dicta Spec.in d.uerſic. pone quòd quatuor homines.& in
conſi.ſuo 311.incip.quidam rumor.in 3.uolum. & in conſil.
ſuo ult.in 3.uol.ꝙ incipit,dicitur, ꝙ certi.idem etiam tenuit
Rapha.Cuma.in conſil.ſuo 134.incip.uiſis &c. in 2.colum.&
Bal.in ſuo reper.in uerbo,vulneratus uno vulnere.in 1.uerſi.
ubi allegat d.glo.in l.item Mela. in d. §. ſed ſi ſeruum plures.
quam dicit ſing.& alibi non reperiri, idem firmat Do. Alex.
in conſi.ſuo 257.incip.ponderatis.& in conſi. ſuo 390. incip.
copioſè.& idem tenet Spe.in tit.de diſp.§.iuſta. in pe.col.uer.
quid ſi aliquis in rixa.& ibi Ioã.Andr.in addi.remittens ſe ad
Spec.in dicto tit.de homic.uer.pone ꝙ quatuor homines.&
D.Fel.in c.ſignificaſti.il 2.de homic in 3.col.pro qua opin.fa
cit glo.in d.l.ff.ſi quadru.pau.feciſ.dic.& gl.in c.nolite.11.q.3.
& glo.in c.quieſcamus.42.diſ.& faciunt quæ late dixi in cõſi.
meo 22.inci.illud,&c.& dicta per Alb.de Roſa.in 3.parte ſta-
tu.q.61.inci.item quæritur,quinque.& dicta per Io.de Imo.
in cle.1.de homic.in ult.col.& uide gl.in c.fi.23.q.ult.quæ no
ta.eſt in materia,de quo etiam dixi plene in ſingu.meo 217.
inci.ter uel quater,teneas menti prędicta,quia caſus iſte quo
tidianus, & ego diebus meis ſuper hoc caſu ter conſului, &
etiam quandoque allegaui in uoce in contingentia facti, &
ſemper obtinui,ideo tene menti,& tanto fortius & diligen-
tius,quia aliquem non reperies,qui ſuper hoc paſſu adducat
ea omnia,quæ tibi adduxi. Non omitto tamen circa prædi-
ctam concluſionem,unum uidelicet,ꝙ gl.in d. l. item Mela.
& omnes eam ſequentes limitantur uidelicet, niſi unus ip-
ſorum qui fuerit in rixa,ſit malæ condõnis & famæ, ut quia
aliàs commiſit ſimile delictum, ſeu intulit ſimile vulnus, qa
hoc caſu non obſtante incertitudine poterit ad ueritatem
eruendam ille talis torqueri,ita multum ſingulariter, & mi-
rabiliter dixit Sal.in l.fi.in ult.col.in uer.quæro an ſufficiat. in
fi.inf.de quæſt.ꝙ eſt ſingulare uerbum & nunquam obliuio
ni tradendum.de quo latè dixi in ſing.meo 217.incip.ter uel
439 quater,&c.ubi uideas.† Adde ulterius in hac materia incerti
tudinis,ꝙ ſi plures ſunt in una domo, & unus ipſorũ ex una
feneſtra proiiciat unum lapidem,& aliquem interficiat,ſi ne
ſcitur certè a quo proiectus fuerit ille lapis, nemo ipſorum
punietur,ſaltem de morte,& hoc ratione incertitudinis, ne
innocens pro nocente puniatur.ita dicit Albe.de Roſa.in 3.
parte ſtatuto.q.61.inci.item quæritur,quinque &c. & Gand.
in tract.malefi.in tit.de pœn.reo.in 24.col.uer.pone qđ qua-
tuor. Abb.in d.c.ſignificaſti.& Do.Ale.in conſi.ſuo.50.incip.
uiſis & opportunè.in 5.colum.in 1.uolu. Adde etiam ultra
prædicta not.doctrinam Bal.in l.ſi creditor. infra de pignor.
440 actio.ubi dixit,ꝙ ſi non poteſt conſtare,ſeu apparere, †quis
fuit in culpa ignis, qui aliquem locum combuſſit,quia non
apparet,an incendium habuerit culpam ab hoſpitibus,uel a
famulis,uel ab alio,nam tunc dicit,quòd ſententia nõ poteſt
ferri contra reum accuſatum.allegat tex. quem dicit not. in
l.ſi uero plures. §.1.uerſic. quod ſi ex mediano cęnaculo &c.

ff.de

ff.de his qui deiec.vel effu.& idem in effectu voluit Bal.in l.pi
gnus.in 3.col.verſi.item quæro de igne.inf.de pig.actio. quia
licet præſumatur,quod culpa habitantium in genere proceſ
ſerit ignis, tamen ſi non apparet de certa perſona per quam
paterfamilias teneatur non poteſt contra ipſum ferri ſenten
tia.allegat tex in l.licet.§.fi.ff.nau.cau.ſtab. & idem firmat Io.
de Ana.in conſi.ſuo 71.incip.viſis & diligenter.in vlti.col.vbi
refert Bal.in dictis locis.

Adde etiam vltra iam dicta circa hanc incertitudinem, ꝙ
441 † captura perſonæ non poteſt fieri, ſeu concedi pro debito
incerto,ſecundum Dom.Alexan.in conſil.ſuo 25.incip. viſo
442 inſtrumento.in penul.colum.in 2.volum.† Et ſimiliter ſcias,
ꝙ executio fieri nõ debet ratione incerti crediti, ſecundum
Dom.Barth.Soci.in conſi.ſuo 24.incip.viſis diligenter. in 11.
col.in verſi.& primo. Adde etiam in materia iſta not. verbũ,
nam licèt habeamus, quòd in iuramẽto ſemper intelligitur
excepta authoritas Papæ,ſecundum gloſ.& Docto.in c.con-
ſtitutus.de reſcrip. & in c. veniens. de iureiur.de quo latè per
Dom.Fel.in d.c.conſtitutus.in 5.col. verſic.authoritas Papæ.
vbi ꝓ hoc adducit plura ſingularia dicta, ſed iſtud limitatur,
niſi eſſemus incerti quis eſſet verus Papa duobus cõtenden-
tibus de papatu,ſecundum Dom.Fel. in d.c.conſtitutus.in 9.
col.in verſ.limita quartò &c. vbi videas. Et videas etiam pul-
chram quæſtionem in hac materia incertitudiuis, per Bal.in
l.Arethuſa.ante fin.ff.de ſta.homi. & per Do.Ale.in conſ.ſuo
390.incipiente,copioſè adeo.Item etiam vide Bald. in conſi.
ſuo 106.incip.verba accuſationis.poſt princip.verſi.item iſte
libellus,&c.in primo volu.vbi dicit, quòd clauſula,ſaluo iure
licentiam quibuſcunq; occidendi raptores inuentos in crimine. Quartò monet iudicem, quòd cōdemnet raptores fugientes, & eos tradat vltimo ſupplicio, fori declinatione & appellatione remotis, Et ſummatur hæc lex, ſecundum Bald. hoc modo. Pro raptu mulieris honeſtæ imponitur pœna amiſſionis capitis, & deprçhenſus in flagrāti, i. in inſtanti crimine, poteſt à coniunctis perſonis & tutoribus & curatoribus mulieris occidi impunè, & fugiens vbicunq; deprçhendi poteſt, & debet ad mortem damnari: res verò rapientiū non publicantur, ſed ſi rapta non ſit ingenua, ſucceſſoribus reſeruantur, ſi autem ſit ingenua, ipſi applicātur. & pœna, quæ imponitur rapienti, imponitur prçſtantibus eidem auxilium & fauorem in ipſo actu, & rapta nō poteſt nubere raptori. h. d. lex iſta, ſecundum Bal. Vel ſic, ſecundum An. Rapiens virgines ac mulieres honeſtas ingenuas aut ſeruas deſponſatas, ac etiam ſanctas mulieres, & præbentes eis auxilium & fauorē eo tempore, ac etiam poſtea, ac etiam ipſas mulieres raptas ſeu raptores receptātes pœnis grauiſſimis hic inſertis puniendi ſunt, non obſtante aliqua prçſcriptione fori, & omnia alia capita huius legis ſalua permanent. h. d. ſecundum Ang. Vel ſic. Raptores virginum, nuptarum vel viduarum honeſtè viuentium, ingenuarum vel ancillarum, volentium, vel non, & eorum comites & miniſtri in flagranti delicto reperti impunè occidi poſſunt, & non occiſi, delicto probato, capite veniunt puniendi ſublato remedio appellandi, & vbiq; poſſunt fugientes inquiri, nulla obſtante præſcriptione fori, & mulieribus raptis ingenuis tantum eorum bona veniunt applicanda, matrimonio eis cum raptoribus interdicto, cçteri auxiliū eis extra rapinam præbentes capite puniuntur, ſed eis bona non auferuntur, niſi auxiliantes fuerint ſerui; quia tunc ſunt concremandi, & mulierum parentes hoc tolerantes ſunt deportandi. hoc dicit iſta lex, ſecundum Salyc. Caſus, &c. Litera
1 eſt clara. † Ex hac lege nota primò, ſecūdum Cy. quòd parentes, qui raptores inueniunt, & alij conſanguinei poſſunt illos interficere in flagranti crimine, & in caſu iſto permittitur vindicta, quod dicit Cy. eſſe ſpeciale. aliàs autē non permittitur vindicta regulariter, ſed defenſio, vt habetur ſecundum eum, in l. 1. ſup. vnde vi. Tu autem dicas, quòd immo hoc nō
2 eſt ſpeciale in caſu raptus, quia etiam in caſu adulterij † licitū eſt patri occidere adulterum filiæ, dummodo etiam filiam occidat. l. patri. & l. nec in ea. & l. quod ait lex. §. pen. & fi. ff. de adult. & l. marito, in prin. & l. nihil intereſt eo ti. & hoc intellige, dummodo concurrāt illa, quæ habentur in dictis legib. & quæ habentur per Ang. in tracta. ſuo malefi. in verbo, *che hai adulterata la mia donna.* in 1. char. in verſ. an patri liceat. vbi fortius dicit, quòd licitum eſt patri occidere adulterum repertum cum filia in actu veneris. & quòd actus veneris dicitur, non tantum ſi actualiter ſit repertus nudus cum nuda in actu carnali venereo, ſed etiam ſi eum reperiat in præludijs veneris, vt ſolus cum ſola in camera, cum verbis blandis & laſciuis, vel cum baſijs, vel cum tactu māmillarum. quæ omnia ſunt adulterij prçludia, vt ſecundum eum no. glo. & Barto. in l. 1. ff. de varijs & extraor. cri. & gl. & Bart. in d. l. quod ait lex. & in l. capite quinto. eo. tit. ad quod etiam allegat Saly. in l. Gracchus. C. de adulte. Ita dixit Ang. de Are. vbi ſ. ponēdo ſeptem requiſita ad hoc, vt ipſi patri liceat occidere adulterū filię. Et fortius ſubdit Ang. in fi. dicti ver. videlicet, ꝙ licitum eſt patri concurrentibus illis ſeptem requiſitis occidere adulterum, etiam ſi ſit in magiſtratu conſtitutus, ad quod allegat Bar. in d. l. quod ait lex. in §. illud. ad quod vide tex. in l. marito. §. illud eo. titu. Item quòd etiam in alio caſu vltra raptum permittatur vindicta, & ſic contra Cyn. hic, qui dicit, quòd hoc eſt
3 ſpeciale in raptu, patet. † Nam marito etiam permittitur vindicta contra adulterantem vxorem ſuam, quādo adulter eſt vilis perſona, vt habetur in l. Gracchus. C. de adult. & in l. marito. ff. de adult. de quo tamen vide latius per Ang. de Are. & ibi per Do. Augu. Ari. in addit. in dicto verbo, *che hai adulterata la mia donna.* in prin. Itē in alio caſu licita eſt vindicta marito, vt in caſu auth. ſi quis ei, quem. ſup. de adult. & in Auth. vt lice. matri & auiæ. §. his quoque. & ibi habetur per Doct. & voluit Bar. in l. generali, in fi. C. de decurio. lib. 10. pro quo facit tex. in c. 2. de coha. cleri. & mulie. De quibus omnibus latius dixi in l. patre vel marito. in 1. col. ff. de quæſtioni. & in l. j. in prin. in 3. col. ff. de ſica. Ex quibus patet, quòd Cyn. hic non ritè loquutus eſt, inquantum dixit, quòd eſt ſpeciale in caſu raptus, quòd permittatur vindicta, quia immo alij ſunt caſus, vt dixi, & alios etiā caſus, in quib. permittitur vindicta, poſui
4 in d. l. 1. ff. de ſica. † Sed ego vltra Doctores hic quæro, an quādo alicui permittitur vindicta, illa poſſit demādari illis perſonis, quibus lex non permittit dictam vindictā. In quo dicas, quòd non poteſt alteri demandari, ſecundum Bal. in l. accuſationis. C. quod met. cau. & in l. vt vim. in 3. col. ff. de iuſt. & iu. & in c. 1. in §. ſi verò. de pace iura. fir. & in l. ad officium. in fi. C. commu. diui. & in l. prima. C. vnde vi. de quo etiam per Pau. de Caſt. in l. ſi cum dotem. in §. tranſgrediamur. ff. ſol. mat. & per Lud. Rom. in l. 3. in §. ſi maritus. ff. ad Sylle. & latius per Alexan. in l. non ſolum. in §. ſi mandato meo. ff. de iniur.
5 † quod tamen non habet locum in filijs, qm̄ pater habēs poteſtatem ſe vindicandi, poteſt talem vindictam demandare filijs, & filij poterunt illā impunè facere, vt facere poterat pater. Ita no. dixit Bart. in d. l. non ſolum, in d. §. ſi mandato. in 2. col. vbi dicit, quòd quamuis ſit licitum patri occidere filiam ſuam comprehenſam in adulterio, & licèt hoc non poſſit alteri demandare, quòd poterit tamen hoc mandare filijs ſuis. quod dictum approbat Salyc. in l. Gracchus. ſup. de adulte. in prin. & in vlt. col. & Do. Fely. in c. ſi vero. el 1. in 1. col. de ſent. excom. de quo etiam dixi in ſing. meo 348. incip. habens po-
6 teſtatem, &c. † Et hoc non eſt admiratione dignum, cum pater & filius cenſeantur vna & eadem perſona, vt in l. cum ſcimus. inf. de agri. & cēſi. lib. 11. & in §. ei verò, qui. Inſti. de inuti. ſtipu. & in l. fi. ſ. de impu. & alijs ſubſti. & voluit Spec. in tit. de
7 teſte. §. 1. in 2. col. verſ. item ꝙ eſt parens &c. † Et adeo eſt verum hoc, quòd pater & filius cenſentur vna & eadem perſona, quòd dixit D. Maria. Socin. in conſ. ſuo 53. incip. magnifice Capitanee, &c. quòd non dicitur quis liber relaxatus de carceribus, qui filium relinquere coactus eſt pro obſide. Et facit, quod dixit Ludo. Roma. in l. 1. ff. in ius voc. vt eant, &c. vbi inquit, quòd etiam vbi electa eſt induſtria pſonæ poteſt quis ſeruire per filiū. allegat. l. ſciendum. in §. legati. ff. de lega.
8 † Et dixit ſingu. Inno. in c. cum locum. in prin. ext. de ſponſa. quòd ſi patri fit violentia corporalis, & filius aliquid facit, vt liberet patrem, quòd ille actus dicitur factus per metum, ac
9 ſi illatus fuiſſet filio. † Et dixit Bal. in l. ſi ea. l. in 8. col. C. de cōdi. ob cauſam. quòd prohibitus alienare in potentiorem, poteſt alienare in filium, quamuis potentiorem. alleg. glo. in l. ſi ita
10 quis. in §. ea lege. ff. de verb. oblig. † Et facit etiam, nam ſicut non valet confeſſio facta metu tormentorum, vt habetur in l. 1. in prin. & ibi dixi. ff. de quæſt. & per Bal. in l. 2. in fi. ſ. quorū appel. & eſt tex. & ibi Bal. & Doc. in l. nec ſi volens. C. de libè. cauſa. & Bal. in l. 2. ſ. quod me. cauſa. & dixi in ſing. meo 429. incip. plures ſunt, &c. in fi. ita non ualet confeſſio ob metum torquendi filium, ſecundum Doct. poſt gl. in c. afferte. de præſump. pro quibus etiam faciunt alia plura adducta per D. Felyn. in d. c. afferte. in 1. col. & in c. ſi verò. in j. col. in verſ. limita.
11 de ſenten. excom. † Et adde Ang. in l. 1. §. ſi pater. el ij. per illū tex. ff. ad Sille. vbi dixit, quod vaſallus qui non iuuat patrē do-
12 mini ſui, ita priuatur feudo, ſicut ſi non iuuiſſet dominū. † Et facit ſingulare verbum And. de Iſer. poſt glo. in c. 1. in princ. in fi. verbis. quib. mo. feu. conſti. poteſt. vbi dixit, ꝙ feudū ſimpliciter receptum, intelligitur receptum pro ſe & filijs ſuis maſculis, licèt in inueſtitura de nullo hærede ſit facta mētio, & idem dicit eſſe in emphyteuſi. quod dicit eſſe notandum, & cordi tenendum. & idem etiam dixit ibi Bald. in fi. & ipſe And. in c. 1. quibus cau. feu. amit. & Do. Alex. in conſ. ſuo 8. incip. attentis &c. in 2. col. in 5. vol. de quo etiam per D. Alex. latè in l. qui Romæ. in §. duo fratres. in 31. col. verſ. ſed circa hoc. ff. de verb. oblig. & p Iaſ. in l. 2. in 76. col. ſ. de iure emphy. in fi. pro quo dicto faciunt optimè quæ habentur in l. cū acutiſſimi. C. de fideicom. & in l. cum auus. ff. de cōdi. & demon. & in l. ſi vnquam. ſ. de reuo. dona. & faciunt dicta per me in ſing. meo 160. incip. pater & filius &c. vbi retuli prædicta la-
13 tius. † Et circa illud, quod dixi proximè, ꝙ habens poteſtatem à lege ſe vindicandi in aliquo caſu, non poteſt talē vindictam alteri demandare, ſcias tamen, quòd poteſt amicos vel affines ſecum ducere ad faciēdam talem vindictam, ſine quibus illam tute facere non potuiſſet, & tales non punientur ſicut non punitur principalis, cui permittitur talis vindicta, p quo
14 primo eſt regula illa, † quòd conceſſo vno, omnia videntur conceſſa, per quæ deuenitur ad illud. l. 2. ff. de iuriſ. omn. iud. l. 3. §. qui habet ff. de ſeru. ruſti. prædi. l. ſi venditor. ff. de relig. & ſump. fune. l. vxori. ff. de au. & argen. leg. & habetur latè per Old. in conſ. ſuo 11. incipien. thema tale eſt, &c. & in alio ſuo conſ. 28. incip. thema tale eſt, &c. & per Do. Fely. in c. cauſam, quæ. in 1. & 2. col. de re iudi. & in c. quam ſit. circa princ. de Iudæis. Et in terminis, ꝙ ille, cui permittitur vindicta in aliquo caſu, poſſit vocare, & ſecum ducere amicos & affines ad illā faciendam, & non puniantur, ſicut non punitur principalis, firmauit expreſsè Pau. de Caſt. in l. refectionis gratia. per illū tex. in verbo, ego fabriq; mei, &c. ff. comm. prædio. vbi dicit, quòd illud, quod facere poſſum per me, poſſum facere p miniſtros meos ad hoc neceſſarios, & illis reſiſtēs, videtur mihi reſiſtere. & ad hoc dicit eſſe glo. ſingu. in l. cum fundum. ff. de vi & vi ar. & reſpōdet ad contraria, & dicit, ꝙ hoc tenuit Iac. Butr. in d. l. refectionis gratia. Et idē tenuit ipſe Pau. de Caſt. in

in l.raptores.in 2.col. ſ.de epiſ.& cler. & Bal.in l.1.in antepen.
col.ver.ſed quid dicemus,ſtatutum permittit &c. C. vnde vi.
& Bald. in l.vt vim.in 3.col.ff.de iuſt.& iu.& idem firmat Do.
Fely.in c.ſuper literis.in 13.col.de reſcri. & Bal.in c.decætero.
de re iudi.& Ioan.de Ana.in c.fi.in 2.col.verſ.vlt.pro amplio-
ri &c. de rapto.& Do.Barth. Cęp. in conſ.ſuo 4.incip. quere-
la &c. in vlt. col. vbi ſubdit, quòd per has doctrinas ipſe aliàs
obtinuit in contingentia facti in ciuitate Veronæ,vbi eſt ſta-
tutum,quòd ſi frater reperiat aliquem turpiter conuerſantē
cum ſorore ſua,poſſit ipſum impunè occidere, quòd vnus,
qui repererat quendam in camera cubiculari cū ſorore ſua
cum armis,conuocauit amicos armatos,& occidit illum: &
licèt ſtatutum loqueretur de fratre tantum, tamen dixit, ꝙ
debet extendi etiam ad amicos congregatos,ſine quib.non
potuiſſet tutè occidere illum repertū cum ſorore, & refert,
quòd ita per totam curiam Veronæ iudicatum fuit. de qbus
omnib. latius dixi in ſingu.meo 175.incip.conceſſo vno &c.
& idem dixit ipſe Do.Barth.Cępo. in trac. dę ſerui. in 23.col.
ſub rub.qualiter quis vti debeat ſeruitute.in 3.col.verſ.item li
15 citum eſt. † Item hāc partem etiam tenuit Bal.in c.fi.in 2.col.
de iuramen. calum. vbi dixit, quòd ſi aliquis ex forma ſtatuti
poteſt ſe propria auctoritate vindicare, licèt hāc facultatem
non poſſit alteri cedere,ſecundum glo.in d.l.cum fundus.at-
tamen poteſt ſecum adhibere ſocios & complices,ſine qui-
bus veriſimiliter non poſſet tutè peragere tale factum, quia
cui conceditur aliquid, videtur concedi etiam cum familia-
ribus & amicis, ſine quibus id facere non poſſit. allegat text.
no.in l.ſi ſtipulatus fuero per te non fieri.ff.de verb.oblig.ſed
poterat etiam allegare bonum tex. in l. cæterum. ff.de vſu &
habi.& in l.pen.ff.de p̄cario.& in l.veteres.ff.de itinere actuq;
priuato.vbi ad hoc eſt etiam bona gl. item poterat etiā alle-
gare tex.in l.2.in fi.iuncta glo.ſ.de epiſc.& cler. & tex. in l.hu-
iuſmodi.in ver.ſine quibus nauis ſalua peruenire nō poterat.
ff.qui potio.in pigno.habe.& tex. cum pluribus concordan.
ibi in glo.poſitis.in l.2.ff.de iuriſ. om. iū. ad quod etiam facit
tex.in c. præterea.& in c.ſuſpitionis.de officio.deleg.& tex.in
l.3.§.fi.in fi.ff.de penu legata &c. Et facit,quod voluit Oldr.in
d.conſ.ſuo 11.incip.thema tale eſt. in quadam clauſula priui-
legij &c. vbi dixit, ꝙ ſi cōceſſum eſt priuilegium cuidam ho-
ſpitali pauperum,quòd de prouentibus & reditibus,ꝗ expen
duntur in vſus pauperum, non ſoluatur decima,ꝙ etiam de
prouentibus & reditibus, qui expenduntur in vſus illorum,
qui hoſpitali præſunt,& pauperibus deſeruiunt,non debebit
ſolui decima,quia ſine talibus ſeruientibus pauperes illi viue
re non poſſent. ad quod allegat plura iura, de quibus ibi per
eum, quod dictum & aliqua alia ad hoc propoſitum refert
Do.Iaſ.in d.l.2.in 1.col.ff.de iuriſ.om.iu. pro quibus etiam fa-
cit,quod voluit Pau.de Caſt.in l.inuitum. circa fi. ff.de ſerui.
vrba.prædio. quē vide. Et per iſta alias dixi, quòd cū quidam
paterfamilias nocturno tempore ſenſiſſet fures in domo ſua
aſportantes bona ſua,ſurrexit de lecto, & vocauit vicinos,vt
irent ſecum,vt caperent fures, vel ſaltem bona ſua eriperent
à manibus eorum, qui paterfamilias cum dictis vicinis eūtes
poſt dictos fures eos inuenerunt, qui fures inuenti cœperūt
admenare cum armis cōtra dictum patremfamilias & cōtra
dictos vicinos,qui finaliter interfecerunt dictos fures:dixi, ꝙ
dicti vicini erant immunes à pœna homicidij,ſicut & ipſe pa
16 terfamilias principalis,cuius erant bona. † No. 2. ex iſto tex.
ſecundum Bal. quòd raptus cuiuſlibet honeſtæ mulieris pu-
nierur pœna capitis in libero homine,& pœna combuſtio-
nis in ſeruo, vt in fine huius legis dicitur. Ex quo apparet, ꝙ
pœna ignis eſt maior, q̃ pœna decapitationis, & ideo pœna
ignis imponitur ſeruo,quia maior.pro quo facit, ſecundum
Bal.inf.de malefi.l.nemo.& ſ.de mulieri. quæ ſeruis proprijs.
l.vnica. Sed circa hanc pœnam imponendā pro raptu aduer-
tas,ne erres,quia non ſemper dicitur raptus, quando mulier
17 etiam honeſta abducitur. † Et ideo ſcias,quòd ſi ſtatutum di
cit, vt dicit hæc lex, quòd rapiens mulierem puniatur pœna
mortis,ſi aliquis cepit per vim quādam virginem, & eā pro-
ſtrauit in terram & ibi eam carnaliter cognouit, quòd tamē
hoc caſu talis non punietur pœna raptus, & ſic pœna mor-
tis.& ratio eſt,quia lex & ſtatutum loquuntur de rapiēte, ſed
iſte non rapuit,quia raptus eſt, quando mulier per vim capi-
tur & tranſducitur de loco ad locum, ſed ſi per vim virgo ca
piatur & carnaliter cognoſcatur, tunc eſt propriè ſtuprum,
& non raptus,vt colligi poteſt Inſti.de pub.iudi.in §.item lex
Iulia de adulter.& in §. item lex Iulia de vi publica.verſ.ſinau
tem per vim.ita ſingu.dixit Alb.de Roſa.in 3.parte ſtatutorū.
q.3 .incip.item pone quæſtionem, quam narrat Gandi. &c.
& idem expreſsè dixit Pau.de Caſt.in l.raptores. ſ.de epiſc. &
cler.in 1.col.& Rapha. Cu. in conſ.ſuo 95.incip.Chriſtopho-
rus,&c. & idem dixit Gandi.in ſuo tract. malefi. ſub rubr. de
multis quæſtionibus dependentibus à ſtatutis.in 2.char.in 3.
colum.in verſ.item pone quæſtionem de facto. & idem te-
nuit Bal.in conſ.306.incip.ſtatuto Placentiæ &c. in 3.vol. de
18 quo dixi ego in ſing.meo 65.incip. ſtatuto cauetur. † Itē cir-
ca hanc materiam ſcias etiam, quòd ſtatutum loquens de ra
piente mulierem vt puniatur pęna capitis, non habet locum
in rapiente mulierem ſolutam,quę aliàs ſemel ab alio fuit ta
cta,ſeu carnaliter cognita, vel quam alius oſculatus eſt, quia
talis non præſumitur rapta per vim contra eius voluntatem,
cum aliàs ſemel voluntariè alteri conſenſerit.ita ſingulariter
conſuluit Pau.de Caſt.in conſ.ſuo 305.incip.viſo dicto ſtatu-
to &c. ad quod allegat.l.ſtuprum.in fi.ff.de ritu nup.Et idem
dixit Alber.de Roſa.in 2.parte ſtatutorum.q.92.incip. ſed po
ne aliquis,&c. & Gand.in trac.ſuo malefi.ſub rub.de aliquib.
quæſtionibus varijs in maleficijs. in 1. col. in fi. ver.quæro de
facto,&c. de quo latius dixi in ſing.meo 74.incip.tu habes re
gulam & in l.maritus.in vlt.col.ff.de quæſt.vbi etiam in dictis
locis plura adduxi pro illo conſilio Pau.de Caſt.quæ hic non
refero cauſa breuitatis. de quo etiam dixi in repe. mea rubr.
19 ff.de fideiuſ.in 20.col.verſic. addo etiam prædictis. † Vlterius
ſcias, ꝙ raptus nòn dicitur ſine violentia, vt dicunt hic Doct.
& probat tex.in c.de raptoribus.36.q.1.& voluit Ang.in l.ſed
eximendi.ff.ne quis eum qui in ius voca.eſt.& Io.de Ana. eū
referens in rub.extra de rapto.Et ideo ſi quis ſubduceret mu
lierem blandis verbis,vel cum promiſſionibus,vel cum pecu
nijs, non diceretur eam rapuiſſe,ſi cum iſtis non interuenit
violentia,& ideo non puniretur pœna huius legis.Et ideo di
cit Ang. in d.l.ſed eximendi. quòd cautus debet eſſe ille, qui
accuſat de rapina, vt ſemper deducat actus neceſſariò cōclu-
20 dentes violentiam,aliàs ſuccumberet. † Teneas tamē menti
vnum, quod ſatis videtur contra prædicta, videlicet ꝙ ſi per
traditionem pecuniæ inducitur mulier ad committendum
adulterium,licèt contenta fuerit committere tale adulteriū,
tamen inuita reputatur illud commiſiſſe,& ille, qui pecuniā
dedit, punitur pœna ſtatuti, quæ imponitur adulteranti mu-
lierem inuitam.ita ſing.dixit Ang.in Auth. de lenonibus.§.fi.
circa fi.quod dictum pro no.refert & ſequitur Dom.Philip.
Decius in conſ.ſuo 170.incip.viſo themate.in 2.col. pro quo
ſecundum eum facit tex.no.hic ante fi.& l.1. §. perſuadere.ff.
de ſeruo corru. Et facit etiam,nam aurū ſeu munera faciunt
21 nolentem velle,† ideo ſcribitur Deutero.c.15.quòd munera
excęcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum. qđ
dictum refert Ang.& Iaſ.poſt eum in l.non dubium.in prin.
C.de teſt.& dicit tex.in c.qui recte.11.q.3.quòd acceptio mu
nerum præuaricatio veritatis eſt.& facit tex. no. in c.pauper.
11.q.3.in verſ. citò violatur auro iuſtitia. de quibus latius dixi
22 in ſing.meo 353.incip.datio pecuniæ &c. † Modò circa hoc
no. videlicet ꝙ raptor cuiuſcunq; honeſtæ mulieris punitur
pœna mortis. Quærendum eſt, in quibus perſonis habeat lo
23 cum diſpoſitio huius legis? In quo dicas primò, † ꝙ habet lo
cum in rapiente virginem non nuptam,etiam ſi ipſa conſen
tiret,dummodò ſit in poteſtate parentum, quia ex tali raptu
licèt ipſa ſit contenta rapi,tamen iniuriantur parentes & affi-
nes.& hoc modo intelligitur iſte tex.inquantum dicit,quòd
ea volente etiam committitur pœna raptus. pro quo facit
glo.no.in c.contingit.el j.de ſen.excom.ſed ſecus eſſet, ſi ipſa
virgo non eſſet in poteſtate alicuius & conſentiret raptui &
24 abductioni,nam tunc non puniretur raptor, quia † volenti,
ſcienti,& conſentienti nō fit iniuria, nec dolus, vt in l.nemo
videtur.ff.de reg.iur.in l.cum donationis.ſ.de tranſac.& in l.j.
§.vſqueadeo.ff.de iniur.& in l.vēditor.ſ.de reſcin. vend. cum
ſim.Et pro hoc facit ratio,nā ſi ipſa conſenſit, nulla ſibi com
petit actio contra ipſum raptorem per dictam regulam, ꝙ
volenti non fit iniuria. ſed ſi ſibi non competit aliqua actio
contra ipſum raptorē, ergo nec reipublicæ oritur actio vel
25 inquiſitio contra eundem raptorem. † Nam vbi non naſci-
tur parti actio ciuilis,tunc nec reipublicæ competit actio vel
inquiſitio criminalis.ita dixit Saly.in l.eos. ſ.de fur.& Bart. in
conſ.ſuo 100.incip. à domino Cy. de Bon. in 1.col. & Cępo.
in conſ.ſuo 59.incip.Pau.faber &c. in pen.col.& Soc.in conſ.
ſuo 127.incip.viſis capitulis &c. in 1.col.& D. Nellus in tract.
ſuo bannito. in 2. parte ſecundi temporis in 1.q.in fi. primæ
col.& voluit etiam Do.Paris de Puteo in tracta. ſyndi.in 51.
charta in 1.col.& Do.Phili.Dec.in conſ.ſuo 137.in 1.col.poſt
med.Pro quo facit in arg.l.ſi pupilli.in §.videamus. ff.de neg.
geſt. & l.quoties. in §. qui tēporali. ff. de excuſ.tut.Et faciunt
optimè dicta per Dyn.in conſ.ſuo 38.incip.quòd contra &c.
in verſ.item patet quia eo caſu &c. Et facit, quod dixit Alex.
in conſ.ſuo 207.incip.viſo ſummario.in 3.col.in 2.vol.ubi di-
cit,quòd quando conſtat iudici,agenti nullum ius compete-
re, ꝙ tunc non poteſt facere ipſe iudex, quin repellat talem
agentem, ad quod allegat plures de quibus ibi per eum. Et

de

de hoc etiam latius dixi in practica mea cauſarum crimina-
26 lium.in §.conſtante. nu.34. † Modò quæri poteſt, an rapiens
meretricem cadat in pœnam huius legis? In quo Docto.hic
tenent quòd non.ita etiam tenet glo.1.hic,quæ alleg. text.in
l.quæ adulterium.ſ.de adulte.& l.verum. ff. de furt.& proba-
tur optimè in iſto tex.in verbo,honeſtarum. ergo à cõtrario
ſenſu inhoneſtæ mulieres & ſic meretrices non comprehen
duntur in hac lege.& hoc etiam tenet glo.in §.item lex Iulia.
in ver. viduam.Inſti.de publi.iudi.& Bart.in d.l.verum.in fi.ff.
de fur.& Pau.de Caſt.in conſ.ſuo 305. incip. viſo dicto ſtatu-
to,&c. de quo etiam vide per Mathe.in nota.ſuo 140. incip.
nota vnum,&c. Et dicit hic Saly.quòd iſtud eſt notandũ pro
ſcholaribus,qui rapiunt frequenter meretrices.Et ſubdit ipſe
Sal.idem eſſe in tenentibus tales meretrices clauſas in aliquo
loco libidinis cauſa,quia tales non committunt priuatũ car-
27 cerem,cum de vi nõ teneãtur, vt in d.l.verum. † dicit poſtea,
quòd Cyn.refert, quòd quidam dicunt hanc glo. & prædicta
iura procedere, niſi meretrix cõtradixiſſet eo,quia illius vitæ
vellet pœnitere, quod facere poſſet, etiam ſi contrarium iu-
raſſet,vt in Auth.ſcenicas non ſolum.§.1.& ſ.de nupt.in l.Im-
perialis.ſed dicit,quòd tamen etiam per hoc credit gl. iſtam
procedere. Et ideo dicit diſtinguendum eſſe hoc modo, vi-
delicet, ꝙ aut talis meretrix deſierat meretricari,aut nõ deſie
rat,ſi deſierat meretricari,& inceperat honeſte viuere,& tũc
habet locum pœna huius legis, quia ſufficit tempore raptus
eam honeſtã eſſe,vt in princ.alleg.ad hoc l.ſi vxor. ff.de adult.
Aut non deſierat meretricari,& procedit gl. iſta aut deſierat
meretricari, ſed tamen non viuebat honeſtè, quia erat facta
concubina ſacerdotis,& adhuc nõ habet locum pœna huius
legis: quia vita honeſta, quæ exigitur, deficit. Aut dubitatur,
an meretricari deſierit,& tunc ex eius habitu & inceſſu iudi-
cabitur, ff.de iniur.l.item apud Labeonem. §. ſi quis virgi-
nem.ſimiliter iudicabitur ex loco,in quo morari & conuer-
ſari reperietur, vt in l.quæ adulterium, ſ. de adult. item dicit
Saly.c. ꝙ tunc ei non proderit, ſi dicat ſe velle pœnitere, quia
contradictio oppoſita oppoſiti vel præſumpti non admittit
illam pœnitentiam verbalem, ſicut non auditur ille, qui ne-
gat ſe poſſidere, cum poſſederit tempore litis conteſt. vt in
l.non ignorat.ſ.ad exhib.cum ſi.ibi no. in gl. Itẽ dicit poſtea,
ꝙ Cy.dixit,quòd ſi meretrix cauſam cõiunctionis allegaſſet,
ꝙ haberet locum pœna huius legis,quod dicit ipſe Saly.non
admittere,ex quo honeſte non viuebat,quod exigitur,vt pe-
na huius legis locum habeat.ita reſidet in hoc Saly. hic. Mihi
autem videtur,dictis per eum aliquid addi poſſe, & ideo di-
co,quòd inquantum dicit, ꝙ ſi meretrix deſierat meretrica-
ri,& inceperat honeſtè viuere, ꝙ tunc cõtra raptorem habet
28 locum pœna huius legis. †Dico quòd pro hoc facit optimè,
quod voluit Bal.in l.ſi filiam.ff.de inoff.teſta.vbi dixit, ꝙ licèt
mater meretrix non poſſit filiam propter meretricium exhere
dare,per tex.in l.in arenam,eo.titu. tamen hoc fallit, niſi talis
mater eſſet emendata,& ad honeſtam vitam reducta, qa tũc
poterit talem filiam meretricẽ exhæredare, quia vltima con
ſuetudo attendi debet.l.Mela.§.pen. ff.de alimen. & ciba.leg.
& idem tenet Raph. Fulg. in d.l.in arenam. vt ibi refert & ſe-
quitur Iaſ.& alleg. Raph. ad hoc meliorem tex. in l.Imperia-
lis.in prin.ſ.de nup.vbi Bar.& Bal. no.ꝙ qui deliquit, poſt pe-
ractam pœnitentiam & indulgentiã hr̃ perinde,ac ſi nõ deli-
29 quiſſet. † Itẽ adduci etiam põt ad prædicta. Nã licèt filia,quæ
peccauit in corpus ſuũ, non debeat ali, nec dotari à patre, vt
no.Spec.in titu.qui ſint legi.in §.pen.in verſ.quid ſi filia pecca
uit.& Bal.in l.fi.ſ.de do. promiſ.tamen filia per pœnitentiam
emendata debet ali & dotari à patre,ſm Spec.in d.verſ. quid
ſi filia peccauit &c. & ibi in verſ.quid ſi pœnitentiã egerit, &
eũ ſequuntur Can.in c.Quintauallis.de iureiur. & ibi D.Ant.
in 3.col.& Abb.in 2.col.vbi etiam allegat bonum tex.in c.fer
rum.& ibi gl.50.diſtinc.pro quo facit gl. in l. conſentaneum.
§.quomodo & quãdo iudex.quæ dicit,ꝙ humanum eſt pec-
care, Angelicum emendare,& diabolicũ perſeuerare. Et hoc
quod tenet Spec.etiam tenet Iaſ.in d.l.in arenã.in 2.col.& in
l.ius autem ciuile.in 5.col.ff.de iuſti.& iu.& voluit Alex.in l.j.
in 16.col.in fi.ff.ſol.mat.de quo etiam per Bal. in l.ſi pro ea.in
30 8.q.ſ.mandati. † Et propter hoc dicit Do.Alex. in d.l.1. ff.ſol.
mat.ꝙ ſi filius, qui cõmiſit ingratitudinem, per quam pote-
rat à patre exhæredari,ſi pœnitentiã viuo patre agat,vel ante
conditũ teſtm̃, non poterit amplius exhæredari, qđ dictũ re-
fert & ſequitur Iaſ.in d.l.in arenam. vbi etiam adducit Bar.in
l.2.§.fi.per illum tex.ff.de adi.leg.vbi dixit,ꝙ ſi pater exhæreda
uit filium ex iuſta cauſa,& poſtea filius ſe reconciliauit cũ pa-
tre, exhæredatio cenſetur adempta, qđ dicit eſſe no. de quo
ibi latius per eũ.pro quibus faciunt dicta per Alex.in cõſ.123.
incip.viſo &c. in 2. col. in fi.in 7. vol. & ibi in conſ 158.incip.
31 viſo &c. ad fi. † Et vltra prædicta pro iſtis optimè facit regu-
la illa vulgata, videlicet quòd ceſſante cauſa, ceſſat effectus,vt
in l.adigere,in §.quãuis.ff.de iure patro. & c.cum ceſſante.de
appel.pro qua regula & pro cõfirmatione prædictorũ addu-
32 co aliqua nota.digna. Et primò adduco,†nã licèt pater poſſit
vendere filium ꝑ neceſſitatem famis.l.2.& ibi Doc.C.de pa
tri.qui fil.diſtra.& voluit gl.in c.ſi quis.extra, de fur.& in c.di-
ſcipulos.de conſe.diſt.5.& Abb.in c.nonne.in prin.vlt.col.de
præſump. tamen talis filius venditus à patre propter neceſſi-
tatem famis poteſt agere ꝯ patrẽ, vt pater eũ redimat, ſi per-
uenit ad pinguiorẽ fortunã, & ſic ceſſante cauſa venditionis
prædictæ.ita ſing.dixit Bal.in c.ex reſcripto.in fi.de iureiur.qđ
dictum refert & ſequitur Do.Fely.in c.cum dilecta.in 27.col.
verſ.fallit octauò de reſcri.de quo etiã dixi in l.etiam ſi redhi-
bitus.in pen.col.ff.de quæſt.& in ſingu. meo 102. incip.pater
33 põt vendere &c. Item facit etiam, † nam quando dominus
vult reparare vel reaptare domũ, quæ indiget refectione vel
reparatione, poteſt expellere conductorem.l.ædem.C.loca.
& c.propter ſterilitatem. extra de loca. Attamen domo ipſa
reædificata vel reparata,& ſic ceſſante dicta cauſa, poterit co-
gere dominum ad dandam ſibi dictam domum, & ad perſe
uerandum in dicta locatione,ita no.dixit gl iuncto tex. in l.ſi
duo,in §.ſi inquilinos.in verbo,dominum. ff.vti poſſi. quam
gl. ibi ſummè no.Bar.& eã refert etiam pro ſing. & ſequitur
Lud.Ro.in ſing.ſuo 235.incip.tu habes,&c. & Franc.de Cre.
34 in no. ſuo 72. incip. tu ſcis, &c.† Et faciunt dicta per Pau. de
Caſt.in l.nec patronus.C.de oper.liber.vbi dixit,ꝙ ſi conduxi
quendam ſcholarem ad ſcribendum mihi librum,ſi eligatur
in rectorem ſtudij,non potero illum vlterius cogere ad ſcri-
bendum dictum librum,quod etiam voluit ibi Iac.Butr. ſm
35 eum.facit, † nam licèt ex cauſa poſſit Princeps auferre rem
ſuam vni,tamen ſi cauſa illa ceſſat, debet res ipſa ſibi reſtitui,
ſi poteſt,vt ſi non ſit cõſumpta,ita dixit Inn. in c.quia pleriq;.
extra de immuni.eccle.& D.Ant.& Io.de Imo.in c.quæ in ec
cleſiarũ.de cõſtitu.& ibi Do.Felyn.in 11.col.in verſ.2.declara-
tio,&c. vbi ſubdit,ꝙ in foro contentioſo, & in foro cõſcien
tiæ actus Principis nõ tenet ceſſante illa cauſa. & alleg.etiam
tex.in c.priſcis,& ibi Archid. & Gemi. 65. diſt. vbi dr̃,ꝙ lex di-
36 ſpenſatiua ceſſat, ceſſante cauſa diſpenſationis. † Item refert
etiam D.Fely.vbi ſ.Lud.Ro.in cõſ.ſuo 404.incip. in caſu pro-
poſitæ, &c. vbi cõſuluit, ꝙ pactũ factum per creditores cum
debitore fallito vel fugitiuo propter eius paupertatẽ,ceſſat,ſi
perueniat ad pinguiorẽ fortunam. pro quo inter alia alleg.
c.cum tu.iuncta glo.in ver.donec,de vſu.vbi odioſa conſtitu
tio edita cõtra vſurarios odio vſuræ,ceſſat ceſſante vſura, ſm
Lud.Rom.in d.conſ.qui etiam alleg.tex.in l.fi. C. qui nõ poſ.
ad liber.peruenire.per quem tex.dicit Bal.ibi, quod ſi mulier
priuatur patria ex forma ſtatuti propter maritũ bannitum,
quod eo mortuo reuerti poteſt.alleg.etiam.l.1. C.de nau.fœ-
no.per quã dicit ibi Bal.ꝙ conſtitutio aliquid permittẽs pro-
pter periculum,ceſſat ceſſante periculo. Itẽ ipſe Dom.Fely.in
d.c.quæ in eccleſiarũ.in d.11. col. adducit etiam ad hoc pro-
poſitũ Lud.Ro.in conſ.ſuo 417.incip.in propoſito caſu,&c.
vbi plura & plura dicit in hac materia, & inter alia dicit, ꝙ ſi
aliquis populus cogitur ſoluere cenſum ſuperiori protegen-
ti terrã eius,& illa terra demoliatur,non cogitur amplius ſol
37 uere. † Item adducit etiam eundẽ Lud.Ro. in conſ.ſuo 459.
incip.in propoſita cõſultatione,&c. vbi conſuluit, ꝙ priuile-
gium ciuilitatis conceſſum à Senenſibus Piſanis propter cõ-
cordiam inter eos exiſtẽtem, ceſſat orta inter eos guerra. ad
quod alleg. iura de quibus ibi per eum. quem etiã refert Iaſ.
in l.ſciendum.in §.ſi fundũ.in 2.col.in ff.qui ſatiſ. cog. Item
ad prædicta vltra D.Fely.ego adduco Soc.in cõſ.ſuo 53.incip.
in præſenti conſultatione.in 5.col.in 1.vol.vbi dixit,ꝙ ſi teſta
tor prohibuit alienationem rerum ſuarum,quia vult, ꝙ poſt
mortem hæredis vadãt ad Titium, ꝙ ſi moriatur Titius ante
hæredem, ꝙ ipſe hæres hoc caſu poterit alienare talia bona,
38 † quia deficiẽtibus illis perſonis, ad quas debet deuenire res,
deficit prohibitio alienationis.alleg.l.qui filium. in prin.ff.ad
Treb.& quæ habent in l.filiusfa.in §.diui.ff.de leg.1. & l.quo-
39 ties.C.de fideicom.de quo latius per Soci.in d.ſuo conſ.† Et
facit dictum Bar in l.alumnæ.in §.cum poſt. ff.de alimen.leg.
vbi dixit, quòd ſubſtitutio facta de aliquo propter aliquam
infirmitatem euaneſcit, ſi ille ſit liberatus ab illa infirmitate.
40 † Et facit etiam. Nam ſi pater relinquit 200.pro filia ſua mari
tanda,ſi poſtea eam maritauit cum centum, non poterit po
ſtea ipſa filia petere alia centum,quia iam eſt maritata, & ſic
ceſſat cauſa, propter quam pater ſibi relinquebat 200. Ideo
debet ceſſare effectus.ita dixit Pau.de Caſt.poſt Dyn. in l.Lu-
cius Titius. ff.de lega.2. vbi alleg.tenentes contrarium, & re-
ſpondet dictis per eos, vt ibi latis latè per eum. pro quo fa-
ciunt dicta per Mattheſil. in no. ſuo 110. incip.nota quòd ſi
pater,&c. de quo etiam vide Floria. in l.in fideicommiſſi. in
§.cum

42 §.cum Pollidius.ff.de vſuris. † Et facit etiam ad prædicta regula,quam no.glo.& Bart.in l.3.per illum tex.C.de epiſcopis & cleri.vbi habetur,quòd priuilegium conceſſum filijs propter parentes non durat mortuis parentibus.Et facit l.non tantũ.§.eos qui. ff. de excu. tuto. vbi Nicolaus de Neapoli,in lectu. Barto.no.quòd priuilegium & immunitas conceſſa propter paupertatẽ finitur auctis facultatibus,& facit tex.in l.nec maritus.§.ſolu.matrimo. Item ad prædicta faciunt dicta per Bal. in l.pactum dotali.in 4.q.C.de colla vbi dicit, ꝙ ſi filia renunciauit hæreditati paternæ propter fratres, quòd illis mortuis renunciatio ſibi non nocebit.& idem dixit ibi Salyc. & Pau. de Caſt.& Gemi.in c.quamuis.de pact. in 6. & Ludo.Roma. in l.qui ſuperſtitis.ff.de acquir.hæred.& eos refert & ſequitur Do.Philip.Decius,alia addendo,in conſ.ſuo 31.incip.diligenter conſideratis,&c. in 2.col.pro quibus etiam faciunt dicta per Bal.in l.cui eorum. §. affinitatis. ff. de poſtul. quæ omnia ſunt menti tenenda ad cõfirmationem dictæ regulæ, quòd ceſſante cauſa,ceſſat effectus, licèt etiam plura iura & doctrinæ reperiantur contra dictam regulam , vt apparet ex dictis Pau.de Caſt. in l.2. ff. de poſth.hæred.inſti.& l.pluribus.§.1.ff. de verb.oblig.& per Iaſ.in d.l ſciendum.§.ſi fundum.ff.qui ſatiſd.cog.Et iſta pro nunc ſint ſatis pro cõfirmatione dicti Sal. inquãtum dixit,quòd rapiens meretricem, quæ deſierat meretricari, & incœperat honeſtè viuere, punitur pœna huius legis.tene menti. Modò vlterius dico,quòd mihi non placet dictum Salyc.hic,inquantum dicit, quòd ſi meretrix raptori volenti eam rapere allegauit cõiunctionem ſeu affinitatem inter eos,quòd ſi hoc non obſtante raptor ipſam rapuit,non tenetur pœna huius legis,eo ꝗa ipſa meretrix omnino inhoneſtè viuebat, & quis non punitur rapiendo mulierem inhoneſtè viuentem,&c. Quia dico,quòd immo talis eſt puniendus , ſi verè inter ipſum raptorem & meretricem erat affinitas, vel coniunctio ſanguinis. quoniam non reperio , ꝙ ſine crimine incœſtus quis poſſit habere rem cum meretrice cõiuncta vel affine.nam meretricium nõ tollit affinitatem,nec coniunctionem,arg.l.iura ſanguinis. ff. de regu.iu.& ideo dictum Salyc. circa hoc non videtur mihi verum. Vlterius redeundo ad hunc tex.ex quo notant Doct.poſt glo.hic, quòd rapiens meretricem non incurrit pœnam huius legis, poteſt

43 quæri, † an hoc habeat locum in rapiente meretricem nuptam,ſeu maritatam.in quo Bal.hic dicit,quòd in tali raptore meretricis nuptę habet locum pœna huius legis.arg.huius tex.in verbo,multo magis &c. Tu autem pro hac opinione Bal.quòd meretrix nupta non poſſit rapi ſine incurſu pœnæ

44 huius legis. Adde, † quòd licèt meretrix poſſit capi & carcerari pro debito,ſecundum Bal.in l.cõſentaneum. C.quomodo & quando iudex.& voluit Ang.in l.quoniam. ſupra de cuſto.reo.& Ludo.Rom.in l.alia.in §.eleganter.in 4.col. ff.ſolu. matrimo.hoc tamen fallit, niſi talis meretrix ſit maritata, ꝗa tunc carcerari non poterit pro debito ciuili.ita dixit Io.And. in Spec.in tit.de iniur.& dam.da. Pro quo facit dictum Bal. in compendioſa ſua,ſub Rubri.de quæſtio.circa ſententiam. in verſ.14.quæritur,&c. Vbi dicit,quòd ſtatutum dicẽs, quòd meretrix poſſit impunè offendi , non habet locum in meretrice maritata.pro quibus optimè faciunt dicta per Ange. in l.verum.la ij.ff.de fur.vbi no.loquitur in hac materia. de quo dixi ego in ſing.meo 248.inci.conditio,&c. Et vide omnino in hac materia Gandi.in tract. malefi. ſub Rubr. de aliquibus quæſtio. varijs in malefi. quæ non commodè adaptantur . in 1.colum.ver.quæſtio de facto fuit Mutinæ, &c. & Alber. de Roſa.in 3.parte ſtatu.q.52.inci. ſed pone, aliquis intrauit,&c. Et vide, quæ dixi in l.maritus. in vlt. col. ff. de quæſtio.in ver.

45 pro qua doctrina &c. † Sed tamen iſta poſſunt limitari & reſtringi non habere locum in meretrice maritata, quæ haberet in maritum vnum lenonem,vel infamen,quia tunc reputatur pro meretrice non nupta.ita ſing.dixit D.Ioan. Bapt.de ſancto Seue.in tract.ſuo de debitoribus ſuſpectis & fugitiuis. in 13.col.poſt med.vbi dicit, quòd illud, quod dicit Io.And. & alij in locis ſuperius allega.quòd meretrix maritata nõ poteſt carcerari pro debito,limitatur,niſi maritus talis mulieris meretricis ſit leno,vel infamis,nam tunc coniugium nõ obſtaret,quin talis meretrix poſſet carcerari ꝑ debito , de quo dixi in ſing.meo 179.incip. dixi tibi &c. Et iſta ſunt notanda

46 in hac materia. † Circa quã materiam raptus meretricis nolo omittere vnum iudicio meo non contemnendum, videlicet quòd maior valde eſt rapina ſeu raptus, quàm ſit furtũ. Nam improbior eſt rapina,quàm furtum, vt dicit text.in l.ſi cum exceptione.in §.qui vim.ff.qđ met.cau.& habetur Inſti. vi bo.rap.in prin.& in l.ſi te.ſup.ex quib. cau.infa.irrog. & habetur per Bar.in l.1.ff.de effrac.& expila.& voluit Bal. in l.1.in

47 14.col.verſ.ſed certè videtur. ſup. qui accuſa.non poſ. † & ratio poteſt eſſe, quia rapina non fit ſine violentia , vt habetur in c.pœnale. 14.q.5. & in l.quo naufragium. in §. penul.ff. de incen.rui.& naufra.& voluit Alex.in l.3. in §. quod prætor. ff. ne quis eum,qui in ius vo. Sed furtum fit ſine violentia, vt in dictis iuribus. Item pro rapina imponitur pœna dupli, vt dicit Bal.in c.ſi duo.in prin.de pace tenen. & in rapina ineſt furtum,non econtra,vt Inſtit.vi bo rapt.in princ.& voluit Bar.in l.duobus.in §.ſi quis intrauerit.ff.de iureiur. & voluit Bald. in l.ſi quis non dicam rapere.in 4.colum.verſ.nam incontinẽti. ſ.de epiſc.& cleri.ergo ex iſtis apparet multipliciter,ꝙ maior

48 eſt rapina, quàm furtum . † Ex quo ego infero, ꝙ poteſt impunè committi furtum in bonis meretricis , quia ſi impunè põt rapi eius perſona,quæ eſt dignior rebus ſeu bonis ſuis,vt in l.in pecudum.ff.de vſur.& in §.in pecudum.Inſti.de rerum diuiſio.ergo impunè poterũt eius bona furto ſubtrahi , cum

49 vt dixi,maior ſit valde rapina,quàm furtum. †Et adde hic dicta per Iaſ.in l.ſi quando. ſ.vnde vi.in 10. col. vbi dicit,ꝙ iura loquentia in violentia,habent locum etiam in furto, & ideo dicit, ꝙ ſicut ille, qui per violentiam fuit ſpoliatus bonis ſuis admittitur ad probandum illa bona vi arrepta per ſuum iuramentum,vt dicit tex.in d.l.ſi quando.& in c.fi.quod met.cau. ita etiam ille, qui paſſus eſt furtum ab aliquo, poterit probare quãtitatem & valorem rerum furto ſubtractarum ꝑ eius iuramentum.ad quod alleg.Inn. & Hoſt. in d.c.fi. quod met. cauſa.& dicit,ꝙ hoc fuit de mente glo.in d.c.fi.in ver. ex maleficio.& idem tenent ibi Cano.& maximè Ioan. de Imo. & Bal.in c.1.§.iniuria.in 4.col de pa.iur.fir.& in l.ſi res. ſ.de ordi. cog.Ang.in d.l.ſi quando.& Alexan.in l.2.ff.de dam. infec.de quo latius valde per Iaſ.in d.l.ſi quando.in 10.col. vbi alia plura alle.ad hoc,quem vide.& vide etiam eum ibi.in 8. colum. verſ.ſucceſſiuè. Tene menti, quia ſæpe iuuenes furantur bona meretricũ. Item & pro hoc dicto meo nouo facit etiam, quod voluit Bal in c.in literis.in 1.colum.de reſti. ſpol.vbi di-

50 xit,† quòd ſi ex forma ſtatuti bannitus poteſt impunè occidi, quòd ipſo viuente potuerunt ſibi etiam bona auferri, & idem tenet Bald.in l.fin.circa medium.C.ſi contra ius,vel vti. pub.vbi alleg.tex.in l.1.§.quod prætor. ff.de aleato. per quem dicit melius probari,quàm alibi,quòd illa verba, impunè offendi,intelliguntur in ære & in perſona. & idem tenet Bart. in l.nec in ea.ff.de adul.& Bal.in l.3.in fi.ſup.ſi pẽd.appe. mors interue.& Pau.de Caſt.in l.in ſuis.per illum text.ff.de liber. & poſthu.quos refert D.Fely. in c.quæ in eccleſiarum. in 5.col. ver.no.ſecundo.de conſti.de quo etiam per D.Franc.Cur. in conſ.60.incip.Do.Philip.&c.in 11.col.de quo etiam dixi ego in l.fi.ff.de quæſtio.in vlt. col. ver. & ſcias quòd ſtante &c. Si ergo ex permiſſo iure meretrix poteſt offendi in perſona ex raptu violẽto, ergo poterit etiam offendi in bonis impunè.

51 † Facit etiam pro hac opinione mea. Nam ſtante ſtatuto, ꝙ bannitus poſſit impunè offendi,vigore talis ſtatuti poterit et impunè occidi,quod eſt plus. Ita dixit Bar. in l.3. in §.fin.ff.de alimen.lega.Ioan.And.in addi.Specu.in titu. de conſti. in §.1. in vlt.additio.magna.in fi.& Pau.de Caſt.in conſ.ſuo 194.incipien.viſo.in vlt.colum.verſ.ad tertiam rationem,& D.Fely. in c.quæ in eccleſiarum.in 5. colum. de conſti. & Do.Nellus in tract.bannitorum.in ſecunda parte ſecundi temporis. q.7. incip.examinatis quæſtionibus. & volunt alij, quos retuli in practica mea cauſarum criminalium, in 151. charta. ſi ergo

52 † permiſſio ſtatuti extenditur ad maiorem caſum , quam ad caſum expreſſum in ipſo ſtatuto,ergo à fortiori & à maioritate rationis extendetur ad minorem caſum. arg. auth. multo magis.ſup.de ſacroſan. eccl. ſed raptus eſt maior furto , vt ſupra demonſtraui,ergo ſicut perſona meretricis poteſt impunè rapi, ergo eodem modo bona ſua poterunt impunè derobari,pro quibus omnibus facit regula,cui licet. de regulis iuris.cum concordan.Et faciũt optimè dicta per Iaſ.in l.in actionibus.in 4.col. ff. de in lit. iuran. Et ad prædicta faciunt etiam optimè dicta per Bal. in l. ſi quis non dicam rapere. in prin.ſ.de epiſ.& cleri. vbi omnino videas, & dicta per D.Flo. in l.1.in §.hæc autem.ff.de his,qui deie.vel effud. Tene menti prædicta circa materiam meretricis,ad quam vide etiam Ma

53 the.in notab.ſuo 102.103. & 104. † Vlterius no.ex iſto tex. ꝙ rapiens monialem vel Deo dedicatam punitur pœna mortis . Et videretur dicendum, ꝙ ſi talis raptor monialis habuit rẽ ſecũ,deberet puniri multiplici pœna. Primò pœna raptus. Secũdò pęna ſacrilegij.Tertiò pęna ſtupri vel adulterij.Quartò pœna ſtatuti,quæ imponitur iniurianti Deũ, quia omnia prædicta cõmiſit,& tamen punitur tm̃ pœna mortis . Sed di-

54 cas,ꝙ ratio eſt,quia † minora delicta cõfunduntur ſub maiori,& ſolum attẽditur maius delictũ.ita dixit gl.no. in l.qui de crimine.quam ibi ſequuntur Doct.ſ.de accuſ. & idem tenet Bal.in l.aduerſus. in fi. ſ.de fur.& Barto.in l.quemadmodum. §.illud.ff.ad legem Aquil. & in l.inficiando. in §.infans.in fi.ff. de fur.de quo etiam per Per.de Anch.in conſ.ſuo 272.incip.

de

de titulis &c. in pen.col.& per Bal.in l.diuortio. in fi. 2.col.ff.
ſol.matr.& per Do.Flo.in l.illud quæſitum. in §. ſi idem eun-
dem.ante fi.ff.ad legem Aquil. & per Ang. de Are. in tracta.
malefi.in verbo,fecit inſultum.in 1.char. in verſ. aduertas tu
iudex,&c.Et ibi in addi.& in eodem tractatu,in verbo,adme
nauit.in princ.& per Bart. in l.nunquam plura. in penult.col.
in verſ.ſecũdo pone exemplum.ff.de priua.delic.& per Ioan.
And.in addi.Spec.in titu.de homic.in rubr. & faciunt etiam,
quæ habentur per Bar.in l.quoniam multa.in 1.not.ſup.ad le
gem Iul.de vi publ.& per Gandi.in ſuo tract.malefi.in titu.de
pœnis reorum,in 19.col.in verſ.pone inſuper &c. Et per Bal.
in l.quicunq;.in 1.col.ſup.de ſer.fugi.& per Alber.de Roſa.in
ſecunda parte ſtatu.q.26.& q.33. & per Abb. in c.1.de pœ. &
per Gand.in d.ſuo tract.malefi.ſub dicta Rubr. de pœ.reo.in
14.col. in fi. & per D. Nellum in tractatu bannitorum. tertia
parte ſecundi temporis.q.58. Iaſ. in l.quod dicitur.ff.de verb.
oblig.Et ponunt exemplum Docto. in dictis locis, vt pone,
ſtatuto cauetur,ꝙ portans arma puniatur in decem, alio ſta-
tuto cauetur,quod vulnerans aliquem puniatur in centum,
alio ſtatuto cauetur,quòd vadens de nocte puniatur in quin
quaginta. modò aliquis cum armis de nocte vulnerauit ho-
minem,an debeat puniri in trecentum,& ſic in omnibus pę
nis? Dicunt quòd non punietur,niſi in pęna centum pro vul
nere,quia aliæ pœnæ cõfunduntur cum maiori pœna reſpe-
ctu delicti,& ſic cum pœna vulneris. ita dicẽdum puto in di-
cto caſu,ꝙ rapiens monialem punietur ſolum pro raptu,alię
verò pœnæ confundentur ſub pœna ipſius raptus. Sed præ-
55 dicta † omnia limitari poſſent fore vera, ſi omnia prædicta
fierent vno ſolo impetu ſine aliquo interuallo temporis. Se-
cus autem ſi fierent cũ aliquo interuallo interueniente inter
vnum delictum & aliud,quoniam tunc omnia delicta ſingu
lariter punirentur pœna appoſita tali delicto, & tales pœnæ
non confunderentur ſub maiori pœna. ita dixit Bal. in c.1.in
§.iniuria. in 5.col. verſic. quæſiuit Iaco. Butr.&c. de pace iur.
fir.& Bal.in l.2.ſ.de accuſa. in verſ. & prædicta vera. & in verſ.
& idem dico vbi eſt tractatus,& idem voluit Salv.in l.penult.
in 6.q.princ.ſuprà de accuſa.& Dom.Franciſ.de Are. in conſ.
ſuo 10.incip.caſus talis eſt,quidam Titius&c. in pen. colum.
in verſ.dico &c. De quo etiam latius per Do.Ludo.Bolog.in
conſ.ſuo 8.in 5. & 6.col. Vlterius circa hunc raptum monia-
lis dicit hic Bal. & Salyc. quod ;ex quo ex tali raptu iniuriatur
Deus principaliter, quod ſi ex forma ſtatuti iniurians habet
pacem ab offenſo debeat minorari pœna, ꝙ tunc ad hoc vt
minoretur pœna in raptu monialis,quod remiſſio talis iniu
riæ requiretur nedum à tali moniali,ſed requiretur pax à Pa-
pa qui obtinet vicem Dei in terris. Vlterius vltra Doct. quæ-
ro,dicitur hic quod rapiens monialem punitur pœna mor-
56 tis. † Sed quæro,quid de illo qui non rapuit ipſam monialẽ,
ſed tamen habet rem ſecum,qua pœna puniatur? In quo di-
cas,ꝙ punitur pœna vltimi ſupplicij,ſi eſt laicus,& eius bona
traduntur illi monaſterio,vbi morabat̃ talis monialis, & hoc
procedit de iure ciuili,& Cano.vt eſt tex.in §.pen.in Auth.de
ſanctiſ. epiſco. & in c.ſi quis rapuerit.27.q.1. & habetur in l.ſi
quis non dicam rapere.ſ.de epiſc.& cleri. & tria delicta com-
mittit cognoſcens monialem, ſcilicet, incœſtum, adulteriũ,
& ſacrilegium, ſecundum glo. in c. virginibus. 27.q.2.& no.
Abb.in c.monaſteria.de vita & honeſt.cle.in vlt. colum. & fi-
lius ex tali moniali natus,dicitur ſpurius, & non ſuccedit etiã
matri,ſ'm Bar.in l.fi.ff.de his,quibus vt indig. & habetur in l.ſi
qua illuſtris. C. ad Tertul. & in §.nouiſſimè. Inſti. ad Orfic.in
glo.fi. & hoc poſuit Dominus Philippus Decius in conſ.306.
incip. in caſu. in 2.col. Si autem eſt clericus talis habens rem
cum moniali, debet de iure canonico ſuo officio priuari &
detrudi in monaſterio.ita dixit tex.in c.ſi qua monacharum.
27.q.1.de quo etiam habetur in c.ſi quis epiſcopus.eadẽ cau-
ſa & quæſtione.& per Ioan.de Ana.in conſ.ſuo primo.in vlt.
col.Et ſecundum ſtatuta communiter exiſtentia per Italiam
57 quilibet punitur pœna vltimi ſupplicij.† Sed modò quæri po
teſt,qua pœna puniatur talis monialis, quæ habuit rem cum
aliquo? In quo dicas, ꝙ debet extrahi de illo monaſterio vbi
erat,& cum omnibus bonis ſuis in alio monaſterio debet re
poni, in quo cautius cuſtodiatur, ne rurſus in eodem crimi-
ne reperiatur.Ita dixit tex.in d.§.penult.in Authen. de ſanctiſ.
epiſc.& habetur per ſcriben.in d.§.ſi quis rapuerit. 27. q.1. Et
licèt videretur dicendum, quòd pari pœna deberet puniri,
ſicut vir,qui habet rem cum ea, cum ſit in pari delicto, vt de
ſe patet,tamen lex noluit eam puniri eadem pęna. Et in hoc
forte lex cõſiderauit, qđ in maiori culpa eſt maſculus quàm
ipſa fœmina monialis, attento ꝙ moniales ſemper ſtant re-
cluſæ in monaſterio,& non eſt in poteſtate earũ ire ad inue-
niendum homines,ſed non eſt ſic in hominibus,qui nõ ſunt
recluſi in aliquo loco, ſed vadunt ad eorum libitum ad mo-
naſteria ad tentãdas ipſas moniales,quæ ſæpius tentatæ quan
doq; cadunt.Nam gutta cauat lapidem nõ bis,ſed ſępe caden
do.Et poſſet etiam aſſignari alia ratio,quæ eſt radix huius de-
licti reſpectu monialis, videlicet ꝙ non poteſt dici in pari cul
58 pa ſicut vir, qui ad eam acceſſit. † Nam à communiter acci-
dentibus fiunt modernis temporibus moniales per vim &
metum, & ſepius per percuſſiones eis datas à parentibus, fra-
tribus, vel affinibus, quando recuſant,& contradicunt,& no
lunt intrare religionẽ, & hoc quotidie occurrit hic & alibi,
vt quando ſunt deformes, vel corpore vitiatæ,vt claudæ vel
monoculæ, vel quid ſimile patiuntur,vel quando earum pa-
ter eſt pauper, & laborat inopia,& non poteſt dare filiæ am-
plam dotem, tunc enim cum parua dote facit eam monialẽ
per vim, quæ in totum erat aliena à monachatu, & à caſtita-
te. Ideo talis effecta monacha ita per vim, ſi non in totum,
ſaltẽ in aliqua parte eſt excuſanda à tali delicto magis quàm
vir non ſubditus alicui imperio, qui poteſt ad libitum ſuum
vxorari,vel ire ad meretrices relictis monialibus, honeſtè vi-
59 uere in earum monaſterijs. † Et verè credo,quòd eſſet res iu-
ſtiſſima,ęquiſſima,& ſanctiſſima in foro fori, & in foro poli,
quando aliqua monialis, quæ coacta fuit inuita à patre, ma-
tre,fratribus, vel affinibus intrare religionem, committit in-
ceſtum,ſtuprum,vel ſacrilegium,tunc pro tali crimine puni-
re crudeliter parentes, vel illos, qui eam monacham fecerũt
per vim, per illam regulam, qui cauſam damni dat, &c. l.qui
occidit.ff.ad le.Aquil.l. nihil intereſt. ff. de ſica. cũ ſimi. Nam
ipſi ſunt cauſa huius delicti, cogendo eas intrare religionem
60 contra omnem earum voluntatem. † Ex qua coactione &
metu ſequitur alius effectus maximus,perpetuò mẽti tenen
dus,videlicet ꝙ quando filia non tantum propter percuſſio-
nes ſibi illatas à patre, vel ab aliquo alio, ſed quando ſolũ per
metum reuerentialem intrat religionem,tunc talis ingreſſus
& tale matrimonium ſpirituale vitiatur. Ita dixit glo. ſing.in
c.præſens clericus.20.q.3.quam glo.pro valde no.refert & ſe-
quitur Iaſ.in §.quadrupli.in 9.col.in fi. Inſti.de actio. vbi dicit
illam glo. eſſe perpetuò no. quia ſæpe contingit de facto, ꝙ
filiæ inuitæ,quia fortè ſunt deformes,aut claudæ, propter re-
uerentiam patris ingrediuntur monaſterium, aut virginita-
tis habitum ſuſcipiunt, ꝙ per hoc vitiatur ingreſſus & profeſ-
ſio,ita ꝙ ſine præuaricatione poteſt deſeri & deponi, ad qđ
etiam dicit videndum eſſe tex.in c.cum virum, & ibi D.Ant.
de regula.& Io.de Imo.in l.ſi cũ dotem. in §. eo autem tem-
pore.ff.ſolu. matr. & tex. in c.1. & ibi glo.& Abb.extra quod
metus cauſa.de quo etiam vide Alex.in d. §. eo autem tẽpo-
re.in pen.col.& Iaſ.in auth.ingreſſi.in 1.col. C.de ſacroſan.ec-
cle.de quo etiã dixi in ſin.meo 347.inci.matrimonium,&c.
Et circa hãc materiam monialium ſcias etiam vnum, ꝙ iura
diuina & humana adeo odio habent violationem ipſarum
monialium,ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ cognoſcens carnaliter mulie
rem nuptam puniatur in centum,vel alia pœna,ꝙ tale ſtatu-
tum etiam extendetur ad carnaliter cognoſcentem monia-
lem.ita multum ſingu.dixit D.Dionyſius de Peruſio in conſ.
ſuo 20.incip.& ſi doctrina cęcum illuminet,&c. quem refert
& ſequitur Dom.Maria.Soci. in c.qualiter & quando. el ij.de
accuſa.q.8.artic.pen.quos refert & ſequitur D. Fely. in c.non
ſatis. de ſimo. quod etiã voluit Bal.in c.cauſam matrimonij.
in vlt.col.de proba. ex quibus ſatis patet, ꝙ valet argu.de ma-
trimonio carnali ad matrimonium ſpirituale. Pro quo facit
etiam communis deciſio Doctorum volentium ꝙ ſi teſta-
tor in teſtamẽto ſuo reliquit filiæ mille,ſi nupſerit,& ſexcen-
tum, ſi religionem intrauerit, ꝙ ſi ipſa filia ingrediatur reli-
gionẽ,debebit tamen habere mille,ac ſi matrimonium carn
nale contraxiſſet. Ita voluit Io.And. in addi.Specu.in titu. dn
ſtatu mona.ſuper rubr.& D.Anto. & alij, in c. in præſentia.iæ
20.col,de proba.& Bar.in l.2.vbi vide Soci.ff.de his quæ pęna.
nomine.& Ludo.Rom. in l.ſtipulatio hoc modo concepta.
in 7.col.ff.de verb.oblig.& Abb.in repe.c.eccleſia ſanctæ Ma
riæ.in 31.col.de conſtit. de quo latius dixi in ſingulari meo
215. incip. validum eſt argumentum &c. & in repeti. mea
rub.ff.de fideiuſſo.in 22. col. in princ. Et pro iſtis facit etiam,
nam maior eſt affinitas ſpiritualis, q̃ carnalis, ſecundum glo.
in c.qui dormierit.27.q.2.quam glo. refert & ſequitur Alex.
in conſ.ſuo 144.incip.cũ abunde &c.in vlt.col.& idem dixit
glo.in c.pitacium.30.q.3. Vltimo circa iſtas moniales ſcias,ꝙ
ſicut moniales ſunt in maximo cultu & veneratione ꝑpter
habitum & vitam earum, ita etiam ipſę moniales debẽt eſſe
& viuere ſine ruga vel macula, cum ſint ſponſę Chriſti, vt in
c.quamuis.21.diſt.alias damnationem perpetuam habebunt,
ſi fidem charitatis,quam ſponte Deo obtulerunt,adulteran-
do Chriſtum ſponſum ſuum turpiter dehoneſtent, ita dixit
Cardi.in clem.2.in prin.de ſtatu monacho.alleg. c.1. & 2. 27.
61 q.1.de quo ibi latius per eum. † No.vlterius ex iſto tex.in ver-
bo,

bo,viduarũ,quòd eadem pœna punitur rapiens viduam ho-
neſtè viuentem,ſicut punitur rapiens virginem, & ſic in cri-
mine raptus virgo & vidua pari paſſu ambulant, hoc tamen
intellige verum eſſe, & procedere in vidua honeſtè viuente
per iſtum tex.in verſ.honeſtarum.in prin.huius.l.ſecus autem
eſſet in vidua inhoneſtè viuente,quia rapiẽs viduam inhone-
ſtè viuentem non puniretur pœna huius. l.ſed aliter arbitrio
62 iudicis,attenta qualitate & circunſtantijs facti. † Et nõ ſolum
vidua inhoneſtè viuens perdit beneficium ſeu priuilegium
huius legis, ſed etiam in multis rebus damnificatur & perdit
63 alia plura priuilegia. Quod patet, † nam vidua inhoneſtè vi-
uens ſi hoc cõſtat,perdit dotem & actionem de dote, quod
oſtendo. Nam vxor committens adulterium perdit dotem
& actionem de dote. c.plerunq;. extra de dona. inter virum
& vxorem.l.cum mulier viri.ff.ſolu.matr.& habetur in l.ſi do
tem.ſ̃.de iure dot. & in l.libertatem. quæ eſt.l.fi.ſ̃.de adult. &
ibi in auth.ſed nouo iure.& in l.cõſenſu. ſuprà de repu. & ha-
betur in c.fin. de adulte.& per Ludo.Roma.in conſ.ſuo 286.
incip.hæc Iuliana &c. Et Alex.in conſ.189.incip.in cauſa & li-
te &c. poſt princ.in 6. vol. Quæ iura loquentia in adulterio
commiſſo viuente viro vendicant ſibi locum in ſtupro com
miſſo per viduam durante viduitate, & hoc duplici ratione,
64 primò,quia † durante viduitate mulier dicitur adhuc eſſe in
primo matrimonio,vt legi in l.fin. ſ̃.de bo.mater.& habetur
in l.filij.in §. vidua. ff. ad Munici.& in Authen.de conſulibus.
in §.itaque.& in l.fœminæ.ff.de ſena.& in l.mulieres. C. de di-
gni.lib.12.& in l.quoties. infra de priuileg. ſchola. eo.lib.& in
l.fi.inf.de incolis. lib.10. cum ſimil. de quo etiã latè per Alex.
in conſ.207.incip. ponderatis. quaſi per totum. in 6. volum.
Et ideo talis vidua gaudet priuilegijs,quæ habebat ꝓpter ma-
ritum eo viuente,vt habetur in d.l.quoties. quod etiã firmat
glo.& Bar.in d.l.filij.in §.vidua.ff.ad Municip.Et etiam ipſa vi-
dua ſequitur forum viri præmortui, vt habetur in dictis iuri-
bus,& in l.cum quædam puella.ff.de iuriſdi.om.iud.& ibi per
65 omnes ſcriben. † Secundò, quia ita fit iniuria marito defun-
cto & conſanguineis ſuis per ſtuprum commiſſum per vi-
duam, ſicut per adulterium commiſſum in vita, ſ'm glo. &
Bart.& Docto.in l.ſororem.ſ̃.de his,quib.vt indig.quæ dixit,
66 † quòd ſi hæres inſtitutus à teſtatore concubuit cum vxore
teſtatoris poſt mortem ipſius, priuatur hæreditate, ſicut ſi ei
iniuriam feciſſet dum viuebat. & ſic glo. illa parificat ſtuprũ
& adulterium. & idem etiam firmat glo. & ibi Bart.& alij in
l.fideicommiſſum.ſ̃.de fideicom. Et idem tenet Bar. per illas
glo.in l. 1.ff.de his quib.vt indig. & Bal.in c.2.de feu.ſine culpa
non amit. Pro quo facit l.qui ſepulchra. ſ̃. de ſepul.viola. &
quæ dixit Bart. in l. 1. ſ̃.de ſecundis nupt.& Bald.in l.Titius.in
prin.ff.de excu.tut.& quæ habentur per Io.de Imo.in l.2.in fi.
67 princ.ff.de vulg.& pupil. Et facit † etiam, quod volunt Doct.
in c.à nobis.de ſent.excom.vbi dicunt,quòd percutiens cleri-
cum mortuum eſt excõmunicatus, ſicut ſi eum percuſſiſſet
viuum,arg.tex.in c.quod te.de pœni. & remiſ. Et vltra prædi-
68 cta in proprijs terminis noſtris,† quòd vidua committens ſtu
prum perdat dotem,& actionem de dote, ſicut ſi commiſiſ-
ſet adulterium viuente marito, expreſsè voluit Pau.de Caſt.
in conſ.ſuo 121.incip.reuocatur in dubium, &c. vbi ſingula-
riter loquitur, & ibi reſpondet ad contraria,quæ adduci poſ-
ſent.idem firmat ipſe Pau. de Caſt. in d.l.ſororem.& in d.l.fi-
deicommiſſum. ſ̃. de fideicom. per illas glo. & eſt de mente
Bart. in l.pen. ſ̃.de adult. vbi dicit,quòd ille,qui offenditur de
adulterio conſtante matrimonio,ille idem offenditur ex ſtu
pro viduitate durante, & quòd ita iniuriantur conſanguinei
viri iam defuncti ex ſtupro,quod committitur in viduam,ſi-
cut ſi duraret matrimonium. Et hanc partem etiam, ꝙ idem
operetur ad perdendam dotem in muliere ſtuprum, quod
operatur adulterium.tenuit etiam D.Barth.Belenzinus olim
auditor Rotę in addi.ſuis ad Abb. in c.plerunq;. de donatio.
inter virum & vxo. & quidam Moder. Dom. Benedictus de
Vadis in c.paſtoralis.de iudi.& D.Augu.de Ari.in addi.ſuis ad
Angelum de Aret.in ſuo tracta.malefic.in verbo, *che hai adul
terata la mia donna.* in 3.char. in addi.inci.tu autem in hac ma
69 teria quod Ro.in d.l.rei iudicatæ,&c. in fi.verbis. † Et pro iſtis
etiam faciunt in ſimili,quæ voluit Ang. de Are. in §.actionũ.
in 25.col.Inſti.de actio.in verbo, & etiam deſinit, &c. vbi di-
cit,ꝙ vidua tutrix filiorum ſuorum priuatur tutela,ſi viuit lu
xurioſè,licèt non tranſeat ad ſecunda vota. alleg.ad hoc gl. in
Auth.de reſti.& ea,quæ parit. in §.fi.& glo.& Bar.& Doct. in
authen.ſacramentum.C.quando mulier offic. tut. fungi po-
teſt.& tex.in l.fi.eo.tit.vbi dicitur,quòd mater pudicitiam ſuã
ſeruare debet intactam.& idem dicit Bar. ſecundum eum,in
l.ſi quis ſub conditione. ff.de teſt.tu.in pen.col.in verſ.quęro,
mulier quæ tranſiuit, &c. quod dicit eſſe no. & ſubdit ipſe
Ang.vbi ſuprà,quòd ſi multa ſecreta eſſent patefacta, multæ

tutelæ eſſent expiratæ.Et dicit,quòd de prædictis non eſt mi-
randum,quoniam memoria defuncti & eius anima contri-
ſtatur propter luxuriam vxoris, igitur debet tutelam perde-
re.& alleg. in arg. glo. in d.l.fideicommiſſum. ſ̃.de fideicom.
& in d.l.ſororem.ſupra de his quib.vt indig.& Bart.in l. 1.ff.de
his quib.vt indig.& Doct. in l.licitatio. in §.quod illicitè. ff.de
publi.Et tu vltra eũ dicas, quod hoc voluit etiam Bal. & Saly.
in l.his ſolis.ſuprà de reuo.dona. Et faciunt etiam pro prædi-
70 ctis. † Nam licèt vidua gaudeat foro viri,& honoribus,& pri
uilegijs,quibus gaudebat viuente marito, vt dixi, tamen illa
omnia perdit,ſi luxurioſè viuat,ne tantũ habeat luxuria quã-
tum caſtitas.ita no.dixit Ang.Pau.de Caſt.& Alex. in d.l.cum
quędam puella.ff.de iuriſ.om.iud.allegat.§.fi.in Auth.de reſti.
& ea,quæ parit,& idem dixit Alexan.in l.omnem.ſup.de bo.
mater.& Do.Fely.in c.paſtoralis.de iudi.Quinimò talis vidua
luxurioſè viuens perdit omnia priuilegia viduitatis.tex.eſt &
ibi Saly.in l.his ſolis.ſ̃.de reuocan.don. & voluit Abb.in c.vxo
ratus.de conuerſio. coniuga. in princ. Pro quo faciunt dicta
per Spec.in titu.de tutore.§.nunc dicendum. verſ.item exci-
pitur.& per Dom.Felyn.in c.ſignificantibus.de offic.deleg.in
vlt.col.vbi etiam ad hoc allegat Bal.in §.hos autem. in 12.col.
71 Inſti.de Attilia. tuto. † Et faciunt dicta per Iaco. de Belui. in
Auth.de non eligen.ſecundo nuben. in §. ſi quidem. in verſ.
ſin autem.vbi per illum tex.dixit,quòd pęnæ quæ introductæ
ſunt contra mulieres,quæ tranſeunt ad ſecunda vota,habent
locum in vidua luxurioſè viuente.alleg.d.l.his ſolis. in fi.& gl.
& Doct in auth.eiſdem. ſ̃.de ſecun.nupt. & in authen. ſacra-
mentũ.ſ̃.quando mulier offic. tut. fungi poteſt.quod etiam
voluit Dom.Alex. in l.liberorum. in §. notatur. ff.de his qui
no.infa. Item ad confirmationem prædictorum facit. Nam
eum ſequuntur commoda, quem ſequuntur & incommo-
da,vt in regula,ſecundum naturam.de regu.iu.cum vulg.Sed
vidua inops debet ali ab hæredibus viri durante viduitate, ſi
non habet, vnde ſe alat, etiam ſi non habuit dotem, vt not.
Cy.& Bal.in l.fi.ſ̃.de bo. mater. igitur meritò ecõtra debet de
violatione ſtatus viduitatis, in quo dr̃ perſeuerare in primo
matrimonio, pœnam ſubſtituere.ita dixit Pau. de Caſtro in
d.conſ.121.incip.reuocatur in dubium, &c. pro quo faciunt
quæ dixi in ſingu.meo 364.incip.eum ſequuntur,&c.Et facit
172 etiam. † Nam dos viduæ retinet priuilegia,quæ habebat du-
rante matrimonio,vt hr̃ in l.etiam dirupto. ff.de fun.dota. &
habetur in §.fuerat.Inſtit.de actio.& in l. . ſ̃.de rei vxo. actio.
immo non ſolum in ipſa re dotali durant priuilegia dotis ſo
luto matrimonio, vt dixi, ſed etiam pro fructibus perceptis
poſt ſolutum matrimoniũ,qui propriè non ſunt dos,tamen
datur actio de dote, & etiam priuilegia eius locum habent.
tex.eſt no.in l.ſi marito.§.fi.ff.ſolu.matr.Et facit glo. no.in l.di
uortio.in §.ob donationes.ff.ſol.matrimo.& volunt Moder.
in l.1.ff. ſolu. matr. ita eodem modo dicta dos viduæ ſuſtinet
incommoda, quæ ſuſtinet dos durante matrimonio. Quod
73 etiam patet. † Nam ſi ſtatutum dicit, ꝙ mulier non teſtetur
de dote ſtantibus filijs, niſi de quarta parte,tale ſtatutum ha-
bebit locum etiam in vidua.ita tenet Bal. in l.1.in vlt. q.& ibi
Pau.de Caſt.ſ̃.vnde vir & vxor.& Pau.de Caſt.in Rub.ff.ſolu.
matrimo. & Salyc. & Ludo.Roma. in d.l. 1.ſupra vnde vir &
vxor.& Do.Alex. in conſ.55.incip. conſideratis verbis,&c.in
74 1.vol.in vlt.colum. † Ex quibus omnibus apparet,quòd ſicut
dos mulieris committentis adulterium viuente marito per-
ditur, ita dos viduæ nondum exacta, propter ſtuprum per
ipſam commiſſum perdi debet.quæ omnia ſupradicta in hac
materia adduxi in quodam conſ.meo incip.Caſus dubitatio-
nis talis eſt, quædam Iacoba de Ganzanigo, &c. Et de hoc ẽt
75 dixi in ſing.meo 416.inci.plures profectò, &c. † Adde etiam
prædictis glo.primam,quam ibi approbat Bal. in c.1. extra vt
li.non conteſt.quæ dixit,quòd ſicut propter adulterium vxo
ris vir lucratur dotem,ita mulier propter adulterium viri lu-
cratur donationem propter nuptias.ad quæ etiam faciunt di
cta per Ioan.de Ana.in c.intelleximus.in 8.col.in fi.de adulte.
76 † Modò non obſtat, ſi dicatur, quòd contra prædicta tenet
D.Alex.in d.l.ſororem.ſupra de his, quibus vt indig. videlicet
quòd vidua committens ſtuprum, non tamen debet perde-
re dotem,& hoc duplici ratione,primò per text. à contrario
ſenſu,in c.2.in uerbo, domino uiuente. de feudo ſine culpa
non amittendo. ubi dicitur, quòd uaſallus perdit feudum,ſi
concubuit cum uxore domini domino uiuente, ergo ſi ſe-
cum concubuerit poſt eius mortem non punietur ea pęna
priuationis feudi. Secundò mouetur alia ratione dicens, ꝙ
iura loquentia de priuatione dotis loquuntur in adulterio,
& ſic in delicto commiſſo uiuente marito. l.conſenſu. C.de
repu. & c.plerumq;. de dona.inter uirum & uxo. unde non
debent ad alium caſum extendi,cum ſint pœnalia. l.fi.ſup. de
interdicto matrimo. & in regula, in pœnis. de reg. iu.in 6.&
glo.

glo.in c.1.in verbo,Italiæ.de tempo.ordi.in 6.ergo cum non
ſit omnino eadem ratio in ſtupro,quæ eſt in adulterio com
miſſo viuente marito, ergo non eſt inferendum de vno ca-
ſu ad alium. Quia reſpondeo primò ad tex.in d.c.2.& dico,ꝙ
ille tex.non habet obſtare,quia Do.Alex.dictum ſuum colli-
git ex illo tex.per arg.à contrario ſenſu,vt patet ex verbis ſuis.
Sed ego dico,ꝙ non poteſt ſe fundare ex dicto tex. per tale
77 argumentum à contrario ſenſu,quando ſumendo tale argu
mẽtum reſultaret peccatum,vt eſt gl.no.in clem.1. in verbo,
facere.de vſuris. quam pro no.alleg. Bal. in authent.ad hæc.s̃.
de vſur.Sed ſi ſumeretur ex illo tex.tale argumentum à con-
trario ſenſu,reſultaret peccatum,vt oſtendã ſtatim,ergo non
debet ſumi.Et quod reſultaret peccatum,patet. Nam ſi volu
mus ſumere argumentum ibi à contrario ſenſu, ergo ſeque
retur quod vaſallus mortuo domino poſſet concũbere cum
vxore domini,& ſic committere fornicationem,quod non
eſt dicendum propter peccatum , & ſic non obſtat ille text.
78 † Item alio modo etiam reſpondeo ad illum tex.& dico, ꝙ
ille tex.nõ habet obſtare,etiam dato quod poſſet ſumi argu-
mentum à ꝯrio ſenſu,quoniam debet intelligi ille tex. quod
vaſallus dormiens cum vxore domini mortui non priuatur
feudo , quando ipſa domina tranſiuit ad alias nuptias, quia
tunc dicitur facere iniuriã domino,cum ſit tranſlata ad aliud
matrimonium , & non dicatur tunc eſſe in matrimonio do-
mini,ſecus autem ſi adhuc eſſet in viduitate per mortem do
mini,quia tũc priuaretur feudo,quia diceretur iniuriatus do
minus,cum vxor eius vidua dicatur manere in primo matri-
monio,vt s̃.dixi.ita dixit And.de Iſer.& poſt eum Card.Alex.
in d.c.2.de feu.ſine culpa non amit. vbi dant talem intellectũ
illi tex.qui intellectus ſi bene conſideretur,habet ſaporem &
rationem naturalem in ſe,& ſic non obſtat in aliquo ille tex.
79 & ſic primum arg.Do.Alex.† Nec obſt.etiam ſecundũ argu.
videlicet,ꝙ iura loquentia de priuatione dotis,loquuntur in
adulterio,& ſic in delicto cõmiſſo viuente marito,vnde non
debent ad alium caſum extendi tanquam odioſa. Quia huic
argumen.ego reſpondeo, vt reſpondit Pau. de Caſt. in d.cõſ.
121.incip. reuocatur, &c. videlicet ꝙ non ſolum per adulte-
rium,per quod violatur verum matrimoniũ , mulier perdit
dotem,ſed etiam propter ſtuprum, per quod violatur matri
monium putatiuũ, vt patet, cum putatur matrimonium te-
nere,& tamen non tenet,vt no.per glo. in d.c.plerũq;.& etiã
per aliquos Doct.in d.l.conſenſu.in glo.magna,in fi. quę hoc
tenet per tex.in Authen.de nupt.in §.ſi verò ab initio.eodem
modo vr̃ ꝙ perdat dotem propter ſtuprum,per quod viola-
tur matrimonium fictum,quod eſt durante viduitate , quo
tempore fingitur primum matrimonium durare,vt in d l.fi.
C. de bonis mater. Sicut enim durante viduitate, ipſa vidua
gaudet priuilegio primi matrimonij, vt ſupra dixi, ita debet
eum inuiolatum conſeruare,aliàs debet puniri,ſicut violans
matrimoniũ putatiuum, ratione cuius ſortitur priuilegium
in quaſi dote,ſicut in vera dote.l.ſi cũ dotem.§.fi.ff.ſol.matri.
ita reſpondet Pau.de Caſt.ad hoc argu.in d.ſuo cõſ. 121.poſt
princ.ex quibus patet,quòd non obſtant dicta per D.Alex.in
d.l.ſororem. Poſſet etiam reſponderi aliter, videlicet ꝙ licèt
iura loquentia de priuatione dotis loquantur in adulterio,
tamen verificari debent in ſtupro , quia ſtuprum in tali caſu
ſubrogatur loco adulterij,vt in d.l.ſororẽ. & in d.l.fideicom-
miſſum.& in alijs locis ſupra allegatis.quæ omnia etiã adduxi
in dicto conſilio meo, cum conſului in hoc caſu occurrenti
de facto. Et ſic remaneo in hac concluſione cũ Pau. de Caſt.
in d.conſ.quòd vidua committens ſtuprum perdit dotem &
actionem de dote.quam opinionem etiam firmauit Iaſ. in
l.2.in 2.col.ff.ſolu.matr. licèt contrarium tenuerit ſequendo
Alexan.in d.l.fideicommiſſum.ſupra de fideicom.Succeſſiuè
quæri poteſt de no.dubio,videlicet dixi ſupra pluries,quòd ſi
mulier viuente marito committit adulterium , quod perdit
80 dotem & actionem de dote.† Sed pone,mulier viuente ma
rito commiſit adulterium, & nihil dixit maritus, qui poſtea
mortuus eſt, & ſimiliter in eius infirmitate,nec in morte nõ
dixit aliquid de dicto adulterio cõmiſſo per vxorem, an hæ-
redes mariti poſſint obijcere tale adulterium vxori petenti
dotem ſuam,& hac de cauſa eã retinere, in quo dicas quòd
non. ita dixit Do.Ant. in c. fi. per illum tex.extra de dona. &
Do.Alex.in conſ.189.incip.in cauſa & lite.in 1. col. poſt prin.
in 6.volum.de qua quæſtione vide etiam per Pau.de Caſt. in
l.2.in §.ſi voluntate.ff.ſolu.matri.& per Io.de Imo. in l.ſi con
81 ſtante.in fi. ff. ſol. matri.† Et pro hac deciſione facit optimè.
Nam ſi donatarius commiſit ingratitudinem contra donan
tem, reuocatur donatio. l.his ſolis. & l.fi. ſup. de reuo. dona.
Inſti. de dona. in §.aliæ autem. c.fi.de dona. ſi tamen donans
nihil dixit de tali ingratitudine contra eum commiſſa hære-
des ſui nõ poterunt illam obijcere donatario nec hæredibus
ſuis,& donationem reuocare.ita dixit tex. in d.l.fin. & tex. &
ibi Doct.in d.c.fi.de dona.& voluit Ang.in dicta l.his ſolis. &
voluit Angel. de Are in d. §.aliæ autem.Inſti.de actio.in fi.&
Doct.in l.omnimodo.s̃.de inoffi.teſta.& in l.1.s̃.de inofficio.
82 dona. Et facit etiam, quod dicimus in feudo. †Nam fellonia
vaſalli commiſſa per vaſallum contra dominum finitur mor
te domini,adeo quòd hæredes domini non potuerunt eam
opponere vaſallo,& eum priuare feudo, ſi dominus nihil di-
xit in vita ſua.ita dixit glo.& ibi Doct. in d.l.omnimodo. ſup.
de inoffi.teſta.& glo.& Doct.in c.1.§. 1.in verbo, concubue-
rit.in tit.quibus modis feu.amit. & glo. & Doct. in d.c.fin.de
83 dona.& Doct.in d.§.aliæ autem. † Et facit etiam illud , quod
dicimus in domino committente cauſam contra vaſallum,
propter quam debeat priuari proprietate feudi : nam ſi va-
ſallus tacuit in vita, poſt mortem ſuam eſt præcluſa via hæ-
redibus ſuis opponẽdi dictam cauſam. tex. eſt & ibi Bald. in
cap.primo. in §. domino.ſi de feu.fue.contro. inter domi.&
agna.& volunt Docto.in d.c.1.§.1.quibus modis feu.amit.de
quibus dixi ego in l.fi.in 5.col.ff.de quæſt.de quo etiam habe-
tur ſatis plenè per Abb.in conſ.ſuo 3 incip.nitar &c. in 9. col.
in 3.vol.& aliquid etiam dixit Ioan. de Imo. in l.conſtante.ff.
84 ſolu.matrimo.† Limito tamen prædicta ego ſolus, non ha-
bere locum, quando in loco commiſſi adulterij eſſet ſtatu-
tum,volens quòd mulier committẽs adulterium,perdat do-
tem ipſo iure,nam hoc caſu hæredes mariti poterunt obijce
re tali vxori,quæ commiſit adulterium, ipſum adulterium,
etiam ſi maritus in vita nihil dixerit,& potuerunt ei retinere
dotem.ita no.voluit Bal.in c.1.§.inſuper.de prohi.feu.alie.per
Fed.vbi dixit, quòd quando fellonia commiſſa per vaſallum
eſſet talis,quæ priuaret vaſallum ipſo iure feudo,ꝙ tũc hæres
domini illam opponere poteſt, etiam ſi dominus nihil dixit
in vita.& hoc per illud, quod voluit glo. in l.3. in §. quod ait
85 prætor. ff.quod quiſq; iu. vbi dicitur, † ꝙ iniuria, quæ trahit
ſecum executionem,etiam trãſit in hæredem. quod dictum
refert & ſequit̃ Abb.in l.fi.in vlt.col.de dona. & Pau. de Caſt.
in l.omnimodo.C.de inoffi.teſta.& ibi etiam vide Iaſ.in fina-
libus verbis. & Abb. in conſ. ſuo 3.incip.nitar &c. in 9.col.in
3.vol.vbi latius loquitur.de quo etiam per Io.de Ana. in c.in
literis.in 2.col.extra de rapto.& per Soc.in conſ.66.incipien.
viſa &c. in penult.colum.in 3. vol. quem vide. Et pro prædi-
86 cta limitatione etiam optimè facit. † Nam tu ſcis, quòd ad
validitatẽ actus requiritur citatio partis,vt in l. de vnoquoq;.
ff.de re iudi.cum vulg. tamẽ eſt dare inter alia caſum, in quo
non requiritur citatio partis,vt eſt quãdo à iure impoſita eſt
alicui pœna ipſo iure, nam talis pœna poterit peti & exequi
à tali,ipſo aliter non citato. tex. eſt ſecũdum intellectũ Abb.
antiqui in c.reprehenſibilis.de appella.qui tex.non eſt alibi ſe
cundum Abba.ibi,quos refert & ſequitur D.Maria. Socin.in
repeti. Rubri. extra de dila.in 3.col.in verſ. quartus caſus, &c.
vbi etiam dicit,quòd pro hoc facit glo. in Clem. 2. de pœ. &
quod voluit D.Anto.in c.veſtra.de coha.cler.& mulie. in pri-
mo membro.& Gemi.in c.quæ Lotharius 2. q.1. & Cardi.in
c.extirpandæ.de præben.& Ludo.Roma. ſecundum eum,in
l.is,cui bonis.in verſ.ſed circa prædicta dubitatur, vtrum ſit
neceſſaria citatio.ff.de verb. oblig. per d.c.reprehenſibilis. &
per alia iura, quæ ipſe alleg. Et faciunt etiam ad prædicta in
arg. quæ uoluit Bart. in l.id quod.in §.1.ff.de pecu. leg.quem
refert & ſequitur Bal.in l.ea,quæ.in 2.col.ſup.de cond.indeb.
ubi dixerunt,ꝙ ſi ſtatuto cauetur,quòd bona homicidæ ſint
confiſcata ipſo iure,alio ſtatuto cauetur,quòd confitenti de-
lictum tertia pars pœnæ remittatur,modò quidam homici-
da confitetur delictum,an tertia pars bonorum ſuorum per
talem eius confeſſionem ei remittatur. & dicunt quòd nõ:
quia tale ſtatutum uolens quod tertia pars pœnæ remitta-
tur, debet intelligi in caſu, quo pœna non ſit commiſſa ipſo
iure.& idem etiam uoluit Barto. in l.qui ob rem. ff.de condi.
indeb.de quo etiam dixi in repetitio. mea. l.de unoquoque.
in 16.col.in fi.in uer.37.caſus.ff.de re iudi. ad quæ uide etiam
dicta per Iaſ.in l.in actionibus.in 6.col.ff.de in li. iur. & faciũt
pro iſtis quæ dixit Bal.in l.1.ff.de his,qui no.infa.in uer. poſſet
hic dubitari,&c. & p Flo.in l.in lege Aquilia.la ij.ff.ad l.Aquil
& per Corſe.in no.ſuo,in uerbo,pœna.incip. ubicunq; pęna.
apponitur,&c. Et in materia iſtius uerbi (ipſo iure) uide no.
uerbum Alexand.in conſilio 30. incipien. ex allegatis &c. in
ſecunda colum.poſt principium.in ſeptimo uolumine.Et in
prædicta materia poſſet etiam dubitari de uno,uidelicet,po-
87 ne † quòd uxor commiſit adulterium, quod tamen neſci
uit maritus, nam ſæpe mariti ſunt ultimi, qui ſciunt adulte-
rium commiſſum per uxores ſuas,ex quo maritus nihil dixit
in uita, ſed poſt mortem mariti uxor repetit dotem ſuam
an tunc hęredes mariti poſſint ſibi obijcere tale adulterium
& eam excludere à dote? In quo dicas, quòd tali caſu hære-
des

des potuerunt opponere vxori dictum adulterium, & eam
88 excludere à petitione dotis ſuæ. † ad quod dicendum mo-
ueor ex no.doctrina Ioan. And. in additio. Specu. in titu. de
feudis.§.finali.ſecunda col.vbi dicit, quòd licèt fellonia com
miſſa per vaſallum non poſſit opponi per hæredem domini,
quando ipſe dominus de ea nihil dixit in vita, iſtud dicit eſſe
verum,quando dominus ſciuit,& notitiam habuit de tali fel
lonia commiſſa per vaſallum & in eius vita tacuit, ſed ſecus
dicit eſſe quādo dominus neſciuit dictam felloniam eſſe cō-
miſſam à vaſallo, quia tunc hæredes domini poterunt illam
opponere vaſallo,& eum feudo priuare non obſtante dicta
taciturnitate domini,ad quod alleg.tex.in argu.in l.in confir-
mando.& in l.vtilitatem.ff.de confir.tuto. quam doctrinam
refert & ſequitur Abb. in conſ. ſuo 3.incip.nitar in præſenti
89 cauſa,&c. in 9.col.in 3.volum.ita † dicendum puto in caſu di
cti adulterij commiſſi per vxorem marito ignorante,qa po-
terit opponi per hæredes mariti,& ipſis probantibus dictum
adulteriū excludunt talem vxorem à dote ſua,quod eſt ſing.
no. quia eſt pluſquàm quotidianum, nā quotidie mulieres
quàmplures faciunt ſe ſupponi inſcijs maritis,qui nihil dicūt
in eorum vita, cum prædicta neſciant. ideo merito poterit
tale adulterium opponi ab hæredibus viri. & hanc partem te
net poſt multa pro & cōtra adducta circa hanc quæſtionem
Dom.Alex. in l.rei iudicatæ. in 1.col. ff. ſolu.matrimo.quem
vide.pro quibus faciunt, quæ dixi in l.qui ignorans.in 2.col.
in fi.ff.de fal.& in l.qui falſam.in 10.col.in verſi.item vltra prę
miſſa &c. eo.tit.& faciunt dicta per Io.de Imo.in l.ſi conſtan
90 te.ff.ſol.matrimo. † Modò redeundo ad tex.habemus notare
ex hoc tex.in verbo,ſiue iam deſponſatā,ſiue non, &c. quòd
rapiens ſponſam ſuam cadit in pœnam raptus, & per conſe-
quens in pœnam huius legis, & ex hoc probant hic, ꝙ ſpon-
ſus non habet manus iniectionem in ſponſam ſuam, ſed ſe-
cus dicunt Doc.eſſe in vxore,quia maritus habet manus inie
ctionem in vxorem,quia ſibi debitum tenetur reddere,vt in
l.ſicut.ff.de ope.liber. & ipſe maritus habet interdictū de vxo
re deducenda,& patri præfertur in ea retinenda, vt s̃.de libe.
exhi.l.fi.& ſic ceſſat ratio huius legis.ita dicit hic Cy.Bal.Salyc.
& alij. ſed profecto hoc mihi videtur durum, quòd ſponſus
rapiens ſponſam iam deſponſatam cadat in pœnam huius le
gis,& hoc pluribus rationibus: Primò, quia deſpōſatio nihil
operaretur, cum eodem modo puniretur ſi eam deſponſa-
tam nō rapuiſſet,ergo nihil operatur deſponſatio,quod non
eſt dicendum,arg.eorum,quæ dixit Bal.in Rub.ſuprà de con
trahen. empt. in 9. q. Præterea, eum ſequuntur commoda,
quem ſequuntur incommoda,vt in regula,ſecundum natu-
ram.de reg. iu. cum ſimil. ſed ipſe ſponſus ex deſponſatione
habet incommodum, quia perdit libertatem perſonæ ſuæ,
quia nō poteſt talem ſponſam derelinquere vlterius, niſi in-
grediatur religionem, nec poteſt vlterius illa viuente ꝯhere
matrimonium cum alia, vt in c. an quod.& in c.quos Deus.
33.q.2.& in c.inter corporalia.de tranſ.epiſco.ergo etiam de-
bet conſequi commodum ex tali deſponſatione, vt per eam
releuetur à pœna raptus. Item deſponſatio ſeu ſimplex pro-
miſſio duorum ſolutorum de contrahendo matrimonio
91 inſimul,excuſat eos à pęna adulterij. † Nā ſi iuuenis & iuuen-
cula ſoluti ſimul inueniantur in actibus venereis, & ambo fa
teantur ſe ſimul matrimoniū ꝯxiſſe,excuſantur à pœna adul-
terij.ita dixit glo.ſing.in l.pen.s̃.de fideiuſ.quam ibi approbat
Bal.& Ang.& Bal.in l.quicunq;.s̃.de ſer.fugi.in 7.colum. & in
l.vnica,in vlt.col.s̃.de confeſ.& in l.eam,quam.in 8. col. ſuprà
de fideicom.& Ang.de Are.in tract.malefic.in verbo, *che hai adulterata la mia donna.* in 8.char.in verſ.pone quod quidā &c.
& in addi.& Bal.in l. 1.ſup.de collu.deteg.& Alex.in conſ.ſuo
224.inci.viſo proceſſu.in 2.char.in vlt.col.& in conſ.24.incip.
animaduerſis.in 6.col.in 2.vol.& Bal.in c.1.in §. iniuria.in pe-
nult.col.de pace iura.fir.& in c.tertio loco.extra de prȩſump.
& in conſ.ſuo 48.incip. quidam nomine Dominicus, &c. in
2.volum.& Cępo.in cautela ſua 44.incip.aliquando &c. & in
conſ.ſuo 57.incip.ſuper querela. in 1. colum. & dixit Bald. &
Angel. in dicta l. penult. ſupra de fideiuſ.quòd propter illam
glo.in contingentia facti aliàs liberarunt hominem à pœna
mortis.de quo etiā per Baueriam in 48. priuilegio iuramen-
ti,& per me in ſingu.meo 22.incipiente, cōfeſſio offenſi &c.
92 Facit præterea pro hac parte regula illa, videlicet † quòd qui
de proximo eſt cingendus,habetur pro cincto.l.penult. ff.de
teſta. mili. l.item legato. ff. de lega.3. l.ſi quis cum ſciret.ff.de
vſucapio.pro emp.§.fi.in Authen.de exacti.inſtan.pecu.& vo
luit Bal.in l.ſi non ſortem.in §.adeo.in principio. ff.de condi.
93 indeb. vbi no. loquitur in materia. pro † quo facit optimè
no.verbum Salyc.in l.cum te.in fi.ſup.de dona.ante nupt. vbi
dixit, quòd pro coniuncta & copulata carnaliter à viro habe
tur illa, quæ de proximo eſt copulanda. quod dictum ꝑ no.
refert & ſequitur Dom.Fely.in c.tertio loco.in 4. col. in ver.
& retenta &c. de prȩſumpt.& in Rub.extra de ſpōſa.in quin-
ta col. circa medium. pro quo dicto faciūt optimè dicta per
Pau.de Caſt.in conſ.ſuo 239.incipien.videtur dicendum &c.
circa medium.in verſ.breuiter ego puto &c. & faciunt, quæ
ego dixi in ſingu.meo 106.incip.qui de proximo &c. & quæ
dicit Alexan.in conſilio 42.incipien. cōſideratis. in 1.colum.
in 7.vol.Et facit etiam, † nam licèt aliàs fideiuſſor non poſſit
agere cōtra debitorem principalem antequàm ſoluat, vt eſt
tex. in l.ſi pro ea. & ibi per omnes.ſup.manda. & habetur in
c.fi.de fideiuſ.attamen hoc fallit,quando apparet euidenter,
quòd fideiuſſor eſt condemnandus.ita dixit Bal.in l.ſi pro ea.
in 6.q.s̃.manda. quem refert & ſequitur Iaſon in l.diuortio.
in §.interdum.in 5.col. ff. ſol.mat. vbi etiam adducit plura ſi-
95 milia. Dicit enim in propoſito iſto, † quòd fructus de proxi-
mo recolligendi habentur pro recollectis, ſecundum glo. &
Bart.in d.§.interdum. adducit etiam, nā baſilica de proximo
conſecranda habetur pro conſecrata, & habet priuilegia ec-
cleſiæ,ſecundum Abb.in c.eccleſia.in 3.no. per illum text. de
96 immu.eccleſ. Et adducit etiā, nam qui † de proximo eſt con
demnandus, habetur pro condemnato.tex.alleg.no.in l.qui
plenè.in §.diuus Pius. ff.de manumiſ. Adducit etiam, qđ ille
qui de proximo eſt banniendus,habet̄ pro bannito,vt poſſit
impunè offendi ſecundum Pau. de Caſt. in l.3. in §. ſi ſeruus.
97 ff.de acquir. poſſeſ. & vltra eum adduci etiam poteſt. † Nam
vbi tractatur de pœna corporali imponenda, non eſt reus fi-
deiuſſoribus relaxandus,vt in titu.ff.de cuſto.reo.attamen ta-
lis reus carceratus eſt relaxandus, quando apparet ipſum de
proximo fore abſoluendum,ita dixit Bal. in l. ſed ſi is.ff.de in
ius vocan.& in l.ſi quis poſt accuſa. ff.de teſta.& in l.nullus.s̃.
de exhib.reis.& Ludo.Roma.in ſing.ſuo 492.incip. accuſatus
de crimine capitali &c. de quo etiam dixi in ſing.meo 381.
incip.licet reus &c. ad quæ vide, quæ latius ſcripſi in materia
iſta in repeti.mea rubri.ff.de fideiuſſo. in 32. col. & in practi-
ca mea cauſarum criminalium.in 201.Et ſic ex omnibus iſtis
videtur dicēdum, quòd cum ſponſa deſponſata de proximo
debeat effici vxor, ꝙ iura loquentia in vxore, debeant habe-
98 re locum in ſponſa deſponſata per verba de præſenti, † & ſic
videtur dicendum, ꝙ rapiens eius ſponſam iam deſpōſatam
non cadat in pœnam raptus,ſicut nō cadit ille,qui rapit vxo-
rem ſuam per ſupradicta. Quapropter ius canonicū ſentiens
fortè dictas rationes,diſponit contrarium, volens, ꝙ rapiens
eius ſponſam iam deſponſatam non puniatur pœna raptus,
ita vult tex.& ibi Doc.in c.pen.extra de rapto.& certè hoc vi-
detur ęquius, & magis conueniens,& cum hac opi.trāſeunt
hic Doct.de quo etiam dicetur cum glo.in verbo, ſponſam.
quæ alleg.bonos tex.pro hac parte, & ideo ex iſtis iuribus &
rationibus poteſt dici,ꝙ tex. iſte loquatur in ſponſa per ver-
ba de futuro,ſed ſecus ſit in ſponſa per verba de præſenti per
iura & rationes ſuperius adductas,& circa materiam rapien-
tis ſponſam vide no.conſilium D.Petri Philip.Cor.in cōſilio
80.incip.placet mihi. in 2. vol. Nota etiam ex iſto tex.in verſ.
maximè cum uirginitas uel caſtitas corrupta reſtitui non po
99 teſt,&c. ꝙ uirginitas corrupta reſtitui non poteſt. † Et ratio
eſt, quia facta non poſſunt fieri infecta,ut ff. de capti.l.in bel-
lo.§.factæ.etiam habet locum in Deo,ſecundum gl.hic,quæ
ad hoc allegat Beatum Auguſtinū, licèt apud Deum omnia
100 dicantur poſſibilia,ut habetur in c.ſi Paulus.32.q.2. † No.etiā
ex hoc tex.ibi,nec ab homicidij crimine,&c. ꝙ in raptu mu-
lierum etiam aliquādo interueniunt homicidia, nil mirum
ergo ſi etiam ex hac cauſa raptores puniuntur pœna ultimi
ſupplicij, & ſic ex duabus rationibus imponitur raptori pœ-
na mortis,primò propter raptum,ſecundo propter homici
dium, quod committi ſolet in raptu. ſi tamen non ſequitur
homicidium,quod committi ſolet in raptu, punitur tamen
101 raptor pœna mortis,† & ſic iſte tex.poteſt allegari ad unum
uerſic. quòd quando duæ rationes concurrunt in lege, ceſ-
ſante una,non ceſſat legis diſpoſitio. concordat.§.affinitatis.
Inſti.de nupt.& l.ſi uerò lex.ff.de hæredi.inſtitu. & no. glo. in
l.ſi uentri. in §. in bonis.ff.de priuileg. cred.& l.liberorum.§.
notatur. ff. de infa.& Bart. in l.ita ſtipulatus. ff. de uerborum
oblig.& in extrauagan.ad reprimen.in uerbo,nec ex eorum.
& uoluit Ludo. Rom. allegans prædicta iura in conſilio ſuo
179.incip.ampliſſime Doctor.in ſexta colum. & uide ad ma-
teriam ſcribentes in dicto §.affinitatis. Poſſumus etiam alle-
102 gare hunc tex.ad aliud,uidelicet † quòd licèt attendi debeat,
quod principaliter agitur, ut in l.ſi quis nec cauſam. ff.ſi cert.
peta. & in l.prima. §.unde quærit Offilius.ff.de exercito.l.pri-
ma,in princ.ff.de autho.tuto.l.nauis aduerſa.ff.ad legē Rhod.
de iactu.cū ſimil. tamen etiam quandoque attenditur quod
in conſequentiam ſequitur.ad quod etiā eſt tex.no.in l.quo-
niam multa. ſupra ad legem Iul.de ui publi. & in l.qui ſaccū.

ff.de fur. & c.qui ſaccum.50.diſtin. Sed dicas hoc habere lo-
cum, quando ſumus in delictis, & quando quis dat operam
rei illicitæ, vel quando ſumus in his, quæ ſunt de genere pro-
hibitorum: nam in iſtis attenditur etiam quod in cōſequen
tiam ſequitur, vt hic, & in dictis iuribus. de quo per Iaſ. poſt
103 alios in dicta l.ſi quis nec cauſam. † Et tene menti ſingula-
re verbum perpetua memoria dignum, quòd quando ſu-
mus in delictis, & in his, quæ ſunt de genere prohibitorum,
quòd tunc pro delicto ſequuto ſi non poteſt ſciri veritas, qui
commiſerit illud delictum, quia erant plures inſimul, quòd
tunc non obſtante incertitudine delinquentis punietur pro
illo delicto ille, qui fuit author, ſeu principalis ad coadunan-
dum alios ad tale delictum. ita dixit quidam Moder. Domi.
Bonifacius de Vitalinis de Mantua in tract. ſuo malefic. in
titu. de inſultu & percuſſione. in 7. colum. ver. ſunt tamen
qui dicunt, &c. vbi ad hoc alleg. not. tex. in dicta l. quoniam
multa. in ver. in eum, qui vim facere tentauerit, &c. De quo
ibi latius per eum. Sed tu vltra eum dicas, quòd iſtud fuit di-
ctum Bal. quem ipſe non vidit, in l.1. in 6. colum. in verſi. ſed
quæro qui dicantur principales, &c. C. de ſeruis fugi. vbi ad
hoc alleg. d.l. quoniam multa. quod etiam voluit Alexand. in
l.fin. in 6. apoſtil. ff. de ſica. & Dom. Bartho. Cœpo. in conſilio
ſuo 34. incipien. ſi vnquam, &c. in 4. char. in vlti. colu. & idem
dixit Gand. in ſuo tract. malefic. de defenſio. à reo facienda. in
3. colum. in verſic. ſed pone, quòd ego conuocatis, &c. & in
verſi. ibi ſequenti. de quo etiam dixi in ſingulari meo 40. in-
cipien. ſuperioribus annis, &c. Teneas menti, quia hoc ſæpe
contingit in facto. & pro illo dicto etiam facit optimè text.
in l. denunciamus. ſ. de his, qui ad eccleſ. confu. No. vlterius
ex iſta tex. in verſic. & qui eis auxilium tempore inuaſionis
104 præbuerint, &c. † quod agentes & auxilium ad delictū præ-
ſtantes eadem pœna puniuntur, quod etiam probatur in l.ſi
quenquam. C. de epiſcop. & cler. & in l. quiſquis. ſ. ad legem
Iul. maieſt. & in l.4. ff. ad legem Corne. de ſica. cum ſimi. & de
iſto auxilio, hic non me latè extendam, quoniam de hoc ple
niſſimè loquutus ſum in practica mea cauſarum crimina-
lium, in 19. char. cum pluribus chartis ibi ſequentibus.
105 † Non tamen volo hic omittere vnum circa ipſam mate-
riam, quæ hic multum adaptatur, videlicet, quòd ſi quis ſe re-
periat in ſocietate raptoris, dum committit raptum, non ta-
men debet puniri pœna raptus alio non conſtante, quo-
niam non poteſt quis puniri de auxilio cooperatiuo, niſi
probetur, quod ad dictum maleficium committendum prę-
ceſſerit tractatus, & principaliter ad hoc fuerit adunatus. ita
habetur in l.3. in §. homines. ff. vi bo. rapto. hoc voluit Pet. de
Ancha. in conſilio ſuo 217. incipien. nos Bartho. de Salic. &c.
& Bald. in conſi. ſuo 229. incipien. verba inquiſitionis. in vlt.
colum. in 3. volum. & Alexand. in l. ſi duo patroni. in princip.
in verſicu. in gloſ. in verbo, alteri. de quo latius dixi in dicta
practica mea, & in l. nihil intereſt. in 5. colum. ff. de ſica. & in
l.fin. in 6. & 7. colum. eodem titu. & in ſingula. meo 15. incip.
ſtatuta. & in alio ſingu. meo 400. incipien. ſæpius iudices ma-
leficiorum. & in c. ſicut dignum. in princip. in 3. char. de ho.
& pro illo dicto Pet. de Ancha. & ſequacium, facit optimè
not. verbum Bal. in l. data opera. in penul. colum. ſ. qui accuſ.
non poſ. vbi dixit, quòd ſi Titius rixabitur cum Seio, & ibi
ſuperuenit frater Seij, & interfecit Titium propter illam ri-
xam, quòd ipſe Seius non debebit puniri nec de morte Ti-
tij, nec de aliquo auxilio, nec tanquam aſſiſtens maleficio. &
ratio poteſt eſſe, quia ipſe non vocauit fratrem, nec præceſſit
tractatus inter eos ad hoc, ſed ſuperuenit ex improuiſo. &
facit etiam not. verbum Rapha. Fulgo. in l. quid ſit fugitiuus.
§.1. ff. de ædil. edi. vbi dixit, quòd ſi amicus meus venit ad me,
& dicit, rogo te vt venias mecum in vno negotio meo, ego
hoc audiens accipio enſem, & vado ſecum, ille autem occi-
dit quendam inimicum ſuum, dicit, quòd poſtquàm fecit
hoc me inſcio & improuiſo, quod ego non teneor, de quo
etiam dixi in l. nihil intereſt. in 5. colum. in fi. ff. de ſica. & facit
etiam ad propoſitum, quod dixit Bal. in l. quicunque. in pen.
colum. ver. no. 6. ſ. de ſer. fugi. vbi dixit, quod ſi commodaui
alicui equum meum, & arma, vel famulum, quia dicebat ſe
velle ire in villam, & tamen iuit ad occidendum hominem,
quod ego non teneor, quia hoc fecit me inſcio, & non præ-
cedente aliquo tractatu. quod dictum refert & ſequitur Do.
Felin. in c. ſicut dignum. in princip. 3. colum. de homic. Mo-
dò vlterius habemus notare ex iſto tex. in ver. ne igitur ſine
106 vindicta, &c. † quod delicta non debent remanere impuni-
ta. concordat l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. c. vt famæ. de
ſenten. excom. & l. ſi à reo. in §. fi. ff. de fideiuſ. & in l. Stichum.
§.1. ff. de ſolu. l. ſi longius. ff. de iudi. pro quo facit l. ſi operis.
infra de pœn. & ſcias, quòd licèt delicta non debeant rema-
107 nere impunita, † tamen vt delicta puniantur, non debent
puniri innocentes, ſed ipſa pœna debet tenere ſuos autho-
res, & non alios, vt dicit tex. in l. ſancimus. infra de pœn. & c.
quæſiuit. extra de his, quæ fiunt à maio. parte capi. & in c. Ro-
mana. in §. fi. de ſenten. excom. in 6. & in c. illud. 11. q.3. & in l.
ob maritorum. ſ. ne vx. pro mari. & dixit Card. in conſilio
ſuo 44. incipien. pro Domino Chriſtophoro, &c. quod ſi re-
periretur ſtatutum aliter dicens, eſſet iniquum & non eſſet
ſeruandum. Et dixit notanter Bald. in Rub. ſ. res inter alios
108 acta. † quòd ſi ſtatutum imponat pœnam corporalem vel
infamiam vni pro delicto alterius, quod tale ſtatutum non
valet, quia eſt contra rationem naturalem, & contra ius di-
uinum. alleg. 28. q.3. c. cum homo. iuncta glo. vbi habetur,
quod imò nec per pactum poteſt quis ſe obligare pro alio
ad pœnam corporalem. de quo dixi ego latè in repet. mea
Rub. ff. de fideiuſ. in 47. colum. & illud dictum Bal. in dicta
Rub. res inter alios acta. refert & ſequitur Alexan. in repe. l.
109 ſæpe conſtitutum. in 3. colum. in fi. ff. de re iudi. † & intan-
tum eſt verum hoc, quòd pœna non debet excedere ſuos
authores, quòd quando verè non cognoſcuntur nocentes
ab innocentibus, tunc melius eſt nocētem abſoluere, quam
innocentem condemnare, vt in l. abſentem. ff. de pœ. de quo
late dixi in ſingu. meo 217. incipien. ter vel quater. & in repe.
mea Rubr. ſuprà de proba. in 83. col. vbi videas, & ſcias etiam,
quòd nec eo prætextu, vt delicta non remaneant impunita,
pœna debet excedere ſuos authores. argu. tex. in c. ex tenore.
de foro compe. & in c. nuper. de dona. inter virum & vxo. in
quibus iuribus dicitur, quod non debemus ita fauorabiles
eſſe viduis & miſerabilibus perſonis, quòd alijs fiat iniuſti-
tia. ita dicendum puto in hoc, quod non debemus eſſe ita
fauorabiles punitioni delictorum, vt faciamus iniuſtitiam
eis, qui non deliquerunt, & ſic innocentibus. imò melius eſt
nocentem abſoluere, quàm innocentem condemnare, vt in
110 l. abſentem. ff. de pœn. vt dixi ſuprà. † No. etiam ex iſto tex.
in ver. & qui eis auxilium tempore inuaſionis, &c. quòd prę-
ſtans auxilium delinquenti poſt delictum commiſſum non
punitur pari pœna, ſicut ipſe delinquens, quia ſi eadem pœ-
na puniretur, tex. iſte non dixiſſet, tempore inuaſionis, ſed di
cendo tempore inuaſionis, à contrario ſenſu probat quòd
tempore non inuaſionis, & ſic poſt delictum conſumma-
tum non punitur eadem pœna. Et ratio poteſt eſſe, quia
tunc diceretur propriè dediſſe opem, ſeu auxilium malefi-
cio, ſecundum Bar. in l. furti. in §. ope. ff. de furt. & in l. ſi quis
in graui, in §. ſi quiſquam. ff. ad Sylla. & Barto. & Bald. in l. ra-
ptores. ſ. de epiſcop. & cler. & voluit Dom. Felin. in c. ſicut di-
111 gnum. in 2. colum. de homi. vbi ſubdit, † quòd eſt tamen ve-
rum, quòd contra aſſociantem poſt delictum oritur prȩſum
ptio conſilij vel occulti auxilij, per quam quis cogitur proba
re contrarium. ita dicit ſe intelligere, quod not. Bald. in l. non
ideo minus. in penul. colum. ſ. de accuſ. de quo latius dixi in
l.fin. in 7. colum. ff. de ſica. Et ad prædicta faciunt dicta per
Ang. in ſuo trac. malefic. in verſic. & dicto maleficio ſemper
aſtitit. in verſi. quæro, qua pœna punitur prȩſtans opem. poſt
med. in ver. quærit Barto. &c. vbi dicit, quòd dicitur quis prȩ
ſtare opem poſt maleficium commiſſum, puta aſſociando
malefactorem, vel ſibi præſtando auxilium ad euadendum,
112 † ſed tale auxilium non punitur vt maleficium, & præſtans
tale auxilium nō poteſt puniri, vt prȩſtans opem maleficio,
quoniam non præſtitit ad maleficium committendum, ſed
ad euadendum, ideo tenetur ex titu. de his, qui latro. in l.1. &
2. & alleg. etiam ad hoc Bart. in l. furtum. in §. non commit-
tit. ff. de fur. & Barto. & Ang. in dicta l.1. ſ. de his qui latro.
113 † & ſubdit ipſe Ange. vbi ſuprà, quòd licet dicta de iſto dan-
te auxilium poſt delictum ſint vera, quòd talis auxiliator nō
punitur vt præſtans opem maleficio, quod tamen hoc fal-
lit, niſi per prius eſſet datum conſilium ad maleficium com-
mittendum, vt puta dicendo, facias tale maleficium, quo-
niam te adiuuabo ad euadendum, quia tunc ex illa ſpe data
videtur datum auxilium ad maleficium committendum, &
talis tenetur eadem pœna, qua committens. quod eſt no. de
quo etiam dixi in dicta l.fin. in 9. colum. ff. de ſicar. Et circa
114 prædictam materiam quæri poſſet, pone † quòd aliquis ſe
reperit in loco maleficij commiſſi, in dubio an præſuma-
tur affuiſſe ibidem caſualiter, vel data opera & ſtudioſè? In
quo Dom. Felin. in d.c. ſicut dignum. in 3. colum. in fi. dicit
quòd in dubio præſumitur caſualiter affuiſſe, & non ſtudio-
sè & data opera. ad quod alleg. Bald. in l.1. in lectura antiqua.
ff. de ſer. corru. & in c.1. de benefi. fra. & Pet. de Anch. in con-
ſilio 217. incipien. nos Bartho. de Sali. &c. de quo etiam dixi
in d.l.fi. in 6. colum. ff. de ſicar. & hoc etiam multum not. pro
amico adiuuando, qui ſe reperit in aliquo loco commiſſi de-
licti, vt ſæpe contingit: nam iſti miniſtrales, vel alij, ad quos
ſpectat officium denunciandi maleficia, denunciant omnes

repertos in loco maleficij,non diſtinguendo, an data opera,
an caſualiter ſe repererint in tali loco commiſſi delicti. Vl-
terius eſt notandum etiam ex iſto tex.in ver.in ipſa rapina &
115 adhuc flagrante crimine comprehenſi, &c. † quòd multa li-
cent offenſo facere contra offendentes repertos in flagranti
crimine,quæ aliàs non licerent. pro quo facit in ratione ſui
tex,in l.ſi adulterium cũ inceſtu.in §.Imperatores.ff.de adult,
vbi dicitur,quòd difficile eſt iuſtum dolorem temperare,qđ
accidit illis,qui reperiunt eos offendentes in flagranti crimi
116 ne,& offenſam eis illatam oculis proprijs cernunt. † Et de
iſto reperto in flagranti crimine ſcias, quòd ſi pater vel mari
tus reperiat clericum in flagranti crimine cum filia vel vxo-
re,an poſſint eum occidere ſine incurſu excommunicatio-
nis,de qua in c.ſi quis ſuadente.17.q.4.in quo dicas quòd ſic.
ita dixit Bal.Ang.& Raph.in l.quid ergo.in §,ſi hæres,ff.de le-
ga.1,quos refert & ſequitur Ang.Aret.in trac.maleſi,in verſi.
che hai adulterata la mia donna, in 9,char.in verſ.qđ ſi pater,&c,
& ibi Do.Augu.de Ari. in addi. dicit de hoc eſſe caſum cum
glo. in c. ſi verò. de ſenten. excom. in 6. de quo ibi latius per
eum. Et dicit Innoc.in c.vt famæ.de ſent.excom,& Do,Flo.
in l.4.ff.ad legem Aquil.quod iudex laicus, vel alius laicus ſi-
ne incurſu excommunicationis poteſt capere clericum re-
pertum in flagranti crimine & ducere eum ad iudicem ec-
cleſiaſticum.quod dictum refert & ſequitur Ange. de Aret.
in trac.ſuo malefic.in ver fama publica.in 10.char. in verſic.9.
117 no, &c, & ibi in addi. † Item ſcias,ꝙ licèt defenſio tolli nõ
poſſit maximè in cauſis criminalibus,vt habetur in cle.paſto
ralis.de re iud, & dixi latè in ſing,meo 388.incipien.defenſio,
hoc tamen fallit in reo reperto in flagranti crimine,quia ta-
li reo poteſt tolli defenſio,ita not.dixit Dom.Paris de Put,in
ſuo trac ſindic.in 30.char.in vlt. colum. ad quod alleg. Bal.in
l.1.ſ̃,qui accuſa.non poſ, & in l.ſi quis non dicam rapere,ſ̃,de
118 epiſc.& cleri.† & ſubdit etiam Do.Paris vbi ſupra paulopoſt,
quod publicus latro,vel repertus in flagrãti crimine poſſunt
renunciare defenſionibus ſuis. ad quod alleg.Bal.in l.prouin
ciarum, ſ̃ de fer. & in l. vt vim, ff, de iuſti. & iu.de quo latius
per eum vbi ſuprà. licèt ſecus ſit in alijs delinquentibus, per
glo.not.in l.pactum inter hæredem,ff.de pac. de qua latè lo-
quutus ſum in l.vnius facinoris, in §.cogniturum,in 12.colu.
ff.de quæſtio,& in l.1.in §,fi,in 19.colum.verſi,ſi autem loqui
119 mur,&c. & ibi in 20, colum. eod. tit. † Et ſcias etiam vltra
prædicta,quod repertus in flagranti crimine,ſi eſt cõdemna-
tus,non poteſt appellare. ita dixit Bald. in l,1.ſ̃. ex deli. defun.
in 4.colum, Item poteſt incipi ab executione contra illum,
qui repertus eſt in flagranti crimine,ſecundùm Pau.de Caſt.
in l.nullum, ſ̃, ex qui.cau.infa.irro. & vide Do. Alex.in conſi.
120 ſuo 275.incip.viſo themate,&c, in 1.colum.vbi dicit,† quòd
repertus in flagranti crimine poteſt ſine proceſſu condem-
nari,per iura ibi per eum alleg.& idem dixit Nellus in tract.
banni.in tertia parte ſecundi temporis. in q.56, & vide quæ
dixi in l.vnius facinoris.in §,cogniturum.in pen. colum.ff.de
quæſtio, No.vlterius ex iſto tex. in verſic.noſtri orbis regio-
121 nes,&c, † quòd Imperator eſt mundi dominus.concor,tex,
in l.deprecatio.ff.ad leg.Rho.de iactu,& facit l. bene à Zeno-
ne,ſ̃,de quadri.præſcrip,quod intellige vniuerſaliter,non au-
tem particulariter,ſecũdum Bar.in trac, ad reprimen. in ver.
totius orbis.vbi ſubdit ex hoc, ꝙ Imperator poteſt mũdum
ab alio occupatum vindicare. & ex hac ratione quod Impe-
rator eſt dominus mundi, dixit Bal,in l.fi.in princ.ſ̃.de eunu,
quòd Imperator poteſt punire ſubditum de delicto vbique
commiſſo. Et dicit Bar.in l.ſi duas,in §. grammatici, ff. de ex-
cu.tuto,quod Imperator eſt dominus omnium prouincia-
rum,Item dixit Bal,in authen,habita. C.ne fil pro pa,in 4.col,
ꝙ Imperator dicitur poſſidere omnem terram, quæ orien-
tem videt & occidentem,alleg.§, quia igitur. in Authen. de
inſtru.cau,& fi.& in §.1.in Authen.vt omnes obe,iudi, Item
ipſe Imperator eſt ſupremus omnium Principum.tex. eſt &
ibi Bal,in l.pe,ſ̃,de bo.quę libe. Item Imperator in tempora-
libus præeſt omnibus clericis & laicis in terris imperij,ſecun-
dum Innoc,in c,nouerit,de ſenten.excom.quem refert & ſe
quitur Bal.in Marga.ſua,in verſic.Imperator.in 3. ver. Item
Imperator dicitur vicarius Dei in temporalibus.ita dixit Bal.
in l.1.ſ̃.de iure aureorum annulorum, & in dicta authen.ha-
bita.in 4.colum.verſi.6.no,ſ̃.ne fil.pro pa. ad quod alleg. epi-
ſtolam,inter claras.ſ̃.de ſum.Tri.& l,quas gratias.§.1. de offic,
præfec.præto. Et dixit glo. in c. in apibus. 7 q.1,quod Impe-
rator coronat omnes Reges. Item Imperator poteſt tolle-
re ius ciuile,ſecundum Innoc.in c.quæ in eccleſiarũ.de con-
ſti.quem refert & ſequitur Pau.de Caſt.in conſi.ſuo 227. in-
cip.ſuper primo,&c.in 8.col. Alia etiam de Imperatore po-
nuntur per Doc.in c.per venerabilem.qui fil.ſint legit.& per
Card.in cle.1.de iureiur. & per Doc. in c.venerabilẽ. de elec.
& in c.nouit.de iu. Modò no.etiam ex iſto tex,in ver. aut fu-
122 ga euadere potuerit, &c. † ꝙ committens enorme crimen,
non eſt ſecurus in aliquo loco, ſed poteſt vbique capi & pu-
niri.ita probat iſte tex.ad idem eſt tex.in c,1.de homi, in 6.in
ver.à toto Chriſtiano populo perpetuò diffidatus, &c. & in
c.inter alia.de immu,eccleſ.& in l.felicis.in §. pe. de pen.in 6.
& facit tex.in l.3,in §,transfugas.in ver.vbicunq;.ff. de ſica. ad
quod faciunt,quæ habentur in c.ita quorundam. de Iudæis,
& in c,1, de ſchiſma. in 6. & hoc euenit ex enormitate crimi-
nis, vt dixi,quę enormitas criminis vltra hoc quòd delinquẽs
123 poſſit vbique capi & puniri,operatur etiam alia,† Nam com
mittens graue delictũ poteſt renunciare defenſionibus ſuis,
ſecundũ D,Fel.in c,cum veniſſent.in 3,col,de teſti,vbi ad hoc
alleg. Lud.Rom.in rubri,ff,de arbi.in 19.colum, & Bald.in l,
prouinciarum.ſ̃,de fer, Et facit, quod voluit Ang. de Are.in
trac.maleſi,in verſi.& veſtem cœleſtem abſtulit. in ver. & be
124 ne not,&c, vbi dixit,† quòd pro furibus inſignibus iudex nõ
debet pati aliquem aduocare, per l. omnes, ſ̃,de defen.ciui.
vbi bonus tex.ad hoc,quod etiam voluit Ludo.Roma.in l,ſi
verò,in §,de viro,in 46.fallen.ff.ſolu.matri, & Barb.in c,quæ-
ritur,in 10.colum.de offic. deleg. Et dixit Dom.Par.de Put.
in tract,ſuo ſind.in 31.char.in 1,colum,ver, & ideo dico, &c,
125 † quod aſſaſſinus poteſt renunciare ſuis defenſionibus & di
lationibus ſuis,quia eſt hoſtis publicus, & diffidatus à lege,&
quod à quocunque offendi poteſt, per c.1.de homi.in 6. &
contra ipſum de facto proceditur, ſecundum Bart.in l.non
ſolum.in §.mandato.ff.de iniur. licèt aliàs in alijs criminibus
regulariter reus non poſſit renuntiare ſuis defenſionibus,ſe
cundum glo.in l.pactum inter hæredem.ff.de pac.de quo la
tè dixi in l.1,§.fin,circa fi.& in l.vnius facinoris.§.cogniturum,
in 12,& 13,colu.ff,de quæſtio. Et faciunt dicta per eundem
Par.de Pu,in eo.ſuo trac,in 51.char.in 2.colum. ci[illegible] fin. vbi
dixit,quòd iudex contra aſſaſſinum poteſt procedere ex ſuo
126 mero officio. ad quod alleg. plura. & dicit poſtea,† quòd
propter enormitatem criminis poteſt procedi cõtra reum
iuris ordine non ſeruato.alleg.Barto,in dicta l.non ſolum.in
d.§.ſi mandato,ff.de iniu. & dicit, quòd plus dicunt Canoni-
127 ſtæ in d.c.pro humani. de homi, in 6. † quòd in crimine aſ-
ſaſſinatus propter eius immanitatem non requiritur plena
probatio, ſed ſufficit conſtare per probabilia argumenta.al-
leg.plura,de quibus ibi per eum,& alleg.etiam Ioan.Cald.in
128 conſi.4 in titu.de dila, † Item dicit, quod ſi aſſaſſinus ſit cleri
cus poterit puniri per iudicẽ ſæcularem, ſecundum Lapum
in dicto c.pro humani. quia ipſo iure videntur degradati, &
videtur data vnicuique poteſtas eos capiendi,per c.1.de ſchiſ-
ma.in 6. & à iure videntur ſpoliati omni priuilegio clerica-
129 li,vt ibi per Docto. † Et adduci poteſt Bal, in c.cum quidã.
in fi.de iureiur.vbi dixit,quòd licèt magnates de conſue.non
ſuſpendantur furca : tamen hoc fallit, niſi committant pro-
ditionem, & ſic enorme crimen, quia tunc tales debent ſu-
ſpendi in altioribus furcis. qđ dicit ſeruari in regno Francię.
Et faciunt,quæ voluit Ludo. Roma. in l.ſi quis in graui. in §,
130 hi quoq;.ff.ad Silla.vbi dicit,† ꝙ ſi per ſtatutum conceditur
abolitio delinquentibus,non comprehenduntur delinquen-
tes in crimine leſæ maieſt. & ſic in graui crimine. & dicit ꝙ
131 hoc voluit Ang.in ſua diſpu.incip. exorta guerra. † Pro qui-
bus faciunt optimè,quę voluit Bar.in l.Lucius.in fi.ff.ad Tur
pi.vbi dixit,quòd in generali ſermone remiſſionis delictorũ
nunquam compræhendetur crimen falſi, tanquam graue.
quod etiam voluit Pet. de Anch. in repe. c.1.in 39. char.ver,
vnde ſi ſtatuto,&c. de conſti. & Ang.de Are.in trac.malefic.
in verbo, falſario. in verſi, & tene menti tu iudex inquirens.
& Pau.de Caſt,in cõſi.ſuo 102.incip.videtur dicendum,poſt
princ.de quo latius dixi in l.vnius facinoris,in §.cogniturum
in 13.colum. de quæſtio. pro quibus facit illud, videlicet ꝙ
propter enormitatem delicti licitum eſt iura tranſgredi. de
132 quo latiſſimè dixi in d.§,cogniturum,in 14.& 15.colu. † Di-
ctam tamen concluſionem, ꝙ raptores virginum poſſunt
vbique appræhendi & puniri,limita & reſtringe hoc, vt non
habeat locum in raptore exiſtente in eccleſia: nam tunc ca-
pi non poterit & extrahi de ipſa eccleſia, ſecundum ius Co-
dicis,vt patet ex l.preſenti,in verſi,nullos penitus, cuiuſcunq;
conditionis ſint,de ſacroſan.eccl.ortodoxæ fidei expelli, &c.
ſed ſecundum ius canonicum & ius nouiſſimum Authenti-
corum, ſecus eſt, quia tales raptores confugientes ad eccle-
ſiam poterunt de eccleſia extrahi,vt in c,inter alia.& ibi glo,
de immu.eccle.& in Authen,de manda.Princip. in §. neque
homicidis,&c.& glo.in l.2,ſ̃,de his,qui ad eccl.confu.& habe
tur in c.ſicut antiquitus.17.q.4. In criminibus autẽ nõ enor-
mibus quilibet confugiens ad eccleſiam tutus eſt, & nõ põt
extrahi de eccleſia,vt habetur in dictis iuribus, & in toto tit.
ſ̃.de his,qui ad eccle.confu.& in d. tit.extra de immu.eccle.

133 † Sed quæri poteſt de notabili & quotidiano dubio, videli-
cet,an & quando confugiens ad eccleſiam ſit ibi ſecurus? &
ſi extrahatur de eccleſia,an dicatur bene captus,vel debeat re
laxari tanquam malè captus? Iſtam quæſtionem millies vi-
di in facto, & aliàs eam tetigi in c. 1. extra de homi. in quo
ſic dicendum puto, videlicet quòd aut ſumus in ciuilibus,
aut in criminalibus:ſi ſumus in ciuilibus,tunc nemini dubiũ,
quòd captus in eccleſia pro ciuili debito, eſt malè captus, &
debet relaxari, vt in toto titu s̃. de his qui ad eccle. confu. ad
quod in argu.facit.l.plerique.ff.de in ius vocan. & hoc ſerua
tur etiam de conſue. Aut loquimur de reo alicuius criminis,
& in hoc eſt diſtinguendum hoc modo; videlicet, aut talis
deliquit in eccleſia,aut extra eccleſiam:ſi deliquit in eccleſia,
tunc non iuuatur beneficio,ſeu priuilegio eccleſiæ. text. eſt
in c.fin.de immu.eccle.& in c.frater. & in c.ad epiſcopos.17.
q.4. Pro quo facit regula illa,videlicet,quòd fruſtra auxilium
legis inuocat, qui committit in legem. de qua in dictis iuri-
bus, & in l. auxilium. ff. de mino. & in c.quia, extra de vſur.
cum ſimil.& facit not.tex.in Authen. vt liceat matri & auiæ.
& in §.quia verò.lo vlt.quem refert glo. in dicto c.fin.de im-
mu.eccle.vbi dicit tex.quomodo illis, qui in eccleſijs ſcelus
ſtuduerunt perpetrare,permittimus aliquod auxilium,&c.
Aut talis reus deliquit extra eccleſiam & poſtea aufugit ad
eccleſiam: & tunc ſimiliter eſt diſtinguendum hoc modo,
videlicet, aut talis reus erat in eccleſia, quando officiales vel
alij iuerunt ad eum capiendum, & tunc tanquam malè ca-
ptus debet relaxari, & in tali caſu habet locum c. inter alia.
de immu.eccleſiarum.& titu.s̃.de his,qui ad eccl.confu. Aut
talis reus fuit repertus poſt delictum extra eccleſiam,& inſe-
quutus à familia vel ab alijs volentibus eum capere aufugit
in eccleſiam,& tunc non gaudebit priuilegio eccleſiæ, ſeu
eius immunitate,ſed poterit extrahi de eccleſia & puniri, ſe-
cundum formam iuris & ſtatutorum,ita no.dixit Cyn.in au-
then.ſi quis ei.s̃.de adult. vbi dixit, quòd licèt de eccleſia quis
extrahi non debeat,tamen ſi deliquit extra eccleſiam,& po-
ſtea aufugit in eccleſiam, adeo quòd officialis eum inſequẽs
capere non potuit, poterit eum tunc extrahere de eccleſia,
& hoc per tex.in Authen.de manda.prin.in §.ſed neq;.quam
doctrinam Cy.refert & approbat Dom. Alexan.in conſi.ſuo
24.incipien.animaduerſis, in 10.colum. in 2. volum. & hanc
partem expreſsè firmat Do.Io. Pet. Ferrarius in practica ſua
Papienſi, in ver. hæc eſt quædam inquiſitio. in 7.colu.in ver.
ex his poteſt,&c de quo etiam latè per Do. Nellum in tract.
ſuo banni.in 2.parte ſecundi temporis.q.29.incip.ſtatuto ca-
uetur,&c. & in q.ibi ſequenti. & vide etiam Do.Maria.Soci.
in rub.extra de dilatio.in 23.char.in vlt.colum.in verſi.5.pro-
cedit,&c. cum duabus columnis ibi ſequẽ.& in ea.rub.in 26.
char.in 1.& 2.colum.Et pro illa doctrina Cy.& ſequacium fa
134 cit regula illa, † videlicet,quòd in delictis attenditur initium
& non finis.l.qui cum maior.in princ.verſic. ſed minor.ff.de
bo.lib.l.quod ait lex.in §.ꝙ ait.ff.de adulte.& ibi Bart.& volũt
Docto.in l.Gracchus.s̃.de adult. & Bal.in l.ſi quis non dicam
rapere.s̃.de epiſ & cler.in 3.colum.& Io.de Ana.in conſ.ſuo
11.incip.omiſſa diſcuſſione. in 2.col.& in conſi.229.incipien.
viſo themate,in vlt.colum. Et facit etiam,quod dixit Bald.in
l. cunctos populos. in repet. poſt medium.s̃. de ſumma Tri.
135 vbi dixit, † ꝙ licèt pro debito ciuili quis non poſſit capi in
domo,ſi tamen repertus fuerit per officialem extra domũ,
& aufugerit in domum, quòd tũc poterit extrahi de domo.
& facit etiam, quod voluit Bal. in l.quod ait lex.in §.fin.ff.de
adul.vbi dixit,ꝙ ſi quis ex forma ſtatuti poteſt offendere in-
gredientem poſſeſſionem ſuam, & aliquis eam fuit ingreſ-
ſus,& poſtea aufugit,& dominus eum inſequitur, ꝙ poterit
eum offendere extra poſſeſſionem,& facit etiam not.verbũ
Sali.in l.Gracchus,in pen.colum.s̃.de adult. vbi dixit, ꝙ ſtan-
te ſtatuto, prout eſt hic Bononiæ, ꝙ cautum ſit, quòd vni-
cuique liceat animalia,quæ repererit in fundo ſuo, propria
authoritate occidere in illo, ꝙ ſi quis repererit aliquod ani-
mal in fundo ſuo,& dum vellet illud in fundo ſuo occidere,
animal illud aufugit extra fundum, ꝙ poterit tunc illud ex-
tra fundum impunè occidere. quod dictum retuli in ſingu-
lari meo 225.incipiente,in delictis,&c. Et facit optimè not.
verbum Ange.in repet. l.nemo carcerem.inf.de exacto.trib.
lib.11.in penult.colum. verſi.item iuxta prædicta quæro,&c.
vbi dixit, ꝙ fuit ſemel quæſtio de facto Senis, quia quidam
Peruſinus nomine Andreas,cum mutuaſſet certam quanti-
tatem pecuniæ cuidam,qui diligens & fidelis homo reputa-
batur, talis debitor aufugit, & ipſum ſic fugientem dictus
Andreas inſequutus eſt, & cum eum inueniſſet in ciuitate
Senarum,authoritate propria eum cepit tanquam fugitiuũ,
& tunc cum ibi clamor inſurgeret, cucurrit familia Poteſta-
tis,& cepit vtrunq;,& finaliter dictus Andreas fuit inquiſitus
& condemnatus de detentione liberi hominis. ſed dicit An
gel.quòd malè fuit iudicatum, quia etiam ibi capi potuit, ſi
deerat copia iudicis,per glo.in l.1. s̃. vbi quis decur. vel coar-
ta.quod dicit Ang. eſſe notandum. Et quia ſuperius dixi, ꝙ
in criminibus non enormibus quilibet confugiens ad eccle
136 ſiam eſt ſecurus, & non poteſt ibi capi. † Dubitari poteſt,
quid ſit in Iudæo confugiente ad eccleſiam poſt delictum
commiſſum,an gaudeat immunitate eccleſię? In quo Old.
in conſi.ſuo 54.incip.an fugiens,&c. in fi. dicit ꝙ non. ad qđ
alleg.tex.& ibi Docto. in l.1.s̃.de his, qui ad eccle.confug.vbi
Sali.dicit, ꝙ eccleſia non eſt tutela eorum, qui non ſunt ſub
lege ſua.& alleg.etiam ipſe Old.ea, quæ habentur in §.neque
homicidis.in Authen.de mand.Princ. & not.in d.c.inter alia.
& alleg. etiam Archid. in c.diffiniuit.17. q.4. ſed contrariam
partem,videlicet ꝙ Iudęus confugiens ad eccleſiam gaudeat
immunitate eccleſiæ,tenet Guil. de monte Lau. Card.& Io.
de Imo.in cle.1.de pen. & remiſ.& Io.de Fantu.in d.c.diffini-
uit.& glo.Do.Ant.& Abb.in d.c.inter alia. in verſi.extrahen-
dus. item hanc partem tenet etiam Do. Feli. referens prædi-
ctos Doct.in c.in Dei.il 1.extra de Iudæis.vbi dicit,quòd ratio
poteſt eſſe, quia etiam peſſimis viris concedit eccleſia hoc
beneficium,vt cognoſcãt ingratitudinem ſuam. circa quod
vide etiam Do.Maria.Soci.in rub.extra de dila. in ſua repe.in
27.char.in 2.colum.poſt medium. teneo tamen indubitan-
ter,quòd diſtinctio, quam ſupra fecit de Chriſtiano fugien-
te ad eccleſiam,debeat fieri in Iudæo, ne ſit melioris condi-
tionis Iudæus,quàm Chriſtianus, quia hoc eſſet abſurdum.
Et circa hanc materiam de confugiente ad eccleſiam, quæri
137 poteſt de eo, † qui ducitur captus per eccleſiam, an gau-
deat immunitate eccleſiæ? In quo dicas quòd non, ſed ꝙ
extrahetur de ipſa eccleſia ita dixit Old.in dicto conſilio ſuo
54.incipien.an fugiens,&c. & dicit,quòd hoc voluit Hoſt. in
c.antiquitus. 7.q.4. Tu dicas,quòd ratio poteſt eſſe illa,quam
ſupra dixi,videlicet quia principium fuit licitum,licèt poſtea
peruenerit ad eccleſiam, licitè tamen poterit extrahi de ipſa
eccleſia per iura ſuperius allega. Sed in hac materia cadit
pulchra dubitatio,quid iuris ſit de eccleſia interdicta,an con
fugiens ad eccleſiam interdictam gaudeat immunitate ec-
cleſiæ? In quo dico, quòd hanc quæſtionem ponit Hoſtien.
in ſumma,in titu.de immu. eccleſiæ.in §.inquantum.in 2.co
lum.in verſicu. ſed nunquid hoc priuilegium, &c. vbi dicit
primò videri dicendum,quòd nõ gaudeat immunitate, ſeu
priuilegio eccleſiæ,ex quo ibi non celebrantur diuina. Nam
& clericus quandiu interdictus eſt vel ſuſpenſus, vel excom-
municatus beneficium non percipit, vt in c.paſtoralis.de ap-
pel.in fi.de ætate & qualitate. c.cum bonæ. & de elect.c.cum
in cunctis.§.clerici.& de cleri.excom.mini. c.poſtulaſtis.nec
tunc etiam habet exceptionem officij, vt 32.diſtin. cap. nul-
lus.& c.præter hoc.& extra de cohabi.cleri.& mulie. c.veſtra,
138 & c.fi.& s̃.de ſimo.c.tanta. & in c.ſicut vir.7.q.1. † Et facit,
nam valet argu. de perſona ad locum. c.ſicut non alij.de cõ-
ſecra.diſtin.1.ſed ſi clericus interdictus vel ſuſpenſus non per
cipit commodum de beneficijs eccleſiæ, ergo nec eccleſia
interdicta debet gaudere immunitate ſolita. Et facit etiam,
139 nam ſi ſit legatum † aliquid pro alimentis pauperibus in cer
to hoſpitali,vel pro officio in certa eccleſia,deſtructo hoſpi-
tali,vel eccleſia,non debebitur legatum,ſecundum Gemi.in
c.licèt canon.in princip.4.colum.de elec.in 6. quem refert &
ſequitur Dom.Feli.in c.cum dilecta.in vlti.colu. de reſcrip.
140 † Et facit etiam, nam ciuitas deſtructa non retinet priuile-
gia,quæ ante habebat, ſecundum Alexan. in conſi.43.incip.
de celeberrima,&c. in 1.vol. vbi multa iura ad hoc alleg. ſed
poſtea Hoſtien.in dicto §.inquantum. dicit contrarium hac
ratione, videlicet quia depoſitus characterem retinet. &
qui in ipſum manus violentas iniecerit, eſt excommunica-
tus,vt in d.c.dictum.81.diſtin.ſed dicas tu, quòd contrarium
dicit ibi glo.& gloſ.in c.accedens.50.diſtin. allegat poſteà ip-
ſe Hoſtien.meliorem rationem, videlicet quòd reuerentia,
quæ debetur eccleſiæ debetur Deo, non eccleſiæ, qui Deus
non deliquit ipſe,nec eccleſia ſua, ideo ſi ſine culpa ſua in-
terdicitur eccleſia, non eſt propter hoc violata, nec ei debet
fieri duplex iniuria;ſufficit enim iniuria,quam de interdicto
ſuſtinet. Item ſubdit etiam Hoſtien. quòd degradatus reti-
net priuilegium,niſi reddatur incorrigibilis, vt in c.cum nõ
ab homine.de iudi.ita reſidet Hoſtien.in ſumma,in dicto ti-
tu.de immu. eccle.in §.inquantum.in 2.colu.in ver. ſed nun-
quid hoc priuilegium. pro qua concluſione faciunt optimè
dicta per me in ſingulari meo 107.incipien.priuilegium,&c.
Et de iſtis omnibus in materia confugientis ad eccleſiam la-
tius dixi in c.1.extra de homi. Sed vltra præmiſſa quæri po-
teſt hic de nota.& quotidiana quæſtione,videlicet,dicitur in
tex. noſtro quòd raptores fugientes poſſunt vbique capi &

141 puniri. † ſed quęro, ſi capiantur ab aliquo iudice extra terri-
torium, vbi commiſerunt delictum, an debeant remitti ad
judicem loci, vbi deliquerunt, vel non? iſta quæſtio fuit de fa
cto Bononiæ ſuperioribus diebus: nam quidam de Nurſia,
qui in ipſa ciuitate Nurſiæ deliquerunt, fuerunt hic capti, &
Poteſtas Nurſiæ petebat ipſos reos ad eum remitti, & ſic ad
locum vbi deliquerunt, circa quod plura fuerunt dicta & al-
leg. circa quod videtur dicendum, quòd talis reus debeat re-
mitti ad locum delicti, & hoc per tex. in §. ſi quis. ver. com-
prehenſorum. in Authen. vt nulli iudi. vbi tex. imponit neceſ-
ſitatem iudici, qui cepit reum, vt eum remittat ad iudicem
loci delicti cōmiſſi, vt puniatur vbi deliquit, ad quod etiam
facit tex. in c. 1. extra, de rap. vbi tex. videtur imponere iudici,
quòd eum non retineat, ſed remittat. & ad idem facit tex. in
c. ſi illic. 23. q. 4. vbi tex. dicit, ibi vindicetur iniuria, vbi plecti-
bilis eſt orta præſumptio. & facit etiam tex. in cap. ſi pecca-
uerit. 2. q. 1. vbi tex. dicit: vbi contingit malum, ibi moriatur.
Item pro hac parte facit, nam cōgruit bono iudici expurga-
re prouinciam malis hominibus, vt in l. congruit. ff. de offic.
præſid. quare cum propter delictum territorium ſuum &
reſpublica offendatur, ergo ad ipſum eſt fienda remiſſio, vt
cæteri ad ipſum reum punitum intuentes abſtineant ſe à de-
lictis, dicit tex. in Authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. in §. ſi
quis autem. vbi tex. pro hac parte in ver. ipſe vbi iniuſtitiam
fecerit, illic quoque pœnas ſubeat, &c. & idem dicit tex. in l.
capitalium. in §. famoſos. ff. de pœn. Item pro hac parte eſt
tex. in Authen. vt omnes obe. iudi. in §. hæc conſiderantes. in
ver. vt vnuſquiſque in hac prouincia deliquit, illic & iuri ſub-
iaceat. & ad idem eſt tex. in l. ſi cui. §. idem Imperator. & in
142 l. fin. de accuſa. & voluit glo. in cap. fina. de fo. compe. † Sed
contra prædicta, ſcilicet quòd non debeat fieri remiſſio ad
locum delicti, facit tex. in c. fi. de foro competen. vbi tex. ſim-
pliciter vult, quòd iudex domicilij poſſit punire reum de de-
143 lictis vbique commiſſis. Item pro hac parte facit, † nam ra-
tione domicilij poteſt quis conueniri ex contractu vbicun-
que celebrato, vt in cap. fin. extra de foro compe. & in l. fin. §.
vbi in rem actio. & in l. fin. §. de præſcrip. lon. temp. & in c. di-
lecti. extra de foro competen. ergo eodem modo ratione
delicti. item ſi eſſet fienda remiſſio, fruſtra iura loquentia de
domicilio eſſent facta. & hanc opin. tenet gloſ. in l. 1. & 2. §.
vbi de cri. agi oportet. Sed quid dicendum? Ioan. Cald. hanc
quæſtionem latè examinauit in repe. c. 1. de rapto. & Petr. de
Ancha. in repet. c. poſtulaſti. de foro competen. & Abb. in c.
fin. extra de foro competen. & in conſilio ſuo 24. incipien.
Rodulphus ciuis Corneti, &c. in 1. volum. tu dicas, quòd aut
iudex delicti non petit hanc remiſſionem, & tunc illa nō eſt
neceſſariò fienda, & ideo tunc iudex domicilij, qui vult co-
gnoſcere, vel iudex loci vbi reperitur reus, poſſunt licitè co-
gnoſcere, & punire, vt habetur in dicta l. 1. §. vbi de crimi. agi
oportet, ſecundum vnum intellectum, quem ſequitur ibi
Barto. aut à iudice delicti petitur fieri remiſſio, & hoc caſu
in leuioribus delictis aut agitur ciuiliter, & non tenetur re-
mittere, ſecundum Ioan. Cald. in dicta ſua repetitio. d. c. 1. de
rapto. quoniam remiſſio ad locum delicti fit, vt ibi puniatur
& eius pœna tranſeat alijs in exemplum, quæ ratio ceſſat, vbi
agitur ciuiliter. ſi verò agitur criminaliter, & delictum ſit
atrox, glo. in clemen. 1. de re iudi. primò concludit, quòd re-
miſſio ſit fienda ex neceſſitate, non ex vrbanitate, vt voluit
Cyn. & communiter Docto. in dicta authen. qua in prouin-
cia. & Barto. in l. ſi cui. ff. de accu poſtea dicit illa glo. quòd li-
cèt iudex requiſitus noluerit remittere, non tamen poterit
puniri à iudice requirente, quia par in parem non habet im-
perium, ſed debebit requirens agere coram ſuperiore con-
tra requiſitum. Item dicit Ioan. Cald. in dicto c. 1. de rapt. ꝙ
aut delinquens eſt captus in loco domicilij, & hoc caſu iu-
dex, qui habet reum, ſolum tenetur ex vrbanitate illum re-
mittere ad locum delicti, ſed non remittens non debet puni
ri, nec conueniri. & dicit Io. Cal. in d. c. 1. de rap. quòd quando
eſſemus in caſu, in quo eſſet fienda remiſſio, & cognoſcere-
tur, quòd remiſſio peteretur, vt in loco remiſſionis reus nō
deberet puniri, quòd tunc deberet fieri remiſſio, quia deli-
cta remanerent impunita, quod eſſe non debet, iuribus vul-
garibus, quod eſt ſummè notandum, cum occurrat quan-
doque. Item Ioan. Cald. facit etiam alias diſtinctiones circa
hanc quæſtionem, quas omnes ſi adducere vellem, ſtarem
fortè per tres lectiones, ideo videas eum in d. cap. 1. extra de
rap. & ibi Ioan. de Ana. latè loquentem circa hoc, & de hac
materia, an & quando debeat fieri remiſſio rei capti & car-
cerati pro delicto, vltra prædictos vide Alexand. in l. à diuo
Pio, in §. ſententiam. ff. de re iudi. per totum. Ange. in l. hæres
abſens. §. 1. in 2. colum. ff. de iudi. Gand. in tract. malefic. in tit.
de citatio. in vlt. colum. circa princ. & Do. Maria. Soci. in c.
poſtulaſti. in 10. colum. de foro comp. & Do. Rochum Cur
in c. fi. in 15. colum. de conſue. & ibi in 124. colum. & Ludo.
Bolo. in conſi. 57. in 2. col. & Corſe. in no. ſuis, in verſi. remiſ-
ſio. & Iaco. de Belui. in ſua practica iudiciaria cauſarum crimi
nalium, ſub rub. de fuga reorum, in 12. colu. Et quid in con-
tractibus, an fiat remiſſio, vide Alexand. in l. 1. in 1. col. ff. ſi quis
in ius voc. non ierit. & Corſe. in no. ſuis, in ver. contuma-
cia. il 2. & teneas menti, quòd hodie de conſue. totius Italiæ
in criminalibus non fit remiſſio rei criminis capti in vno lo-
co, ad locum commiſſi delicti, ita dixit Bar. & Alex. in l. ſepul
chri violati in 2. colum. ff. de ſepul. vio. & Bal. in l. 1. in 6. col. §.
de hære. inſti. & voluit Abb. in conſi. ſuo 24. incipien. Rodul-
phus ciuis Corneti, &c. in 2. & 3. colum. in 1. volum. & Ang.
de Are. in trac. malefic. in ver. iudex cōmiſit, quod Caius, &c.
in vlt. verſi. incip. quæro, an ex citatione, &c. & vide Bald. in l.
1. in 1. colum. §. vbi de crimi. agi opor. in verſic. ſed nunquid
hodie, &c. & Bald. in l. ſenatus. poſt medium. §. qui accuſa. nō
144 poſſ. † Scias etiam, quòd licèt de iure, vel de conſuetudine
non eſſet fienda remiſſio in aliquo caſu, tamen ſi ſunt duæ
ciuitates confœderatæ adinuicem, & vnus committat de-
lictum in vna ipſarum, & poſtea aufugiat ad aliam, poterit
ibi capi & puniri. l. non dubito, in fi. ff. de capti. vnde caueant
malefactores, ne ad terras confœderatas confugiant. ita dixit
Domi. Cata. in tract. ſuo ſindica. in verſicu. 211. incipien. ad-
de, quòd ſi ſint, &c. & voluit Bald. in repertorio ſuo, in ver-
bo, delinquens. in 2. colum. in verſi. delinquens in aliqua ter-
ra, &c. & Card. Alexan. in c. 1. §. conuenticulas. in vlt. colum.
de pace iura. fir. vbi ſingulariter loquitur de materia confœ-
derationis. & idem voluit Iaſ. in l. vbi pactum. in 6. colu. verſ.
limita, niſi offenderet, & c. ſupra de tranſac. & Bal. in additio.
Spec. in tit. de compe. iudi. adi. in verſi. an ratione delicti, &c.
in fi. licèt contrarium videatur tenere Bal. in l. executorem. in
5. col. in verſi. ſed quæro, quid de ciuitatibus. §. de excep. rei
iudi. & Soci. in conſi. 86. incipiente, viſo capitulo, in 2. colum.
145 in 4. volum. Attamen pro prima opin. facit. † Nam banni-
tus de vna ciuitate, intelligitur etiam bannitus de alia ciuita-
te illi confœderata, ſecundum Nellum in tract. banni. in 2.
parte ſecundi temporis. q. 36. incipien. duę ciuitates, &c. & vo
luit Bal. in l. etiam, ante fin. §. de iu. do. & Alexan. in l. ſi conue-
146 nerit. in §. ſi nuda. ff. de pigno. actio. † Pro quo facit, quia
bannitus de vno loco, cenſetur bannitus de omnibus locis,
quæ ſunt ſub eodem dominio, ſecundum Albe. de Roſa. in
authen. qua in prouincia. ſupra vbi de crimi. agi opor. pro
quibus faciunt optimè dicta per Bald. in rub. §. de fi. inſtrum.
in fi. & quæ ego etiam latius dixi in practica mea cauſarum
criminalium, in 154. char. in verſicu. conſequenter quæri po-
147 teſt, &c. † No. ex iſto tex. in ver. poſt legitimas & iuri cogni-
tas probationes, &c. quòd ad hoc vt iudex poſſit condemna
re reum de delicto, non ſufficit ſola contumacia ipſius rei,
ſed requiruntur etiam veræ & legitimæ probationes ipſius
delicti, ita optimè probat iſte tex. iuncto verſicu. aut fugam
euadere potuerit, &c. ſupra in hoc eodem tex. & ideo teneas
menti perpetuò, quòd contumax licèt ex forma ſtatuti de-
beat haberi pro confeſſo, tamen ad hoc vt valeat condemna
tio de delicto contra accuſatum vel inquiſitum de crimine,
debet vltra contumaciam conſtare de delicto per veras pro
bationes, & ſic debet conuinci de ipſo, aliter non valet ban-
num, nec condemnatio, ita ſingu. dixit Specu. & ibi Ioan.
And. in titu. de accu. in 4. parte. in §. fina. in 9. colum. in verſic.
ſed pone, A. fuit accuſatus. quod eſt ſing. no. alleg. ipſe Spec.
ad hoc l. raptores. §. de epiſcop. & cler. poſt princip. in verbo,
committi, &c. & ibi etiam circa med. dictæ legis. in verſi. poſt
legitimas probationes iuri cognitas, &c. & ibi etiam in fi. d.
legis, in ver. reperti & conuicti fuerint, &c. ad quod etiam
poterat eodem modo allegare hunc text. vbi eſt eadem lite-
ra, & idem verſicu. quæ omnia teneas perpetuò menti pro
adiuuandis amicis bannitis, quando fuerunt banniti propter
eorum contumaciam, & non ex aliquibus alijs probationi-
bus. & idem quod dixit Specu. vbi ſupra, voluit etiam Oldr.
in conſilio ſuo 65. incipien. hic agitur, &c. poſt princip. in
verſi. & Doct. iuris canonici, &c. de quo etiam dixi in conſi.
meo * incipien. Domine Deus omnipotēs, cui omne cor
patet, &c. in 10. & 11. char. & licèt Ioan. And. vbi ſupra, refe-
rat Guido. de Suza. dicere, iſtud eſſe verum de iure, ſed quod
contrarium ſeruatur de facto, tamen dico, quòd per dicta
verba non probatur, quòd contrarium ſeruetur de facto,
nam conſuetudo debet aliter probari, quàm per dictum
vnius teſtis, vt dixi in practica mea cauſarum criminalium,
in 11. char. poſt medium. & caſu quo etiam hoc probaretur
per teſtes vel inſtrumenta, quòd contrarium ſeruaretur de
148 facto, iſtud non releuaret, quia † attendi debet quod de iu-
re fit, non autem quod de facto fit. imò quæ de facto fiunt,
nullam

nullam habent firmitatem,vel robur,ſed imò de facto reuo-
cantur,ſecundum glo.no.in l.ſi minor.ff.de euict. & Bald. in
l.ſi pacto , quo pœnam.ſ.de pac. de quo latius dixi in l. 1.in
prin.in 7.colum. poſt medium. ff. de quæſtionib. Item pro
prædicta doctrina Spec.mihi videtur eſſe tex. in authen. qua
in prouincia.in §.1.in ver.ſi tamen omnino appareat obno-
xius.ſ.vbi de cri.agi opor.& in l.2.in §.ſinautem.in ver. & cō-
uicti,&c. inf.de his,qui latrones occul Item etiam pro dicta
doctrina Specu. eſt optimus tex. in c. Deus omnipotens. in
ver.nullum ante veram iuſtamq; probationem iudicare,aut
condemnare debemus,&c. 2.q.1. Et facit etiam in arg.illud,
149 † videlicet, quòd quando quis cōdemnatur ex præſumptio
nibus de aliquo delicto,& non ex veris probationibus, tunc
nunquam debet ſibi imponi vera pœna delicti , ſed alia mi-
tior. ita dixit Innocen.in c.quia veriſimile. extra de præſum-
ptio.quod dictum pro valde not referunt Doc. in c.afferte.
de præſump.& Bal.in l.non eſt veriſimile.ff.quod met.cau.&
in c.1.in ſi quib.mod feud.amit. & idem voluit Bal.in l.eius.
§.1.in fi.ff.de teſtamen. & Domi. Abb. in c.auditis.in antep.
colum.de præſcrip.& Paul.de Caſt.in conſi.ſuo 197.incipien.
viſa inquiſitione,&c. Item illud dictum Innoc. etiam ſequi-
tur Do.Anto.& Abb.in c.quanto.de præſumptio. & in cap.
conſtitutus.de teſtib.& Oldr.in conſi.192. incip. viſo diligen.
& Specu.in titu.de præſumptio.in §.ſpecies.in verſic.in ſum-
ma.& Petr.de Ancha.in reg.ſemel malus.in 10.colu. de quo
150 latius dixi in l.repeti.in 6.col.ff.de quæſtio. † Et facit etiam
ratio nam contumacia dicitur ficta probatio,& non vera,ſe
cundum Do.Nellum in trac. bannito.in 1. parte primi tem-
poris,in 1.q.in vlt.colum.& voluit Angel.de Are. in trac. ma-
lefic.in verbo,qui iudex videns. in verſi. quæritur tamen , an
151 tale ſtatutum,in princi.vbi plura ad hoc alleg. † Sed in cau
ſis criminalibus requiruntur probationes luce clariores,vt l.
fi.ſ.de probatio.l.addictos.ſ.de appel.l. abſentem. in princ.ff.
de pen.c.ſciant cuncti.2.q.8.c. Epiphanium.5.q.vlt.ergo non
ſufficit ſola contumacia,ex qua reſultat ficta probatio. Item
pro hac parte,quòd contumacia dicatur ficta probatio,facit
152 optimè. † Nam ſententia lata contra aliquem contuma-
cem magis præſumitur propter vitium contumaciæ lata,
quàm propter ius partis.tex.eſt in l.præſes.ſ. de pign. & in l.ſi
ideo.ff.de euictio.& in l.Papinianus.in §.meminiſſe.& in l.re
pudiantis.§.fi.ff.de inoffi.teſta.& in c.fin.de emptio. & vendi.
quæ iura ad hoc alleg.Ludo.Roma.in conſi.329. incip. præ-
ſens conſultatio.in penul.colum. vbi etiam alleg. Bar. in l.ſæ-
pe.ff.de re iudi.& in l.res inter alios.ſ.quibus res iudi.non no
cet.& Dom.Anto.in c.quamuis.de re iudi. & faciunt quæ la
tius dixi in ſing.meo 4.incip.quamuis aliquo caſu,&c. in pra-
ctica mea cauſarum criminalium,in 29.char.ante medium.
153 † Item pro dicta doctrina Specula.in d. titu. de accuſatione,
in §.fi.in 9.colum.in d.ver. ſed pone, A. fuit accuſatus,&c. &
pro alijs ſuperius adductis facit optimè in arg. ſingulare ver-
bum Do.Alexan.in l.omne delictum.circa prin.ff.de re mili.
vbi dixit,quòd ad hoc vt occidens bannitum gaudeat bene-
ficio ſtatuti permittentis bannitum poſſe impunè occidi,de
bet occidere bannitum ex veris probationibus delicti,nō au
tem bannitum ex contumacia,quia tale ſtatutum non intel
ligitur de bannito ex contumacia.alleg. hoc voluiſſe Bald. &
Ioan.de Imo.in l.mora.ff.ſolu.matri. quod profectò eſt ſin-
gulariter no.ad multa, & maximè ad limitationem & reſtri-
ctionem doctrinæ Bar.& ſequacium in l. vbi pactum , ſupra
de tranſactio.vbi dixit,quòd ſi Poteſtas inquirit contra occi
dentem bannitum,qui ex forma ſtatuti poterat impunè oc-
cidi,quòd tunc quilibet de populo poteſt comparere & o-
ſtendere bannum illius mortui & dictum ſtatutum,& pete-
re,quòd contra eum vlterius non procedatur,ſed imo abſol
uatur ab inquiſitione contra eum formata , & iudex debet
tunc deſiſtere . & hoc etiam volunt alij plures Doctores in
pluribus & diuerſis locis , quos retuli in l. ſi quis ne quæſtio.
in 25.colum.ff.de quæſtionib. & in practica mea cauſarum
criminalium,in 17.char.circa medium. quæ doctrina Barto.
& aliorum poterit limitari & reſtringi , vt habeat locum in
occidente bannitum ex veris probationibus delicti, non au-
tem in occidente bannitum ob contumaciam . ita ex dicto
Do.Alexan. in d. l. omne delictum. poterit fieri dicta reſtri-
ctio.quod verè tenēdum eſt,& perpetuo, menti. Et pro iſtis
etiam faciunt,quæ aliàs dixi in l.infans.ante medium,in verſ.
circa tertium. ff. de ſicar. de quo etiam dixi in practica mea
cauſarum criminalium,in 29.char.Tene mēti prædicta, quia
ſunt magni ponderis & vtilitatis , vide tamen Bal.in c.1.in 6.
colum.verſi.vtrum valeat ſtatutum,de pace iura. firman. vbi
154 dicit, † quòd valet ſtatutum, volens quòd ex ſola contuma-
cia aliter non conſtante de crimine poſſit quis ad mortem
condemnari , ad quod allegat Specu. in titu. de fideiuſs. &
Ioan.And.in c veritatis.in fi. de dolo & contu. in nouella. &
Bar.in l.diuus.ff.de cuſto.reo. quod dictum videtur multum
facere contra dictum Spec.ſuperius allegati,ſed dictum Spe-
cula.videtur rationabilius,vt de ſe patet. Vlterius not.ex iſto
tex.in ver.& ſi appellare voluerint, nullā damus licentiā , &c.
155 † quòd condemnatus de raptu honeſtarum mulierum , nō
poteſt à tali ſententia appellare,ſed ſibi eſt præcluſa via appel
landi,vt hic,& in cap. cum ſit Romana, de appel. & ſic habes
136 vnum caſum, in quo à ſententia non appellatur. † Sed alij
etiam ſunt caſus,in quibus à ſententia non appellatur , nam
confeſſus & conuictus non appellat.tex.eſt in l.2.ſupra quo-
rum appella.non reci.ad quod vide Lud.Rom.in ſingu.636.
157 incip.de iure ciuili. † Item condemnatus ex præſumptio-
ne iuris & de iure non poteſt appellare, quia habetur pro cō
feſſo & conuicto:& confeſſus & conuictus non appellat , vt
in d l.2.ita ſingu.dixit Bald.in l.ſi qui adulterij.ſ.de adulter.qđ
dictum pro nota.refert & ſequitur Dom.Fran. Bru. in tract.
ſuo de indicijs & tortu.in 6.char.in 2.col.in princ. & idem di
xit Bald.in l.quædam mulier.ff.famil.erciſ.in ſuis additio.quæ
doctrina optimè probatur in d. l. ſi qui adulterij.de quo etiā
158 dixi in ſingu.meo 116. ncip.præſumptio iuris,&c. † Item li
cèt poſſit appellari pro reo condemnato ad mortem etiam
ipſo reo inuito ,vt in l.non tantum.ff.de appell.& ibi per Do
cto.tamen hoc fallit,niſi talis reus condemnatus ſponte con
feſſus ſit crimen, & in ea confeſſione perſeuerauerit : nam
tunc,nec ipſe reus,nec alius pro eo poterit appellare,ita not.
dixit Ang.in d.l.2.ſ.quorum appella.non reci. de quo dixi in
ſingu.meo 201. incip. in confeſſum. & in l.1.in §.item diuus
159 Antoninus.in 3.colum ff.de quæſtionib. † Item non audi-
tur creditor , ne corpus debitoris ſepeliatur,quia eſt reus nō
recipiens dilationem.ita dixit Spec.in titu.de appella.in §.qui
bus.in verſi.8.&c.Quod dictum refert & ſequitur Dom.Fel.
in c.ſicut Iudæi.in 1.col.extra de Iudæis.de quo dixi in ſingu.
meo 199.incip.in iure expreſſum. & in l.fi.in vlt.col. ver.vlti-
mò in hac materia.ff.de quæſt. de quo etiam vide per Card.
160 Alexand.in c.qua fronte.in 3.col.de appellatio. † Item non
admittitur appellatio à ſententia lata in poſſeſſorio. tex. eſt
ibi glo.& Docto.in l.vnica.ſ.ſi de momenta.poſſeſſio. fuerit
appellat. Ad quod vide Ang.in conſi.46.incipiente,viſo pun
cto.quaſi per totū.& omnino Iaſ.limitantem in l.1.ſ. de bo.
161 poſſeſ. ſecundum tabu. † Item ab executione non poteſt
appellari,tex.eſt in l. ab executione.ſ.quorum appell. non re
cip.& in l. ab executore.ff.de appella. & vtrobiq; per Docto.
162 † Item verus contumax non appellat, l.1.ſ.quorum appella.
non recip.& in l.properandum.§.ſinautem reus. & in l.con-
tumacia.ff.de re iudica.cum ſimilib. de quo latius per Dom.
Nico.Millum in repertorio ſuo,in verſic.appellatio.in 8.col.
163 in pluribus verſicu. † Item à ſententia interlocutoria de iu
re ciuili non appellatur,vt in l.penul.ſ.quorum appellat. nō
164 recipi. † Item in cauſa fiſcali, vel in cauſa Principis, in qua
quis eſt condemnatus,non appellatur.l. abſtinendum. & l.fi.
165 ſ.quorum appellatio. non recip. † Item non appellatur à
ſententia lata ſuper expenſis poſt magnum interuallum ſen-
tentiæ interlocutoriæ. ita dixit Innoc. in c. ſæpe , de appella.
quem refert & ſequitur Ludouicus Romanus in ſingu. ſuo
166 85.incipiente,nota vltimo . † Item à pœna impoſita à lege
non poteſt appellari.l. ſi qua pœna.ff.de verborum ſignifica.
& in c.quia nos, & ibi glo.de appel.& voluit Ioan. And. in c.
ad noſtram.eod.tit & glo.in c.ſuper his.de appellatio. & Lu-
doui Roma.in ſingu.214. incipien. à pœna legis. vbi ſubdit,
quòd tamen à declaratione dictę pœnæ bene poteſt appel-
lari.ad quod allegat glo.quam dicit eſſe ſingu.in cap.cupien-
tes.in §.quod ſi per 20.de electio.lib.6.de quo etiam per Car
di.Alexand.in c.conſuluit.il 3.de appellationib. Item à ſen-
tentia Papę non appellatur, ſicut nec à ſententia prędecti prę
torio,ita dicit Specu.in titu.de recu.in §.recuſari. verſicu. ſed
nunquid alius,&c. & de hoc eſt textus in c.cuncta per mun-
dum.9.q.3.& voluit glo.ordi.in c.ſicut vnire,de exceſ.prælat.
& Domi.Nicol.Millus in repertorio ſuo, in verbo , appella-
tio.in 7.colum.in verſicu.appellari non poteſt.de quo etiam
per Ludo.Roma.in conſilio 151.incipiente , circa propoſi-
tum,&c. & latius per Card.Alexand.in rubrica , extra de ap-
167 pellatio.in 12.columna,in principio. † Item non poteſt ap-
pellari ab Imperatore ad Papam in temporalibus , ſecun-
dum glo.in cap.quoniam, 10. diſtinctio. de quo tamen vide
Dominum Nicolaum Millum in dicto ſuo repertorio,in di
cto verſicu.appellatio.in 7.colum.in penul.verſicu. incipien-
168 te,appellari non poteſt,&c. † Item non appellatur ab his ,
quæ conſcientiæ iudicis relinquuntur,ſecundum Ludo.Ro.
in conſi. ſuo 353. quem refert Millus in dicto verſi. appella-
tio.in 7.col.in vlt.ver.vbi latius hoc examinat, de quo etiam
per Iaſ.in l.quiſquis, ſupra de procurato. in vlti. columna.

169 † Item appellari non poteſt ab his, quæ arbitrio iudicis com
mittuntur, ſecundũ Innoc. in c.fi.de fer. quem refert Millus
in dicto ver.vlt.vbi latius de hoc loquitur.& per Alex.in con
ſil.330.incip.viſo themate.in 2.colum. & latius & melius per
Dom.Fel.in c.exceptionem.in 2.colum.de excep.& per Car.
170 Alex.in rub.extra de ap.in 14. col. † Item appellari non po-
teſt à ſententia, per illum qui obligauit ſe ſtare ſententiæ fe-
rendæ per aliquem, quia talis obligatio habet vim renuncia-
tionis appellationis, ita dixit D. Ant.in c. Quintauallis.in ver.
10.differentia. de iureiuran. quem refert & ſequitur Millus
vbi ſupra, in 9.colum.in 6.verſi.quod tamen ego limito, ſi iu-
ſtè ſententiauerit, & æquè, aliàs non tenebitur ſtare illi ſen-
tentiæ, ſed poterit ab ea appellare, per tex. ſingularem in l.ſi li
bertus ita iurauerit.ff.de oper.liber.& hoc etiam voluit Bald.
in l.ſocietatem. in fi. pro ſocio. vbi not. loquitur in materia
iſta ad propoſitum illius tex.d.l.ſi libertus ita iurauerit.& pro
hoc eſt glo.no.in l.pen.ff.de arbit, quam ad hoc pro no.refert
& ſequitur Angel.de Are.in trac.malefi.in verbo, contra vo-
luntatem dicti Titij, in fi.1.colum. de quo latius per Alexan.
in conſi.ſuo 28.incipiente, viſis & accuratè. in 6. colum. in 1.
volum.vbi allegat l.ſi libertus. & d.glo.l.penul. de arbit. & in
conſilio ſuo 131.incipien.in cauſa vertente.in vlti. colum. in
2.volum.pro quo facit c.veniens.& c.Quintauallis.de iureiu.
& quæ dixit Pau.de Caſt.in conſ.72.incip.primò & ante, &c.
in 2.colum.ad finem. Item appellari non poteſt à ſententia
lata per epiſcopum in iuriſdictione prorogata per laicum,
quia hoc priuilegium eſt ſpecialiter conceſſum epiſcopo ab
Imperatore, ſecundum Dom.Ant.in c.Quintauallis.ver.diffe
rentia, &c. de iureiuran. quem refert & ſequitur Millus vbi
171 ſupra, in 9.colum.in 7.verſicu. † Item non poteſt appellari
à ſententia lata ſuper cauſa, quæ celeritatem deſiderat.tex.eſt
in l.fi.ff.de appellatio.reci. de quo latius per Ludo. Roma. in
172 ſingulari ſuo 503. incipiente, à ſententia, &c. † Item non
appellatur à ſententia Principis.tex.eſt in l.1.ff. à quibus ap-
pellare non licet.& habetur in c. ipſi ſunt canones, & in cap.
cuncta per mundum, 9.q.vlti.& in l.2.in §. exactis. ff. de origi.
iur. tamen hoc fallit, niſi ipſe Princeps ferat ſententiam ex re
latione alterius: nam tali caſu poterit à tali ſententia appella
ri.ita no.dixit Ludo.Roma.in conſi.ſuo 521.incipiente, cir-
ca propoſitam quæſtionem.in princ.pro quo dicit eſſe text.
in l.1.in princ.ff.quando appellan.ſit. & in c.biduum.§.ſi qui-
dem.2.q.6. quod dictum pro not. refert & ſequitur Do. Pa-
ris de Puteo in tractatu ſuo ſindicatus, in 19.char.in 2. colu.
173 in fi. † Item à ſententia primi decreti non appellatur, nec à
ſententia confirmatoria, ſecundum Ang. in conſi.46.incip.
viſo puncto.& in conſi.107 incipiente, dicta conſtitutio, &c.
Ad quod allegat Dyn.in l.ſi finita.in §.Iulianus. ff. de damno
infecto.& Barto.in l.ſi forte, eodem tit. & idem dixit Rapha.
174 Fulg.in conſi. 45.incip. quoniam plurimæ. † Item poteſt
appellari à ſententia, qua pronunciatur, quòd perſona pro-
curatoris ſit legitima, ſecundum Angel. in conſi. 140. incip.
175 ſtatutum prædictum. † Item à facto ſuo nemo poteſt ap-
pellare, vt habetur in l.à ſententia. ff.de appel. & voluit An-
gel. in conſilio ſuo 203. incipiente, ex primo laudo, &c.
176 † Item à iuramenti delatione non appellatur, ſecundum Ra
pha.Fulg.in dicto conſi ſuo 145.incipien.quoniam plurimę.
ad quod allegat iura, de quibus ibi per eũ, de quo latius per
177 Iaſ.in l.ſi quando.in vlt.colum.ſ. vnde vi. † Item nõ poteſt
appellari à ſententia lata inter alios, niſi ex iuſta cauſa, ſecun
dum Rapha.Fulg.in conſilio ſuo 165.incipien. In quæſtione
propoſita, &c. in fi.1. colum. allegat l. à ſententia.ff.de appel-
lationib.in princip.& de appellatio. recipien. l.1. in princip.
178 † Item ab impoſitione mulctæ non poteſt appellari, quan-
do iudex in præcepto, ſeu in citatione expreſſit quantita-
tem mulctæ futuræ, quod ſecus eſſet, ſi dictam quantitatem
non expreſſiſſet.ita dixit multum not. Oldra. in conſilio ſuo
15.incipiente, circa proceſſum, &c. vbi pro hoc alleg. bonas
rationes & iura, de qua materia vide etiam Barto. & alios in
l.1.ff.ſi quis ius dicen.non obtem. & illud dictum Oldra. eſt
nota. limitatio ad l. eos, ſupra de modo mulct. & intelligit
hoc Oldr.vbi ſupra, etiam ſi talis mulcta excedat legitimum
179 modum, ſeu legitimam quantitatem, quod eſt not. † Item
non appellatur à ſententia ſortis vel fortunæ, cum fortuna
in mundo non habeat ſuperiorem, ita dixit Bald. in l. fina.in
princi.in 1.colum.ſupra communia de legatis.& ibi Iaſ.cum
refert & ſequitur. verum tamen eſt, quòd ſi quis ex tali ſen-
tentia fortunæ enormiter læderetur poſſet petere illã in me
lius reformari, niſi illa eſſet firmata per ſententiam iudicis,
quæ tranſiuiſſet in rem iudicatam, ita nota.dixit Bald.in l.ma
ioribus. ſupra communia vtriuſque iudi.quem refert & ſe-
quitur Ludouicus Romanus in conſilio ſuo 471. incipien-
te, lucrum autem, &c. & Card. Alexand. in rubrica extra de
appellationib.in 15. colum. & Iaſ. in dicta l. fina. ſupra com-
munia de lega. Item appellari non poteſt per monachum,
vel alium clericum à diſciplina, vel correctione ſibi impoſita
ab Abbate, vel alio ſuperiore, ſecundum Innocen.in cap. ad
noſtram.de appellatio.quem refert & ſequitur Bal.in reper-
torio ſuo in verbo, appellatio, in verſiculo, appellari non po-
teſt per monachum, &c. quod dicit eſſe verum, niſi exceda-
tur modus, quia tunc poſſet appellari ſecũdum eum ibi, &c.
de quo etiam per Cardi.in conſilio 12.incipiente, commune
180 & homines, &c. in ſecunda columna. † Item appellari nõ
poteſt à miſſione in poſſeſſionem bonorum hæreditario-
rum ex edicto diui Adriani, ita dixit glo.fin.in l.ſecunda, ſupra
de edicto diui Adriani tollen. quæ alibi non reperitur ſecun
dum Baldum in repertorio ſuo in verbo, appellatio.verſicu.
appellari non poteſt, &c. Sed dicas, quod de hoc eſt textus
in l.quiſquis.ſupra quorum appellatio.non recip. quem tex-
181 tum allegat dicta glo.pro ſuo dicto. † Item vbi periculum
eſt in mora, non admittitur appellatio à ſententia, ſecun-
dum Specu.in titu.de appellatio.in §.in quibus caſibus.in ver
ſicu.8.& eum ſequuntur Docto.in cap.qua fronte.per gl.ibi,
de appellatio. & hoc ibi firmat Card. Alexand. in 3. colum.
182 in verſicu.glo.in verbo, decedat. † Item notoriè crimino-
ſus non poteſt appellare, tex. eſt ſecundum vnum intelle-
ctum, in l.conſtitutiones.& ibi Barto.ff. de appellatio. & vo-
lunt Cano.per illum tex.in c.cum ſit Romana.de appellatio.
vbi eſt ad hoc tex.& in c.peruenit.& in c.conſuluit.de appel.
& dixit Card.Alexan.in dicto c. cum ſit Romana. in 3. colu.
quod ex hoc aduocatus debet eſſe cautus, ne permittat pro-
cedi contra criminoſum tanquam notoriè criminoſum, ni-
ſi prius diſcutiatur de notorietate criminis: quia ſi proceda-
tur, & pronuncietur contra eum, tanquam contra notoriè
criminoſum, nõ poterit appellari. de quo latius ibi per eum.
183 † Item non poteſt appellari à ſententia lata à iudice delega-
to, cum clauſula, appellatione remota. ita habetur in capitu-
lo, paſtoralis.& ibi latè per omnes, maximè per Card. Alexã.
extra de appellatio.& vide latè per Moder. in tract. clauſula-
rum.in verbo, clauſula appellatione remota, per totum. &
de dicta clauſula vide Domi.Pari.de Puteo in ſuo tracta.ſin-
dicatus, in 18.char.in ſecunda colum. & quis poſſit commit-
tere cauſam appellatione remota, vide Doctores in dictis lo-
cis. Item dicta clauſula cuius ſit effectus.vide Card. Alexand.
in cap.inquiſitioni.in primo not. & in capitulo ſecundo re-
quiris.in ſecundo & tertio not. de appellationi. & Hoſtien.
in ſumma in titu.de appellatio.in §.fina. & Domi. Felin.in c.
primo.in prima colum.de reſcrip. & in c. ſignificauerunt. in
vlt.colum.de exceptio.& in rubri.de appellatio. in 3. colum.
& in cap.veniens.il ſecondo.in 3. colum. de teſtib. & Barba.
in conſi.44.in quarto volum. & Specu. in titu. de appellatio.
§.in quibus.verſicu.quod autem.& in §.nunc dicamus.verſi-
cu.circa.& in titu.de legato.in §. nunc oſtendendum. verſic.
14.& Bald.in l.1.ff.de officio præfec.pręto.& Ioan. de Imo.in
l.1.§.fina.ff.à quibus appella. non licet & Ludoui. Roma. in
conſilio 211.in 1.columna.quod conſilium incipit, allegatio
nes Doctoris, &c. & per me in ſingulari meo 295. incipien-
te, clauſula appellatione remota.& iſti ſunt omnes caſus, qui
mihi præſentialiter occurrunt, in quibus appellatio non ad-
184 mittitur. † Et ſcias etiam, quòd plures ſunt caſus, in quibus
admittitur appellatio, attamen ſine appellatione ſententia
nunquam tranſit in rem iudicatam. Et primus caſus eſt in
ſententia lata in cauſa criminali: nam talis ſententia con-
demnatoria non tranſit in rem iudicatam, licet ab ea non ſit
appellatum. & ratio poteſt aſſignari, nam tranſitus in rem
iudicatam cauſatur ex tacito conſenſu condemnati. c. quo
ad conſultationem.de re iudic. quod fieri non poteſt, quia
nemo eſt dominus membrorum ſuorum, vt in l. liber ho-
mo. ff. ad legem Aquil. & ſic non poteſt tacitè conſentire
morti ſuæ, vel alteri pœnæ corporali non appellãn. & hanc
opinionem, quòd talis ſententia ſi eſt condemnatoria, non
tranſit in rem iudicatam, ſecus ſi eſt abſolutoria, tenet Ioan.
de Ana.in c.de his.in fi.de accuſatio.pro qua dicit eſſe text.in
l.vnius.in §.cogniturum. ff. de quæſtionibus. vbi litera dicit,
quocunque tempore reo poſtulante negari non debet de-
fenſio.& allegat etiam ea, quæ habentur in l.non tantum.ff.
de appellationibus.& facit etiam quod voluit Barto. in l. di-
ui fratres.ff.de pęnis.& illud dictum Ioan.de Anã, refert & ſe
quitur Domi.Ludo.Bolo.in conſilio ſuo 34. incipiente, ſo-
leo, &c. circa finem. de quo dixi ego etiam in repetitione
mea l.fina.in 18.quæſtione extraordinaria, ſupra de probat.
185 vbi videre poteris. † Item alius eſt caſus, in quo ſententia
non tranſit in rẽ iudicatã, videlicet in ſententia lata à peritis
in arte, vt puta ab obſtetricibus, vel à medicis, an vulnus ſit
mortale, vel an cicatrix ſit remãſura, vel in ſimilibus: nã ſẽten

tia

tia talium perſonarum nunquam tranſit in rem iudicatam,
adeo quod ſi poſtea appareat dictum peritioris contrarium
aſſerentis,reuocabitur prima ſententia. ita dixit Ioan. Andr.
in additionibus ad Specu.in titu.de homici.§.1.verſicu.pone
quod A.vulnerauit B.& idem firmat Bald & Rapha. in l. ab
hoſtibus.§.1.ff ſolu.matrimo.& Ludoui.Roma.in l.cum qui
dam.in §.quod dicitur.ff.de acquiren.hæredita.& Dom.An-
186 to.& Abb.in cap.propoſuiſti.de probationibus.& bene † fa-
cit tex.in l.ſi qui adulterij.ſupra de adult. vbi abſolutoria ſen-
tentia lata ex præſumptionibus poteſt ſine appellatione re-
tractari ex validiori præſumptione.& ſubdit Domi.Anto.in
187 dicto c.propoſuiſti,quod ſententia lata † ex conſilio Docto
ris poteſt ſemper ſine appellatione retractari,ſi conſilium al
terius peritioris in contrarium inueniatur. & idem dixit Lu
doui.Roma.in dicto §.quod dicitur.& Ioan.de Ana. in c. ſi-
gnificaſti.la 2.in 9.colu.de homi. vbi ſatis latè examinat hunc
articulum.de quo etiam per Docto.in l.diuus.ff.de re iudi.&
per Ludo.Roma.in conſilio 228.incipien. Pro plena diſcuſ-
188 ſione,&c in fine. † Alia eſt etiam ſententia quæ non tran-
ſit in rem iudicatam,videlicet quando fertur ſententia ſuper
re,quæ habet cauſam, vel grauamen ſucceſſiuum, vt puta ſi
fertur ſententia,quòd quis ſtet in carcere, tunc talis ſenten-
tia non tranſit in rem iudicatam, licet ab ea non fuerit ap-
pellatum intra debitum tempus, ſed ſemper poterit ab ea
appellari,cum grauamen ſit ſemper in fieri, ideo ſemper ori
tur ius appellandi,& ſemper dicitur infra decem dies à die
grauaminis,ex quo ſucceſſiuè grauatur. ita probatur in c. ex
parte.de appel.ex quo facit tex. in l. 1. §. penul. ff. de vſufruc.
accreſcendo.& hoc etiam voluit Bald.in l. 1. ſupra de epiſco.
audien.in verſi.ſecundo quæritur,quidã ſtetit in carcere,&c.
vbi dicit, ꝙ licet aliquis non appellauerit à præcepto de ca-
piendo, vel à captura ſecuta, intra decem dies, & ſteterit in
carcere per menſem & vltra poterit etiam appellare,quia
ſucceſſiuè grauatur ſtando in carcere, ideo poterit appella-
re. & idem videtur eſſe de mente Spec.in titu.de appellatio.
in §.reſtat.in verſi.& nota in vlt.colum. & idem volunt Do-
ctores.in dicto c.ex parte.& facit quod voluit Ioan Andr. &
Io.de Imo.in c.dilectus.eod.titu. Et faciunt dicta per Domi.
Philip.de Peruſio poſt alios in c.ſuper eo. il 2.in 1.colum. &
per eundem latius in d. c.ex parte.in 3.colum. in verſi. quin-
189 to & vltimò infertur,&c.eodem titulo. † Item alius eſt ca-
ſus,in quo ſententia non tranſit in rem iudicatam, videlicet
in cauſa matrimoniali. ita tenent Doct.in c.lator. extra de re
iudica.& in c.conſanguinei.eo.tit. & Dom.Anto.in c.frater-
nitatis.in 40.colum.de teſtib.& in c.iurauit.in princip.in 3.co
190 lum.de probationib. † Item alius eſt caſus, in quo ſenten-
tia non tranſit in rem iudicatam videlicet ſententia nutriẽs
peccatum per partes remiſſibiles ſecundum Domi.Anto.in
c.fraternita.in 5.colum.extra de teſtib. & voluit glo. in cap.
lator.eod.titu.& Domi.Ant.in c.iurauit.in 1.colum.extra de
191 probatio. † Item alius eſt caſus videlicet in ſententia lata
ſuper ætate,ſi fuit lata ex aſpectu, quando in ea non fuit adhi
bita plena cauſæ cognitio,ſecus ſi adhibita fuiſſet plena cau-
ſę cognitio ſecundum Bal.in Margarita ſua.in verbo,ſenten-
tia.in 10.quæſtio.quem referunt & ſequuntur Moder. in ca-
192 pitu.conſanguinei.de re iudicata. † Item eſt alius caſus ſci-
licet quando ſententia eſt lata ſuper iure non renuntiabili,
ita dixit Do.Ant.in c.ſi diligenti.in 6. colum. de foro comp.
193 † Item alius eſt caſus, in quo ſententia non tranſit in rem iu
dicatam,videlicet quando ſententia eſt lata contra pauperẽ,
qui propter eius paupertatem non poteſt appellare,vel non
poteſt appellationem proſequi: nam tunc talis ſententia
non tranſit in rem iudicatam. ita dixit Innocen. in c.ex ratio
ne.de appellatio.& ibi Dom.Anto.& Abb.& alij.& idem vo
luit Bal.in c.ſi qui teſtium.extra de teſtib. & in l.2. §. ſi quis in
iudi.ff.ſi quis caut.& Bal.in l.nummis.ff de in lit.iuran. & Bal.
in c.1.de eo qui mittitur in poſſ.rei ſer.cauſa. & Bal. in l.acce-
ptam.ſupra de vſu. & Barto. in l.ſi procuratorem. in §. igno-
rantes.ff.mandati.& Angel. poſt Barto. in ſuis additionib. &
Barto.in l.illud.inf.de anno.& tribu.li.11.& Alexan.in additio
nib.ad Barto.in l.omnes.eodem titu & Mathe. de Mathe. in
nota. ſuo vlti. & Franc.de Crema,in not.ſuo 121.& Bald.in l.
fi.ſ̃.de conditio.inſer.& Guil. de Cun.in l.eos. ſ̃. de appellat.
vbi dicit ſe euaſiſſe quendam à pœna furcarum,qui propter
ſuam paupertatem ſententiam luere non poterat.quem re-
ferunt Mod.in dicto c. ex ratione. de quo latius dixi in l.pri-
194 ma.§.præterea.in 19. colum. ff. de quæſtionib. † Item alius
eſt caſus,videlicet quando ille,qui habuit ſententiam contra
ſe,non potuit appellare,vel appellationem proſequi infra de
bitum tempus propter abſentiam iudicis, vel alio modo eſt
impeditus facto iudicis: nam iſto caſu ſententia non tran-
ſit in rem iudicatam. ita habetur in authen. item ſi appella-
tio.& hoc voluit ibi Barto.ſupra de tempo. appella.in §. hoc
autem quoque.in Authen.vt ſpon.largi.& not.Docto.in au-
then.ei qui.ſupra de tempo.appellatio.& glo.& Docto. in di
cto cap.ex ratione.de appellatio.& glo.in l.arbitro.§.dolo.ff.
de dolo.& Archid.in cap.anteriorum.2.quæſtio.6.& Domi.
de Rota in deciſione ſua 99. in antiquis. quod tamen limi-
tant Doctor.quando ipſe appellans per recurſum ad ſuperio
rem,vel alia via non potuerit ſibi prouidere,aliàs ſecus, quia
tunc non deberet reſtitui, ſed ipſa ſententia firma remane-
ret,cum tranſiuerit in rem iudicatam. ita dixit Dom. Anto.
in dicto cap.ex ratione.in quinta quæſtione.& Ludo. Rom.
in l.ſecunda.ff.de re iudica.quos refert & ſequitur Dominus
